13
15 E
11

B-29. a. 48

Digitized by Google

Digitized by Google

ABB. CARMINI THOMAE
PASCVCCI
COMPENDIVM,
ET
INDEX
AD CONSVLTATIONES CANONICAS
D. IACOBI PIGNATELLI.

PARS PRIMA.

Digitized by Google

COMPENDIVM
ET
INDEX
AD CONSVLTATIONES
CANONICAS
D. IACOBI PIGNATELLI.

Omnes decem Tomos complectens

IN ALPHABETICO ORDINE MATERIARVM DISPOSITVM

AB VTRIVSQVE IVRIS DOCTORE

ABB. CARMINO THOMA PASCVCCIO

SACERDOTE FREQVENTINEN.

Cum aliquibus Additionibus, & duplici Indice, Materiarum ſcilicet, & Conſultationum, ſiuè Argumentorum locupletiſſimo, ac facili.

Quo omnia, quæ à D.Pignatello per decem Tomos diſperſim dicta ſunt, ſingula ſingulis ſuis in locis vnita ordinatim in copioſo compendio clarè, & facilè reperiuntur.

Opus cum Iudicibus, tum Curialibus, quàm Parochis, tàm Parochianis, vt Eccleſiaſticis, ità Sæcularibus, ac Regularibus vtiliſſimum, Theologis, Canoniſtis, Moraliſtis, Iuriſtis, necnon vtrique Foro, non tantum prò Vrbe, ſed etiam prò Orbe toto Terrarum apprimè neceſſarium, ob faciliorem commodum binas in partes diuiſum.

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO

D. IOANNI FRANCISCO
CARDINALI ALBANO
DICATVM.
PARS PRIMA.

ROMAE, M.DC.XCIX.

Ex Typographia Ioſephi Monaldi.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

Pertinet ad Bibliothecam S. Francisci Transybezim.

Digitized by Google

EMINENT.ME ET REVER.ME DOMINE,
Domine, & Patrone Colendiſsime.

CONSVLTATIONES Canonicas, & Morales à Reuerendo D. Iacobo Pignatello in decem Tomis ſparſim, & ſine ordine conſcriptas, & à me in vnum Tomum compendiosè, & per ordinem redactas, nulli alij ex Principibus, quam EMINENTIÆ TVÆ conſecrandas opere pretium duxi: Tum reſpectu mei, qui ex quò inter humillimos ſeruos Tuos benignitate Tua me aggregare voluiſti, ta-

Digitized by Google

lem obligationem contraxi, vt ſicut ego Tuus ſum, ità & Opera mea, non mea, ſed Tua ſint: Tum reſpectu Tui, dum præter cæteras animi Tui egregias dotes, præcipua, tanquam in ſua ſede, Iuriſprudentia, Theologiæ Moralis, ac Sacrorum Canonum ſcientia,& peritia reſidet, ac ad inſtar Solis refulget; ità vt eius radij à fine vſque ad finem Vniuerſi Orbis, & Vrbis, præſertim Quirinalis Aedes pertingentes, Sanctiſsimi Pontifices prò tempore exiſtentes ad à Secretis Apoſtolicorum Breuium, & Sacrarum Indulgentiarum Congregationis munus prælegerunt, & in multis Sacris Cardinalitijs Congregationibus adſcriptus,non Votis, ſed Oraculis totus Mundus illuſtratur; Dignetur igitur EMINENTIA TVA hoc opus ſub Tua protectione recipere (quò Mortales, tanquam Tuum conſiderantes, à cenſuris abſtineant) non reſpiciens ad exiguitatem doni, ſed ad donantis animum, cui, ſi vires reſponderent, non exigua, ſed maiora exhibere non hæſitaret. Et venerabundus Sacram Purpuram Tuam humillimè deoſculor. Romæ die 20.Decembris 1698.

EM. V. REVERENDISSIMÆ.

Humillimus, & Deditiſsimus Seruus Obligatiſsimus.
Abbas Carminus Thomas Paſcuccius.

AD

AD DISCRETVM LECTOREM.

AD Præclariſſimi mei Amici ſuaſionem omnes Conſultationes Canonicas in decem Tomis diſperſim, & in confuſo à Reuerendo Domino Iacobo Pignatello coaceruatas in hoc vnico Compendio Alphabetico ordine coagulaui, non aliundè motus; niſi, vt tu, ſicut & alij, hiſce neceſſarijſſimis Sacrarum Congregationum reſolutionibus, reſponſionibus, & decretis, ac Sacræ Romanæ Rotę deciſionibus ad manus habere poſſes; In hoc enim vnico tomo omnia à Domino Authore compilata, vel quoad ſubſtantiam, vel de verbo ad verbum, præcipuè neceſſaria, facillimè inuenies; Nec mirare, ſi in fine cuiuslibet argumenti, aut quæſiti, vel opportuniori loco inter Conſultationes, adnotatur aliquandò, non ſolum vnicus tomus, & Conſultatio, ſed ſæpè plures; Nam primus correſpondet ad quæſitum, de quo agitur, in alijs verò Conſultationibus, & tomis citatis vel adeſt ſimilis quæſtio, vel aliquod apprimè neceſſarium ad eandem materiam attinens; Illas verò Conſultationes, quas Dominus Pignatellus, licet eiuſdem ponderis, & valoris, in diuerſis tamen tomis replicauit, addidit, vel ampliauit &c. in calce eiuſdem Conſultationis, quæ primò occurrit, agglutinaui, vt commodius reperires; Imò hic labor, hoc opus, quod maximi faciendum eſt. Reperies inſuper argumenta duplicata, ac reduplicata, ſub diuerſis tamen tractatibus: quia, cum ea ſint quaſi Miſcellanea, & plures materias attingentes, pernecesſè duxi diuerſis in locis, ad quos pertinere poſſent, illa adnotare, vt vel vnum, vel aliud legentium oculis occurrat; Prætereà ad demonſtrandum aliquas Additiones à me ſubnexas, hoc ſignum [. . . . . .] appoſui. Aduertendum inſuper, quod cum dico: Vide, verb. gr. de Baptiſmo Conſult. 15. tom. 6. intelligo tibi indicare tractatum, ſub quo talem materiam appoſui in hoc Libro, & Tomum, Conſultationemque Domini Pignatelli, vbi de ea re tractauit, demonſtrare. Si igitur opus non euenit, vt tu deſiderares, accidit tamen, vt ipſe exoptaui; nec prò meo cogitatu à me melius fieri poterat: Nam perdifficilè eſt inordinatè diſperſa, &

coa-

coacervatim in confuſo permixta; in vnum ordinatè congregare. Hoc ſolum tibi ſuadeas, quod diligentiæ haud peperci, & labore non acquievi, vt Opus omni qua decet claritate dilucidarem, moribus tuis, ac doctiſſimorum Amicorum expoſtulantium genio ſatisfacerem; Et dum enixè ſpero, quod promptitudini animi mei non ſolitis cenſuris propenſionem habiturus ſis, tibi optimè, atquè optimè precor. Vale.

In

In Laudem I. V. D.

ABB. CARMINI THOMAE PASCVCCI

Authoris Compendij, & Indicis ad Conſultationes Canonicas
D. Iacobi Pignatelli Eminentiſs., ac Reuerendiſs. Domino
D. IOANNI FRANCISCO
CARDINALI ALBANO dicati.

DECASTICON.

INgenio, Paſcuccie, tuo, ſtudioque, labore
Pignatelli Operum ſemita lata patet.

Scripta decem breuiter, tu Codice nectis in vno,
Dogmata commodius quo reperire queant.

Eſt Opus egregium, cunctis cupientibus aptum,
Vrbe,& in Orbe animos, Orbe,& in Vrbe trahis.

Quod niſi gens meritis refert ſtudioſa libenter
Præmia, Cælorum Clauiger iſta dabit.

Quid Liber! extremas metuis percurrere ad oras,
Principis ALBANI nomine curre libens.

Archipresbyter Franciſcus Antonius Capiſuccus.

Im-

Digitized by Google

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſsimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

Sperellus Epiſcopus Interamnen. Viceſgerens.

EGO infraſcriptus Sacræ Theologiæ, & I.V.D. teſtor attentè, atque diligenter perlegiſſe Librum, cui titulus eſt, *Compendium, & Index ad Conſultationes Canonicas Reu. D. Iacobi Pignatelli*, Auctore Reu. Abb. Carmino Thoma Paſcuccio I.V.D. in quo nihil, niſi orthodoxum, & Fidei Catholicæ, ac bonis moribus omninò conſonum deprehendi. Datum Romæ ſub die 16. Iulij 1698.

Thomas Montecatinus.

Imprimatur,

Fr. Gregorius Sellari Mag. & Reuerendiſs. P. Fr. Paulini Bernardini Mag. Sac. Pal. poſt. Soc. Ordin. Prædicat.

INNOCENTIVS PP. XII.

AVTHORITATE Apoſtolica ſingulari Priuilegio ſanxit, nè quis per vniuerſos Status Eccleſiaſtici fines intrà decem annos à die finitæ impreſsionis computan, imprimat, ſeù typis excudendos curet, & venales quomodolibet habeat libros, vel librum, tàm editum, ſeù editos, quàm edendos, quorum, vel cuius titulus eſt: *Compendium, & Index ad Conſultationes Canonicas D. Iacobi Pignatelli &c.* Auctore Abbate Carmino Thoma Paſcuccio Frequenrinen, præter ipſum Auctorem Paſcuccium, & Io: Baptiſtam Cacacium Romanum conſocium, aut illos, quibus ipſimet conceſſerint. Prohibuit inſuper eadem authoritate Apoſtolica omnibus ſuis ſubditis eoſdem libros Status Eccleſiaſtici limites imprimendos curare, vel quempiam vbicumque fuerit ad id agendum impellere, ac inſtigare ſine conſenſu dictorum DD. de Paſcuccio, & Cacacio. Idque omne ſub librorum amiſſione, & typorum omnium, ac quingentorum ducatorum auri de Camera pœnis eò ipſo, abſque declaratione &c. contrà delinquentes expreſſis &c. vt latius patet in Literis. Datis Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die vj. Februarij 1699. Pontif. anno viij.

Locus ✝ Sigilli.

I.F. Card. Albanus.

Hæc prima editio deſijt excudi die prima Nouembris 1699.

INDEX MATERIARVM PRIMAE PARTIS.

In quas hoc Opus diuiſum eſt.

A

ABbas. pag. 1.
Abſolutio Sacramentalis. 8.
Abſolutio à blaſphemijs hæretical. 8.
Accuſatio. 8.
Actio. 8.
Adulterium. 9.
Alienatio rer. Eccleſiaſt. 12.
Ambitus in electionib. Eccleſiaſt. 21.
Apoſtata. 21.
Appellatio. 21.
Archidiaconus. 28.
Archiepiſcopus Metropolitanus. 28.
Archioſpitalis. 28.
Archipresbyter. 29.
Arma Gentilia. 29.
Aſſaſſinium. 30.
Aſſenſus Apoſtolicus. 30.
Auditor Cameræ Apoſtolicæ. 30.

B

BAptiſmus. 31.
Bellum. 34.
Beneficium, & Beneficiatus. 36.

C

CAnonizatio Sanctorum. 41.
Canonica Scriptura. 99.
Canonicus, vide Capitulum.
Capella, & Capellanus. 99.
Capitulum, & Canonicus. 102.
Carcer Epiſcopalis, & Carcerat. 134.
Caſus reſeruati. 140.
Cathedralis. 140.
Cathedraticum. 142.
Charitatiuum ſubſidium. 143.
Cœmeterium. 143.
Cenſura Eccleſiaſtica. 143.
Chriſtiana Religio. 168.
Cingarus, vide Zingarus.
Clericus. 169.
Cognatio ſpiritualis, & Sacramentum Confirmationis. 171.
Collegium. 173.
Colluſio. 174.
Comædia, & obſcæni ludi. 176.
Conceptio B.M.Virg. 176.
Concionator, ſeù Prædicator. 176.
Conclaue Cardinalium. 181.
Concubinatus. 182.
Concurſus Parochialis. 187.
Confeſſio, & Confeſſarius. 195.
Confirmatio, vide Cognatio.
Confraternitas Sodalitatum. 200.
Congrua. 204.
Conſeruator Regularium. 206.
Crimen læſæ Maieſtatis. 207.
Curæ animarum ius. 207.

D

DEcima Eccleſiaſtica. 208.
Defenſio. 210.
Degradatio, & Depoſitio. 210.
Diœceſis. 210.
Dignitas Eccleſiaſtica. 210.
Diſpenſatio. 216.
Dominus vtilis, & Baronus temporalis. 231.
Donatio. 233.
Dos. 233.
Duellum, ſeù Monomachia. 234.

EC.

E

Ecclesia, & Ecclesiasticus. 241.
Electio. 249.
Episcopus. 249.
Eques, & eius Commenda. 270.
Eucharistia. 281.
Examen, & Examinator Synodalis. 292.
Exemptio. 293.

F

Festus dies. 294.
Fidei professio. 298.
Forus competens inter Ordinarios. 298.
Fori priuilegium. 298.
Funus, 298.
Furtum. 319.

G. vacat.

H

Hæbreus, vide Iudæus.
Hæreditas. 319.
Hæresis, & Hæreticus. 320.
Homicidium proditorium. 326.
Horæ Canonicæ. 326.
Hospitalis. 326.

I

Ieiunium. 328.
Immunitas Ecclesiastica. 329.
Indulgentia. 565.
Incendium, & Incendiarius. 567.
Interdictum, vide Censura Ecclesiastica.
Irregularitas. 569.
Iudæus, siuè Hæbreus. 575.
Iudex, & Iudicium. 586.
Iuramentum. 587.
Iuspatronatus. 590.

L

Legatus Apostolicus, & Regius. siuè Otator. 593.

IN-

INDEX TRACTATVVM ET CONSVLTATIONVM,

QVÆ SVB VNOQVOQVE TRACTATV CONTINENTVR.

In quo, licèt duplicata quæſita reperiantur; ſub diuerſis tamen tractatibus ſunt poſita, ad hoc, vt ſi non vnum, alterum quærentium oculis occurrat.

DE ABBATE.

AN Abbas Regularis *non benedictus poſſit ſuis* ſubditis Ordines conferre? pag. 1.

An Ordines collati per huiuſmodi Abbatem ſint inualidi? ibid.

An d. Abbas conferens Ordines minores non ſubditis in loco exempto in Diœceſi Epiſcopi, poſſit ab eodem Epiſcopo puniri? ibid.

An Abbas Nullius exercens iuriſdictionem in locis ſibi ſubiectis, poſſit in eiſdem locis propria authoritate Pontificalia exercere? 2.

An d. Abbas poſſit examinare teſtes prò probando ſtatu ſuorum ſubditorum, Matrimonia contrahere volentium cum cæteris, & atteſtatio debeat ab Ordinario admitti? ibid.

An Clerici, & Sacerdotes ſubiecti iuriſdictioni Abbatum, qui ſunt intrà Diœceſes Ordinariorum, teneantur obſeruare Conſtitutiones Synodales earundem Diœceſum, adeò vt puniri poſſint, nec dicti Abbates, ſeù eorum Vicarij facere poſſint edicta aduerſantia dictis Conſtitutionibus? ibid.

An liceat Abbati erigere baldachinum, ac celebrare Pontificalia, & Miſſam ſolemnem in ſua Eccleſia in feſto Sancti Titularis Eccleſiæ, Capitulo Cathedralis præſente? ibid.

An Abbates Caſinenſes benedicere, & conſecrare poſſint Altaria fixa, & portatilia quarumcumque perſonarum, & Eccleſiarum, quæ ſuæ Religionis non ſunt? Et quid de conſecratione Campanarum, Vaſorum, ac Veſtium? 3.

An Abbates Regulares, qui habent vſum Pontificalium, vti illis poſſint in Eccleſijs exemptis, præcipuè Regularium? 4.

In materia iuriſdictionis inter Epiſcopos, ſiuè Commendatores, an, & quatenus concedenda ſit manutentio Epiſcopis in quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem Epiſcopalem in territorio Abbatiarum? ibid.

Multa circà iuriſdictionem Abbatis Regularis? ibidem.

An Abbates Regulares poſſint vti Baldachino intrà numerum trium vicium die, qui ſolemni rito in ſuis *Eccleſijs* celebrant exequias Principum? ibid.

An incurrant ob id aliquas cenſuras? ibid.

An poſſint cenſuræ infligi, ſeù declarari ab Epiſcopo? ibid.

An Abbates, qui in Parochos, & Parochianos habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem priuatiuè ad Epiſcopum, poſſint ſuis ſubditis ſæcularibus literas dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos concedere, non obſtante Conc. Trid. decreto *cap. 10. ſeſſ. 23. de refor.* 5.

An loca per Summum Pontificem diſmembrata ab Abbatiis, & de Diœceſibus aliorum Ordinariorum effecta, in quibus aliquæ Eccleſiæ exiſtunt, quæ ante diſmembrationem erant de iuriſdictione earumdem Abbatiarum Nullius, & de illarum territorio, remanſerint in eodem ſtatu, & qualitate poſt diſmembrationem dictorum locorum? ibid.

An Abbas Regularis relegatus in exilium, exacto exilij tempore, recuperet ſuam Abbatiam, quam habebat ante exilij ſententiam ab Abbate Generali alij collatam? Et quid de recuperatione penſionis, quidue quoad penſiones decurſas? Quid ſi reſtitutio fiat à Principe laico, aut à Pontifice? Quomodò cognoſcendum ſit, an

Digitized by Google

Pontifex ad reſtituendum vtatur iuriſdictione ciuili, an Eccleſiaſtica? ibid.
An, & quatenus iuriſdictio, & collatio beneficiorum in locis Abbatiæ ſpectet priuatiuè quoad Epiſcopum, ad illius Abbatem? Et quid quoad cognitionem cauſarum criminalium? Vbi decreta Sac. Congr. Concil. *cap. 10. ſeſſ. 24. de reform.* 6.
An, & quatenus in Eccleſia Parochiali, vnita Monaſterio Abbatiæ Regularis, requiratur concurſus? An ſufficiat nominatio Abbatis Commendatarij; examen verò, & approbatio dumtaxat Epiſcopi? Ex quibus ſignis, & argumentis probetur, Abbatiam eſſe Nullius, atque effectam territorium ſeparatum à Diœceſi Epiſcopi, Sac. Rot. Rom. deciſio integrè adducitur quatuor dubia cum declarationibus Sac. Congreg. Conc. de locis Abbatiæ, poſitis inter limites Diœceſis Epiſcopi. 7.
An, & quatenus à P. Abbate Generali auocari poſſit cauſa eius ſubditi Regularis? Vbi ſtrictim de cauſis auocationis, & quid ea ſit. 8.
An, & quatenus in Eccleſijs Parochialibus, quæ membra ſunt Abbatiarum requiratur concurſus? ibid.
De facultate Epiſcoporum, aliorumque Prælatorum viſitandi Eccleſias quaſcumque quoad Abbatiales &c. ibid.
Quoad exercitium Pontificalium, collationem Ordinum ab Epiſcopo in aliena Diœceſi, miniſtrationem Chriſmatis, quoad Abbates etiam benedictos. ibid.
Quatenus Abbas poſſit conferre Sacramentum Confirmationis? ibid.
DE ABSOLVTIONE SACRAMENTALI. ibid.
DE ABSOLVTIONE à blaſphemijs hæreticalibus. ibid.
DE ACCVSATIONE. ibid.

DE ACTIONIBVS.

An pactum conſenſus, ſiuè pollicitatio nuda inducat actionem? 8.

DE ADVLTERIO.

1 An, et quo pacto Coniux adulter ingredi poſſit Religionem? 9.
2 Quid de vtroque Coniuge innocente in Religionem ingreſſuro? Vbi an ad hoc requiratur licentia Epiſcopi? ibid.
3 Quid de altero Coniuge ad Ordines Sacros promouendo? ibidem
4 Quid ad Epiſcopatum, vel Cardinalatum? ib.
An tolerandæ ſint mulieres nuptæ, quæ publicè meretricio more proſtituuntur omnibus in maximum Sacramenti Matrimonij opprobrium? Et quatenus negatiuè;
Quo ſalubriori, et faciliori remedio prouideri poſſit? 10.
1 An Vir propria authoritate, vt in caſu poſito, poſſit, etiam nolente Vxore, diuortium celebrare? Et quatenus affirmatiuè
2 An diſpenſandus, vt poſſit Sacros Ordines ſuſcipere? ibidem
3 An Eminentiſſimus Protector poſſit ei ad hunc effectum dimiſſoriales concedere? ibid.
De forma inquiſitionis in crimine adulterij. De pœna contra inquiſitum: Conſtitutio Sixti V. quomodò intelligatur? Et de filijs adulterorum multa dubia. 11.
An Vxor, quæ ab Ordinario ſuo ſententiam ſeparationis thori, ac reſtitutionis ſuæ dotis, ob adulterium ſui viri, qui ſententiam accepit, obtinuit, poſſit ingredi Monaſterium Monialium? 12.

DE ALIENATIONE RERVM ECCLESIASTICARVM.

An Regulares renunciantes ſententiæ Rotali, et exequutorialibus relaxatis prò obſeruatione ſuorum priuilegiorum, nempè diſtantiæ earumdum inter alias Eccleſias ędificandas, ac ſimilium, incurrant aliquam pœnam Canonicam de reb. Eccleſ. non alien. 12.
Reſponſio Vrbani VIII. ſuper alien. rer. Regular. ibid.
An vſusfructus Eccleſiaſticorum immobilium, qui ex prætenſa conſuetudine conceditur cum ipſis bonis ad vitam prò eorum portione inſeruientibus Eccleſiæ, prohibeatur in *Extrauag. Ambitioſ. de reb. Eccleſ. non alien.* ibid.
An conuentio, ſiuè tranſactio inita inter Epiſcopum, et Monaſterium ſine Priore, vt in caſu poſito, ſit valida? 13.
An licentia alienandi data Rectori Eccleſiæ, tranſeat in ſucceſſorem? ibid.
An Theatini poſſint alienare bona Religionis; Et an poſſint imponere cenſus? ibid.
An, et quatenus in alienatione bonorum Confraternitatis, vel Congregationis, vel Oratorij, vel Hoſpitalis, requirantur ſolemnitates, quæ de iure requiruntur in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum? ibid.
De tranſlatione Sanctorum Corporum, ſiuè Reliquiarum, quoad alien. rer. Eccleſ. 14.
An decretum Apoſtolicum de reb. Regular. non alien. abſque expreſſa licentia Sac. Congregat. Conc. comprehendat obligationem factam à Superioribus Regularibus, prætextu emptionis bonorum prò ſuis Monaſterijs? ibid.
An locatio Caſalium diſtrictus Vrbis, atque eiuſmodi, comprehendatur in *Extrauag. Ambit. de reb. Eccleſ. non alien.*? ibid.
De alienatione rerum Eccleſiæ theoria, et praxis in qua controuerſiæ, penè omnes, ſoluuntur, etc. ibid.
Aliqua circà vſurpationem rerum Eccleſiæ. 19.
Aliqua de cenſu vitalitio Regularium? ibid.
An aſſenſus præſcriptus in decretis de celebratione Miſsar. à Sacra Congregatione Conc. editis in ſuſceptione onerum perpetuorum, requiratur

Digitized by Google

ratur dumtaxat, vt Ordinatius exquirat, bona aſſignanda eſse fructifera, et correſpondentia oneribus adiungendis, vel, vt ſubrogetur in locum beneplaciti Apoſtolici reſpectu bonorum propriorum? etc. ibid.

An Extrauagans Pauli II. de reb. Eccleſ. non alien. obliget vbicumque terrarum, etiam vbi non eſt vſu recepta? etc. ibid.

An Regulares, qui obtinueront à Papa Breue directum Epiſcopo ad id delegato, vt alienare poſſint bona quædam Eccleſiaſtica, eiuſque firmata iuriſdictione &c. poſſint vigore alterius facultatis hoc iudicium omittere, et aliud inire, vel teneantur coram ipſo Epiſcopo illud proſequi, et quibus ſub pœnis? 20.

An, et quatenus de rebus Eccleſiæ, etiam Regularis, fieri poſſit compromiſsum, ac eligi in arbitrum Princeps ſæcularis, et an huiuſmodi compromiſsum, &c. ſuſtineri valeat? ibid.

An celebrãdo Miſſas de feſto occurrenti in Altare priuilegiato prò defunct. ſatisfiat volũtati Teſtatoris, et eorũ animę lucrentur Indulgentias? 20.

De Altaribus priuilegiatis prò defunctis. 21.

An Miſsæ perpetuæ, Altare impedito, poſſint celebrari in alijs Altaribus cum Imagine eiuſdem Sancti? etc. ibid.

DE AMBITV IN ELECTIONIBVS. 21.

DE APOSTATIS. ibid.

DE APPELLATIONIBVS.

An à prouiſione, ſeù decreto Metropolitanę audientię, tam in caſibus ciuilibus, quam criminalibus detur appellatio? 21.

An detur appellatio à denegatione licentiæ laborandi feſtis diebus? ibid,

An ſit de pertinentibus ad A.C. Apoſtolicæ cognoſcere de altercatione iuriſdictionum inter Iudices? ibid.

Quinam dicendi ſunt contumaces ad effectum denegandi appellationem? ibid.

An partes debeant inſtare prò reuocanda inhibitione à Metropolitano facta? 22.

An viſitatio Eccleſiæ Cathedralis poſſit impediri, vel retardari per appellationem? ibid.

An celebratio Synodi impediri, vel retardari poſſit per appellationem? ibid.

An detur appellatio à decretis, & Statutis Synodalibus? ibid.

Quandò appellandum ab excluſione à concurſu? ibid.

An Iudex ad quem poſſit ſub pœnis, & cenſuris petere à Notario Iudicis à quo, nedum copiam actorum, verum ad inſtantiam Partis, & expenſis ipſius Notarij prætendere, vt ipſa originalia transferantur, & vbi contingat dubitari de exemplo, collatio fiat, Parte vocata, & præſente? ibid.

An quoties per Iudicem appellationis ſuſpenduntur cenſuræ prolatæ per Iudicem inferiorem, ſi Eccleſiaſtici illis irretiti, durante ſuſpenſione, excedant actus exerceri prohibitos ſub pœna irregularitatis, in illam incidant? ibid.

An poſſit denegari copia appellationis, & aliorum decretorum Synodi? ibid.

An à decretis in Viſitatione factis detur appellatio? ibid.

An Archiepiſcopus poſſit per appellationem cognoſcere de cauſis cognitis ab Ordinarijs, & Nullius Dięceſis, ſitis intra Prouinciam? ibid.

An, & quibus modis pœnæ Eccleſiaſticæ latæ ſententiæ ſuſpendantur per appellationem? ibid.

An à Conſeruatoribus Regularium detur appellatio ad Delegatum Apoſtolicum in Regno Sardiniæ? ibid.

An à ſententia declaratoria excommunicationis, ob prętenſam Clerici percuſſionem, Metropolitanus rectè admittat appellationem? 24.

An à decreto Epiſcopi, quod celebretur Matrimonium, poſſit appellari ad Metropolitanum? Et quid ſi Epiſcopus procedat etiam vti Delegatus? ibid.

An ab aſſignatione congruæ Parochialis detur appellatio ſuſpenſiua? ibid.

Appellatio ab irrationabili iudicio Epiſcopi in concurrentibus Parochialibus, quo pacto interponi debeat? ibid.

An in cauſis appellationum inter Regulares eiuſdem Religionis poſſint, omiſſo medio, dari commiſſiones à Signatura Iuſtitiæ, & Inhibitiones ab A. C. ſeù alijs Tribunalibus, an potius ſint gradatim cognoſcendæ coram ſuis Superioribus Regularibus, & à Sac. Cong. Regular.? ibid.

De appellatione à cenſuris. 25.

An à ſententia fauore libertatis in materia S. Officij detur appellatio, & ad quem effectum? ib.

An Metropolitanus poſſit recipere appellationem, ac procedere ad confirmationem, vel annullationem primę ſententiæ prò, vel contrà hæreticum, vt in caſu poſito? ibid.

An, & quatenus à morum correctione detur appellatio, etiam quoad Regulares? Quomodo Conc. Trid. decreto ſuper hac re derogetur? Et an, & quatenus cauſa Clerici committi poſſit Iudici ſæculari? ibid.

De appellatione in materia Immunitatis. ibid.

De appellationibus à Papa ad futurum Concilium, deque eorum initio, ac de pœnis contrà appellantes. ibid.

An, & quatenus Metropolitanus poſſit abſque licentia ſui Suffraganei executioni demandare citationes, inhibitiones, mandata, cęteraſque forenſes ſcripturas contrà tertios in Dięceſi ſuffraganea ex cauſa appellationis in Metropolitanam Curiam introductæ? 26.

An poſſit appellari à quodam decreto, vt in caſu poſito à Moniali de altius tollendo muro, &c. in Viſitatione ab Epiſcopo facto? ibid.

An, & quatenus cauſæ Regularium, aliorumque ab Eminentiſſimis Cardinalibus iudicatæ, cõmitti poſſint per appellationem Sacræ Rotæ,

aut alijs Tribunalibus ad eas cognoſcendum? ibidem.
An, & quatenus Regularibus, & Monialibus, præſertim Ordinis S. Franciſci, liceat appellare ad Summum Pontificem, ſiuè ad Sacram Congregationem ſuper Regular. omiſſis ſuis Superioribus? 27.
An, & quatenus Regulares habere poſſint prò cura infirmorum Hoſpitium Religioſorum intrà Ciuitatem, &c. Quid ſi ab huiuſmodi decreto appelletur? An à decreto Delegati Regulares appellare poſſint, &c. Et cui incumbat onus tranſportandi acta? ibid.
An interpoſita ab vtraque parte appellatione ad Sum. Pontificem, etiam ad effectum petendi Generalem, poſſit illa ab altera parte poſthaberi, ac procedi ad electionem Regularem? ibidem.
De electione cum contemptu ſuffraganeorum. Prò appellatione à non admiſſione ad Capitulum quid ſatis ſit? Appellatio à contemptu an habeat tempus præſcriptum? &c. ibid.
1 Acta primæ iuſtantiæ intrà quot dies dari debeant gratis reo appellanti? ibid.
2 Teſtes deponentes contrà Epiſcopum quales eſſe debeant? ibid.
Vbi quid de cauſis Epiſcoporum? ibid.
DE ARCHIDIACONO. 28.
DE ARCHIOSPITALI. ibid.

DE ARCHIEPISCOPO.

An eò ipſo, quod Metropolitanus inhibeat, ſi Procurator Curię Epiſcopalis in criminalibus, & Partes litigantes in ciuilibus prætendant inhibitionem grauaminoſam, debeant inſtare prò reuocatione coram Metropolitano? 28.
An auocationum, & ſententiarum iuſtitia diſcutienda ſit cum Partibus, quarum principaliter intereſt ſuos recurſus, & ſententias, à ſe obtentas defendere, an verò cum Iudicibus? ibid.
An Metropolitanus poſſit in tota Prouincia punire omnia crimina notoria ſubditorum ſuffraganeorum, etiam extrà viſitationem, & omni tempore, dummodò Epiſcopus non præuenerit in puniendo? ibid.
An Suffraganeus poſſit aliquid contrà Metropolitanum? 29.
An Archiepiſcopus poſſit per appellationem cognoſcere de cauſis cognitis ab Ordinarijs, & Abbatibus Nullius Diœceſis, ſitis intrà Prouinciam? ibid.
An Archiepiſcopus poſſit concedere literas dimiſſoriales ſuis Suffraganeis ad Ordines, & quid de promoto? ibid.
An ſit abuſiua introductio Suffraganei prouocandi ad altercationem Metropolitanum circà remiſſionem cauſarum? ibid.
An poſſint eligi in Conſeruatores Regularium Archiepiſcopi, & Cardinales? ibid.
An promotus literis dimiſſorialibus Metropolitani ſit irregularis, ac diſpenſabilis à ſuo Ordinario? &c. ibid.
De authoritate Metropolitani aliqua diſcurriuntur? ibid.
De authoritate Metropolitani circà Suffraganeos? ibid.
An delatio Crucis, aliaque reuerentialia in Diœceſi exempta debeantur proprio Archiepiſcopo, in cuius Prouincia eſt Diœceſis, vel potius Metropolitano, quem ſemel prò Synodo, Diœceſanus eligitur? ibid.
Manutenentio Solij Archiepiſcopi cui competat? ibid.
An, & quatenus Metropolitanus poſſit demandare executioni mandata, citationes, &c. vigore appellationis? ibid.

DE ARCHIPRESBYTERO.

De reſidentia Archipresbyteri Cathedralis quoad perceptionem fructuum. 29.
De Archipresbytero circà funera. ibid.
Item de Archipresbytero circà funera, & Proceſſiones, & de vſu habiti Protbonotarij? ibid.
De Archipresbytero circà curam animarum? ibid.
DE APOSTATIS? 29.

DE ARMIS GENTILITIIS.

An rectè, prudenter, & laude dignum faciant, qui in, vel extrà Eccleſias, Monaſteria, Hoſpitalia &c. à ſe fundata arma ſua gentilitia poni curant? 29.
An Patronus, in quem legitimo titulo Iuſpatronatus Eccleſiæ, Hoſpitalis, Capellæ &c. tanslatum eſt, arma, ſeù inſignia primi Patroni inde auferre, & ſua apponere, vel appingere poſſit? 30.
DE ASSASSINIO quoad Immunitatem Eccleſiaſticam. ibid.
DE ASSENSU APOSTOLICO. ibid.
DE AVDITORE CAMERÆ APOSTOLICÆ. ibid.

DE BAPTISMO.

AN puer non dum in aliqua parte ſui corporis natus, in extrema neceſſitate baptizari poſſit in vtero Matris? 31.
An Turcæ exiſtentes in triremibus, & petentes baptizari, fiant liberi? ibid.
An Hæbreus infans, quem eius nutrix Chriſtiana baptizare fecit, inſcio Patre, ſit Patri ſuo reſtituendus? ibid.
An filij infantes mulieris, quæ apoſtatauit à fide, & illos genuit cum Patre Turca, poſſint baptiza-

Digitized by Google

ptizari ? ibid.

An Chriſtianus, qui occaſione conuerſationis habitæ cum Iudæis, multos eorum pueros in articulo mortis conſtitutos baptizauit, licitè id fecerit ? ibid.

Qua pœna puniri debeat mulier, quæ ad contingendum partum ſuppoſitum, curauit baptizari infatem alias baptizatum ? ibid.

An, abſente Parocho Catholico, Presbyteri ſchiſmatici poſſint baptizare filios Catholicorum ? ibidem.

Aliqua dubia de baptiſmo filiorum Turcarum, & Chriſtianorum coniugatorum. ibid.

An licitè Baptiſmus conferatur filijs Turcarum à Sacerdotibus Catholicis ad finem temporalem, vt in caſu poſito ? Vbi effata de baptiſmo Iudæorum, & de Turcis. 32.

An aqua roſacea, alijque humores è floribus, herbis, frondibus expreſſi, ſudor, lacrymæ, vrina, ſputum, & id genus alia, ſint apta materia baptiſmi, ſaltem in caſu neceſſitatis. 33.

Aliqua circà ritus baptiſmi Eccleſiæ Orientalis. ibid.

Aliqua de baptiſmo Iudæorum. ibid.

Aliqua dubia circà baptiſmum inter Catholicos, & Hæreticos. ibid.

An Epiſcopus prohibere poſſit ſub pœna excommunicationis, quod nemo bacizare poſſit adultum, cuius non percipit idioma, & quod hæc prohibitio ſit generalis, quodue non poſſint baptizari ij, quorum idioma non intelligitur, niſi in articulo mortis ? ibid.

An Sacerdotes Catholici ſupplere poſſint baptiſmi cęremonias, quoties hęretici poſt ſuam ad Fidem Catholicam conuerſionem, illas ſupplicari poſtulant ? 34.

Matrem Chriſtianam an Patrem Turcam ſequi debeant filij minores ducti in captiuitatem, & libertate donari, & quoad baptiſmum. ibid.

De cognatione ſpirituali ex baptiſmo. ibid.

An poſſint baptizari à Parocho Catholico hæreticorum filij, etiam domi, et ſine cęremonijs Eccleſiæ, ad effugiendum periculum mortis, ſi differatur baptiſmus, donec pueri habeant uſum rationis, iuxtà mores dictorum hęreticorum ? ibid.

An ſint monendi Miniſtri Catholici, vt ſub conditione ſemper baptizent ab hęreticis baptizatos, qui ſolent baptizare prolem faſcijs inuolutam, vt raró poſſit aliquod eorum membrum aqua attingere ? ibid.

DE BELLO.

1 An, & quatenus ſit licita defenſio ?

2 An armis defendi poſſit Religio ?

3 Sitque bellum Chriſtianis licitum ?

4 Illudque gerere poſſint contrà Turcas ?

5 Et Hæreticos propter ſolam hæreſim ?

6 Et an, & quatenus bellum ſit licitum ? 34.

1 An Eminentiſſimi Cardinales, Sede Apoſtolica Vacante, poſſint mittere Petrenies Pontificias contrà Turcas, aliaue facere, inſtante aliquo Principe ? Vbi aliqua de bello contrà Turcas.

2 An Turcarum Imperium ante finem Mundi interiturum ſit ? 35.

Vtrum Principes Chriſtiani poſſint in bello implorare auxilium à Gentilibus, & Infidelibus, & cum eis fœdus inire, vt in bello ſe mutuò iuuent aduerſus alios Principes Chriſtianos &c ? ibid.

DE BENEFICIIS, ET BENEFICIATIS.

An conſenſus Capituli, qui neceſſariò in vnione beneficiorum ſimplicium Seminario facienda debet interuinire &c. ſufficiat, ſi interueniat vnioni iam factæ ? 36.

An vnio beneficiorum facta ad conſulendum tenuitati Dignitatum vacantibus benificijs in Curia, vt in caſu poſito, ſit valida ? ibid.

An obſtet decretum Sac. Conc. Trid. vnioni beneficij factæ maſſæ Capitulari per Ordinarium ? ibid.

Beneficia, & officia electi in Epiſcopum quandò & quo pacto vacent ? ibid.

An ſuſtineatur vnio Seminario facta ab Ordinario benificiorum reſeruatorum Sedi Apoſtolicæ ? 37.

An ſeruientes Principibus laicis excuſentur à reſidentia ſuorum beneficiorum ? ibid.

An vacet primum beneficium ſimplex, quandò beneficiatus prouiſus fuit beneficio Curato, vt in caſu poſito ? ibid.

An ſuſtineatur vnio beneficiorum ſimplicium facta Eccleſiæ Parochiali à Vicario Capitulari &c. vt in caſu poſito ? ibid.

An Clericus prouiſus de beneficio, cuius collatio dubitatur ſpectare ad Papam, poſſit ad Ordines promoueri ? ibid.

Quomodò procedendum contrà beneficiatos non reſidentes ? ibid.

An ad Beneficia obtinenda requiratur Doctoratus ? ibid.

An Pœnitentiaria exigat vnionem beneficiorum ſimplicium ? ibid.

An redditioni rationum non ſpectantium ad Eccleſiam, ſed ad Beneficiatos, intereſſe debeat aliquis Canonicus ? ibid.

An Clericus contrà Eccleſiam ſuam, in qua beneficium obtinebat, prò extraneis aduocare teneatur ? ibid.

An beneficiorum in poſſeſſionem immiſſio pertineat ad Archidiaconum ? 38.

An Beneficiati teneantur thurificare Clericis Seminarij ? ibid.

An Beneficiatis, & Capellanis indulgendus ſit habitus Canonicalis ? ibid.

An Conſtitutio Canonicor. facta prò ſeruitio Eccleſiæ obliget Beneficiatos, & Capellanos ? ib.

An Beneficiati deferre poſſint Rocchettum ? ibid.

An,

An, & quatenus Beneficiati Cathedralium poſſint Synodo Diœceſanæ interreſſe, contradicente Capitulo? ibid.
De priuatione beneficiorum. ibid.
An liceat Epiſcopo ſupprimere beneficia, Canonicatus &c.? ibid.
De beneficijs aliqua. ibid.
An filij Presbyterorum ſuccedere poſſint beneficijs Patris &c? ibid.
1 Quinam, quantumue Clericus Sacerdos, ſiuè Beneficiatus, qui horas Canonicas non recitat, reſtituere teneatur?
2 Et quid in hac re poſſit Sac. Pœnitentiaria? ibid.
Aliqua de beneficijs. ibid.
An ſit laudabilis conſuetudo, vt Beneficiati ſedeant in aliquibus actibus coram Capitulo, &c? ibid.
De ambitu in electionibus ad beneficia. ibid.
De obtinentibus plura beneficia curata. De Beneficiatis, qui nullum ſeruitium requirunt. Beneficia cur inſtituta. Quæ beneficiorum vniones validæ cenſeantur. Beneficia Eccleſiaſtica curata, perpetuò vnita quomodò viſitanda? Quomodò eis prouidendum? Decreta. ibid.
An, & quatenus à quocumque præſentati ad beneficia Eccleſiaſtica inſtituendi ſint ab Ordinarijs? Vbi decreta. ibid.

DE CANONIZATIONE SANCTORVM.

An, & quatenus munus, & dignitas Apoſtolorum aliquibus Sanctis Viris appropriari poſſit? 41.
An obſeruatio decretorum San. Inquiſitionis, ac Vrbani VIII. de Canoniz. Sanctorum admittat ab initio publicationis eorumdem aliquod temporis interuallum ad effectum procedendi ad vlteriora in Canonizatione? ibid.
An ex titulo Beati, ſiuè Sancti in ſcripturis, &c. eliciatur aliquod ſignum cultus? ibid.
An Ordinarius poſſit deputare ſuum Vicarium Foraneum in Iudicem prò conſtructione proceſſus ſuper non cultu? ibid.
An oſſa ſeruorum Dei debeant condi ſub humo? Et quid de translatione in decentiorem locum? 42.
An ex Reliquijs Corporis Serui Dei, delatis ad exteras Ciuitates, arguatur aliqua veneratio ergà ipſos? ibid.
An pauimentum ſuprà ſepulchrum tantiſper eleuatum, ac epitaphium cum imagine picta defuncti cum fama ſanctitatis, indicet venerationem? ibid.
An teſtes, qui induci debent ad probandum non cultum Serui Dei, induci poſſint biduò poſt citationem? ibid.
An ſit neceſsè, quod Iudex remiſſorialis perſonaliter accedat ad Eccleſiam, vbi dicitur ſepultus aliquis Seruus Dei, ad inſpiciendum iudicialiter &c.? ibid.
An ſi Corpus Serui Dei ſepultum fuit in loco inſolito, eruatur exindè aliquis cultus? 43.
An teſtes, qui ſimpliciter dixerint, contenta in articulo, eſſe vera, non ſpecificando de viſu, & ſcientia, vel auditu, ſed ſe retulerint ad aliàs dicta, & aliqui teſtati fuerint de publica voce, & fama &c. admitti debeant? ibid.
An Regulares in cauſa Canizationis poſsint teſtimonium perhibere abſque licentia Superioris? ibid.
An in cauſa Canonizationis ſint idonei teſtes Religioſi eiuſdem Religionis, ſiuè Communitatis? ibid.
An literæ Remiſſoriales debeant præſentari omnibus, quibus directæ ſunt? ibid.
An Vrb. VIII. in decretis ſuper non cultu voluerit dictionibus illis *ſtatim, & omninò*, tollere facultatem deducendi iura, quæ habent nonnulli, ſe verſari in caſibus exceptis, vel alia de cauſa, ſe non teneri ad amotionem cultus? 44.
An in cauſa Canonizationis poſsit quis eſſe Teſtis, & Procurator? ibid.
An celebratio Miſſæ ſolemnis de Sanctiſſima Trinitate in gratiarum actionem ob aliquem præ defunctum cum fama ſanctitatis, ac oratio panegyrica &c. arguat aliquod genus venerationis? ibid.
An etiam in cauſis Canonizationis exequutio remiſſoriæ ſit legitima, quando forma illius non eſt ſeruata in reſcribendo &c? ibid.
Quomodo negatiua cultus probetur? ibid.
An ex ſola fide Ordinarij, quæ reſtatur de non cultu concedenda ſit remiſſoria? 45.
An inquiſitio generalis in materia Canonizationis aliquo in caſu omitti poſsit? ibid.
1 An literæ remiſſoriales dari poſſint alijs, quam Epiſcopis? Et
2 An Canonicus Collegiatæ poſſit eſſe Iudex remiſſorialis? ibid.
An examen de Canonizatione poſſit fieri in Sacello Palatij alicuius Principis? ibid.
De citatione Subpromotoris Fidei in materia Canonizationis requiſita. 46.
An exigentibus literis remiſſorialibus, quod deputetur Notarius Apoſtolicus &c. eiuſmodi qualitas debeat probari in deputato in Actuarium cauſæ Canonizationis? ibid.
An imagines in quibus nulli ſunt radij, nulli ſplendores &c. ſint amouendi? ibid.
An ex proceſſionibus habitis publico decreto aut voto, arguatur cultus? ibid.
An, & quomodò in compulſorialibus forma requiſita? ibid.
Vtrum originalia debeant recognoſci? 47.
An ſit legitima collatio ſcripturarum facta à ſolo Notario deputato in cauſa Canonizationis? ibid.
An exemplatio iurium fieri debeat cum annotatione temporis, anni, menſis, diei, cum teſtibus, ac nomine Notarij? ibid.
An teſtium depoſitiones ſolummodò receptæ ad perpetuam rei memoriam, probent in cauſa Ca-

Digitized by Google

Canonizationis? ibid.
An teſtes inducti, & examinati ad probandam legalitatem teſtium defunctorum, ſint recipiendi? ibid.
Sint ne teſtes vocati neceſſariò monendi? ibid.
An ſit docendum, quod vnuſquiſque teſtis iurauerit per diem ante ſuum examen? ibid.
An ſigillatim à quolibet teſte recipi debeat iuramentum de veritate dicenda, vel ſufficiat, quod pluribus in turma feratur? 48.
An teſtis iterum examinatus, iterum iurare debeat? ibid.
An omnes teſtes examinari debeant ſuper omnibus articulis in Remiſſoria traſmiſſis? ibid.
An atteſtationes teſtium, qui fuerint examinati non ſeruata forma iurium, & Remiſſoriæ, ſint penitus reſpuendæ? ibid.
An alicuius ſit momenti examen teſtis, qui infirmitate correptus, examen perficere non potuit? ibid.
An terminorum inculcatio in cauſa Canonizationis ſit admittenda? ibid.
An conſtare debeat, Notarios deputatos prò collatione proceſſus facienda vna cum Actuario iuraſſe in manibus Iudicum? ibid.
An debeat conſtare, quòd collatio cepta in præſentia Iudicum, coram eiſdem fuerit continuata, & terminata? 49.
An Portitor proceſſus teneatur iurare, quod fideliter illum Romam deferat? ibid.
An conſtare debeat de obſignatione proceſſus, illiuſque conſignatione Portitori? ibid.
An proceſſus ſubſcribi debeat in fine per Iudices? ibid.
An liceat pingere Imaginem cum reuelationibus? ibid.
An, vt concedi debeat Remiſſoria in genere, docendum aliquid ſit de continuatione, & percrebeſcentia famæ miraculorum? ibid.
An probare negatiuam cultus ſit onus Poſtulatorum? ibid.
An ſi teſtes tantum dixerint. *Et de omnibus, & ſingulis eſt publica vox, & fama, publicum, & notorium*, eorum dictis aliqua ratio habenda ſit? 50.
An probet teſtis publicam vocem, & famam, ſi vtatur ſolo verbo temporis præſentis *Eſſe*? ibid.
De probatione famæ in hac materia. ibid.
An cum interrogatorium ſit inſertum in Remiſſoria ſuper quidditate, & circumſtantijs miraculi, ſi ſuper eo non fuerint interrogati teſtes deponentes ſuper miraculis, proceſſus reddatur nullus ex inobſeruantia Remiſſoriæ? ibid.
An Procurator Cauſæ Canonizationis iurare debeat de calumnia? ibid.
Ex quibus præcipuè probetur cultus immemorabilis, qui eſt vnus ex caſibus exceptis in decretis de Canonizatione Sanctorum? 51.
Quomodò probetur cultus immemorabilis? ibid.
An verba illa per modum declamationis excepti ué expreſſa in decretis Vrb. VIII. *Aut per communem Eccleſiæ conſenſum &c. coluntur*, ſint intelligenda de Eccleſia particulari? ibid.
An verba illa. *Aut per Patrum, virorumque Sanctorum ſcripta* in eiſdem decretis appoſita, reſpiciat Seruos Dei, qui obdormiuerint in Domino ante tempora Alex. III. ad Pontificatum euecti anno Septembris 1159.? ibid.
Quomodò verba illa: *Vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij coluntur*, intelligenda ſint? 52.
An prophetia, ſiuè reuelationes præſtent ſolidum Sanctitatis argumentum? ibid.
Quanto temporis ſpatio proceſſus particularis de Canonizatione authoritate Apoſtolica demandatis, abſolui debeat, vt ſit legitimus validuſque? ibid.
Quandò concedenda, vel deneganda ſit noua Remiſſoria in cauſis Canonizationum? ibid.
An ſtandum ſit ſimplici enunciatiuæ commiſſionis, non inſertæ in literis remiſſorialibus? ibidem.
An officium Vicarij, cui delegata eſt cauſa Canonizationis, expiret poſt obitum ſui Epiſcopi? 53.
An mulieres in his cauſis admitti poſſint prò teſtibus? ibid.
An Indulgentiæ conceſſæ die anniuerſario cuiuſpiam Serui Dei viſitantibus eius Altare &c. reſpiciant publicam venerationem &c.? ibid.
An emiſſio votorum arguat cultum publicum &c. Qui nam dicatur cultus publicus, quiue priuatus? ibid.
De virtute heroica Chriſtiana in canonizando prærequiſita &c. 54.
Vtrum in muliere ſit admittenda virtus heroica? ibidem.
De virtutibus Theologicis in gradu heroico. ibidem.
An cum virtutibus Theologicis, virtutes etiam morales, ſeù Cardinales per ſe infundantur, prò canonizandol? ibid.
Vtrum, præter virtutes omnes, infundantur cum gratia habituali dona Spiritus Sancti? ibid.
De Beatitudinibus. 57.
De fructibus Spiritus Sancti. ibid.
De differentia inter virtutes, dona, beatitudines, & fructus ſecundum gradum. ibid.
Qua certitudine tenendum ſit, infundi iuſtis virtutes, morales, et habitus donorum Spiritus Sancti, diſtinctos à virtutibus, ſimul cum gratia, & charitate? ibid.
De virtutibus moralibus in gradu heroico. 58.
An virtutes Thelogicæ ſint inter ſe connexæ? 59.
An virtutes morales per ſe infuſæ ſint connexæ cum Gratia, & Charitate? ibid.
An virtutes morales acquiſitæ ſint connexæ cum Theologicis, præſertim Charitate? ibid.
An virtutes morales acquiſitæ inter ſe ſint connexæ? ibid.
An concedi poſſint, ac debeant literæ Remiſſoriales ad effectum examinandi teſtes, nè pereant eorum probationes, antequam doceatur de continuatione miraculorum &c? ibid.

An in cauſa Canonizaiionum probari debeat, quod fuerit adhibitus Notarius Apoſtolicus? 60.

An Corpus eorum, qui cum opinione, & fama Sanctitatis decedunt, ſepeliri poſſint ſub Altare, aut eius Scabello ſuppedaneo, *vulgò Predella*? ibid.

1 An ſententia ſuper non cultu prolata per Rectorem Eccleſiæ deputatum à Vicario Generali, ſit confirmanda? Et

2 An à d. Curato, ſiuè Rectore committi poſſit viſitatio, & inſpectio ſepulchri Notario cauſæ, licet laico? ibid.

3 An teſtium depoſitio in materia Canonizationis Sanctorum excipi poſſit, non citato Promotore Fiſcali Menſæ Epiſcopalis?

4 Et quid de eorum repetitione facta cum interrogatorijs, præſente Promotore Fiſcali, ſi abſolutis interrogatorijs, eis ſolummodò lecta fuerit prima eorum depoſitio, quam ſinguli generaliter approbarunt? ibid.

An petitio Remiſſoriæ ſuper Inquiſitione generali ſit concedenda, antequam doceatur de continuatione, ac percrebeſcentia famæ miraculorum? 61.

1 An in cauſis Canonizationis ritè excipiatur iuramentum Monialium, quæ non iurant in manibus Iudicum, nec ab ipſis videri poſſunt? ibid.

2 An Moniales, alijque Regulares ſint Teſtes idonei in cauſa Caonizationis ſuorum Regularium? ibid.

3 Et quid ſi examinentur ſine licentia Superiorum ſuorum? ibid.

An examen Cardinalium, & Epiſcoporum in cauſis Canonizationis legitimè recipi poſſit in eorum Palatijs? ibid.

An, & quatenus in materia Canonizationis hiſtoricis, atque chirographis &c. adhibenda ſit fides? ibid.

1 An aſitia per multum ſpatium temporis verè dici poſſit ſupernaturalis? ibid.

2 Et quid de abſtinentia à ſolo potu? ibid.

A quo tempore ſumi debeat initium litis in cauſis Canonizationis? 62.

An Sum. Pontifex, nuncupando Beatum ſcriptura ſua priuata quempiam Dei Seruum, cenſeatur ei titulum Beati concedere? ibid.

An poſſint recitari Orationes, Reſponſoria, & Antiphonę ad Laudes, & Veſperas Seruo Dei non Canonizato, neque Beatificato? ibid.

An liceat pingere Imaginem non Canonizati cum reuelationibus, ſiuè cum claritate vel lumine veniente deſuper? ibid.

Vtrum in ſepulchris Seruorum Dei apponi poſſit aliquod ſignum inſolitum, ad dignoſcendum, quod ibi ſint ſepulti? ibid.

An libri omnes à Seruis Dei compoſiti, & prodicti coram Iudice Remiſſoriali, debeant produci in actis Sac. Congreg. antequam canonizentur? ibid.

An lympha, vel lactis fluxus ex ſecta ceruice alicuius Martyris ſit naturalis? 63.

An habitus nigri coloris, quo ab antiquo conſuenit pingi B. Virgo, prohibeatur per Conſtitutionem Vrb. VIII. ibid.

1 An in proceſſibus prò Canonizatione citari debeat ad ſingulos actus Promotor Fidei miniſterio Curſoris &c.? ibid.

2 An proceſſus erit iuſtus, ſi Promotor, ſiuè Subpromotor non interueniat, quandò teſtes iurant per diem ante examen? ibid.

Quanti faciendi ſint effectus beatitatis, ac venerationis indultæ à Sum. Pontifice. Vbi de differentia Canonizationis à Beatificatione, & miraculorum à gratijs. ibid.

An ad eſſentiam veri miraculi requiratur ſanatio perfecta in inſtanti? 64.

An, & quatenus viſionibus, ſiuè apparitionibus fides dari debeat ad effectum Canonizationis, ſiuè Beatificationis? ibid.

An morbus apoplecticus poſſit abſque miraculo poſt aliquod tempus reſolui? ibid.

An ſubmerſis per horam, & amplius in aquis, inuocato auxilio Seruorum Dei, ſi reuixerint, attribuendum ſit miraculo? 65.

An eleuatio tumoris in facie alicuius Sacri ſigni, ſiuè Statuæ ligneę cuiuſpiam Serui Dei, vel Beati, ſit prodigioſa? ibid.

An illæſio pueri, ſuper quem pertranſiuit rota currus onuſti, ſine aliqua illius fractura, ob inuocationem alicuius Serui Dei, ſit miraculo adſcribenda? ibid.

An reſurrectio mortuorum ſine miraculo fieri poſſit? Vbi an, & quomodò à Dęmone? ibid.

An, & quo pacto mors diſtinguatur à vita? Vbi de modis dignoſcendi vera miracula reſurrectionis mortuorum ibid.

Quanti facienda ſit deſcriptio in Martyrologio Rom. ad effectum Canonizationis? 66.

Quantæ ſint efficaciæ lectiones alicuius Beati approbatæ à Summo Pontifice ad effectum Canonizationis? ibid.

An, & quatenus aliqui deſcribi poſſint in Martyrologio Rom. vti iam excepti ab Eccleſia Romana prò Sanctis Canonizatis? ibid.

An, & quatenus apparitiones Chriſti B. Virg. Angelorum, &c. Viris Sanctis factę, deſcribi poſſint in Martyrologio Romano? ibid.

De probatione miraculorum deſumpta ex publica voce, & fama? ibid.

De adminiculis antiquarum tabularum, an indubitatam fidem miraculorum faciant? ibid.

Quæ, quotue ſint ponderanda prò exacta diſcuſſione vnius cuiuſque miraculi ad effectum Canonizationis? Vbi quęnam propriè dicantur miracula, & quot eorum gradus? 67.

1 An, & quatenus Ordinarius in cauſis Canonizationis, poſtquam Sedes Apoſtolica manum appoſuerit, poſſit amplius ſe ingerere? ibid

2 Et quandò dicatur, Sedem Apoſtolicam manum appoſuiſſe? ibid.

An, & quatenus in cauſis Canonizationis Remiſſoria

Digitized by Google

ſoria in ſpecie concedenda ſit? ibid.
An Ordinarij poſſint delegare viris in dignitate conſtitutis proceſſum ſuper non cultu? ibid.
De quo genere intelligendus ſit Hoſtienſis, loquens in materia Canonizationis de inquiſitione in genere, ante quam deueniatur ad inquiſitionem in ſpecie, & Remiſſoria concedatur? 68.
An, & quatenus prò Canonizatione Martyris requirantur miracula? ibid.
An ad martyrium requiratur, quod ſit actus honeſtus? ibid.
Sitque neceſſarius actus fortitudinis?
Et vt mors ipſa ſequatur? ibid.
Aliaque Martyria requiſita, vbi conſiſtat vera fortitudo? ibid.
An, & quatenus baptiſmi probatio in Beatificando ſit facienda? ibid.
De electione Patronorum Sanctorum? 69.
An prò Canonizatione Confeſſorum neceſſaria ſint miracula in eorum vita? ibid.
De quibus Sanctis Officium proprium recitari poſſit? ibid.
An odor, quo Corpora, vel Reliquiæ Sanctorum redolent, miraculo ſit adſcribendus? ibid.
Et quid de illarum Incorruptibilitate? ibid.
De translatione Sanctorum Corporum, ſeù Reliquiarum? ibid.
An, & quatenus danda ſit fides atteſtationi Exorciſtæ ſuper liberatione Energumeni, vt miraculo adſcribatur? ibid.
An ad verum miraculum inuocari debeat auxilium Seruorum Dei, vel Beati, dum caſus accidit? 70.
An poſſit reperiri homo, qui ab igne non lædatur? Vbi de illuſionibus? ibid.
Quot requirantur miracula prò Canonizatione Sanctorum? ibid.
Quantum temporis à Beatificatione ad Canonizationem elabi debeat? ibid.
An recuperatio viſus, quæ paulatim ſuccedit, ſit miraculoſa, ope alicuius Serui Dei implorata? ibid.
An ſit neceſſarium in proceſſu de mandato Pontificia, iuxtà nouiſſima decreta faciendo in cauſis eorum, qui habent indultum Beatitatis, probare miracula? ibid.
An in cauſis Canonizationum quoad inquiſitionem deputari poſſint in Iudices Epiſcopi Titulares? 71.
An omninò fieri Sanctiſſimo debeat relatio deputationis Iudicum, & quo pacto illam fuiſſe factam probetur? ibid.
An, & quatenus Vicarius Capitularis procedere poſſit in iis, quæ commiſſa fuerunt Epiſcopo, qui in fata conceſſit à Sacra Rit. Congregat. prò executione eius decretorum? ibid.
An apponens Diadema Capiti Beati, vel eum vocens Sanctum, tranſgrediatur limites Beatificationis? ibid.
An ad effectum Canonizationis requirantur miraeula? Quæ nam ſint admittenda? De probatione miraculorum ſanationum, deque eorum conditionibus? 72.
An teſtes deſumpti ex proceſſu authoritate Ordinaria confecto, ſint attendendi in cauſis Canonizationum Sanctorum? ibid.
An, & quatenus mundatio à lepra miraculo ſit adſcribenda? 73.
An miracula fieri poſſint etiam in rebus irrationalibus? Vbi de dominatione Sanctorum in vniuerſos animantes? ibid.
An donum prophetiæ ſit inter miracula recenſendum? ibid.
An, & quatenus teſtes ſingulares probent miraculum? 74.
An multiplicatio terræ extractæ à ſepulchris Seruorum Dei prò infirmis curandis, ſit adſcribenda miraculo? ibid.
An ſudor ex Imaginibus Sanctorum ſit ſuprà, vel extrà naturæ vires? 75.
An probent teſtes, etiam ſingulares deponentes ſuper miraculis ex ſimplici auditu ab ipſis Seruis Dei, qui miracula patrarunt? ibid.
De quibuſdam ſanationibus admirandis ſuprà naturæ vim, atque ordinem? Vbi de Dœmonis poteſtate in actus, & affectiones vitæ vegetantis. ibid.
An Subdelegati in cauſa Canonizationis exprimere debeant in quolibet actu, quod ſederint prò Tribunali? 76.
In quibus miraculis Epiſcopi adhibere debeant conſilium Theologorum? ibid.
Quid liceat, vel non liceat facere circà venerationem hominum mortuorum ante eorum Canonizationem, vel Beatificationem, ſine Sedis Apoſtolicæ licentia? 77.
An poſſit celebrari Feſtum de aliquo Sancto veteris Teſtamenti? Et
An occaſione d. Feſti concedi poſſit indulgentia? ibid.
An homines abſciſſo capite moueri poſſint abſque miraculo? 78.
An liquor inſtar olei, &c. è Corporibus eorum qui obierunt cum fama Sanctitatis, ſit miraculo adſcribendus? ibid.
An ſudor ſanguineus ſit ſuprà vires naturæ? Et
Quid de ſudore Sanguineo D.N.Ieſu Chriſti? ibidem.
Quæ, & vndè lux, ſiuè ſplendor, fragrantiaque in Seruis Dei demortuis? 79.
An, & quatenus extentio Officij Diuini proprij concedenda ſit? Vbi an prò huiuſmodi conceſſione requiratur, quod Sanctus ſit Canonizatus? ibid.
An concedi poſſit de Beatificatis tantum, qui habent cultum limitatum? ibid.
An ſit licitum vtentibus Breuiario Romano accipere Officia propria ex aliis Breuiarijs? ibidem.
An prò veneratione Reliquiarum antiquatum repertarum ſit licentia concedenda?

Vbi aliqua de probanda identirate Corporum Sanctorum. 80.

An Reliquiæ Sanctorum exiſtentes in Eccleſijs Regularium, quæ exponuntur publicè venerationi, poſſint ab Epiſcopo viſitari? ibid.

An euaſio mulieris ſioiſtro fętu laborantis, ac morti proximę, quæ implorato alicuius Serui Dei auxilio, fętum emiſit ſalua, & incolumis, ſit adſcribenda miraculo? 81.

Quid de inſtantanea ſanatione tibijs, & cruribus impotentis, & attracti? ibid.

Deque ſanatione ſtrumarum, etiam à Regibus facta, ac obiter de titulo Chriſtianiſſimus? ibidem.

Quid de vulneribus, carbunculis inciſis, & ſanatis abſque cicatricis veſtigio? ibid.

Quid de liberatione à ſuppreſſione vrinæ cum emiſſione calculi, & de calculo per aluum eiecto. ibid.

Quid de pauló ante ſanatis ex miraculo, & reincidentibus in eundem, vel alium morbum? ibid.

Quid de periculoſo partu? ibid.

Quidue de cęco, ſurdo, muto, qui ſtatim lumen, auditum, loquelam recipiunt? ibidem.

Qui nam cultus Beatis, adhucnon Canonizatis præſtandus ſit? 82.

An, & quatenus res geſtæ, egregia facinora miracula, &c. poſſint in lucem edi, typiſque mandari? ibid.

An, & quatenus conſtare poſſint miracula Seruorum Dei? Vbi iterum de ijs, qui ſine cibo, & potu vixerunt? ibid.

An ſi vir fide dignus tradiderit alicui Reliquias Sanctorum, poſſint exponi publicè venerationi, approbante Epiſcopo? 83.

An præſeferat cultum foramen ſepulchrorum, in quibus conduntur Corpora Seruorum Dei, vt terra ſepulchralis extrahi poſſit deuotionis cauſa? ibid.

Quidue de ſepulchro circundato crate lignea, vel ferrea? Vbi forma conſtruendi proceſſum ſuper non cultu? ibid.

An expediat plures Sanctos iam Cannnizatos in Breuiario Romano inſcribi, deque eis Officium, & Miſſa in toto Orbe Chriſtiano celebrari? 84.

De ecſtaſi, & raptu miſtico. Quot ſint? De eorum cauſa. Quomodò diſtinguantur? Eorum diuiſio, ſubiectum, duratio, effectus. Quomodò dignoſcantur naturales, Dœmoniaci, Diuini? De eorum probatione, & examine? ibid.

De apparitionibus in Venerabili Euchariſtia factis viris, qui cum fama Sanctitatis obierunt prò eorum Canonizatione. Vbi in quas formas Chriſti Corpus euaſerit? 86.

Verę nè, an imaginarię tantum? ibid.

An poſito, quod formæ illæ non fuerint veræ, ſed imaginariæ tantum, mutatio ſit facta in potentia videntis, an ex parte ſpecierum panis, & vini ſupeſtitum, an ex parte medij? 87.

Quæ harum apparitionum efficiens cauſa? ibidem.

An vera Chriſti ſubſtantia ſub peregrinis hiſce formis? ibid.

An deceptio aliqua videntium in his apparitionibus ſit agnoſcenda? ibid.

An pręſentia, & vnio Corporis Chriſti ſub ſpeciebus? ibid.

De viſibilibus Chriſti, ac B. Virginis Mariæ apparitionibus, ad dignoſcendum, quæ nam veræ, ac reales, quęnam per imaginem, ſiuè per ſpecies alterius Corporis, prò Canonizatione Sanctorum? 88.

De ſignis, & characteribus viſis, ac impreſſis in aliquibus Corporibus cum fama Sanctitatis demortuis, an Diuina, an Angelica, an Dœmoniaca, an naturalia? ibid.

Quid ſit propriè Martyrium? Quę, & quot eius conditiones? ibid.

An reuera detur Theologia infuſa in Idiotis in Eccleſia Dei? ibid.

Quomodò miracula falſa à veris diſcernantur? An improbis hominibus concedatur aliquandò vera miracula facere. Ad id impoſturæ, & cautiones. 89.

An priuata pietate eos colere poſſumus, qui piè creduntur in Cęlo eſſe? ibid.

An eadem priuata pietate animas illas rogare etiam poſſimus, quæ in Purgatorio detinentur? ibid.

An vllo in caſu publicè in Eccleſia poſſit aliqua Imago picta, ſiuè ſculpta Chriſti, vel Sanctorum ſine licentia Epiſcopi exponi? Vbi de pœna in tranſgreſſores. Et an benedictio ſit omninò neceſſaria, & cui competat illas benedicere? ibid.

Vt proceſſus Beatificationis ritè formetur, quid præcipuè requiratur, &c. ibid.

An ſit credendum Sanctis innoteſcere omnes preces noſtras ad eos directas? 90.

An hoc ipſum ſit abſolutè neceſſarium ad fidem, & praxim inuocationis Sanctorum, vt ſit ſalutaris? ibid.

De cultu, & veneratione Sanctorum ex Diu. Auguſtino. 91.

Quod in Canonizatione Sanctorum, virtutes potius, quam miracula examinanda ſint. Et cur in Cartuſienſi Ordine nulla, aut rara miracula fiant? ibid.

De virtutibus heroicis in Martyribus, vbi cui virtuti potior laus? ibid.

De cauſis Canonizandi Sanctos. Et quæ in Canonizando requiratur? ibid.

Miracula vera prò Canonizatione Sanctorum quomodò à non veris diſcernantur? Quomodò à bonis, & malis Chriſtianis, & non vera à Magis, ac Dœmonibus fiant? 92.

Opera Dœmonum cur miracula dici nequeant? Quot modis fiant? ibid.

Quæ opera admiranda poſſint facere Dœmones vel per ſeipſos, vel per Magos? ibid.

Quæ Dœmon nec per ſeipſum, nec per Magos poſ-

Digitized by Google

poſſint efficere? ibid.

Quomodò ſenſus hominum à Dæmone ludificentur, &c. ibid.

Viuorum, & mortuorum apparitiones ad illuſiones Dæmonum cauendas. 93.

De ſuſcitatione Samuelis Prophetæ. ibid.

Iterum de miraculorum generibus ſuprà naturam, præter naturam, contrà naturam. Eorum gradus, & differentia. ibid.

De miraculis ſuper ordinem naturæ quoad operandi modum, & quoad id, in quo fit. ibid.

An Eudæmones ægritudines, non à natiuitate, ſed ex accidenti contractas, temporis momento, ac ſine medicamentis curare poſſint? ibidem.

Quomodò miracula Magorum, malorumque hominum à veris miraculis differant? ibid.

Specimina aliquot miraculorum variarum ſanationum, quæ ad ſecundum, & tertium gradum pertinent? ibid.

An probent miraculum vnus teſtis de viſu, alter de auditu à Patre, ſiuè à Matre ipſius ſanati? Vel ſaltem adminiculetur hiſtoria vitæ Serui Dei? ibid.

An teſtes domeſtici legitimè probent miraculum ſanationum? Qui nam dicantur domeſtici, &c. ibidem.

An primum extremum miraculi, *nempè infirmitas* probetur ex *aſſertione* Sacerdotis infirmi, ac ſanati, per *inſtrumentum* publicum rogata cum *præſentia* teſtium? Vnicus teſtis an, & quatenus probet miraculum? Quatenus illud probet notarietas facti? 94.

An, & quatenus ſanatio ab ariditate crurum aliorumque membrorum ex appoſitione terræ ſepulchralis Serui Dei ſuprà, vel vltrà naturę vires cenſenda ſit? ibid.

An teſtes deſumpti ex proceſſu authoritate Ordinarij confecto attendendi ſint? ibid.

An liberatio à periculoſo partu adſcribenda ſit miraculo? ibid.

An liberatio à morbo nephritico cum ſuppreſſione vrinæ ſit miraculo adſcribenda? 95.

An mundatio à lepra ſit miraculoſa? ibid.

An pulſationes, ſtrepitus, &c. quę audiuntur in Arca Serui Dei ſit miraculo adſcribenda? ibidem.

An teſtes deponentes de ſolo auditu alieno, publicaque voce, & fama admitti poſſint ad probandum miraculum? Quid ſi adeſſent alij teſtes de viſu, & certa ſcientia? Et an circumſtantiæ miraculi debeant concludenter probari? Quot teſtes requirantur ad probandum miraculum? Opinio teſtis an probet? Quid de teſtimonio puberis de viſis in pupillari ętate? Quid de infante? ibid.

1 Intrà quod tempus proceſſus Canonizationis confici debeat? 96.

2 Ad probandum miraculum quot teſtes ſufficiant? ibid.

3 An apponendo Diadema Capiti alicuius Beati, ac ſubſcribendo illius Imagini titulum Sancti, tranſgrediantur limites Beatificationis? ibid.

An puer ſubmerſus in mari, &c. inuocato auxilio Serui Dei, non moriatur, ſit miraculo adſcribendum? ibid.

1 An, & quatenus ſanatio ab inſtantanea neruorum conuulſione, ſit miraculoſa? ibid.

2 An, & quatenus adhibenda ſit fides dicenti, quod Seruus Dei ſibi apparuerit, ac præſeruauerit ab infirmitate, periculo, &c. ibid.

An, & quatenus ſanatio à vulnere lethali ſit ſuprà vires naturæ? ibid.

De Canonizatione Sanctorum. Martyres vindicati. Miracula poſt mortem. Proceſſus Canonizationis. Ritus eiuſdem. Canonizatio de Cœlo. Canonizatio miraculis confirmatur. Ibidem.

An aliquis ob miraculorum euidentiam in Sanctorum numerum referri poſſit? 97.

De miraculis examinandis. De modo illa examinandi; Et quæ neceſſaria ſint prò Sanctis declarandis? ibid.

Qui ordo iudiciarius in Canonizatione obſeruari conſueuerit. Actiones in ea requiſitæ. Et an ordo iudiciarius tam in Canonizatione Martyrum, quam Confeſſorum obſeruandus ſit? ibidem.

Quænam actiones in Canoniz. requirantur? 98.

De rebus, quæ prò celebranda Canonizatione fieri ſolent. De Conſiſtorijs, &c. 99.

DE CANONICIS SCRIPTVRIS. ibid.

DE CAPELLIS, ET CAPELLANIS.

AN Capellani poſſint celebrare in Altare à Fundatore deſignato, & Sacrificium alteri applicare, vt in caſu poſito? 99.

An Capellanus eligendus ab Epiſcopo prò tempore, cenſeri debeat perpetuus, an amouibilis? ibidem.

An conditiones appoſitæ in Capellanijs amouibilibus, Capellanis tamen non proportionatæ, ab ipſis debeant obſeruari? ibid.

An prò Capellania, ſeù Miſſa celebrāda in Ciuitate debeatur maior dos, ſiuè maior eleemoſyna, quam prò Capellania in aliquo Caſtro? ibid.

An Capellania de Iurepatronatus transferri poſſit de loco ad locum, vt in caſu poſito? An ſit indulgendum ſaltem ex gratia? 100.

Cui ſpectat manutenentio Altarium de Iurepatronatus? ibid.

An, & quatenus Canonico debeantur diſtributiones Capellaniæ ſub eodem tecto obtentę? ibidem.

An Beneficiatis, & Capellanis indulgendus ſit habitus Canonicalis? ibid.

Digitized by Google

An Conſtitutiones à Capitulo factæ obligent Capellanos? ibid.
De Capellanis Maioribus Regijs. ibid.
An, & quandò Capellanus inſtituendus debeat eſſe actu, vel potentia Sacerdos, ac teneatur per ſeipſum celebrare, & Capellania dicenda ſit Sacerdotalis? ibid.
Capellaniæ inſtitutæ prò Sacerdotibus ſæcularibus, an poſſint concedi Regularibus, vt in caſu poſito? 101.
Legatum relictum prò reſidentia Capellani in Choro, an poſſit commutari in celebrationem Miſſarum? ibid.
An Epiſcopus cogere poſſit Capellanum, vt Miſſas celebret certis diebus, vt in caſu poſito? ibidem.
An Capellani poſſint amoueri ad nutum? ibid.
An Capellania conceſſa proximiori Sacerdoti ſæculari, tunc temporis, poſſit ab ipſo auferri, & concedi Regulari nunc proximiori, vt in caſu poſito? ibid.

DE CAPITVLO, ET CANONICIS.

Quæ præſertim, & quot conditiones exigantur, vt geſta per Capitulum valeant? 102.
An Canonici Præmonſtratenſes, & alij Regulares ſint capaces prò obtinendis Parochialibus? ibidem.
An Epiſcopus teneatur accedere ad locum Capitularem prò viſitandis Canonicis? ibid.
An Canonici poſſint habere Capitulum tempore celebrationis Diuinorum Officiorum? Et an poſſint puniri? ibid.
An Epiſcopus procedens contrà Canonicum ob non reſidentiam, citrà priuationem, teneatur adhibere Coniudices? ibid.
An quandò totum Capitulum delinquit, poſſit Epiſcopus procedere contrà ſingulos Canonicos ſine Coniudicibus? Et quid agere debeat? ibidem.
De conſenſu Capituli in vnione beneficiorum ſimplicium. ibid.
An Epiſcopus poſſit iniungere tertiæ parti Canonicorum, vt interſit Diuinis Officijs omnibus diebus feſtis per turnum ſub pœna ſuſpenſionis à Diuinis? ibid.
An Collegiata ſæcularis per vnionem ſui Prioratus factam Congregationi Canonicorum Regularium, remanſerit extincta, & ſuppreſſa? 103.
An Statutum à Pontifice approbatum, quod nemo in Canonicum Eccleſiæ Cathedralis recipi poſſit, niſi in Iure Canonico, vel Ciuili, aut in Theologia candidatus fuerit, vel ſaltem per triennium his facultatibus ſtuduerit, ac etiam quod inter exteros Ciuis præferatur, ſit confirmandum? ibid.
Electio per compromiſſum, vt ſit valida, quid requiratur? ibid.
An conſuetudine induci potuerit, vt Canonicus obligatus ſeruitio Chori poſſit Canonicum alium non obligatum eo tempore ſubſtituere, nec peccet, nec diſtributiones amittat? 104.
An Lectoribus Cathedraticis concedi poſſit facultas recipiendi integras diſtributiones quandò legunt? ibid.
An Epiſcopus ad Præbendam Theologalem admittere poſſit Doctorem in Iure Canonico? ibidem.
An, qui ſaltem in Subdiaconatus Ordine conſtitutus non eſt, poſſit conſuetudine præſcribere, vt vocem in Capitulo habeat? 105.
An pecunia, quę loco victualium ex conſuetudine Epiſcopo viſitanti præſtatur, poſſit ab eo applicari præbendis Canonicalibus Eccleſię Cathedralis? ibid.
An, & quatenus Canonici poſſint deputare in Parochum Canonicum ſupranumerarium? ibid.
An Canonicus poſſit ratione debiti priuari diſtributionibus quotidianis deſtinatis prò eius ſuſtentatione? ibid.
An Prębendari adſtricti certis horis intereſſe Choro, poſſint lucrari diſtributiones dum canunt Organo? ibid.
An Canonicus poſſit reſidere in Eccleſia campeſtri ſuæ Collegiatæ vnitæ? ibid.
An Eccleſia Collegiata receptitia poſſit reduci ad numeratam? ibid.
An Canonici, & Beneficiati prò Miſſa Conuentuali, prò qua eleemoſynam recipiunt, poſſint aliam eleemoſynam recipere, & Sacrificium alteri applicare? ibid.
An ſaltem ijs Canonicis debeatur diſtributio ex Maſſa communi? 106.
An poſſit deputari Regularis, ſua vita durante, ad Præbendam Theologalem erigendam ex redditibus Menſæ Epiſcopalis? ibid.
An Subcollector Spoliorum recipere poſſit diſtributiones, dum ratione ſui Officij Subcollectoris Choro non aſſiſtit? ibid.
An conſuetudo lucrandi diſtributiones dum Canonici audiunt Concionem excuſet eos ab onere reſtituendi? ibid.
An Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ, qui ex diuturna infirmitate habet vocē adeò debilitatam vt canere non valeat, poſſit Miſsis Conuentualibus per alium Canonicum ſatisfacere, & diſtributiones percipere? ibid.
An Canonici inſeruientes alternatim, ſi non inſeruiant per nouem Menſes integros, faciant fructus ſuos? ibid.
An liceat Canonico Cathedralis Theologo obtinere inſimul Lecturam in Vniuerſitate, & Capellaniam Monaſterij Monialium in eadem Ciuitate? ibid.
An liceat Canonico Lectori Sacrorum Canonum, nedum fructus Canonicatus percipere, verum etiam diſtributiones, quandiù in lectura continuauerit? ibid.

An

An Canonici teneantur in Eccleſia Cathedrali inſeruire Epiſcopo Pontificalia celebranti, vel alibi in ſua Diœceſi? Et an amittant diſtributiones? ibid.

An inſeruientes Principibus laicis excuſentur à reſidentia? ibid.

An Coadiutores, quandò interueniunt Canonici coadiuti, poſſint Capitulis intereſſe? ibidem.

An Manſionarius Eccleſiæ Cathedralis, in qua tenetur intereſſe aliquibus functionibus, poſſit retinere Canonicatum alterius Collegiatæ eiuſdem Ciuitatis? 107.

An diſpoſitio Conc. Trid. *cap.* 13. *ſeſſ.* 24. *de refor.* locum habeat in Dignitate principali Eccleſiæ Collegiatę Curam, animarum annexam habente? ibid.

An Archidiacono, qui vti Canonicus inſeruiuit Eccleſiæ vſque ad tempus poſſeſſionis captæ Archidiaconatus, debeantur diſtributiones, an potius vſque ad diem datæ impetrationis, vt in caſu poſito? ibid.

An Adiuncti, à Capitulo electi, teneantur iurare, quandò, quomodò, & vbi, & in cuius manibus? ibid.

An electio ad Canonicatum facta de Clerico, qui non inceſſit in habitu,& tonſura,ſuſtineatur? ib.

An debeantur diſtributiones Canonico, qui carceratus, & ſolutus à *Carceribus*, reuocationem ſequeſtri procurat, prò eo tempore? ibid.

Quid agere debeat Epiſcopus, ſi omnes Canonici, vel maior pars prætendat exemptionem prætextu Officij Subcollectoris? ibid.

An ſuſtineatur decretum Epiſcopi, vt Canonici, & Beneficiati celebrare debeant Miſſam Conuentualem, hactenus non celebrari conſuetam? ibid.

An Cannonico infirmo, qui poſſeſſionem cepit per Procuratorem, vt in caſu poſito, debeantur diſtributiones à die captæ poſſeſſionis? 108.

An ad Scholaſtriam obtinendam quis debeat eſſe Doctor? ibid.

An Primicerius debeat cantum perdiſcere? ibid.

An Canonici, vt in caſu poſito, teneantur ad curam exercendam ſemper, an in defectu Archipresbyteri, &c.? ibid.

An Canonico inſtituto, nondum facta diſtributione Sacrorum Ordinum, vt in caſu poſito, debeantur diſtributiones? ibid.

An Canonici, qui per tres Menſes continuos abfuerunt à ſeruitio Eccleſiæ, quo tempore Canonici, & Dignitates præſentes adimpleuerunt onera etiam Miſſarum, ſingulis aſſignatarum, lucrari poſſint redditus, an potius debeantur vnà cum diſtributionibus Canonicis, qui adimpleuerunt? ibid.

An Canonico Eccleſiæ Collegiatæ debeantur diſtributiones, quamuis non ſit Sac. Ordinibus initiatus? ibid.

Quænam ętas requiratur ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali, in qua non dum ſit facta diſtributio Ordinum? ibid.

1 An iuxtà conſuetudinem Præbendati lucrari poſſint diſtributiones Horarum, etiam ſi ad Chorum accedant, quandò decantatur tertius pſalmus dictarum Horarum? Et

2 An ijdem Præbendati aſſiſtentes Choro Horæ Tertiæ, poſſint lucrari diſtributiones Horæ Sextæ,&c. cui non aſſiſtunt,etiam ex conſuetudine? 109.

An tolerari poſſit conſuetudo introducta non augendi diſtributiones, quæ prò quatuor Horis, prò Miſſa Conuentuali, Veſpere, & Completorio non excedunt quartam partem vnius iulij, an potius Epiſcopus teneatur illas augere ex Maſſa Capitulari vſque ad tertiam partem? ibidem.

De mulcta, & pœna inferenda Canonico ob non reſidentiam. ibid.

1 An Canonicis, & Dignitatibus habentibus vſum Mithrę, liceat intrà, & extrà ambitum Eccleſiæ Mithram cum velo appenſo poſt ſe deferri facere? ibid.

2 An in Proceſſionibus incipientibus à propria eorum Eccleſia, & longius progrediendo, quam ſit ambitus murorum Eccleſiæ, ſit eis interdicenda Mithra? ibid.

3 An in alijs Eccleſijs exemptis, vel non exemptis, ſiuè intrà Ciuitatem, ſiuè intra Diœceſim, licitè vtantur Mithra? ibid.

4 An ea iure vtantur in Officijs, & Miſſis defunctorum, vel in diebus non feſtis, nec vbique de præcepto? Et

Num ad hæc ſuffragetur conſuetudo? ibid.

De præcedentia, & præeminentia inter Canonicos, & Magiſtratus. 110.

1 An diſpenſatus ſuper ętate cenſeatur etiam diſpenſatus quoad diſtributiones percipiendas? ibid.

2 An vigore Breuis eiuſmodi debeantur etiam diſtributiones illæ,quę à Teſtatoribus prohibitæ ſunt dari abſentibus? ibid.

3 Et quatenus, &c. à quo tempore debeantur? ibidem.

De Coniudicibus Capitularibus delinquentibus. An Epiſcopus poſſit animaduertere in totum Capitulum? ibid.

1 An ſit valida conſuetudo diuidendi Præbendas vacantium Canonicatuum inter Canonicos ſuperſtites, excluſis nouiter prouiſis? Et à quo die eorum fructus debeantur? ibid.

2 Et quid ſi dicta conſuetudo ſit inter Epiſcopum, & Canonicos per Sedem Apoſtolicam confirmata? ibid.

An, & quatenus Canonico abſenti, cauſa litis debeantur diſtributiones? 111.

De Capitulo quoad funera in Eccleſijs Regularium. 112.

1 An Canonici, & Præbendati, qui vtuntur Almutio, poſſint illud deferre, dum vti ſinguli inuitantur ad aſſociandum funera, atque adeò præcedere Parochis? Et

2 Quid ſi ſub vna Cruce conueniant cum Parochis? ibid.

De

De præcedentia inter Parochum defuncti, & Capitulum Cathedralis, & Collegiatæ. ibid.

De præcedentia inter Canonicos Presbyteros, Diaconus, & Subdiaconos. ibid.

An Canonici, non obſtante conſuetudine, & quod in fundatione non habeant onus celebrandi cum applicatione Sacrificij, poſſint diebus, quibus per turnum Miſſas celebrant, applicare Sacrificium pró eleemoſynam ſibi elargientibus? ibid.

De Prębenda Theologali. ibid.

An, & quatenus Vicarius Generalis præcedat Dignitatibus? 115.

An Beneficiati debeant detegere Caput Parochis, & Clero Sæculari, & Regulari in Proceſſione S. Marci Vrbis? ibid.

An Præbendati, qui vulgò Dignitates exiſtimantur, eligi poſſint in Iudices Synodales? ibid.

An Dignitates in Cathedrali eximantur ab aſſidua reſidentia vltrà tres Menſes? ibid.

An Canonicis liceat concedere locum Magiſtratui laico? ibid.

An mutatio Sedilium in Choro à Canonicis in præiudicium Cętus Sacerdotum, qui ſedent in pari gradu cum ipſis Canonicis, fieri poſſit? ibidem.

An Capitulum Cathedralis, vel Collegiatę Eccleſię, cogere poſſit Clerum aliarum Eccleſiarum inferiorum, vt accedant ad ſupplicationem fieri ſolitam in Vigilia Titularis, vel Patroni? Quid de erectione Crucis? Quid de præcedentia? Quæ Proceſſiones? ibid.

An Canonici Metropolitani, & Cathedralis ex legitima conſuetudine vti poſſint in Choro puluinaribus? 116.

An ſubrogati ab Ordinario, Dignitatibus abſentibus, poſſint mutare locum, ſibi debitum ratione prioritatis, aſcendendo ſupra antiquiores, &c. nec non peragere functiones ad Dignitates ipſas pertinentes? ibid.

De præcedentia inter Prothonotarios Titulares, & Canonicos. ibid.

Vtrum in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, vbi paruus eſt numerus Canonicorum, & Præsbyterorum tolerari poſſit conſuetudo cantandi Miſſam Conuentualem Feſtis tantum diebus? ibidem.

An debeat dici Miſſa Conuentualis prò defunctis feria 2. poſt Dominicam Paſſionis, quandò Officium defunctorum recitatum eſt? ibid.

An omnes Canonici accedere debeant ad excipiendum Epiſcopum ex aula, ſiuè cubiculo, cum Pontificaliter celebraturus ad Eccleſiam accedit? ibid.

An Canonici Cathedralis ad benedictionem Epiſcopi ſolemnem teneantur ex conſuetudine genua flectere? ibid.

An in funeribus, quæ fiunt in Collegiatis, etiam prò illarum Canonicis defunctis, Capitulum, & Canonici Cathedralis præcedere debeant Capitulum, & Canonicos earundem Collegiatarum? ibid.

An Canonicus Cathedralis habens in eadem Eccleſia Capellaniam, deferre poſſit habitum Canonicalem, & præcedere alios Beneficiatos, & Capellanus in functionibus, ad quas ſimul conueniunt? 117.

An, & quatenus ſimplices Presbyteri gaudeant prærogatiuis, quibus gaudent Canonici? ibidem.

An diſtributiones Canonicales debitæ, & non exactę, ſubiaceant Spolio? ibid.

An Capitulum vnius Cathedralis accedere debeat ad Synodum alterius? ibid.

An Epiſcopus poſſit abſque beneplacito Apoſtolico pręcipere, quod in Eccleſia Collegiata eligantur duo Presbyteri extrà gremium ad inſeruiendum Dignitati, vel Canonico celebranti in locum Diaconi, & Subdiaconi, aſſignato eis ſtipendio ex Maſſa Capitulari? ibid.

1 An Canonico, qui Capitularem poſſeſſionem adeptus eſt, & poſtea ſacto Capitulo, non fuit admiſſus ad reſidentiam, debeantur fructus, ac diſtributiones? Et

2 An Canonicus, qui ex qualitate infirmitatis eſt inhabilis ad intereſſendum Officijs Diuinis, haberi debeat prò præſenti, & lucrari omnia emolumenta? ibid.

An, & quo pacto Epiſcopus poſſit iniungere Canonicis nè ſe congregent ſine ſua licentia? 118.

1 An in erectione Canonicatus Pœnitentiarij requiratur conſenſus Capituli? Et

2 An Pœnitentiaria exigat vnionem beneficiorum ſimplicium? ibid.

An Canonico ſolito reſidere in carcere detento, & abſoluto tanquam non reperto culpabili, ac de iure punibili, debeantur diſtributiones prò tempore carcerationis? ibid.

An Canonicus Collegiatæ poſſit Iudex Synodalis eligi? ibid.

An redditioni rationum redditwum non ſpectantium ad Eccleſiam, ſed ad Beneficiatos, intereſſe debeat aliquis Canonicus? ibid.

An tertius, qui eligitur in caſu diſcordiæ inter Epiſcopum, & Coniudices Capitulares, debeat eligi ex gremio eiuſdem Capituli? ibid.

Vicario Chori abſente, cui competat regimen Chori? 119.

1 An Coadiutor Canonici admitti debeat poſt turnum omnium Canonicorum ad cantandum Miſſas principales, dum Canonicus proximior ſolet, & valet ſupplere? ibid.

2 An idem debeat admitti ad faciendum functiones in decantatione Litaniarum &c. ib.

3 An functiones quædam in diuerſis Eccleſijs poſſint fieri in habitu Canonicali a Coadiutoribus vti ſingulis inuitatis? ibid.

4 In quo loco inſtallandus ſit Coadiutor, viuente Coadiuto? ibid.

5 Vbi poſt obitum Coadiuti? ibid.

6 Et quid dicendum eſt de ipſo Coadiutore poſt mortem ſui Coadiuti? ibid.

De præcedentia in Synodo inter Canonicos Colle-

Digitized by Google

legiatæ, & Beneficiatos Cathedralis. 120.
De ſalutatione à Concionatore Canonicis Cathedralis facienda. ibid.
An Canonicis iubilatis debeantur diſtributiones, quæ manualiter diſtribuuntur Canonicis prò proceſſionibus, ac Diuinis Officijs in Nocte Natalis D. N. Ieſu Chriſti, & in feſtiuitatibus Titularis? ibid.
An ipſis debeantur diſtributiones, quæ diſtribuuntur inter intereſſentes Capitulis, quales ſunt laudemia, & quindennia, non obſtante conſuetudine, quod non dentur infirmis? ibidem.
An ijdem participare debeant de diſtributionibus, quæ intereſſentibus accreſcunt? ibid.
An ſaltem prò tempore, quo perſonaliter inſeruiunt, participare debeant de huiuſmodi augmentis? ibid.
An ipſis dari debeant diſtributiones Anniuerſariorum? ibid.
An eidem Canonico iubilato debeantur diſtributiones illę, quæ dicuntur accreſcentiæ, quæ accreſcunt alijs pręſentibus? 121.
Quomodò in praxim deducendum ſit indultum prò Canonico, qui Epiſcopo inſeruit quoad redditus, & diſtributiones? ibid.
An Pręben dę admodum tenues minorum Clericorum vniri poſſint ab *Epiſcopo pręben*dis Canonical*ibus*? *Et*
An poſſint *Canonici* Cathedralis deputari in Vicarios perpetuos Eccleſiarum Parochialium ipſi Cathedrali vnitarum? 122.
An manutentio Solij Archiepiſcopalis, & eius ornamentorum pertineat ad Archiepiſcopum vel potius ad Sacrarium Metropolitanæ? Et
An poſſint tolerari abuſus, quod ſinguli Canonici retineant in proprium vſum Calicem, aliaque paramenta, quæ ſunt Eccleſiæ? ibid.
An ad effectum optandi allegari poſſit aliqua conſuetudo in præiudicium Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij, aut alij Collatoris? ibid.
An Canonicis licitum ſit optare pinguiores præbendas, quæ vacant Menſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis? Et
An ſuboriente lite inter prouiſum Apoſtolicum, & optantem, licitè ijdem agant, ſi certam penſionem paciſcantur &c.? 123.
An in participantibus de maſſa communi habeant locum pœnæ non reſidentium? ibid.
An eiſdem poſſit Epiſcopus permittere longiorem abſentiam à reſidentia? ibid.
An per aſſecutionem incompatibilis, tam in eadem, quam in alia Eccleſia, ius ſeruiendi, & participandi adeò expiret, vt dimiſſo incompatibili, illud amplius non reuiuiſcat? ibid.
An Capitulum, ſiuè Congregatio illius Eccleſiæ eum, qui illud antea poſſidebat, abſque Epiſcopi conſenſu, ad eandem participationem admittere poſſit? ibid.
An à dictis participantibus poſt dimiſſa incompatibilia, ad Eccleſiæ ſeruitium redeuntibus, debeatur præcedentia? ibid.
An ſuppoſito ex immemorabili dictū ius non competere, niſi originarijs, exteri à dictis Capitulo, ſeù Congregatione ad dictam participationem admitti poſſint? ibid.
An diſtributiones lucretur Canonicus, ſeù Beneficiatus, qui ſolitus inſeruire, à Ciuitate legitimæ vacationis tempore in vicinum Oppidum ſe contulit, vbi infirmitate detentus, ad Ciuitatem redire, & Choro inſeruire non valeat? Et
An id locum habeat, quatenus in ea Eccleſia vigeat contraria conſuetudo? 124.
An Canonici teneantur aſſiſterę Epiſcopo ſolemniter celebranti? ibid.
An punctaturæ poſſint diuidi tam inter præſentes, quam inter abſentes, ità vt ex eis participet etiam Canonicus punctatus? ibid.
An Canonici nouiter erecti ab Epiſcopo, perfectè aquirant omnia iura Canonicalia? 125.
An ijdem debeant participare de omnibus diſtributionibus? & rebus alijs? ibid.
An Canonici antiqui teneantur ad reſtitutionem fructuum, ac diſtributionum perceptarum ex nouis Canonicatibus, prò eo tempore, quo noui Canonici habuerunt litem ſuper præſentatione à Compatronis? ibid.
An ijdem Canonici admiſſi ad omnes honores Canonicales, teneātur ad expenſas Eccleſiæ? ib.
An Beneficiati teneantur thurificare Clericos Seminarij? ibid.
An bonorum redditus, qui pertinent ad Eccleſiam poſſint Canonici conuertere in reparationem ruralium domorum, &c.? ibid.
An, & quatenus Canonico debeantur diſtributiones Capellaniæ, quam poſſidet ſub eodem tecto? ibid.
An Canonici, & Præbendati intereſſentes Matutino, & Laudibus lucrentur diſtributiones Primæ, licet illi non interſint ex conſuetudine? 126.
An omnes Beneficiati tam Cathedralis, quam Collegiatarum Ciuitatis poſſint eligere Vicarium Capitularem, & alios Miniſtros? Et quid de tribus fratribus Canonicis? ibid.
An Beneficiatis, & Capellanis indulgendus ſit habitus Canonicalis? ibid.
An Conſtitutio præcipiens, quod Beneficiati, & Capellani obedire debeant Statutis Eccleſiæ factis à Canonicis in ijs, quæ pertinent ad ſeruitium eiuſdem Eccleſiæ, extendatur ad facienda in futurum? 127.
An Canonici poſſint leuare aliena Cadauera ſine proprio Parocho? ibid.
An Beneficiati deferre poſſint Rocchettum, vt deferunt Canonici? ibid.
De Capitulo quoad funera multa dubia. Ibid.
An per omiſſionem profeſſionis fidei, amittantur etiam diſtributiones? ibid.
An, negligente Capitulo in conſtituendo Vicarium Capitulares intra 8. dies poſt mortem Epi-

Digitized by Google

Epiſcopi, poſſit Metropolitanus conſtituere Vicarium Parochum exterum; ſed propinquiorem? Vbi multa de reſidentia Parochorum? ibid.
An Adiuncti, ſiuè Conindicea Capitulares teneantur iurare, quandò, & in cuius manibus? ibid.
An Canonicus Pœnitentiarius poſſit eligi in Confeſſorem Monialium? 128.
An, & quatenus debeantur diſtribntibutionea Canonico abſenti prætextu inimicitiæ? ibid.
An Canonicus diſpenſatus ſuper ætate, cenſeatur diſpenſatus à promotione ad Suabdiaconatum, & vſque ad quem annum, & in quam pœnam incidat, ſi non promoueatur? ibid.
In electionibus quæ dicatur ſanior pars Capituli? 129.
An ſanior pars minor præferatur maiori non ſaniori parti, vel requiratur copulatinè, quod pars ſanior ſit etiam maior, vt electio dicatur Canonica? ibid.
Quomodò procedat in praxi, quod requiratur copulatiuè maior, & ſanior pars, ſi maior pars numeri tantum preferatur minori? ibid.
An regula maioris, & ſanioris partis procedat tam in ſcrutinio aperto, quam ſecreto? ibid.
An regula ſanioris partis procedat etiam in electionibus, in quibus requiruntur duæ ex tribus partibus? ibid.
Canonicatus vacans in Eccleſia titulari per obitum familiaris, eſt ne conferendus de conſenſu Cardinalis Patroni, an verò Cardinalis Titularis? ibid.
An ad effectum priuandi Canonicum Canonicatu vel Beneficiatos Beneficijs, requiratur integrum triennium ob non reſidentiam? ibid.
An quatenus Canonicatus, & Præbendæ diuidi poſſint? ibid.
De Canonico decedente extrà Canonicam in aliqua Parochia. Prò iure Parochiali, pro funere, prò ſepultura &c. 130.
An Archiuiſta Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ eligendus ſit cum conſenſu, & approbatione Epiſcopi? ibid.
An Canonici habentes indultum non reſidendi per duos Menſes, gaudeant diſtributionibus, ſi redditus prò maiori parte conſiſtant in diſtributionibus? ibid.
An liceat Epiſcopo ſupprimere Canonicatus, Dignitates, & Benficia? ibid.
An Canonici cogi poſſint ab Epiſcopo ad intereſſendum vti Conuiſitatores viſitationi Diœceſis? ibid.
De cenſuris contrà Canonicos Eccleſiæ exemptæ. ibid.
An Capitulum ex diſpoſitione teſtatoris, teneatur perpetuum Eccleſiæ ſeruitium abſque vlla vacatione præſtare? Et
An ſubſint rationabiles cauſæ indulgendi, vt quotannis trimeſtri vacatione gaudeat? ib.
Explicatur indultum Sac. Congr. Conc. quomodò intelligatur illis verbis prò Studentibus: *Quod ſi fructus præbendales quartam partem diſtributionum non attingant.* 131.
An Statutum Eccleſiæ tribuens antianitatem Canonicis, procedat etiam in Canonicis Coadiutoribus? ibid.
An, & quatenus Canonici moderni teneantur ad reinueſtimentum pecuniæ non factum à ſuis anteceſſoribus? ibid.
An decretum Sac. Conc. Trid. requirens in Canonicatibus Ordines Sacros, locum habeat etiam in Eccleſijs Collegiatis? ibid.
Quæ nam requirantur, vt quis abſens à ſeruitio Eccleſiæ lucretur fructus, ac diſtributiones? ibid.
An Canonicus percipere debeat diſtributiones tempore abſentiæ cauſa litis inter ipſum, & Ordinarium? 132.
Quid de Canonico non comprehenſo in interdicto? ibid.
An diſtributiones poſſint ad hæredes tranſmitti? ibid.
Quid durante ſuſpenſione interdicti? ibid.
Quidue, ſi fuerint diſtributæ inter Canonicos? ibid.
Et quid de conſuetudine aſſignandi, ac ſoluendi prius diſtributiones Canonicis antiquioribus? ibid.
An ſit laudabilis conſuetudo, vt Beneficiati ſedeant dum admittuntur in aliquibus actibus coram Capitulo? ibid.
De Ambitu in electionibus. ibid.
Quæ nam priuilegia, indulta, exemptiones, & concordiæ ſublatæ ſint à Conc.? ibid.
Quænam dicantur concordiæ confirmatæ ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione? ibid.
Qua ratione ſe gerere debeat Epiſcopus in viſitatione Capitulorum exemptorum? ibique de huiuſmodi exemptionibus, & concordijs. ibid.
An Cantori Capellæ Pontificiæ debeantur in abſentia fructus ſui Canonicatus? ibid.
An Canonicus non Sacerdos coadiutus vbi requiritur ordo Sacerdotalis, poſſit fructus percipere? ibid.
Quid, ſi Coadiutor ægrotet? 133.
An Canonico, qui poſtquam fuit Canonicatu prouiſus, Eccleſiæ non inſeruiuit, neque intrà bimeſtre fidei profeſſionem emiſit debeantur fructus, & diſtributiones? ibid.
Vtrum in decreto quod omnes redditus Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ conuertantur in diſtributiones quotidianas, comprehendantur redditus Miſſarum, & Anniuerſariorum? ibid.
De viſitatione Diœceſis à Capitulo, ſiuè eius Vicario? ibid.
Vtrum in Eccleſijs Collegiatis, ſimulque Curatis cura animarum incumbat Canonicis, & Capitulo, an Primæ alicui Dignitati? Et cui debeantur emolumenta funeralia? Cui incumbat regimen, & adminiſtratio? ibid.

An,

An Canonici teneantur ſoluere Beneficiatis integram ſextam partem fructuum ſuorum Canonicatuum, deductis penſionibus antiquis, vt in caſu poſito. 134.
An cura habitualis, & actualis cum titulo Parochiali reſideat apud Capitulum, an verò apud ſolum Archipresbyterum? Quid de quarta funerali? Quid de congrua? Quid de diſtributionibus? ibid.
Aliqua quoad Dignitates in Capitulo? ibid.
De Canonico percutiente Clericum in aula Capitulari? ibid.
An ius viſitandi Diœceſim competat Capitulo, Sede Epiſcopali vacante? ibid.
An, & quatenus exemptio à iuriſdictione Ordinarii concedenda ſit etiam toti Capitulo, aliiſque? Quænam ſint lites calumnioſè, affectatæ? Quænam ſæuitia ad id requiratur? ibid.
De authoritate quoad litteras dimiſſorias, Sede vacante? ibid.

DE CARCERIBVS EPISCOPALIBVS, ET CARCERATIS.

An carceres Epiſcopales poſſint ab Epiſcopo fabricari, ſeù fabricatos reſtaurari ex pœnis, ac mulctis? 134.
An Clerici vnius Diæceſis delinquentes debeant ibidem carcerari? ibid.
An, & quatenus Epiſcopus contrà Clericum procedere poſſint ad conijciendum eum in Carcerem, & ad expenſas non teneatur? Vbi de Carceribus, & Carceratis, etiam quoad S. Officium. ibid.
Suppoſita vna Diæceſi, vno Epiſcopo, vno Vicario Generali, & duæ Cathedrales quid quoad Tribunal, proceſſus, & locum Carceris? 140.
An ſit locus hæreditati filio condemnato ad carceres perpetuos? ibid.
An carceratis in S. Officio ſit concedendus Confeſſarius? ibid.
Canonici alterutrius Diæceſis quibus Carceribus mancipandi ſint? ibid.
DE CASIBVS RESERVATIS ibid.

DE CATHEDRALIBVS.

Ad quem pertineat deputatio prouiſionalis Miniſtrorum exercentium in Eccleſia Cathedrali curam animarum? 140.
An Clerici vnius Diæceſis delinquentes, debeant ibidem carcerari, & non transportari ad Carceres alterius Diæceſis? ibid.
An Parochi Religionis Hieroſolymitanæ teneantur ad contributionem Cathedratici, & Caritatiui ſubſidij ibid.
De quadam Eccleſia in Cathedralem erecta, & alia ſuppreſſa, quoad iura Parochialia, Ritus, præcedentias, & præeminentias inter ipſas. ibid.
An in Diœceſi, in qua ſunt duæ Cathedrales vnitæ, Capitulum vnius Cathedralis cogi debeat, vt accedat ad Synodum alterius? ibid.
In Cathedralibus vnitis quid quoad locum Carceris, Tribunalis, proceſſus, &c. ibid.
An Epiſcopus, qui abeſt à Cathedrali, & reſidet in Diœceſi, conſtituere in illa debeat Vicarium Generalem, & Tribunal Epiſcopale? 141.

De Epiſcopo duarum Cathedralium vnitarum.

In qua nam prò maiori parte anni reſidere teneatur? ibid.
An in caſu abſentiæ ab altera Cathedrali, teneatur in illa deputare Vicarium Generalem? ibidem.
Canonici, aliique Clerici alterutrius Diœceſis, ſi deliquerint, quibus Carceribus ſint mancipandi? ibid.
An Epiſcopus accedens ad alterutram Cathedralem, teneatur in illa Pontificalia exercere? ibidem.
An Pontificalia ſint alternatim exercenda?
An Epiſcopus teneatur deputare Pœnitentiarium in vtraque Eccleſia? ibid.
An item Examinatores Synodales? ibid.
An mulctæ, & pœnæ delinquentium applicandæ ſint piis locis Diæceſis, cuius ſunt delinquentes? ibid.
De viſitatione Cathedralium; ibid.
Alia prò Cathedralibus. Vide de Capitulo, & Canonic. ibid.
De tenentibus plures Cathedrales Eccleſias. Vbi an comprehendantur Cardinales? Quid de retinentibus plures Commendas, Beneficià, &c.? ibidem.
Quibus perſonis beneficia conferenda? Pœna in prouiſum, & prouidentem. Quid ſi non reperiantur viri idonei? ibid.
De retentoribus plurium beneficiorum contrà Canones. De quibus beneficiis id intelligatur. An de Commendis? Caſus in quibus pluralitas beneficiorum toleratur. Præſumpta diſpenſatio an habeat locum contrà decreta Concilii? ibid.

DE CATHEDRATICO.

An Epiſcopus, qui nunquam adhuc exegit Cathedraticum, poſſit prò præterito tempore, & in futurum illud exigere? 142.
An à Sacro Conc. prohibeatur Cathedratici ſolutio Epiſcopo facienda? ibid.
An ius Cathedraticum præſcribi poſſit? Vbi quod illud ſit? An ſublatum à Tridentino? Quid Cathedra Epiſcopi. Eius origo. ibid.
DE CHARITATIVO SVBSIDIO 143.
DE COEMETERIIS 143.

Digitized by Google

DE CENSVRIS ECCLESIASTICIS.

An ſtance bona fide, Regularis excuſetur ab incurſu Cenſuratum, vt m caſu poſito? 143.

An Canonicus percutiens Clericum ſtipendiatum prò ſeruitio Eccleſiæ, vt in caſu poſito, incurrerit aliquam Cenſuram, vel mortaliter peccauerit? ibid.

Quæ probationes frequentiores requirantur ad relaxandas Cenſuras ob homicidium in Clericum, ex mandato, vel ratificatione, præcipuè viri Principis? 144.

An Ordinarius potuerit ſuſpendere Regularem ex eò, quod impediuerit, nè à Capitulo duceretur proceſſio in ſuam Eccleſiam? Vbi de iuriſdictione Epiſcopi in exemptos. ibid.

An quandò Ordinarius ſuſpendit aliquem, teneatur exprimere delictum, & cauſam ſuſpenſionis ipſi Reo, ſi illam iudicialiter petat? ibid.

An Epiſcopus poſſit abſoluere ſuos ſubditos à delictis in diſpoſitione Bullæ Cœnę contentis? ibidem.

An cap. 19. de Duellis ſeſſ. 25. de refor. locum habeat in eo, qui abſque aſſignatione loci ad Monomachiam vulnerat? ibid.

An laicus percutiens alium laicum in Eccleſia, incurrat aliquam Excommunicationem? ibidem.

An, & quas pœnas incurrat, qui tempore interdicti, aut alias excommunicatos, interdictos, vel vſurarios manifeſtos in loco ſacro ſepeliunt, & quo pacto Eccleſiaſticæ ſepulturæ illos tradere poſſint, præcipuè ſi ob violatam immunitatem, ac libertatem Eccleſiaſticam excommunicati fuerint, quiuè eos, ac quomodò abſoluere poſſint? Vbi ſpeciatim de abſolutione à cenſuris ob violatam immunitatem? 145.

An, & quibus modis pœnę Eccleſiaſticæ latæ ſententiæ ſuſpendantur? Vbi plura ex decretis Sacrarum Congregationum, de appellatione à cenſuris ob violatam immunitatem, libertatem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam. 148.

De pœnis contrà capientes, carcerantes, detinentes, hoſtiliter inſequentes S.R.E. Cardinales, vel Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, &c. Vbi quæ ratio potiſſimum ineunda ſit, qua captis, carceratis, ac detentis auxilium feratur? 150.

An Doctores Catholici poſſint in cauſis Eccleſiaſticis conſilium dare Officialibus hæreticis illud petentibus? 151.

Blaſphemare audientes, & non denunciantes, quandò incurrant excommunicationem? ibidem.

De aliquibus cenſuris latis à Suffraganeis contrà Concubinarios. Item contrà contumaces, & contrà percuſſores Clerici. ibid.

Quinam dicendus ſit notorius Clerici percuſſor, ità quod euitari debeat? ibid.

De pęna lacerantium, vel deturpantium, vel amouentium Cedulones Excommunicationis, vel Cenſurarum iam affixos, ac de mandante lacerari, deturpari, amoueri. ibid.

An, & quas pœnas incurrerit extrahens è Cœmeterijs Reliquias Sanctorum, & illas vendens, vt in caſu poſito? Vbi de origine Cœmeteriorum, ac de cultu Reliquiarum. 152.

An percutiens Clericum mortuum incidat in *Can. Si quis ſuadente Diabulo*. 153.

De abſolutione ab Excommunicatione *Can. Si quis ſuadente*. Vbi quandò, & quibus in caſibus pœna Cadauero imponatur. ibid.

An, & quatenus ſententa declaratoria cenſurarum ob violationem immunitatis, ſiuè iuriſdictionis Eccleſiaſticæ lata contrà Magiſtratus, Iudices ſæculares, &c. Sit nulla defectu citationis? 155.

De validitate, & iuſtitia declaratoriæ cenſurarum ob impeditam Ordinariorum Eccleſiaſticorum Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, obſeruationes aliquę. ibid.

De inualiditate, & iniuſtitia cenſurarum Eccleſiaſticarum, deque appellatione ab illis. 157.

An ſimplex præceptum Curię Epiſcopalis ſub pęna excommunicationis ſuper excarceratione Coloni partitarij Menſæ Epiſcopalis, &c. ſit validum? 159.

Quid comprehendatur ſub nomine hoſtilis inſequutionis in Cardinales, & Pręlatos? ibid.

An Epiſcopus poſſit publicè denunciare excommunicatum Regularem exemptum, qui ob delictum notorium incidit in excommunicationem? ibid.

An decretum Sac. Conc. Trid. *cap. 11. ſeſſ. 22. de refor. & Can. 17. Bullæ Cœnæ* habeat locum quandò dubitatur, an res in proprios vſus conuerſæ, ac vſurpatæ, ſint Eccleſię? Ibid.

An, quo pacto contrà Vniuerſitates deueniri poſſit ad Interdictum Eccleſiaſticun.? 160.

De inſordeſcentibus in Cenſuris aliqua. ibid.

Aliqua de Cenſuris, vide de Hæreſi. 161.

An Abbates ex vſu Baldachini incurrant in cenſuras? ibid.

An Excommuicatus in S.Officio, vigore Conſtit. B. Pij V. *Si de protegendis*, & inſordeſcens in d. excommunicatione, poſſit audiri per Procuratorem? ibid.

An admiſſo, & verificato d. Breui, cum abſolutione ſubſequuta, eius vigore, ſuffragetur d. contumaci, nè contrà eum procedatur ad vlteriora? ibid.

De quibuſdã facultatibus conceſſis aliquibus Epiſcopis in partibus circà abſolutionem à Cenſuris. ibid.

An impugnans Inſtitutum Societatis Ieſu incurrat pœnam aliquam Eccleſiaſticam? ibid.

An, & quatenus Regulares Sęcularibus in obſeruatione Cenſurarum Epiſcopalium &c. conformari teneantur? 162.

An Inquiſitores Apoſtolici poſſint abſoluere ſuos familiares, ſeù Officiales ab excommunicatione incur-

Digitized by Google

incurſa vigore Can. *Si quis ſuadente diabolo*, vel potius huiuſmodi facultas ſpectet priuatiuè ad Epiſcopos; Quandò nimirum percuſſio eſt leuis, vel mediocris, & quid ſi enormis? ibid.
An abſolutio data ab Inquiſitoribus, vt ſupra, ſit valida? ibid.
An Doctor, qui docet myſterium Immaculatæ Conceptionis B. Virginis, incurrat pœnas in Conſtitutione Alex. VII. præſcriptas? ibid.
De abſolutione à polygamia, vt in caſu poſito. ibid.
An fautores Reorum ob crimen læſæ Maieſtatis, ſi per annum inſorduerint in excommunicatione, efficiantur hæretici, ità vt bona confiſcari valeant? ibid.
An ſuſtineantur Cenſuræ latæ contrà Canonicum percuſſorem, vt in caſu poſito? An latæ contrà Vicarium? An Præpoſitus procedere poſſit ad vlteriora in cauſa? ibid.
An contrauenien s Edicto Epiſcopali in materia Clauſuræ Monialium, poſſit abſolui à Metropolitano, vel à quocumq; alio Epiſcopo? 163.
An priuilegium, quod Inquiſitores, & eorum Notarij habent ab Vrbano VIII. quod non poſſint excommunicari a quibuſuis delegatis, & inferioribus Summo Pontifice, extendi poſſit ad alios Miniſtros &c.? ibid.
Quid requiratur, vt quis incurrat excommunicationem Can. 20. Bullæ Cœnæ *contrà inuadentes ditionem, vel Terras Eccleſiæ*? Vbi quid de mandate, ac de citatione requiſita pro validitate Cenſurarum? ibid.
An filio Clerico ex eo, quod eius Pater ſit excommunicatus, deneganda ſit audientia in Tribunali Eccleſiaſtico? 164.
Quomodò probetur recurſus in cauſis Eccleſiaſticis ad Iudices laicos, vt incurrantur Cenſuræ? De Regulari recurrente an, & quomodo teneatur ad damna? ibid.
De excommunicatione cautè ferenda. ibid.
An, & quatenus ad validitatem Cenſurarum non ſufficiat prima citatio ad dicendum cauſam, quare, præſertim in materia Immunitatis Eccleſiaſticæ? Quid in delicto notorio? Quid de Sententia? An requiratur probatio? Quot teſtes? An à Sententia prædicta detur appellatio? ibid.
De effectu excommunicationis in Officiali, vel Beneficiato. ibid.
Quomodò Excommunicatio fiat notoria? ibid.
Quid in violatore Immunitatis Eccleſiæ, & in recurrente ad Iudices laicos? ibid.
Quomodò probetur huiuſmodi recurſus? ibid.
An requiratur ſententia declaratoria criminis? ibid.
An poſſit excuſari titulo defenſionis? ibid.
Eccleſia redintegranda. ibid.
Abſolutio ab excommunicatione ob æs alienum incurſa, eo ſoluto, an neceſſaria? ibid.
Quatenus excommunicatus ſit euitandus ante denunciationem? ibid.
Et per appellationem ſuſpendantur cenſuræ? ibid.
An auferens è capite Epiſcopi galerum, vt in caſu poſito, poſſit declarari incurſum eſſe in cenſuras &c. 166.
An verè excommunicatio, vel eius executio ſit actus irretractabilis? Quid vbi datur adiunctus.
Quidue in caſu mixto &c? ibid.
Aliqua de Cenſuris. 167.
An, & quatenus Regulares teneantur ſeruare interdictum Eccleſiaſticum ab Ordinario appoſitum? ibid.
An, & quatenus Regulares, etiam Abbates, poſſint ſuſpendi, excommunicari, priuari ſuis officijs, ac Dignitatibus à Legatis, ſiue Nuncijs Apoſtolicis? ibid.
An Epiſcopus incurrerit pœnam aliquam promouendo Alumnum Seminarij ad Ordines Sacros, vt in caſu poſito? ibid.
An, & quatenus Electores excuſari poſſint in eligendo excommunicatum, & electio ſit valida? ibidem.
An Capitulum Regularium, cui præeſt notoriè excommunicatus, ſit validum? Quid ſi eſſet abſolutus in forma Cancellariæ Apoſtolicæ, & quibus officijs huiuſmodi excommunicatus ſit, aut priuandus? ibid.
De notorio, publico manifeſto, famoſo, occulto Clerici percuſſore. 167.
An Canonicus, aliuſque grauiter percutiens Clericum in aula Capitulari, in qua interueniunt decem, aut duodecim perſonæ, ità incidat in *Can. Si quis ſuadente*, vt non ſit neceſſaria declaratoria, &c.? ibid.
An excommunicatio ſit actus irretractabilis? 168.
De authoritate Capituli quoad litteras dimiſſorias Sede Epiſcopali vacante, circà pœnas cenſurarum. ibid.

DE CHRISTIANA RELIGIONE.

An Chriſtiani ſubditi Turcarum poſſint non coacti dare nomen militiæ Turcicæ, & ab illis accipere ſtipendium ad militandum contrà Chriſtianos abſque neceſſitate? 168.
An Chriſtiani feudatarij Turcarum, qui rat one feudi tenentur per ſeipſos militare in Caſtris Turcarum, teneantur recuſare militiam contrà Chriſtianos ſuſceptam, etiam cum periculo amittendi feudum? ibid.
An Chriſtiani ſubditi Turcarum, qui non habent vnde ſe alant, vel ſint ad militandum coacti, poſſint militare contrà Chriſtianos in Caſtris Turcarum? ibid.
Et quid de Chriſtianis in triremibus Turcarum remigantibus contra Chriſtianos? Vbi de alijs quibuſdam actionibus, ac de Mancipiis paterga? ibid.
DE CINGARIS Vide de Zingaris.

DE CLERICIS.

De Clerico coniugato quoad forum ? 169.
De Clerico carcerato etiam quoad forum ? ibid.
An Clerici contribuere debeant tempore peſtis ? ibidem.
De pœna coitus Clerici cum Commatre ? ibidem.
De Congrua Clerici. ibid.
An Epiſcopus poſſit cogere Clericos non habentes beneficium, nec officium Eccleſiaſticum ad intereſſendum Proceſſionibus, & obedientiam ei præſtandum ? ibid.
De Clerico electo Canonico, qui non inceſſit in habitu, & tonſura ? ibid.
An Clerici vnius Diœceſis delinquentes debeant ibidem carcerari, & non tranſportari ad Carceres alterius Diœceſis ? ibid.
An Clericus in minoribus, qui dimiſit habitum Clericalem, poſſit abſque licentia Epiſcopi illum reaſſumere contrà Conſtitutionem Synodalem prohibentem? ibid.
An Clericus, cui fuit reſeruata penſio cum diſpenſatione non incedendi in habitu, & tonſura, gaudeat priuilegio fori ? 170.
An Clerici prò ſui Ordinis gradu veſtibus Sacris ſepeliendi ſint ? ibid.
An Clerici, qui nullum obtinent beneficium, nequè officium, reſidere cogantur, vel ſaltem à Diœceſi non diſcedere ſine licentia Epiſcopi ? ibidem ?
Quænam venatio ſit Clericis prohibita ? ibid.
An, & quatenus ſimplices Presbyteri gaudeant prærogatiua, qua gaudent Canonici ? ibid.
Quis dicendus ſit notorius Clerici percuſſor ? ibidem.
De Patrimonio Clerici ? ibid.
An Clericus contrà Eccleſiam ſuam, in qua beneficium obtinet, prò extraneis aduocare teneatur ? ibid.
Quid ſi à pluribus Eccleſijs beneficium habeat, & prò vna contrà aliam poſtulet ? ibid.
Num verò aduocare prohibitus, nihilominus cauſæ litigantium conſilijs, & ſcriptis inſeruire poterit ? ibid.
An Clerici Sæculares poſſint exercere munus Tutoris, vel Curatoris laicorum ? ibid.
An Clericus, & Regularis poſſit exercere artem venalem, præcipuè Pharmacopolæ ? Vbi de eorum immunitate à vectigalibus. ibid.
An Clerici, & Presbyteri poſſint exercere negocia ? ibid.
An Clerici poſſint exercere agriculturam ? ibid.
An in Conſtitutionibus Apoſtolicis pœnalibus comprehendantur Clerici, de quibus nulla in eis fit mentio ſpecialis ? Et
Quid ſi in eiſdem nominentur ? ibid.
De Clericis aleatoribus. 171.
An pœna mortis comminata Clericis intelligatur de morte naturali? ibid.
De reſtitutione facienda à Clericis ob omiſſionem recitationis Horarum Canonicarum ibid.
Aliqua de Clericis. *Vide de Beneficiatis.* ibid.
An, & quatenus Clerici Sæculares, & Regulares examinari poſſint ad fauorem Rei, imò contrà Reum, etiam in criminalibus? ibid.
De notorio Clerici percuſſore. ibid.
De Canonico percutiente Clericum in aula Capitulari. ibid.
Quomodò exceſſus Sæcularium Clericorum, & Regularium, degentium extrà Monaſteria ab Ordinario loci corrigenda ſint ? ibid.

DE COGNATIONE SPIRIT.

ET DE SACRAM. CONFIRMATIONIS.

An adhuc non confirmatus tenendo in Chriſmate, ſpiritualem cognationem contrahat? 171.
De pœna coitus habiti à Clerico cum Commatre ? ibid.
An Confeſſarius filiam ſpiritualem cognoſcens puniatur in S. Officio? 171.
An, & quatenus ſimplici Præsbytero concedi poſſit, ac debeat à Summo Pontifice facultas miniſtrandi Sacramentum Confirmationis, Chriſmate ab Epiſcopo conſecrato ? ibid.
De Cognatione Spirituali ? ibid.
An quædam forma in Orientali Eccleſia ſuppleat Sacramentum Confirmationis ? ibid.
Quis ſit Sacramenti Confirmationis Ordinarius Miniſter ? ibid.

DE COLLEGIIS.

An Collegium de Propaganda Fide gaudeat Immunitate ? 173.
An cœtus mulierum merè ſæcularium ſimul in ſeceſſu viuentium deuotionis cauſa, ſit illicitus, itàut Epiſcopus poſſit eis præcipere clauſuram, vel reditum ad proprias domos ? ibid.
An poſſint Sacræ Congregationes Cardinalium commouere, & commutare fundationes Collegiorum, aliarumque rerum ad pias cauſas ? ibidem.
An, & quatenus domus Collegij Scholarium gaudeat Immunitate ? ibid.
An, & quatenus Virgines in Collegio viuentes, & vouentes in profeſſione perpetuam caſtitatem, atque obedientiam Præfectæ, ac victuras, & morituras in dicto Collegio, obligentur eius regulis, & Conſtitutionibus, poſſintque ad ſuum libitum è Collegio diſcedere, ac illis dotes ſint reſtituendæ ? Vbi de Collegijs generatim. ibid.
An Epiſcopus poſſit viſitare Collegia, etiam mixta vtriuſque ſexus ? 174.

DE

DE COLLVSIONE.

Colluſio an, & quatenus punienda? 174

DE COMOEDIIS, ET OBSCOENIS LVDIS.

De Fœditate Comœdiarum noſtri temporis, deque earum actoribus, & inſpectoribus, deque poteſtate Epiſcoporum illas, obſcœnoſque ludos prohibendi.

DE COMMVNIONE PASCHALI. 176.

DE COMPROMISSO. 176.

DE CONCEPTIONE B. MARIÆ VIRGINIS.

An Doctor, qui docet Myſterium Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virg. incurrat pœnas in Conſtitutione Alex. VII. præſcriptas. 176.

An eius Epiſcopus poſſit illum declarare incurriſſe in eaſdem pœnas, abſque citatione? ibid.

An, non obſtante appellatione, poſſit eum declarare incurriſſe in pœnas? ibid.

DE CONCIONATORIBVS, SEV PRÆDICATORIBVS.

An Regulares poſſint in ſuis Eccleſijs, etiam contradicente Epiſcopo, petita ab eo, & non obtenta licentia, prædicare? 176.

An Regulares, qui occaſione recitandi Sanctiſſimum Roſarium in ſuis Eccleſiis, exponunt Sacra Myſteria, & faciunt pias exhortationes, teneantur petere licentiam ab Ordinario? ibidem.

An electio Prædicatorum in Eccleſiis Parochialibus Regularium ſpectet ad Epiſcopos, an potius ad Regulares, vt in caſu poſito? ibid.

An Prothonorarius extrà numerum poſſit concionari cum Mantelletta, & Roechetto? ibidem.

De Concionatoribus varia? ibid.

De ſalutatione à Concionatore Canonicis Cathedralis, cum expreſſione tituli facienda. 180.

De Regularibus quoad Concionem circà licentiam petendam ab Ordinario. 181.

An Regulares prædicare poſſint abſque licentia ſuorum Superiorum? ibid.

De munere prædicationis Epiſcopo iniuncto? ibidem.

DE CONCLAVI CARDINALIVM.

De Conclaui Cardinalium, Sede Pontificia vacante. 181.

DE CONCVBINATV.

An inferatur à Suffraganeo Concubinariis granamen, dum eos monens ſub pœna pecuniaria, & in iuris ſubſidium excommunicationis, eos excommunicat? 182.

De Concubinatu. Quid ille ſit? Quid ſit Concubina? An olim, & quatenus permiſſus? Quo iure damnetur? Quinam ſit Concubinarius publicus? Quinam, priuatus? Eius Iudex? Quomodò probetur? Pœna in Concubinarios. Alia. ibid.

DE CONCVRSV PAROCHIALI.

An omiſſio examinis vnius, alteriuſque, qui comparuerat in concurſu Parochiali, & proteſtatus fuerat, ſit contrà formam ſubſtantialem diſpoſitionis Sac. Conc. Trid. præſcriptæ ità vt concurſus vitietur, poſſitque alter tertius Parochialem impetrare? 187.

An Vicarius Generalis, qui interuenit examini, poſſit, vltrà Examinatores, interrogare examinandos? 188.

Concurſus in Parochialibus quomodò faciendus? Quis reputetur magis idoneus? Quandò de excluſione appellandum, contràque Epiſcopum præſumendum? ibid.

An Eccleſia Parochialis de Iurepatronatus prò duabus partibus laicorum, & prò vna Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, ſit prouidenda de Rectore per examen Concurſus? 189.

An Deputatis in Synodo Diœceſana tantum quinque Examinatoribus Synodalibus, ex quibus tres fuerant adhibiti in Concurſibus Parochialium; An, inquam, huiuſmodi Concurſus ſint inualidi? ibid.

An, elapſo anno poſt Synodi celebrationem, morte ſequuta vnius ex dictis quinque, Concurſus habiti cum tribus ex eiſdem quatuor Examinatoribus ſuperſtitibus, fuerint validi? ibidem.

An, elapſo anno à celebratione dicti Synodi, Concurſus habiti, Sede vacante, per Vicarium Capitularem, Examinatoribus Synodalibus non adhibitis, ſint validi? ibid.

An Concurſus, in quo cum Examinatoribus Synodalibus intereſt aliquis, qui non eſt Examinator Synodalis, iſque poſt examen interrogat tantum honoris cauſa, nec dat votum, nec ſe ſubſcribit, ſit validus? ibid.

An Examinatores Synodales compelli poſſint ab Epiſcopo ad accedendum ad examen? ibid.

An Vicarius Generalis in Concurſu Parochialium poſſit legitimè accedere habeati paritatē votorum, omiſſo habente vltrà dimidiam? ibid.

Quoad Concurſum in Cathedralibus vnitis? 190.

Appellatio ab irrationabili iudicio Epiſcopi in Concurſibus Parochialibus quo pacto interponi

ni debeat? Vbi de iuriſdictione Sacræ Congregationis Conc. ſuper Tribunali Sacræ Rotæ Rom. & de alijs ad rem. ibid.

An Archidiaconus vocari debeat ad examen Concurſus? 191.

An Epiſcopus poſſit abbreuiare, vel protogare terminum in Edicto præfixum prò Concurſu Parochialis etiam ad quatuot, vel ſex dies? ibidem.

An ex huiuſmodi abbreuiatione, prouiſio nulla dicatur? ibid.

An quandò in duabus Eccleſijs Edictum proponitur, currat ex quo primò affixum ſit? ibid.

An Capitulum, Sede Vacante ex eo quod iudicialiter priuauerit Rectorem ſuo beneficio Curato ob non ſeruatam formam à Sacro Concilio Trid. præſcriptam, prouiſioneque ſacta, nondum tranſacto ſex dierum numero, prædictum beneficium, non ſeruata iterum forma d. Concilij abſque concurſu, & examine, conferre potuerit? ibid.

An dato, quod non potuerit, ex huiuſmodi prouiſione, titulus ſaltem coloratus extiterit? ibid.

Dato, quod non coloratus titulus extiterit, an Matrimonia coram eo contracta ſint nulla? ibid.

An ſic prouiſus cæterorum Sacramentorum adminiſtrationi validè incumbat? ibid.

An incumbens, vt Parochus, etiam in caſu neceſſitaris, peccet lethaliter? ibid.

An fructus, & obuentiones d. beneficij Curati reſtituere teneatur? ibid.

An aduerſus Prælatum, eiuſque Promotòrem Fiſcalem in ſuo beneficio triennali ſe defendere poſſit. ibid.

An prætatus Parochus tolerari poſſit in poſterum? ibid.

An dato; quod non poſſit tolerari debeat ei reſtituti alterum beneficium Curatum, quo priuatus fuit. ibid.

Dato, quod fieri debeat reſtitutio, quis eam fieri curabit contra ſententiam Epiſcopi, Capitulum; Sede Vacante, an Epiſcopus ſucceſſor, vel Iudex appellationis, qui iam interpoſita detulit Apoſtoloſque expediuit? ibid.

An dato, quod appellationem proſequens prædictus Parochus obtineat in cauſa, is, qui præſatum beneficium, ſeruata forma Sacri Concilij, obtinuit, poſſit, ea in totum omiſſa, per viam conpenſationis de altero poſt murtem, vel per reſignationem vacante, prouideri? ibid.

De concurſu Parochialium Regularium ſæculatizatarum. 192.

An conſuetudo, vt primo loco nominatus à Patronis ad Parochialem Eccleſiam de iurepatronatus inſtituatur abſolutè ſine concurſu, & ſecundo loco nominatus intret ſolum in caſu defectus primi, ſit valida, & ſeruanda? ibid.

An in Præpoſitura ſiuè Parochiali Regulari, ſaltem habitu, ſeu Vicarijs, ſiuè membris, ac ſubiectis, & vnitis Regularium Monaſterijs tequiratur Concurſus? Vbi effata de concurſu, ac de Beneficijs. ibid.

An, & quatenus in Eccleſia Parochiali vnita Monaſterio Abbatiæ Regularis requiratur concurſus &c.? 195.

An, & quatenus in Eccleſijs Parochialibus, quæ membra ſunt Abbatiarum, tequiratur concurſus? ibid.

DE CONFESSIONE, ET CONFESSARIIS.

Qua pæna, & à quo ſit puniendus Sacerdos Regularis, qui abſque præuia Ordinarij approbatione Confeſſiones perſonarum ſæcularium audit? 195.

An Confeſſores, tam ſæculares, quam Regulares poſſint virtute ſuorum priuilegiorum abſoluere a caſibus, & cenſuris Epiſcopo reſeruatis? ibid.

An Regulares poſtquam ſunt approbati ab aliquo Ordinario prò audiendis Confeſſionibus ſæcularium, ſi transſerantur ad commorandum de familia in alijs Monaſterijs ſui Ordinis extrà Diœceſim, in qua fuerunt approbati, poſſint ibidem audire Confeſſiones Subditorum d. Diæceſis, in qua commorantur de familia? 196.

An Epiſcopus cogere poſſit, tam Regulares, quam ſæculares Confeſſarios ad intereſſendum Conferentijs caſuum conſcientiæ, & renuentes priuare facultate audiendi Confeſſiones? ibid.

Alia dubia circà confeſſiones Chriſtianorum apud Turcas. ibid.

An Epiſcopus præcipere poſſit Regularibus, quod abſtineant, etiam ſub cenſuris ab audiendis Confeſſionibus in eorum Eccleſijs à Dominica Palmarum, vſque ad Dominicam in Albis? ibid.

An Confeſſores Regulares ſemel ab Epiſcopis, ſiuè Ordinarijs locorum liberè approbati, poſſint ab eiſdem in nouo examine reprobari? 197.

Aliqua circa Confeſſiones Chriſtianorum inter Turcas exiſtentes. ibid.

Aliqua circà Confeſſiones Sacramentales carceratorum. ibid.

An, & quas cenſuras incurrat Confeſſarius abſoluens ſine approbatione? ibid.

Multa circà confeſſiones. ibid.

Pœnitentiarius non poteſt abſoluere à caſibus reſeruatis, niſi de licentia Epiſcopi. 198.

De forma, qua vtuntur Græci prò Sacramento Pœnitentiæ, & alia circà Confeſſiones in illis regionibus. ibid.

Aliqua dubia circà Confeſſiones, abſolutionem, &c. in partibus Hæreticorum? ibid.

Vt ſeruari debeat ſigillum Confeſſionis Sacramentalis, quid requiratur? Et an crimen reuelationis Confeſſionis ſpectet ad S. Officium? Quomodò probetur, & qua pœna de iure com-

communi ? ibid.
An Epiſcopus poſſit non admittere ad audiendas Confeſſiones, vel Seculares, vel Regulares Sacerdotes; niſi ij promittant, etiam cum iuramento, quod à quorundam propoſitionum probabilium praxi ſibi caueant ? ibid.
Quomodò proſpiciendum ſit conſcientijs aliquorum, qui vſi fuerunt facultatibus Bullæ Cruciatæ, vel alterius Indulgentiæ nullæ ? ibid.
An Chriſtiani militantes prò hæreticis, à quibus non poſſunt exigere ſtipendia, niſi probent, frequentaſſe Conciones hæreticas, dum ad Sacramenta Pœnitentiæ accedunt, & Conciones vitare non proponunt, valeant abſolui? ibid.
An Edictum Epiſcopale ſuper caſibus reſeruatis, vt in caſu poſito, derroget priuilegijs Regularium ? ibid.
De licentia à Regularibus petenda prò Confeſſionibus audiendis. 199.
An Regulares in audiendis Sacris Confeſſionibus dependeant omninò à ſuis Superioribus ? ibidem.
De Caſuum reſeruatione in Sacramento Pœnitentiæ. A' quibus fieri poſſit? Quid de Regularibus ?
Quidue de Sacerdote non approbato in articulo mortis, præſente Parocho, vel alio Sacerdote approbato? Quidue ſi Sacerdos eſſet hæreticus, vel Schiſmaticus ? Ibid.
An liceat Miniſtris *Conſolationis* de Vrbe retinere *Confeſſarios* in Eccleſia ad audiendas Populi Confeſſiones? 200.
DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO. Vide de Cognatione Spirituali. 200.

DE CONFRATERNITATIBVS SODALITATVM.

An Confratres Sodalitatum, non electa ſepultura, poſſint ſepeliri in ſepultura ſuæ Eccleſiæ? 200.
An cauſæ laicorum, qui ſunt adſcripti in Confraternitatibus, etiam Eccleſiaſticis, agitari debeant in foro Eccleſiaſtico ? Ibid.
Suppoſita taxa prò Seminario cum ſolutione vltrà 30. annos continuata, an teneantur Hoſpitalia, & Confraternitates ad illius ſolutionem ? ibid.
An Confratres Ordinum Mendicantium impediri poſſint ab Epiſcopo, quominus eleemoſynas quærant in ipſamet Diœceſi, in qua illorum Conuentus exiſtunt ? ibid.
An Epiſcopo ex eo, quod ex inueterata conſuetudine ſoleat per Edictum publicum monere Confraternitates Sodalitatum, vt Proceſſionibus publicis interſint, liceat renuentes intereſſe, pœnis in Edicto expreſſis, punire ? ibid.
Circà iura ſepeliendi defunctos in Oratorijs. ibidem.
An Confraternitates teneantur contribuire Epiſcopo viſitanti? ibid.
An poteſtas laica habeat iuriſdictionem in Sodalitates laicorum, authoritate Apoſtolica, vel Ordinaria erectas? ibid.
De Compromiſſo, & laudo inter Sodalitates, & Parochos circà Proceſſiones, an requiratur authoritas Superioris? ibid.
An permittendum ſit Confratribus vnius Sodalitatis recens inſtitutæ, ſuas habere Proceſſiones eodem tempore, die, & habitu, quo vtuntur, & eas facere ſolent Confratres alterius Confraternitatis antiquioris ? ibid.
An poſſint erigi in eadem Ciuitate, aliove loco plures Confraternitates laicorum, cum eiſdem functionibus, habitu, & inuocatione, illæque aggregari Confraternitatibus Vrbis? 201.
An, & quatenus in alienatione bonorum Oratorij, vel Hoſpitalis requirantur ſolemnitates requiſitæ in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum ? ibid.
An liceat Confraternitatibus exponere Sanctiſſimum Sacramentum abſque Parocho ? ibid.
An liceat Confraternitatibus ducere ſupplicationem die Dominicò infrà Octauam Sanctiſſimi Corporis Chriſti ? ibid.
De Præcedentia inter Sodalitates, & Seculares ? ibidem.
Vtrum ad erectionem Sodalitatum, præter licentiam, & aſſenſum Epiſcopi, exigatur etiam beneplacitum Iudicis laici ? ibid.
An, & qua pœna puniri poſſint, ac debeant Confratres Sodalitatum, vel Conſules alicuius artis, qui deleuerint decreto publico aliquos è libro artis, vel Confraternitatis, vel publicæ plateæ affixo ? Vbi de libellis famoſis. ibidem.
Quomodò conuincatur, Hoſpitale, vel Confraternitatem non eſſe titulum beneficiale, & laicos non eſſe incapaces illius adminiſtrationis ? 202.
An liceat Regularibus ſepelire in ſuis Eccleſijs Confratres laicos, qui ſibi in illis ſepulturam non elegerunt ? ibid.
An Capellani Confraternitatum poſſint deferre Stolam in aſſociatione Cadaueris? ibid.
De functionibus circà funera in Oratorijs Confraternitatum. ibid.
De Confraternitatibus quoad immunitatem earum animalium. ibid.
An Epiſcopus poſſit viſitare Confraternitates habentes Altare in Eccleſijs Regularium Secularizatis ? ibid.
De Viſitatione, & redditione rationum Confraternitatum. Ibid.
An Confratres Seculares poſſint ſepelire in ſuis Oratorijs Corpora defunctorum, prætextu conſuetudinis? ibid.
Quid de Confratribus, qui non elegerint ſepulturam? ibid.
Quid de filijs impuberibus, & Vxoribus Confratrum, an poſſint ſepeliri in Eccleſijs Regularium, in quibus habent Capellam ? ibid.
Quid de ſtipendio prò Parocho ? ibid.

De

De alienatione bonorum Confraternitatis. ibidem.

An, & quatenus, ſuppoſita legitima licentia, Confraternitates ſuas Proceſſiones facere poſſint? ibidem.

De Confraternitate Mortis circà funera. ibid.

Verum in Eccleſijs, vel Oratorijs publicis Confraternitatum poſſit exponi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & fieri Sepulchrum in feria V. Cœnæ Domini? ibid.

An Epiſcopus poſſit viſitare Confraternitates in Eccleſijs Regularium inſtitutas? 203.

An valeat Edictum Epiſcopale, in quo diſponitur, quod Congregationes Confraternitatum Eccleſiaſticarum non habeantur abſque interuentu, & aſſiſtentia Vicariorum foraneorum? ibidem.

De forma viſitationis Confraternitatum, ſeù Societatum. ibid.

An Confraternitatibus Secularium liceat quæſtuare ſine licentia Epiſcopi? An licentia poſſit ad tempus concedi? An poſſint confirmare ſuum Priorem, aliumue Officialem, contrà decretum Synodalem, &c.? ibid.

An ſit annuendum petitioni Confraternitatis Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, vt oblationes ipſi oblatas conuertant in aliud opus pium? ibid.

An id ſaltem ex gratia ſit concedendum? ibid.

DE CONGRVA.

An Clerico, cui ex priuilegio *Cap. Odoardus de ſolut.* fuit aſſignata congrua pro ſubſtentatione, ſit aſſignanda in bonis ſtabilibus, an verò bona omnia detrahenda cum onere Creditoribus dictam Congruam ſoluendi? 204.

Quænam portio annua ſit aſſignanda à Regularibus Vicarijs Curatis perpetuis? ibid.

An ab aſſignatione Congruæ Parochialis detur appellatio ſuſpenſiua? Vbi de appellatione in cauſa alimentorum. De Congrua debita Curatis, atque Epiſcopis. ibid.

An quo, & quomodò ſuccurri debeat Eccleſiæ, vel Ædibus Parochialibus, ſi refectione indigeant? Vbi quantum Parocho ſit aſſignandum prò ſua Congrua? 205.

An aſſignatio Congruæ Parochialis conſtitui poſſit à particularibus hominibus in pecunia numerata? ibid.

An, & quatenus Rector Eccleſiæ Matricis teneatur ad ſupplementum Congruæ Rectori Eccleſiæ filialis.

Et quid de Congrua Rectoris Eccleſiæ non filialis, vel Vicarij? ibid.

An Congrua ſcutorum centum conſtituta Archipresbytero, debeat eſſe de iulijs decem prò quolibet ſcuto? 206.

DE CONSERVATORIBVS REGVLARIVM.

An poſſint eligi in Conſeruatores Regularium Archiepiſcopi, & Cardinales? 206.

An poſſint eligi in Conſeruatores priuilegiorum Regularium ipſi Regulares cuiuſcumque ſint Ordinis, aut Societatis? ibid.

An Conſeruatores priuilegiorum Regularium non legitimè electi poſſint in Epiſcopos ferre excommunicationis ſententiam, eoſque Carceribus mancipare, &c.? ibid.

An Conſeruatores Regularium in cognoſcendis cauſis eorundem Regularium habeant iuriſdictionem priuatiuè quoad Nuntium Apoſtolicum, habentem poteſtatem Legati à Latere? ibidem.

An Conſeruator, qui eſt Presbyter Sæcularis Diœceſanus, habitans in domo propria, in cauſis proprijs, tam ciuilibus, quam criminalibus, ſeù mixtis, ſubiaceat Ordinario? ibid.

An Conſeruator valeat Tribunal erigere, & aſſumere Miniſtros, ſiuè potius vti Officialibus Curiæ Epiſcopalis? 207.

An à Conſeruatoribus Regularium detur appellatio ad Delegatum Apoſtolicum in Regno Sardiniæ? ibid.

An Conſeruatoriæ omnes comprehendantur ſub Conſtitutione Greg. XV. & Sac. Conc. Trid.? ibidem.

An Superior Regularis Nuncium Apoſtolicum, non Iudicem Synodalem, & vltrà duas dietas diſtantem, poſſit in Conſeruatorem eligere? ibidem.

An Regulares habentes Conſeruatorem legitimè electum, debeant coram eodem conueniri in cauſis ciuilibus, requirentibus diſcuſſionem, & iudicialem indaginem, quandò ſunt Rei? ibidem.

An, quatenus, & qui Regulares eligi poſſint in Conſeruatores Regularium? ibid.

DE CRIMINE LÆSÆ MAIESTATIS. 207.

DE CVRÆ ANIMARVM IVRE. 207.

DE

DE DECIMIS ECCLESIASTICIS.

AN, & quandò Regulares teneantur ad ſolutionem Decimarum? 208.
An,& quatenus Regulares teneantur ad Decimas Parochis, alijſque ſoluendas? Et qua ratione Decimæ Parochiarum ad Monaſteria peruenerint? ibid.
An diſpenſari poſſit cum Catholicis, eorumque familijs, vt in partibus hæreticorum poſſint pecunia ſibi acquirere Decimas, ab ipſis hæreticis vſurpatas? 209.
An Eccleſia exiſtens in poſſeſſione percipiendi Decimas frumenti,& aliorum frugum ex prædijs, ſi in eis ſeminetur, vt dicitur *grano turco, ò riſo*, poſſit decimam percipere? ibid.
Vtrum Eccleſiaſtici teneantur ad decimas, vt in caſu poſito? 210.
An manutenendi ſint aliqui Parochi Vrbis in poſſeſſione exigendi Precatycum à Iudæis? ibidem.
DE DEFENSIONE. 210.
DE DEGRADATIONE, & DEPOSITIONE. 210.
DE DENVNCIATIONE. 210.
DE DIOECESI. 210.

DE DIGNITATIBVS.

ECCLESIASTICIS.

An ſpectet ad Archidiaconum, an ad Primicerium exercere aliquas functiones Eccleſiaſticas, vt in caſu poſito? 210.
An ad Dignitates requiratur Doctoratus receptus in Vniuerſitate? 211.
An in ordine ad Dignitates annus inceptus habeatur prò completo? ibid.
An Dignitates teneantur ſubire exactiones, & cætera onera Capituli? ibid.
Quoad vſum Mithræ Dignitatibus, & Canonicis. 212.
De munere Archidiaconi, & Primicerij, ſiuè Cantoris quoad Chorum, & quoad Pontificalia exercenda reſpectu Archipresbyteri. ibid.
An Archidiacono, vel aliæ Dignitati, au Canonico ſolemniter celebranti debeatur aſſiſtentia duorum Canonicorum, vel Dignitatum? ibidem.
De præcedentia inter Archidiaconum, & Archipresbyterum, ac alias Dignitates. 213.
An Dignitatibus,& Canonicis Prothonotarijs titularibus liceat in Choro, Capitulo, alijſque Canonicalibus functionibus,vti *Roccbetto,Mantelletta*, &c? 214.
An prima Dignitas manutenenda ſit in habitu Prælaticio tam in Choro, quam in alijs functionibus Eccleſiaſticis? ibid.
An Præpoſiti, alijuè, qui vulgò Dignitates exiſtimantur, deputari poſſint in Iudices Synodales? ibid.
An Dignitates in Cathedrali eximantur ab aſſidua reſidentia vltrà tres Menſes? ibid.
An Archidiaconus, ſiuè prima Dignitas debeat vocari ad examen Ordinandorum, & concuſſus? ibid.
An Vicario Chori abſente, ſpectet regimen Chori ad Archidiaconum primam Dignitatem, & eo abſente, ad ſecundam? ibid.
An Archidiaconus prima Dignitas, alias non Canonicus debeat deferre Viaticum Epiſcopo ægrotanti, & peragere officium in eius funere? ibid.
An in Proceſſionibus ſolemnibus pretioſiora Pluuialia debeant inſeruire Dignitatibus, & illis abſentibus, Canonicis antiquioribus? ibid.
An Archidiaconus prima Dignitas, alias non Canonicus, & ſecunda Dignitas, debeant aſſiſtere Epiſcopo Pontificaliter celebranti? ibid.
An Vicarius Capitularis Canonicus poſſit præcedere Dignitates? ibid.
An in funere Regis, vel Reginæ, aut Magiſtratuum, impedito Epiſcopo, aut Sede vacante, debeat celebrare Miſſam ſolemnem prima Dignitas, An verò præferendus ſit Vicarius Capitularis Canonicus, aut alius Canonicus electus à Capitulo? ibid.
An Archidiaconus, alias non Canonicus debeat aſſociare Epiſcopum ad Pulpitum, & illi prædicanti cum alijs aſſiſtere? ibid.
An quandò duo, aut quatuor ab vnoquoque Choro aſcendunt ad Pulpitum ad intonandum *Alleluia*, Dignitates debeant ire ordine ſuæ præcedentiæ? ibid.
An Canonicus iunior, vel dignior teneatur ſupplere officium Presbyteri hebdomadarij abſentis, quandò hebdomada ad ſimplicem Sacerdotem, non Canonicum ſpectat? ibid.
An ſpectet ad Archidiaconum primam Dignitatem conuocare Clerum, ſeù connocationem delegare prò adminiſtratione rerum temporalium? ibid.
An Prælatorum in Sede locatio, & in poſſeſſionem beneficiorum immiſſio pertineat ad Archidiaconum? ibid.
Scolaſtria an requirant Doctoratum? 215.
An Primicerius debeat Cantum perdiſcere? ibid.
An tempus, quod requiritur in aſſequendis Dignitatibus debeat eſſe completum? 216.
An,& quatenus electio ad Dignitates Eccleſiaſticas per abuſum ſæcularis poteſtatis irrita, infectaque ſit? Quid de electione ad beneficia, de ea obtinente, vel conferente, de eorum pœnis, an ſit irrita, ſi fiat hedomadæ maiori? ibid.
An liceat ad Epiſcopatum aſſumi Regularis? ibid.
An expediat ad Epiſcopatum Regularem promouere? ibid.

Digitized by Google

An liceat Eccleſiaſticas appetere Dignitates? ibid.

DE DISPENSATIONIBVS.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum abſente vigore commiſſionis Apoſtolicæ ad Ordines ſuſcipiendos? 216.

An poſſit diſpenſari acceſſus Romæ prò abſolutione à Cenſuris cum Officiali Curiæ laicalis? ibid.

An concedenda ſit diſpenſatio, & abſolutio à tribus votis Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis coniugalis in profeſſione ordinis Militaris S. Iacobi emiſſis? 217.

An cum eo, qui, viuente prima Vxore in Monaſterium detruſa in pœnam commiſſi adulterij, ſecundam duxit, poſſit ſuper bigamia diſpenſari? ibid.

An Sacerdos Armenus, qui poſt obitum primæ Vxoris, quam virginem duxerat, cum ſecunda contraxit, poſſit abſolui, & cum eo, diſpenſari, vt Miſſam celebret in Vrbe ritu Latino? ibid.

An qui exiſtens tantum Diaconus audiuit Confeſſiones, & Baptiſmum ſolemniter miniſtrauit, denique ad Presbyteratum ſe promoueri fecit, poſſit abſolui, ac diſpenſari? ibid.

An prouiſus de Canonicatu ob reſignationem fratris ſui, aſſerens, quod niſi reſignatio fiat in manibus Capituli cuius maior pars eſt hæretica, ipſe non poſſit adipiſci Canonicatum, ſed à dictis Canonicis hæreticis confertur alicui eorum Sectæ, poſſit diſpenſari? 128.

An cum eo, qui poſt contractum Matrimonium per verba de futuro, ac illud conſumatum iuſſu parentis, Ordines Minores, & Subdiaconatum ſuſcepit poſtea fuit damnatus ad ducendam illam Vxorem, prout duxit, declarata nulla ſuſceptione Ordinum à Vicario Epiſcopali, deinde Vxore mortua, ad alios Ordines ſe promoueri fecit, Canonicatumque obtinuit, poſſit diſpenſari? ibid.

Quid cenſendum de Sacerdote ritus Latini, qui Matrimonium cum muliere ritus Græci contraxit? ibid.

An Græcus ordinatus ab Epiſcopo Schiſmatico poſſit habilitari ad executionem ſuorum Ordinum? ibid.

An Diaconus, ſiuè Presbyter Grecus habilitari poſſit; ille ad ſuſcipiendum Presbyteratum ritu Latino: iſte, vt tranſeat ad ritum Latinum? ibid.

An cum muliere Græca, mortuo eius viro Presbytero, poſſit diſpenſari, vt cum alio contrahere poſſit? ibid.

Quid agendum cum Apoſtata à Religione, & à Fide? ibid.

An ad euitandas cædes &c. inter Catholicos cum irriſione Hæreticorum poſſit diſpenſari in primo Matrimonio rato ad fauorem ſecundi conſumati, vt in caſu poſito? ibid.

Cum puellis ab Hebræis vltrà ſecundum gradum trahentibus originem diſpenſatur, vt ingredi Religionem poſſit, & habilitantur ad officia, & munia Religionis. ibid.

De diſpenſatione Matrimoniali ſacta ab Epiſcopo, vt in caſu poſito. ibid.

An cum hæreſim abiurantibus diſpenſari poſſit à Summo Pontifice in radice Matrimonij ante abiurationem iam contracti cum impedimento dirimente? 219.

Vtrum in diſpenſatione gradus affinitatis comprehendatur etiam diſpenſatio publicæ honeſtatis? ibid.

An Epiſcopus poſſit totam Communitatē diſpenſare à ieiunio, & abſtinentia carnium in Quadrageſima ob penuriam piſcium? ibid.

De aliquibus diſpenſationibus Matrimonilibus. ibid.

An Canonicus, vt in caſu poſito, poſſit diſpenſari in recitatione diuini Officij? Vt promoueri poſſit ſecretò ad primam tonſuram; Vt abſolui poſſit à Simonia &c. ibid.

De Matrimonio contracto per Procuratorem vi, & metu, non conſumato, an ſit diſpenſandum, vt coniuges remaneant in priſtino ſtatu? 220.

An, & quatenus diſpenſationes extrà Curiam Epiſcopo committendæ, & ab eo examinandæ ſint, & quid de literis abſolutionum, & diſpenſationum in foro coſcientiæ. ibid.

De poteſtate Epiſcopi circà irregularitatem, & ſuſpenſionem, & criminum abſolutiones. Vbi quandò impedimentum dicatur occultum. 221.

Vtrum præcepta de gradibus cognationis, & affinitatis ſint iuris naturalis, in quo Eccleſia diſpenſare nequeat? Vbi cuius ſit diſpenſare in impedimentis Matrimonij? Ac de cauſis diſpenſandi. 223.

De diſpenſatione ab irregularitate ob ſimoniam. 227.

De facultatibus conceſſis quibuſdam Epiſcopis in partibus. ibid.

An ſit concedenda facultas diſpenſandi ſuper impedimentis Matrimoniorū in ſecundo, & ab altero in tertio affinitatis gradu coram Turcarum Iudice contractorum, quæ Epiſcopi illarum partium nullatenus ſoluere poſſunt? 230.

De diſpenſatione Eunuchorum ad ſacros Ordines. ibid.

An familiaris conuerſatio, ac litium extinctio ſint cauſæ ſufficientes ad diſpenſandum in primo, & ſecundo affinitatis gradu, etiam in non Magnatibus? ibid.

An concedenda ſit facultas diſpenſandi in Matrimonio rato non conſumato, ad hoc, vt primi coniuges poſſint ad ſecunda tranſire vota, ſi periculoſa præuideatur cohabitatio, & lapſus in hæreſim? ibid.

An concedi poſſit, ac debeat diſpenſatio in primo gradu affinitatis, in ſecundò affinitatis, & in

Digitized by Google

in tertio pariter conſanguinitatis cum compaternitate? ibid.
Sacerdos Latinus factus Monachus ritus Græci vniti, petit diſpenſationem celebrandi, & recitandi diuinum Officium. Quid conſulendum? 231.
Cuius ſit in Matrimonijs diſpenſare? ibid.
An contrà porrigentem preces Sac. Tribunali Pœnitentiariæ ſecretæ cum expoſitione ſui criminis, ſuppreſſo nomine, & ab eo remiſſas Ordinario, poſſit ipſe in foro externo procedere etiam ad torturam? ibid.
De Coadiutore Epiſcopi Religionis Hieroſolymitanæ antè legitimam ætatem falsò promoto, quoad diſpenſationem. ibid.
Reliqua vide de Matrimonio, & de Ordine.

DE DOMINIS VTILIBVS, ET BARONIBVS TEMPORALIB.

Quiſnam ſit verus Protector, & Dominus, vocanduſque ſit verus Patronus in locis, vbi merum Imperium, & criminale eſt penes laicos, ciuile, & mixtum apud Eccleſiaſticos? 231.
An quandò Imperator, Rex, vel Princeps donaet alicui Eccleſiæ Ciuitatem, Terram &c. cenſeatur à ſe abdicaſſe omnem ſuperioritatem &c.? 232.
An Domini locorum cogere poſſint ſuos ſubditos, vt ad ſuum tantum furnum, molendinum &c. accedant? ibid.
An Dominus Oppidi Pagi &c. poſſit in illius Oppidi, Pagi &c. paſcua plura pecora paſcere, quam eius ſubditi? ibid.
An ſubditos ſuos extrà operas ſibi debitas cogere poſſit, vt prò conſueta mercede ipſi præ alijs operentur? ibid.
An idem Dominus habeat ius prothomiſeos in frumento, cibarijs vel mercibus ædilibus ſubditorum, quas venales ad forum deferunt? ibid.
An Barones, ſeù Principes teneantur ſoluere certas regalias Epiſcopis, vt in caſu poſito? 233.
Aliqua ad rem vide de Immunitate tom. 9. Conſul. 106. & tom. 5. in princ. ſeq. Conſul.
An, & quandò Principibus, & Baronibus, alijſque competat ius prohibendi venationem, & piſcationem? ibid.
DE DONATIONE. 233.

D E D O T E.

An ſubſidium dotis legatum prò maritandis honeſtis puellis cum reſtitutione dotis in caſu carentiæ prolis, poſſit dari virginibus ad profeſſionem Regularem admittendis? 233.
An dos, eiuſque augmentum reſtitui debeat à viro Iudæo ad Fidem Chriſtianam conuerſo vxori in Iudaiſmo permanenti? ibid.
De quadam dote legata deſcendentibus pauperibus, vt in caſu poſito. Vbi de probanda paupertate, & qui verè dicendus ſit pauper? ibid.
De dote puellæ monachandæ deperdita, quis teneatur? ibid.
An executor deputatus ad diſtribuendum pauperibus eleemoſynam, dotem puellis, aliaue, teneatur exquirere pauperiores &c.? ibid.

D E D V E L L I S, SEV DE MONOMACHIA.

An *Cap. 19. de Duellis ſeſſ. 25. de reform.* locum habeat in eo, qui abſque aſſignatione loci ad Monomachiam, & abſque vocatione Patrinorum, in primo iræ impetu, in rixa calore iracundiæ alium vulneeat; ità vt propterea hoc caſu is priuari non debeat Eccleſiaſtica ſepultura? 234.
De Monomachia, ſiuè Duello, eius fœditas, & probra. Auctores. Cui virtuti aduerſetur? Quid de Duello authoritate publica inito? Eius exempla varia. Iniquitas Duelli priuati. Quale inter Longobardos? Quid ſit? Eius ſuperſtitio. An illicitum ſemper, & vbique, & quibus conditionibus? Eius vſus. Quibus pœnis Iure Canonico punitur? Quæuè perſonæ puniantur? Quis in eis diſpenſet, & ab eis abſoluat? ibid.

DE ECCLESIIS, ET ECCLESIASTICIS.

AN Eccleſiaſtici participes debeant eſſe bonorum Communitatis, quorum participes ſunt alij Ciues? 241.
An Epiſcopus poſſit ad rebenedicendum Eccleſiam pollutam delegare Vicarium Generalem? Vbi quid de alijs Sacerdotibus? ibid.
An Epiſcopus poſſit reducere numerum participantium in Eccleſia receptitia, vt in caſu poſito? ibid.
An in Eccleſia Collegiata poſſit abſque priuilegio, ſeù legitima licentia Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruari? 242.
An Eccleſia exiſtens in poſſeſſione percipiendi decimas frumenti &c. ſi in prædijs ſeminetur oriza, poſſit decimas percipere? ibid.
An in Eccleſia per Communitatem conſtructa de licentia Epiſcopi, poſſit ab eodem demandari, vt ſepeliantur Cadauera Defunctorum, abſque conſenſu d. Communitatis? ibid.
An Magiſtratui ſæculari competat locus, & quidem dignior intrà Presbyterium? ibid.
An liceat amplius facere conniuia in Eccleſia? ibid.
Cui competat ius porrigendi aſperſorium aquæ benedictæ Epiſcopis, Archiepiſcopis &c. etiam in Eccleſijs Regularium? ibid.

An, & quatenus deceat Eccleſiam vti in ſui diuinis Officijs harmoniaca muſica? ibid.
An propter reuerentiam Eccleſiæ poſſint expelli Artifices propè illam obſtrepentes, ac perſonę infames, & ſordidę eius diuina Officia perturbantes? ibid.
An liceat alicui habere feneſtram in ipſis parietibus Eccleſię, ex qua poſſit in Eccleſiam proſpicere? Quid de Patronis Eccleſię? Quidue de illius benemeritis? Quidue tandem de Parochis? 243.
An, & quatenus ex conceſſione Regularibus facta Eccleſia mutauerit ſtatum, & ex ſęculari, effecta ſit Regularis? 244.
An decretum Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 11. de reform. & Bullæ Cœnæ* habeat locum, quandò dubitatur, an res in proprios vſus conuerſę, ac vſurpatæ, ſint Eccleſię? Vbi alia ad rem. ibid.
De Presbyterio, ſiuè Choro, ad excluſionem ex eo Magiſtratus, aliorumque ſęcularium. Vbi alia. 245.
An ſæculares manutenendi ſint in iure ſedendi in ſuis ſedilibus, in Eccleſia? 246.
An loca per Summum Pontificem diſmembrata ab Abbatis, & de Diœceſibus, aliorumque Ordinariorum effecta, in quibus aliquæ Eccleſiæ exiſtunt, quæ ante diſmembrationem erant de iuriſdictione earundem Abbatiarum Nullius, & de illarum territorio, remanſerint in eodem ſtatu, & qulitate poſt diſmembrationem? 247.
An, & quatenus in bonis Eccleſiſticis concordandum ſit cum hęreticis? ibid.
Legatum orandi in Miſſis prò anima Teſtatoris an ſpectet ad Præsbyteros, vel ad fabricam Eccleſiæ? ibid.
De differentia inter Eccleſiam Latinam, & Græcam. ibid.
Ex quibus præcipuè argumentis cognoſcatur Eccleſiam eſſe Matricem? Deque illus pręeminentijs. ibid.
An donatio ſedilis, appoſiti in Eccleſia ab eius patrono laico de conſenſu illius Rectoris, eique donatum, cenſeatur irreuocabilis? Vbi de iure acquirendi huiuſmodi ſedilia in Eccleſia. 248.
De forma viſitationis Eccleſiarum Baſilicarum Vrbis, Cathedralium, Collegiatarum Parochialium, ac Regularium, Monialium, Hoſpitalium, & aliorum, piorum locorum. 249.
DE ELECTIONE. 249.

DE EPISCOPIS.

An Epiſcopus pręcedere debeat quoſcumque, etiam Principes ſęculares in ſua Eccleſia, & Diœceſi? 249.
An Epiſcopus vigore commiſſionis poſſit cum abſente diſpenſare? ibid.
An Epiſcopus poſſit Monialibus pręſcribere locum, & tempus percipiendi Sacram Communionem? ibid.
An Epiſcopus teneatur indiſtinctè iurare omnia Statura Eccleſiæ vel ea tantum, quæ ſunt conformia iuri communi, & Sac. Conc. Trid. vel alias à Sede Appoſtolica confirmata? ibid.
An prò generali viſitatione indicenda, poſſit Epiſcopus ſolus facere edicta generalia, abſque conſenſu, & conſilio Capituli? 250.
An in eiuſmodi edictis generalibus poſſit Epiſcopus pręcipere in virtute Sanctę Obedientię, vt quilibet de populo teneatur reuelare quę correctione, vel emendatione digna iudicauerit? ibid.
An Epiſcopus teneatur accedere ad locum Capitularem prò viſitandis Canonicis? ibid.
Translatio ad alterum Epiſcopatum quoad vacationem primi quo tempore perficiatur? ibid.
An Epiſcopus ad rebenedictionem Eccleſiæ pollutę poſſit delegare ſuum Vicarium Generalem? ibid.
Beneficia, & Officia electi in Epiſcopum quandò, & quo pacto vacent? ibid.
De poteſtate Ordinarij iu exemptos, ac de eorum priuilegis. ibid.
An Epiſcopus poſſit demandare monitionem excommunicationis, & alia facere Commendatoribus Ordinis Militarium? ibid.
An, & quomodò ſit neceſſarius conſenſus Epiſcopi in erectione Monaſterij? ibid.
An præſentia, ſeù cooperatio trium Epiſcoporum ſit de forma ſubſtantiali conſecrationis Epiſcopalis? ibid.
Et quatenus talis conſecratio valida non fuerit, quid circa geſta per Epiſcopum? ibid.
An Epiſcopus poſſit delegare Vicarijs Foraneis facultatem concedendi litteras monitoriales prò rebus deperditis? 251.
An Epiſcopus ex pęnis, & mulctis poſſit aſſignare portionẽ aliquam Monaſterio Lectoris Regularis, qui Clero Diœceſis Theologiam legit. ibid.
An Epiſcopus, qui nunquam exegit Cethedraticum, poſſit prò præterito tempore, & in futurum illud exigere? ibid.
In qua quantitate, & qualitate monetæ poſſit exigi Cathedraticum? ibid.
An exactio Cathedratici ſit facienda à toto Clero, an verò a Beneficiatis tantummodò? ibid.
An facultas Epiſcopis conceſſa à Sac. Conc. Trid. ſit per Bullam Cœnæ reuocata, ità vt non poſſit amplius ſuos ſubditos abſoluere à delictis in eadem Bulla comprehenſos? ibid.
An admitti poſſit Regularis prò viſitandis Sanctorum Apoſtolorum Liminibus? Ibid.
An liceat Epiſcopo eadem die conferre quartum Ordinem Minorem, & Subdiaconatum, & quid ſi dictos Ordines ſuſcipiens in ijs miniſtrauerit? ibid.
An Epiſcopus, qui ob tenuitatem redditum, etiam de conſenſu Sac. Congr. Epiſc. non retinet Vicarium, poſſit exequi litteras Apoſtolicas Vicario directas? ibid.
An ea, quæ decernuntur ſpectare ad Epiſcopum antiquiorem, abſente Metropolitano, cenſeatur ſpectare ad Epiſcopum antiquiorem ex ſuffra-

ſuffraganeis? ibid.
An carceres Epiſcopales poſſit ab Epiſcopo fabricari, & fabricati reſtaurari ex pœnis, & mulctis? ibid.
An Menſæ Epiſcopi debeatur pars Legatorum, quæ fiunt Eccleſię Cathedrali? ibid.
An Epiſcopus poſſit præcipere, quod proceſſio in die Corporis Chriſti fiat in Eccleſia Parochiali; non autem in Eccleſia Regularium? ibid.
An Epiſcopus poſſit cogere Clerum ad intereſſendum proceſſioni Corporis Chriſti? ibid.
Quid agere debeat Epiſcopus, ſi maior pars Canonicorum, ſeu omnes prætendant exemptionem à ſua iuriſdictione prætextu officij Subcollectoris ſpoliorum? ibid.
An à Sac. Congr. prohibeatur Cathedratici ſolutio Epiſcopo facienda? ibid.
An Epiſcopus, vel eius Vicarius teneatur dare litteras approbationis ijs, qui fuerunt ab Examinatoribus ad Ordines, Confeſſiones, & ad curam animarum approbati, quamuis certus in conſcientia credat, huiuſmodi approbatos eſſe minus idoneos? ibid.
An Epiſcopus, qui poteſt punire, & corrigere delinquentes circà Clauſuram Monialium, etiam Regularibus ſubiectarum, poſſit ad effectum probandi huiuſmodi delicta, examinare Moniales intrà ſepta degentes ex officio? 252.
An Epiſcopus prò cauſis Diœceſanorum vnius Diœceſis deputare debeat Vicarium Generalem in illa Diœceſi? ibid.
Epiſcopo ſuſpenſo, an Capitulum poſſit dare litteras dimiſſoriales? ibid.
An Epiſcopus vti Sedis Apoſtolicæ delegatus poſſit viſitare Eccleſias Parochiales Religionis Hieroſolymitanæ? ibid.
De Vicario Generali creato Epiſcopo, circà exercitium Vicariatus, & reſidentiam. ibid.
De electione Prædicatorum in Eccleſijs Regularium. ibid.
De validitate cuiſdam diſpenſationis Matrimonialis factæ ab Epiſcopo, vt in caſu poſito. ibid.
Quid ſi Epiſcopus celebret Miſſam in domo priuata prò aliqua neceſſitate in aliena Diœceſi? ibid.
Ex quibus præcipuè probentur confinea vnius Diœceſis? ibid.
An Epiſcopus poſſit ſibi puluinar, & pannum ſternere, & ſic orare in Eccleſijs alienæ Diœceſis, & in illis habere illas præminentias, quæ proprio Epiſcopo in ſua Diœceſi debentur? ibid.
An, quo iure, & quatenus Epiſcopi teneantur perſonaliter reſidere in ſuis Eccleſijs, prætertim tempore peſtis? 253.
An Epiſcopus in proceſſionibus poſſit incedere ſolus, quandò cum pallio, ſiuè cappa, & pileo Sacerdotali incedit, vel incedere debeat medius inter Dignitates? ibid.
De excipiendo Epiſcopo, & aſſiſtendo in aliquibus functionibus. ibid.
An, & quatenus Epiſcopus in cauſis ſuæ Menſæ poſſit eſſe Iudex præſertim in perſonas non ſubditas, & in bona extrà propriam Diœceſim? ibid.
An, & quatenus concedatur exemptio? ibid.
An, & quatenus Archiepiſcopis, & Epiſcopis concedendus ſit Coadiutor, vel Suffraganeus? Et quid de reſignatione Epiſcopatus, & tranſlatione Epiſcopi? ibid.
Epiſcopus melius faciet, ſi ad Sac. Ordines promoueat pauperes, quam diuites. 255.
An Epiſcopo liceat viſitare omnes locos pios? ibid.
An ſcripturæ publicæ, & Apochæ in ditione Eccleſiaſtica ſint aſſeruandæ in Archiuio Apoſtolico, ſeu Communitatum, an verò in Curijs Epiſcopalibus? ibid.
An Epiſcopus poſſit totam Communitatem à carnium abſtinentia abſoluere in Quadrageſimali ieiunio, ob charitatem, vel penuriam piſcium? Vbi quibus in caſibus diſpenſare poſſit, & quo pacto? ibid.
An, & quatenus concedenda ſit manutentio Epiſcopis in quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem Epiſcopalem in Territorijs Abbatiarum? ibid.
An Epiſcopus poſſit viſitare Reliquias Sanctorum exiſtentes in Eccleſijs Regularium? ibid.
Inter Ordinarios Eccleſiaſticos quis nam ſit competens? ibid.
De poteſtate Epiſcopi circà diſpenſationes extrà Curiam exequendas. ibid.
De poteſtate Epiſcopi circà diſpenſationes, & abſolutiones ab irregularitate, ſuſpenſione &c. ibid.
An Epiſcopus in Eccleſijs Parochialibus exemptis tempore viſitationis, poſſit, etiam inuitis Regularibus, conferre Sacros Ordines, ac Chriſma, aliaque Pontificalia exercere? ibid.
An Epiſcopus in Eccleſijs Regularium ſæculariʒatis poſſit exercere iuriſdictionem, Pontificalia &c. 256.
Qua pęna puniendus ſit Epiſcopus committens ſtuprum cum Monialibus? ibid.
An, & quatenus Epiſcopus poſſit celebrare Pontificaliter, vel celebrari facere in Eccleſija Regularium, alijſque exemptis, ſiuè eo præſente, ſiuè abſente? ibid.
An Epiſcopus in proceſſionibus poſſit poſt ſe deferre ſellam geſtatoriam? 257.
De quibuſdam facultatibus conceſſis quibuſdam Epiſcopis in Partibus. ibid.
An Epiſcopus, qui abeſt à Ciuitate ſua Cathedrali, & reſidet in Diœceſi, conſtituere, vel relinquere in illa debeat Vicarium Generalem, & Tribunal Epiſcopale? ibid.
An, & quatenus ſit locus partitioni Epiſcopatuum? ibid.
An electio Virginum pauperum monachandarum ſpectet ad Epiſcopum an ad Vicarium Apoſtolicum ibi miſſum? ibid.
De ſportulis iudicialibus, vbi an, & quatenus liceat

ceat Epiſcopo Cancellariam vendere, vel locare ſub annuo cenſu? Et an emolumenta Cancellariæ vtriuſque Iuriſdictionis, & ſigillorum ſint de Menſa? Vbi affertur Taxa Innocentiaoa per extenſum. 258.

An licitum ſit Epiſcopis, & eorum Officialibus ex Cōſtitutione Synodali percipere ſalaria prò executione Legatorum &c. Vbi de applicatione pœnarum, & mulctarum locis pijs facienda multę declarationes Sacr. Congregationum. 253.

Epiſcopus rogatus à Teſtatore prò aſſiſtentia, & declaratione eius teſtamenti: an poſſit mandare executoribus, vt pecunias non poſſint inueſtire in cenſibus ordinatis à teſtatore, abſque ſua approbatione? ibid.

De Epiſcopo Suffraganeo, qui in ſuum Metropolitanum aliqua peregit. ibid.

An liceat Epiſcopo ſupprimere beneficia, Canonicatus, Dignitates &c.? ibid.

An ad conſtituendum Epiſcopum Reum, requirantur Teſtes omni exceptione maiores? Et alia de Teſtibus. ibid.

An Epiſcopus poſſit interdicere Reges? ibid.

An auferens Galerum è capite Epiſcopi, & in terram proijciens, vt in caſu poſito, incurrat in *Can. ſi quis ſuadente &c.* 17. ibid.

An conſecratio Epiſcopalis ſit valida, præſertim in Regionibus remotiſſimis; ſi fiat non præſentatis litteris Apoſtolicis electionis, & confirmationis? ibid.

An in porrigentem preces S. Tribunali Pænitentiariæ Secretæ cum expoſitione ſui criminis, ſuppreſſo tamen nomine, & ab ea remiſſas Ordinario prò expeditione cauſæ, poſſit ipſe Ordinarius in foro externo procedere, etiam ad torturam? 264.

De Ambitu in electionibus Eccleſiaſticis. ibid.

De Epiſcopo duarum Cathedralium vnitarum. ibid.

De Charitatiuo Subſidio ibid.

De Epiſcopo proprio prò Ordinibus. 265.

De varijs ſuſpicionibus, ex quibus Epiſcopus cenſeatur inimicus ſuæ Ciuitatis, quodque ideò recuſari poſſit. ibid.

An Epiſcopus incurret aliquam pœnam, promouendo ad Ordines Alumnum Seminarij, vt in caſu poſito? ibid.

An, & quatenus iuriſdictio, & collatio beneficiorum in locis Abbatiæ ſpectet priuatiuè quoad Epiſcopum ad illius Abbatem? Et quid quoad cognitionem cauſarum criminalium? Vbi decreta Sac. Cong. Conc. ibid.

An, dum Epiſcopus eſt in poſſeſſione iuriſdictionis in Clerum, & Populum alicuius loci, cuius exemptio controuertitur poſſit punire, non dum cenſuris Eccleſiaſticis, ſed etiam carceribus prætenſos exemptos, de facto Epiſcopum in ſua iuriſdictione turbantes? Et ad quem Iudicem pertineat cognitio huius cauſæ? ibid.

An, & quatenus Monachi, & Regulares omnes fuerint olim ſubiecti iuriſdictioni Epiſcoporum? Quis eos exemerit, & in quibus hodiè ſint illis ſubiecti? 266.

An, & quatenus Regulares omnes approbari debeant ab Ordinario prò audiendis Confeſſionibus vtriuſque ſexus, prò concionando &c.? ibid.

De Epiſcopo Regulari. An liceat ad Epiſcopatum aſſumi Regularis? A quo promouendus &c.? ibid.

An expediat Regularem ad Epiſcopatum promouere? ibid.

An liceat Eccleſiaſticas appetere Dignitates, vel refugere? 267.

An vigore Decreti Clementis VIII. circà erectionem Baldachini in Eccleſijs exemptis, Pontificalia exercendi, Regulares puniendi &c. poſſint Epiſcopi cogere Regulares ad ſedendum in ſcamno parato, & dimittendum ſedes ligneas &c.? ibid.

An Epiſcopus eligere poſſit Regularem in ſuum Vicarium Generalem ſine licentia ſui Superioris? ibid.

An Regulares in audiendis Confeſſionibus dependeant omninò à ſuis Superioribus? ibid.

Anne prædicare poſſint abſque licentia ſuorum Superiorum? ibid.

An, & quatenus iuriſdictio, ac iura etiam Epiſcopalia præſcribi poſſint? Et quid de iuriſdictione Epiſcopi viſitandi ſuos Subditos? ibid.

An, quatenus, & quam Eminentiſſimi Cardinales in Eccleſijs Titularibus habeant iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem? 268.

De Coadiutore Epiſcopi Religionis Hiæroſolymitanę ante legitimam ætatem falsò promoto, quoad diſpenſationem. ibid.

An, & quatenus conſtare poſſit de ſufficienti cauſa renunciandi liberè Epiſcopatum in manibus Sum. Pontificis? ibid.

An, & quatenus exemptio à iuriſdictione Ordinarij concedenda ſit, etiam toti Capitulo, alijſque &c.? ibid.

De Reſidentia Epiſcoporum. ibid.

De munere prædicandi Epiſcopis iniuncto, ac etiam Parocho, & de Concionatoribus tam in Eccleſijs ſæcularibus, quam Regularibus. ibid.

De facultate conceſſa Epiſcopis, alijſque maioribus Prælatis viſitandi Eccleſias quaſcumque, quibuſcumque non obſtantibus. 269.

Quomodò exceſſus ſęcularium Clericorum & Regularium degentium extrà Monaſteria, ab Ordinario loci corrigenda ſint? Quæ requirantur in corrigendis exceſſibus? Quomodò Ordinarius agere poſſit contrà profeſſos Militares? ibid.

De Epiſcopo in aliena Diœceſi, an poſſit Pontificalia exercere, Ordines conferre &c.? ibid.

Quinam ſit Sacramenti Confirmationis ordinarius Miniſter? 270.

De retinentibus plures Cathedrales Eccleſias. Vbi: an comprendantur Cardinales? ibid.

Teſtes deponentes contrà Epiſcopum quales eſſe debeant? ibid.

DE

Digitized by Google

DE EQVITIBVS, ET EORVM COMMENDIS.

An Commendatores Ordinum Militarium poſſint retinere, & carcerare Sacerdotes ſæculares ad curam animarum à ſe deputatos, ob cauſas ad ipſam curam pertinentes? 270.
An eis Epiſcopus poſſit demandare monitionem, vt tanquam excommunicati abſtineant? ibid.
A quo nam delicta ob dictas cauſas cognoſci debeant? ibid.
An Fratres Sacerdotes profeſſi Ordinum Militarium poſſint conſequi, & retinere Beneficia ſæcularia cum cura, nec non Canonicatus in Eccleſijs Cathedralibus abſque diſpenſatione Apoſtolica? 271.
An Clerici penſiones Eccleſiaſticas obtinentes, ſi adſcribantur Militijs Regularibus, tempore Nouitiatus, vt penſionibus frui valeant, teneantur incedere in habitu Clericali? ibid.
An liceat Epiſcopo in viſitatione Eccleſiæ Parochialis Religionis Hieroſolymitanæ decreta facere circà curam animarum? ibid.
An Epiſcopus poſſit etiam pœnis cenſurarum punire, & corrigere Equites Hieroſolymitanos degentes extrà Clauſtra in proprijs domibus, ſi tempore Paſchali non communicent? ibid.
An eoſdem punire poſſit, ſi eodem tempore Paſchali retineant in proprijs domibus mulierculas amicorum, illas poſt d.tempus dimittendo, nè moleſtentur? ibid.
An Equites SS.Mauritij, & Lazari, ac S.Stephani gaudeant exemptionibus? ibid.
An ſit concedenda abſolutio, ſiuè diſpenſatio à tribus votis Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis coniugalis in profeſſione Ordinis Militaris S.Iacobi emiſſis? 272.
An Clericus, ſiuè Miles Regularis penſionarius, qui ex diſpenſatione poteſt retinere penſionem in ſtatu Matrimonij, & ſine habitu Clericali per aſſecutionem officij laici cum poteſtate ſanguinis, illam amittat? ibid.
An Vicarius, ſeù Capellanus amouibilis, Sacerdos ſæcularis, adminiſtrans curam animarum, annexam Commendæ Hieroſolymitanæ, habitans in domo eiuſdem Parochialis, tam in ijs, quæ curam concernunt, quam in quocumque delicto, ſubiaceat iuriſdictione Ordinarij? ibid.
An miniſtri ſeruientes adſcripti, Procuratores, & familiares, qui habitant in Ciuitate, & domum Commendæ Religionis Hieroſolymitanæ, ſubiaceant iuriſdictioni Ordinarij tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & mixtis? 273.
An Coloni, alijque habitantes in domibus ruralibus Commendæ Hieroſolymitanæ, ſi deliquerint, poſſint ab Ordinario puniri? ibid.
An Epiſcopus poſſit vti Sedis Apoſtolicæ delegatus viſitare Eccleſiam Parochialem Commendæ Hierolymitanæ, ibique decreta facere, &c. ibid.
An pueri ætate legitima minores, ex diſpenſatione tamen à Religione Hieroſolymitana accepti &c. fori priuilegio fruantur? 275.
An ſerui Equitum Hieroſolymitanorum gaudeant priuilegio fori? 276.
An Equites Portugalliæ priuentur priuilegio fori, & immunitate à vectigalibus, ſi bigamiam contraxerint, ibid.
An Parochi Religionis Hieroſolymitanæ curam animarum ſæcularium exercentes in ijs, quæ curam reſpiciunt, ſubſint abſolutè Epiſcopi viſitationi, correctioni, iuriſdictioni? ibid.
An Epiſcopus præfatorum Parochorum Eccleſias viſitare poſſit? ibid.
An ius deputandi, & amouendi huiuſmodi Parochos in Eccleſijs dependentibus, vel annexis Religioni competat Commendatarijs, an Ordinario? ibid.
An poſſit Epiſcopus Presbyterum, quem approbauit ad curam in prædictis Eccleſijs, iterum examinare? ibid.
An prædicti teneantur ad contributionem Seminarij, & Cathedratici? ibid.
An teneantur accedere ad Synodum? ibid.
De funeribus Equitum Hieroſolymitanorum decedentium extrà Clauſtra, et quid ſi ſepulturam elegerint? 277.
An Milites Religionis Hieroſolymitanę ſint verè Religioſi? ibid.
An Milites S.Iacobi de Spatha, Calatrauæ, & Alcantaræ, qui emittunt tria vota Religionis, gaudere debeant priuilegio fori quoad perſonas, & immunitate ab oneribus quoad bona? Vbi quid de Equitibus Hieroſolymitanis? ibid.
An Milites Regulares ſint capaces penſionum Eccleſiaſticarum? 278.
An per exercitium iuriſdictionis ſæcularis abſque poteſtate ſanguinis, penſionem amittant? ibid.
Et quid ſi ſententiam ſanguinis cum effectu pronunciauerint? ibid.
Quidue ſi damnatus ad mortem veniret in poteſtatem Curiæ, & morte afficeretur? ibid.
Aliqua de Equitibus Hieroſolymitanis quoad ſubiectionem Ordinario. 279.
An Religioſi Ordinum Militarium, qui exercent curam, apponi, & amoneri ſoliti ad nutum Magni Magiſtri, faciant tuta conſcientia fructus ſuos, quandò dimiſſo ſubſtituto de licentia Magni Magiſtri, alibi inſeruiunt? ibid.
An Conſtitutione Vrb.VIII. circà eos qui falſis dimiſſorijs ab alieno Epiſcopo ordinantur, comprehendat etiam Melitenſes? ibid.
An, & quatenus Græci Schiſmatici poſſint fieri captiui à triremibus Religionis Hieroſolymitanæ? ibid.
An, & quatenus Epiſcopus poſſit declarare excommunicatum Equitem Hieroſolymitanum, quia

quia ſe oppoſuit extractioni Rei ab Eccleſia Religionis Hieroſolymitanæ in caſibus à Gregoriana exceptis, & ipſam Eccleſiam interdicto ſupponere? Et
Quid de Equite S.Iacobi, qui in loco publico Vicarium Generalem Epiſcopi in exercitio ſuę iuriſdictionis verbis iniurioſis affecit? ibid.
An Miles Magiſtralis obedientię in Religione Hieroſolymitana teneatur ad integrum annum probationis? 280.
Quam iuriſdictionem habeant Priores, eorumque Vicarij Religionis Hieroſolymitanæ in ſuos ſubditos? ibid.
De Ordine Militum S.Sepulchri, deque priuilegijs, exemptionibus, gratijs &c. conceſſis à Summ. Pontifice Guardiano, ac Fratribus Terræ Sanctæ. ibid.
Quænam potiſſimum requirantur, vt quis verè ſit Religioſus Religionis Hieroſolymitanæ? 281.
An, & quandò ſit diſpenſandum cum Religioſo Religionis Hieroſolymitanæ Coadiutore Epiſcopi falsò promoto, vt in caſu poſito? 282.
Quomodò exceſſus profeſſorum Militarium, etiam Religionis Hieroſolymitanę corrigenda ſint ab Ordinario? ibid.

DE VENER. EVCHARISTIÆ SACRAMENTO.

An, & quomodò Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, necnon Sacramentum Extremæunctionis adminiſtrandum ſit damnatis ad triremes, dum ad mortem infirmantur? 282.
An Epiſcopus poſſit Monialibus præſcribere tempus, & locum recipiendi Sac. Communionem? Vbi decretum de quotidiana Communione. ibid.
An in Eccleſia Collegiata poſſit abſque priuilegio, ſeù legitima licentia præcedente, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruari? ibid.
An Epiſcopus poſſit punire, etiam cenſuris Equites Hieroſolymitanos non communicantes tempore Paſchali, dum degunt extrà Clauſtra in proprijs domibus? 283.
An in caſu neceſſitatis prò ſacro Viatico miniſtrando celebrari poſſit Miſſa in domo priuata à ſimplice Sacerdote, & quid ab Epiſcopo etiam in aliena Diœceſi? ibid.
An Sanctiſſimum ſuper Altare maiori aſſeruandum ſit, præcipuè in Parochialibus Eccleſijs? ibid.
An liceat ſolum Parochis exponere in die feſto Corporis Chriſti Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in ſuis Eccleſijs, an etiam id liceat Confraternitaribus in ſuis Oratorijs? ibid.
De confugiente ad Sacerdotem deferentem Sac. Euchariſtiam, vel Oleum ſanctum. ibid.
An Communio facta à quodam Monacho Baſiliano Græco Schiſmatico in fermentato, vt in caſu poſito, ſit punibilis, & an à S. Officio? 284.
An Clauis Capſulę, in qua SS.Corpus Chriſti fer. 5. in Cœna Domini ſeruatur, tradenda ſit laicis? ibid.
An nocte Natiuitatis Domini Chriſtifidelibus SS.Euchariſtia miniſtrari poſſit? ibid.
An in Eccleſijs, vel Oratorijs publicis Confraternitatum poſſit exponi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & fieri ſepulchrum fer. 5. maioris hebdomadæ? ibid.
An feria 6. Paraſceues liceat Euchariſtiam Populo miniſtrare? Vbi
Inſtitutio Cœremonialis circà cultum Euchariſtiæ, ac
De Altaribus Priuilegiatis prò defunctis. 285.
An omnibus, tam relapſis, quam alijs de hæreſis crimine pœnitentibus, & Curiæ ſæculari tradendis danda ſint Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ &c. Vbi quomodò Euchariſtia ſeruari ſolita? ibid.
Quoties communicatum olim? 287.
Quoties communicandum? ibid.
Ex cauſa data communio, maximè morituris? Vbi, an aliquandò liceat Sacerdori miniſtrare Hoſtiam non conſecratam? Et an Iudas fuerit excluſus cœna Euchariſtica? ibid.
Quibus cœremonijs, ritu, ſitu communio olim percepta? ibid.
Quis porrigere Sac. Euchariſtiam ſolitus? ibid.
Ordo, ac ſeries in communione. ibid.
Primarim à certis vt percepta? ibid.
Quomodò à viris, quomodò à mulieribus? ibid.
Qui apti, qui inepti communioni? 288.
De mutatione, quæ in Euchariſtia fit. Vox tranſubſtantiatio an noua? ibid.
Speciebus, ſub quibus occulitur, quæ apud Patres nomina? ibid.
Quomodò tranſubſtantiatio fiat? Anne benedictione? ibid.
Quibus, verbis fiat conſecratio? ibid.
Vndè ea vis verbis ſiſtendi Chriſtum in Vener. Euchariſtia? ibid.
Quæ inducere hominem ad credendum tranſubſtantiationem poſſint? Vbi an ergò plures Chriſti? Anne, & quomodò idem numero corpus poſſit eſſe ſimul in diuerſis locis? 290.
De materia, & forma Calicis, deque apparatu Cænico Menſæ Chriſti. Qui Calices olim in vſu? Quot Calices in Cęna Chriſtus habuit? An vino puro impermixto vtendum? Cur vino Chriſtus aquulam immiſcuit? Calidam an Greci rectè in Calicem infundant? 291.
De pertinentibus ad Sacrificium Miſſæ. ibid.
An Conſtitutio Innocentij XI. contrà ſurripientes Hoſtiam conſecratam comprehendat Clericos ſæculares, & Regulares? ibid.
Alia quoad Euchariſtiam. ibid.

DE

DE EXAMINE, ET EXAMINATORIBVS SYNODALIBVS.

An Examinatores Synodales teneantur emittere iuramentum in Synodo? 292.
An ſit confirmanda nominatio Examinatorum ab Epiſcopo, vt in caſu poſito? ibid.
An examen factum ſine Examinatoribus Synodalibus in collatione Parochialium iurispatronatus Eccleſiaſtici, ſeù laicalis, vel mixti, quandò plures præſentantur, ſit contrà diſpoſitionem Sac. Conc. Trid.? 293.
An electio, ſeù approbatio Examinatorum Synodalium ſuſtineatur, ſi non fiat per vota ſecreta? ibid.
An Examinatores, tam ex Capitulo, quam ex Clero deputati in Synodo, qui non ſunt Doctores, debeant denuò deputari ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid.? ibid.
An Vicarius Generalis, qui interuenit examini, poſſit, præter Examinatores, interrogare Examinandos, etiam ſi anteceſſores fortè id non fecerint? ibid.
An Examinatores Synodales poſſint, etiam non vocari, accedere ad examen? ibid.
An Epiſcopus, vel Vicarius Generalis teneatur dare, litteras dimiſſoriales ijs, qui fuerunt ab Examinatoribus ad Ordines, Confeſſiones, & ad curam animarum approbati, quamuis certus in conſcientia credat, huiuſmodi approbatos eſſe minus idoneos? ibid.
An in Diœceſi, in qua ſunt duę Cathedrales vnitę, ſint deputandi in qualibet Examinatores diſtincti? ibid.
An, deputatis in Synodo Diœceſana tantum quinque Examinatoribus Synodalibus, ex quibus tres fuerunt adhibiti in concurſibus Parochialium, an huiuſmodi concurſus ſint inualidi? ibid.
An, elapſo anno poſt Synodi celebrationem, morte ſequuta vnius ex dictis quinque Examinatoribus, concurſus habiti cum tribus ex eiſdem quatuor Examinatoribus, ſint validi? ibid.
An, elapſo anno à celebratione Synodi, concurſus habiti per Vicarium Capitularem, Examinatoribus Synodalibus non adhibitis, ſint validi? ibid.
An concurſus, in quo cum Examinatoribus Synodalibus intereſt aliquis, qui poſt examen interroget honoris cauſa, nec dat votum, nec ſe ſubſcribit, ſit validus. Et an Examinantores compelli poſſint ab Epiſcopo ad accedendum ad examen? ibid.
Circa ius examinandi Parochos Religionis Hieroſolymitanæ. ibid.
An Archidiaconus euocari debeat ad examen Ordinandorum, & concurſus? ibid.
De prorogatione, & abbreuiatione examinis. ibid.
Multa circa examen. ibid.
DE EXEMPTIONE. ibid.

DE FESTIS DIEBVS.

AN detur appellatio à denegatione licentiæ laborandi Feſtis diebus? 294.
An poteſtas ſæcularis poſſit Subditis indicere, ac præcipere obſeruationem alicuius diei feſti? ibid.
An Epiſcopus poſſit abſque conſenſu Cleri, & populi præcipere obſeruantiam alicuius diei feſti? ibid.
An populus tempore peſtis, vel alterius neceſſitatis, cum conſenſu Epiſcopi, poſſit ſe obligare quotannis ad celebrandum aliquod feſtum? ibid.
An poſſit celebrari feſtum de aliquo Sancto veteris Teſtamenti? 295.
An ex omni licentia laborandi Dominicis, & Feſtis diebus, poſſit exigi aliqua eleemoſyna pijs locis eroganda? ibid.
An diebus in honorem Dei, & Sanctorum dicatis, præcipue die Dominico, fieri poſſit executio bonorum prò viaticis Commiſſariorum, aliorumque, illaque eiſdem diebus vendere? ibid.
An, & quatenus Regulares ſæcularibus in obſeruatione Feſtorum Diœceſis conformari teneantur? 297.
An liceat Catholicis non obſeruare dies Feſtos, conſtitutis ſub poteſtate hæreticorum, quandò alias opera ſua locare nequeunt, vt in caſu poſito? 298.
DE FIDEI PROFESSIONE DIMITTENDA. Vide de Immunit. de Beneficiatis, & de Capitulo. 298.
DE FORO COMPETENTI INTER ORDINARIOS. Vide de Iudicibus. 298.
DE FORI PRIVILEGIO. Vide de Immun. 298.

DE FVNERIBVS.

An Cadauera punitorum Medicis ad anatomiam ſint concedenda? 298.
An liceat Confratribus Societatum, abſque præcedente legitima facultate iuris ſepeliendi, & abſque interuentu ipſius Parochi ſepulturam defunctis dare in ſuis Oratorijs? ibid.
An Archipresbyter Cathedralis Parochus ſi ſuo parochiano vita functo Sacramenta non miniſtrauit, ius ei competat cantandi Miſſam, & alias functiones funerales faciendi, ac emolumenta ex eis percipiendi? 299.
An occurrentibus duobus funeralibus eodem tempore, d. Archipresbyter eligere poſſit Sa-

 cer-

cerdotem ſibi beneuiſum, qui in altero dictas functiones celebret? ibid.
An Clerici prò ſui Ordinis gradu veſtibus Sacris ſepeliendi ſint? ibid.
De Compromiſſo,& Laudo quoad funera. ibid.
An Parochis in aſſociatione cadauerum defunctorum liceat ingredi Eccleſiam Regularium cum Cruce ſuperpelliceo, & ſtola, ibique aſſiſtere, donec ab ipſis Regularibus officium peragatur? Vbi de eorum præcedentia, ibid.
Quid ſi prò Parochis extet conſuetudo immemorabilis officium peragendi? ibid.
Quidue dicendum de Capitulo Cathedralis? ibid.
An Regulares ad funus accedentes conuenire debeant in Eccleſiam Parochialem &c.? Et ibid.
An diſtributio Candelarum occaſione funeris inter Clerum ſæcularem, & Regularem debeat eſſe æqualis? 301.
An Regulares poſſint concordare cum Parochis, vt ij peragant officium in Eccleſijs Regularibus ſuper Cadauere defuncti parochiani? Et quo pacto concordia probetur? 302.
An Canonici, & Præbendati, qui vtuntur Almutio, poſſint illud deferre, cum vti ſinguli inuitantur ad aſſociandum funera, atque adeò præcedere Parochis? ibid.
Et quid ſi ſub ſua Cruce conueniant ad funera, etiam cum Parochis, iuxtà formam Statuti Synodalis? 303.
Cuinam competat præcedentia in funeribus inter Parochum proprium defuncti, & Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ in locis, vbi non eſt Cathedralis? 303.
An liceat facere Octauas prò defunctis, præcipuè inter Octauam omnium Sanctorum ſine ſpeciali indulto Sedis Apoſtolicæ? 304.
An in funeribus, quę fiunt in Eccleſijs Collegiatis, etiam prò illarum Canonicis defunctis, Capitulum, & Canonici Cathedralis præcedere debeant Capitulum, & Canonicos earundem Collegiatarum? ibid.
De funere Epiſcopi, Regis, ac Reginę &c. ibid.
An Equites Hieroſolymitani defuncti, ac cæteri Religioſi poſſint, irrequiſito Parocho, in cuius Parochia decedunt, & abſque eius licentia, ab alijs Equitibus deferri in propriam Eccleſiam, ibique tumulari? ibid.
An id procedat, etiam ſi elegerint ſepulturam in aliena Eccleſia? ibid.
An Equites deferri poſſint ad ſepulturam in curru clauſo tam diù, quam noctù, Parocho non comitante? ibid.
An Frater Capellanus in Eccleſia dictorum Equitum poſſit miniſtrare Sacramenta laicis infirmis, vt in caſu poſito? ibid.
An hæc omnia procedant eodem modo, qui ſeruatur reſpectu Regularium, qui habent peculiaria priuilegia? 305.
An prætenſio Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, vel Parochialis ſæcularis quoad aſſociationem cadauerum, quæ ſepeliuntur in Eccleſijs Regularium, debeant intereſſe tot Presbyteri de ſuo Clero, quot Regulares, habeat aliquam iuris aſſiſtentiam? Vbi ibid.
Quid ſi hoc ex Synodo Diœceſana, vel Prouinciali à Sede Apoſtolica confirmata, diſponatur? ibid.
Quidue ſi ex conſuetudine? Et vtrum ad probandam huiuſmodi conſuetudinem concedenda ſit remiſſoria? 307.
An Parochi, præter ſolitam eleemoſynam poſſint cogere hæredes eorum, qui ſepeliri volunt in Eccleſia Regularium ad ſoluendum aliquid? Et alia circà electionem ſepulturæ. 308.
An liceat Regularibus ſepelire in ſuis Eccleſijs Confratres laicos, qui ſibi in illis ſepulturam non elegerint? 310.
An Fratribus debeatur medietas ceræ, quæ ſuperfuit in expoſitione defunctæ, factæ in propria Parochia eiuſdem, quæ ſepeliri mandauerant in Eccleſia dictorum Regularium, vt in caſu poſito? ibid.
An Parocho defuncti ſepulti extrà Parochiam debeatur quarta funeralis, vt in caſu poſito? 311.
An cultus funerum, & exequiarum fieri debeat iuxtà qualitates defunctorum? ibid.
An Regularibus liceat cadauera defunctorum aſſociare cum Stola? Et quid ſi ſint Capellani Confraternitatum? An poſſint pulſare Campanas peculiari ſigno &c.? 312.
An funeralia, præſertim Epiſcoporum, debeant iterum celebrari in Eccleſia, etiam Cathedrali, in qua traſfertur Cadauer ſepeliendum, & cuius ſumptibus? ibid.
An debeatur Parocho S. Dorotheæ de Vrbe quarta Canonica cuiuſdam legati à pia Muliere dictæ Parochiæ relicti ad fauorem Parochiæ S, Caroli ad Quatuor fontes? 313.
Vtrum in proceſſionibus vnica tantum Crux deferri debeat? Et quid in funeribus? ibid.
An Canonici Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ poſſint leuare cadauera defunctorum ex alienis Parochijs ſine proprio Parocho? ibid.
An Parochus poſſit peragere functiones Sacerdotales, & ſolemnes in Capellis, aut Eccleſijs, vel Oratorijs? Et
An peractis per Parochū exequijs, poſſint Capellani Sodalitatum reiterare in eiſdem Eccleſijs &c. ſuper Cadauere Officium cum Stola, & Aſperſorio? 314.
An in funere, cui Capitulum Cathedralis intereſt, poſſint Regulares ſuam erigere Crucem? ibid.
An Eccleſiæ Regularium, & aliæ quæcumque vllum habeant ius ſuper quarta funeralium eorum qui in eis ſibi eligunt ſepulturam, quandò in eiſdem Eccleſijs funeralia non fiunt? 315.
An quarta funeralis ſit ſoluenda à Monaſterio S.Claræ? ibid.
An Confraternitas Mortis, & aliæ Confraternitates ſæculares Vrbis poſſint in funeribus erigere ſuam Crucem, quandò defuncti à proprijs illorum

Digitized by Google

lorum Parochis tumulandi efferuntut ad ipſarum Eccleſias, in quibus ſepulturam elegerunt? ibid.

An poſſint ſuam Crucem erigere, tam per viam, quam in Eccleſia Parochiali, quandò Cadauer non effertur à proprio illius Parocho ad ipſarum Eccleſias ſepeliendum, ſed ad ipſam Eccleſiam Parochialem? ibid.

An Rectores, ſiuè Sacriſtæ, alijque Capellani earundem Confraternitatum, quandò non incedunt cum ſuis Confratribus, ſed ſeorſim ab illis, poſſint in funeribus ducendis Stolam deferre?

An ijdem Rectores, vel Sacriſtæ, qui cum ſuis Confraternitatibus ad funus euocati incedunt, poſt abſolutum à Parocho Officium funeris in ſua Eccleſia Parochiali, in qua Cadauer delatum ſepeliendum eſt, poſſint ſuper d. Cadauere iterum funebre Officium peragere? ibid.

An Parochi poſſint ſuper Cadauere, præſertim ſui Parochiani, qui in Eccleſia, ſiuè Oratorio Confraternitatum intrà fines ſuæ Parochiæ poſitis, ſepulturam elegit, Officium funeris peragere? 316.

An, & quatenus Regulares teneantur ſoluere Parochis quartam, quæ funeralium dicitur? 318.

An liceat Miniſtris Conſolationis de Vrbe aſſociare Cadauera alibi tumulanda cum Cruce, & Stola ab Hoſpitalibus ad locum Catenæ, & impedire Parochum nè accedat prò illis ad ianuas Hoſpitalium? 319.

DE HAERESI, ET HAERETICIS.

VTrum in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ reatus Patris nocere debeat liberis? 420.

Vtrum Principes Catholici iure poſſint permittere in ſuis Regionibus negotiationem cum hæreticis? ibid.

Quid agendum, ſi Magnus Princeps hæreticus tranſiturus ſit per Vrbem? 321.

Quid agendum de tradito Curiæ ſæculari, in cuius carceribus hæreticum ſe oſtendit? ibid.

An filij infantes mulieris, quæ apoſtatauit à fide, & illos genuit cum Patre Turca, poſſint baptizari? ibid.

An Doctores Catholici poſſint in cauſis Eccleſiaſticis, conſilium dare Officialibus hæreticis illud petentibus? ibid.

An mulieri ad fidem Catholicam, à qua apoſtatauerat conuerſæ, poſſit concedi, vt incedat in habitu Turcico, ad mortis pericula euitanda? ibid.

Blaſphemare audientes, & non denunciantes, quandò incurrant excòmmunicationem? ibid.

An abſolutio ab hæreſi cenſeatur comprehenſa ſub clauſula generali poſita in Iubilęis? ibid.

Circà Matrimonia hęreticorum. ibid.

De veſte, vt dicitur, Virgine, nempè indumento fœtus naſcentis, poſita ſub mappis ſuper lapide Sacrato Altaris, eiuſque abuſu ad ſortilegia. ibid.

De inſordeſcentibus in cenſuris. ibid.

An falſus calumniator in materia S. Officij ſit de hæreſi ſuſpectus, & tanquam talis debeat abiurare, & quomodò, & an gaudeat immunitate, & quomodò? Et quid de teſte deponente falſum in S. Officio in materia ad S. Officium ſpectante? ibid.

An Catholicis in partibus hæreticorum permitti poſſit citrà Religionis iniuriam, offerre liberos baptizandos à Miniſtris hæreticorum? 322.

Quid faciendis illis Catholicis, qui propter fines humanos, & motiua temporalia, aut ipſi domi enutriunt filios ſuos in hęreſi, aut ſinunt à cognatis, aut alijs educari? ibid.

An Sacerdos debeat excipere in Eccleſiam illos, quos nouerit ſubiacere cenſuris Proteſtantium, vel debeat differre donec ſatisfecerint Statutis Proteſtantium Eccleſię? ibid.

An eos liceat Matrimonio iungere, qui dictis obnoxij ſunt publicis pœnis &c.? ibid.

An Sacerdos interpellatus debeat, & in conſcientia teneatur, ſtantibus dictis cenſuris, etiam extrà periculum mortis, baptizare nothos hęreticorum, quibus Miniſtri baptiſmum denegant, donec ſolitam parentes impleuerint publicam pœnitentiam? ibid.

Eſt vir Catholicus, qui cum hęretica cupit inire Matrimonium, vel è contrà, vel etiam vtraque pars eſt Catholica, an permittere poſſit Sacerdos eos iam in facie Eccleſię Matrimonium iunctos, coram Miniſtro denuò contrahere, &c.? ibid.

Quid illis faciendum, qui obtinendę vxoris gratia, aut alia de cauſa, frequentant, aut frequentauerint hęreticorum Templa? Quemadmodum. & illis, qui fuerint ſępius in hęreſim relapſi? ibid.

Aliqua circà Matrimonia inter Catholicos, & hęreticos. 323.

Dubia 27. diuerſa prò Regionibus hęreticorum. ibid.

An quilibet Apoſtata à Fide, qui ſe iudicat diſpoſitum Martyrio, debeat induci ad proteſtandum publicè fidem Chriſtianam? ibid.

Quomodò ſe gerere debeat Miniſter Eccleſiaſticus, cum ijs, qui ſe non ſentiunt ſufficientes ad ſuſcipiendum Martyrium &c.? ibid.

Quomodò cum ijs, qui nullam fugiendi ſpem habent, nequè animi fortitudinem profitendi fidem externam, cum probabili periculo crudelis necis &c.? ibid.

An prò cauſa ſimili ſupradictis, ſiuè abſque cauſa peculiari, ſed ſolum prò Fidei ardore, &c. liceat cuique Catholico Eccleſiaſtico, vel ſęcu-

lari publicè illam prędicare, aut defendere, atque adeò exponere ſe Martyrio? ibid.
Boua hęreticorum quandò, & quomodò Fiſco addicantur? ibid.
An poſſint baptizari à Parocho Catholico hęreticorum filij, atjam domi, & ſine cœremonijs cum cauſa ibi poſita? ibid.
An Carceratis in S.Officio ob crimen hæreſis debeat concedi Confeſſarius? ibid,
An Bulla B.Pij V. *Si de protegendis* habeat locum in ijs, qui ſine fractura Carceris S.Officij, ſed clauibus adulterinis, non odio fidei, ſed pretio eduxerunt è Carcere de hęreſi vehementer ſuſpectum; non tamen confeſſum, neque conuictum, & de pœnis? 324.
An, & quatenus Gręci Schiſmatici poſſint fieri captiui &c. præſertim à triremibus Religionis Hieroſolymitanę? ibid.
An liceat Chriſtianis inter hęreticos degentes, quia alias opera ſua locare nequeunt, laborare diebus Feſtiuis, & veſci carnibus temporibus prohibitis? ibid.
Aliqua circà baptiſmum hęreticorum, & Sacramentorum pœnitentię. ibid.
Alia circà Matrimonium inter hęreticos, & Catholicos, & vſum Sacramentorum. ibid.
An concedenda ſit facultas diſpenſandi in Matrimonio rato non conſumato ob timorem relapſus in hęreſim? ibid.
An fautoribus delinquentium in delictis lęſę Maieſtatis Diuinę, vel humanę, qui ex Conſtitutione B.Pij V. *Si de protegendis* declarantur rei lęſę Maieſtatis in primo capite, poſſint confiſcari bona? ibid.
An dicti fautores declarati excommunicati, ſi per annum inſorduerint in excommunicationem, efficiantur hęretici, itaut eorum bona confiſcari valeant? ibid.
Et an pendente anno excommunicationis, poſſit Fiſcus deſcribere bona dictorum fautorum, vt elapſo termino inſordeſcentię, eorum bona confiſcare valeat? ibid.
An Iudęus, qui profert blaſphemias hęreticales in Chriſtum, vel Beatiſſimam Virginem, confugiens ad Eccleſiam, gaudeat illius immunitate? Vbi eſſata de blaſphemis, & blaſphemijs. ibid.
De adminiſtratione Sacramentorum damnatis ad mortem ob hæreſim. 326.
Quas pœnas incurrat Chriſtianus negans animę rationalitatem? ibid.
De Saluo conductu hęreticis dando. Quid contineri debeat? ibid.
Reliqua. Vide de S.Officio.
DE HOMICIDIO PRODITORIO. 326.
DE HORIS CANONICIS. 326.

DE HOSPITALIBVS.

An Patres Viſitatores Apoſtolici Vrbis poſſint Vener. Hoſpitale, & Eccleſiam SS.Iacobi, & Idelphonſi Inclitæ Nationis Hiſpaniarum de Vrbe, facultate ſibi demandata, viſitare? 326.
An ſuppoſita taxa prò Seminario cum ſolutione continuata vltrà 30. annos, teneantur Hoſpitalia, & Confraternitates ad illius ſolutionem in futurum? ibid.
An ab Epiſcopo huiuſmodi Hoſpitalia &c. compelli poſſint cenſuris &c. non obſtantibus inhibitionibus Iudicum eorundem piorum locorum? ibid,
An ſint valida Matrimonia celebrata coram Sacerdote Hoſpitalis puellarum proiectarum? ibid.
An, & quatenus in alienatione bonorum Hoſpitalis &c. requirantur ſolemnitates, quę de iure requiruntur in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum? ibid.
An, & ex quibus pręcipuè conuincatur, Hoſpitale non eſſe titulum beneficialem, & laicos non eſſe incapaces illius regiminis, & adminiſtrationis? ibid.
De Hoſpitalibus, & Hoſpitalarijs quoad immunitatem, & priuilegium fori. ibid.
De viſitatione, & redditione rationum Hoſpitalium &c. ibid.
De viſitationis forma Hoſpitalium. ibid.
An liceat Miniſtris Conſolationis Vrbis benedicere mulieres poſt partum, & ona tempore Paſchali? ibid.
Retinere Confeſſarios in Eccleſia ad audiendas Populi Confeſſiones? ibid.
Facere proceſſionem per Parochiam intrà octauā SS.Corporis Chriſti, & præſertim die, quo fit per Eccleſiam Parochialem? ibid.
Aſſociare Cadauera alibi tumulanda cum Cruce, & ab Hoſpitalibus ad locum Catenæ, & impedire Parochum, nę accedat prò illis ad ianuam Hoſpitalium. ibid.

DE IEIVNIO.

An ratione conſuetudinis teneamur in Ieiunijs extrà Quadrageſimam abſtinere ab ouis, & lacticinijs? 328.
An odor, & ſuffumus carnium, aliarumue rerum frangat Ieiunium, tam naturale, quam Eccleſiaſticum? ibid.
An Epiſcopus, multòque magis Sac. Rit. Congr. poſſit transferre Ieiunium à iure communi indictum ab vnò die in alium? ibid.
An Epiſcopus poſſit totam Communitatem ab abſtinentia carnium ſoluere in Quadrageſimali Ieiunio ob caritatem, vel penuriam piſcium? Vbi quibus in caſibus diſpenſare poſſit, & quo pacto? ibid,
An Armeni degentes in Diœceſi Latina poſſint ieiunare juxtà ritum Armenorum? 329.

An

An liceat Catholicis inter hæreticos, vbi opera ſua alias locare nequeunt; niſi ſe obligent ad axercitium operum ſeruilium diebus Feſtis, & eſum carnium diebus prohibitis ab Eccleſia, propter paupertatem ſe ad illud obligare? ibid.

DE IMMVNITATE ECCLESIASTICA.

An Poteſtas ſæcularis poſſit ſubditis ſuis indicere, & præcipere obſeruationem alicuius diei Feſti, & præſcribere modum incedendi in proceſsionibus, abſque Epiſcopi authoritate? 329.
An Epiſcopus poſſit viſitare Montem Pietatis ſeorſim à laicis, & ab Adminiſtratoribus rationem adminiſtrationis exigere? ibid.
An Epiſcopus poſſit laicis imponere pœnas, eaſque exigere, ac vſibus pijs applicare, eò quod ipſi contrauenerint eius edictis circà annonę inopiam propoſitis? ibid.
De Clerico Coniugato quoad forum. 330.
De Clerico Carcerato etiam quoad forum. 331.
An ſit pręcipienda obſeruatio conſuetudinis perſoluenti procurationem Epiſcopo viſitanti à Communitatibus? 332.
Vtrum inimicum occidens apprehenſum, & ligatum in manibus Curię, committat proditorium, ac proindè priuetur immunitate Eccleſię? ibid.
An Molendina Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum ſub obtentu, quod in illis committantur fraudes, poſſint viſitari à Magiſtratu ſæculari, eiuſque edictis ſubijci? ibid.
An Eccleſiaſtici tam ſæculares, quam regulares, Abbates, Epiſcopi, Cardinales, & Camera Apoſtolica, & alij priuilegiati, ſuppoſita præciſa neceſſitate, contribuere debeant laborerijs, excauationibus, & operibus circà flumina, alioſque aquæductus prò conſeruatione bonorum, etiam Eccleſiarum, & pro percipiendis redditibus ex eiſdem bonis? Et quatenus debeant,
An hoc ſit exequendum, mediante ordine per literas, & temporaneo prò vnica vice, an potius mediante Indulto perpetuo omnium ſupradictorum comprehenſiuo? 334.
An Clericus inſeruiens Epiſcopo debeat priuari immunitate eidem competente, vti Clerico prò victualibus, eò quia alitur expenſis ipſius Epiſcopi, qui habet immunitatem prò omnibus de ſua familia? 335.
An Officiales, ſiuè familiares, ac Miniſtri Epiſcoporum gaudeant priuilegio fori? ibid.
An Prælati Eccleſiaſtici poſſidentes loca iuriſdictionalia debeant ſoluere quindennium loco Releuij ſuffectum? 336.
An Princeps concedens Eccleſię ius Nundinarum, cenſeatur etiam concedere cuique immunitatem à quibuſcumque gabellis, datijs, vectigalibus, pedagijs, alijſque oneribus in acceſſu, mora, & receſſu? ibid.
De Iudæis conuerſis ad fidem, quoad pœnam delictorum ante conuerſionem perpetratorum. ibid.
De Eccleſijs, atque Oratorijs publicis, quoad immunitatem? ibid.
An conſulentes, vel mandantes delicta excepta in Conſtit. Gregor. XIV. gaudeant immunitate? 338.
An familiares Eminentiſſimorum Cardinalium gaudeant priuilegio fori? ibid.
An Iudex trahens hoſce familiares ad Tribunal laicale incurrat cenſuras? ibid.
An ſola citatio ſufficiat ad talem incurſum? ibid.
An familiares renunciare poſſint huic priuilegio? ibid.
An, qui tempore executæ citationis eſt abſens, gaudeat priuilegio familiaritatis? ibid.
An ex capite ignorantiæ Iudex laicus excuſari queat? ibid.
An attentata per Iudices laicos contrà Sac. Congreg. Immun. decreta, præſertim emanata cum participatione Summi Pont. de iure ſubſiſtant? 339.
An Rei, qui ad Eccleſiam confugiunt, poſſint ab Eccleſiaſtico Iudice extraordinaria pœna puniri? ibid.
An Statuta, ſeù Edicta laicorum, in quibus puniuntur damna in agris ab animalibus data, comprehendant etiam Ruſticos, Agricolas, & Operarios laboratores, retinentes. ac conducentes animalia, Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticorum, dum ipſorum culpa ab illis committitur damnum ſuper bonis eorum? 340.
An filij ſeculares Clerici Coniugati, gaudeant priuilegio fori, quo gaudet eorum pater? Et quid de eorum vxoribus, & Clericis ſyluaticis? 341.
An blandis, ſubdoliſue verbis ſuaſus, vt exeat ab Eccleſia, ad quam confugerat, ab illa mox ſponte exeundo, amittat beneficium Immunitatis Eccleſiaſticæ? 342.
An Clerici ſolum ex quadam honeſtate, & quaſi ex conſilio debeant tempore peſtis, ac huiuſmodi caſibus contribuere, vel teneantur ex neceſſitate, & obligatione conſcientiæ? ibid.
An occidens inimicum reconciliatum committat homicidium proditorium, ac proindè ſit priuandus Immunitate Eccleſiaſtica? 343.
An ſuſcipiens habitum Clericalem in fraudem laicę iuriſdictionis, gaudeat priuilegio fori? 344.
An Legati, ſiuè Oratores, eorum Comites, aſſeclæ &c. delinquentes in Rempublicam, in Principem, ad quem miſſi ſunt, poſſint ab eo puniri? Et quid de Legatis, ſiuè Nuncijs Summi Pontificis? ibid.
An crimen polygamiæ ſpectet ad forum Eccleſiaſticum, ſiuè ad S. Officium priuatiuè quoad Iudices ſæculares? 346.
An contrà eum, qui gaudet fori priuilegio, & & aliquod delictum commiſit, poſſit validè Iudex laicus procedere, ſi Reus non allegauerit

ſuum

Digitized by Google

ſuum priuilegium? ibid.

An Clericus offendens ſuum Principem naturalem, ſeù temporalem, ſit Reus læſæ Maieſtatis, poſſitque ab eo puniri? ibid.

An Regulares, præſertim Ordinis Prædicatorum, teneantur ad refectionem viarum? 347.

An Eccleſiaſtici participare debeant de bonis Communitatis, vt alij Ciues? ibid.

An ligare in Eccleſia compedibus, vel manicis ferreis confugientem ad illam, ſit contrà Immunitatem Eccleſiaſticam? ibid.

An Epiſcopus in materia Immunitatis Eccleſiaſt. teneatur ſtare proceſſui Curiæ ſæcularis ſuper prætenſo delicto in Gregoriana excepto? Et an proceſſus Eccleſiaſtici ſuper extractione conſignari debeat Iudicibus laicis? Vbi de pœna extraordinaria extractorum. 348.

An ſit annuendum Magiſtratibus laicis, vt promouendi ad ſtatum Clericalem deſcribantur in Actibus Curiæ ſæcularis? 350.

An Cadauera punitorum ſint Medicis concedenda ad anotomiam? ibid.

An prò ſoluendis impoſitionibus Cameralibus à Regularibus poſſit fieri noua taxatio prò rata &c.? ibid.

An inferior Epiſcopo, habens iuriſdictionem Ordinariam, procedere poſſit aduerſus eos, qui Eccleſiarum ſuæ ditionis Immunitatem violare non verentur? ibid.

An intimatio diſdictæ locationis domus facta iudicialiter Clerico coram Iudice laico ſit contrà Immunitatem Eccleſiaſticam? ibid.

An ſubditus Domini temporalis Iudicem Eccleſiaſticum adire poſſit, vt à iuramento in contractu præſtito abſoluatur, & abſolutione obtenta, petat contractum reſcindi in iuriſdictionis ſui Domini præiudicium, qua eſt inueſtitus? Vbi de poteſtate Principis laici irritante contractum iuratum? 351.

An cauſæ laicorum, qui ſunt adſcripti in Confraternitatibus, etiam Eccleſiaſticis, agitari debeant in foro Eccleſiaſtico? ibid.

An Edicto poteſtatis laicæ obligentur Clerici, eorumque bona, atque Coloni? ibid.

An Satellites Curiæ ſęcularis poſſint armis ſpoliare confugientes ad Eccleſias, & loca immunia? 352.

An Decretum Sac. Cong. contr. iuriſd. præpoſitæ ſuper cognitione cauſarum damnorum datorum, etiam in Statu Eccleſiaſtico, ſit omninò ſeruandum? ibid.

An Epiſcopus, dum videt contrà Reum vrgere indicia ſufficientia ad torturam ſuper caſu excepto in Conſtitutione Gregoriana de Immunit. Eccleſiaſtica, debeat quoque ad inueſtigationem veritatis quæſtionem adhibere, ac tormentis, vti ad eam per dolorem corporis eliciendam ab ipſo Reo, legitimè interrogando? ibid.

De Cenſurarum declaratoria in materia Immunitatis Eccleſiaſticæ. Vbi plura de literis hortatorijs, monitorijſque laicæ poteſtatis. 353.

An delinquens in Scalis, Oſtio, Atrio, vel Porticu Eccleſiæ ſit priuandus Immunitate Eccleſiaſtica? 354.

Reſtitutio extracti ab Eccleſia, quomodò eidem fieri debeat? Vbi plura prò Legatis, Nuntijs, Epiſcopis &c. ibid.

An Commendatores Ordinum Militarium poſſint retinere, & carcerare Sacerdotes ſęculares ad curam animarum à ſe deputatos &c. Et

An Epiſcopus poſſit eis demandare monitionem, vt tanquam excommunicati abſtineant? Item à quo nam delicta ob dictas cauſas cognoſci debeant? 357.

An Iudex laicus prohibere poſſit Birruarijs, alijſque Executoribus Curiæ ſęcularis, quominus mandata Curię Eccleſiaſticæ exequantur, eamque adiuuent ſine ſua licentia ſingulis vicibus per Miniſtros Eccleſiaſticos ab ipſomet imploranda, etiam cum ſignificatione cauſæ, vel capturæ faciendæ &c.? ibid.

An, qui veneno proximum ſuum enecat, committat homicidium proditorium, atque adeò priuetur Immunitate Eccleſiaſtica? Vbi de Religioſo, qui veneno Superiorem ſuum ſuſtulit. 358.

An Aduocatus Conſiſtorialis, & pauperum caractere Clericali inſignitus, debeat gaudere priuilegio fori, & exemptionis ab oneribus laicorum, quamuis alicuius Eccleſiæ particularis ſeruitio non ſit adſcriptus? Vbi etiam de alijs Clericis, & de Prothonotarijs honorarijs. 359.

An taxa prò ſalario Medici dicatur onus perſonale, ità vt Clerici ſyluatici ad illam ſoluendam minimè teneantur? 360.

An Clericus raptor cum defloratione virginis extractus à domo cohęrente Eccleſiæ cum aditu interiori, & ædificata prò habitatione Rectoris, quam vti illius Capellanus habitabat cum Parentibus, ac Fratribus, retinebatque in locationem: quia ſolita eſt locari, ſit reſtituendus, tanquam extractus à loco immuni? ibid.

An Clericus, qui nupſit cum Vidua, & ſoluto Matrimonio, habitum Clericalem reaſſumpſit, qui fuit à Sede Apoſtolica creatus Prothonotarius Apoſtolicus, gaudeat priuilegio fori? 361.

An alienatio, ſeù donatio in Clericum ſæcularem, vel regularem, vel locum pium, cenſeatur facta in potentiorem, ità vt bona ſic alienata, vel donata gaudeant Eccleſiaſtica immunitate? ibid.

An donatio, quam facit laicus pio loco, vt effugiat ſolutionem onerum, & ſibi reſeruat ad vitam penſionem, ferè æquiualentem fructibus, ſubſiſtat, itàut bona donata ab oneribus extraordinarijs ſint immunia? 362.

An liceat Epiſcopis tolerare, quod debitores non ſoluentes, habitent aſſiduè in Eccleſijs, & earum domibus, ad effectum gaudendi immunitate Eccleſiaſtica? ibid.

An Epiſcopo, ſeù potiùs Cuſtodibus, ſiuè Communi-

munitati ſæculati liceat viſitare Montem Pietatis ? ibid.

An Iudices laici poſſint decreta interponere in contractibus virginum', ſiuè puellarum in Monaſterijs exiſtentium prò educatione abſq; aliqua Epiſcopi licentia ? ibid.

An Regij Capellani Maiores poſſint prætendere, vt omnes Capellani nuncupati *delli Preſidij*, e *Fortezze*, ſint exempti à iuriſdictione Epiſcoporum Diœceſanorum, & ſubiecti ſuæ iuriſdictioni ? ibid.

An Conſeruatores Regularium in cognoſcendis cauſis eorundem Regularium habeant iuriſdictionem priuatiuè quoad Nuncium Apoſtolicum habentem iuriſdictionem Legati à Latere ? ibid.

An in Eccleſia per Communitatem de licentia Epiſcopi Diœceſani ob anguſtiam antiquæ Eccleſiæ Cathedralis conſtructa, nullo tamen iure ſepeliendi reſeruato, poſſit ab eodem Epiſcopo demandari, vt ſepeliantur Cadauera defunctorum abſque conſenſu dictæ Communitatis, non obſtante decreto, vt in caſu poſito ? ibid.

An Clericus, cui authoritate Apoſtolica fuit reſeruata penſio annua vltrà ſcutorum 60. cum indulto non incedendi in habitu. & tonſura gaudere debeat priuilegio fori, etiam ſi in habitu, & tonſura non incedat, & Eccleſiæ non inſeruiat ? ibid.

An Epiſcopus poſſit etiam cenſuris punire, & corrigere Equites Hieroſolymitanos degentes extrà clauſtra in proprijs domibus, ſi tempore Paſchali non communicent. 363.

An eoſdem Equites poſſit corrigere, & punire, ſi eodem tempore Paſchali retineant in proprijs domibus mulierculas amicorum, illas poſt dictum tempus dimittendo, nè à Parochis vexentur ? ibid.

An in caſu neceſſitatis, ex quo primus Conuentus extrà Ciuitatem erectus fuerit conſenſu Regularium ibi præexiſtentium, indèque demolitus ob cauſam publicam, poſſit transferri intra Ciuitatem, abſque alio eorundem Regularium conſenſu ? ibid.

An Clerico abſenti debeantur immunitates à vectigalibus ? ibid.

An Clericus repertus in flagranti crimine adulterii in domo immuni contigua Eccleſiæ, poſſit ab Epiſcopo ſuis carceribus mancipari abſque præiudicio immunitatis Eccleſiaſticæ, quia ipſa domus gaudet ? ibid.

An carceratus infrà ſpatium 40. paſſuum circà Cathedralem, gaudere debeat immunitate, ſitque reſtituendus ? ibid.

An Clericus, qui dimiſſo habitu Clericali, inceſſit in habitu laicali, in quo deliquit, ſi habitum reaſſumat, vt in caſu poſito, recuperet priuilegium Clericale, non ſolum quoad perſonam, ſed etiam quoad bona &c. ? ibid.

An Baliui Curię ſæcularis inſeruire teneantur Curiæ Epiſcopali ? 364.

An Clerici Coniugati teneantur ad impoſitiones laicales, quæ ad capitationem imponuntur ? ibid.

An Clerici iuxtà perſonarum diſtinctionem gaudere debeant immunitatibus ? ibid.

An Clerici Coniugati teneantur ad ſolutionem donatiui Regij ? ibid.

An Equites S. Mauritij, & Lazari, & S. Stephani gaudeant exemptionibus ? 365.

An Magiſtratus, & Iudices laici, prætextu aſſertæ conſuetudinis Reos, qui confugiunt ad Eccleſias, propria authoritate poſſint extrahere in caſibus expreſſis à Gregoriana, petita dumtaxat, & non obtenta licentia Ordinarij &c. ? ibid.

An in eo caſu, quo Reus extrahitur, prguio iudicio Ordinarij, recta via poſſit duci ad carceres ſæculares, ibique detineri prò vtraque Curia, donec per Ordinarium fiat plena probatio, an gaudeat immunitate &c. ? ibid.

An toleranda, vel potius cenſuris explodenda aſſerta conſuetudo, qua Iudices laici Reos confugientes ad loca immunia poſſe indè extrahere, aiunt, ſine licentia Ordinarij, vt donec diſcutiatur an gaudeant immunitate, illos detineant in carceribus &c. ? ibid.

An Syndici Conuentus Ordinis S. Franciſci gaudeant priuilegio fori ? ibid.

An bona donata Clerico ſub conditione, quod ſi beneficium Eccleſiaſticum acquiſiuerit, debeant reſtitui donatori, ſint immunia ab oneribus laicis ? ibid.

An Epiſcopus poſſit ex legitima conſuetudine procedere, etiam Cenſuris contrà laicos debitores locorum piorum ? ibid.

An Clerici, eorumque bona poſſint repræſalijs prò debito Communitatis ſubijci ? ibid.

An Epiſcopus poſſit procedere ad cenſuras contrà Iudicem laicum cogentem litigantes adire forum laicale in cauſis mixti fori ? 366.

An Eccleſiaſtici poſſint cogi, vt vendant vinum proprium in locis deſtinatis ? ibid.

An patentati ab Epiſcopo ſint exempti à repræſalijs, tàm in perſona, quam in bonis ? ibid.

An Domus Collegij de Propaganda Fide gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica quoad confugientes ? ibid.

An Clerici in Minoribus gaudeant immunitate bonorum ſibi donatorum cauſa ſtudij ? ibid.

An Clerici, qui viuunt in communi cum laicis, poſſint cogi ad diuidendum ſua bona, vt colligatur portio laicorum ? ibid.

An Coniugatus, qui habitum dimiſit, & Militiam exercuit, poſſit habitum reaſſumere ? ibid.

An Domus Eccleſiæ, quæ inſeruit prò habitatione Sacriſtæ, vt ſi ab Eccleſia diſiuncta, gaudeat immunitate ? ibid.

An Apothecæ vnitæ Palatio Epiſcopi, quod coniunctum eſt Eccleſiæ Cathedrali, & locata laicis, gudeat immunitate ? ibid.

An Domus contigua Eccleſiæ quæque vltrà ianuas,

Digitized by Google

nnas in via publica, habet etiam egreſſum in Ch oro eiuſdem Eccleſiæ, gaudeat immunitate? 367.

An Clericus, quamuis gauderet immunitate, extractus tamen ex mandato laici à loco immuni, & conſignatus poſtea Curiæ Epiſcopali, controuenerit obligationi de tuto carcere? ibid.

An Epiſcopus poſſit extrahere à loco immuni vxorem, ſiuè filium Cuſtodis Montis Pictaris, ſiuè alios ad effectum illos examinandi tantum, & cum intentione illos reſtituendi eidem loco immuni &c.? ibid.

An ſolutio carolenorum 42. prò foculario impoſita à Regijs, ſit perſonalis, non autem realis, ità vt ab ea ſint exempti Clerici Coniugati, & Diaconi ſyluagij? ibid.

An cauſa etiam mercedum mota contrà ſodalitares ſæcularium, erectas authoritate Ordinarij, ſpectet ad forum ſæculare? ibid.

An filij legitimi, & naturales Clericorum gaudeant priuilegio fori? ibid.

An Domus Parochorum, licet non adhæreant Eccleſiæ ſint immunes? ibid.

An Epiſcopus poſſit carcerare Regulares renuentes, & impedientes extractionem Rei à ſuis Eccleſijs? ibid.

An familiares, & Coloni Eccleſiaſticorum teneantur iuſſi ire ad bellum, & ſeruire in illis functionibus prò ſeruitio Principis, ſeù Communitatis, & ad onera conſiſtentia in ſolutione frumenti, & aliorum fructuum? ibid.

An familiares, qui actualiter inſeruiunt Eccleſiaſticis, ſint immunes? 368.

An contrà attentantes extrahere Reum ab Eccleſia, effectu non ſequuto, poſſit procedi? ibid.

An delicta famulorum inſeruientium Colonis Menſę Epiſcopalis, ſiuè Eccleſiaſticorum commiſſa in poſſeſſionibus Eccleſiaſticis, cognoſci debeant a foro laicali? ibid.

An delinquens propè Eccleſiam ſpe confugij, gaudeat immunitate? ibid.

An Capella Carcerum, vel contigua Carceribus gaudeat immunitate? ibid.

An Domus Canonicales, ſiuè Beneficiatorum, quæ laicis locantur, gaudeant immunitate? ibid.

An ſtuprum voluntarium à laico commiſſum, ſit mixti fori, vel præuentione fiat de foro Eccleſiaſtico? ibid.

An Epiſcopus habeat iuriſdictionem in loco Confraternitatum reſpondente, in Clauſtrum Regularium, & tranſitum per eandem Eccleſiam, vt in caſu poſito? 369.

An Clerici diuites tempore penuriæ poſſint cogi ab Epiſcopo ad vendendum ſuum frumentum? ibid.

An Clerici ſyluagij poſſint eligi in Officiales, ſiuè Miniſtros ſęculares? ibid.

An quantitas grani, vini, olei, ac ſimilium, quæ datur prò eleemoſyna, tam ex parte dantis, quam recipientis, ſoluere debeant gabellam? ibid.

An conductores bonorum Eccleſiaſticorum teneantur ex fructibus indè perceptis ad gabellam, non obſtante quod ijdem fructus percipiuntur ab ipſis Officialibus, qui ſunt laici? ibid.

An Clerici Coniugati, qui ob paupertatem ſe exercent in agricultura, vel in alio opere, non tamen ſordido, debeant eſſe immunes à ſolutione capitationis? ibid.

An Epiſcopus poſſit procedere, etiam contrà laicos complices in delicto Clerici commiſſo? ibid.

An Rei confugientes ad Eccleſiam ob crimina excepta, poſſint cum armata manu, etiam cum fractura oſtij Conuentus Regularium, iuſſu, & cum aſſiſtentia Vicarij Epiſcopalis, ab eodem Conuentu extrahi, ſi ijdem Regulares extractioni ſe apponerent? 370.

An Capitanei, ſiuè Officiales Militarium, qui ſubiacent iuriſdictioni temporali Epiſcoporum, gaudeant priuilegio fori, ceù qui actualiter inſeruiunt Epiſcopis? ibid.

An Mancipia Turcica gaudeant immunitate Eccleſiaſtica? ibid.

An Epiſcopo liceat apetire, & retinere furnum pro abundantia? ibid.

An, & quomodò Tertiariæ gaudeant priuilegio fori? ibid.

An Magiſtratus ſæculares, vt facilius exigatur gabella farinæ, poſſint prohibere Eccleſiaſticis, nè molant frumentum prò vſu proprio, ac eorum familiæ in proprijs Molendinis poſitis in eorum domibus? ibid.

An Clerici Coniugati gaudeant priuilegio fori, etiam in ciuilibus? ibid.

An violans immunitatem Eccleſiaſticam poſſit abſolui virtute Iubilei? ibid.

An qui ob rixam è feneſtra domus immunis Eccleſiæ ſclopeto occidit exiſtentem in Eccleſia, gaudeat Immunitate? 371.

An laicus percutiens alium laicum in Eccleſia incurrat aliquam Excommunicationem? ibid.

An concedenda ſit abſolutio in foro conſcientię, & an etiam in foro exteriori ijs, qui ler. ſer. fuerunt declarati excommunicati ob extractionem ab Eccleſia, quandò extracti fuerunt ab eiſdem, vel de eorum ordine occiſi, ſeu ad mortem damnati, ex quo Eccleſia non poteſt reintegrari? ibid.

An Clericus bigamus à Sede Apoſtolica diſpenſatus, gaudeat priuilegio fori? ibid.

An in cauſis violatę immunitatis Eccleſiaſticæ poſſint Archiepiſcopi procedere ſaltem in deuolutiuo in gradu appellationis à ſententijs ſuorum ſuffraganeorum? ibid.

An reductio cenſuum, aliorumque reddituum, per Magiſtratum ſęcularem facta, afficiat etiam Eccleſiaſticos? ibid.

An Clericus, ſiuè Miles Regularis penſionarius, qui ex diſpenſatione poteſt retinere penſionem in ſtatu Matrimonij, & ſine habitu Clericali, per aſſecutionem officij laici cum poteſtate

tan-

anguinis, illa m amittat? 372.
An Vicarius, ſeu Capellanus amouibilis Sacerdos ſæcularis adminiſtrans curam animarum annexam Commendæ Hieroſolymitanæ, habitans in domo eiuſdem Parochialis, tam in ijs, quæ concernunt curam animarum, &c. quam in quocumque delicto, ſubiaceat iuriſdictioni Ordinarij? ibid.
An Clericus poſſit ratione officij, quod habet à Principe ſæculari, coram ipſo conueniri, ſi in eodem officio delinquat? ibid.
An poteſtas laica poſſit imponere collectas rebus Eccleſiaſticorum? 373.
Plerisque in locis, Oppidis, Ciuitatibus, merum Imperium, & criminale eſt penes laicos, ciuile, & mixtum apud Eccleſiaſticos. Dubitatur quiſnam ipſorum ſit Protector, ac Dominus, vocanduſque ſit verus Patronus? ibid.
An Clerici cogi poſſint, vel teneantur ad hoſpitandum Milites? ibid.
An Eccleſiaſtici poſſint vendere, etiam minutim panem, & vinum, aliaque huiuſmodi abſque ſolutione vectigalium, dum ea colligunt in ſuis bonis patrimonialibus; vel beneficialibus? Vbi modus formandi proceſſus ſuper hac re. 374.
An qualitas homicidij excludentis Immunitatem Eccleſiæ, iuxtà formam Conſtitutionis Gregorianæ debeat plenè, legitimè, & concludenter probari? Vbi quid de Cadaueris ſanguinatione ad homicidæ præſentiam, deque eius cauſa. Ac de extractione à loco immuni? 382.
An, qui non ex induſtria, vel ex ſubita ira, &c. mutilat, vel occidit in Eccleſia, vel Cæmeterio, priuetur Eccleſię immunitate? Vbi de homicida, vel mutilatore amente, puero, inuito, coacto, ob ſui, ſuorumque defenſionem, & ciuſmodi aliis, corumque cauſa? 385.
An Princeps laicus poſſit ſuis edictis Eccleſiaſticos adſtringere ad obſeruandum ea, quæ prò ſanitate tuendâ tempore peſtis à ſe decernuntur? Quidnè in hac re ab Eccleſiaſticis hactenus receptum fuerit? 386.
An Epiſcopus, tam de iure, quam de conſuetudine poſſit in ſuo foro cognoſcere cauſas criminales inter laicos conſentientes eius iuriſdictioni? 387.
An, & quibus priuilegijs gaudeat Clericus Coniugatus? 388.
An pueri ingreſſuri in Religion e Hieroſolymitana interim gaudeanc priuilegio fori, vt in caſu poſito? 391.
Cui nam competat diſcuſſio Clericatus, quandò dubium eſſe poteſt, an quis ſit Clericus, vt gaudeat priuilegio fori, nec ne? ibid.
Item quandò habitus eſſet dubius, nec videatur omninò Clericalis? ibid.
Grauiter dubitatur: An Epiſcopi, aliique Prælati Summo Pontifice inferiores poſſint delegare cauſam aliquam Clerici Iudici laico, ſeu permittere Clerico, vt adeat Iudicem ſæcularem? ibid.
An Magiſtratuum ſæcularium decreta, vt nullus Scholaris ad Doctoratum admittatur, niſi fidem ab Actuarijs maleficiorum reportauerit, &c. tendant in præiudicium Epiſcoporum, vt in caſu poſito? 392.
An falſi teſtes, vt in caſu poſito puniri poſſint à Iudice Eccleſiaſtico priuatiuè quoad Iudicem laicum? ibid.
An, poſtquam Iudices ſæculares remiſerint ad Iudicem Eccleſiaſticum cauſas, & proceſſus, in quibus prætendunt extare indicia contrà Clericos, poſſint proſequi in capiendis nouis indicijs contrà Clericos? ibid.
An poteſtas laica habeat iuriſdictionem in Sodalitates laicorum authoritate Apoſtolica, vel Ordinaria erectas, & habentes Eccleſias formales cum omnibus requiſitis? ibid.
Vtrum ad decimas ab hominibus, & ab Vniuerſitatibus impoſitas ex tranſactione inita cum Baronibus intuitu exemptionum perſonalium, ſub reſeruatione tamen aſſenſus Regij, teneantur etiam Eccleſiaſtici prò prædijs poſt dictam tranſactionem acquiſitis? Vbi de recurſu ad Iudices laicos aliqua? 394.
An, & quatenus prò parte fructuum, quæ Ruſtico Colono conductori, aut emphyteutæ bonorum Eccleſiaſticorum aduenit, poſſitâ Principibus laicis imponi, vel exigi collecta, aut aliud onus? ibid.
An, & quatenus Coloni, ſerui, famuliuè Eccleſiæ, Cardinalium, Epiſcoporum, & Clericorum gaudeant fori priuilegio? 398.
An laicus offendens familiarem, vel Miniſtrum Epiſcopi, vel Cardinalis, puniendus ſit à foro Eccleſiaſtico? 399.
De homicidio proditorio ad effectum priuandi Reum Eccleſiaſtica Immunitate multa excutiuntur, nempè:
An ſalutationes mutuæ per capitis detectionem, aliauè ſigna, atque actus vrbanitatis, ità ſatis ſint ad aliquem à metu liberandum, vt ſi occidatur, dici poſſit incautè occiſus? 399.
An occidens ſub fide data de non offendendo, excludatur ab Immunitate? Vbi huiuſmodi fides quomodò probetur? ibid.
An propter incertitudinem lęalium vulnerum à pluribus inflictorum, locus ſit Immunitati? ibidem.
An, & quatenus Eccleſiaſtici teneantur ad munera ciuilia? Vbi
An bona in perpetuum obligata Cataſtro, quæ tranſeunt ad Eccleſiam, & Eccleſiaſticos, reddantur immunia ab oneribus, an verò tranſeant obnoxia dictis oneribus virtute hypotecę contractæ, ac dependentis ab illorum deſcriptione? Vbi decreta Sacræ Congregationis. 401.
An Iudex Eccleſiaſticus compellere poſſit laicos ad delendum à Communitatum Æſtimo, ſiuè Cataſtro bona per Eccleſiaſticos acquiſita? 405.
An poteſtas naturalis, ſeu ciuilis, & poteſtas ſupernaturalis, ſeu Eccleſiaſtica ex natura-

rei ſint diſtinctæ, & ad inuicem ſeparari poſſint? ibid.

An aliqua ſit naturalis connexio inter poteſtatem naturalem, & ſupernaturalem? Et

An in Chriſto fuit poteſtas ſupernaturalis abſque naturali, ſaltem quoad vſum? ibid.

An Remiges ad triremes damnati confugientes ad Eccleſiam, gaudeant Immunitate? 408.

Et quid de Remigibus conductitijs, vulgò *le Buonevoglie*? ibid.

Quidue de Militibus refugis à Triremibus, & ad Eccleſiam confugientibus? ibid.

An, & quatenus Clerici examinari poſſint coram Iudice laico? ibid.

An, & in quas pęnas incurrat, qui tempore interdicti, aut alios excommunicatos, vel interdictos, vel vſurarios manifeſtos in loco Sacro ſepeliunt, & quo pacto Eccleſiaſticæ ſepulturæ illos tradere poſſint, præcipuè ſi ob violatam immunitatem, ac libertatem Eccleſiaſticam excommunicati fuerint, quiuè eos, ac quomodò abſoluere poſſint? Vbi ſpeciatim de abſolutione à cenſuris ob violatam Eccleſiaſticam Immunitatem non pauca ex decretis Sacrarum Congregationum? 409.

An, & quibus modis pęnę Eccleſiaſticæ latæ ſententiæ ſuſpendantur? Vbi de appellatione à cenſuris ob violatam immunitatem, libertatem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam. ibid.

De pœnis contrà capientes, carcerantes, detinentes, hoſtiliter inſequentes S.R.E. Cardinales, vel Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, &c. Vbi quæ ratio potiſſimum tenenda ſit, qua captis, carceratis, & detentis, auxilium feratur? ibidem.

Ad quæ onera teneantur Tertiarij S. Franciſci, qui non habent conditiones à Conſtitutione Leonis X. in Concilio Lateranen. edita, requiſita? ibid.

An, & quatenus ij, qui vulgò Clerici, ſiuè Diaconi Syluatici appellantur gaudeant immunitate à vectigalibus, & exemptione à foro ſæculari? 410.

An cœtus mulierum merè ſæcularium ſimul in receſſu viuentium deuotionis, & pietatis cauſa ſit illicitus, itaut Epiſcopus poſſit eis præcipere clauſuram Regularem, vel reditum ad proprias domos? 411.

An ſuſcipiens primam tonſuram ab alieno Epiſcopo abſque ſui Ordinarij dimiſſorijs, ac in fraudem fori ſæcularis, ac munerum laicalium, priuetur priuilegio fori? Vbi in fine an peccet mortaliter? ibid.

An vulnerans lętaliter in Eccleſia, vel Cęmeterio gaudeat Eccleſiæ Immunitate? 412.

An verba hæc à mandante homicidium mandatarijs dicta: *Che al bene, & al male, al quale ſtarò io, ſtarete voi*, & huiuſmodi alia, ęquipolleant rei pecuniæ ęſtimabili, ſatiſque ſint ad conſtituendum crimen aſſaſſinij, ac proindè ad amittendum Immunitatem Eccleſiæ? 413.

An liceat Superioribus laicis præcipere, quod non ponantur in ſcrutinio ſimplices Clerici prò electione Magiſtratuum? ibid.

An eiſdem Clericis in ſcrutinio poſitâ Superioribus laicis denegari poſſeſſio illius officij Magiſtratus, ad quod fuerunt electi? ibid.

An ſit permittendum, quod in libris publicis Communitatis regiſtrentur litteræ continentes prohibitiones, atque præcepta Superiorum ſæcularium contra Clericos, tam in primo, quam in ſecundo caſu ſupradicto? ibid.

An à dictis Superioribus laicis præcipi poſſit eiſdem Clericis, vt non exerceant Magiſtratum, quandò ad illum electi fuerint? Et

An ijdem Superiores laici poſſint condere decretum aliquod, vel alium actum iudicialem facere, quo declarentur huiuſmodi Clerici incapaces ad exercendum officia publica, quamuis illa à Sacris Canonibus prohibeantur? Vbi quid de Clericis Coniugatis? 414.

An, & quò pacto remedium adhibendum ſit fraudibus Clericorum in ſuis immunitatibus à vectigalibus? Vbi incidenter de patrimonio Clerici, de emptione, vel obligatione quoad onera laicalia. ibid.

De iuſtitia, & inualiditate ſententiæ A.C. ſuper huiuſmodi bonis donatis Clerico: An ſit valida ſententia manutentionis cum inhibitione? 417.

An Magiſtratui ſæculari competat locus, & quidem dignior intrà Presbyterium? ibid.

An Epiſcopi poſſint concordare cum Miniſtris laicæ poteſtatis, præſertim in Regno Neapolitano, in ijs, quæ concernunt perſonas Eccleſiaſticas abſque facultate Sedis Apoſtolicæ? ibidem.

De authoritate Ordinarii in litterarum Magiſtros etiam Grammaticæ. 418.

An Epiſcopus vocatus à Principe, teneatur ex eius præcepto Curiam adire? Et qua pęna eius contumacia coerceri poſſit? Vbi etiam de ciuili Eccleſiaſticorum poteſtate. ibid.

De habitu, & tonſura Clericali quoad fori priuilegium, & cętera priuilegia Clericalia, vbi multa diſputantur. 419.

An Clericus malè promotus gaudeat priuilegio fori, & immunitatis, aliiſque priuilegiis Clericalibus? 426.

An quandò non ſufficiunt redditus Principatus, vel Regni prò illius defenſione, ac cuſtodia, aliiſque huiuſmodi, teneatur Status Eccleſiaſticus pecuniam conferre? 427.

An Clericus primæ tonſuræ, qui dimiſſo habitu Clericali, ac tonſura, per annos 20. & amplius in habitu laicali inceſſit, arma tractando, &c, vt in caſu poſito, gaudeat priuilegio fori quoad perſonam: 429.

An, & quatenus Clerici teneantur ad donatiuum Regium, ſiuè Principis? 432.

An mulier vidua poſſit ſibi eligere, & variare forum Eccleſiaſticum? 433.

Cur aliquæ gabellarum ſpecies, quæ rationem pretij debiti, & mercedis habent, ab Eccleſia-

ſti-

Digitized by Google

ſticis exigi nequeant? Vbi de contributione pró mercede Medici Vniuerſitatum. ibid.

An, & quatenus Eccleſiaſtici, præcipuè Regulares cogi poſſint ad ſubeundum onus collectarum? Vbi de eorum animalibus, quæ dantur in ſocietatem, ac de damnis datis, ex decretis Sacrarum Congregationum in compendium collectis. 434.

An, & quatenus Clericus pulſans laicum apud Iudicem laicum à laico pulſato reconuentus in eodem iudicio, teneatur apud eundem Iudicem laicum reſpondere? 435.

An hæc reconuentio permittatur, tam in principio litis, quam poſt litis conteſtationem, vel per totum curſum iudicij, an etiam poſt ſententiam? ibid.

Et quis exequi debeat decretum à Iudice laico in Clericum reconuentum emiſſum? ibid.

An Reus citrà allegationem Immunitatis, permittendo ſe pluries examinari a Iudice ſęculari, etiam cum tormentis, valeat, poſtquam crimen confeſſus fuit, de illa opponere? 437.

Et an ſuppoſita nullitate capturæ in loco immuni, facta ex eadem cauſa in loco immuni ab altero Iudice, priuſquam Eccleſia fuerit redintegrata, ratione primæ ſic etiam nulla? ibid.

Quid de Reo latente in domo Canonici quoad immunitatem, & Coniudices ab Epiſcopo adhibendos, & an poſſit in eoſdem Coniudices animaduertere, & quomodò, vt in caſu poſito? ibid.

De iuriſdictione Domini Cardinalis Protectoris Cathecumenorum in ipſos Cathecumenos delinquentes. 438.

An Iudices inferiores, ſiuè ſimplices Gubernatores, non conſulto prius ſupremo Magiſtratu, ſiue Principe &c. poſſint ex ſe ex pręſumptionibus, indicijs violentis, & indubitatis imponere Inquiſitis pœnam corporalem triremium &c.? ibid.

Quænam venatio ſit Clericis prohibita? Vbi de eorum venandi libertate. 439.

An Clericus, qui non habet qualitates requiſitas à Conc. Trid. ità priuetur fori priuilegio, vt etiam ſubijciatur Legibus, Conſtitutionibus, Statutis, ac conſuetudinibus laicorum? 440.

An conſuetudo ſeruata per tempus, de cuius initio memoria hominum non extat, quod Gubernator in certo loco etiam Status Eccleſiaſtici per Sacr. Conſultationem deputato, fiat thurificatio triplici ductu, valida ſit, ac ſeruanda? Et an d. Gubernator gerens qualitatem perſonæ laicæ, ac ſæcularis cogi poſſit ad interueniendum, & aſſiſtendum in Eccleſia Cathedrali diebus ſolemnibus, in quibus Epiſcopus Pontificaliter celebrat? 441.

An Epiſcopus poſſit concedere Vicarijs Foraneis patentatos gaudentes priuilegio fori? ibid.

An Epiſcopus poſſit concedere inhibitiones Clericis coniugatis, qui viles artes exercent, nec habent requiſita, ac etiam Tertiarijs, qui viuunt domi propriæ cum ſuis vxoribus? 442.

An Epiſcopus concedere poſſit inhibitiones Colonis partitarijs Clericorum, quanquam ex prædijs, quæ colunt; non percipiant fructus, quibus maiori anni parte viuant, & an pariter poſſit concedere inhibitiones mulieribus nuptis? ibid.

An Epiſcopus poſſit prohibere Clericis, ne conueniant laicos in materia profana in foro ſæculari? Et quid ſi extaret conſuetudo? 443.

An Epiſcopus prohibere poſſit, nè cæteri Notarij, præter ſolum Cancellarium Epiſcopalem, poſſint rogari de inſtrumentis, quæ commodum locorum piorum concernunt? ibid.

An Epiſcopus poſt introductam cauſam in foro ſæculari poſſit inhibere, tam inter laicum, & laicum, quam ad fauorem Clerici, vel perſonæ priuilegiatæ, eam dumtaxat ob cauſam, quod ſint coniuncti, ſiue affines intereſſe habentis in cauſa? ibid.

An Iudex poſſit tuta conſcientia impedire, ne Matrimonium contrahatur à viro cum muliere longè imparis conditionis, & infamia notabili laborantis &c.? 444.

An Imperatori, vel Regibus concedendum ſit à Sede Apoſtolica, vt poſſint accipere tertiam, vel aliam partem, vel medietatem bonorum Eccleſiarum in ſuis ditionibus exiſtentium, in ſubſidium belli, quod gerunt contrà Turcas, aliaſque Infideles, vel Hæreticos?. ibid.

An Canonicis Eccleſiæ liceat concedere locum in Presbyterio Magiſtratus laico, vt in caſu poſito? ibid.

Ad donationes à conſanguineis, alijſque abſque vlla cauſa factæ Clericis habentibus patrimonium, vel beneficium, pręcipuè viuentibus exindè in communi, præſumantur, ac declarari debeant factæ in fraudem immunitatis ab oneribus, & collectis? Et quis huiuſmodi fraudes cognoſcere debeat? ibid.

An qui furatur in Eccleſia, etiam quoad Iudicem Eccleſiaſticum, gaudeat immunitate? 445.

An per retentionem animalium Clericorum, quę damnum dederunt, eorumque relaxationem illicò factam à Curia ſæculari cum fideiuſſione per laicum præſtita de illis conducendis ſub expreſſa conditione, quatenus illa non ſpectarent ad Clericum, ſed ad laicum, lædatur immunitas Eccleſiaſtica? Vbi aliqua de cenſuris Canonicis. ibid.

De nece ex veneno propinato, ad effectum excludendi Reum ab immunitate Eccleſiæ 446.

An Clericis ſit vetitum conducere à laicis vectigalia? 447.

An homicidium, ex zelotypia commiſſum, ſit proditorium, vt homicida priuetur immunitate Eccleſiæ? ibid.

Vtrum ad validam erectionem ſodalitatum, præter licentiam, & aſſenſum Epiſcopi, exigatur etiam beneplacitum Iudicis laici? 448.

An Epiſcopus inſtare poſſit apud Principem laicum, vt condat Edictum pœnale aduerſus occupantes bona Eccleſiarum, piorumque locorum,

rum, irreuerenter ſeſe gerentes in Eccleſijs, ibique deferentes arma cum haſta &c. vt in caſu poſito? ibid.

An, & qua pœna puniri poſſint, ac debeant Confratres ſodalitatum, vel Conſules alicuius artis, qui deleuerint decreto publico aliquos è libro artis, vel Confraternitatis &c.? Vbi de libellis famoſis aliqua? ibid.

An, & quatenus Tertiarij, ac Tertiariæ S. Franciſci Fratres, ac Sorores de Pænitentia S. Dominici, Mantellati, ac Pizocherij Fratrum Eremitarum alijque ſimiles gaudeant priuilegio Canonis, & fori? Vbi de Nouitijs, Conuerſis, & Oblatis, ac quæ ſint perſonæ Eccleſiaſticæ? 449.

An Iuniores, qui cum ſtipendio inſeruiunt Eccleſiæ Cathedrali, vel Collegiatæ, etiam ſi Clerici non ſint, neque Clericalem habitum deferant extra Eccleſiam, gaudeant priuilegio fori in criminalibus prò delictis commiſſis extra proprium munus, ipſamque Eccleſiam? Et quid de Immunitate reali? 451.

An liceat *Epiſcopis* ante obtentum beneplacitum Apoſtolicum, cogere perſonas Eccleſiaſticas ad contributionem cauſa peſtis, belli, ipſamque contributionem exigere? Ac alia decreta circa Immunitatem a gabellis prò Eccleſiaſticis. ibid.

An, & quatenus, & in quibus Palatia Eminentiſſimorum Cardinalium gaudeant Immunitate? Vbi an in illis fieri poſſit recognitio Cadaueris abſque licentia Iudicis Eccleſiaſtici? Et quid de Epiſcoporum Palatijs? 452.

An Cuſtodes agrorum ſpectantium ad Menſam Epiſcopalem, vti tales, gaudeant priuilegio fori? 453.

An, & quatenus Epiſcopus in cauſa ſuæ Menſæ poſſit eſſe Iudex, præſertim in perſonas non ſubditas, & bona extra propriam Diœceſim? ibid.

An liceat alicui habere feneſtram in ipſis parietibus Eccleſiæ, a qua poſſit in Eccleſiam proſpicere? Quid de Patronis Eccleſiæ, quidue de illius benemeritis, quidue tandem de Parochis? ibid.

An electio Nunciorum, quibus Romani Pontificis authoritas repræſentatur in Regnis, ad quæ mittuntur, omnino pendeat ab eius libera voluntate &c.? ibid.

An, & quando concedatur exemptio ab Epiſcopi iuriſdictione. 453.

An liceat Nuncijs Apoſtolicis mittere Commiſſarios in alienas Diœceſes, vt ibi cognoſcant cauſas in prima inſtantia? 454.

An, & ex quibus præcipuè conuincatur, Hoſpitale, vel Confraternitatem non eſſe titulum beneficialem, & laicos non eſſe capaces illius regiminis, & adminiſtrationis? ibid.

An Epiſcopus compellere poſſit Regulares ad intereſſendum generalibus, ſiuè Synodalibus Congregationibus pro tuenda Immunitate Eccleſiaſtica, tam ob commodum ſæcularium, quam Regularium? 455.

An Inquiſitores hæreticæ prauitatis habere poſſint familiam armatam? Et quæ arma eorum familia deferre poſſit? ibid.

An Principes, vel Magiſtratus ſæculares aſſiſtere poſſint cum Inquiſitoribus in cauſa hæreſis, vel quouis modo ad Sanctum Officium ſpectante? ibid.

Quo iure prohibitum ſit Iudæis conducere vectigalia Principis ſæcularis, illaque per ſeipſos exercere? Vel etiam conducere bona Principis ſæcularis, vel priuatorum?.

An eadem prohibita ſint Iudæis ex Conſtitutionibus Pontificis? Et an ijdem, ſiuè alij infideles præfici poſſint Chriſtianis? Vbi effata de Iudæis. ibid.

An liceat iurare per Sanctos, & per ſancta Euangelia? ibid.

An, & quatenus Epiſcopo liceat viſitare Hoſpitalia, ac cæteros locos pios, & rationem adminiſtrationis exigere? ibid.

De ſalutatione a Concionatore facienda. ibid.

An ſcripturæ publicæ, & apochæ in ditione Eccleſiaſtica ſint aſſeruandæ in Archiuio Apoſtolico, ſiu Communitatum, an verò in Curijs Epiſcopalibus? ibid.

Res furto ablatæ, quarum Dominus non reperiatur, ad quem ſpectent? 456.

An Epiſcopo ſtrenuenti Magiſtratus ſæcularis, vel Gubernator, qui adeſſe ſolent, quando ille celebrat Pontificaliter, ſalutem dicere teneantur, caput reuerenter detegere, atque inclinare, & officioſe cum eo agere? ibid.

An quando Imperator, Rex, vel Princeps donat alicui Eccleſiæ Ciuitatem, Terram, aut Pagos, eo caſu cenſeatur à ſe abdicaſſe omnem ſuperioritatem, adeout nullum penitus alti dominij ius illi amplius in re donata competat? ibid.

An quandò agitur de cauſa feudi laicalis, quod Eccleſia à Principe ſæculari recognoſcit, recurſus ad huiuſmodi Principem, ſiue eius Miniſtros ſit licitus? Vbi de cauſis pertinentibus ad forum Eccleſiaſticum, ac de mixtis plura. 457.

An ſit reſtituendus Eccleſiæ quidam vulneratus, & a conſanguineis deductus ad Eccleſiam, & indè ab eiſdem extractus metua cauſa Iudicis, vt in caſu poſito? 453.

An reuocatio, ſeù diſdicta cenſus Eccleſiaſtici fieri poſſit coram Iudice laico, poſito, quod non ſit ſimplex notificatio, ſed actus ab ipſo Iudice ſubſcriptus? ibid.

An ipſe Iudex laicus poſſit abſque incurſu cenſurarum prohibere ſuo Actuario, nè exhibeat præfatam diſdictam foro Eccleſiaſtico, illamque ab actis tollere? ibid.

An ipſi Iudici ſuffragetur *cap. cum Matthæus de hæret.*? ibid.

An confugientes ad Eccleſiam cum armis, poſſint ijs ſpoliari a familia laica ſine violatione Eccleſiaſticæ Immunitatis? Vbi de Clericis arma geſtantibus, alijſque rebus? 264.

Verum in bonis vacantibus Clericorum non habentium Beneficium, vel Altare in titulum,

ſucce-

ſuccedat Fiſcus ſæcularis, an verò Epiſcopus, ſiuè eius Fiſcus? Et quid vbi extat hac de re Statutum laicum, vel conſuetudo? Vbi: an verè Epiſcopus habeat Fiſcum? 465.

Quibus modis Epiſcopi prò redintegratione violatæ Immunitatis ex gabella chartæ, aliarumque rerum gerere ſe debeant? ibid.

De pœna lacerantium, vel deturpantium, vel amouentium Cedulones excommunicationis, vel cenſurarum iam affixos, ac de mandante lacerari, vel deturpari, vel amoueri. 466.

An ſit credendum Clericis aſſerentibus, ſpontè dimiſiſſe habitum Clericalem, & non motu Principis laici? ibid.

An Clerici ſęculares poſſint exercere munus Tutoris, vel Curatoris laicorum? Vbi ad rem alia. ibid.

An, & quatenus hereditas Clerici defuncti gaudeat priuilegio fori? 467.

An occidens inimicum reconciliatum per dexterarum porrectionem, committat proditorium? ibid.

An quandò Clericus poſſeſſionem à Iudice laico obtinuit purè, & ſimpliciter, abſque alia reſeruatione, atque à dictis Iudicis facto non fuit appellatum, itaut illud iudicium terminauerit, ac deindè alter ſui commodi cauſa ſuper eadem re nouum iudicium auocatorium inſtituit, reuocari poſſit coram Iudice laico? ibid.

Et quid vbi, Iudice laico nulliter, vel iniuſtè ſpoliante laicum poſſeſſorem eius poſſeſſione, illamque tribuente Clerico, ſpoliatus non acquieſcit, ſed vel per viam appellationis ad Superiorem, vel per viam nullitatis coram eodem, habens ſe pro non ſpoliato, atque eandem cauſam, & inſtantiam proſequendo, inſtet in ſua antiqua poſſeſſione manuteneri? ibid.

An Princeps ſæcularis poſſit punire Reum à Sancto Officio Inquiſitionis iudicialiter iàm punitum? ibid.

An Communitates ſæculares teneantur taxam antiquam vectigalium obſeruare in fauorem Clericorum irritam, qui, quod ſibi ſupereſt à rebus immunibus vendunt, cedunt, donant, vel in pecunia exigunt à publicanis, præſertim farinæ? Vbi plurima diſcutiuntur. ibid.

In pleriſque Diœceſibus cupiens ad ſtatum Clericalem aſcendere, de licentia Epiſcopi per annum in habitu Clericali incedit, poſt quem ad primam tonſuram admittitur. Quæritur: An interim gaudere debeat fori priuilegio? 470.

An, ſtante Conſtitutione Pij IV. de fidei profeſſione, toleranda ſit conſuetudo quarundam Vniuerſitatum ſtudiorum, quod Rectores, & Cancellarij earum, prout etiam Doctores, & Magiſtri in illis publicè docentes nullam emittant fidei profeſſionem in manibus Ordinarij, nec alterius cuiuſcumque, Scholares verò laureandi illam emittant in manibus Prioris Collegij, qui plerumque eſt laicus; Ipſa quippe Piana Conſtitutio indulgens, profeſſionem fidei poſſe emitti in manibus Ordinarij, ſiuè Superioris ſtudij, non deſignat; an dictus Superior debeat eſſe Clericus? 471.

Quandò Fiſco competat via exequutiua, Collectarum onus, etiam contrà Fiſcum quanto tempore præſcribatur, & alia quoad iura Fiſcalia in fauorem Eccleſiarum? ibid.

An laici prorogare poſſint iuriſdictionem Epiſcoporum? ibid.

An Clerici Albanenſes ab Epiſcopis Græcis, vel Latinis promoti ad primam tonſuram, & Minores, & poſteà coniugati gaudere debeant immunitate à Collectis, & oneribus Communitatum? 472.

An cauſæ eorum, qui refingunt Officiales Sancti Officij, cum non ſint, & ſub huiuſmodi prætextu committunt aliquod delictum, non ſpectans ad Sanctum Officium, debeant de iure cognoſci à Sancto Officio priuatiuè quoad omnes alios Iudices? ibid.

An, & quatenus Epiſcopus, præcipuè contrà Clericum iniuſtè procedere poſſit ad coniiciendum eum in carcerem, adhibere Cuſtodes &c.? ibid.

An ſaluuſconductus Mercatoribus: aliiſque datus, comprehendat res furto ſublatas? ibid.

An Domini locorum cogere poſſint ſuos ſubditos, vt ad ſuum tantum furnum, molendinum, tabernam &c. accedant? ibid.

An Statutum laicale cõformatum à Summ. Pont. præſertim ex certa ſcientia, obliget etiam Eccleſiaſticos? ibid.

Circà negotiationem Clericorum, & eorum immunitatem à vectigalibus, & mercatura. ibid.

An Regulares ad exercendum munus Parochiale in Indijs ritè, ac rectè à Magiſtratibus laicis, vel à Principe inſtituantur? 473.

An famuli laici Nobilium actu inſeruientium Eminentiſſimis Cardinalibus, vel Epiſcopis gaudeant priuilegio fori? Et quid de Coquia Seminarij, ac locorum piorum? An, & quatenus fori, & immunitatis priuilegia ad famulos extendantur? ibid.

An Epiſcopi eijcere poſſint Reos ab Eccleſijs, eorumque bona? Et an Nuncijs Apoſtolicis concedenda ſit extenſio facultatis eiuſmodi eiectionis in toto Regno, vel Prouincia ipſis demandata? Vbi de abuſu immunitatis Eccleſiæ, eiuſque remedijs? 474.

An percutiens Clericum mortuum incidat *in Can. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4.* 447.

De abſolutione ab excommunicatione *Can. ſi quis ſuadente &c.* prò vtroque foro, etiam pro pęna Cadaueri imponenda. ibid.

An, & quatenus ſententia declaratoria cenſurarum ob violationem immunitatis, ſeu iuriſdictionis Eccleſiæ latarum contrà Magiſtratus; Iudices laicos &c. ſit nulla defectu iuriſdictionis? ibid.

An Iudices, & Magiſtratus ſęculares poſſint de facto procedere pro delictis commiſſis ante Clericatum, etiam ad diſtrictionem perſonalem

Digitized by Google

lem Clerici, qui in fraudem iuriſdictionis laicalis ad primam tonſuram ſe promouere fecit, vel habitum reaſſumpſit? ibid.
Quæ in hac re ſint partes Iudicis Eccleſiaſtici, quę Magiſtratus ſęcularis, vt vterque forus intrà limites iuriſdictionis contineatur? Vbi
Quandò hæc fraus prę̨ſumatur? Aliaque huiuſmodi. ibid.
De validitate, & iniuſtitia declaratorię cenſurarum ob impeditam Eccleſiaſticorum iuriſdictionem. 479.
De inualiditate, & iniuſtitia cenſurarum Eccleſiaſticarum, & de appellatione ab illis aliqua in praxi. 480.
An fideiuſſor iuſtè cogi poſſit, quod pręténſus delinquens, quem fideiuſſit habiturum Vrbem, vel domum prò carcere, ad Eccleſiam confugerit? ibid.
An ſint licitæ litterę exemptionis, tum Eccleſiaſticorum, tum ſęcularium, vulgò *Saluaguardiæ* à iuriſdictione Epiſcopi, eiuſque Tribunalis, tam in ciuilibus, quam in criminalibus à Prorege Sirulo conceſſę, vti à Siciliæ Monarchia? ibid.
An, & quatenus domus Eccleſijs coniunctę gaudeant immunitate? In dubio, an gaudeant? Anne ex illis extrahens confugam, incurrat excommunicationem? 481.
An Epiſcopus licitè retinere poſſit Cymbam piſcatoriam prò ſuo, ſuorumque vſu, & piſces eos, qui ſuperſunt, eorumque pretium in eleemoſynam, ac in ſtipendium piſcatorum conuertere? ibid.
An pretium horum piſcium ſit immune à vectigalibus? ibid.
An hodie ſit in vſu extenſiò priuilegij Immunitatis Eccleſiæ Maioris per 40. paſſus, & per 30. in minoribus? ibid.
An ſi is, quem Satellites inſequuntur, dum ad Eccleſiam confugit, eiuſque Oſtium tangit, vel Oſtij vectem apprehendit, ob metum adhuc inſequentium cadat propè dictum Oſtium ſub Eccleſię ſtillicidijs, ibique capiatur, ſit reſtituendus? Vbi
An ad id probandum ſint idonei teſtes amici? Et in caſu dubio, an extrahentes incurrant excommunicationem? Et quomodò ſint abſoluendi? 482.
An confugiens ad Eccleſiam, illamque clauſam inueniens, ſi manibus tangat, vel amplectatur parietem, eique adhęreat, vel Oſtij Eccleſiæ vectem, gaudeat immunitate. Vbi quid quoq; de tecto Eccleſiæ, aliorumque locorum immunium? De confugiente ad Crucem, & ad Sacerdotem deferentem Sacram Euchariſtiam, vel Oleum Sanctum infirmorum; Vbi, An & quatenus extremo ſupplicio afficiendis ſit danda Euchariſtia? De conſuetudine, quod morte damnatis non miniſtratur &c. Quidue tandem de Reo comprehenſo in feneſtra poſita in pariete communi Eccleſiæ, & domus ſęcularis? ibid.
An Epiſcopus in declaratione facienda: an Reus confugiens ad Eccleſiam gaudeat Immunitate, debeat procedere, ſeruato iuris ordine? 485.
An Clerici creditores poſſint tutò prouocari ad iudicium concuiſus vnà cum laicis creditoribus coram Magiſtratu ſęculari, cui ex Statuto laico de modo procedendi in cauſis decoctorum hoc munus incumbit? Vbi quid de Edicto laico, vt compareat coram ſe, qui ſua putauerit intereſſe in cauſa? ibid.
An ſimplex præceptum Curiæ Eccleſiaſticæ ſub pœna excommunicationis ſuper excarceratione Coloni partiarij modicę quantitatis terrarum Menſæ Epiſcopalis, à quo fuit illicò appellatum, & declaratoria cenſurarum intrà ſex horas ſine citatione perſonali, comparente tertio, ac proteſtante poſt appellationem prolata, abſque citatione ad videndum iurare teſtes, ſint valida, & iuſta? Vbi quid, ſi Colonus obtinuerit inhibitionem ab Epiſcopo, & prò maiori parte anni viueret ex fructions Coloniæ? Quidue de Conductoribus, & Aſſictuarijs? 486.
Reprehenditur, caſtigaturque negligentia Prę̨latorum Eccleſiaſticorum, qui non tuentur immunitatem, libertatem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam a poteſtate ſæculari, eijciente Eccleſiaſticos à ſua ditione, & imponente illis angarias, perangarias, aliaue onera, &c. & exigente cenſus, tributa, &c. 487.
An acta per Iudicem ſęcularem poſt allegatam à Reo in ſuis conſtitutis Immunitatem Eccleſiæ, ante ſubſequutam Iudicis Ecclelia ſtici declarationem, ſint valida? 489.
An ſit recedendum à declarationibus alias emanatis à Sacra Congregatione Immunit. quibus firmatur, Colonos, & Cuſtodes Eccleſiaſticorum damnum dantes in bonis laicorum cum animalibus eorundem Eccleſiaſticorum, conueniendos eſſe coram Iudice Eccleſiaſtico? ibidem.
An Præſes Romandiolæ poſſit cognoſcere cauſas appellationum ab Archiepiſcopo, & Epiſcopis Prouinciæ ad ipſum interpoſitarum? 490.
An, & quatenus domus, ſiue Palatium Epiſcopi gaudeat immunitate? Et quid de illius pariete, tecto, ianua? Et quid de domo Parochiali, & de domibus iunctis Eccleſiæ? ibid.
An habens vtramque iuriſdictionem cognoſcendi, ac puniendi tum delicta laicorum, tum Eccleſiaſticorum, in puniendo inquiſitum, & exiſtimatum vt laicum, & in ſuo conſtituto dicentem, ſe eſſe Clericum, teneatur procedere ſecundum ius Pontificium? 491.
An, & quatenus domus Collegij Scholarium, quam ingreditur per atrium, quod conducit ad Oratorium publicum dicti Collegij, gaudeat immunitate? ibid.
Quid comprehendatur nomine hoſtilis inſecutionis prò S.R.E. Cardinalibus, alijſque Prælatis? An comprehendantur verba iniurioſa, an requiratur effectus, & quod Epiſcopus fugiat, & alius eum inſequatur hoſtiliter? 492.

An

Digitized by Google

An committens homicidium, vel mutilationem in Viridario Conuentus, vel Hoſpitalis, alijſq; in locis Eccleſiæ adhęrentibus, gaudeat immunitate? ibid.

An Communitas poſſit cogere quendam vt oues ponat in Cataſtro, cum ſint loci pij, vt in caſu poſito? 493.

An poſſit illum cogere ad ſoluendum omnia onera, quę à Ciuibus ob propria animalia ſoluuntur? ibid.

An etiam poſſit vendere paſcua communia in prẹiudicium Eccleſiarum, piorumque locorum? ibid.

An quoque poſſit illum adſtringere ad ſolutionem paſcuorum, quæ dictis ouibus neceſſaria ſunt? Vbi alia. ibid.

De Negotiatione Clericorum. 494.

An Cappellani Maiores Regij habeant iuriſdictionem ſpiritualem in Arcibus, & Caſtris priuatiuè quoad Epiſcopos? ibid.

An Clericus habens facultatem ſubdelegandi, ac procedendi contrà Eccleſiaſticos, eos viſitando, ac perquirendo in locis immunibus, occaſione fraudum, quas in gabellis committunt, poſſit ſubdelegare laicum, qui Eccleſiaſticos ipſos in carcerem conijciat? ibid.

An, & quatenus Eccleſiaſtici obligentur legibus, ac Statutis laicorum? 495.

An clauis capſulę, in qua Sanctiſſimum Corpus Chriſti in fer. V. in Cęna Domini ſeruatur, tradenda ſit laicis? ibid.

An bona donata prò erigendo Monaſterio Monialium, Hoſpitali, vel Societate Eccleſiaſtica, vel huiuſmodi alijs, ſint immunia à vectigalibus, alijſque oneribus laicalibus? 496.

Inter Ordinarios Eccleſiaſticos quis nam ſit cõpetens? An Ordinarius domicilij delinquentis, an verò loci commiſſi delicti? Et quid ratione contractus? Vbi ad rem alia in praxi tutiora. ibid.

An adminiſtratores tam Eccleſiaſtici, quam laici fabricæ cuiuſcumque Eccleſiæ, etiam Cathedralis, & quorumcumque piorum locorum deputati ab Vniuerſitatibus, teneantur reddere rationem adminiſtrationis ſoli Ordinario? Et quid de eorum viſitatione? Vbi ad rem alia. 497.

An in generali exemptione à iuriſdictione Ordinarij includatur exemptio à viſitatione? 499.

An, & quo pacto contrà Vniuerſitatem deueniri poſſit ad interdictum Eccleſiaſticum? ibid.

An diſpenſari poſſit cum Catholicis, eorumque familijs, vt in partibus Hęreticorum poſſint pecunia ſibi acquirere decimas Eccleſiaſticas ab ipſis hæreticis vſurpatas? ibid.

An Eccleſiaſtici poſſint aperire furnum in præiudicium Baronis, habentis ab immemorabili, & ex concordia cum illis inita, ius prohibendi ſubditis, nè alibi, quam in ſuo furno panem coquant? Et an impediens Eccleſiaſticos poſſit excommunicari? ibid.

An Clericus primæ tonſuræ deprehenſus à Curia ſæculari in flagranti crimine in habitu laicali, gaudeat priuilegio fori, ſi non inceſſerit in habitu, & tonſura, nec inſeruiuerit Eccleſiæ? Et

Quid de Clerico non beneficiato; ſolito tamen Eccleſiæ inſeruire, & in habitu, & tonſura incedere, ſi noctù, vel interdiu in habitu laicali deprehendatur cum armis, vel in alio flagranti crimine? Et

An Clericus non incedens in habitu, & tonſura vel alias non habens qualites *cap. 6. ſeſſ. 23. Conc. Trid.* ſicut amittit priuilegium fori, ità etiam priuilegium Canonis amittere cenſeatur? ibid.

Suppoſito Principis ſæcularis Edicto de armis non ferendis &c:

An Clerici ex Epiſcopi licentia poſſint arma deferre, ac retinere, itàut eiuſmodi licentia, non ab eodem Principe, ſed ab Epiſcopo tantum ſit eis concedenda? 501.

An Epiſcopi familia de ipſius Epiſcopi licentia impunè vti poſſit quouis armorum genere, perindè ac familia Principis ſæcularis? ibid.

An, & quibus in caſibus Clericus, non ſeruatis gradibus pœnarum *in cap. cum non ab homine de Iudic.* præſcriptis, ſit degradandus, & tradendus Curię ſęculari. 502.

De Presbyterio, ſiuè Choro, ad excluſionem ab eo Magiſtratus, aliorumque ſæcularium. 503.

An falſus calumniator in materia S. Officij ſit de hæreſi ſuſpenſus? An gaudeat immunitate Eccleſiæ, & an idem de teſtibus? ibid.

An ſęculares manutenendi ſint in iure ſedendi in ſuis ſedilibus poſitis in Eccleſijs? ibid.

Regularis degens extrà Clauſtra, ſi delinquat, à quo puniendus? ibid.

An concubitus Iudæi cum Chriſtiana, vel Chriſtiani cum Iudæa ſpectet ad S. Officium priuatiuè? Et an, dato, quod non pertineat ad S. Officium, illius cognitio ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, vel ad laicum, aut ad vtrumque pręuentiuè? ibid.

An Clericis concedenda ſit licentia exercendi agriculturam prò ſua, ſuorumque ſuſtentatione, ac retinendi Apum aluearia? Vbi aliqua de conductoribus bonorum Eccleſiæ, eorumque Immunitate à vectigalibus? ibid.

An tolerandæ ſint mulieres nuptæ meretrices, ac de remedio? 504.

An, & quatenus pignorationes, elargitiones, vulgò repreſalia indici poſſint? Et an contrà Clericos? ibid.

An pęna mortis comminata Clericis à Sacris Canonibus intelligatur de morte naturali, niſi addatur, præuia degradatione, Curiæ ſæculari traden.? 505.

An Baro, ſeù Princeps, qui habet nouas, & diuerſas Baronias in diuerſis Diœceſibus, ſiuè Principatui acceſſorias, ſiuè non prò quibus Barones fuerunt ſoliti ſoluere Regalias, teneantur prò dd. Baronijs Epiſcopis, in quorum Diœceſibus illas habent, Regalias ſoluere? ibidem.

An,

An, & quatenus Eremitę gaudeant priuilegio fori? Vbi de pluribus Eremitarum generibus, eorumque impoſturis? 506.

An examen teſtium prò informatione Curiæ receptum coram Iudice ſæculari, legitimari poſſit coram Iudice Eccleſiaſtico? Et quid verſa vice? ibid.

Et quid de incompetentia Iudicis ſæcularis impediti, qui ratione præiudicij ſuper Immunitate Eccleſiaſtica prius diſputandi, proceſſit ad legitimationem proceſſus? ibid.

Et quid de teſtibus examinatis coram Iudice laico contrà aliquem, qui poſteà iſti teſtes coram Iudice Eccleſiaſtico reuocarunt ſuum dictum, an ſcilicet poſſint torqueri, à quonam fuerint ſubornati, & in quo dicto perſiſtere velint? ibidem.

An Eccleſiaſtici poſſint licitè conficere vini ſtillari aquam ex vino, quod è ſuis vineis percipiunt; illamque ad plenum, ſiuè minutim vendere? 507.

An diebus in honorem Dei, & Sanctorum dicatis, præcipuè die Dominico, fieri poſſit executio bonorum prò viaticis Commiſſariorum, aliorumque, illaque eiſdem diebus vendere? 508.

An in bonis Eccleſiaſticis concordandum ſit cum hæreticis? ibid.

De armis Gentilitijs apponendis, ſiuè auferendis ab Eccleſia. ibid.

An Conſtitutio Vrbani VIII. ſuper Clericis inſignitis cum falſis dimiſſorijs ab alieno Epiſcopo, quod non gaudeant priuilegio fori, comprehendat etiam Militenſes? ibid.

An verè ſubſiſtat, quod omnia loca iuriſdictionalia poſſeſſa ab Eccleſijs in Regno Neapolitano, præſumenda ſint feuda? ibid.

An poſito, quod ſint feuda, & de iure verum ſit, quod in ſucceſſione cuiuslibet Prælati, debeat Regiæ Cameræ ſolui Releuium, & conſequenter eius loco dictum Quindennium? ibid.

Coram quo, Eccleſiaſticis diſſentientibus, & negantibus, ſe teneri ad illius præſtationem hæc controuerſia cognoſcenda ſit? ibid.

An conuentio Summorum Pontificum cum Proregibus Neapolitanis, vt ipſi exules, ſiuè bannitos poſſint hinc indè proſequi inter fines ſuę ditionis per decem millia paſſus, adhuc perduret? 509.

An, & quatenus articuli emiſſi à quodam Senatu de forma procedendi contrà Eccleſiaſticos in delictis atrocibus, quæ vocant priuilegiata, ſint contrà Immunitatem, libertatem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam? 510.

De oſculo Euangelij, de aſſiſtentia in Præsbyterio ſæcularibus deneganda, de vſu Baldachini. 512.

An, & quatenus cauſa Clerici committi poſſit Iudci ſæculari? ibid.

An extremi pauperes, & mendici poſſint Vrbibus excludi? Quid de indigenis pauperibus? ibidem.

Quiduè de Cingaris, & huiuſmodi furfuria hominibus? ibid.

Iudex ſæcularis, poſtquam deputauit per modum prouiſionis in ſuum Cancellarium in Cancellaria laicali Cancellarium foraneum Epiſcopi, præſentare fecit à ſuo Baliuo eidem Cancellario intimationem, in qua illum adſtringebat ad declarandum intrà terminum duorum dierum, vtram velit retinere, renunciando in ſcriptis illi, quam in poſterum nollet exercere. Quæritur:

An hoc ſit contrà Immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam? ibid.

An Miniſtri Cameræ Apoſtolicæ poſſint exequi contrà debitores d. Cameræ manu Regia, etiam ſi debitores ſint Officiales S. Officij ex illis, qui gaudent priuilegio fori, abſque exequatur Inquiſitoris? 513.

An furtum Pyxidis pertineat ad Sanctum Officium? ibid.

An Princeps ſæcularis promulgare poſſit Edictum ſub pœna mortis, vltrà pœnas Eccleſiaſticas contrà Incantatores, Sortilegos &c.? ibid.

Deturpantes, violantes &c. Sacras Imagines an debeant puniri à S. Officio priuatiuè quoad Iudices laicos? ibid.

An patentati, & exempti S. Officij gaudeant priuilegio fori? ibid.

An Reus, qui ſecum per vim ad Eccleſiam trahit Miniſtros Curiæ ſæcularis, gaudeat immunitate? ibid.

An Legati Sedis Apoſtolicæ poſſint in prima inſtantia in præiudicium Ordinariorum cognoſcere cauſas, in quibus intrat obligatio Cameralis? 514.

An Milites Catholici, qui deficiunt in regiones hæreticas ad exercitium Hæreticorum, & poſteà à Militibus Principis Catholici intercepti reducuntur ad Regiones Catholicas, & tunc quandòque confugiunt ad loca ſacra, gaudeant immunitate Eccleſiaſtica? ibid.

An Iudæus, qui blaſphemias hæreticales profert in Chriſtum, vel B. Virginem eius Matrem, confugiens ad Eccleſiam, gaudeat illius Immunitate? ibid.

An fratres Clericorum viuentes cum ipſis Clericis in communi, ac continui eorum familiares, & commenſales, nec non famuli ſint exempti à iuriſdictione fori laicalis? Vbi quid de Clericorum Concubinis, ac de laico delinquente cum Clerico? ibid.

An Monetarius, etiam Clericus, aut Religioſus ſiuè Regularis gaudeat Eccleſię immunitate? 515.

Et quid de ijs, qui de crimine monetę adulterinæ inſimulantur? Vbi

De pœnis in Monetarios varia, & quot modis delinquatur circà monetam? ibid.

De executione animalium Eccleſiaſticorum facta à Commiſſarijs, ſiuè Curia ſæculari, ac de cenſuris ob eis incurſis, deque ab illis abſolutione, ac quomodò abſoluendi, pręſertim in materia recurſus ad tribunalia laica. 517.

An

An homicida, qui confugiens ad Eccleſiam, ibique periculoſo morbo ęger, obtinuit à Iudiee ſęculaei generalem ſaluumconductum, ſiuè ſecuritatem pee Menſem, poſſit iam conualeſcens, Menſe nondum elapſo, comprehendi, & in careerea ſæcularea ab eo conijci? Vbi ad rem decreta Sac. Congreg. Immuniraris. 518.

Quale homicidium priuet Immunitate Eccleſiæ? ibid.

An, & quatenns in cauſis Immunitatis Eccleſiaſticæ prò delictia exceptis in Conſtitutione Gregoriana, ſit locus legitimationi proceſſus? 519.

An Reus extractus ab Eccleſia ob crimen non exceptum in Conſtitutione Gregorij XIV. de Immun. Eccleſ. & in carceres coniectus, ſi ab eis aufugiat, & deindè aliquod committat delictum, & comprehendatur à Curia ſæculari, reſtituendus ſit Eccleſiæ, à qua fuit extractus, illiuſque gaudeat Immunitate? 520.

An, vt mittatur ad inquirendum, præſertim in materia Eccleſiaſticæ Immunitatis, ſufficiant indicia? ibid.

Cui nam, & quo pacto incumbat onus probandi, comprehenſionem Rei factam eſſe in loco Immuni? Ee qui teſtea ſunt repellendi ad hunc effectum? 521.

An Reus exeractus ab Eccleſia, canquam hæreticua, vel ſuſpectus de hæreſi, iuſſu S. Officij Inquiſitionis, in quo expeditus, conſignatua deindè fuit à dicto Sancto Officio Curiæ A. C. Apoſtolicæ, vti Reus cuinſdam homicidij, reſtitnendua ſit Eccleſiæ, à qua fuit extractus, illiuſque immunitate gaudeat? ibid.

Quid requiritur, vt quis incurrat excommunicationem *Can. Bulla Cæna* contrà Inuadentes Ditionem, vel Terras Eccleſiæ? Vbi quid de mandante, ac de citatione requiſita prò validitate cenſurarnm? 522.

An filio Clerico ex eo; quod eius Pater laicua ſit excommunicatus, deneganda ſit audientia in Tribunalibus Eccleſiaſticia? ibid.

An filij Colonum Menſæ Epiſcopalis gaudeane priuilegio fori? Vbi alia de filijs quoad immunitatem Eccleſiaſticam ex decretis Sacræ Congregae. ibid.

De aliquibus cauſis commutandi aliquandò pęnas extractorum ab Eccleſia. ibid.

An committens horrendum, & nefandum crimen, etiam in Eccleſia gaudeat immunitate Eccleſiæ? Et quid in hac re obſeruandum? 523.

An Eccleſia, ſiuè Capella authoritate Epiſcopi erecta in eius Dięceſi, ex eo, quod in illa diuina audiunt, & percipiunt Milites ſtationarij Legatorum Sedis Apoſtolicæ, quorum ſumptibus conſtructa fuit, ità ſie exempta, vt viſitari non poſſit ab Epiſcopo authoritate Ordinaria? ibid.

An Princeps, vel eius Miniſtri inuenientes Eccleſiaſticos extrahentes è Regno pecuniam, frumentum, equos, & huiuſmodi alia contrà legem Principis, prohibentia ſub pęna commiſſi, poſſint ab illis hęc auferri abſque læſione libertatis Eccleſiaſticæ, & timore excommunicationis? Vbi plura de exemptione Clericorum. ibid.

Et quid in ditione Eccleſiaſtica, etiam quoad Epiſcopos? Vbi de poteſtate Theſaurarij Cam. Apoſtolicæ. Vbi: an Epiſcopi poſſint ſacroa interdicere Reges, eorumque Miniſtros, & Officiales? ibid.

Et an res huiuſmodi extractę ſint immunes à vectigalibus? ibid.

An qui dolo malo domum incenderit, gaudeat Eccleſiæ immunitate? 525.

Quid ſi incenderit Valuas Eccleſiæ, vel ipſam Eccleſiam? ibid.

Quidue ſi in Eccleſia hominem incenderit? ibid.

Vbi iterum, ſed ſtrictim contrà incendiarios. ibidem.

An, & quatenus homicida prodicorius priuetue immunitate Eccleſiæ? Vbi quodnam ſit homicidium prodicorium, & alia de proditionis crimine ad rem. ibid.

An, & quatenus ſtructura ſilicea, ſeù via ſilice ſtructa, vel murus ſeſſilis, ſiuè ambulatoriua circum Eccleſiam, vel Cubile Eccleſiæ, vel Oratorio adhærens, gaudeat immunitate? 526.

An Capitulum, & Clerus exempti ſint à vectigalibus? Vbi quid ſi interceſſerit concordia inter Clerum, & Vniuerſitatem? 527.

An permiſſum ſit Vniuerſitatibus minnere dacium, ac vectigal carnis, farinæ &c. illudque imponere, vt vulgò dicitur, *allo Scannaggio*? ibidem.

An à vectigalis ſolutione immunia ſint animalià propria Clericorum, ſiuè moriantur, vel mactentur extrà Ciuitatem, & deferantur ad illam, ſiuè mactentur in domibus Clericorum, vel extrà illas? ibid.

An bona, quæ perueniunt ad Clericos titulo donationis, emptionis, teneantur ſoluere collectaa, & alia onera, quibus illa obnoxia erant apud laicos? Vbi an Epiſcopus abſoluere poſſit lædentes immunitatem Eccleſiaſticam, ſaltem cum reincidentia? ibid.

De Clerico Coniugato delinquente à Curia ſæculari comprehenſo, ac reſumente habitum Clericalem poſt nouum delictum, & à Curia Eccleſiaſtica vindicato? Vbi

An cogi poſſit ab Epiſcopo ad ſuſcipiendos Sacros Ordines? 529.

An, & quatenus occidens, vel mutilana in Eccleſia, etiam ex aliquo temporis interuallo. gaudeat eius Immunitate? Et

An mandans homicidium, vel mutilationem in Eccleſia, gaudeat Eccleſiaſtica Immunit. Et

Quid ſi in vna Eccleſia occidat, vel mutilet, & in aliam Eccleſiam ſe recipiat? ibid.

An, & quatenus Clericus vulneratus à laico poſſit à Iudice laico examinari, & fieri recognitio Corporis delicti abſque incurſu Cenſurarum poſſitque Iudex laicus à Clerico doceri, ac in-

quirere contrà laicom offenſorem d.Clerici?Et quid de examine Clerici ad perpetuam rei memoriam, excepto à Notario laico coram Iudice laico? 530.

An, & quatenus Legati, & Nuncij Sedis Apoſtolicæ poſſint damnare ad pœnam capitalem eos laicos, qui gaudent fori priuilegio, vti ſunt ſubſtituti Fiſcalis Epiſcopi, filij Cancellarij Curiæ Epiſcopalis, & huiuſmodi alij ab Epiſcopo ad pœnam triremium iam damnatos? Vbi de ſclopi exploſione abſque vulnere, & quid ſi amoris cauſa ob zelotypiam diſploſus fuerit à minore? 531.

An Coloni Clericorum ligentur Edictis Principum de oon extrahendo res à Principatu, vel Regno, & extrahi impedienres incidant in cenſuras Eccleſiaſticas, atque adeò declarari poſſint excommunicati? 532.

Ao animalia Clericorum detineri poſſint per Iudicem laicum prò damno dato, donec illud extraindicialiter taxatum reficiatur Domino prædij, cui damnum illatum ſuit? ibid.

Anuè Affictuarius bonotum Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum tenearur ad vectigal, ſiuè pedagium, & guidagium prò fructibus, quos à dictis bonis colligit, ac vendit? ibid.

An, & quatenus famulus laicus, qui de mandato Clerici ſoi Domini damnum dediſſe in judicio ſeculari aſſeroit, expediendus ſit?, Et quomodò ipſe Clericus oooiinatus? 533.

Et quid de Clerico venditore, qui de euictiooe tenetur, ſi in iudicio laicali ſit laudatus; ab emptore ad defeodeodum rem venditam? ibidem.

Anuè, & quatenus Clericos denunciare, ac poſtulare poſſit de dsmno ſibi dato apud Iudicem ſecularem? ibid.

Quomodò ab Epiſcopo ſit vindicandus Clericus a lictoribus Curiæ ſecularis comprehenſus in flagranti crimine, in habitu laicali, qui illum tradiderunt Curiæ ſeculari, in qua erat inquiſitus? ibid.

Quid ſi Cenſuræ non ſint latæ ab Aſſeſſore Epiſcopi Vicarij, ſed ab ipſo Vicario? ibid.

An ille, qui in inſidijs potius ſecus viam publicam, & in eam exultans illac prætereuntem aduritur, nudatiſque armis timorem incutit ei, quem facilius prædaretur, & interficeret, vt minabatur, conuerſis in eum armis dicens: *Volo te occidere*, niſi fugiſſet adneotn viatorum, qui eius fratrem latroni ſuccurrentem inrefecerunt, cenſendus ſit publicus latro, itàut non gaudeat Immunitate Eccleſiaſtica? Vbi de publico latrone, & viarum graſſatore quoad eandem Immunitatem, vera ſententia? 534.

De quadam Coloniæ ſpecie in quibuſdam Italiæ regionibus quoad Immunitatem Eccleſiaſticam, an reuera ità ſit? 535.

An, & quatenus homicida extractus à viridario Monaſterij per Curiam ſecularem prætextu homicidij proditorij in amicum reconciliatum commiſſi, ac poſteà detentus ſub fideiuſſione, ſit loco immuni reſtituendus, ac fideiuſſio irritanda? ibid.

Ao Iure, meritòqoe Epiſcopus prò re temporali Eccleſiæ ſuæ, ſitæ in dominio Principis, non recognoſcentis Superiorem, & habentis priuilegium, vt viuat legibus ſuis, adire poſſit Summum Pontificem? Et ao feuda impropria ſint dicti Epiſcopi, eorumque collatio ad ipſum pertineat, an verò ad dictum Priocipem? 536.

An Clericus in ſacris conſtitutus reſtitueodus ſit Eccleſiæ, à qua fuit extractus, prætexru, quod proditoriè, atque ex ioſidijs ſuum ſocium itineris læthali vuloere ſauciauerit, ex quo ille obijt? ibid.

Quomodò probatur recurſus in cauſis Eccleſiaſticis ad Iudices laicos, vt incurrantur cenſuræ? De Regulari recurrente, an, & quatenus teneantur ad damna? Et quis? 537.

An laici conſanguinei, alijque viuentes io communi, ac prò indiuiſo cum Clericis, debeant gaudere illorom immunitate; an verò ſit demandanda diuiſio bonorum, vt cognoſcatur portio laici, vtque à ſuo Iudice compelli poſſit ad ſolutionem onerum, ac collectarum? ibidem.

Ao patrimonium Clerici debeat ſoluere onera laicalia prò ea parte, in qua excedit ſolitam quantitatem, conſtituendam iuxtà morem regionum? Et

An in domo Clerici fieri poſſit à Curia ſæcolari executio rerum laicorum? Et quid ſi fieret in odium Immunitatis, libertatis, ac iorisdictionis Eccleſiaſticæ, in domo eius conſaoguioeorum? ibidem.

An extractio delinquentis ab Eccleſia in caſibus exceptis, facta de licentia Vicarij foranei, cui Vicarius Generalis in abſentia Epiſcopi delegauerat facultatem in genere concedendi huiuſmodi licentiam, ſit valida, itàut nulla indigeat ſanatione Summi Pontificis? Vbi

Per quem Iudicem extractio fieri debeat? 538.

An, & quatenus Clericus, præcipuè coniugatus, priuatus habitu Clericali per ſententiam ſui Ordinarij, poſſit illum reſumere, & poſt illius reſumptionem declioare iuriſdictionem Iudicis ſecularis, & gaudere priuilegio fori, alijſque immunitatibus, & exemptionibus à iure, vel à conſuetudine huiuſmodi Clericis conceſſis, dummodò habeat omnia requiſita *cap. vn. de Cler. coniug. in 6.* innouati à Sacro Conc. Trid. adeò vt contrà ipſum geſta à d. Iudice ſint irrita, ac proindè ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum ſit remittendus? Vbi

Quid de Clericis, qui exercuerunt officia poblica, circà quod adeſt Epiſtola Sacræ Congregationis Epiſc. 538.

An cauſa ſuper validitate, vel inualiditate pact. appoſiti in contractu ceoſus, vt ſi per biennium vel triennium fructus ſoluti non fuerint à venditore cenſus, poſſit emptor repetere illius ſortem

tem principalem, ſit cognoſcenda coram Iudice Eccleſiaſtico, non verò coram Iudice laico? Vbi aliqua de quæſtione facti, & iuris, ac de poteſtate Eccleſiaſtica, & ciuili hac in re diſceptantur? 539.

An Clericus, qui à ſententia ſui Epiſcopi appellauit ad ſuum Archiepiſcopum coram perſonis laicis, incurrerit aliquam cenſuram? 540.

De Clerico coniugato incedente ſine habitu, & tonſura, & comprehenſo in habitu laicali à Curia ſæculari. Vbi cuinam competat diſcuſſio Clericatus, eiuſque habitus? ibid.

An, & quatenus ob nullitatem cenſurarum in materia immunitatis Eccleſiaſticæ, procedi poſſit ex integro? ibid.

An, & quatenus Eccleſiaſtici, tam ſæculares, quam Regulares teneantur contribuere ad ſumptus belli prò communi neceſſitate, vel vtilitate geſti, & prò qua portione? Et

An quandò Clericus in ſubſidium Ciuitatis cum conſenſu Apoſtolico, cęteriſque ſolemnitatibus tranſegerit cum ipſa Ciuitate, quod ſibi retineat partem ſuæ immunitatis à vectigalibus, poſſint ſucceſſores huiuſmodi tranſactionem impugnare? Et

An Clerici exteri, degentes in dicta Ciuitate, teneantur ſeruare huiuſmodi tranſactionem? ibidem.

An licitè, & quomodò Eccleſiaſtici, præter regalia, quę ijs occaſione Epiſcopatus, tanquam Principibus competunt, peculiares titulos Principatuum, Comitatuum, Baroniarum vſurpent? 141.

De aſſaſſinio quoad immunitatem Eccleſiaſticam, quibus modis, & à quibus committatur? Quomodò probetur? An, & quatenus redintegrationi immunitatis Eccleſiaſticæ, quis poſſit moram inijcere prætextu conſtructionis noui proceſſus, & de pęnis in Aſſaſſinos? ibid.

An Principi, ſiuè Vniuerſitati, vigore generalis Edicti ſæcularis, liceat abſque metu cenſurarum Epiſcopum, aliosque Eccleſiaſticos, venientes à locis morbo contagioſo infectis, vel ſuſpectis, impedire nè ingrediantur eorum Ciuitatem, ac Diœceſim, quæ libera eſt à contagione? Vbi aliqua de excommunicatione cautè ferenda, deque peſte nonnulla? 542.

De præcipuis probationibus Clericatus, eiuſque qualitate quoad priuilegium fori? 543.

An Vniuerſitates ſæculares transferre poſſint collectam impoſitam animalibus laicorum ad paſcua Ciuibus communia? Vbi aliqua de paſcuis? ibid.

An Regularis electus à ſua Religione, tanquam incorrigibilis, ſi committat delictum, gaudeat priuilegio fori Eccleſiaſtici? 544.

An, & quatenus ad validitatem cauſarum non ſufficiat prima citatio ad dicendum cauſam quare, &c. ſed requiratur noua monitio, ſiuè citatio ad ſententiam? Præſertim in materia Immunitatis? ibid.

Quid in delicto notorio: an ſcilicet in notorijs ordo iuris ſit ſeruandus? Et quid de ſententia? ibid.

Nunquid in notorio requiratur probatio, & quot teſtes requirantur ad illud probandum? Et

An ſententia ſuper notorio lata detur appellatio? Vbi Parerga nonnulla de appellatione in materia Immunitatis Eccleſiaſticæ ex decretis Sac. Congregationum?

An abſolutio Rei à crimine ſibi imputato à carceribus cum libertate dimiſſi, fieri debeat, poſtquam ipſe reſtitutus ſit eidem Eccleſiæ, de qua iniuſtè fuit extractus? Et

An verè extet indultum prò ditione Mediolanenſi, quod cauſæ omnes Eccleſiaſticæ, tam ciuiles, quam criminales in omni inſtantia committi debeant à Romana Curia Iudicibus eiuſdem ditionis, in beneficium, ac commodum litigantium? 545.

An inimicus, & quiſque alius extrahens ab Eccleſia inimicum, vel quemcumque alium vi ſua priuata, incidat in excommunicationem Conſtitutionis Gregor. & extractus ſit Eccleſię reſtituendus? ibid.

Quiduè de extracto, ſiuè egreſſo ab Eccleſia per metum? Vbi aliqua de Reo trahente ſecum per vim ad Eccleſiam Satellites? ibid.

An, & quatenus Epiſcopus poſſit declarare excommunicatum Equitem Hieroſolymitanum ex eo præcipuè, quod extractioni Rei ab Eccleſia Hieroſolymitana ſe oppoſuerit in caſibus exceptis à Gregoriana, eandemque Eccleſiam interdicto Eccleſiaſtico ſupponere? Et quid de Equite S. Iacobi, qui in loco publico Vicarium Generalem Epiſcopi in exercitio ſuæ iuriſdictionis verbis iniurioſis affecit. 546.

An Regulares, ac Moniales, ſaltem Ordinum Mendicantium teneantur ad ſolutionem ſubſidij triennalis? ibid.

An Epiſcopi teneantur ad collectam impoſitam prò reparatione aggeris fluminis publici? Et

An Coloni partiarij Eccleſię grauari poſſint à à laicis prò oneribus mixtis? Ibid.

An Reus comprehenſus à lictoribus, dum ab Eccleſia vnico tantum paſſu diſtabat, & vnum ex illis in eodem inſtanti traxerat ad ipſam Eccleſiam, à qua per vim fuit extractus, reſtituendus ſit eidem Eccleſiæ? ibid.

An cenſuræ latæ in materia Immunitatis Eccleclesiaſticę ſint irritæ ex eo, quod Iudex allegatus fuerit ſuſpectus? Quod excommunicatus eſſet infirmus, & ideò non poterat comparere? Quod in declaratoria nominatim non fuerit excommunicatus, ſed ſolum in cedulone? Quod in declaratoria facta fuerit mentio incurſus in excommunicationem Conſtit. Gregor. XIV. de Immun. Eccleſ. in qua caſus excommunicationis iam latæ non eſt comprehenſus? Et quod excommunicatus ſit exemptus, tanquam ſubcollector Nuncij Apoſtolici? 547.

An auferens Galerum è capite Epiſcopi, & in terram proijciens, &c. incidat in pęnam *Can. ſi quis ſuadente 17. &c.* ibid.

Digitized by Google

An extractus ab Eccleſia per Iudicem laicum ob crimen non exceptum, & carceribus mancipatus, à quibus ſuit dimiſſus, cum cautione de ſe repreſentando, iterumque poſteà comprehenſus à Curia Eccleſiaſtica, & in carcerea coniectus, gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica? ibid.

An attenta neceſſitate libelli, Coloni, penſionarij, conductores, cenſuarij, ac inquilini Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum compelli poſſint ad ſolutionem eorum, quæ tangant dictorum Colonorum perſonas, eorumque colonicam portionem, non obſtante immunitate eis conceſſa per priuilegium Regum, vel Principum? 548.

An, & quo iure violetur Immunitas Eccleſiaſtica per violentam extractionem rerum ab Eccleſijs, & locis immunibus? Et quęnam pœna incurratur? ibid.

An, & quatenus lędatur immunitas, & libertas Eccleſiaſtica in comprehenſione operariorum panis, aliarumque rerum facta à Iudice, & Fiſco laico in domo annexa ſub eodem tecto, ac ſtillicidio Eccleſię, pręſertim ruralis? 549.

An Immunitas Eccleſiaſtica ſit de Iure Diuino? 550.

An Principibus laicis competat Imperium aliquod circà ſacra? ibid.

An, & quatenus Imperium, & functio, cui imperatur, differant viciſſim? 552.

Quouſque conueniant ſacra, & profana quoad ius imperandi? ibid.

De iudicio circa ſacra? 553.

Statuitur, nulli Principi, aut Magiſtratui ſæculari competere in ſua ditione primatum Eccleſię, nec eius inſtituendi Miniſtros Eccleſiaſticos, ſicut nec populo? ibid.

An, & quatenus Imperatores in approbandis Pontificibus Romanis ius habuerint? Et quomodo vice verſa Pontifices Cęſarum confirmandorum, reijciendorumque authoritatem habeant? Vbi ad rem multa, præſertim de inueſtituris Eccleſiaſticis? 555.

An, & quatenus ſit licita defenſio? An armis poſſit defendi Religio? Sitque bellum Chriſtianis licitum? Illudque gerere poſſint contrà Turcas? Et Hęreticos propter ſolam hęreſim? Et an, & quatenus bellum licitum ſit? 558.

An Satellites præoccupantes, ſiuè obſidentes portam Eccleſiæ, nè quis ad eam confugiat, pròque faciliori confugientium carceratione, incurrant cenſuras contrà lędentes immunitatem Eccleſiæ? ibid.

An priuilegio Apoſtolico habenti decretum irritans, & clauſulam ſublata, vt Rector Vniuerſitatis teneatur quolibet triennio ſtare Syndicatui, derogari poſſit per non vſum? ibid.

An Bulla Baronum comprehendat ceſſionem translatiuam? Et

An huiuſmodi ceſſio translatiua ſit alienatio, quam Eccleſia, vel locus pius facere non poteſt abſque beneplacito Apoſtolico? Et

Quid de regreſſu ad primeua iura? 559.

An Eccleſiaſtici ſequeſtrare poſſint per Curiam Eccleſiaſticam pretium bonorum, quæ iam fuerant ſubhaſtata per ſententiam Curię ſecularis? ibid.

An recedendum ſit à decreto Sacrarum Congregationum Immun. Eccleſ. Conc. Epiſc. quę ſæpius firmarunt, Colonos, & Cuſtodes Eccleſiaſticorum damnum dantes in bonis laicorum cum animalibus corundem Eccleſiaſticorum, conueniendos eſſe coram Iudice Eccleſiaſtico, & propterea cognitionem huiuſmodi cauſarum ſpectare ad Ordinarium? ibid.

An ſicuti reducta ſunt delicta, quę non gaudent Immunitate Eccleſiarum, ita quoque reduci poſſint Eccleſię, quę Immunitatis priuilegio non gaudeant? Vbi de numero Ciuitatum refugij in Regno Iſraelytico, & an Templum Salomonis, ſiuè Iudæorum gaudebat hoc priuilegio? Vbi etiam de cauſis multitudinis Templorum apud Chriſtianos? 560.

De iure acquirendi ſedilia in Eccleſia? 561.

De adminiſtratione Legatorum, ſiuè Oratorum Regum, Principum, eorumque immunitate, impunitateque? ibid.

An, & quatenus electio ad Dignitates Eccleſiaſticas per abuſum ſæcularis poteſtatis irrita, infectaque ſit? Quid de electione ad beneficia, & de ea obtinente, vel conferente, ac de eorum pœnis, & an electio ſit irrita, ſi fiat hebdomadę maiori? 562.

An, & quatenus Ciuitas, Baro, alijque ſæcula. manutenendi ſint in vſu, ac retentione duarum ex quatuor clauibus Arcę, in qua ſitum eſt Corpus alicuius Sancti? ibid.

Quid de manutentione aperiendi, & claudendi eandem Arcam ad libitum, & expoliri faciendi Corpus à Capellano Magiſtratus, ſuperpelliceo, ac ſtola induto, eodem Magiſtratu præſente, cum facultate illud liberè oſtendendi, &c.? ibid.

Quidue de manutentione in quaſi poſſeſſione eligendi officialem, qui die feſtiuitatis eiuſdem Sancti aſſiſtat, eique tradantur claues Eccleſię, pręſertim Regularium, in qua requieſcit idem Corpus? ibid.

Quid deniquè de manutentione oblationum, & eleemoſynarum, quæ fiunt dictę Eccleſię occaſione dicti Corporis? ibid.

An, & quatenus claues Sacrę Imaginis, &c. in Eccleſia conceſſa ſęcularibus à Summo Pontifice retineri poſſint à Magiſtratu ſęculari? 563.

Quęnam probationes requirantur ad probandum recurſum Regularis ad Iudices laicos? Vbi effata? ibid.

An, & quatenus de rebus Eccleſię, etiam Regularis fieri poſſit compromiſſum, ac eligi in arbitrum Princeps ſæcularis, & an ſit approbandum, & ſuſtineri valeat? ibid.

An, & quatenus facienda ſit à Curia Romana remiſſio cauſarum, etiam Regularium ad Iu-

dices Regni Franciæ, vt ab ijs definiantur? ibidem.
An conductores bonorum Eccleſiæ, vel Clericorum prò bonis conductis gaudeant Immunitate à vectigalibus, &c.? ibid.
Et quid de Colonis? ibid.
De Imperatoris, Regum, ac Principum officio in protegendo Romanam Eccleſiam, Sed m Apoſtolicam, eiuſque immunitatem, libertatem, ac Iuriſdictionem? 564.
Alia de Immunitate. Vide de Nuncijs, ac de negotijs illicitis.

DE INDVLGENTIIS.

De Indulgentijs celebrantis Miſſas de feſto occurrenti in Altari priuilegiato. 565.
An Epiſcopus, confirmando Conſtitutiones ſuorum Prædeceſſorum de 40. diebus Indulgentiarum, poſſit addere alios 40. dies? ibid.
An Indulgentiæ omnes, in quibus porriguntur manus adiutrices, ſint reuocatæ? ibid.
An honorantes Deiparam ſalutatione Angelica ad horarum ictus, verè mille dierum indulgentias lucrentur? Et
An ad Campanæ pulſum meridianum, & veſpertinum ſit neceſſariò orandum, ità vt ad huiuſmodi preces iure quiſque cogi poſſit? ibid.
An Indulgentiæ Societatis Corrigiarorum S. Monicæ a Sum. Pontificibus conceſſæ, & à Paulo V. reuocatæ, ſint poſteà reſtitutæ? 566.
Quomodò proſpiciendum ſit cõſcientijs aliquorum, qui vſi fuerunt facultatibus Bullæ Cruciatæ, vel alterius Indulgentiæ nullæ ex defectu voluntatis Sum. Pontificis, illam concedentis, ob non adimpletas aliquas conditiones? ib.
An Regulares proponentes in ſuis Eccleſijs populo lucrandas Indulgentias falſas &c. poſſint ab Epiſcopo loci puniri? Et quatenus affirmatiuè, qua pœna? 567.

DE INCENDIIS, ET INCENDIARIIS.

Quibus modis incendia contingere ſoleant? Vbi de hac re plura. 567.
An, qui dolo malo domum incenderit, gaudeat Eccleſiæ Immunitate? Quid ſi incenderit Valuas Eccleſiæ, vel ipſam Eccleſiam? Quidue ſi in Eccleſia hominem incenderit? Vbi iterum de pœnis contrà Incendiarios. 569.
DE INTERDICTO. Vide de Cenſuris.

DE IRREGVLARITATE.

An promotus litteris dimiſſorialibus Metropolitani ſit irregularis, & à quo diſpenſabilis? 569.
An Clericus habita licentia ab Ordinario quærelandi malefactores in foro laicali, citrà pœnam ſanguinis, ſi quærelat, & indicia ad probationes ſubminiſtret ad probandum delictum, incurrat irregularitatem, ſequuta mutilatione delinquentis quærelati? ibid.
An Clericus prò delicto in perſonam coniunctam commiſſo, habens licentiam ab Ordinario quærelandi, ſi non quærelet, ſed tantummodò proſequatur accuſationem, & ſubminiſtret indicia in foro laicali, inſiſtendo prò punitione, incidat in irregularitatem, ſequuta mutilatione? ibid.
Aliqua de Irregularitate. Vide de Penſionibus *tom. 2. Conſult. 2.* præcipuè *à num. 4. & ſeqq.*
Quomodò ſe gerere debeat Miſſionarius, quandò ob euidens periculum vitæ alterius patientis neceſſarium eſſet aliquam ex præcipuis Corporis partibus incidere, nè incurrat irregularitatem, vt in caſu poſito? 570.
Cum vnus ex dictis Miſſionarijs ad præſentandum brachium, & vitam cuiuſdam in digito vulnerati, Ipſum digitum indigerit, an incurrerit irregularitatem? ibid.
De Clerico minori obtinente per reſignationem cum penſione Parochialem Eccleſiam, mediante exhibitione falſæ fidei baptiſmatis, & ſucceſſiuè eadem fide mediante, promoto vigore Breuis Apoſtolici extra tempora ad Ordines Sacros, in quibus miniſtrauit, & curam animarum exercuit. Quoad irregularitatem incurſam, ibid.
De poteſtate Epiſcopi diſpenſandi ſuper irregularitate. ibid.
An Clericus, qui de homicidio inquiſitus, indicia torturæ diluit, durante nihilominus communi exiſtimatione populi, illum pro homicida reputantis, cenſendus ſit irregularis, ità vt promoueri nequeat? ibid.
An decretum Conc. Trid. *cap. 7. ſeſſ. 14. de refor.* inducat nouam irregularitatem, itàut etiam ille, qui dat operam rei licitæ, & omnem adhibet diligentiam, nè ſequatur homicidium, ſi deindè ſequatur, incurrat irregularitatem? Vbi de homicidio cum propulſatione iniuriæ moderata. 571.
An obſtet irregularitas illi, qui putans ſe illegitimum, cũ non ſit, diſpenſationem obtinuit ad Sacros Ordines ſuſcipiendos, legitimitate inſpecta, petit ad Sac. Ordines, & Canonicatum in Cathedrali promoueri? 572.
An Sacerdos, qui pluries in die celebrat ob quæſtum, ſit verè, ac propriè Simoniacus? An incurrat pœnas contrà Simoniacos illatas? An ex criminis notorietate, & ex ſententia condemnatoria efficiatur irregularis? Et quatenus affirmatiuè, an cum eo diſpenſare poſſit Epiſcopus? An diſpenſatio ſit ei concedenda a Sac. Congregatione Conc.? 573.
Quis nam declarare debeat, vel poſſit, num occidens, vel mutilans, defendendo vitam ſuam, indigeat diſpenſatione ab irregularitate, Sedes nè Apoſtolica, an verò Ordinarius? ibid.
An ſit irregularis quidam Iudæus conuerſus, vt in caſu poſito? ibid.
An Pharmacopola laicus ſit irregularis, adeò vt

vt

Digitized by Google

vt non poſſit nequidem ad ptimam tonſuram promoueri? Et
An Irregularitas impediat ſuſceptionem etiam primæ tonſuræ? ibid.
An leuiret rixans cum Clerico incurrerit Irregularitatem, dum eius frater videns caſu à longè fratrem rixantem, currens ad ei ſuccurrendum Cleticum occiderit? Vbi quid ſi rixa fuerit facto animo occidendi, fuitque cauſa phiſica, vel moralis, leuiterque primus vulneraſſet, ac rixa eſſet illicita? Vbi de homicidio caſuali &c. 574.

DE IVDÆIS, SIVE HÆBREIS.

Vtrum Iudæus recens bsptizatus, & ad Chriſtianiſmum conuerſus, pet conuerſionem, & pęnitentiam illam ab anterioribus, & priſtinis delictis in Iudaiſmo perpetratis, etiam in foro ſæculati, quoad pœnam corporalem rectè excuſetur, & impunitatem conſequatur? 575.
De iuriſdictione Domini Cardinalis Protectoris Cathecumenorum in ipſos Carhecumenos delinquentes. 676.
Multa de Iudęis quoad Baptiſmum, Matrimonia, commercium cum Chriſtianis, rituum, &c. ibid.
An, & quo pacto Iudæis à Sum. Pontifice, aliiſque Principibus ſęnerandi poteſtas ex cauſa publicè fieri poſſit? An Summus Pontifex Iudæis Chriſtianotum Religionem ſuſcipientibus poſſit vſuras condonare, ac vniuerſim ſtatuere, quod reſtituant partem tantummodò ex vſuris? ibid.
Quo iure prohibitum ſit Iudæis conducere vectigalia Principis ſæcularis, illaque per ſtipſos exercere? Vel etiam conducere bona Principis ſęcularis, vel priuatorum? An eædem prohibita ſint Iudæis ex Conſtitutionibus Pontificijs? Et an ijdem, ſiuè alij Infideles præfici poſſint Chriſtianis? ibid.
An liceat baptizare filios Iudæorum extrà periculum mortis, quamuis eorum parentes conſentiant ad alium finem temporalem, vt in caſu poſito? Quid in periculo mortis? Quid de adultis? 579.
An iuſtè Iudæi à Chriſtianis recipiantur, vel potius expellendi ſint? Vbi de ipſorum Kabala, Thalmude, impieratibus, blaſphemijs, conuerſione ad fidem, aliiſque. ibid.
De conuerſione Hębreorum, cuiuſque difficultatibus. 580.
An concubitus Iudæi cum Chriſtiana, vel è contrà, ſpectet ad Sanctum Officium priuatiuè? Et
An, data negatiua, illius cognitio ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, vel ad laicum, aut ad vtrumque præuentiuè? 581.
An deturpantes, violantes, &c. Sacras Imagines, puniri debeat priuatiuè quoad Iudices laicos in S. Officio? Vbi quid de Iudæis hoc ipſum committentibus? 582.
De quodam Iudæo coniugato, captiuo, conuerſo, ordinato ad Sacros Ordines, relapſo &c. vt in caſu poſito quoad Matrimonium, quoad Ordinis exercitium, quoad cenſuras, irregularitates &c. ibid.
An ex libello repudij fuerit diſſolutum Matrimonium Iudæi non conſumatum, vt in caſu poſito? 584.
Qnid requiratur ad effectum diſſoluendi dictum Matrimonium? ibid.
An dos, eiuſque augmentum reſtitui debeat Viro Iudęo ad fidem Chriſtianam conuerſo, Vxore in Iudaiſmo permanente? ibid.
An, & quatenus Iudæi ſint, vel eſſe poſſint Chriſtianorum ſerui? Vbi de eorum ſuppreſſione; Quid de deſcendentibus à Chriſtianis nouis captiuis à triremibus? Quidue de Apoſtatis pyraticam exercentibus? 585.
An Iudęus, qui blaſphemias hæreticales profert in Chriſtum, vel B.Virginem eius Matrem, confugiens ad Eccleſiam, gaudeat illius Immunitate? Vbi effata de Blaſphemis, & blaſphemijs. 586.
An Iudęus conſequi poſſit gradum Doctoratus, ſaltem in Medicina. ibid.

DE IVDICIBVS, ET IVDICIIS.

An auocationum, & ſententiarum iuſtitia diſcutienda ſit cum Partibus, quarum principaliter intereſt ſuos recurſus, & ſententias à ſe voluntas defendere, an verò cum Iudicibus. 586.
De Iuriſdictione Eminentiſſimi Cardinalis Protectoris Carhecumenorum in ipſos Cathecumenos. ibid.
An Monachi Caſinenſes, alijque iuriſdictionem ſpiritualem per ſeipſos, temporalem verò per Iudices deputatos adminiſtrare poſſint? ibid.
An Regulares, qui obtinuerunt a Papa Breue directum Epiſcopo prò alienatione bonorum, eiuſque firmata iuriſdictione &c. poſſint etiam vigore cuiuſcumque facultatis hoc iudicium omittere, & aliud inire &c.? ibid.
An, dum Epiſcopus eſt in poſſeſſione iuriſdictionis in Clerum, & populum alicuius loci, cuius exemptio controuertitur, poſſit punire nedum cenſuris Eccleſiaſticis, ſed etiam carceribus, prætenſos exemptos, de facto Epiſcopum in ſua iuriſdictione turbantes? Et ad quem Iudicem pertineat cognitio huius cauſæ, aliarumque huiuſmodi, an ad Sac. Cong. Epiſc. an Conc. an verò ad Sac. Rotam? 587.
An denunciatio prò accuſatione, & denunciato. prò accuſatore habendus. ibid.
An denuncians cogi poſſit ad crimen delatum habendum, & in iudicio contrà delatum procedendum? ibid.
Si denuncians non probat delictum delatum, an, & qua pœna affici debeat? ibid.
Quando Iudex arbitrium ſuum formabit in puniendo falſum accuſatorem, falſumque denunciatorem? ibid.

Alia

Alia de Iudicibus, & Iuriſdictione. Vide de Immunitate.

DE IVRAMENTO.

An ſubditus Domini temporalis Iudicem Eccleſiaſticum adire poſſit, vt à iuramento in contractu pręſtito abſoluatur, & abſolutione obtenta, petat reſcindi contractum, in iuriſdictionis ſui Domini præiudicium, qua eſt inueſtitus? Vbi de poteſtate Principis ſæcularis irritante contractum iuratum. 587.
An liceat iurare per Sanctos? Et
An rectè per, & ad Sancta Euangelia iuretur? 588.
An donator incidat in reatum periurij, contrauenìens promiſſioni in caſu, de quo agimus? 589.

DE IVREPATRONATVS.

An Eccleſia Parochialis de Iurepatronatus prò duabus partibus laicorum, & prò vna Eccleſiaſticorum, ſit prouidenda de Rectore per examen concurſus? 590.
An prò authenticis ſcripturis intelligantur tantummodò publica, & authentica Inſtrumenta; Non autem ſimplices *litterę* patentes Baronum, ſeu *Vniuerſitatum* ad Iuſpatronatus preſentantium? ibid.
An donator Iuriſpatronatus incidat in reatum periurij, contrauenìendo donationi, vt in caſu poſito? ibid.
Multa neceſſaria de Iurepatronatus. ibid.
An conſuetudo, vt primo loco nominatus, à Patronis ad Parochialem Eccleſiam de Iurepatronatus, inſtituatur abſolutè ſine concurſu, & ſecundo loco nominatus intret ſolum in caſu defectus primi, ſit valida, & ſeruanda? ibid.
An ſcriptura priuata, cui fides adhibetur, veniat nomine ſcripturæ authenticę à Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de refor.* prò Iuriſpatronatus probatione requiſita? Vbi ad rem nonnulla. 591.
De Ambitu in electionibus Eccleſiaſticis, etiam Iuriſpatronatus. Vide de Vicario *tom.* 9. *Conſult.* 125. præſertim *num.* 26. *& ſeqq.*

DE LAGATIS APOSTOLICIS, ET REGIIS; SIVE ORATORIBVS.

Quoad Immunitatem. Vide de Immun. præcipuè *tom.* 1. *Conſult.* 111. *& tom.* 9. *Conſult.* 184. pag. 593.
Quoad eorum electionem per ambitum procuratam. Vide de Vicario *tom.* 9. *Conſult.* 125. *num.* 23. ibid.
De aliquibus iuriſdictionibus Legatorum in Regulares. Vide de Regularibus *tom.* 10. *Conſult.* 10. ibid.

COM-

Digitized by Google

COMPENDIVM ET INDEX AD CONSVLTATIONES CANONICAS D. IACOBI PIGNATELLI.

DE ABBATE.

An Abbas Regularis non benedictus poſſit ſuis Subditis Ordines conferre? Tom. 1. Conſult. 364.

AFFIRMATIVE, quatenus habeat priuilegium. Ita cenſuit Sacr. Congreg.Concil. in vna *Panormitana* 16. Martij 1647. *ad cap.*10. *ſeſſ.*23. *de reform.*

Inſuper tom. 4. Conſult. 158. habetur, quod de iure communi non poſſunt per text. *in cap. contingat de ætat. & qualit. & cap.*1. *de ſupplen. neglig. Præl.* Gloſ. & Canoniſtæ communiter. At ex priuilegio poſſunt, vt ex priuilegio Eugenij IV. Congregat.Caſinenſi.Iulij II. Congreg. Valliſumbroſæ, à quo ad alios Abbates ſunt communicata.

An Ordines minores per huiuſmodi Abbatem collati ſint inualidi? tom.1. Conſult.365.

REſp. Abbatem habentem priuilegium non poſſe conferre primam tonſuram, & Ordines minores, niſi ſuis ſubditis Regularibus, non autem alijs. Sac.Congreg.Conc.in eadem *Panormitana* 19. Martij 1647. Et tom.4. Conſult.158. Azor. pariter negat *inſtit. moral. par.*1. *lib.*12.*cap.*20.*quæſt.*7. Quarant.*in ſumm. Bull.* 5. *ordo, verſ. Abbatibus*, Bonac.ac alij; De licentia tamen, & cum Dimiſſorijs Ordinariorum, & ſuorum ſuperiorum poſſe. Tambur. *num.*4. *de iur.Abb.diſp.quæſt.*3.*in princ.tom.*2.

An d. Abbas conferens Ordines minores non ſubditis in loco exempto, in Diœceſi Epiſcopi, poſſit ab eodem Epiſcopo puniri? tom.1. Conſul.367.

REſp. poſſe puniri juxtà præſcriptum Sacr. Congr.Conc. in d. *Panormitana* eadem die 16.Martij 1647. Ita etiam deciſum ab eadem Sacr. Congreg.13. Nouemb.1641. inhærendo deciſioni Rotæ Rom.ſub die 27. *April.* 1582. corā Seraph.de ordine Clem. VIII.factæ, cenſuit, improbata opinione contraria, Abbates regu-

lares Benedictinos cuiuſcumq; Congregationis, vel Ordinis, aut Inſtituti, habentes iura Epiſcopalia, vſumque Mitræ, & Baculi, & benedicendi, ac facultatem primam tonſuram, & minores ordines conferendi, non poſſe dictam tonſuram, vel minores ordines, niſi ſuis ſubditis Regularibus conferre, non autem Regularibus alterius Congregationis, Ordinis, aut Inſtituti; Et etiam ſi habeant litteras dimiſſorias ſuperiorum ſuorum Regularium, & conſenſum Ordinariorum. Et multò minus perſonis ſæcularibus, etiam habentibus litteras dimiſſorias à ſuis Ordinarijs. Ac propterea inhibet omnibus Ordinarijs, nè audeant in futurum dictas litteras concedere, & Abbatibus ne recipiant. Quod ſi ſecus, tam concedentes, quam ordinantes à collatione ordinum ſuſpenſi remaneant, præter alias pœnas eidem Sac. Congreg. reſeruatas. Quam declarationem Vrb. VIII. die 17. Ian. 1642. approbauit.

Et vide tom. 4. Conſult. 158. vbi habetur, quod hodie nullo modo huiuſmodi Abbatea excuſari poſſunt ob decretum Sac. Congreg. Conc. publicatum ſub die 23. Nouembr. 1641. Nec obſtat declaratio adducta à Fagn. & Tambur. quia loquitur de Abbatibus benedictis, non autem de non benedictis.

Ordinaris autem (ſequitur in d. 1. tn.) pœnam non impoſuit ſuſpenſionis: quia ſupponitur talis ordinatio eſſentialiter nulla; vnde non ſunt ſuſpendendi ab ordinibus nunquam ſuſceptis; ſunt autem pro exceſsus qualitate arbitrio Iudicis puniendi.

Nec obſtat, quod aliquando Sac. Congreg. facto verbo cum Sãctiſſimo rehabilitauerit eiuſmodi promotos, abſque reiteratione ordinationis: quia tunc non erat reprobata contraria opinio; & per conſequens Eccleſia extendendo priuilegium, ſupplebat iuriſdictionem.

Hodie verò eadem eſt ratio de Abbatibus regularibus, ac de Prælatis ſæcularibus, qui non ſunt Epiſcopi conſecrati; ſi enim non ſunt conſecrati Epiſcopi, & conferunt ordinea, etiam minores, ordinatio nulla eſt, quolibet priuilegio non obſtante.

Idem eſt de Dimiſſorijs ex Trid. *ſeſſ. 23. cap. 10.* & reſoluit Sac. Congreg. in vna *Nullius* 1598. & in vna *Grauinen.* 26. Aug. 1616.

Rurſus die 4. April. 1637. eadem Sac. Congreg. Conc. cenſuit, ordinatos ab Abbate titulari *Montis Regalis* in Sicilia, tam ſæculares, quam Regulares, eſse iterum ordinandos: quia ordines fuerunt nulliter collati ex defectu poteſtatis, tam reſpectu ordinum ſacrorum, quam minorum.

Et die 5. April. 1636. quod Abbas, finito officio, non poteſt conferre ordinea minores, licet ſit Procurator Generalis in Curia; negatio enim præpoſita verbo *poteſt*, cum ſit negatio potentiæ, reddit actum de iure nullum. Bonac. *de Sacram. diſp. 5. q. 7. pun. 4. n. 7.*

His tamen non obſtantibus Sac. Congreg. Conc. die 26. Iun. 1655. declarauit, ſic ordinatos ab huiuſmodi Abbatibus non eſse iterum ordinandos, ſed tantum à Sanctiſſimo rehabilitationem obtinendam.

An Abbas Nullius exercens iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in locis ſibi ſubiectis, poſſit in eiſdem locis propria auctoritate pontificalia exercere? tom. 1. Conſult. 369.

Affirmatiuè ad formam priuilegiorum Benedictinorum, & non communicantium. Sac. Congreg. Conc. in vna *Papien.* 5. Iun. 1651. *ad cap. 5. ſeſſ. 6. de ref.*

An d. Abbas poſſit examinare teſtes pro probando ſtatu ſuorum ſubditorum matrimonia contrahere volentium cum cæteris? Et atteſtatio debeat ab Ordinario admitti? tom. 1. Conſul. 370.

Affirmatiuè. Ita cenſuit S. Cong. Conc. in eadem *Papien.* eadem die *ad cap. 1. ſeſſ. 24. de reform. matrim.* Nam facultas illa pertinet ad Ordinarium loci; vnde non ſolum Epiſcopus, ſed quicunque alius, qui in locis exemptis habet iuriſdictionem ordinariam, venit nomine Ordinarij. *Zabarel. in Clem. quia regulares n. 11. de ſupplen. neglig. Præl. Abb. in cap. vt formam n. 6. de ſent. excom.* Dec. *conſ.* 121. Bellar. *conſ.* 30. Pariſ. *lib. 3. de reſign. q. 11.* ac alij; & ideò poteſt ea aſſequi, quæ Ordinarijs committuntur.

An Clerici, & Sacerdotes ſubiecti iuriſdictioni Abbatum, qui ſunt intra Diœceſes Ordinariorum, teneantur obſeruare conſtitutiones Synodales earundem Diœceſum, adeò vt puniri poſſint, nec dicti Abbates, ſeu eorum Vicarij facere poſſint edicta aduerſantia dictis Conſtitutionibus? to. 1. Conſul. 277.

Affirmatiuè, nec poſse facere edicta contraria. S. Cong. Conc. in vna *Burgi S. Sepulchri* die 15. Decemb. 1646. ad *cap. 2. ſeſſ. 24. de ref.* Quia ſunt de Diœceſi.

An liceat Abbati erigere baldachinum, ac celebrare Pontificalia, & Miſſam ſolemnem in ſua Eccleſia in feſto Sancti Titularis Eccleſiæ, Capitulo Cathedralis præſente? tom. 3. Conſult. 12.

Affirmatiuè. Quoad baldachinum certiſſimũ eſt, Abbates Congregat. Caſinatis poſse illud erigere in tribus anni feſtiuitatibus ex declaratione Sac. Rit. Congreg. anno 1628. confirmata, de qua Bulla *Caſinenſe Conſtitutio* 230. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 17. n. 59.* Nouar. Tambur. Donat. Paſqualig. ad Lauret. de Franch. *q. 4 n. 390.* & alij.

Nec facit, quod dies Sancti Titularis non ſit dies feſtus: quia dies feſtus, de quo in dicta declaratione, non intelligitur dies feſtus de præcepto,

Digitized by Google

cepto, ſed dies in ordine ad Eccleſiam, vbi celebratur, ſit feſtus; Nullus autem dies feſtus ſolemnior eſt, quam feſtus Sancti Titularis Eccleſiæ, Gauan. *in rub. Breuiar. ſect. 3. cap. 12.* Caſtald. *in prax. cærem. lib. 3. ſect. 1. n. 3. & lib. 2. ſect. 5. cap. 1. n. 9.* Non autem intelligitur de tribus diebus feſtiuis præciſis, ſed de tribus vicibus, Gauan. *in man. Epiſc. v. Abbates n. 6.* & Paſqual. *loc. cit.*

Nec obſtat, quod ſicuti non licet Abbati baldachinum erigere præſente Epiſcopo, ita etiam præſente Capitulo: nam priuilegium Epiſcopi eſt perſonale ob dignitatem Epiſcopalem, ideòque non debet extendi ad Capitulum.

Deindè dubitari multum poteſt: an Abbas præſente Epiſcopo poſſit retinere baldachinum erectum, cum ſatis videatur ſatisfactum decreto Apoſtolico de hac re edito die 10. Maij 1630. Et ideò, ſi accedente Epiſcòpo vna cum Capitulo, vel vt celebret ſolemniter, vel vt interſit primis Veſperis, & Miſsæ ſolemni in dicta Eccleſia in die feſto dicti Sancti Titularis, Abbas non erigit baldachinum, id facit ex vrbanitate, & in honorem dignitatis Epiſcopalis. Et ille honor, qui debetur Epiſcopo adeò illius oſſibus hæret, vt tranſire nequeat ad alium. Ideòque reſolutum fuit à Sac. Congreg. Rit. in vna *Caſinenſi* 10. Iun. 1621. non poſse Vicarium *Epiſcopi*, *ipſo* abſente, erigere baldachinum in Eccleſijs Monaſteriorum Congregationis Caſinenſium. Nouar. *loc. cit. n. 7.* Barboſ. *collect. 53. n. 6.* Et in ſpecie, quod priuilegia, quæ competunt Epiſcopo, non communicentur Capitulo, niſi quando intereſt cum eodem Epiſcopo ad eius perſonam integrandam probat Fances *de Cathedral. cap. 30. n. 30.* Quia tunc Capitulum cenſetur pars corporis Epiſcopi, quando incedit cum ſuo capite, ſecus ſi ſolus incedit.

Quo verò ad Veſperas, & Miſſam ſolemnem, non eſt illicitum Abbati ſeorſim à Capitulo, & poſtquam ipſum receſſit, canere primas Veſperas, & Miſsam ſolemnem cum pontificalibus, cum in rubricis minimè prohibita repetatur dicta reiteratio, nec vllam repugnantiam inuoluat: nam aliquandò præcipitur celebratio duarum Miſsarum. Gauan. *ad rub. Miſſal. p. 3. tit. 11. n. 9. cum ſeqq. & p. 4. tot. tit. 15.* & alij.

At nihilominus negatiuè reſpondendum cenſeo. Quamuis Abbates ex conſuetudine approbata per Sac. Rit. Congreg. poſſint vti baldachino cũ ſolemniter celebrant in ſuis Eccleſijs in tribus dumtaxat diebus feſtiuis; non tamen eo vti poſsunt in hoc caſu: Quia cũ celebratio huiuſmodi ſolemnis ſpectet ad Canonicos, accedentes Capitulariter ad Eccleſiam Abbatis, vtique idem munus non poteſt exerceri per Abbatem, nam ſolemnitas exercetur per Canonicos, non per Abbatem iuxta dictam reſolutionem Sacræ Congregationis.

Et quemadmodum non licet Abbati Pontificalia exercere, atque erigere baldachinum in ſua Eccleſia, præſente Epiſcopo. Tambur. *loc. alleg. quæſt. 3. num. 7.* neque in primis Veſperis, & Miſsa ſolemni, ſed poſtea tantum, vt reſoluit Sac. Congreg Rit. in dicta *Rauennatenſi* anno 1655. Ita pariter id ei licere nequit, quandò Canonici, abſente Epiſcopo, Capitulariter ad illam accedunt: quia repræſentant Eccleſiam Cathedralem, & dicuntur pars corporis Epiſcopi, præceduntque Abbates, atque alios Prælatos inferiores, habentque ſedem digniorem, vt ex cœremoniali Epiſcop. *lib. 1. cap. 20. & cap. 31.* Ferr. *de præced. q. 1. n. 6. & 7.* Barboſ. *de Canon. & dignit. cap. 18. n. 52.* ac alij, & Rot. *deciſ. 111. num. 8. par. 5. recen.*

An Abbates Caſinenſes benedicere, & conſecrare poſſint Altaria fixa, & portatilia quarumcumque perſonarum, & Eccleſiarum, quæ ſuæ Religionis non ſunt? Et quid de conſecratione campanarum, vaſorum, ac veſtium? tom. 3. Conſult. 68.

Certum puto, Abbates prædictos nec vigore iuris communis, neque conſuetudinis, aut præſcriptionis, nec priuilegij prætextu, id poſse.

Non poſse de iure communi docet Gloſ. *in cap. Abbates in addit. verſ. fin. de priuil. in 6.* & tradunt Laurent. de Franch. *de controu. inter Epiſc. & Regul. quæſt.* 28. Nauar. *in Lucern. Regul. verſ. benedicere, & benedictio n. 4.* Azor Alzed. Dian. & alij. Ius enim commune ſolis Epiſcopis Altarium conſecrationem permittit, cap. *nullus Presbyter* 25. *d. 5. de conſecr. c. miniſtrare* 25. *quæſt. 6.* vbi ex Conc. Agatenſe refertur: *Conſecrare Altare Presbyter non præſumat &c.* & *c. quamuis d. 68.* ac alibi. Syluest. *q.* 2. Armill. Enriq. Vaſq. & alij communiter: quia eſt actus ordinis Epiſcopi de iure eccleſiaſtico.

Non vigore conſuetudinis, aut præſcriptionis: quia cum actus conſecrationis Altarium ſpectet ad Epiſcopum ratione ordinis, qui ſicut non poteſt exerceri à non habente ordinem, ita nec ab ipſo præſcribi. Bald. *in cap. auditis num. 9. de præſcrip.* Alzed. *d. cap. 6. num. 89. & ſeq.* Azor. *eodem cap. 27.* & alij. Ac cenſuit Sac. Rit. Congreg. 18. Aug. 1629. decernens vigore præſcriptionis, aut conſuetudinis Abbates nequeant id poſſe.

Neque prætextu priuilegij: quia inter priuilegia dictæ Religionis id non legitur. Immò inter illa à Zaccharia Papa anno 7. Pont. Monaſterio Caſinenſi data præcipitur, vt inuitent Catholicum Antiſtitem ad Altaris conſecrationem, vt habetur *in append. ad 1. tom. de hiſtor. gener. D. Benedicti ſcript. 3.* & idem etiam legitur *in ſcript. 19.* Greg. Magni, & *in ſcript. 32.* Honor. III. *tom. 1. in append* vt refertur ab Alzed. *d. c. 5. num. 83. & ſeqq.*

Priuilegium verò vltimo loco conceſſum à Pio IV. expreſsè loquitur pro Altaribus proprijs ſuarum Eccleſiarum dumtaxat, & ſic extendi

non poteſt pro Altaribus, quæ ſuæ Religionis non ſunt, patetque ex illius inſpectione apud Cherubinum *tom.2.Bullar.Conſt.tit.97.*Pij V.& tradunt Tambur.*to.1.de iur.Abb.diſ.23.q.3.n.3. & qu.4.num.*1. Nouar.& alij. Fuitque pluries deciſum ab eadem Sac.Rit.Cong. præſertim in vna *Spoletana* 30.Septemb. 1658.in vna *Cameracen.* 6.Decemb.1631. & alibi.

Nec denique inniti poſſunt priuilegio Innocentij III. conceſſo Religioni Ciſtercienſi, ſub prætextu, quod priuilegia inter ipſos ſint communia. Primò, quia de hac communicatione non conſtat. Secundò, quia illud priuilegium comprehendit ſolummodò Generalem,& quatuor principaliores Abbates illius Religionis, vt apud Tambur.*loc.cit.diſp.*23. *quaſt.*13.*num.*1. Alzed. *dicto cap.*5.*num.*92.

Atque ita declarauit Sac. Rit. Cong. in cauſa *Placentina Benedictionis* 16.Aug.1644.nempè; *Non licere Abbati conſecrare Altaria, niſi pro vſu propriæ Eccleſiæ, & Religioſorum eiuſdem ordinis tantum*.

Idemque dicendum eſt de conſacratione Campanarum, & ſacrorum vaſorum Eccleſiæ, in quibus adhibetur ſacra vnctio; & de benedictione ſacrarum veſtium.

An Abbates Regulares, qui habent vſum Pontificalium, vti illis poſſint in Eccleſijs exemptis, præcipuè Regularium? tom.4. Conſult.106.

SEntentia magis,quam opinio plurimorum eſt, huiuſmodi vſum licere, idque ex priuilegijs: ad tex.in *cap. Abbates*, vbi Io. Andr. *poſt init. de priuil. in* 6. Card. in cap. Clerici *nu.* 6. *not.* 11. ibique Apoſtil. *verſ.*, *& honeſt. Cler.* ac diſertè Lap. *alleg.* 19.

Priuilegia autem, ſaltem ea, quæ fuerunt conceſſa pluribus Abbatibus Caſinenſibus, non ſunt reſtricta ad proprias Eccleſias, vt ſpeciatim apparet ex priuil. Alex. II. conceſſo Abbati Caſinenſi, vbi fit menſio de vſu Pontificalium, non ſolum indefinitè, ſed etiam expreſsè extra propriam Eccleſiam, vt in Bullario Caſinenſi *Conſt.*7. & indiſtinctè idem vſus conceſſus fuit à Caliſto II. & Innoc. III. Abbati Caſinenſi, vt in eodem Bullar. *Conſt.*11. *&* 13. *n.*4. & ab eodem Innocen. & Greg. IX. Abbati S.Pauli,vt in *Conſt.* 22. *&* 30. *n.* 6. ab Honorio III. & IV. ab Innocen. IV.& Paulo III. Abbati S. Benedicti de Padolirone, vt in *Conſt.*26. 27. 32. 38. *&* 156.

Quæ priuilegia vni Monaſterio d. Congr. conceſſa fuerunt ab Eugenio IV. communicata quibus vis alijs, ac ſi nominatim fuiſſent ſingulis data, vt in *Conſt.* 58. *n.* 20, quæ etiam illis impertiuit Alex. IV. in *Conſt.* 110. *n.* 21. & Leo X. in *Conſt.* 129. n.22. & Clem. VII. in *Conſt.* 148. *n.* 2. *&* 3. & Paulus III. in *Conſt.* 156. *n.* 3. *&* 4.

Hæc omnia, & ſingula priuilegia, præſertim ab Eugenio IV. conceſſa, fuerunt ſimiliter communicata Monaſterijs Congr. Montis Oliueti à Pio II. vt in *Conſt.* 139. & in Bullario Oliuetano *tom.*1. *Conſt.* 9. §. 12. & meminit Nouar. in *Lucern.Regul.v. Abbas n.*11.

Nec Epiſcopus poteſt d. vſum prohibere. Quia Monaſteria exempta, licet ſint in Diœceſi, non tamen ſunt de Diœceſi, & exceptis ijs, in quibus ex præſcripto Conc. Trid. Epiſcopis non ſubſunt, conſiderantur tanquam territorium ſeparatum ab ipſa Diœceſi. Rot. *dec.* 207. *n.* 3. *&* 8. *p.* 2. *diu.*

Non obſtat præiudicium tertij, quia non procedit quando priuilegium eſt de ſui natura præiudiciale, & concedens intelligitur voluiſſe præiudicare Rot. *dec.* 36. *n.* 4. *p.* 5. *rec.*

In materia iuriſdictionis inter Epiſcopos, & Abbates, ſiuè Commendatores, an, & quatenus concedenda ſit manutentio Epiſcopis in quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem Epiſcopalem in territorio Abbatiarum &c.?

Vide de Epiſcopis tom. 6. Conſul. 85.

Multa circa iuriſdictionem Abbatis Regularis. Vide omninò de Regularibus tom. 7. Conſult. 8. per totam.

1 *An Abbates Regulares poſſint vti Baldachino intra numerum trium vicium die, qui ſolemni ritu in ſuis Eccleſijs celebrant exequias Principum?*

2 *An incurrant ob id aliquas cenſuras?*

3 *An poſſint cenſuræ infligi, ſeù declarari ab Epiſcopo?* tom.7. Conſult. 44.

AD 1. negatiuè Sac.Rit.Congr. in decreto approbato à Sum.Pontifice, & emiſſo ſub die 27. Septembris 1659. & publicato 3. Febr. 1660. in quo prohibetur Abbatibus vti indulgentia pontificalium in officijs, & miſſis defunctorum. Ita enim §. 1. decernit: *Dies verò, in quibus ſolemniter ipſis operari conceditur, ſint de præcepto feſtiui, vel alij, in quibus ipſos Pontificaliter celebrare feſtiuitatis ratio exigat, nempè Patroni loci, Fundatoris ordinis, Tituli, & dedicationis Eccleſiæ. Abſtineant autem ab huiuſmodi Pontificalium vſu in officijs, & miſſis defunctorum, quocumque die, etiam feſtiuo, & de præcepto.*

Ad 2. iure optimo Abbates huiuſmodi incurrere interdicti cenſuram cenſeo ſequentem ad cauſam: quia Abbates exercent in Eccleſia pontificalia, ſibique arrogant Epiſcopalia iura, erigendo baldachinum, & celebrando cum mithra miſſam, & officium defunctorum, quod cum prohibitum ſit à Concilio Calcedonenſi, vt in cap. *Peruenit* 16. qu. 1. & cap. *Accedentibus*, ibique Abb. *de exceſſ. Prælat.* meritò incurrunt in cenſuram interdicti ab Alex. III. inflictam in d.cap. *cum*, *& plantare* §. *vlt. verſ.quod autem de priuil.*

Ad 3. affirmatiuè, ſtatuendo, poſſe ab Epiſcopo Abbates, & Regulares vſurpantes ſibi iura Epiſcopalia, non ſolum declarari incurſos in

cen-

Digitized by Google

cenſuras, ſed cenſuris puniti. Cochiet. *p. 2. de iuriſdict. ord. in exemp. lib. 1. q. 45. n.* 100. Barb. *de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg.* 105. *n.* 65. alijque communiter per tex. expreſſum *in d. cap. cum & plantare §. quod autem de priuileg.* Vbi ſtatuitur, quod obſeruetur ab alijs Religioſis, quod ibi ſtatutum eſt quoad præfatos Fratres.

An Abbates, qui in Parochos, & Parochianos habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem priuatiuè ad Epiſcopum, poſſint ſuis ſubditis ſæcularibus literas dimiſſorias ad ordines ſuſcipiendos concedere, non obſtante Concilij Trid. decreto, cap. 10. ſeſſ. 23. de reform? tom. 8. Conſul. 59.

TEnendum eſt, Abbates huiuſmodi nequaquam poſſe poſt Sac. Conc. Trid. ſuis ſubditis, ſæcularibus literas dimiſſorias concedere *cap.* 10. *ſeſſ.* 23. vt ibi clarè demonſtratur ex eiuſdem decreto.

Per hoc decretum confirmatur diſpoſitio *cap. Abbates §. nec eis de priuil. lib. 6.* & ampliatur, vt non modò procedat in Abbatibus, ſed etiam in alijs quibuſcumque exemptis, etiam nullius Diœceſis. Requiritur autem poſt Concil. quod tonſurandi per Abbates ſint illorum ſubditi, non ſolum ratione iuriſdictionis Eccleſiæ, ſed etiam, vt ſint Regulares.

Demum additur decretum Sac. Congr. nempè: *Priorem Abbatem, aliumque Epiſcopum inferiorem, etiamſi iuriſdictionem ordinariam quaſi Epiſcopalem habeat, non poſſe ſuis ſubditis ſæcularibus literas dimiſſorias concedere, ſed id pertinere ad Epiſcopum, intra cuius Diœceſis fines conſiſtunt, vel ſi nullius Diœceſis fuerint, ad viciniorem Epiſcopum ſpectare eiſdem perſonis ordines conferre &c.*

Pœna autē concedentium huiuſmodi dimiſſorias eſt ſuſpenſio officij, & beneficij, ratione iuriſdictionis ſpiritualis, non autem temporalis, & hanc ſuſpenſionem ſolus Papa relaxare poterit.

An loca per Sum. Pontifices diſmembrata ab Abbatijs, & de Diœceſibus aliorum ordinariorum effecta, in quibus aliqua Eccleſia exiſtunt, quæ ante diſmembrationem erant de iuriſdictione earundem Abbatiarum nullius, & de illarum territorio, remanſerint in eodem ſtatu, & qualitate poſt diſmembrationem dictorum locorum? Vide de Eccleſijs tom. 7. Conſult. 73.

An Abbas Regularis, relegatus in exilium, exacto exilij tempore, recuperet ſuam Abbatiam, quam habebat ante exilij ſententiam ab Abbate generali alij collatam? & quid de recuperatione penſionis? quidue quoad penſiones decurſas? quid ſi reſtitutio fiat à Principe laico, aut à Pontifice? quomodo cognoſcendum ſit, an Pontifex ad reſtituendum vtatur iuriſdictione ciuili, an Eccleſiaſtica? tom. 10. Conſult. 66.

AD 1. affirmatiuè per tex. *in l. 1. C. de ſenten. paſſ. & reſt.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum n. 27. de conſtit.* Rolan. *conſ.* 45. *n.* 21. *l.* 64. *alijque*, ac Rot. *p. 2. dec.* 465. *n. 1. p. 2. recen.* Quia reſtitutio tendit ad tollendum effectus ſententiæ, & veluti ad eam abolendam, tanquam ſi non emanaſſet iuxta *l. fin. C. eadem*, vbi etiam Doctores, ac Rot coram Merlino *dec.* 125. *n* 45. Neque enim quis cenſetur reſtitutus in priſtinum ſtatum, niſi obtinuerit plenam reſtitutionem, *cap. venerabilis*, ibique Abb. *de offic. deleg.*

Quando enim reſtitutio eſt pleniſſima tunc reſtituit etiam quoad bona in alium alienata, quæ proindè recuperantur. Felin. *in cap. inter quatuor n. 6. de maior. alijque* Rot. coram Seraph. *dec. 998. n. 9.* & coram Merlino *dec.* 125. *n. 2. ac alibi.*

Ad 2. hęc reſtitutio non habet locum in penſione. Quia ſi reſtitutio prouenit à Principe laico non eſt ſufficiens ad reſtituendam penſionem amiſſam. Cum enim fructus, quos importat penſio, ſint conſolidati beneficio, eò quod penſio remanet extincta, non ſecus ac in morte naturali, debent de nouo veluti ſeparari à beneficio, circa quod nihil poteſt poteſtas laicalis, quia non poteſt ſe immiſcere in ſpiritualia, qualis eſt ſeparatio fructuum à benificio, ſiuè reſtitutio penſionis, *Can. 1. cum ſeqq. 10. q. 1.* & alibi Abb. *in cap. querelam n. 9. de elect.* Rot. coram Seraph. *dec.* 1281. *nu.* 5. & coram Pegn. *dec.* 905. *n.* 3. *ac alibi.*

Vndè ſi reſtitutio fiat etiam à Pontifice prò aliquo ſibi ſubdito in temporalibus, non tanquam à Pontifice, ſed tanquam à Principe laico, habente iuriſdictionem temporalem in terras ſubiectas Eccleſiæ, non ſe extenderet ad reſtitutionem penſionis, quia tanquam fondata in poteſtate ciuili, etiamſi eſſet pleniſſima, non excederet limites poteſtatis ciuilis, iuxta *Can. Cum ad verum d.* 90.

Si verò pleniſſima eſt reſtitutio, & eſt à Pontifice, non præcisè tanquam Domino temporali, ſed vt Pontifice exercente, etiam iuriſdictionem ſpiritualem, reſtituit etiam ad penſionem: quia alias reſtitutio non ſortiretur pleniſſimum effectum, quæ proindè ſe extendit, etiam ad tranſlatam in alium.

Ad 3. Hæc reſtitutio non recuperat penſiones decurſas, ſed tantum decurrendas à die reſtitutionis: Quia penſio eſt annua, & proindè tot ſunt penſiones, quot ſunt anni. Imitatur enim in hoc legatum annuum, quod non eſt vnum, ſed multiplex, iuxta annorum numerum, *leg. cum in annos ff. de anu. leg.* Surd. *de alim. tit 9. quæſt.* 33. *n.* 11.

Ad 4. Tunc autem cenſendum eſt, Sum. Pontificem vſum fuiſſe poteſtate ciuili, ſi ſententia, à qua emanauit confiſcatio, fundatur tantum in poteſtate laica, ſeù ciuili, ſecus autem ſi emanauit à ſententia fundata in poteſtate Eccleſiaſtica: Nam reſtitutio tendit ad tollendum effectus ſententiæ, & veluti in eam abolendam, tanquam ſi non emanaſſet, vt di-

ctum

Digitized by Google

ctum eſt: Vndè fit quod Pontifex vtatur illa poteſtate ſuprema, cui ſubijcitur poteſtas Iudicis, qui ſententiam tulit. Poteſtas enim reſtituendi in integrum eſt poteſtas ſibi ſubordinans directè ipſam ſententiam, & poteſtatem à qua proceſſit.

An, & quatenus iuriſdictio, & collatio beneficiorum in locis Abbatiæ ſpectet priuatiuè, quoad Epiſcopum, ad illius Abbatem? Et quid quoad cognitionem cauſarum criminalium, vbi decreta Sac. Congregationis Conc. Trid. in cap. 20 ſeſſ. 24. de reſor.? Tom. 10. Conſult. 67.

REſp. ſpectare ad Abbatem, ſi ipſe habet iuriſdictionem temporalem, & ſpiritualem in dictis locis, eorumque perſonis. In hoc enim caſu cenſetur illorum Ordinarius, & habere Iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi, Rot. coram Mantic. *dec. 361. n. 1. & 2. & dec. 618. n. 1. p. 4. diuer. & dec. 100: n. 4.* & pro Abbate Generali contra Epiſcopum S. Angeli Longobardorum fuit deciſum coram Pirouano, coram Peutingerio, & coram Panzirolo, ac per tres conformes pronunciatum, & dum Abbas exercet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem dicitur habere territorium ſeparatum, & iuriſdictionem penitus ab Epiſcopo ademptam, *Clem. 1. §. volumus*, vbi Gloſ. *v. Diœceſanis*, ac Doctores *de for. comp.*

Neque reſpectu cognitionis cauſarum criminalium Matrimonalium, ac ſimilium locum habet diſpoſitio Sac. Conc. Trid. prò Epiſcopis contra Abbates *ſeſſ. 24. cap. 20. de reſor.*, vt in ſubiectis declarationibus; nam illa procedit contra Abbates, fundantes ſe in exemptione, conſuetudine, vel priuilegio, non autem contra Abbates habentes omnimodam iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem, cum proprio territorio. At de hac re vide quæ alibi dicta ſunt ſupra.

Effata in d. Sac. Conc. *cap. 20.*

Nuncius Apoſtolicus poteſt de conſenſu partium & ordinarij cognoſcere cauſas in prima inſtantia.

In *Taraconenſi*. Quando legitimè appellatur à ſententia Epiſcopi, qui eam tulit, etiam tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus ex facultate decretorum Concilij nihil eſt derogatum auctoritati Metropolitanorum *cap. licet de offic. Ordin.*

In *Calaguritana*. Redarguuntur Metropolitani, qui non ſeruata forma huius decreti, ſuis ſuffraganeis inhibent. Poſſunt tamen Metropolitani prædicti appellationes admittere à ſententiis ſuffraganeorum, ſeruata forma Conclij, & à caſibus ab eo permiſſis.

In *Patauina, & Aquileienſi*. Metropolitanus quando ad eum appellatur in cauſis concernentibus executionem decretorum Conc. Trid., à cognitione, earum abſtinere debet.

In *Vliſſipponenſi*. Quando per Breue capitur poſſeſſio beneficij, & aliqui volunt illam impedire, cauſa poteſt tractari in Vrbe, etiam in prima inſtantia, & A. C. eſt Iudex competens.

Archidiaconi non ſolum cauſas expreſſas *in d. cap. 20.* cognoſcere poſſunt, ſtante immemorabili, ſed etiam alias beneficiales, quæ tamen, dum probatur immemorabilis, cognoſcuntur ab Epiſcopo.

In *Aprutina*. Et ſi iſti Diaconi, aut Archidiaconi eſſent exempti, hoc decretum procedit.

In *Meſſanenſi*, pendente iudicio inter Epiſcopum, & inferiorem ordinarium de, & ſuper cognitione cauſarum Matrimonialium criminalium, legatorum ad pios vſus, & aliorum Epiſcopo reſeruatorum, de quibus in hoc decreto, *& cap. 8. ſeſſ. 22. & cap. 5. ſeſſ. 25.* Epiſcopus debet de ijs omnibus cognoſcere.

In *Cremonenſi*. Præpoſitus, etiam exemptus non poteſt cognoſcere has cauſas Matrimoniales.

In *Neapolitana*. In Eccleſia S. Crucis de Turre Græci Magiſtri poſſunt nominare illum, qui eſt ab Epiſcopo deputatus ad curam animarum, qui tamen non poteſt ab eiſdem amoueri.

In *Ruſcoducenſi*. Decani, Archidiaconi, qui ſunt nullius Diœceſis, non obſtante hoc decreto, cauſas hic prohibitas cognoſcere poſſunt, ſecus ſi tantum eſſent exempti.

In *Cremonenſi*. Decani, & alij, dignitates obtinentes, qui ex antiqua, & immemorabili conſuetudine cauſas criminales, & Matrimoniales cognoſcere ſolent, adhuc poſſunt, ſicut antea. Quia Concilium non ſuſtulit immemorabilem.

In *Burgenſi, & in Salernitana*. Dum autem probatur hæc immemorabilis, cognitio prædictarum cauſarum pertinet ad Epiſcopum.

In *Siracuſana*. Quod Decani, & alij Dignitates obtinentes, ac cæteri in hoc decreto nominati, non poſſunt cognoſcere cauſas Matrimoniales, procedit etiam ſi eſſent exempti ſi autem iſti Decani, Archidiaconi, & alij in d. decreto expreſſi, haberent aliquod emolumentum in benedictionem annulorum prò Matrimonijs, vel alijs ſimilibus, Concilium eis nihil præiudicauit, remanente ſalua diſpoſitione. *cap. 1. huius ſeſſ. 24. de ref. Matrim.*

In *Veronenſi*. Abbas Abbatiæ habentis pleno iure ſpiritualem, & temporalem iuriſdictionem, poteſt de cauſis criminalibus cognoſcere.

In *Piſcienſi*. Præpoſito Piſcienſi, cui demandata eſt iuriſdictio, collatio correctio, & ſuperioritas, etiam quoad inſtitutionem præſentationem, & nominationem, prout illam habebat Epiſcopus, ſunt committendæ litteræ in forma dignum, & diſpenſationes matrimoniales.

An,

An, & quatenus in Eccleſia Parochiali, vnita Monaſterio Abbatia Regularis, requiratur concurſus? An ſufficiat nominatio Abbatis Commendatarij; examen verò, & approbatio dumtaxat Epiſcopi? Ex quibus ſignis, & argumentis probetur, Abbatiam eſſe nullius, atque effectam territorium ſeparatum à Diæceſi Epiſcopi. Sac. Rotæ Rom. deciſio integrè adducitur. Quatuor dubia cum declarationibus Sac. Congreg. Conc. de locis Abbatia, poſitis inter limites Diæceſis Epiſcopi. tom. 10. Conſult. 70. Vide etiam *de Concurſu eodem tom. Conſult. 89. & de Regular. tom. 9. Conſult.* 127.

EXplorati hodie iuris eſt, non requiri concurſum, ſed ſolum examen, & approbationem Epiſcopi, ſi tamen extiterit Sum. Pontificis indultum hiſce, ac ſimilibus verbis expreſsũ: *Nec non eidem Abbati Commendatario, eiuſq; ſucceſſoribus Monaſterij huiuſmodi Abbatibus &c. iuriſdictionem eccleſiaſticam in Monaſterio præfato, ac in bona, & perſonas, Eccleſias per nos, vt præfertur exemptas priuatiuè quoad Epiſcopum &c. & quamuis alium loci Ordinarium, ita vt Epiſcopus, & Ordinarius huiuſmodi, ne quidem tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, & vigore decretorum Concilij, vllam omninò iuriſdictionem, ſiuè actum iuriſdictionis in Monaſteria, & bona, perſonas, & Eccleſias prædictas quacumque de cauſa exercere, ſeù prætendere poſſit, tenore præſentium concedimus, & impertimur, &c.*

Horum enim vigore dubitari non poteſt, Monaſterium, Eccleſias, & perſonas eidem ſubiectas, eſſe ſeparatas à Diœceſi Epiſcopi, & ſubiectas Abbati Commendatario, atque effecta territorium ſeparatum ipſius loci Epiſcopi, vt cum alijs tradit Grat. *diſcept.* 212. *nu.*7. Rota in Nullius, ſiuè Sancti Seuerini Parochialis 22. Ianuar. 1660. §. *Moti ex indulto coram Beuilacqua.*

Quare nullo opus eſt concurſu, quia in Eccleſia Regulari annexa, & vnita Monaſterio ceſſat diſpoſitio Sac. Conc. Trid. *cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *de refor.* ſufficitque nominatio Abbatis, & examen, atque approbatio dumtaxat Epiſcopi. Barboſ. *in collect. ad d. Conc. l.* 1. *num.* 7. Garz. *de benef. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 197. *& ſeqq.* ac Rota *in Ferrarienſi Parochialis* 8. *Nouemb.* 1596. *coram Corduba.*

Quando igitur Eccleſia Parochialis eſt Monaſterio Regulari ſubiecta, vel annexa, vel de menſa, tunc non eſt locus concurſui, ſed Abbas nominat, & nominatus debet approbari ab Epiſcopo, præuio tantum priuato examine ſine concurſu, iuxtà Conſtitut. 46. B. Pij V. §. *Volumus*, & deciſionem Sacræ Rotæ in dicta Nullius §. *Quibus quoque accedit.*

Signa autem, & coniecturæ ad hunc effectum eruuntur ex publicis inſtrumentis donationis, vel erectionis Eccleſiæ Parochialis ad fauorem Monaſterij, Rot. *deciſ.* 625. *num.* 4. Ex compluribus enumeratiuis antiquis, ex priuilegijs Apoſtolicis, Seraph. *dec.* 886. *nu.* 1. *& deciſ.* 724. *num.* 3. *par.* 2. *recen.* cum alijs *in deciſ.* 95. *num.* 1. coram Merlino. Ex deſcriptione huiuſmodi Eccleſiæ in antiquiſſimo libro eiuſdem Monaſterij inter alias eidem ſubiectas, ex continuatis ſolutionibus factis per illius Rectorem ad fauorem Abbatis in recognitionem dominij. Panorm. *in cap. bonæ num.* 15. *de appell.* cum alijs *in dec.* 505. *num.* 1. coram Pegna, Quæ omnia, licet per ſe ſola forſan non ſufficiant; ſimul tamen iuncta, exuberant ad probandum, Rot. *in deciſ.* 204. *num.* 4. *par.* 2. *recen.* Ex Altaribus, ſiuè Capellis de iure patronatus laicorum, quorum præſentati, fuerunt inſtituti ab Abbatibus cum expreſſa mentione, quod Eccleſia eſt membrum vnitum Monaſterio. Rot. coram Merlino *deciſ.* 625. *num.* 2. *&* 3.

Nullius, ſiuè S. Seuerini Parochialis.

Luna 22. *Ianuar.* 1660. *coram Beuilacqua.*

SEquuta vacatione Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ Caſtri Perrini, Eminentiſſimus D. Card. Antonius Barberinus Commendatarius Monaſteriorum S. Mariæ de Rambona, ac SS. Laurentij de Doliolo, & Euſtachij inuicem vnitorum ad eam, vti ad dicta Monaſteria ſibi commendata, ſpectantem, ex cauſa vnionis, & ſubiectionis, nominauit Antonium Fabarium, Ordinarius verò Sancti Seuerini, præuio concurſu, approbauit Horatium Doantium. Hinc orta inter collatores, & prouiſos controuerſia, & ad Rotam deuoluta, propoſui dubium, an conſtaret de bono iure D. Card. Commendatarij. Et conſtare Domini dixerunt.

Dubia verò hæc ſunt.

1. Intra fines Spoletanæ Diœceſis extant quędam loca ſtatus Abbatiæ Ferentilli, ad quæ accedere volens, per dictam Abbatiam tranſire cogitur, quorum Eccleſias Epiſcopus Spoletanus viſitare intendit, ſaltem tamquam Delegatus Apoſtolicus, non obſtante prætenſa exemptione exaduerſo allegata; ideò ſupplicat idem Epiſcopus per Sacram Congregationem declarari id ſibi licere.
2. Idem poſtulat, declarari nulli alteri licere ordines conferre, aut litteras dimiſſorias concedere Clericis ſæcularibus prefatę Abbatiæ, pręterquam ipſi Epiſcopo Spoletano, nec poſſe excommunicationem ad finem reuelationis ab alio decerni, quam ab eodem Epiſcopo Spoletano.
3. Idem edoceri, an poſſit compellere Clericos dictæ Abbatiæ, vt vadant ad Synodum?
4. An procuratio pro viſitatione dictę Abbatię ſoluenda ſit à Capitulo S. Io: Laterani, an vero à viſitatis?

Pręſuppoſito, Abbatiam Ferentilli, & loca, de quorum viſitatione agitur, eſſe intra fines Diœceſis Spoletanę, Congr. Conc. cenſuit, Epiſcopum Spoletanum poſſe ex *cap.* 9. *ſeſſ.* 24. illa viſitare

Digitized by Google

ſitare, ac Clericos eiuſdem Abbatię teneri accedere ad eandem Epiſcopi Synodum.

Item Clericos ſęculares eiuſdem Abbatię ordines ſuſcipere, & litteras dimiſſoriar impetrare debere ab Epiſcooo, intra cuius Dięcelis fines exiſtunt, ordinandi, aliterque promotos à ſuſceptorum ordinum exequutione ſuſpenſos eſſe, iuxtà *cap.16. ſeſſ.23.* & ſic ſuſceptos miniſtrantes irregularitatem incurrere.

Item excommunicationes ad finem reuelationis, ſi pręfata loca Nullius Dięceſis ſunt, licet intra fines Dięceſis Spoletanę, perendas eſſe à Sede Apoſtolica, nec poſſe ab Epiſcopo Spoletano decerni.

Procurationem non à Capitulo, ſed à viſitatis eſſe ſoluendam.

An, & quatenus à P. Abbate Generali auocari poſſit cauſa eius ſubditi Regularis? Vbi ſtrictim de cauſis auocationis, & quid ea ſit? tom.10. Conſult.87.

CEnſeo, non eſſe locum auocationi, ſed cauſam eſſe terminandam coram P. Abbate Generali, coram quo fuit in prima inſtantia inchoata. Habet enim Abbas Generalis iuriſdictionem ordinariam ex diſpoſitione Sac. Conc.Trid.*ſeſſ.*24. *cap.* 20. *de refor.* verbis illis: *Coram Ordinarij locorum*, quorum ap pellatione, non modò veniunt Epiſcopi, ſed etiam exempti, Epiſcopalem iuriſdictionem habentes, qualis eſt Abbas Generalis, Rodriq. *tom.*1. *quæſt.Regul.*36.*art.*4.Rot.*deciſ.*100.poſt Farinac. *par.*4.*prax.crim.*Pariſ.*de reſign.lib.*3.*q.*4.*n.*19.

Cauſæ autem, propter quas datur auocatio, ſolent eſſe, ſi Iudices Ordinarij intra menſem, partibus inſtantibus, iuſtitiam miniſtrare renuant, aut iudicium aperire denegent, ſiuè illud in longum protrahant, vt teſtatur Miſinget.*deciſ.*82.*par.*5.

An, & quatenus in Eccleſijs Parochialibus, quæ membra ſunt Abbatiarum, requiratur concurſus? Vide de Concurſu tom.10.Conſult.89.& 70.

De facultate Epiſcoporum, aliorumque Prælatorum viſitandi Eccleſias quaſcumque, quoad Abbatiales, &c. Vide de viſitatione tom. 10. Conſult. 152.

Quoad exercitium Pontificalium, collationem ordinum ab Epiſcopo in aliena Dięceſi, miniſtrationem Chriſmatis, quoad Abbates etiam benedictos. Vide de Epiſc. tom. 10. Conſult.154. & de Cognat.ſpirituali eod. tom.ac tom.6.Conſult.11. & tom.7.Conſult.93.eod. tract.de Cognat.

Quatenus Abbas poſſit conferre Sacramentum confirmationis. Vide de Cognatione tom.10.Conſult.55.

De Abſolutione Sacramentali. *Vide de Confeſſione.*

De Abſolutione à blaſphemijs hæreticalibus. *Vide de Hæreſi, præcipuè tom.* 8. *Conſult.*143.*in effatis à num.*5.*& ſeqq.*

De Accuſatione, *Vide de Iudicibus to.*10. *Conſult.*199.

DE ACTIONIBVS.

An pactum, conſenſus, ſiuè pollicitatio nuda inducat actionem? tom.2.Conſult.29.

AFfirmatiuè: quia æquitate canonica pactum nudum, hodie non minus, quam veſtitum ſeruandum eſt per *tex.in cap.*1.*de pact.* ibi: Pax ſeruetur, & pacta cuſtodiantur *tex. in leg.ſtatuas ff. de acquir. rer. dom. & in cap. qualiter eodem tit.* vbi ait Summ. Pontifex ſtudioſè agendum eſſe, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur. *Gloſ. in leg. Quintus ff. mandati*, vbi habetur, quod verecundia ſit alicui, negare quod promiſerit pacto nudo.

Et quod pactum nudum ex definitione iuris Canonici actionem pariat teſtatur *Gloſ. in d. cap.* 1. *extr. de pact.* quam ibidem poſt Innocen. Goffred. & Hoſtien. ſequuntur Imola *num.* 9. Panorm. *num.* 2. Felin. *num.* 5, poſt Burrium, Gernin. & alios multos ibi adductos Fortun. Garſ. *num,* 30. Emanuel Soar. in *theſaur. com. opin. v. Pactum.* Vbi hanc ſententiam communem teſtatur Paulus de Caſtro *in leg.* 7. *§. ſed cum nulla ff. de pactis num.* 3. & alij.

Deindè ex traditione Doctorum expreſsè ſcribentium, quod pactum etiam nudum per Principem cum ſubdito, aut cum hoſte ſuo ſuper induciis, & pace initum valeat, & producat actionem vt docuit Bald. *dict. cap.* 1. *num.* 11. *de pact.* Iaſ. *in leg. Iuris gentium §. ſed cum nulla v.* 32. *ff. eodem &c.*

DE

D E
ADVLTERIO.

1 *An, & quo pacto Coniux adulter ingredi poſſit Religionem?*

2 *Quid de vtroque coniuge innocente in Religionem ingreſſuro? Vbi: An ad hoc requiratur licentia Epiſcopi?*

3 *Quid de altero coniuge ad ordines ſacros promouendo?*

4 *Quid ad Epiſcopatum, vel Cardinalatum?* tom. 3. Conſult. 42.

AD 1. Affirmatiuè reſpondetur, nempè præcedente prius ſententia ſuper diuortio, ac conſenſu, & voto continentiæ viri, licere vxori adulteræ ingredi Religionem, ibique profiteri, viro in ſæculo permanente. Quod liceat innocenti propter adulterium coniugem quoad thorum, & cohabitationem dimittere, tradit Chriſtus *Matth.* 5. & 19. & Apoſt. 1. *Corinth.* 7. Ex quo complura Eccleſiæ decreta emiſſa ſunt. Nicen. *cap.* 15. & 66. Anglicanum ſub Adeodato *cap.* 10. Toletanum Agatenſe, Veneticum, Pariſienſe, Triburienſe, Sueſſionenſe &c.

Idque ex ipſo iure naturæ: quia, cum Coniux naturali iure teneatur fidem ſeruare, quando ille debitam fidem violat, ex naturæ iure conceditur, vt ſeperari poſſit, & abijci; Frangenti enim fidem, fides ſeruanda non eſt *cap. peruenit 2. de iur. iur. & can. ſi infidelis* 28. *quæſt.* 2. Ex eo igitur adulterio, quemadmodum poſſet Maritus innocens Religionem profiteri, etiam innita vxore. *Can. Agathoſa* 27. *quæſt.* 2. *cap. conſtitutus, & cap. veniens de conuerſ. coniug.* ita conſentiente viro, poteſt mulier adultera profeſſionē emittere: quia, cum innocens, quandiù ipſe non mutat ſtatum per ingreſſum in Religionem, vel ſuſceptionem Sac. Ordinum, habeat ius integrum reuocandi ad ſe nocentem, nequit nocens quidquam agere, vel diſponere contra hoc ius. Et cum diuortium fiat fauore innocentis, cui per adulterium illata eſt iniuria, vndè non tenetur amplius ad reddendum debitum, & ad cohabitandum, non autem fauore nocentis: quia iſte non efficitur liber, ideò quoties innocens vult, alter eſt ad ipſum reuocandus.

Quod ſi præceſſit Iudicis ſęcularis ſententia intrudentis coniugem adulteram in Monaſterium, tunc conceditur coniugi innocenti biennium, vt deliberet, an velit coniugem repetere, & interea intra illud biennium profeſſio adulterę nulla eſt, ſecus elapſo eo termino, vt habetur *ex auth. ſed hodie C. ad l. Iul. de adult.* quæ à iure Canonico non eſt abrogata.

Hodie tamen ſufficit annus, quo completo, quiſque ad profeſſionem eſt admittendus ex decreto Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de Regul.*

Ad 2. Duplici modo conſiderari poteſt, vel de Matrimonio rato, ſed non dum conſumato, ità vt in ſęculo remanenti aliud coniugium inire liceat, vel de Matrimonio conſumato.

Quoad primum clara extat Sac. Conc. Trid. definitio: *Si quis dixerit, matrimonium ratum, non conſumatum per ſolemnem Religionis profeſſionem alterius coniugum non dirimi, anathema ſit ſeſſ.* 24. *can.* 6. Idipſum Innoc. III. & Alex. III. *in cap. verum de conuerſ. coniug. & cap. ex publico, & cap. ex par. 2. eodem tit.* declarauerant, menſibus duobus conceſſis ad deliberandum de Religionis ingreſſu. Accedunt etiam Sanctorum exempla.

Quo verò iure vinculi diſſolutio per Religionis ingreſſum fiat? Reſp. eam diuina fieri diſpenſatione, cuius Eccleſiaſtica traditio eſt teſtis, vt ex D. Greg. *lib.* 3. *dialog.* 14. quam Dominus quoque inſinuauit *Matth.* 19.

Quo autem ad matrimonium conſumatum etiam licere, cum his tamen conditionibus. Quod adſit licentia alterius coniugum, & quod, ſi conſentiat vir, vt vxor Religionem ingrediatur, & profeſſionem emittat, & è contra, ſi conſentiat vxor, ipſa etiam, vel ipſe ingredi debet, ac profeſſionem emittere, neque poteſt alteruter in ſęculo remanere. Patet ex *Canon. Agathoſa cum ſeqq.* 27. *quęſt.* 2. niſi fortè vir, aut mulier ſit adeò prouectæ ætatis, vt in ſęculo ſine periculo incontinentiæ manere poſſit, vel niſi vir creetur Epiſcopus. Si enim è Religione poteſt aſſumi in Epiſcopatum, poteſt etiam aſſumi antequam Religionem ingrediatur: nam ceſsat omnis iniuria vtriuſque partis, cum volenti, & conſentienti non fit iniuria.

Quod ſi etiam in ea ętate ſenili alter coniugum ſuſpectæ incontinentię ſit, cogendus eſt ingredi Religionem, aut alteri licentia deneganda eſt, vt ad Religionem tranſeat, vt ex prędictis *cap. cum ſis de conuerſ. coniug. &c.*

Quo verò ad Epiſcopi licentiam communior, ac verior ſententia eſt, non eſſe neceſsariam ad valorem profeſſionis, neque ex præcepto, neque ex conſuetudine ita Gloſ. *in cap. ſi vir* 5. *conſcientia* 17. *quęſt.* 1. vbi etiam Archid. *num.* 1. Bellarm. *n. vn.* Turrecrem. *n. vn. alijque.*

Hæc ferè omnia confirmantur ex declarationibus Sac. Congregationis ſuper Epiſc. & Regul. quę in *Mutinen.* 3. Iun. 1609. & 22. Auguſti 1611. ita ſcripſit Epiſcopo.

Non baſta, che il marito vada in habito di Chierico, nè meno, che riceua gl'Ordini ſagri, ma è neceſſario, ch'egli, e la moglie entri in qualche Religione approuata, e faccino profeſſione nel medemo tempo.

Quod eſt deſumptum *ex cap. ſanè* 6. *et cap. cum ſis præditus* 4. *de conuerſ. coniug.* Item in vna *Oppidenſi* 26. Mar. 1627. & in vna *Nannetenſi* 23. Iannar. 1609.

Ad 3. Tenendum eſt de iure nouo, quo nunc vtimur, tum de conſuetudine, poſse virum ad Sacros Ordines promoueri cum conſenſu vxoris vouentis continentiam, ſi ſenex eſt, vel ad

B Re-

Religionem tranſeuntis, ſi eſt iuuenis: quia per Ordinis Sacri ſuſceptionem non dirimitur Matrimonium ratum, vt eſt definitum in *Extrauag. antiquę de voto*; atque adeò fieret pręiudicium mulieri, ſi abſque eius licentia, vir Ordines ſuſciperet: quia mutaretur eius ſtatus. Quod multò magis dicendum eſt in Matrimonio conſumato. Hoc enim exigitur à iure Canonico, ab iuſtitię ratione, & à voto annexo ipſis Sacris Ordinibus in Eccleſia Latina.

Quæ ętas dicatur prouecta? Sunt varię ſententię, nec dum ab Eccleſia determinata eſt, ſed haberi debet ratio roboris corporis, illiuſque habitudinis, ac proindè remittendum iudicio prudentis viri, & arbitrio Iudicis *l. 3. de iur. immun. & 5. item inſtit. de excuſ. tut.*

Ad 4. denique ſatis clarè patet ex dictis reſponſio in ordine ad promouendum ad Epiſcopatum. Et idē dicendum ad Cardinalatū ob eminentiam dignitatis. Præcipuè cum Cardinales in ſuis Titulis habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, licet aliter de Cardinalatu ſentiat Dian. *par. 4. n. 4. reſol. 129. & p. 5. in 2. reſol.* 39. & aliter Sotus de Epiſcopatu *in 4. d. 27. q. 1. ar. 4. ad fin.* quod probabile cenſuit Sanch. *l. 1. n. 1.*

Si tamen Sanctiſſimo placuerit, poterit cum aliquo ad Epiſcopatum promouendo diſpenſare cum cauſa.

1 *An tolerandę ſint mulieres nuptę, quæ publicè meretricio more proſtituuntur omnibus in maximum Sacramenti Matrimonij opprobrium?*

2 *Et quatenus negatiuè: Quo ſalubriori, & faciliori remedio prouideri poſſit animarum ſaluti abſque edictis, ac publicitate, & cum minori ſcandalo populi?* tom. 7. Conſul. 81.

AD 1. Non eſſe tolerandas. Tiraquel. *ad l. connub. tot. lib. 13.* quia non ſunt ſimplices meretrices, quæ tolerantur dumtaxat reſpectu pœnę, non peccati, cum iſtę alias reijciantur ab Eccleſia, tanquam infames, vt rebelles, vt per Bart. *in l. verum n. 2. ff. de fun. & in l. ſi vxor ff. de adult.* Et quamuis in foro fori pęna ex conſuetudine in meretrice nupta diſſimulari conſueuerit, vt per Ricciul. *de perſon. quæ in ſtat. reproh. verſ. lib. 2. cap. 3. num. 3.* nullo tamen modo à Summo Pontifice id tolerari debet, quando publicè proſtituuntur: quia in hoc caſu non poteſt dari tolerantia, quæ conſiſtit in tacendo, ſed Pontifex cooperaretur in actu peccati.

Ad 2. Præ cæteris remedijs, ac pœnis adductis à Tiraquel. *l. alleg.* minus exempli mali, vel nocentis continere mihi videtur, vſuque ferè ſapientiſſimorum omnium Magiſtratuum probatum illud eſt, quod præbet Auth. *ſed hodie C. ad l. Iul. de adul.* vbi Gloſ. & DD. vt ſcilicet in Monaſterium, hoc eſt iuxtà præſentes mores in domos Conuertitarum, ſeù mulierum malè nuptarum detrudantur. Hoc aſſerunt Petr. Barboſ. *in repet. l. 2. in princ. p. 1. n. 6. ff. sol. matrim.* vbi, quod ità alias fuit ſeruatum Anton. Gomez *in l. Tauri* 80. *n. 47.* vbi quod ità etiam communiter tradunt Canoniſtæ *in cap. tuæ de procur. & in cap. gaudemus de conuerſ. coniug.* Quibus concinit Statutum Vrbis *lib. 2. cap. 50.* vbi, quod prò adulterio mulier tonſa in loco malè nuptis deputato, vel alio ſibi prò carcere deputando detrudi debet. Quibus fauet Conſt. Sixti V. *de adulter.*

SVppoſita notorietate adulterij vxoris, quod tamen vir ob potentiam, & qualitatem adulterj, non poteſt in iudicium deducere, ſed dedit litteras ad vxorem, ad adulterū, & cęteros Primates, in quibus & palam quoque declarauit, ſe velle ad Sacros Ordines promoueri, & in regione non habet Ordinarium prò dimiſſorijs habendis. Quæritur.

1 *An vir propria authoritate in caſu poſito, poſſit, etiam nolente vxore, diuortium celebrare? Et quatenus affirmatiuè.*

2 *An diſpenſandus, vt poſſit Sac. Ordines ſuſcipere?*

3 *An Eminentiſſimus Protector poſſit ei ad hunc effectum dimiſſoriales concedere?* to. 8. Conſul. 133.

AD 1. Licet ſententiam negatiuam docuerit Innoc. *in cap. veniens in fin. de conuerſ. coniug.* ibique Hoſtien. & per rationes ab ijs adductas apud Sanch. *lib. 10. de matrim. diſp. 11. n. 15.* Affirmatiua tamen præualuit, quam DD. communiter tradunt, tum Iuriſperiti, tum Theologi, quos ſequitur idem Sanch. *l. C. n. 16.* reſpondens rationibus contrarijs *n. 17.* Poncius *de matrim. lib. 9. cap. 19. n. 5.* ac Perez. *eodem tract. diſp. 56. ſect. 6. n. 6.* ac alij. Ratio autem eſt, quia ius coniugale æquè obſtat ingreſſui Religionis, ac ſuſceptioni Ordinum, cumque adultera omne ius coniugale amittat, æquè licebit viro, etiam ipſa inuita, tranſire ad Ordines, ac ad Religionem. Adulterium enim perpetuum diuortium efficit, omnique iure maritali priuat, vt per D. Auguſt. *lib. 1. de ſerm. Domini in monte cap. 26. & ſeqq. ac lib. 1. retract. c. 19.* Et quamuis non ſit tex. id expreſsè diſponens circa Sac. Ordines; ſatis tamen eſt, id diſpoſitum extare circa tranſitum ad Religionem *in c. conſtitutus & d. cap. veniens de conuerſ. coniug. & in can. Agathoſa 27. q. 2.* Vtrumque enim æqualiter impeditur propter ius coniugale, & ideò vbi tranſitus ad Religionem permittitur, cenſetur quoque conceſſus tranſitus ad Ordines, niſi aliundè obſtaculum adeſſet, vel quia vir eſſet bigamus, aut alias irregularis.

Ad 2. Poſita notorietate adulterij, niſi aliundè impedimentum adeſſet, vel quia vir eſſet bigamus, aut alias irregularis, non eſt neceſſarium Eccleſiæ iudicium expectare, aut aliam diſpenſationem. Eſtque expreſsè deciſum ab Alexandro III. in *cap. ſignificaſti de diuor.* iudicante, eum, qui ob notorium adulterium vxorem

rem dimiſerat Eccleſiæ Iudicio, non expectato, & ad eam recipiendā non debere compelli niſi fortè conſtaret, virum cum adultera adulterium commiſiſſe; Vnde in hoc caſu poteſt innocens propria authoritate abſque aliqua diſpenſatione diuertere, vel Religionem ingrediendo; vel ſuſcipiendo Ordines, abſque metu reſtitutionis, & ſic ſtante ſignanter notorietate adulterij vxoris Sac. Congr. Conc. die 17. Iun. 1645. declarauit, profeſſionem religioſam emiſſam à viro innocente propria authoritate in religionem ingreſſo, fuiſſe, & eſſe validam, licet aliquandò eadem Sac. Congr. vt cautius in hac re grauiſſima agatur, in adulterio etiam notorio ſoleat requiri ſententiam Iudicis, vt in *Romana diuortij* 26. April. 1653. In qua, non obſtante, quod mulier per quadriennium publicè ſe proſtituerit, Sac. Congr. requiſiuit ſententiam ſuper diuortio, poſtque ſententiam ſequutam, concedit licentiam, & facultatem Sac. Ordines ſuſcipiendi.

Ad 3. Negatiuè, ſolus enim Epiſcopus literas dimiſſorias concedere poteſt per tex. expreſſum *in cap. cum nullus de temp. ord. in 6.* vbi Franch. & Gemin. *n.* 3. Gloſ. communiter recepta *in cap. 1. de offic. ord. in 6.* alijque communiter, ac Trid. *ſeſ.* 23. *cap.* 10. *de reform.*

Et ratio eſt, quia in eo, qui petit promoueri, eſt neceſſaria ſubiectio ad ordinantem. Vir autem iſte non eſt ſubiectus Cardinali Protectori, atque adeò non poteſt ab ipſo accipere dimiſſorias, niſi id habuerit in ſuis facultatibus. Quare, vel committendum eſt Epiſcopo viciniori, vt huiuſmodi dimiſſorias concedat, vel eſt promouendus ex commiſſione, vel licentia Pontificis, vt aduertit Gloſ. *in d. cap. cum nullus v. in eadem*: quia Sum. Pontifex eſt totius Eccleſiæ Epiſcopus, ac ſingulorum Ordinarius. *Can. cuncta per modum* 9. *q.* 3. & idcò de eius licentia poteſt quicumque à quocumque ordinari.

De forma inquiſitionis in crimine adulterij. De pæna contra inquiſitum. Conſt. Sixti V. quomodo intelligatur. Et de filijs adulterorum multa dubia. tom. 9. Conſult. 153.

PRohibetur hoc crimen in iudicium deduci niſi ad inſtantiam mariti, patris, & fratrum vt expreſſè diſponitur *in l. quamuis* 2. *C. ad l. Iul. de adul.* Clar. *§. adulterium n.* 1. Diaz. *prat. crim. can. capit.* 85. *num.* 6. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 141. *n.* 38. Scac. *de iud. c.* 84. *n.* 34. vbi ex pluribus firmat, nec famam præcedentem, ſiuè clamoſam ſufficere, vt Iudex ex officio procedere poſſit. Idemque diſponitur in Statuto Vrbis *lib.* 2. *cap.* 50. *in fine*, cuius meminit Farinac. *l. c. n.* 46.

Ac ita vt ne ſuffragetur quidem inquiſitio ex querela mariti poſt captam inquiſitionem.

Primò, ſi conſtet, hanc quærelam violenter extortam eſſe in carceribus ſecretioribus, vndè vlla de illa haberi poteſt ratio *d. l. quamuis.* Deficit enim voluntas, ſine qua inquiſitio non ſuſtinetur. Guazin. *defenſ.* 3. *cap.* 7. *n.* 5. vbi, quod iſta exceptio reddit proceſſum nullum, & poteſt quandocumque opponi.

Secundò tunc poteſt ad inſtantiam Fiſci procedi, non obſtante conſenſu, & remiſſione partis offenſæ, quando inquiſitio, & proceſſus legitimè ad inſtantiam partis, ſiuè legitimi accuſatoris fuit inſtitutus. Afflict. *ſupp. conſt. Regn. legum aſperitatem n.* 8. Gratian. *dec.* 31. & Farinac. *d. quæſt.* 141. *n.* 43.

Neque ſuſtinetur inquiſitio ſaltem ex notorietate, ex traditis à Farinac. *d. q.* 141. *n.* 44. & alijs: nam præterquam quod adulterium probari debet, notorium tunc dicitur, quando de ipſo conſtat per confeſſionem partis. Vincent. de Franc. *dec.* 240. *n.* 3. *&* 4. Fama enim publica non ſufficit Scacc. & alijs ab ipſo relatis *d. cap.* 84. *n.* 34.

Neque notorium dicitur ex ſobole procreata ab aſſerta adultera per tex. *in cap. ſignificaſti de diuort.* cum alijs apud Farinac. *q.* 143. *n.* 57. quia tex. loquitur de receſſu mulieris à domo viri, poſtquem ſoboles fuit procreata, & de tempore, quo maritus aditum ad eam non habebat, ſecus autem ſi non probetur, maritum aditum eo tempore ad vxorem non habuiſſe, quo caſu filij ſemper præſumuntur mariti *l. miles §. defuncto ff. ad l. Iul. de adult.* Merlin. *centur.* 2. *cap.* 86. *à n.* 2.

Hæ tamen conſiderantur ſemper reſpectu vxoris, quam certum eſt ſobolem procreaſſe, ſecus verò reſpectu prætenſi adulteri, contra quem nullo modo talis notorietas ſufficit ad inquirendum ex officio, niſi publicè, ac notoriè dum retinuerit adulteram in concubinatu. Farinac. *d. q.* 143. *n.* 59. *&* 60.

Nec ſufficit confeſſio extraiudicalis prætenſi adulteri, nec facit indicium Bart. *in l. fin. C. de quæſt.* Foller. *in prat. crim. p.* 2. 3. *v. & ſi confitebuntur à n. a.* Vbi, quod ad hoc, vt faciat indicium decem & ſeptem requiſita concurrere debent.

Præſerrim, ſi de matrimonio per Fiſcum præ[illegible]ſo in actis non conſtet. *l.* 1. *§ illud ff. de Syl[illegible].*

De pœna autem adulterij adeſt ſtatutum Vrbis *d. lib.* 2. *cap* 50 *quicumque.*

Et hanc pænam ſtatutoriam eſſe in viridi obſeruantia ait Farinac. *d. quæſt.* 141. *n* 93. Ex generali enim conſuetudine Italiæ pœna adulterij non, niſi pecuniaria eſt, Crauet. *Conſ.* 137. Vndè cum habeatur in Vrbe pęna ſtatutoria confirmata à Sum. Pont. ab illa non eſt recedendum Farinac. *d. quæſt.* 141. *n.* 70. *&* 93. Gratian. *diſcep.* 885. *num.* 8. *&* 956. *num.* 2. *&* 973. *num.* 1.

Nec obſtat Conſtitutio Sixti V. publicata 3. Nouembris 1586. imponentis pœnam mortis pro adulterio: nam Farin. eam intelligit *d. quæſt.* 141. *n.* 27. de adulterio commiſſo poſt diuortiū inter coniuges, vt rubrica demonſtrat, ibi: *de teme-*

raria ibori ſeparatione . Atque ita eſt conſuetudo.

Ad 2. Adulter non tenetur alere filium: quia natus ex coniugata præſumitur filius mariti, *l. filium ff. de his , qui ſunt ſui , vel alieni l. miles* §. *defuncto ff. ad l. Iul. de adult. &c.* Aleiat. *de præſump. reg. 3. præſump. 37. n. 1.* & alij, Rot. *dec. 600. n. 11. p. 3. recen.*

Quod procedit etiam ſi conſtet, quod tempore conceptionis probabili interuenerit copula inter adulterum, & adulteram, iuxtà *d. l. miles* §. *defuncto, & l. Titius ff. de Carbon. edic.* Cyn. *in l. ſi vicinus C. de nupt.* Alber. ibidem *n. 3.* ac alij Rota *dec. 164. n. 1. p. 3. rec.* Nam ſtante matrimonio, poſſeſſio ſtat pro prole.

Idque etiam ſi filius in effigie referret adulterum, vt tradunt Gloſ. *in l. querel. aliquis ff. de verb. ſignif.* Caſtr. Conſult. 235. *vol. 1.* Aſſimilatio enim non eſt ſignum filiationis, cum videamus plerumq; filios non aſſimilari parentibus, & talis aſſimilatio reſpectu adulteri prouenire poteſt ex imaginatione mulieris tempore conceptionis, quæ ſola eſt ſufficiens ad inducendam ſimilitudinem. Et probabile eſt, quod mulier prædiligat adulterum marito, & de illo cogitet.

In foro autem conſcientiæ non tenetur adulter alere filium natum ex adultera, nec ſarcire aliqua damna, quæ indè proueniant. Quia, vt diximus, præſumunt leges quod ſit filius mariti, & hæc præſumptio eſt ſaltem iuris. Rota *coram Achille deciſ. 1. qui fil. ſin. leg. & deciſ. 164. num. 2. par. 3. recen. & in Firmana iuriſpatronatus 25. Iannar. 1602. coram Pamphilio.*

Neque mulier adultera tenetur ad aliquid ex rationibus adductis.

Itaq; filius non tenetur ſe gerere tanquam illegitimum, & irregularem, ex eo, quod mater illi dicat, quod natus ſit ex adulterio: quia neque in foro exteriori, neque in foro conſcientiæ tenetur ſtare aſſertioni matris. Gloſ. *in cap. officij de pænit. et remiſſ.* ibique Abb. *num. 3.* Bartol. *in leg. filius ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur.* & alij.

Idque locum habet, etiam ſi mater confiteretur, ſe ex adulterio concepiſſe; quia neque confeſſio matris admittitur in hoc caſu. Gloſ. *in leg. ſi poſthumus* §. *fin. ff. de liber. & poſth.* vbi etiam Doctores Abb. *in cap. decedens num. 4.* Hiſpol. Pariſ. & alii.

Etiam ſi mater iuraret filio, ſe eum concepiſſe ex adulterio, non tenetur etiam in conſcientia illi credere.

Vndè infertur, quod neque filius in ordine ad ſucceſſionem teneatur credere Matri aſſerenti, quod ipſum generauit ex adulterio, ex rationibus allegatis.

An vxor, quæ ob Ordinario ſuo ſententiam ſeparationis thori, ac reſtitutionis ſuæ dotis, ob adulterium ſui viri, qui ſententiam accepit, obtinuit poſſit ingredi Monaſterium Monialium? to. 10. Conſul. 3.

AFfirmatiuè: nam in hunc caſum concurrere videntur omnia requiſita prò licentia neceſſaria, nempè adulterium notorium ex parte viri quod probatur ex eius confeſſione in iudicio ſuper ſeparatione thori, quæ probat adulterium ad effectum ſeparationis. Rjcc. *in prax. deciſ. 238. num. 2.* Probatur item ex confeſſione adulteræ, ex depoſitione teſtium.

Ex hoc autem adulterio adulter omne ius coniugale amiſit, & libera remanſit vxor innocens ab obſequijs maritalibus, & conſequenter ab obſtaculo ingreſſus in Religionem, etiam inuito eius viro *cap. conſtitutus, cap. veniens de conuerſ. coniug. ac alibi.*

Concurrit ſententia ſuper ſeparatione thori, præuio etiam conſenſu eiuſdem viri promulgata, in qua ingrediendi Monaſterium conceditur licentia, cumque innitatur conſenſu mariti, eſt omninò executioni demandanda. Gratian. *diſcep. 959. num. 7.*

Facitque ad rem, quod ſententia fuit à viro acceepta, & cum auctoritate ordinarij executioni demandata quo ad reſtitutionem dotis, & quoad alimenta. Vnde exequutio incepta, terminari debet, niſi ſuperueniat cauſa vrgentiſſima, quæ in hoc caſu deſideratur.

Neque obſtare videtur, quod hæc licentia non ſit concedenda vxori, niſi eius vir, mutet ſtatum: nam iſta, & ſimilia procedunt, quando res eſt integra, vt ſi matrimonium non fuiſſet ſeparatum ex cauſa legitima.

DE ALIENATIONE
Rerum Eccleſiaſticarum.

An Regulares renunciantes ſententiæ Rotali, & exequutorialibus relaxatis prò obſeruatione ſuorum priuilegiorum, nempè diſtantia cannarum inter alias Eccleſias ædificandas, ac ſimilium, incurrant aliquam pænam Canonicam de reb. Eccleſ. non alien? Vide de Regular, tom. 1. Conſult. 5.

Reſponſionem Vrbani VIII. ſuper alienat, rer. Regul. Vide de Præceden. tom. 1. Conſult. 9.

An vſusfructus Eccleſiaſticorum immobilium, qui ex prætenſa conſuetudine conceditur cum ipſis bonis ad vitam prò eorum portione inſeruientibus Eccleſiæ, prohibeatur in Extrauag. Ambitioſæ de rebus Eccleſ. non alien.? to. 1. Conſul. 18.

OMninò: nam etſi non alienentur immobilia, attamen quia regulatur vt locatio, quę eſt pro-

prohibita ſine ſolemnitate vltra triennium in d. *Extrauag.* vtique cenſendum eſt, prohiberi etiã vſumfructum, Vbi dicit: *Omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem fieri prohibemus*, & cum non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus, *l. non diſtinguemus ff. de recep. arbit.* cum aiijs. Quatenus prohibet res Eccleſię alienari, comprehenditur etiam earum vſusfructus. Præſertim, quia edita eſt fauore Eccleſię, & ideò extendi non poteſt.

Nec iuuat dicere ſolum concedi ipſius commoditatem: nam iſta vera ſunt, modò ipſi fundi non concedantur.

Nec ſuffragatur aſſerta conſuetudo, licet immemorabilis; quia, vt conſuetudo pręualeat aduerſus Canones, & leges Pontificias, opus eſt, vt introducta ſit, non ſolum cum ſcientia, ſed etiam cum expreſſo conſenſu Summi Pontificis. Rot. *in Triuerenſi Abbatiæ S. Maximini 24. Ianuar.* 1635. *& in Meſſanenſi Decanatus die* 21. *Maij* 1641.

Nec obſtat pretenſa vtilitas, & melioratio, etiam in ſubſtantia rei conceſſę cum permiſſione Prelatorum eiuſdem Eccleſiæ: quia id reſeruatur Summo Pontifici. Chartar. *de crim.* 46. *num.* 48.

Item vſusfructuarius ſubſtantiam, & formam rei immutare non poteſt. Immutatur autem etiam tum, cum per immutationem res fit melior. *l. vſusfructuarius* 24. *ff. de vſufruct. l. fin. ff. de vſu, & habit.*

Neque refragatur, quod agatur de modico pręiudicio, quando mutatio, & alienatio non eſt perpetua, ſed ad vitam; quia adeſt oppoſita declaratio Rotę *coram Card. Pamphilio in ſenten. prædij* 8. *Octob.* 1584.

Cęterum Sac. Cong. Epiſc. concedit licentiam diuidendi bona Capitularia, dummodò relinquatur maſſa, non minor tertia parte prò diſtributionibus quotidianis, vt *in Spoletana* 24. April. 1626. Imò Capitulum propria authoritate id facere poſſe dixit *in Monopolitana* 3. Febr. 1608. pręcipuè ſi non reperiantur idonei conductores dictorum bonorum, & deputentur Viſitatores Capitulares, qui ſaltem quolibet triennio illa viſitent, ac referant illorum ſtatum. Quod in pluribus Regni Neapolis Diœceſibus obſeruatur cum magna Eccleſiarum vtilitate.

An conuentio, ſiuè tranſactio inita inter Epiſcopum, & Monaſterium ſine Priore, vt in caſu poſito, ſit valida? Vide de Regular. tom. 1. Conſult. 136.

An licentia alienandi data Rectori Eccleſiæ, tranſeat in ſucceſſorem? tom. 1. Conſult. 184.

AFfirmatiuè: quia per mortem Pontificis, licet, expiret beneplacitum, ſecus tamen eſt poſt mortem partium. Rot. *coram Durano deciſ.* 397. *num.* 14. *& ſeqq.* Nam eorum reſpectu eſt gratia facta, non facienda, licet ſecus ſit reſpectu Iudicum, & exequutorum quando eſt conditionalis: *ſi in euidentem*. At quando gratia eſt pura, Pontifex mandat exequi, non mandat fieri; atque adeò non expirat morte Papæ. Rot. *deciſ.* 336. *num.* 28. *&* 29. *par.* 4. *to.* 2. *& in Tranſonen. ſeruitij* 2. *Decemb.* 1615. *coram Card. Sacrato*.

Accedit, quod in huiuſmodi materijs attenditur ſola vtilitas Eccleſię, alia verò vti extranea non habentur in conſideratione. Mantic. *deciſ.* 101. *num.* 5.

1 *An Theatini poſſint alienare bona Religionis? &*
2 *An poſſint imponere cenſus?* tom. 1. Conſult. 289.

AD 1. Sac. Congreg. Conc. cenſuit quoad bona immobilia non comprehendi Religionem Theatinorum ſub prohibitione nuper edita die 7. Septembris 1624. *de reb. regul. non alien.*

Ad 2. Reſp. non poſſe. Ita declarauit Sac. Congreg. Conc. in vna *Theatinorum* die 5. Nouemb. 1644.

An, & quatenus in alienatione bonorum Confraternitatis, vel Congregationis, vel Oratorij, vel Hoſpitalis requirantur ſolemnitates, quæ de iure requiruntur in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum? tom. 4. Conſult. 21.

DIſtinguendum eſt. Si huiuſmodi loca pia ſint inſtituta authoritate Epiſcopi, quod dignoſcitur ex aliquibus ſignis, nempè ex aſpectu in forma Eccleſię, habeat campanile cum campana, altare permanens, nomen alicuius Sancti, ſepulturas, ibique diuina officia celebrentur, vt ex alijs relatis a Felin. *in c. de quarta num.* 12. *de præſcript.* Hoc enim caſu dicitur locus pius, Eccleſiaſticus, & religioſus, Archid. *in can. Nemo de conſecr. d.* 1. Abb. *in cap. ſolitæ num.* 5. *de cenſib. in cap. num.* 2. *de relig. Dom.* & alibi. Ac cenſuit Sac. Congreg. Epiſc. referente Eminentiſſimo Caietano, quod ſcilicet in alienationibus prędictis ſint neceſſarię ſolemnitates requiſitę in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, & prę ſertim beneplacitum Apoſtolicum in re non leuis momenti. Ita pro Hoſpitali *de Diſciplina* nuncupat. & Confraternitate S. Io: Terrę *Caprarolæ* Diœceſ. *Ciuitatis Caſtellanæ* ſub die 2. Auguſti 1641. & 30. Auguſti 1642. Ratio autem eſt, quia huiuſmodi bona ſunt Eccleſiaſtica, & proindè non poſſunt ſine ſolemnitatibus alienari.

Si verò non conſtat, Confraternitatem, Hoſpitale &c. eſſe fundatum authoritate Epiſcopi, tunc dici poteſt profanum, & laicale, quamuis opera pia in illo exerceantur, vt poſt Bald. Felin. Panorm. & alios, quos coaceruauit Gabriel. *vbi ſup.* & Maſcard. *de prob. concluſ.* 869. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 3. latiſſimè probat Valaſc. *conſ.* 105. *num.* 5. *& ſeqq.* & alij. Rot. *inter recent. deciſ.* 30. *num.* 8. *par.* 2. *& coram Ludouiſio deciſ.* 4. *num.* 15.

In

Digitized by Google

In dubio autem Confraternitas, Hoſpitale &c. non præſumitur erectum authoritate Epiſcopi, vt probat Ricc. *in collect. deciſ. par. 5. collect.* 1846. *in princ.* ſed potiùs prophanum, vt docet idem Ricc. *reſol. cit* 37. *num.* 3. & fusè Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 4. num.* 24. vbi plures Doctores, ac Rotę deciſiones congerit.

Et per conſequens bona huiuſmodi poſſunt liberè alienari abſque vllo beneplacito Apoſtolico, & ſine alijs ſolemnitatibus. Bald. *in auth. hoc ius porrectum n. 3. & ſeq. C. de Sacroſ. Eccleſ.* & alij.

Neque officit viſitatio alias ab Epiſcopo facta in dictis locis; quia nullam inducit præſumptionem; nam etiam in locis profanis fieri poteſt ab Epiſcopis tanquam delegatis à Sede Apoſtolica.

Ex quibus deducitur, quod licet hoſpitale poſſit appellari largo modo pium, ex eo quia ibi opera pietatis exercentur. Caſtr. *conſ.* 167. *vol.* 2. & Rom. *conſ* 477. *num.* 2. Non tamen poteſt dici Religioſum, & Eccleſiaſticum, ſed ſæculare, & profanum. Gabriel *de pia cauſ. concl. 1. à num. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. gloſ. 5. num.* 38. & alij. Rot. *d. deciſ* 30. *num. 8. par. 2. recen.*

Alia vide tom. 4. *Conſult.* 143. & tom. 8. *Conſult.* 31. *à num.* 12.

De translatione Sanctorum Corporum, ſiuè Reliquiarum, quoad alien. rer. Eccleſ. Vide de Ritibus tom. 4. Conſult. 107.

An Decretum Apoſtolicum de rebus Regularium non alienan. abſque expreſſa licentia Sac. Cong. Conc. in ſcriptis obtenta, comprehendat obligationem factam à Superioribus Regularibus, prætextu emptionis bonorum pro ſuis Monaſterijs? tom. 4. Conſult. 166.

AFfirmatiuè, etiam quod huiuſmodi obligatio ſit munita obligatione Cameralì, & concepta ſub ſtrictiſſimis clauſulis, cum verba d. decreti *Omnium rerum &c. alienationem, omne pactum, & quaſcumque hypothecas*, adeò ſint vniuerſaliſſima, & effrena, vt nullam admittant reſtrictionem, ſed comprehendant etiam, quę ſunt ſpeciali nota digna, ex congeſtis per Valenzuel. *conſ.* 135. *num.* 102. *lib.* 7. Ciriac. *controu.* 426 *num.* 29. & 30. Surd. *conſ.* 73. *num.* 62. *cum ſeqq.* Idtòque obligatio facta per dictos ſuperiores, non ſeruata forma dicti decreti, habentis clauſulam annullatiuam, remanent ipſo iure, & à principio nulla. Card. Mantic. *deciſ.* 76. *num.* 4. & 5. vbi quod ligat etiam ignorantes. Rot. *diuer. deciſ.* 666. *num.* 2 *par.* 4. Et in terminis huius decreti tradit Nouat. *in Lucer. Regul. v. Alienatio ſub num.* 1.

Præſertim autem quia finis prædicti decreti fuit auertere à Regularibus omne prorſus detrimentum; vndè quia ex dicta obligatione imminet graue damnum Conuentibus, certum videtur, nos verſari in caſu à dicto decreto comprehenſo; iuxtà dicta in ſimilibus per Caualcan. *de contract. deciſ.* 45. *poſt num.* 32. & *ſeqq. lib.* 1.

Non obſtat, quod in alienatione Eccleſiæ ex cauſa neceſſaria non requiratur beneplacitum. Vera enim eſt concluſio, ſed difficultas eſt in applicatione. Siquidem cauſa neceſſaria ad hunc effectum intelligitur tantum, ea, quæ continet propriam, & præciſam neceſſitatem, ad quam compelli quis de iure ab initio poſſit ex notatis per Tiraquell. *de legib. connub. gloſ.* 8. *num.* 197. & *ſeq.* & Gabr. *conſ.* 20. *num.* 50. *cum ſeq. lib.* 1. quos approbauit Rot. *deciſ.* 177. *n.* 8. *par.* 1. *recen.* Talis autem neceſſitas vtrique non adeſt in hoc caſu; vndè eſt irrita obligatio.

An locatio Caſalium diſtrictus Vrbis, atque eiuſmodi comprehendatur in Extrauag. Ambitioſa de reb. Eccleſ. non alien. tom. 4. Conſult. 123.

VNquam Sac. Rota in dubium reuocauit quoad dicta Caſalia, imò pro certo ſuppoſuit *coram Gypſio in Romana affictus* 8. *Febr.* 1592. *deciſ.* 727. *par.* 4. *diuer.*

Solumque negauit, trahi poſſe ad alia prædia, ex quibus integri fructus percipi poſſunt quolibet anno; attamen

Reſp. validam eſſe: quia prohibitio alienationis vltra triennium, de qua in dicta Extrauag. intelligitur reſpectu bonorum, quæ ſingulo anno Colono reſpondent de integro fructu, non reſpectu Caſalium diſtrictus Vrbis, quæ notum eſt intra nouem annos, & non prius trinam fructuum reſponſionem dare, quo fit, vt hoc in caſu nouenniū pro triennio reputetur, ſtante quod; triennium reputatur pro tribus collectis. Couart. *var. lib. 2. cap.* 16. *num.* 6. & in terminis fuit deciſum *in Romana reſciſſionis contractus* 28. *Nouemb.* 1580. *coram Sanctiſſimo*.

Non obſtante, dixerunt Domini, quod partes reſeruauerint beneplacitum Sedis Apoſtolicæ; quia fuit facta talis reſeruatio in abundantem cautelam, credentes illud neceſſarium fore.

De alienatione rerum Eccleſiæ theoria, & praxis, in qua controuerſiæ, penè omnes, compendio ſoluuntur, & Sacrarum Congregationum decretis, & Sac. Rot. Rom. deciſionibus, deque pœnis contra alienantes ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, ac de proceſſu in cauſa iſ in euidentem, aliaque huiuſmodi. to. 6. Conſult. 95.

FVerunt prohibitæ bonorum Eccleſiaſticorum alienationes ex *can. Non licet Papæ* 12. *q.* 2. *tit. de reb. Eccleſ. non alien.* In iure Pontificio, & Nouellis iuris ciuilis, quod ius ciuile non ligat Eccleſias, & Eccleſiaſticos, quamuis ſit in eorum fauorem.

Res igitur Eccleſiæ immobiles nemini licet alienare, Abb. *in cap. Nulli in 1. notab.* Guidop. *in Sum. d. tex.* & Ber. *num.* 2.

Et quidquid ſit de iure antiquo, vt in *Can. ea enim*

enim, §. *hoc ius* 10. *q.* 2. Hodie nemini licet, etiam cum cauſa, & iuris ſolemnitate alienare res Eccleſiæ immobiles, vel quæ inter immobiles computantur, inconſulto Romano Pontifice: quia in d.Extrauag.Amb. Paulus II. prohibet omnium rerum, ac bonorum Eccleſiaſticorum, ſcilicet immobilium alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, præterquam in caſibus à iure permiſſis.

Res verò mobiles alienari non prohibentur, *l.lex quæ tutores C.de adminiſtr. tut. & l.inter omnes C. de præd. min.* ſecundum Innoc. *d. cap. nulli poſt princ. v.immobilem*, niſi ſint pretioſæ, vt *d. l.lex cap.quod ſicut* §.*fin.de elect.cap.* 1.*de pignor.* d.Extrauag.Ambit. ibi: *Pretioſa mobilia Deo dicata*, & notat Hoſtien.*in d.cap.nullus num.*1.

Clauſula *in caſibus à iure permiſſis* eſt referenda ad emphiteuſim dumtaxat.

Firma ſit igitur hæc regula, quod alienatio bonorum Eccleſiæ immobilium, vel pretioſorum hodie prohibita eſt, etiam cum cauſa, & ſolemnitate ſine beneplacito Apoſtolico.

Fallit primò hæc regula in contractu emphiteutico, concurrentibus tribus illis conditionibus, vt ſupra.

Secundò fallit in bonis Eccleſiæ feudalibus, ſeu ab antico in feudum dari ſolitis. Poſſunt enim in feudum concedi, non obſtante iuramento de non infeudando, Rom. Pontifice inconſulto, vt *in cap. ex parte de feud.* & ibi notat Innoc. *in princ. v. concedas.* Abb. *antiq. n.* 1.

Fallit tertiò in fructibus, vt in bonis, quæ ſeruari non poſſunt. Extrauag. Ambit. & tex. *in dict. leg. lex quæ ſunt ff. de adminiſtr. tut.*

Quartò fallit in terrulis, & vinculis, quæ de conſenſu Epiſcopi alienari poſſunt ſine ſolemnitate, vt *in Can. terrulas* 12. *quæſt.* 12.

Debent tamen tria concurrere. Primò, vt ſint exigui valoris. Secundò vt ſint parum Eccleſiæ vtiles. Tertiò vt ſubſit neceſſitas alienandi *dict. can.terrulas.*

Exiguitas valoris remittitur arbitrio Iudicis *arg. leg.* 1. *in fin. ff. de iur. delib.*

Fallit quintò in alienatione neceſſaria, neceſſitate iuris: quia ius præcipit illam fieri.

Sub nomine alienationis quinque continentur primò quinta conditio, quam Gloſ. *penul. dict. cap. nulli* intelligit conceſſionem ſub conditione, ſed nihil declarat.

Secundò cõtinetur donatio, tertiò venditio, quartò permutatio, quintò emphiteuſis perpetuus contractus; quando verò dicatur perpetuus. Vide Innoc. *dict. cap. nulli circa fin v. perpetuum de reb. eccleſ. non alien.*

Quibus adde *ſextum*, ideſt infeudationem, & ſeptimum locationem vltra triennium, & generaliter omne pactum, per quod bonorum dominium transfertur, tam directum, quam vtile *leg.* 1. *ff. ſi ager vectig. vel emphit. pet.* Butr. *in dict. cap. nulli in vltimo notab.*

Hinc pecunia Eccleſiæ accepta ex redemptione census, non poteſt ſine ſolemnitate conuerti in extinctionem debiti eiuſdem Eccleſiæ. Turrecr. *in ſum lib.* 11. *quæſt.* 2. qui extendit etiam in caſu neceſſitatis. Rota *in Veneta nullitatis contractus* 13. *Nouemb.* 1602. *coram Pamphilio.*

Atque hinc etiam fit, quod magna pecuniæ ſumma deſtinata prò emendis ſtabilibus, aut mobilibus pretioſis, non poteſt conuerti ad emenda mobilia vſualia prò Monaſterio, quia computatur inter bona immobilia. Sylueſt. *v. alienatio num.* 7. Quarant. *in ſum. Bullar. eodem v. num.* 25. & alij. Rot. vbi ſupra; Ratio autem eſt, quia res vendita, aut cenſus redemptus repreſentatur in illa pecunia *l. quia qui pretio ff. de vſufr. & quemadm. quis vt. fr.*

Qui verò alienat res Eccleſiæ non obtento, ſed reſeruato quatenus opus eſſet, beneplacito Sedis Apoſtolicæ, exſcuſatur à pænis d. Extrau. quia pænæ imponuntur alienantibus ſine beneplacito Apoſtolico, quod cum ſit reſeruatum, ſufficit ſi ex poſt facto interueniat. *cap.* 2. *de pact.* Butr. *num.* 6. Imol. *num.* 3. & alij.

Idque intelligendum eſt, dummodò non ſequatur abſoluta traditio, neque in contractu adſit clauſula *Conſtituti*.

Ex d. reſeruatione excluduntur pænæ impoſitæ ab Extrauag. & etiam alienantium ſine ſolemnitate; quia hoc pacto non eſt completa conditio.

Nec poſſunt alienari res Eccleſiæ prò donatione remuneratoria Dec. *conſ.* 264.

Non verò eſt neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum, vt hæres Eccleſiaſticus poſſit alienare bona prohibita alienari ob ſoluenda debita defuncti.

Excipiuntur caſus omnes à iure permiſſi ab hac Extrauag. quibus ſcilicet ſine alia ſolemnitate, & ex ſola Prælati authoritate poteſt fieri alienatio, vt ibi videre eſt.

Ad formæ ſolemnitatem pertinent cauſæ cognitio, conſenſus Capituli, conſentientium ſubſcriptio, & authoritas Superioris; Prædictam tamen Extrauagantem Ambitioſam non eſſe vbique receptum notat Azor. *Inſtit. moral. lib.* 9.

Præter caſus, & modum ſupradictum, res diuinis cultibus dedicatæ in profanum vſum non ſunt transferendæ *arg. tex. leuit.* 7. & 25. *Can. benè quidem dict.* 96.

In alienatione rei Eccleſiæ duo copulatiuè requiruntur, ſolemnitas ſcilicet, & cauſa, nec vna ſine alia ſufficit. Rota in *Placentina Bonorum, coram Card. Seraph.* 7. *April.* 1581. *vt in dec. diuerſorum* 178. *num.* 1. *par.* 2.

Vndè alienatio rerum Eccleſ. ſine ſolemnitatibus eſt nulla, Eccleſia volente, ſecus ſi Eccleſia velit ſtare alienationi, nec altera pars poteſt eam impugnare. Put. *deciſ.* 310. *lib.* 1. & 365. *num.* 5. *lib.* 2. Rot. *in Peruſina reſciſſionis Contractus* 24. *Febr.* 1588. *coram Blanchetto.*

Et defectus ſolemnitatis non poteſt ab alio, quam ab Eccleſia allegari. Creſcent. *deciſ.* 1. *de locat.*

Rot.

Digitized by Google

Rot. in *Romana domus 4. Decemb.* 1592. *coram Mantica.*

Limita in caſu, in quo actio eſt popularis. Rot. *in Oximeu. traslationis 26. Octobr.* 1592. *coram Mantica.*

Limita ante actum conſummatum: quia tunc poteſt opponi nullitas ſolemnitatis, etiam inuita Eccleſia, Pinel. *in leg. 1. par. 3. num. 32. Cod. de bon. mat.*

Limita quando Eccleſia vellet prò parte valere alienationem, & prò parte dicere nullam: quia non poteſt. Rot. *in Placentina Decimarum 2. Iun.* 1586. *coram Bubalo.*

In alienatione bonorum Eccleſiæ facta authoritate Papæ non requiruntur aliæ ſolemnitates: quia ſupplentur authoritate Papæ. Rot. in Segobien. ſpolij 10. Decemb. 1568.

Item in facta coram Papa, quia preſentia ſupplet omnes defectus. Rot. *in Romana Caſalis 21. Maij* 1593. Idem ſi cum ipſo contrahatur.

Amplia etiam ſi contractus fieret cum Papa tanquam perſona priuata. Rot. *in dict. Romana Caſalis 2. Maij* 1593. *coram Seraphino.*

In alienatione Eccleſiæ non dum incorporatæ, ſed in ipſa acquiſitione, facta non requiruntur ſolemnitates. Rota *in Rnmana Domus 29. Octobr.* 1582. *coram Card. Altobrandino.*

Neque ad effectum alienationis habetur in conſideratione momentanea acquiſitio. Rot. *in dict. Romana Domus 28. Octobris* 1582. *coram eodem.*

Neque in ceſſione hæreditatis delatæ Eccleſiæ neceſſariæ ſunt ſolemnitates in alienatione requiſitæ. Peregr. *dec. 30. lib. 2. & dec. 210. lib. 2.*

Limita, ſi ante ceſſionem hæreditatis fuiſſet adita; nam tunc neceſſariæ ſunt ſolemnitates. Rot. *in Mediolan. Bonorum 7. Febr.* 1597. *coram Pamphilio.*

In alienatione rei Eccleſiæ ſolitæ alienari, non requiruntur ſolemnitates, Rot. *deciſ. 3. num. 14. de reb. Eccleſ non alien.*

Dummodò ſolitũ non alteretur Rot. *in vna Imolen. bonorum.* 21. Maij 1593. coram eodem.

Res Eccleſiæ ſolita locari, ſi ſit incorporata Eccleſiæ, non poteſt locari ſine ſolemnitatibus. Rot. *in dict. Mediolan. bonorum coram Orano.*

Quando dicatur facta incorporatio. Vide Abb. *in cap. vt ſuper de reb. Eccleſ. non alien. & in cap. 2.*

Alienatio rei Eccleſiæ vltra triennium fieri non poteſt abſque ſolemnitatibus. Rot. *in Senen. prædij 8. Octobr.* 1584. *coram Pamphil.*

Hoc procedit etiam in Prælato Regulari ibidem.

Limita in locationibus Caſalium, vt ſupra dictum eſt.

Item limita in locis, vbi Paulina non ſeruatur.

Tranſlatio canonis, ſeù affrancatio non requirit ſolemnitates requiſitas in alienatione Eccleſiæ rei. Vide Rot. *in Romana prætenſæ deuolutionis 10. Martij, & Maij coram Millino* 1595.

In tranſactione ſuper bonis Eccleſiæ requiruntur eædem ſolemnitates. Rot. in *Auerſana tenimenti 27. Iun.* 1573.

In impoſitione cenſus ſuper re Eccleſiæ requiritur ſolemnitas, & iuſta cauſa, prout in alienatione. Rot. *in Romana inualiditatis Cenſus 24. Maij* 1591. *coram Corduba.*

In conceſſione emphyteuſis Eccleſię faciẽda Fratribus ad vno fratre acquirente, an requiratur ſolemnitas? Vide Rotam *in Mediolan. bonorum 13. Nouembr.* 1596. *coram Orano.*

In alienatione rei Eccleſiæ ex curſu 30. annorum, & obſeruantia præſumuntur ſolemnitates, nec minus tempus ſufficit, quod autem data obſeruantia, ſufficiant 10. anni, ea verò non data 30. Vide Felin. *in cap. Albericus num. 4. de teſtibus.* Rot. *in Ceruien. Salynarum 15. Octob.* 1568. *coram Robuſterio.*

Alienatio rerum Eccleſiæ, quæ ab initio fuit vtilis, non redditur nulla ex eo, quod non probetur, pretium verſum eſſe in vtilitatem Eccleſiæ, neque emptor tenetur probare verſionem Rot. *in Anconitana terrarum 13. Iun.* 1578. *coram Seraphino.*

Alienatio rei Eccleſiæ, prò qua fuit obtenta ſententia vigore gratiæ *ſi in euidentem* eſt valida, licet ſententia non iuſtificetur ex eiſdẽ actis, quia Iudex poteſt extraiudicialiter ſe informare Rot. *in Raguſina bonorum 20. Iun.* 1578. *coram Lancellotto.*

In alienatione rei Eccleſiæ ad inſpiciendum vtilitatem, debet attendi valor rei tempore contractus. Rot. *in Romana Caſalis 6. April.* 1576. *coram Cantuccio.*

In alienatione rei Eccleſiæ ſolitæ alienari, vtilitas euidens debet conſiderari tempore, quo fit alienatio, non autem tempore, quo res cepit alienari primo loco. Cæſar. de Graſ. *deciſ. 3. num. 16. & deciſ. 4. per totam de reb. Eccleſ. non alien.* Rot. *in Nullius Caſtri Montis Parſu 9. Mart.* 1580. *coram Bracco.*

In confirmatione d. alienationis ſufficit extraiudicialis informatio. Rot. *diuer. deciſ. 479. nu. 2.* & plura ſuper hoc ibidem.

In conſideranda vtilitate Eccleſiæ in conceſſione in emphyteuſim perpetuam non habeeur ratio, quod res indigeat reparatione. Rota *in Bononien. S. Appollinaris 20. Maij* 1578. *coram Cantuccio.*

Alienatio rei Eccleſiæ facta prò vtilitate Eccleſiæ eſt nulla, vbi apparet ex inſtrumentis, quod Eccleſia plus percipiebat. Rot. *Rot. in Anconina bonorum 2. May* 1584. *coram Bubalo.*

Adde tamen, quod in locatione rei Eccleſiæ in perpetuum facta, fit diminutio ſextæ partis penſionis. Rot. *in Romana Caſalis 28. Iunij* 1578. *coram Cantuccio.*

Alienandi rem Eccleſiæ neceſſitas non dicitur, vbi ex fructibus Eccleſiæ abſque alienatione, neceſſitati poteſt prouideri. Rot. *in Placentina bonorum 7. April.* 1581. *coram Seraphino.*

Ad hoc, vt ex curſu temporis præſumatur bene-

pla-

placitum Sedis Apoſtolicę an requiratur, ſcientia Papæ, dic, quod ſi ſumus in ſpatio 30. annorum oon requiritur, in minori verò ſpatio requiritur. Rot. *in Romana Domus 29. Octobr.* 1582. *coram Altobran.*

Cauſa in alienatione rei Eccleſiæ eſt neceſſitas, vel vtilitas. Rot. *in Florentina bonorum* 10. *Decemb.* 1576. *coram Blanchetto.*

Nec ſuper iſta cauſa ſtatur aſſertioni alienantis, ſed requiritur plena probatio. Rot. *in Lucana bonorum* 15. *Iannar.* 1571. *coram Lancellotto.*

Supplicatio *ſi in euidentem* expirat per obitum concedentis, ſi ante eius obitum non præſentetur. Rot. *in Tiburtina Horti* 12. *Nouem.* 1588. *coram Mantica.*

Confirmatio facta, non exhibito Inſtrumento, eſt oulla. Rot. *in Cortonen. reſciſſionis locationis* 26. *Ianuar.* 1590. *coram Orano.*

Licentia data prò alienatione non deſeruit, confirmatione iam facta. Rot. *in Auximana bonorum* 2. *Iun.* 1595. *coram Millino.*

Licentia alienandi vbi eſt data limitata prò certa ſumma, debet is, qui alienatione innititur probare, alienationem intra ſummam eſſe. Rot. *in Romana deuolutionis* 28. *Maij* 1582. *coram Rubeo.*

Alienatio facta de omnibus petijs terræ Eccleſiæ, in tali vocabulo valet, etiam quod licentia loquatur de ſeptem petijs, vbi non conſtat Eccleſiam habere plures in eodem loco. Rot. *in Bononien. bonorum* 16: *Iunij & 20. Nouemb.* 1595. *coram Millino.*

Papa in conceſſione ſolet limitare aliquandò conceſſionem.

Tranſactio de re Eccleſiæ propter dubium litis euentum valet, etiam oon probata Eccleſiæ vtilitate. Rot. *in Nullius Caſtri Montis Portij 9. Martij* 1580. *coram Bracco.*

Locatio rei Eccleſiæ facta, durante prima, non tenet. Rot. *in Albanen. Tenutæ 27. Nouemb.* 1591. *coram Orano.*

Declara, ſi fieret ante finitam primam per viam nouæ conceſſionis, ſecus per viam prorogationis. Ruin. *Conſult.* 116. *num.* 1. *&* 4. *ac.* 8. *lib.* 1.

Alienationis contractus, licet ſit validus, ſi tamen Eccleſia enormiter ſit læſa, ſuccurritur ei per reſtitutionem in integrum. Rot. *in Lucana de Cubitiano* 24. *Nouemb.* 1570. *coram Lancellot.*

Res Eccleſiæ ſolita concedi in tertiam generationem, ſi concedatur vltra, valet conceſſio vſque ad tertiam, licet quoad alias non valeat. Rot. *in Vliſſipponen.* 2. *Iun.* 1567. *coram Sarmiento.*

Alienatio rei Eccleſiæ facta in Conſanguineos, præſumitur potius facta in fraudem, quam in vtilitatem Eccleſiæ. Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 4. *num.* 24. *de reb. Eccleſ. non alien.* Rot. *in Lucana bonorum* 15. *Ianuar.* 1571. *coram Lancellotto.*

Non tamen ex iſta præſumptione Incarin redditur nulla. Rot. *in cauſa bonorum* 8: *Apr.* 1585. *coram Viceconite.*

Alienatio facta in conſanguineos ſine præiudicio Eccleſiæ, valet, ac ſi eſſet facta in extraneos. Rot. *in Romana Caſalis 6. April.* 1596. *coram Cantuccio.*

Alienans res Eccleſiæ tenetur de proprijs bonis de euictione, re euicta ab Eccleſia. Rot. *in Placentina euictionis* 5. *Maij* 1589. *&* 2. *Apr.* 1590. *coram Platto.*

In recuperatione rei Eccleſiæ nulliter alienatæ, fructus debentur à die alienationis Rot. *in Placentina bonorum* 26. *Iun.* 1585. *coram Blanchetto.*

Prælatus alienans res Eccleſiæ poteſt alienata recuperare. Rot. *in Papien. bonorum* 20. *Maij* 1594. *coram Millino.*

In alienatione rei ad Eccleſiam reuerſæ eſt præferendus agnatus vltimi inueſtiti prò eodem pretio, quod inuenitur ab extraneo, non autem prò pretio antiquo. Rot. *dec.* 4. *n.* 9. *de reb. Eccleſ. non alien. coram Cæſar. de Graſ.*

Bona Eccleſiæ ſterilia poſſunt concedi alicui, qui illa ſua opera, & impenſa reducat ad culturam, non modò ſi ſint omninò ſterilia, ſed etiam, ſi aliquam modicam afferant vtilitatem Rot. *in Nullius Caſtri Montis Portij* 19. *Nouemb.* 1580. *coram Bracco.*

In alienatione rei Eccleſiæ præſumitur conſenſus Rectoris ex antiquitate temporis. Rot. *in Conchen. fructuum* 2. *Decemb.* 1585. *&* 10. *Febr.* 1586. *coram Seraphino.*

Idque ſi Rector ipſe ſupplicaret pro gratia, & obtineret, *ibidem coram Gypſio.*

In alienatione bonorum menſæ Epiſcopalis ſeparatæ à menſa Capituli, requiritur conſenſus Capituli. Ror. *in Auximana bonorum* 1. *Febr.* 1580. *coram Seraphino.*

Alienatio rei Eccleſiæ facta per Canonicos, vel Conuentum, abſente Propoſito, vel Abbate, vel à Prælato ſine conſenſu Capituli, ſi eſt vtilis Eccleſiæ, & adſint ſolemnitates, & confirmatio Apoſtolica tenet. Rot. *in Mediolanen. bonorum* 2. *Maij* 1581. *coram Lancellotto.*

Canonici abſentes non ſunt neceſſariò vocandi, *ibidem.*

Alienatio facta à Procuratore Capituli, qui exceſſit fines mandati, non valet. Rot. *in Cortonen. bonorum* 28. *Maij* 1588. *coram Platto.*

In alienatione bonorum Monaſterij requiritur conſenſus Conuentus, vel Congregationis generalis. Rot. *in Romana Caſalis* 23. *Martij* 1594. *coram Seraphino.*

Reductio cenſus bonorum Eccleſiæ ex cauſa ſterilitatis, & refectionis melioramentorum, eſt nulla, etiam obſeruata per 30. annos. Rot. *in Mediolanen. bonorum* 5. *Maij* 1597. *coram Seraphino.*

Res Eccleſiæ ſolita alienari, ſi reuertatur, relocans non dicitur alienare, ſed continuare alienationem factam. Rot. *in Bononien. de Pipinis* 20. *Nouemb.* 1574. *coram Robuſterio.*

De alienatione rei Eccleſiæ facta prò emendis aquis, vide ibidem.

Nomine alienationis rei Eccleſiæ venit locatio ad longum tempus Rot. *in Rauennaten. 2. Aprilis* 1576. *coram Cantuccio*.

Hoc procedit ad effectum inualiditatis, non ad incurſum pœnæ, *ibidem*.

De Breui Greg. XIII. confirmationis alienationum rerum Eccleſiarum in ſtatu Parmæ, & Placentiæ actum ſuit *in Placentina Aquarum* 10. *Febr. & 24. Nouemb.* 1597. *coram Orano*.

Hactenus Sac. Rot. Rom. cui hæc addo.

Locatio rei Eccleſiaſticæ facta ad triennium cum conditione, quod ſi vltimis ſex menſibus eiuſdem triennij partes quieſcant, & nihil innouent, cenſetur facta ad aliud triennium, & ſic deinceps non valet, ſed eſt contra diſpoſitionem Paulinæ Extrauag. Quia conditio illa appoſita non eſt vera conditio, quia vera conditio ſuſpendit actum, ità vt nullũ ſortiatur effectum, donec ipſa eueniat *l. Conditionalibus ff. de verb. ſignif.* Hæc autem conditio non ſuſpendit actum. Ergo &c.

Quare locatio prædicta prò primo triennio eſt irreuocabilis, atque adeò neceſſaria. Prò ſecundo autem triennio eſt ad beneplacitum partium tex. *in cap. de gratioſè de reſcrip. in 6.* cum Decio *conſt.* 108. *n.* 5.

Quo verò ad pœnas in alienantes bona immobilia Eccleſiarum, ij incidũt in pœnas Conſtitutionis Leonis Cæſaris, quæ habetur *l. Iubemus C. de Sacroſ. Eccleſ.* ſecundum Innocen. *in d. cap. nulli in fin.* ibique Butr. *n.* 12. & Card. *n.* 6. *in 4. quæſt.* Eiuſque pœna eſt depoſitio alienantis, & ſatiſfactio incommodi Eccleſiæ de rebus proprijs facienda, & eius hæredes obligantur, quæ Conſt. eſt extenſa ad omnes Eccleſias, & pia loca, vt in *auth. de non alien.* §. *nos igitur*.

Per prædictam verò *Extrauag. Ambitioſè de rebus Eccleſ. non alien.* pœnæ infraſcriptæ ſunt ſtatutæ.

Prima eſt nullitas contractus. Secunda. Excommunicatio latæ ſententiæ in alienantes, & recipientes. Tertia. Interdictum ingreſſus Eccleſiæ Epiſcopis, & Abbatibus, qui ſi per 6. menſes perſeuerauerint in Interdictu, ſunt ſuſpenſi à regimine d. Eccleſiæ. Quarta. Inferiores Prælati, eò ipſo ſunt priuati beneficijs, quorum bona alienarunt, & vacare cenſentur abſque alia declaratione, vt conferri poſſint à legitimo collatore. Quinta. Bona alienata ad Eccleſiam, ad quam pertinebant, liberè reuertuntur.

Et per iſtam *Extrauag.* derogatum eſt *Can. ſi quis Epiſcopus* 10. *quæſt.* 2. *& Can. Apoſtolicos* 12. *quæſt.* 1. In quibus deponendus eſt Epiſcopus, qui ſine neceſſitate alienat res Eccleſiæ ſine licentia &c.

Et licet in eadẽ *Extrauag.* excommunicatio nõ ſit Papæ reſeruata; eſt tamen aliundè reſeruata. Theſaur. *de pœnis Eccleſ. v. vſurpatio cap.* 1. ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 11. *de refor.*

Delegati verò Epiſcopi inferiores excommun. incurrunt, ſi ſic authoritatem præſtiterint cum damno Eccleſiæ. Si autem ſint Epiſcopi, aut ijs maiores, incurrunt ſuſpenſionem per annum ab exercitio officij, quod ſi, ea ſuſpenſione durante, ingerant ſe Diuinis, ideſt celebrent, incurrunt irregularitatem ex Bulla Pauli II. quæ incip. *Cum in omnibus*.

Procurantes autem alienationem in detrimentum Eccleſiæ dolo, aut fraude, aut ſcienter, aut extorquentes per ſordes, ideſt per mercedem, aut per impreſſionem, ideſt per coactionem, aut preces importunas decretum alienationis à delegatis prædictis, incurrunt excomm. Papæ reſeruatam, ex eadem Bulla, & ad damna condemnandi.

Ex Bulla Pij V. incip. *Admonet nos* prohibetur omnis alienatio, infeudatio, conceſſio, etiam gubernationis titulo, ad vitam, & longum tempus &c. Controuenientes incurrunt ipſo facto primò excommun. Papæ reſeruatam. Secundò. Crimen rebellionis. & prodirionis locorum illorum. Tertiò. Confiſcationem omnium bonorum, quæ ipſo facto Cameræ deuoluta cenſentur. Quartò. Priuationem omnium beneficiorum Eccleſiaſticorum. Quintò. Inhabilitatem ad beneficia Eccleſiaſtica. Sextò. Infamiam iuris perpetuam, etiam poſt reſtitutionem aduerſus præfatam ſententiam.

Præterea idem Pius V. ibidem hanc Conſt. præcipit iurari à Cardinalibus in aſſumptione pilei, & ſtatuit, vt contrafacientes pœnam perinrij, ac perpetuæ infamiæ incurrant. Explicat hanc Bullam Leon. *in Theſ. for. Eccleſ. p.* 1. *cap.* 15. *n.* 13.

Adeſt inſuper Bulla Vrbani VIII. quæ incip. *Humanæ ſalutis anno* 1625. *Kal. Nouemb.* prohibens ſupradictas alienationes, & contrauenientium pœna, vt ibi videre eſt.

Adeſt Clementina 1. *de reb. Eccleſ. non alien.* prò Regularibus, & pœna contrauenientium.

Religioſi Prælati, ſiuè Officiales conſentientes vſurpationi iuriſdictionis in exemptos, ſiuè ſubiectioni illi. Itemque Prælati vſurpantes talem iuriſdictionem, incurrunt in pœnas d. *Extrauag. Ambit.* quia hæc renunciatio exemptionis, eſt alienatio prohibita *de reb. Eccleſ. c. cũ tempore de arbitr.* ibique Oſtien. & Abb. *n.* 3. & quia hoc ius reputatur inter immobilia. *tex. in d. cap. nulli eodem tit.*

De fabricatione proceſſus in alienatione. Vide *ibidem n.* 258. *& ſeqq.*

De Summo verò Pontificatu Eccleſiaſtico, nempè Sum. Pontificis dubitari poſſet, an bona Eccleſiæ, ſeù Principatus alienare poſſit, & rata ſit alienatio apud ſucceſſores? Videtur poſſe alienare bona quarumcumque Eccleſiarum, & ratam alienationem apud ſucceſſores, quoniam dominium omnium bonorum dicitur eſſe Chriſti *cap. cum ex ea de elect. in 6. &c.* Summus autem Pontifex eſt immediatum caput Eccleſiæ, & Vicarius Dei in Terris, vt quidquid agat, claue non errante, cenſeatur à Deo factum *cap. quantum cap. inter corporalia de tranſlat. Prælat.* Et omnium Eccleſiarum ordinatio vide-

videtur eſſe iuris poſitiui *Can. 1. 13. quæſt. 1.* & à Sede Apoſtolica, vt riuuli pendent à fonte. Habet autem, & plenitudinem poteſtatis Sum. Pont. in ijs maximè, quæ ſunt talis iuris poſitiui *cap. propoſuit de conceſ. præb.* Et qui habet poteſtatem concedendi alijs facultatem alienandi, multò magis Ipſe poteſt. Nemo enim dat, quod non habet *l. ſi vniuerſæ C. de legibus.*

Aliqua circa vſurpationem rerum Eccleſ. Vide omnino de Eccleſ. tom. 7. Conſult. 11.

Aliqua de cenſu vitalitio Regularium. Vide de Regular. tom. 7. Conſult. 12.

An aſſenſus præſcriptus in decretis de celebratione Miſſarum à Sac. Congr. Conc. iuſſu Vrb. VIII. editis in ſuſceptione onerum perpetuorum, requiratur duntaxat, vt Ordinarius exquirat, bona aſſignanda eſſe fructifera, & correſpondentia oneribus adiungendis, vel vt ſubrogetur in locum beneplaciti Apoſtolici reſpectu bonorum propriorum, ità vt huiuſmodi bona locorum piorum valeant obligari prò adimplendis oneribus ſuſcipiendis, interueniente ſolo d. aſſenſu Ordinarij, & in caſu non adimplementi ſubhaſtari ſine alio beneplacito Apoſtolico, vel potius beneplacitum Apoſtolicum debeat præcedere ſubhaſtationem? tom. 7. Conſult. 5.

RESp. quod Sac. Congr. nullam facit mentionem bonorum propriorum Eccleſiæ, vel loci pij, ſed tantum requirit, licentiam Ordinarij, vel eius Vicarij, vt inquirat, bona aſſignanda eſſe fructifera, & correſpondentia oneribus iniungendis; vndè fruſtra prætenditur, quod ſi Ordinarius, vel eius Vicarius defecerit in munere iniuncto reſpectu bonorum inquirendorum, ità vt non ſint fructifera, vel fructus non correſpondeant oneribus iniunctis, Sac. Congr. voluerit prò his adimplendis alienari bona propria locorum piorum abſque ſolemnitatibus *Extrauag. Ambit. de reb. Eccleſ. non alien.* cuius diſpoſitionem eſſe vſu receptam, ac religiosè obſeruari teſtatur Mar. Antonin. *var. reſol. lib. 1. reſol. 21. n. 15.*

Vndè, dum facultas data Ordinario, à dictis decretis eſt limitata, nempè ad effectum inquirendi, an redditus, qui aſſignantur, correſpondeant oneribus, non poteſt extendi ad actum obligandi, ad *tex. in l. cum ſeruo 63.* ibique Bald. *ff. de contrah. empt.* Ideòque non ſuffragatur prò alienandis bonis Eccleſiarum, vel locorum piorum: quia ſi Ordinarius prohibetur in ſpecie obligare, multò magis impeditur alienare per *tex. in auth. multò magis C. de Sacroſ. Eccleſ.*

Et licet in d. Extrauag. non prohibeatur hypotheca generalis, & Ordinarius poſſit validè ſub illis ſubijcere bona Eccleſiæ abſque beneplacito Apoſtolico; attamen quando vigore talis hypothecæ proceditur ad ſubhaſtationem bonorum, non poteſt id fieri ſine beneplacito Apoſtolico. Rot. *in Amerina bonorum 2. Iun. 1645. coram Royas,* & alibi.

Deficiente itaq; ſubrogatione, obligatio Eccleſiarũ, & locorum piorũ remanet ſub diſpoſitione d. Extrauag. Rot. *in d. Amerina bonorum n. 6.*

Ex his ſequitur, non poſſe ſubhaſtari bona immobilia Eccleſiæ, vel loci pij, dum in contractu obligationis non fuit adhibitum beneplacitum Apoſtolicum. Rot. *poſt Merlinum de pignor. dec. 97. n. 14.*

An Extrauagans Pauli II. de rebus Eccleſ. non alien. obliget vbicumq; terrarum, etiam vbi non eſt vſu recepta? Vt lex obliget quid requiratur? Quando cenſeatur tacitè abrogata? Epiſtola S. Caroli Borromei ad rem tom. 9. Conſult. 126.

NOn obligare in locis, vbi non eſt vſu recepta in totum, vel in partem, tenendum eſt. Caiet. *in ſum. v. excommunicatio cap. 75.* quem ſequitur Nauar. *in Man. cap. 27. n. 149.* ſubdens, quod in paucis locis eſt recepta quoad pœnas exteriores, quamuis in multis ſit recepta quoad diſpoſitionem principalem, & pœnam intrinſecam nullitatis contractus. Idemque ait *cap. 23. n. 62.* & alij.

Quando autem dicatur non vſu recepta, vt non obliget tranſgreſſores, tradunt Abb. & Felin. *in cap. 1. de treg. & pac.* Nauar. Syluest. ac alij.

Aſſertio tamen illa, quod, vt lex obliget, opus ſit, quod vſu populi ſit recepta, non eſt ità intelligenda, vt à fundatorum voluntate pendeat legis obſeruatio; ſed ſatis eſt, vt ſit promulgata in Ciuitate Metropolitana, vt Romæ communiter fit. Nauar. *Conſ. 1. num. 19.* ſed quando per lapſum decennij, ex quo lex promulgata fuit à populo, non fuit vſu recepta, neque moribus vtentium approbata, idque legislator ſciens, aut videns, taceat, diſſimulet &c. tunc cenſetur tacitè abrogata. Nauar. *ibidem n. 23.*

Cum autem iſta Extrauagans ſit in corpore iuris recepta, citeturque in iudiciali foro, & concurrant omnia ſupradicta, ſatis arguit, Sum. Pontifices, velle obſeruari quoad omnes eius partes. Ideòque non eſt facile extimandum, quod non ſit moribus vtentium in omnibus eius partibus recepta. Hinc præſumitur vſu recepta, & ideò non vſus debet probari. Rot. *in Brixien. locationis 5. Decembris 1594. coram Pegna.*

Sequitur Epiſtola S. Caroli, quæ reperitur in Bibliotheca Ambroſiana tom. 1577. ſcripta D. Speciano ſuper hac re, quæ incip. *Ex antiqua conſuetudine*, & reſponſio d. D. Speciani tenoris ſequentis.

Quanto all'alienatione de' beni Eccleſiaſtici, che ſi fanno coſtì, alle quali ella, e li ſuoi anteceſſori ſono ſtati ſoliti à preſtare i conſenſi, dice Sua Santità, che V. S. Illuſtriſſima può perſeuerare ſenza ſcrupolo, e quella ſe ne contenta, preſupponendo, che così ſia oſſeruato da lei, e dagl'altri.

An Regulares, qui obtinuerunt à Papa Breue directum Epiſcopo ad id delegato, vt alienare poſſint bona quædam Eccleſiaſtica, illudque ei præſentarunt, eiuſque firmata iuriſdictione, fuit coram eo, prævijs edictis, inceptus proceſſus, & inchoatum iudicium prò d. alienatione, cum ſolemnitatibus ad id requiſitis, poſſint etiam vigore cuiuſcumque alterius facultatis hoc iudicium omittere, & aliud inire, an verò teneantur coram ipſo Epiſcopo illud proſequi, & quibus ſub pœnis? tom. 10. Conſult. 28.

NEgatiuè, ſed tenentur coram Epiſcopo delegato omnia peragere Bald. *in l.2. n.29. C. de ſeruit. & aqua, & in l. ædem n.13. C. locati, ac alibi*, Rot. *in Pampilonenſi Parochialis* 14. *Iun.* 1613. *coram Vbaldo*. Nam eò ipſo, quod quis prætendit omittere primum Iudicem, hoc ſemper redundat in maximum ludibrium, & contemptum ipſius, Bald. alijque vbi ſupra, & totum id, quod ſequitur vigore illius noui Iudicis, omiſſo primo, eſt ipſo iure nullum, Rot. *in d. Pampilonenſi*.

Et ideò cum illi Regulares faciant id, quod ſibi de iure non licet, apertèque contemnant Maieſtatem Iudicis delegati à Sum. Pontifice, non eſt dubitandum, quin ipſe delegatus vigore ſuæ commiſſionis, ac iuriſdictionis poſſit eos in pœna huiuſmodi contumaciæ, & contemptus punire, *cap. de cauſis*, ibique Abb. *n.12.* Card. *n.2* & alij: quia huiuſmodi Regulares, non obſtante quacumq; exemptione in omnibus his, quæ concernunt merita, & incidentia eiuſmodi cauſæ, ſunt ſubiecti iuriſdictioni delegati per Butr. Abb. & Dec. *in d. cap. n.* 13.

Non ſolum hi Regulares irritè agerent, ſed etiam incurrerent pœnas à Sac. Canonibus inflictas contra alienantes bona Eccleſiaſtica *in Extrauag. Ambit. de reb. Eccleſ. non alien.* & alias, quas congerit Quarant. *in ſum. Bull. v. alienatio n.19. ac alij*.

Idq; etiam non obſtante Regularium exemptione: Nam etiam Epiſcopi poſſunt punire exemptos turbantes ſuam iuriſdictionem per *d. cap. 1. de pœn.* vt declarauit Sac. Congr. Conc. *in Panormitana* contra Religioſos Melitenſes exemptos. Cum enim S. Congregationi expoſitum eſſet, quod quidam Miles Religionis Hieroſolymitanę offendit Miniſtrum Archiepiſcopi Panormitani in actu exercendi ſuum officium, & cũ Archiepiſcopus vellet contra eum procedere, oppoſuit, ſe eſſe exemptum, & propterea non poſſe ab Archiepiſcopo puniri; Vndè nè huiuſmodi delictum remaneret impunitum, & Archiepiſcopus in futurum ſciat quomodo poſſit contra huiuſmodi delinquentes procedere, emanauit dubium.

An Milites Hieroſolymitani offendentes perſonam Officialium Curiæ Archiepiſcopalis Panormitanæ in actu exercendi ſuum officium, aut alias Archiepiſcopi iuriſdictionem impedientes, ab eadem coerceri, & puniri poſſint.

Sacra &c. cenſuit, partibus auditis, dubioque accuratè diſcuſſo, poſſe. *R. Card. Vbaldinus.*

An, & quatenus de rebus Eccleſiæ, etiam Regularis, fieri poſſit compromiſſum, ac eligi in arbitrum Princeps ſæcularis, & an huiuſmodi compromiſſum &c. ſuſtineri valeat. tom. 10. Conſult. 85.

NEgatiuè; ex defectu poteſtatis. Quamuis enim poſſint Eccleſiaſtici de rebus proprijs compromittere in laicum, vt *cap. expoſita*, & *c. dilecti de arbit.* & tradunt Abb. *conſ.* 83. *n.1. & ſeqq. par.2.* Mart. *de iuriſd. p.4. cen.1. caſ.40. n.1.* qui *n.7.* verius exiſtimat, eſſe neceſſarium conſenſum Epiſcopi, & *cap.120. n.3.* Attamen ſuper rebus Eccleſiæ, vel ſpiritualibus non poſſunt in laicum compromittere, *cap. contingit*, vbi Oſtien. *n.4.* Abb. *n.1. & 4. de arbitr. ac alij*.

Quæ magis amplexari debemus ſi eligatur? in arbitrum Princeps habens iuriſdictionem in loco, nè prætextu huiuſmodi compromiſſorum aperiat viam ſe immiſcendi in ijs, quæ ſpectant ad Eccleſiaſticos, ac turbandi Eccleſiaſticam iuriſdictionem, cogendo partes ad compromittendum in ſe, tanquam amicabilem compoſitorem, ex traditis à Blancho *de comprom. quaſt. 2. n.41.*

Itaque laicus non poteſt eſſe arbiter in cauſa ſpirituali, niſi delegatio ei fieret à Pontifice, *Can. præter hoc §. verum d.32. cap. Menuam 2. queſt. 5. ac alibi*.

Ratio autẽ eſt, quia ſpiritualia negocia laici tractare non debent *cap. Maſſana de elect.* nè illorum arbitrio talia diſponantur, in quibus eis manet neceſſitas obſequendi, non authoritas imperandi, *Can. benè quidem diſt.95.*

DE ALTARE PRIVILEGIATO.

An celebrando Miſſas de feſto occurrenti in Altare priuilegiato, ſatisfiat voluntati Teſtatoris, & eorum animæ lucrentur Indulgentias? tom. 2. Conſult. 6.

HOdie non eſt amplius de hac re dubitandum, vt aliqui aiunt: nam Alexan. VII. pientiſsimæ memoriæ ſub die 1. Decemb. 1666. ex voto Congregationis Sac. Rituum declarauit in vna *Hoſtunenſi*, celebrantes in Altare priuilegiato Miſſas de feſto occurrenti pro defunctis ſatisfacere obligationi, & priuilegium habere locum prò conſecutione Indulgentiarum, etiam ſi Miſſæ non eſſent de Requiem. At aduerto, hanc conceſsionem fuiſſe localem. Eam bo: rec. Clem. IX. ex voto Sac. Congregationis Indulgentiarum nuper ab ſe erectæ,

Digitized by Google

ctæ, publicari volebat, ac declarari, eſſe intelligendam generaliter prò omnibus locis.

Inſuper *to.8.Conſul.23.* ſuper hac re refertur Bulla Alexan.VII.die 22.Nouemb.1664.& Clem.IX. 23.Septemb. 1669. Quare de hac re non eſt amplius dubitandum.

De Altaribus priuilegiatis pro defunctis. Vide de Euchariſtia tom.9. Conſult.90.

An Miſſa perpetuæ, Altare impedito, poſſint celebrari in alijs Altaribus cum Imagine eiuſdem Sancti, vt in caſu propoſito? Vide de Miſſæ Sacrif.to.9. Conſult.80.

De Ambitu in electionibus omnibus Eccleſiaſticis. *Vide de Vicario tom.9. Conſult.125.*

De Apoſtatis: *Vide de Hæretic. & de S.Offic.præſertim.tom.4.Conſult.195.*

DE APPELLATIONIB.

An à prouiſione, ſeu decreto Metropolitanæ audientia, tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus detur appellatio? tom.1.Conſult.2.

Negatiuè videtur reſpondendum quoad effectum ſuſpeſiuum in caſu poſito de excarceratione rei, de ſtando iuri, & ſe præſentando ad omne mandatum &c. Quia licet à Sac. Congregatione per Quaran. adducta *in Sum. Bullar. v. Archiepiſcopi authoritas num.* 20. fuerit iudicatum oppoſitum; tamen non eſt ad propoſitum noſtrum, & alias Reus marceſceret in carceribus.

Idemque magis ſuadetur: quia à decreto de carcerando non datur appellatio ex Claro *in prax. crim. quæſt. 46. num.* 2. & Guidobal. *deciſ.* 232. ita nec à decreto de excarcerando, cum contrariorum eadem ſit diſciplina. Eò fortius, quia dubium non loquitur de excarceratione ſimpliciter, ſed præſtita cautione.

Et hoc videtur abſque difficultate procedere in delictis, in quibus pœna pecuniaria tantum eſſet imponenda. Tunc enim reum eſſe cum fideiuſſione relaxandum habetur tum de iure ciuili *leg. diuus ff. de cuſtodia reorum*, tum etiam de Iure Canonico *cap. ſi Clericos de ſent. excom. in 6.*

Imò & generaliter in omnibus delictis per appellationem non poteſt ſuſpendi pronunciatum de excarcerando, vbi carceratio non præceſſerit, præcedentibus legitimis indicijs ſed tunc debet ſub fideiuſſione excarcerari. Clar. *dict. quæſt. 46.*

An detur appellatio à denegatione licentiæ laborandi feſtis diebus tom. 1. Conſult. 3.

Affirmatiuè, ſuppoſita legitima cauſa laborandi: quia appellatio datur à quocumque grauamine etiam extraiudicialiter illato. Rot. *deciſ.* 522. *num. 4. par. 2. recent.* An verò appellatio ſit admittenda, ſpectat ad Iudicem ad quem. Quarant. *in ſum. Bull. v. Archiepiſcopi authoritas v. item debet citari*, & ibidem Add. *lit. K. ver. in quibus*. Prout etiam per Metropolitanum, ſi iudicauerit eſſe locum d. licentiæ, illam non impediri per appellationem, cum agatur de re neceſſaria, quæ dilationem non admittit. *Cap. licet, & cap. fin. extr. de ferijs.*

An ſit de pertinentibus ad A. C. Apoſtolicæ cognoſcere de altercatione iuriſdictionum inter Iudices? tom. 1. Conſult. 27.

Negatiuè, ac proindè inhibitiones quæcumque ſuper hac re ſunt abuſiuæ, nec vllibi reperiuntur permiſſæ, imò expreſsè prohibitæ à Congregatione alias ſuper abuſibus tribunalium reformandis ab Innoc.X. quæ præ cæteris ordinauit, non deberi inhibitiones expediri, niſi prò executione particulatium decretorum, quæ iuxtà caſuum contingentias à Sac. Congregatione emanant, illis in forma authentica inſertis. Vndè rationabile eſt, quod quando Suffraganeus contendit cauſam à Metropolitano auocari, & ad ſe remitti; Deſuper prò terminatione adeat, vel Sac. Congregationem inter Epiſcopos, & Archiepiſcopos inuicem contendentes præ cæteris opportunam, vel Præfectum Signaturæ Iuſtitiæ, ad quem ſpectat etiam contentiones iuriſdictionales manu regia, appellatione, ac recurſu ſublatis, & abſque ſcriptura terminare ex reformatione Pauli V. *tit. de Audit. Cam. §. & quoad præuentionem*, ibi: *Orta inter Tribunalia differentia, ad Præfectum Signaturæ Iuſtitiæ recurri mandamus*. Et regulare eſt, vbi agitur de cognitione iuriſdictionis, manu Regia, & ex abrupto procedi, Maur. *de modò procedendi ex abrupt. par. 5. n.* 146. & 177.

Qui nam dicendi ſunt contumaces ad effectum denegandi appellationem? tom. 1. Conſult. 29.

Reſp. eos tantum, qui perſonaliter fuerint moniti. Qui perſonaliter non fuit citatus, & habet remedium appellationis dicitur fictus contumax. Ciarlin. *controu.* 148. *num.* 4. & 5. Farinac. *conſ.* 45. *num.* 10. & 151. Et tantò magis vbi agitur de excommunicatione, quæ ſine præuia citatione perſonali eſt nulla. Rot. *deciſ.* 90. *num.* 1. *par.* 1. *recen.* Requiritur etiam, vt præcedant legitima indicia ad inquirendum, ſine quibus ſententia nomen contumacialis non meretur. Rot. *deciſ.* 663. *num.* 3. *par.* 1. *recen.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ten, Et requiritur, vt cauſa ſit grauis. Follet. *in prax.crim cap.5.* Vt non comparentes contumaces reputentur *num.3. & ſeqq.* In leuibus cauſis non eſt vtendum excommunicatione: quia eſt maior pœna, quæ ab Eccleſia dari poſsit. *c.corripiantur 23. quæſt. 3.* cum alijs per Dian. *in Sum.v.Cenſura num.15.*

An partes debeant inſtare prò reuocanda inhibitione à Metropolitano facta? Vide de Metrop. tom.1. Conſult.30.

An viſitatio Eccleſiæ Cathedralis poſſit impediri, vel retardari per appellationem? Vide de Viſitatione tom.1.Conſult.62.

An celebratio Synodi impediri, vel retardari poſſit per appellationem? Vide de Synodo tom.1. Conſult. 71.

An detur appellatio à decretis, & ſtatutis Synodalibus? Vide de Synodo tom.1.Conſult.72.

Quando appellandum ab excluſione à concurſu? Vide de Concurſu tom. 1. Conſult.118.

An Iudex ad quem poſſit ſub pœnis, & cenſuris petere à Notario Iudicis à quo, nedum copiam actorum, verum ad inſtantiam partis, & expenſis ipſius Notarij prætendere, vt ipſa originalia transferantur, & vbi contingat dubitari de exemplo, collatio fiat, parte vocata, & præſente? tom.1. Conſult.258.

IN hac re obſeruandum eſt decretum Sac. Cong.Epiſc.& Regul. die 16 Octob. 1560. à Quaranta *v. Archiepiſcopi authoritas* relatum *fol. mihi 70.* Quod confirmauit Sac.Congreg. Conc.21.Martij 1643. in vna *Vercellen. ex cap. 20.ſeſſ.24.de ref.iuncto cap.6.eiuſd.ſeſſ.*

An quoties per Iudicem appellationis ſuſpenduntur cenſuræ prolatæ per Iudicem inferiorem, ſi Eccleſiaſtici illis irretiti, durante ſuſpenſione, exercedant actus exerceri prohibitos ſub pœna irregularitatis, in illam incidant? tom.1.Conſult.259.

NEgatiuè. Sac.Cong.Conc.*ex cap.3. ſeſſ.23. & ex cap.6.ſeſſ.24. de refor. in d. Vercellen.* 2.Martij 1643.Eſt enim notiſsimi iuris, quod appellatio ſuſpendit ſententiam, & rem iudicatam. *cap.Venientes de iur.iur.* Abb.*in cap. fin. n.6.de ſequeſt.poſſeſſ.* Rot. *coram Mantica deciſ. 99.num.7.& coram Merlino deciſ.316.num.6.*Et propterea cum habentes intereſſe interpoſuerint appellationem, debent remanere in eo ſtatu, in quo erant ante ſententiam *.l. 1. ff. ad Turpill.& l.vn. ff.nihil nou.appell.pend.*

An poſſit denegari copia appellationis, & aliorum decretorum Synodi? Vide de Synodo tom.1. Conſult.332.

An à decretis in Viſitatione factis detur appellatio? tom.1. Conſult.382.

NOn datur quoad effectum ſuſpenſiuum. Lancell.*de ent.& innou. appell.pend.limit.18. num. 6.* Sac. Cong. Conc.in vna *Ianuen.*die 4. Febr.1651.*ad cap.10. ſeſſ. 24. de ref.* Ratio eſt; quia quando agitur de cultu diuino, & fauore Eccleſiæ, tunc nè interim diminuatur, vel pereat, non datur appellatio ſuſpenſiua. Rebuff.*tr.de ſent. prouiſ. num. 37. & 38. tom.1.* In viſitatione autem agitur de cultu Diuino, & fauore animarum.

An Archiepiſcopus poſſit per appellationem cognoſcere de cauſis cognitis ab Ordinarijs, & Nullius Diœceſis ſitis intra Prouinciam? Vide de Archiepiſcopo tom. 1. Conſult. 301.

An, & quibus modis pœna Eccleſiaſtica latæ ſententiæ ſuſpendantur per appellationem? Vide de Immun. tom. 2. Conſult.60.

An à Conſeruatoribus Regularium detur appellatio ad Delegatum Apoſtolicum in Regno Sardiniæ? tom.3.Conſult.1.

AFfirmatiuè. Ita declarauit Sac.Congreg. Conc.in vna *Algurenſi Iuriſdictionis*, quæ ſemel, ac iterum acerrimè fuit diſcuſſa, vt infrà dicendum.

Ratio eſt potiſſima: Quia eſt proprium Apoſtolicæ Sedis, quod omnes poſſint ad ipſam appellare, vt nequeat Pontifex per quodcumque priuilegium facere, quod iura appellationis non habeant locum: Quia impoſſibile eſt, quod ab ipſius iuriſdictione, & poteſtate ſeparetur. Io:And.*in cap. cum Epiſcopus de offic. Ord. in 6.* Et non poteſt eſſe Princeps Supremus, aut Pontifex ſine ſuprema poteſtate reſpectu ſubditorum.

Ex quibus liquet, quod non poſſint Regulares in Regno Sardiniæ ſuo priuilegio acquirere, quin poſſit appellari ad Summum Pontificem, eiuſque Delegatum, quando adeſt iuſta cauſa appellandi.

Declarationes Sac. Congreg. Conc. ſunt huiuſmodi.

Supplicem infraſcriptum Libellum Sanctitati Suæ à Ioanne Pinna, Delegato Apoſtolico in Regno Sardiniæ porrectum ad hanc Sacram Congregationem Conc.remiſit Sanctiſſimus D.N. *Beatiſſimo Padre. Eſpone humilmente alla Santità Voſtra il Dottor Gio: Pinna, Canonico della Metropoli di Saſſari nel Regno di Sardegna, & Oratore deuotiſſimo, come ſin dall'anno 1459.*

fu

fù dalla fa:me: di Pio Secondo creato in Sardegna vn Tribunale di vn Giudice, il quale doueſſe conoſcere l'appellationi da tutte le ſentenze, e decreti di qualunque Giudice ordinario, ò delegato, che fuſſe. Il qual Tribunale fù creato, acciò che gli appellanti non doueſſero venire alla Corte Romana per euitare la cattiuità de' Turchi, e altri Corſari, nella quale ſpeſſo incorreuano nel portar le cauſe di appellationi in Roma. Hora eſſendo ſtato honorato dalla Santità V. l'Oratore con queſta Giudicatura, hà ritrouato nell'eſercitio molti, e molti pregiudicialiſſimi abuſi, e vno fra gl'altri ne' Conſeruatori de' Regolari, i quali contro ogni giuſtitia tentano introdurre, che dalle loro ſentenze, ò non ſi dij appellatione, ò pure dandoſi, debbano le cauſe d'appellationi immediatamente venire alla Corte Romana, ch'è vn negare indirettamente l'appellatione; mentre per li ſopraccennati pericoli del viaggio reſtano deſertate le cauſe, ſopra di che ſono nati diſturbi grauiſſimi; mentre hauendo l'Oratore riceuuto nel ſuo Tribunale l'appellatione d'vna ſentenza, e decreto fatto dà vno de' ſudetti Conſeruatori, queſto ſcandaloſamente hebbe ardire non ſolo di precettar l'Oratore Giudice dell'appellationi, che non s'ingeriſce in detta cauſa, mà ancora di ſcommunicarlo. Sichè l'Oratore per queſto delitto fù neceſſitato non ſolo di dichiarare ſcommunicato il Conſeruatore, mà ad iſtanza del Fiſco Eccleſiaſtico condannarlo in pena di ſcudi mille d'applicarſi alla R.C.A. della quale pena eſſendo ſtata principiata in qualche parte l'eſſecutione, il Conſeruatore auuerſario ricorſe à' Giudici ſecolari, per riſcuotere detta eſſecutione à viua forza dalle mani dell'Eccleſiaſtici, per lo che l'Oratore per difeſa della giuriſditione Eccleſiaſtica, fù neceſſitato con gran diſpendij andare in Algueri, doue ritrouò molte perſone contro di lui armate, come di tutto il ſeguito pienamente coſta in proceſſo, che l'Oratore vennto à poſta da Sardegna porge à piedi della Santità Voſtra; Supplica commettere à qualche Congregatione, tanto la cognitione dell'articolo, ſe il Giudice Apoſtolico dell'Appellationi del Regno di Sardegna poſſa conoſcere le cauſe di quelli, che s'appellano dalle ſentenze, ò decreti de' Conſeruatori de' Regolari, quanto la cognitione del ricorſo fatto al Giudice laico; Che &c.

Itaque citatis partibus, & præſuppoſito tenore delegationis Apoſtolicæ, ac literarum Conſeruatoriæ, alijſque poſitis, quæ ab vtraque parte in Summario ad facti ſeriem probandam circumferuntur per manus. Quæritur.

1. *An à Conſeruatore Collegij Algarenſis detur appellatio ad Delegatum Apoſtolicum in Regno Sardiniæ?*
2. *An ideò Conſeruator in prænarrata controuerſia ritè, ac rectè proceſſerit?*

Die 24. Martij 1668. Sac. Cong. Conc.
Ad 1. reſpondit, dari.
Ad 2. negatiuè.

Et iterum *Algaren.* ad iſtantiam PP. Ieſuitarum quæſitum fuit.

1. *An à dicto Iudice Conſeruatore detur ſemper, & quomodo appellatio ad Iudicem delegatum?*
2. *An præſertim quando agitur de manifeſtis iniurijs? Et*
3. *An in iudicio, in quo nuper appellatum fuit agebatur de manifeſta iniuria?*

Die 19. Maij 1668 Sac. Cong. Conc. &c.
Ad 1. cenſuit, dari.
Ad 2. etiam dari ad formam cap. Paſtoralis 53. de appell.
Ad 3. cenſuit, in præſenti caſu non conſtare de manifeſta iniuria.

Ac tandem declarauit prò dicto Iudice, quæ ſequuntur.

Turritana Cenſurarum Sac. Cong. Conc. 2. *Apr. proximipræteriti cenſuit, cenſuras latas à Vicario Capitulari Turritano contra Delegatum Apoſtolicum Appellationum Regni Sardiniæ non ſuſtineri.*

Et quia eadem eſt ratio de Subdelegato, Officialibus, ac Miniſtris Curiæ ipſius delegati, propterea ſupplicatur expreſsè vlterius declarari, cenſuras latas à dicto Vicario contra Subdelegatum, Officiales, & Miniſtros Curiæ ſubdelegati non ſuſtineri.

Die 17. Maij 1672. Sac. Congreg. Conc. pariter cenſuit, dictas cenſuras latas à Vicario contra Subdelegatum, Officiales, ac Miniſtros ipſius Delegati non ſubſtineri.

Turritana Iuriſdictionis. *Ad inſtantiam eiuſdem Io. Pinnæ. Quæritur;*

1. *An Ordinarij locorum poſſint e de prætenſis exceſſibus Iudicis ad Vniuerſitatem cauſarum appellationum cognoſcere, vel potius teneantur ad Sanctam Sedem cognitionem remittere?*
2. *An d. Iudex appellationum in cauſis ciuilibus, aut alijs mixtis, aut criminalibus, ſit exemptus à iuriſdictione Ordinariorum, & aliorum quorumcumque Iudicum ſæcularium, & Regis, & ſic eius Officiales, Aſſeſſores, Fiſcales, Notarij, Baiuli, & continuò Commenſales?*
3. *An Ordinarij locorum poſſint aduerſus Iudicem Delegatum prædictum implorare brachium Curiæ ſæcularis, vel ad Sanctam Sedem recurrere teneantur?*
4. *An Iudex appellationum, cum ſit Vicarius Papæ in dicto Regno, poſſit prò ſeruitio Curiæ habere familiam armatam?*
5. *An in diebus audientiæ, & quoties informandis proceſſibus. & ſuſcipiendis informationibus de ordine Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, vt paſſim accidit in dicto Regno, vndè aliquò ſe conferre tenetur Iudex prædictus Canonicus Turritanus, poſſit conſequi diſtributiones quotidianas ratione ſeruitij perſonalis, intereſſentibus dari conſuetas, cum alias fructus Canonicatus Turritani adeò tenues ſint, vt ſublatis diſtributionibus, vix annua ſcuta 20. ſuperſint, & lucra, quæ cum labore percipiuntur ex officio Iudicis appellationum vix annua ſcuta centum excedant?*
6. *An delinquentes, & confugientes ad dictum Iudicem appellationum, poſſint impunè ab alijs Iudicibus ordinarijs, aut delegatis, ſiuè per Curiam ſæcularem, ſiuè Eccleſiaſticam extrahi ab*

eius

Digitized by Google

eius Palatio, in quo ius redditur, vel potius gaudeat immunitate, prout Palatia Nunciorum, & aliorum Officialium Sanctæ Sedis?

7. *An Prothonotarij Apoſtolici, alioquin exempti à iuriſdictione Ordinarij, quoad cauſas excedentes ſummas ducatorom 25. ex Bulla Leonis X. vt refert Gauant.* in man.Epiſc.v.Prothonotarij *ſubiaceant in cauſis appellationum, ſi Rei exiſtant, Iudici delegato, vt ſupra, ad vniuerſitatem cauſarum?*

8. *An ex eo, quod Pius II. inſtituit Tribunal appellationum ad ſublenandum incolas Regni à periculis pyratarum, & ab expenſis, poſſint appellati cogere appellantes ad Iudicem præfatum adeundum, etiam ex eo, quod sa:me:Vrb.VIII. præuentionem conceſſit inter A. C. & dictum Iudicem?*

Die 12. Maij 1672. Sac.Congreg.Conc. quoad. 1. 2. & 3. diſtulit reſolutionem. Ad 4. reſpondit: Nihil innouandum. Ad 5. negatiuè. Ad 6. negatiuè. Ad 7. affirmatiuè. Ad 8 negatiuè. Et die 2. April. eiuſdem anni, repropoſitis dubijs quorum reſolutio dilatata fuit, eadem Sac. Congreg. quoad 1. cenſuit, non poſſe, ſed recurrendum ad Sanctam Sedem. Ad 2. quoad Iudicem reſpondit affirmatiuè, quo verò ad Officiales, & alios diſtulit reſolutionem. Ac demum ad 3. reſpondit negatiuè, & ad Sanctam Sedem recurrendum.

An à ſententia declaratoria excommunicationis ob prætenſam Clerici percuſſionem, Metropolitanus rectè admittat appellationem?
tom. 3. Conſult. 38.

AFfirmatiuè: Quoniam à ſententia declaratoria ob delictum, eò quod Iudex poteſt decipi in facto, datur ſine controuerſia appellatio. *cap. peruenit 1. de appell.* Farinac. *q. 17. lim. 22. num. 36.* ac latè Sperell. *decis. 90. num. 9. & decis. 160. num. 15.*

An à decreto Episcopi, quod celebretur Matrimonium, poſſit appellari ad Metropolitanum? Et quid ſi Epiſcopus procedat etiam vti Delegatus? tom. 3. Conſult. 57.

AFfirmatiuè. Ratio præcipua eſt: quia verè hic non agitur de cauſa ex maioribus: Nam maiores cauſæ à quibus appellari non poteſt, in iure Canonico expreſſæ, ſunt quæſtiones Fidei, Sacramentorum, & huiuſmodi, vt *in cap. Maiores de Baptiſ.* & per Gloſ. *in cap. Quod translationem de offic. leg.* Sicut reſpondendo ſimili obiectioni, quod in cauſa Matrimoniali appellari non poſſit ad Legatum de latere, firmat Gamber. *de offic. & poteſt. Leg. lib. 2. tit. de var. Ordin. nomin. nu. 191. & ſeq.* Subdens, ineptè dici, quod cauſæ Matrimoniales ſint tales: quia licet certa ratione ſint maiores, tamen verè non ſunt maiores quoad caſum noſtrum.

Atque expreſsè decreuit Sac. Congreg. Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de refor. cap. 20.* Vbi à decreto de primis inſtantijs excipit ſolum cauſas, quæ iuxtà Canonicas Sanctiones, in Curia tractandæ ſunt.

Notum eſt autem, quod de Matrimonialibus, licet agatur de fœdere, cognoſcunt in prima inſtantia Epiſcopi, ne dum ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid. *l. c.* ſed antea ex decreto Lateranenſi ſub Leone X.

Minuſque releuat, quod Epiſcopus proceſſerit ad decretum etiam vti Delegatus, ac proindè appellandum eſſet ad delegantem: Nam certa eſt diſtinctio, quam ſequitur Sac. Congreg. Conc. quod ſcilicet, aut materia eſt talis, vt Epiſcopus procedere non potuerit, niſi vt delegatus, & tunc datur appellatio ad Delegantem, aut procedere potuerat vtroque iure, nempè delegato, & ordinario, & appellatio datur ad Metropolitanum. Eadem Sac. Congreg. ità reſpondiſſe anno 1565. refert Fagnan. *in cap. ad Audientiam num. 46. & ſeq. de Eccleſ. ædific.*

An ab aſſignatione congrua Parochialis detur appellatio ſuſpenſiua &c.? Vide de Congrua tom. 4. Conſult. 127.

Appellatio ab irrationabili iudicio Epiſcopi in concurrentibus Parochialibus, quo pacto interponi debeat? Vide de Concurſu. tom. 4. Conſult. 149.

An in cauſis appellationum inter Regulares eiuſdem Religionis poſſint, omiſſo medio, dari commiſſiones à Signatura Iuſtitiæ, & Inhibitiones ab A. C. ſeu alijs Tribunalibus, an potius ſint gradatim cognoſcendæ coram ſuis Superioribus Regularibus, & à Sac. Congreg. Regular? tom. 4. Conſult. 168.

TEnendum eſt, non poſſe, licet cauſa appellationis ſit iuſta. Nequit enim Regularis appellare à ſuo Superiore ordinario ad Sedem Apoſtolicam, omiſſo medio Prouincialium, & Generalis Clem. VIII. Quoniam nonnulli Sac. Congreg. Card. anno 1587.

Ratio eſt, Quia ex hoc Ordinum diſciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & Regulares in dies audaciores euadunt, *cap. ad noſtram de appell. & cap. reprehenſibilis eodem tit.*

Hinc licet Nuncij Apoſtolici ſint Iudices appellationem prò locis exemptis; non tamen recipere debent appellationes Regularium, ſed relinquere gradatim à ſuis Superioribus cognoſcendas, ex eadem Congregatione in *Florentina* 8. Nouemb. 1593.

Et ità etiam in hac ſpecie reſolutum in Sacra Congregatione de ſtat. Regul. 5. Iul. 1650. Quod in dictis cauſis A. C. ſe immiſcere non poteſt in prima inſtantia, Nam Bulla Pauli V. §. 12.

debet

debet intelligi de exemptis, qui ſunt immediatè ſubiecti Sedi Apoſtolicæ, & alium Iudicem non habent.

De appellatione à Cenſuris. Vide de Cenſur.to.6. Conſult.19.

An à ſententia fauore libertatis in materia Sancti Officij detur appellatio, & ad quem effectum? Vide de S.Offic.tom.6. Conſult.42.

An Metropolitanus poſſit recipere appellationem, ac procedere ad confirmationem, vel annullationem primæ ſententiæ prò, vel contra hæreticum in caſu, quo Epiſcopus nulla declarauerit ſponſalia, & condemnauerit partem ad ſe componendam pœna pecuniaria eroganda mulieri defloratæ, & prò eleemoſyna propter ſcandalum? tom,7.Conſult.60.

NEgatiuè: quia hæreticis eſt id interdictum; ſunt enim priuati, atque excluſi omni legitimo actu,vt ex Conſtitutione Leonis X. quæ incipit; *Exurge Domine v. nec quoad omnes* relata à Pegna Farinac. *de hæret. quæſt.*189. *n.*46. Ità quidem, vt non agere, ſed conueniri poſſint, per *tex. in l. Credentes §. nullus C.de hæret.* in hæc verba: *Nullus præterea ei ſuper quocumque negotio, ſed ipſe alys reſpondere cogatur*, & de iure Canonico eſt *tex. in cap. Excommunicamus* 1. *§. Credentes*. Siquidem hæretici priuantur omnibus, & quibuſcumque priuilegijs, ſiuè illa competant intuitu Religionis, *vt in l.*1. *C. de hæret.* Vbi ratio aſſignatur: nè videamur hominibus execrandis contumelioſo ambitu immunitatis beneficium præſtitiſſe, & ad idem facit *tex. in l fin. C.eodem*.

An, & quatenus à morum correctione detur appellatio, etiam quoad Regulares? Quomodo Concilij Triden. decreto ſuper hac re derogetur? Et an, & quatenus cauſa Clerici committi poſſit Iudici ſæculari? tom.8. Conſult. 61.

DIſtinguendum eſt: Quoad effectum deuolutiuum appellatio permittitur à definitiua, vel interlocutoria habente vim definitiuæ *cap.*1. *ſeſſ.*22. *& cap.*1. *ſeſſ.*13. Sed ad effectum impediendi executionem, non permittitur. *cap.*10. *ſeſſ.*24. *& cap.*1. *ſeſſ.*22.

Cæterum ſi Prælatus Regularis excederet modum in corrigendo, tunc liceret ſubdito appellare ad vtrumque effectum. *tex. in cap. de priore de appellatione, & in cap. ſuper quæſtionem §. nos autem de offic. deleg.* Et notat Gloſ. *fin. in d.cap. ad noſtram* Innoc. *in princ.* vbi ait, hodie non eſſe differentiam inter Regulares, & alios, inter correctionem, & alium proceſſum, cum ſemper liceat appellare, ſi excedat, ſeù grauet.

Tancredus, & Vincentius, & poſt eos Io. And. *n.*6. *in gloſ. vlt.*, ait, poſſe Monachum, ſicut & Clericum appellare, ſi correctio ſiat in forma iudicij.

Et hanc ſententiam probauit Sac. Congr. Conc. & ex eiuſdem Sac. Congregationis ſententia Greg. XIII. generale decretum ſuper hac re edidit.

Eadem Sac. Congreg. Conc. declarauit ſuper *d. cap.*1. *ſeſſ.*13. quod appellatio carcerati ſine proceſſu poteſt cognoſci, dummodò non impediat executionem correctionis.

In cauſis, in quibus prohibetur appellatio per hoc decretum, ſi de facto appelletur, Iudex appellationis non poteſt, etiam ſine præiudicio curſus cauſæ principalis cognoſcere de grauamine, vt ad d. effectum ſibi tranſmittantur acta.

Ab indebita carceratione appellari poteſt, & appellationi deferendum eſt. Carceratus autem non debet per Iudicem appellationis, niſi cauſa cognita, relaxari.

Brunduſina. Appellatio à correctione non eſt admittenda per Metropolitanum ante definitiuam ſententiam, etiam ſi Metropolitanus acta ſolummodò videre velit, expenſis appellantis.

Eadem. Appellatio à definitiua in cauſa correctionis non ſuſpendit executionem.

Porrò hiſce Tridentini decretis non derogatur per commiſſionem, niſi de eis ſpecialis mentio fiat. Cum enim correctio morum inducta ſit in fauorem animæ, & in honorem Dei, eſt priuilegiata. Panuin. *quæſt.*1. *n.*6. *& quæſt.*10. *num.*1.

Poſito tamen, quod Pontifex expreſsè in ſupradictis Conc. Trid. decretis derogaret, & cauſam committeret Iudici merè ſæculari, validè id fieri aſſerunt communiter DD. apud Delben. *de immun. Eccleſ. cap.*10. *dub.*11. Quod obſeruari in praxi teſtatur, ſed an licitè? Dubitat Suarez. *lib.*4. *de immun. Eccleſ cap.*29. ait, manifeſtum eſſe, poſſe quemlibet Clericum de licentia Sum. Pontificis,qui poteſt diſpenſare in toto iure Canonico, etiam præcipiente, ac determinare, vel ex parte mutare priuilegium iure Diuino conceſſum, quod reſpectu Pontificis non includit præceptum, vt nunquam mutetur.

De appellatione in materia Immunitatis Eccleſiæ. Vide de immun. Eccleſ. tom.9. Conſult.49.

De Appellationibus à Papa ad futurum Concilium, deque eorum initio, ac de pœnis contra appellantes? tom.9. Conſult.92.

NVnquam in Eccleſia admiſſa fuit prouocatio à Papa ad Concilium, licet aliquandò remedio quodam extraordinario Sedis Apoſtolicæ iudicium in maiori Synodo inſtauratum fuerit. Vt multi caſus recenſentur.

Primus omnium, qui appellatione ad futurum Concilium vſus eſt, prodit ſe ſe apud hiſtoricos Fridericus Secundus Imperator, nec non Martini V. cum Ladislao Poloniæ Regis. Pij II. cum Sigiſmundo Duce Auſtriæ &c.

Quod licet in prætetitis temporibus aliquandò in dubitationem venerit, neque defuerint, qui prò Concilio ſteterint. Hodie tamen prò Pontifice definitum cenſetur, tum à Conſtitutione d. Pij II. incip. *Execrabilis* 1454. tum in Conc. Lateran. ſub Leone X. *ſeſſ.* 21. in qua definitur, ad ſolum Rom. Pontificem prò tempore exiſtentem, tanquam *authoritatem ſuper omnia Concilia habentem*, ſpectare ius eadem indicendi, transferendi, confirmandi, ac diſſoluendi.

Alterum ex *Can. nemo*, qui ſic habet. *Nemo iudicabit primam Sedem, neque enim ab Auguſto, neque ab omni Clero* (en Concilium) *neque à Regibus. neque à populo Iudex iudicabitur.*

Cum autem appellatio ſit à minore Iudice ad maiorem prouocatio *cap* 2. vbi Gloſ. *v. officiali*, ac DD. *de conſuet. lib.*6. temerarium eſt à Pontifice, qui maiorem non habet, ad Concilium appellatio.

Solum ſupereſt caſus, in quo Papa minoraretur, eſſetque Eccleſiæ ſubijciendus, & iudicabilis ab ea, iſque eſt hæreſis. In cæteris enim prauis moribus, ferendus potius vbique dicitur, non iudicandus.

Nec hic caſus admittitur, nam eò ipſo, quod Papa eſſet hæreticus, diuinitus eſſet à Fide eiectus, & Eccleſiæ ſubiectus.

Supereſt igitur, Papam manentem Papam nullo caſu, poſſe Eccleſiæ, vel Concilio eſſe inferiorem, quod ad illud prouocare ſit licitum.

Denique ſic appellans committit crimen ſacrilegij contra Primatum Romani Pont. & aſſerens, licitum eſſe appellare à Papa ad futurum Concilium, eſt hæreticus formalis. S. Antonin. *par.* 3. *tit.*24. *cap.*2. *§.quoniam*, & alij. Vndè ſequitur, incurrere cenſuras latas contra hæreticos; nam appellans ſic, incurrit crimen rebellionis, quatenus ſe ſubtrahit ab obedientia Supremi ſui Principis. Farinac. *quæſt.*113. *n.*101. *& ſeqq.*

Appellationes autem in cauſis S. Officij non admittuntur ab Ordinarijs, niſi ad Sedem Apoſtolicam, ſiuè ad Sac. Congr. S. Officij, vt decretum 13. Auguſti 1587. 4. Nouemb. 1604. & 3. Octobr. 1613.

An, & quatenus Metropolitanus poſſit abſque licentia ſui Suffraganei executioni demandare citationes, inhibitiones, mandata, cæteraſque forenſes ſcripturas contra tertios in Diœceſi ſuffraganea ex cauſa appellationis in Metropolitanam Curiam introducta? tom.9. Conſult.112.

AFfirmatiuè, ſi Metropolitanus id faceret iuxtà conſuetudinem, eſſetque in hac quaſi poſſeſſione. Non enim dubitari poteſt, quin iuriſdictio præſcribi poſſit per tex. *in cap. auditis* ibique Gloſ. *v. Epiſcopale ius.*

Quare, licet iuriſdictio Metropolitani per appellationem duntaxat extendatur ad ſubditos ſuffraganeos appellantes, & appellatos, non autem ad citandos, vt *in cap.*1. *§. neque de for. comp. in* 6. & tradunt Doctores communiter. Id tamen non procedit quando Metropolitanus per conſuetudinem id obtinuit, vt expreſsè habetur in *d. §. neque* Quaran. *in ſum. Bullar. v. Archiepiſcopi authoritas verſ. vigeſima quinta.* Et hanc eſſe conſuetudinem in toto fermè Regno Neapolitano teſtatur Ventriglia *in prax. Eccleſ. tom.*1. *annot.*49. *§.vn. n.*4.

Nequè obſtat, quod, vt Metropolitanus inniti poſſit conſuetudini, aut præſcriptioni, requiritur, vt probet vſum talis iuriſdictionis fuiſſe, cum ſcientia, ſiuè acquieſcentia ſuffraganei; nam probari poterit ex multiplicitate actuum, ac diuturnitate temporis. Innoc. *in cap. bona* 2. *de poſtul.* Rot. penes Poſth. *dec.*332. *num.*4. Seraph. *dec.*306. alijque.

An poſſit appellari à quodam decreto, vt in caſu poſito, à Moniali de altius tollendo muro &c. in viſitatione ab Epiſcopo facto? Vide de Monial. tom.9. Conſult.149.

An, & quatenus cauſæ Regularium, aliorumque ab Eminentiſſimis Cardinalibus iudicatæ, committi poſſint per appellationem Sacræ Rotæ, aut alijs Tribunalibus ad eas recognoſcendum? tom.10. Conſult.9.

NEgatiuè. Obſtat enim per vetuſtus, & receptiſſimus ſtylus Curiæ Romanæ, quod cauſa ſemel commiſſa Cardinalibus, non committatur alijs inferioribus, Rot. *dec.*3. *in fin. de appell. in vot.* Bellarm. *dec.*37. *in fin.* vbi, quod hoc ſit propter honorem tantæ dignitatis, Papar. *in add. ad dec.*23. *n.*7. *de reſcrip. in nou.* Miles *verſ. appellatio, quæ fit à Cardinali*, alijque.

Quod eò magis procedit, dum non agitur de ſententia lata ab vno Cardinali, ſed à pluribus, doctrina, iuſtitia, & integritate præſtantiſſimis.

Nihilominus ſignanda videtur commiſſio, quandò dubitari non poteſt, quin cauſa ſit appellabilis, & quandò cauſa eſt ardua, continetque iuris articulos diſputabiles, licet effecta ſit Cardinalitia. Hoc enim caſu ſolet Sacræ Ro-

tæ

Digitized by Google

tæ committi, Marcheſ. *de commiſſ p.2. tit. de commiſſ. cauſ. quæ Illuſtriſs. Cardinal. num.10. fol.451.* Paſſimque ſignatur commiſſio, quod Cardinales procedunt de voto Rotæ, prout Innocentius X. pluries reſcripſit, præſertim in cauſa *Melenitana nullitatis profeſſionis* inter Dominos Corſinos, & in *Iannenſi fabrica* inter Fratres Minores de Obſeruantia, & Patres Ieſuitas, & Alexander VIII. cauſam *Bononien. nullitatis profeſſionis de Foppa* commiſit Sacræ Rotæ, poſtquam tertiò fuerat declaratum à Sacra Congregatione Concilij, profeſſionem fuiſſe validam, vt in deciſione coram Emerix, quam retuli *tom.9.* Idemque apud maiores noſtros ab alijs Pontificibus factitatum.

Atque hæc exempli gratia ſint ſatis. De validitate autem, ac nullitate profeſſionis, & de donatione facta à Moniali primo Monaſterio, eiuſque dote, fusè, ac obiter diſſerui *tom.1. ac 9.* & alibi.

An, & quatenus Regularibus, & Monialibus, præſertim Ordinis S.Franciſci, liceat appellare ad Summum Pontificem, ſiuè ad Sac. Congregat. ſuper Regularibus, omiſſis ſuis Superioribus? tom.10. Conſult.35.

Affirmatiuè. De iure enim cuique licitum eſt appellare, *omiſſo medio*, ad Summum Pontificem, atque adeò ad Sacram Congregationem *ſuper* Regular. illius Vicariam, illumque repreſentantem per tex. *in Can. quoties, & Can. ad Romanum 2. quæſt.6.* Abb. *in cap. dilecti n.11.* Franch. *n.25.* alijque.

Idque præcipuè permiſſum eſt perſonis Eccleſiaſticis. Scacc. *de appell. quæſt.7. n. 88.* ac præſertim perſonis miſerabilibus, inter quas connumerantur Moniales.

In ſpecie verò, id eſſe permiſſum Regularibus Ordinis S. Franciſci firmat Rodriq. *in praxim. crim. tit.27. de appellatione n.29.* Pereyr. *de priuil. Regular. tom.3. fol.417. n.14.* & alij.

Eóque maximè, quia ex Conſtitutione 27. Gregor. XIII. *in Bullar. n.2.* §.2. permittitur Regularibus Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia appellatio alternatiua, vel ad Generalem Miniſtrum, vel ad Protectorem, vel ad Papam.

Quod facilius procedit, quandò grauamen illatum fuit à Commiſſario, ſiuè delegato P. Generalis, aut Vicarij Generalis. Specul. *tit.de appell. §.nunc tractemus n.3. & 5.* Felin. *in cap. ſuper quæſtionem §. Porrò n.3. fallent.3.*

Ideóque cauſa cognoſcenda eſt à Sac. Congr. nulla habita ratione P. Generalis, aut Vicarij Generalis, Abb. *in cap. Nicolao n.6.* ibique Franch. *n.7.* & Card. *n. item 7. de appellat.* ac alij.

An, & quatenus Regulares habere poſſint prò cura Infirmorum hoſpitium Religioſorum intra Ciuitatem &c. Quid ſi ab huiuſmodi decreto appelletur? An à decreto Delegati Regulares appellare poſſint &c. Et cui incumbat onus transportandi acta? Vide de Regul. tom.10. Conſult.42.

An interpoſita ab vtraque parte appellatione ad Summum Pontificem, etiam ad effectum petendi Generalem, poſſit illa ab altera parte poſthaberi, ac procedi ad electionem Regularem? Vide de Regular. tom.10. Conſult.43.

De electione cum contemptu ſuffraganeorum. Pro appellatione à non admiſſione ad Capitulum quid ſatis ſit? Appellatio à contemptu an habeat tempus præſcriptum &c? Vide de Regular. to.10. Conſult.53.

1 *Acta primæ Inſtantiæ intra quot dies dari debeant gratis reo appellanti?*

2 *Teſtes deponentes contra Epiſcopum quales eſſe debeant? vbi quid de cauſis Epiſcoporum?* tom. 10. Conſult. 161.

Ad 1. Ex Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.13. cap.3. de reform.* ſic habetur: *Reus ab Epiſcopo, aut eius Vicario in ſpiritualibus, Generali, in criminali cauſa appellans coram Iudice ad quem appellauit, acta primæ inſtantiæ omninò producat, & Iudex, niſi illis viſis, ad eius abſolutionem minimè procedat. Is autem, à quo appellatum fuerit intra 30. dies acta ipſa poſtulanti gratis exhibeat, alioquì abſque illis cauſa appellationis huiuſmodi, prout iuſtitia ſuaſerit, terminetur.*

Hoc decretum planè nouum videtur, nam *in cap. vt debitus de appell.* ſatis erat, ſi appellans cauſam aliquam iuſtam ſuæ appellationis afferebat, vt Iudex à quo poſſet de appellatione cognoſcere. Idem habetur *ſeſſ.24. capit.20. ad fin.*

Is autem, à quo appellatum fuerit intra 30. dies acta ipſa poſtulanti gratis exhibere debet. At d. *capit.20. ſeſſ.24.* nullum tempus eſt præfinitum.

Puto, reſponderi poſſe, hoc decretum loqui de reo appellante in cauſis ciuilibus. Hoc verò tempus 30. dierum poſſet dubitari, an incipiat à die ſententiæ, an autem à die requiſitionis.

Cenſuitque Sac. Congregatio, nihil eſſe diſtinguendum, an ex Iudicis officio, an ad querelam partis in cauſa criminali procedatur. Et notandum, quæ in hoc decreto habentur, intelligenda eſſe de perſona Iudicis, qui in criminali cauſa ſententiam tulit, & à quo appellatum fuit, vt is ſcilicet, quantum in ſe eſt, acta

Digitized by Google

ipſa poſtulanti exhibeat gratis, atque ità nullam mercedem eo nomine accipiat, quæ habentur *d. cap.* 20. *ſeſſ.* 24. intelligenda ſunt de perſona Notarij, qui actorum copiam tenebitur exhibere appellanti, congrua mercede accepta.

Item reſpondit Sac. Congregatio: ſi Cancellarij Iudicis à quò ſunt ijdem, & Notarij, mercedem eis deberi ex d. decreto *cap.* 20. *ſeſſ.* 24. alioqui nihil ſoluendum eſſet ex hoc decreto.

Eadem Sacra Congregatio cenſuit, conſtito de contumacia Iudicis à quo, recuſantis exhibere acta, partes Iudicis ad quem eſſe abſoluere partem appellantem à moleſtationibus, & pronunciare attentata, & ſententiam Iudicis à quo, ſi vnquam reperiantur, caſſa fore, ac eſſe vana.

Ad 2. Ita etiam habetur ex Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 13. *cap.* 7. *Teſtes in cauſa criminali ad informationem, vel indicia, ſeù alias in cauſa principali contra Epiſcopum, niſi conteſtes, & bonæ conuerſationis, exiſtimationis, & famæ fuerint, non accipiantur, & ſi odio, temeritate, aut cupiditate aliquid depoſuerint, grauibus pœnis mulctentur. Can. accuſatio quoque, Can. accuſatio Epiſcoporum et alibi.*

Vndè cum delictum ſit Eccleſiaſticum, & teſtis laicus, mulctandus eſt à Iudice Eccleſiaſtico, *cap.* 3. *ſeſſ.* 25. Gloſ. & Doctores *in cap. licet. de pœn.* Et quod Epiſcopus propria authoritate id poſſit, ſine inuocatione brachij ſæcularis, aſſerit Abb. *in cap. cum ſit de for. comp.*

Die 4. Ianuarij 1594. cum in cauſa *Andrienſi* contra Epiſcopum examinati extitiſſent aliqui teſtes pro fumo, vt dicitur, ad deliberandum, an concedendus eſſet Commiſſarius ad partes, & Sac. Congregationi non viſum eſſet, quod ſufficerent dicta prædictorum teſtium, acceſſerunt alij teſtes ad Vrbem ad ſe examini ſubijciendum contra eundem Epiſcopum, & data exceptione prò parte Epiſcopi contra ipſos ex eo, quia non eſſent bonæ vitæ, ac famæ, prout requirit Concilium, contra ipſos produxit aliquos proceſſus.

Cauſæ verò Epiſcoporum, cum prò criminis obiecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Maximo referantur, ac per ipſum terminentur. Conc. Sardicenſe. *cap.* 4. *ad abolendam de hæret.* Conc. Trid. *ſeſſ.* 13. *cap.* 8. & *ſeſſ.* 24. *cap.* 5. *de refor.* vbi id ampliatur, quod poſſint committi Metropolitanis, vel Epiſcopis à Sanctiſſimo eligendis per reſcriptum manu Sanctitatis ſuæ ſignatum.

De Archidiacono. *Vide de Dignitat. & de Capitulo.*

De Archioſpitali. *Vide de Hoſpitali.*

DE
ARCHIEPISCOPO
METROPOLITANO.

An eò ipſo, quod Metropolitanus inhibeat, ſi Procurator Curiæ Epiſcopalis in criminalibus, & partes litigantes in ciuilibus prætendant inhibitionem grauaminoſam, debeant inſtare pro reuocatione coram Metropolitano? tomo 1. Conſult. 30.

AFfirmatiuè; Quia ad eundem Iudicem, qui inhibet, pertinet id cognoſcere, Vbert. *de mod. citand. fol.* 104. *circa fin.* Quatenus Metropolitanus habeat ſuam inhibitionem prò iuſta, & perſiſtat in ordine tranſmiſſionis actorum, æquiſſimum eſt à Suffraganeo non retardari obedientiam in illa traſmittenda: Quia Suffraganei Metropolitano ſuo obedientiam, & reuerentiam debent, Quarant. *v. Archiepiſcopi authoritas num.* 6. Et in traſmittendo acta ſumptibus petentis ſine præiudicio recurſus, ius ſaluum remanet Suffraganeo.

An auocationum, & ſententiarum iuſtitia diſcutienda ſit cum Partibus, quarum principaliter intereſt, ſuos recurſus, & ſententias, à ſe obtentas defendere, an verò cum Iudicibus? tom. 1. Conſult. 31.

ARchiepiſcopi nunquam cauſas componant, ſed ſolo zelo iuſtitiæ aperiant gremium recurrentibus, nec affectent cauſas, ſciantque, iudicare, onus eſſe *cap. Paſtoralis*, ibi: *exonerare de offic. deleg. & in l. fin. §. iudicandi ff. de muner. & bonor.* nec affectari oneroſa, Gloſ. magna *in cap. ſi contra vnum de offic. deleg. in* 6. Proindè, ſi aperiretur hæc via, non inuenirentur Metropolitani, qui vellent audire recurrentes; Vndè non videtur peruertendus mos maiorum, vt auocationum, ac ſententiarum iuſtitia diſcutiatur cum Partibus, quarum intereſſe &c. non cum Iudicibus.

An Metropolitanus poſſit in tota Prouincia punire omnia crimina notoria ſubditorum Suffraganeorum, etiam extra viſitationem, & omni tempore, dummodò Epiſcopus non peruenerit in puniendo? to. 1. Conſ. 32. & tom. 3. Conſult. 38.

AFfirmatiuè. Genuen. in *prax. cap. vn. num.* 12. & etiam in prima inſtantia eſt Iudex competens in cauſis contra Officiales Epiſcoporum Suffraganeorum, quandò delinquunt, in officio, iuxtà illud, quod S. Congreg. Conc. in vna *Tarentina* die 15. Febr. 1642. declarauit.

An

An Suffraganeus poſſit aliquid contra Metropolitanum? Vide de Immun. tom. 1. Conſ. 38.

An Archiepiſcopus poſſit per appellationem cognoſcere de cauſis cognitis ab Ordinarijs, & Abbatibus Nullius Diœceſis, ſitis intra Prouinciam? tom. 1. Conſul. 301.

Affirmatiuè, ſi tales Ordinarij, & Abbates non ſunt immediatè ſubiecti Sedi Apoſtolicæ, vt facit de cauſis Suffraganeorum Epiſcoporum, ſaluis tamen indultis, & priuilegijs, ac præſcriptionibus dictorum exemptorum, ſi quæ habent. S. Congreg. Epiſc. & Regul. in vna *Salernitana* die 10. Maij 1586.

An Archiepiſcopus poſſit concedere literas dimiſſorias ſuis ſuffraganeis ad Ordines, & quid de promoto? Vide de Ordine tom. 1. Conſult. 343.

An ſit abuſiua introductio Suffraganei prouocandi ad altercationem Metropolitanum circa remiſſionem cauſarum? Vide de Suffraganeis tom. 1. Conſult. 28.

An poſſint eligi in Conſeruatores Regularium Archiepiſcopi, & Cardinales? Vide de Conſeruator. tom. 1. Conſult. 113.

An promotus literis dimiſſorialibus Metropolitanis ſit irregularis, ac diſpenſabilis à ſuo Ordinario &c? Vide de Ordine tom. 1. Conſult. 343.

De authoritate Metropolitani aliqua diſcutiuntur. tomo 3. Conſult. 38. Vide de Suffraganeis.

De authoritate Metropolitani circa Suffraganeos. Vide de Suffraganeis. tom. 4. Conſult. 38.

An delatio Crucis, aliaque reuerentialia in Diœceſi exempta debeantur proprio Archiepiſcopo, in cuius Prouincia eſt Diœceſis, vel potius Metropolitano, quem ſemel prò Synodo, Diœceſanus eligitur? tomo 4. Conſult. 38.

Videtur reſpondendum, quod debeatur proprio Archiepiſcopo per tex. expreſſum Clementinæ V. in Conc. generali Viennenſi relata *Clem. Archiepiſcopo de priuil.* cui Concil. Trid. adhæret. Neque electio voluntaria prò Synodo præiudicare poteſt: Quia Concil. de ſolo illo actu Synodali loquitur, ibi: *In reliquis omnibus eorum exemptio, & priuilegia ſalua, atque integra maneant.*

Verum tamen eſt, quod ſi delatio Crucis, aut aliud reuerentiale adhibendum eſſet Metropolitano in caſu iſto Synodali, tunc prò illo caſu arbitrarer, quod etiam Metropolitano cumulatiuè poſſent talia competere.

Præter talem caſum omnia reuerentialia debentur Archiepiſcopo Prouinciali priuatiuè quoad omnes, in vim cit. *Clem.*

Cæterum, non ſolum Epiſcopi exempti tenentur eligere Archiepiſcopum prò Synodo, verum etiam Prælati inferiores, qui hanc electionem liberam habent, licet eorum Capitula contradicerent, vt declarauit Sac. Congreg. Concil. in *Tranenſi*. Electio verò ſemel facta ab Epiſcopo exempto Metropolitani prò Synodo, ſucceſſores etiam ligat. Eadem Sac. Congreg. in *Mediolanenſi* die 25. Aprilis 1673.

Manutentio Solij Archiepiſcopi cui competat? Vide de Capitulo tom. 5. Conſul. 55.

An, & quatenus Metropolitanus poſſit demandare executioni mandata, citationes &c. vigore appellationis? Vide de Appellat. tom. 9. Conſult. 112.

DE ARCHIPRESBYT.

De reſidentia Archipresbyteri Cathedralis quoad perceptionem fructuum. Vide de Reſidentia tom. 1. Conſult. 398.

De Archipresbytero circa funera. Vide de Funeribus. tom. 1. Conſult. 399.

Item de Archipresbytero circa funera, & proceſſiones & vſu babiti Protbonotarij. Vide de Funeribus tom. 6. Conſult. 74.

De Archipresbytero circa curam animarum. Vide de Paroch. tom. 6. Conſult. 169.

De Apoſtatis. *Vide de Hæreticis, & de S. Offic. præſertim tom. 4. Conſult. 195. per totam.*

DE ARMIS GENTIL.

An rectè, prudenter, & laude dignum faciant, qui in, vel extra Eccleſias, Monaſteria, Hoſpitalia &c. à ſe fundata arma ſua gentilitia poni curant? tom 8. Conſult. 25.

Extimatur, non ſatis prudenter facere illos, qui inſignia ſua ſolo nomine militarem originem præſeferentia, & merè profana in Eccleſias interunt, quæ Diuini dumtaxat nominis laudibus, & non alijs mundanæ vanitatis, ſolemnitatibus dicatæ fuerunt.

Epiſcopus tamen non debet amouere arma, ſeù inſigna, & monumenta, ſeù memorias ſuorum

rum

rum Prædeceſſorum ab Eccleſia, vel Palatio Epiſcopali, maximè conſtructa ipſorum proprijs expenſis, Sac. Congregatio Epiſc. *in Meſſanenſi 9. Martij* 1593. Neque de paramentis, non obſtante Concilio Prouinciali, ſi in Metropolitana tolerantur 26. Ianuar. 1604. Armaque eius, qui Cappellam ornauit, non debet amoueri 10. Febr. 1604. Sed eius, qui nihil contulit, vel ei fuit pecunia reſtituta, debent amoueri 15. Octob. 1601. & alibi.

An Patronus, in quem legitimo titulo Iuſpatronatus Eccleſiæ, Hoſpitalis, Cappellæ &c. translatum eſt, arma, ſeù inſignia primi Patroni indè auferre, & ſua apponere, vel appingere poſſit? tom. 8, Conſult. 26,

NEgatiuè. Lambert, *de Iurepatr. ar. 4. quæſt. 5. num.* 12. vbi concludit nullo modo arma primi fundatoris à Capella Eccleſia, vel ſepulcro eſſe amouenda, ſed ibidem ſemper permanere debere in memoriam primi fundatoris, & ait in hoc concordare omnes Doctores, item Anan. *reſponſ num. 6. circa fin.* dicit, intereſſe memoriæ illius fundatoris, vt alia arma, vel inſignia, quam ſua non ponantur: quia per talia ſigna armorum conſeruatur memoria defuncti. *tex. in l. legatum in fin. ff. de adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertinen.* Nam memoria fundatoris per impoſitionem aliorum armorum facilè poſſet confundi quis nam eam fundauerit,

Ad quod facit *tex. in leg. ſi quando C. de oper. pub.* vbi habetur, quoties opus publicum, aut palatium, ædes ſacræ, vel porticus reparatione indiguerit, licitum quidem eſſe Imagines, Statuas, inſcriptiones nominum, vel arma quorumcumq; deponere, ſed refectis ędificijs, vnamquamque remotam reportari, & proprio loco denuò collocari debere.

Inſuper amouentes poſſunt puniri pœna arbitraria. Gom. *§. pœnales num. 5. Inſtit. de action.* Cut. Iun. *in leg. ſi quis id quod num. 6. iuriſd. omn. Iud.* & alij.

Quamuis enim arma, & inſignia prioris domini per nouum ſucceſſorem in feudo alienato auferri, aut deleri poſſe concedatur; tamen aliud dicendum eſt quandò inſignia tempore fundatæ, ac conſtructæ Eccleſiæ per Patronum in indicium Iuriſpatronatus appoſita fuerunt, ibique propter Summum Conſtructoris fauorem, qui etiam extincto iurepatronatus, durare cenſetur.

Imò nouus Patronus non ſolum non poteſt mutare arma fundatoris à Capella, Eccleſia, vel ſepulcro, ſed neque etiam ſi ipſe eſt alterius familiæ, ſua inſignia, ſeù arma ſculpi facere, etiam remanentibus antiquis. Doctores citati, & præſertim Anan. *conſ* 86.

Deindè ampliatur deciſio, quod neque agnatus hæres iuriſpatronatus ex linea fęminina deſcendens, primi fundatoris inſignia immutare, aut ſua apponere poſſit in Capella, Eccleſia, vel ſepulcro fundatoris; idem Anan. *dict. conſ.* 86. Angel. *in ſuo teſtam. ante fin.* Nec Rectoreni, vel Conuentum Eccleſiæ poſſe mutare nomen illius fundatoris Eccleſiæ, & ponere ſub nomine alterius, & concedere alteri, nec poſse mutare arma aliqua, allegans Bart. *in l. 2. §. fin. de oper. pub.*

De Aſſaſſinio quoad Immunitatem Eccleſiaſticam. *Vide de Immun. tom. 9. Conſult. 43.*

De Aſſenſu Apoſtolico. *Vide de Alien. rer. Eccleſ. tom. 7. Conſult. 5.*

De Auditore Cameræ Apoſtolicæ. *Vide de Præced. & Præem. tom. 1. Conſult. 9. & tom. 1. Conſult. 27.*

DE

BAPTISMO.

An puer nondum in aliqua parte ſui corporis natus in extrema neceſſitate baptizari poſſit in vtero matris? tom.1. Conſult.153.

AFFIRMATIVE. Deſperato partu naturali, fore, vt poſſet verus, ac licitus baptiſmus peragi, fœtu intra Matris vtero conſtituto, nec aperto vtero, ſi aqua ad eum poſſit pertingere. Quia infans ſic conſtitutus, eſt ſubiectum capax baptiſmi; nam eſt homo non baptizatus, & poteſt tangi, ſiuè aſpergi ab aqua, omniaque hic inueniuntur, quæ ad Sacramentum baptiſmi requiruntur, nimirum materia, & forma, & intentio debita, ac ſubiectum baptiſmi capax.

Confirmatur hæc ratio ex doctrina D.Tho.3.*par. quæſt.68.art.4.& in 4.diſt.6.*& Scot.*diſt.4.par.3.* aliorumque Doctorum vtriuſque ſcholæ, & aliorum Doctorum.

Nam natiuitas, à qua renaſcimur per Baptiſmum propriè eſt illa, qua naſcentes in vtero contrahimus peccatum originale. Conc. Trid. *ſeſſ.5.in decreto de peccato orig.*

Vſitatum quippè eſt in Sacra Scriptura vocem *natum* accipi prò *genito* Matth.*cap.1.De qua natus eſt Ieſus*; Græcè autem habetur *genitus, &* cap.6.*Bonum fuiſſet ei ſi natus non fuiſſet homo ille*, hoc eſt *genitus*.

An Turcæ exiſtentes in triremibus, & petentes baptizari, fiant liberi? tom.2.Conſult.70. Miſcell. *num.*18.

RESP. Poſſunt baptizari, & poſteà reſtitui Domino ſuo.

An Hebræus infans, quem eius nutrix Chriſtiana baptizare fecit, inſcio Patre, ſit Patri ſuo reſtituendus? ibid.num.19.

RESP. Non eſſe reſtituendum patri Iudæo, & eſſe verè baptizatum, & patrem teneri ad alimenta præſtandum.

An filij infantes mulieris, quæ apoſtatauit à fide, & illos genuit cum patre Turca, poſſint baptizari? ibid. num.21.

POſſunt baptizari poſt abſolutionem matris, ſi ipſa inſtet, etiam inuito patre.

An Chriſtianus, qui occaſione conuerſationis habitæ cum Iudæis, multos eorum pueros in articulo mortis conſtitutos baptizauit, licitè id fecerit? ibid. num.26.

RESP. Id non licuiſſe, neque licere, niſi vbi nulla ſpes adſit, quod huiuſmodi pueri poſſint ſuperuiuere, nec adſit ſcandalum.

Quæ pœna puniri debeat mulier, quæ ad confingendum partum ſuppoſitum, curauit baptizari infantem alias baptizatum? ibid. num.27.

RESP. Poſſe torqueri ſuper intentione, abiurare de leui, & manere præ foribus Eccleſiæ cum candela accenſa, & inſcriptione.

An abſente Parocho Catholico, Presbyteri Schiſmatici poſſint baptizare filios Catholicorum? to.4.Conſul.139 n.5.§.Ad 2.

SI abeſſet Parochus Catholicus, & non adeſſet alius Miniſter, poterint, iuſta, & graui neceſſitate coacti ab ijs baptizari, cum his conditionibus.

Prima, nè vlla indè oriatur Catholicorum offenſio.

Secunda, vt legitima forma, & materia ſeruetur, cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia.

Tertia nè vlla ſit communicatio, ritus ceremoniæ, & ſchiſmaticæ prauitatis.

Quarta, ne vllum immineat baptiſmum ſuſcipientibus periculum erroris in fide. Conc.Florent.Conc.Trid. *can.4. de baptiſ.* Nicol. Papa *in Can.à quodam Iudæo de conſecr. d.* 4. & alibi: Quia baptiſmus eſt Sacramentum maximæ neceſſitatis reſpectu omnium hominum, ac proindè expediens fuit, vt illius adminiſtratio omnibus concederetur, præſertim neceſſitate vrgente.

Aliqua dubia de baptiſmo filiorum Turcarum, & Chriſtianorum Coniugatorum. Vide de Miſſionar.tom.4.Conſult.144.Summ.num.4.5.6.& 7. *ac etiam* in Parerga à num.12.vſque ad 28.

CVM

CVM Turcæ multoties Sacerdotes Chriſtianos, etiam inuitos compellant orare ſupra ſuos infantes infirmos, & conſentiunt, vt ſecretò baptizentur, non ad ſalutem animæ, ſed corporis, vt integra valetudine potiantur, à feris non deuorentur, nèue per fauces malum eructent odorem &c. Quæritur.

An licitè hoc Sacramentum illis adminiſtrari poſſit? Vbi effata de Baptiſmo Iudæorum, & de Turcis to.4.Conſul.190. & vide de Miſſionar. *hoc eodem* tom.1.Conſult.144.

CEnſetur licere, ſi non adſit periculum apoſtaſiæ, ſi verò adſit periculum apoſtaſiæ, vel alicuius ſacrilegij, quod in hoc caſu eſt ſatis probabile, ac moraliter certum, non licere, atque adeò curandum eſt, quod prius infantes ſubtrahantur à cura, & conſortio parentum Turcarum, vt tutò baptizari poſſint, juxtà doctrinam Conc. Toletani 4. *cap.* 59. quam ſequitur Suar. *tom.3. in 3. par. quæſt.* 68. *art.*10.*diſp.*25.*ſect.*3. In Sacramentis enim Eccleſiæ nihil eſt per fictionem agendum D.Tho. *quodlib.*5. *art.*12.Paſqualig.*in oper.poſth q.*45.

Idem concluditur in *Conſult.*207. *hoc eodem tom. & tract.* addendo, quod hoc procedit etiam prò infantibus conſtitutis in articulo mortis, & prò adultis, ex eiſdem rationibus.

Effata.

Turcæ exiſtentes in triremibus petentes baptizari, baptizantur, & poſteà reſtituuntur ſuo Domino.

Cum conuerſis ad fidem Catholicam, & petentibus declarari, ipſis licere contrahere Matrimonium in Catholicorum regione abſque eo, quod requirant priores vxores in Turcica morante ob difficultates illas requirendi, poteſt diſpenſari.

Permittitur eis viuere catholicè in occulto, dummodò nullum actum idolatriæ, fidei Chriſtianæ contrarium committant.

Non ſunt Sacramenta miniſtranda Turcis, qui antea erant Chriſtiani, & fidem Catholicam abnegarunt, quique pœnitentia ducti, vitam Chriſtianam in occultò ducunt, ac petunt ea ſibi adminiſtrari, dum nè bona, aut vitam amittant, non audent publicè ad fidem redire.

Parochis, qui in partibus Turcarum domum Chriſtianorum aſpergendo, eos àqua benedicta benedicunt, cum cogantur à Turcis etiam in eorum domibus facere, poteſt permitti, vt hoc faciant, dummodò non adſit contemptus, ſeù periculum ſuperſtitionis ex vſu aquæ benedictæ apud illos remanentis.

Chriſtiani in partibus Turcarum, qui proprias filias Turcis in Matrimonio collocarunt, ignorantes, id eſſe peccatum, admittuntur ad Sacramenta, dummodò eos pœniteat, & faciant quod debent.

Catholici in partibus Turcarum adhibentes Turcas, & Schiſmaticos prò Compatribus, ſuadentur, vt abſtineant, ſi verò ſine periculo, aut ſcandalo ceſſare nequeunt, eis poteſt permitti.

Mulieres Chriſtianæ in partibus Turcarum, aufugientes à Maritis Chriſtianis, & nubentes Turcis, ſicut etiam Mariti, qui poſt fugam cum alijs mulieribus Chriſtianis contraxerunt, non admittuntur ad Sacramenta.

Mulieres Chriſtianæ vxores Turcarum, aliquandò etiam inuitæ, quæ à Curatis illarum partium, non ſolum à perceptione Sacramentorum, ſed etiam ab ingreſſu Eccleſiæ excluduntur, poſſunt tolerari, vt ingrediantur Eccleſias, & hoc modo in fide retineantur. Ad Sacramenta verò non poſſunt admitti, cum viuant in continuo concubinatu; Poſſunt tamen ſe præſentare Confeſſario, vt obtineant abſolutionem, ſi ad illam obtinendam idoneæ reperiantur.

Mulieres Chriſtianæ, quæ contraxerunt per vim cum Turcis, non ſunt admittendæ ad Sacramenta, quia ob diſparitatem cultus non eſt Matrimonium, & viuunt in concubinatu; non tamen prohibentur accedere ad audiendam Miſſam, & ſi in tali ſtatu decedunt, carent Eccleſiaſtica ſepultura.

Mulieres Chriſtianæ in partibus Turcarum nuptæ ijs, qui poſtea abnegarunt fidem Chriſtianam, non excluduntur à Sacramentis, ſed permittuntur viuere ſine contumelia Creatoris, cum ſit verum Matrimonium.

Cum mulieribus ad fidem Catholicam, à qua apoſtatauerant, conuerſis, petentibus poſſe incedere in habitu Turcico ad euitandam mortis pericula, non diſpenſatur, cum talis habitus ſit proteſtatiuus ſectæ Turcicæ.

Iudæi fingentes ſe Chriſtianos, & ſumentes Euchariſtiam, vel trahendi ſunt Curiæ ſæculari, vel ſi recipiant Sacramentum baptiſmi, admittendi ſunt ad pœnitentiam, videndum prius eſt quo animo id fecerint.

Iudæis ſuſcipientibus baptiſmum conceditur retentio ſuorum bonorum, dummodò conſtet, ipſos non dediſſe ad vſuram.

Conuerſi ad fidem Catholicam debent habere legitimam ex Conſtitutione Pauli IV.

Infantes Iudæorum, quos Nutrices Chriſtianæ baptizare faciunt, inſcijs eorum parentibus, illis non reſtituuntur: quia ſunt verè baptizati, & eorum patres tenentur ad præſtandum eis alimenta.

Iudæi diuites cogi debent ad ſubminiſtrandum expenſas victus ſuis filijs neophitis ad fidem conuerſis..

Nequeunt Iudæi vti Nutricibus Chriſtianis, etiam

extra

extra ſuum Ghettum, ſiuè Conſeptum, nec cum licentia quidem Epiſcopi.

In caſibus tamen neceſſitatis, adeò vt aliter eorum filij educari non poſſint, niſi à Nutricibus Chriſtianis, poteſt Epiſcopus ex ſe id permittere, ità tamen, vt omninò prohibeat quodcumque commercium cum ipſis Iudæis, & omninò ſeparatæ exiſtant, & infantulos proprijs domibus dictæ Nutrices retineant, prohibendo Iudæis, nè ad illos accedant.

Iudæorum filij infantes baptizati in Xenodochio, ſiuè hoſpitali, peſtilentia laborantium, educandi ſunt apud Chriſtianos, & à ſuis parentibus, ſi poſſident bona ſubminiſtrari debent alimenta, ſin minus Epiſcopus ſuo zelo Paſtorali illis prouideat.

Iudæi baptiſmum ſuſcipientes per conuerſionem, & pœnitentiam ab anterioribus, & priſtinis delictis in Iudaiſmo perpetratis, etiam in foro ſæculari quoad pœnam corporalem, impunitatem non conſequuntur, idque etiam ſi cum tota familia baptizentur.

Baptizati, & relapſi in Iudaiſmum, non ſunt iterum baptizandi, ſed abintare debent de formali.

Eorum ſpontaneam comparitionem volentium ſuſcipere baptiſmum, debet Inquiſitor remittere ad Ordinarium.

Ipſorum filij minores 7. annorum poſſunt baptizari ad inſtantiam Patris, vel Matris conuerſorum ad Fidem Catholicam, ſed ij, qui excedunt 7. annos, ſuntque doli capaces, ſunt relinquendi ſuæ voluntati.

Puellæ hebræorum, quæ confugientes ad Chriſtianos, pluries aſſerunt, ſe profiteri velle Fidem Chriſtianam, collocandæ ſunt apud aliquam honeſtam mulierem Chriſtianam, ipſæ earumq; parentes examinantur. & nolentes Fidem amplecti, reſtituuntur ſuis parentibus.

Non licet Chriſtianis pueros hebræos in articulo mortis conſtitutos baptizare, niſi vbi nulla ſpes adſit, quod huiuſmodi pueri poſſint ſuperuiuere, nec adſit ſcandalum.

Iudæus infans, cuius Pater conſenſum, vt baptizaretur, præſtiterat. & poſtea pœnituit, retinetur ſub cuſtodia Chriſtianorum, examinantur teſtes ſuper conſenſu, & in caſu periculi, ordinatur baptiſmus.

An aqua roſacea, alijque humores è floribus, herbis, frondibus expreſſi, ſudor, lachrymæ, vrina, ſputum, & id genus alia, ſint apta materia baptiſmi, ſaltem in caſu neceſſitatis? tom. 4. Conſult. 212.

NEgatiuè. D. Tho. 3. *p. quæſt. 66. ar. 4. ad 5.* & quamplurimi Doctores: quia huiuſmodi liquores non ſunt vera aqua elementalis, quæ ſola eſt materia neceſſaria baptiſmi, vt definiunt Conc. Lateran. *in cap. firmiter de Sum. Trin.* Conc. Florent. *in decreto Fidei poſt ſeſſ. vlt. §. Primum omnium*, & Conc. Trid. *ſeſſ. 7. cap. 2. de baptiſ.* Vndè cum Concilia definiant, aquam naturalem eſſe materiam neceſſariam ad validitatem Sacramenti baptiſmi, certum manet, quod ſine ipſa non poteſt confici in quocunque caſu.

Aliqua circa ritus baptiſmi Eccleſiæ Orientalis. Vide de Sacramentor. adminiſtrat. tom. 5. Conſult. 62.

Aliqua de batpiſmo Iudæorum. Vide de Iudæis tom. 7. Conſult. 39.

Aliqua dubia circa baptiſmum inter Catholicos, & Hæreticos. Vide de Hæreticis. tom. 7. Conſult. 41.

An Epiſcopus prohibere poſſit ſub pœna excommunicationis, quod nemo baptizare poſſit adultum, cuius non percipit idioma, & quod hæc prohibitio ſit generalis, quod ij non poſſint baptizari ij, quorum idioma non intelligitur, niſi in articulo mortis? tom. 7. Conſult. 56.

DIſtinguas. Si nulla prorſus eis dari poſſit inſtructio, ſiuè Catechiſmus ante ſuſceptionem baptiſmi, & adſit firma ſpes, aut certitudò, quod permanſuri ſint in firmo propoſito illum ſuſcipiendi, donec inſtruantur, poterit hoc permitti arbitrio Epiſcoporum, ſecus autem ſi timeatur, eos permanſuros, vel morituros in Ethniciſmo, & haberi poſſit aliqualis inſtructio, ſaltem per interpretes, ac educentur inter Chriſtianos, & nullum adſit periculum apoſtatandi, quo in caſu poſſunt baptizari, præuia maiori inſtructione, quæ fieri poterit, vt ex Conc. Niceno 1. *cap.* 2.

Quod ſi cui repentinus morbus incidat, qui ſpe vitæ excluſus, Chriſtianum ſe fieri velle, ſignificet, is verò & rudis ſit, & temporum impediatur anguſtijs, baptizari poteſt. D. Auguſt. *de Fid. & oper. cap. 9.* Sed exiſtimatur in tali caſu, vt quam poſſit breuiſſimè præcipua tantum doceatur.

An autem poſſit baptizans præmittere inſtructionem, quando adeſt tempus, nè ſe exponat periculo mortis, nempè peſtis, belli &c.

Negatiuè videtur reſpondendum: quia licet ex natura Sacramenti ſit neceſſaria inſtructio Fidei, non eſt tamen neceſſaria explicita, ſed ſufficit implicita. Secundò quia, licet ex officio, vt Parocho, adſit obligatio miniſtrandi baptiſmum cum periculo propriæ vitæ; tamen non adeſt obligatio de inſtructione. Imò, cum agatur de adulto, qui non eſt ſubditus Eccleſiæ, neque Parochi habent ſpecialem obligationem baptizandi, ſed tantum communem, vt cæteri alij ex charitate.

An Sacerdotes Catholici ſupplere poſſint baptiſmi cæremonias, quoties hæretici poſt ſuam ad Fidem Catholicam conuerſionem, illas ſuppleri poſtulant? tom.7. Conſult.59.

NOn ſolum poſſunt, ſed etiam debent: quia huiuſmodi cæremoniæ pertinent ad Fidei profeſſionem; vndè illas tantum ſupplendas eſſe poſt collatum ab hæreticis baptiſmum ſæpè declarauit Sac. Congr. S. Offic. & tradunt communiter Doctores. Idque ſub peccato mortali. Palaus *par.4. oper. mor. tract.19. diſp.vn. pun.12. num.21.* Quia *in alleg. tex.* id præcipitur, quod indicat obligationem grauem. Cum enim cæremoniæ iſtæ non ſint neceſſariæ ad valorem Sacramenti, non eſſent repetendæ, quando aut ex neceſſitate, aut ex negligentia eſſent omiſſæ, niſi eſſent aliquod graue; Vndè cum Eccleſia præcipiat repetendas, tanquam aliquid graue, erit mortale illas non supplere. Præſertim ſi timor ſuſpicionis, alteriuſuè ſcandali ceſſaret, nè ſcilicet baptiſmum ab hæreticis miniſtratum videatur Eccleſia Romana, vt minus validum iudicare. Quare nulla putatur, eſſe legitimam cauſam, ob quam prædictæ ceremoniæ omittendæ eſſent.

Matrem Chriſtianam, an Patrem Turcam ſequi debeant filij minores ducti in captiuitate, & libertate donari, & quoad baptiſmum? Vide de Ritibus tom.7. Conſult.71.

De cognatione ſpirituali ex baptiſmo. Vide de Cognatione ſpirituali, & Confirmatione tom.7. Conſult. 93.

An poſſint baptizari à Parocho Catholico hæreticorum filij, etiam domi, & ſine cæremonijs Eccleſiæ, ad effugiendum periculum mortis, ſi differatur baptiſmus, donec pueri habeant vſum rationis, iuxtà mores dictorum hæreticorum? to.8. Conſult.69.

AFfirmatiuè. Nam quoad baptiſmum, peragit rem licitam, & quoad omiſſionem cæremoniarum, non ſunt de neceſſitate Sacramenti, ſed ſolum de neceſſitate præcepti, ideò, vrgente neceſſitate, poſſunt omitti. DD. communiter, & praxis confirmat, vt fit in baptiſmo priuato. Quare licet prohibeatur baptiſmus extra Eccleſiam *in Clem. vn. de baptiſ.* excipitur tamen caſus neceſſitatis: quia quando adeſt periculum mortis, poteſt miniſtrari baptiſmus in Eccleſia, & in hoc caſu adeſt idem periculum, ſi differatur vſque ac habeat vſum rationis.

Tenetur tamen Parochus monere parentes, nè illum iterum baptizari ſinant, & cæremonias suppleri, vt incorporetur Eccleſiæ per profeſſionem Fidei ſolemnem, vt deſumitur ex D. Dionyſio *cap.2. de Eccleſ.* Hyeron. *lib.7 cap.41.* Cyprian. *lib.1. ep.6.* Ambrog. *lib.1. de Sacr. cap. vlt.*

An ſint monendi Miniſtri Catholici, vt ſub conditione ſemper baptizent ab hæreticis baptizatos, qui ſolent baptizare prolem faſcijs inuolutam, vt rarò poſſit aliquod eorum membrum aqua attingere? tom.8. Conſult.103.

REſp. huiuſmodi pueros eſſe baptizandos à Catholicis ſub conditione: quia, quando dubitatur, an baptiſmus ſit malè collatus, reiteratur ſub conditione, vt declarauit Sac. Congreg. S. Offic. 25. Ianuar. 1607. Hinc *in cap. de quibus* præcipitur, baptizari eos ſub conditione, de quibus dubium eſt, an ſint baptizati: quia conditio tollit, quod iteretur Sacramentum, & excluditur irreuerentia.

DE

BELLO.

1 *An & quatenus ſit licita defenſio?*
2 *An armis defendi poſſit Religio?*
3 *Sitque bellum Chriſtianis licitum?*
4 *Illudque gerere poſſint contra Turcas?*
5 *Et Hæreticos propter ſolam hæreſim?*
6 *Et an, & quatenus bellum ſit licitum?* tom.9. Conſult.68.

AD 1. Reſp. defenſionem eſſe licitam. Bart. *ad l.3. de iuſt. & iur. n.3.* Sed interdum ab vtraque, vt ſit iuſta. Alber. Gentil. *lib.1. de iur. bell. cap.3.* Vt enim omne bellum ſuſceptum à Superiore præſumitur eſſe iuſtum, è contrario omne bellum ſuſceptum ab inferiore præſumitur eſſe iniuſtum. *l.3. ff. ad l. Iul. maieſt.*

Ad 2. Reſp. rectè omninò Religionem armis defendi poſſe; attamen Religio non ſumenda hic eſt in abſtracto, ſed concreto, in hominibus conſiderata, qui homines, vt viſibiles, & corporei ſunt, ità & propter Religionem externis obnoxij iniurijs, ac defenſionis capaces eſſe poſſunt. Quo circa cum Religionem armis defendi poſſe dicimus, hoc ſignificamus homines Religionis cauſa vim ſuſtinentes, præſidio armorum rectè defendi poſſe. Quia omni iure iniuſtam vim repellere, etiam priuatis, tantò magis Magiſtratibus, licere debet. *l.3. de iuſt. & iur.* Eſt autem vis iſta iniuſta, quæ verè Religionis cauſa hominibus infertur, licet itaque, imò verò debet quoque Magiſtratus eam repellere.

Reliqua de defenſione. Vide fusè *tom.7. Conſult.20.*

Ad 3. Affirmatiuè, ex duplici ratione. Prima, quia Principes Chriſtiani poſſunt vti gladio in pu-

punicndis priuatis malefactoribus. Rom. *c.* 3. *v.* 4. Ergò etiam in vindicanda publica iniuria.

Altera, quia bellum eſt natura ſua licitum. Ergò etiam licitum eſt Chriſtianis, modò non ſit illis peculiari mandato prohibitum.

Ad 4. Aſſerendum eſt, poſſe Chriſtianos bellum gerere contra Turcas. Primò quia etiam in veteri Teſtamento Gentiles Reges, qui Iudæos bello opprimebant, erant flagella Dei. *Iudic. cap.* 3. *v.* 8. & alibi. Et tamen licebat Iudæis bello ſe defendere contra Gentiles. Secundò quia ſicut bellum Turcarum, & aliorum Infidelium eſt flagellum Dei. *Deuter. cap.* 28. *v.* 10. Sic etiam fames, peſtis &c. At licitum eſt homini Chriſtiano, quantum in ſe eſt, arcere famem, munire ſe contra peſtem, propulſare morbos, & ſi faciat non cenſetur Deo repugnare. Ergò etiam licitum eſt ſe defendere contra Turcas. Contrarium aſſerere eſt error Luteri.

Ad 5. Affirmatiuè: quia Hæretici turbant vtramque pacem, nempè Eccleſiæ, & Reipublicæ; vbi enim eſt publica animarum diſſentio, quam introducunt hæretici, ibi pax publica eſſe non poteſt: Hoc teſtatur Chriſtus, dicens: *Omne Regnum in ſe diuiſum deſolabitur*.

Ad 6. Diſtinguendum eſt inter bellum offenſiuum, & defenſiuum; belli offenſiui indicendi legitima anthoritas eſt *in quouis Principe*, vel Republica, non agnoſcente Superiorem in temporalibus.

De bello verò defenſiuo eſt alia ratio; nam cuilibet licet ſe defendere iure priuato contra iniuſtum aggreſſorem, vim vi repellendo, itá etiam quilibet Princeps, & Reſpublica, etiam ſi agnoſcat Superiorem in temporalibus. Bellarm. *lib. de laic. cap.* 15. Molin. *tract.* 2. *de iuſt. & iur. diſp.* 10.

Princeps tamen inferior in tribus caſibus poteſt ſuſcipere bellum offenſiuum. Primò quando præſumit conſenſum Supremi Principis. Secundò quando ex præſcripto iure id habet. Tertiò quando neceſſitas vrget, nec propriæ ſecuritati ſatis eſt conſultum, niſi ſtatim vindicta exerceatur Molin. *l. c. diſp.* 101.

Iuſta cauſa indicendi bellum, generaliter loquendo, eſt grauis iniuria, facta, vel imminens Principi, aut Reipublicæ. D. Tho. *quæſt.* 40. *art.* 1. & alij.

Speciatim verò ſolent aſſignari hæ cauſæ. Publica Principis contumelia. Rebellio Subditorum. Defenſio malefactorum, nè iuſtè puniantur. Suppetiæ inimicis latæ. Negatio innoxi tranſitus per alienam terram, qui iure naturali negari non poteſt. Violatum fœdus. Idolatria Subditorum.

Recta verò intentio ad iuſtum bellum requiſita triplex eſt. Recuperare amiſſa. Iniuriam iuſtè vindicare. Stabilire pacem Reipublicæ. Si alio fine, vel intentione bellum ſuſcipiatur, malè fit. Vndè Auguſt. *lib.* 22. *contra Fauſtum c.* 74. ait, Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus; atque impacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſimilia hæc ſunt, quæ in bellis iure culpantur. Lege Diu. Tho. *d. quæſt.* 40. *ar.* 1. & Molinam; Seruatis itaque his tribus conditionibus, certum eſt, bellum eſſe licitum, ac iuſtum ex natura rei.

1 *An Eminentiſſimi Cardinales, ſede Apoſtolica vacante, poſſint mittere Triremes Pontificias contra Turcas, aliaue facere, inſtante aliquo Principe? Vbi aliqua de bello contra Turcas. Et*

2 *An Turcarum Imperium ante finem mundi interiturum ſit? Paraneſis ad Chriſtianos*. tom. 9. Conſult. 89.

AD 1. Negatiuè cenſetur reſpondendum: Quia non imminet tam ingens neceſſitas, nec illud tam grande, & euidens periculum, quod requirunt Conſtitutiones Greg. X. in Conc. generali Lugdunenſi §. *idem*, & Clem. X. in Conc. Viennenſi editæ. Imo Conſt. Pij IV. quæ incipit *In eligendis* §. 6. expreſsè ſimilia prohibet, ſed omnia mandat remitti ad futurum Pontificem.

Sequitur narratio hiſtorica bellorum Turcarum, quæ hic ob breuitatem relinquitur.

Ad 2. Affirmatiuè. Paulus Grabnerus in prognoſtico de anno 1574. *inter miſcel. polem. lit. C.* & nouiſſimè etiam Io: Præporius in *Cathaſtrophe Mahumetica*. Certè Bernegerus Imperia magna quincentos annos plus, minus plerumque durare ex collectione aliquot documentorum obſeruauit *in quæſt. miſcel.* ex Taciti German; & Agricol. *quæſt* 153. Si hoc verum Imperium Turcicum, quod anno poſt natum Chriſtum 1300. ab Oſmanno, vel Ottomanno primordium habuit. Rupert. *in obſeru. hiſtor. ad Beſold. Syn. min. cap.* 16. *pag.* 616. *& ſeq.* adhuc & paucis annis durare oporteret.

Vos verò viri Principes, pij, fortes, agite, date nomine, armate animos, ſumite Chriſti vexilla. Militate ibi, vbi aurum, gemmæ, gazzæ, diuitiæ, inopes ibi opes, ignobiles nobilitatem, nobiles dignitatem parabunt maiorem. Qui Comites ibitis, Duces redibitis qui Duces Reges, qui Reges Regum Imperatores pleni gloria, victoria, immortali memoria. Amen.

Vtrum Principes Chriſtiani poſſint in bello implorare auxilium à Gentilibus, & Infidelibus, & cum eis fœdus inire, vt in bello ſe mutuò iuuent aduerſus alios Principes Chriſtianos? Vbi Pareneſis ad Principes, eorumque Conſiliarios Theologica, Hiſtorica, & hicochriſtianè. tom. 9. Conſult. 185.

NEgatiuè. Nefas ſcilicet eſſe Principibus Chriſtianis cum Infidelibus fœdus inire, ab eiſque ad ſui, ſuarumque rerum defenſionem, auxilium petere.

Probatur ex iure diuino, & ex Sac. Litteris euidenter, vbi eiuſmodi fœdera cum infidelibus ineunda multis in locis prohibentur. Eſdr. *lib.* 3. *cap.*8. Iſaiæ *c.*20. 30. 31. *&* 36. Oſeę 12. Exod. *cap.*23. & alibi ex veteri ſcriptura.

Ex noua verò Paul. *ad Corinth* 1. *cap.*5. *in fin.* Can. *ſæpi ex ſeq.*28. *quæſt.*1. Vbi Chriſtianis prohibetur commercium, & communio cum Iudæis, & Infidelibus, vt ab eis nec cibum ſumere, nec recipere medicinam liceat, imò nec benedictiones, nec orare cum eis fas ſit. Can. *non oportet*, *& ſeq.* 1. *quæſt.*1. Ergò multò minus licebit à Turcis inimicis Chriſtianorum contra Chriſtianos auxilium petere, vt probant permulti Doctores, & vetant multi Pontifices, inter quos Clem. VIII. Greg. XIII. B. Pius V. & alij, multa Concilia, & Conſtitutiones.

Sequuntur innumeræ hiſtoriæ hac de re, è quibus videntur mala indè deriuata, ob auxilium petitum ab Infidelibus. Et concluditur cum Paræneſi ad Principes Chriſtianos.

DE BENEFICIIS, ET BENEFICIATIS.

An conſenſus Capituli, qui neceſſariò in vnione beneficiorum ſimplicium Seminario facienda debet interuenire in forma ſpecifica, & non per æquipollens, ſufficiat, ſi ſuperueniat vnioni iam factæ? tom.1. Conſult.77.

NEgatiuè, ſed huiuſmodi conſenſus requiritur in ipſo actu vnionis. Quia licet conſenſus ſuperueniens poſſit conualidare actum, quando requiritur propter intereſſe conſentientis Rot. coram Durano *dec.*83. *num.*13. *in fin.* Quando tamen requiritur conſenſus ad ſolemnizandum actum, eumque authorizandum, tunc debet interuenire in ipſa effectuatione actus. DD. *in l. ſi quis mihi bona §. iuſtum ff. de acquir. hæred. & cap. cum nos de his, quæ fiunt à Præl.* Rot. coram Durano *dec.*265.*n.*9. Conſenſus autem Capituli requiritur, non propter ſui intereſſe, ſed ad authorizandum actum vnionis.

EPiſcopus ad conſulendum tenuitati Prębendarum Dignitatuum, & Canonicorum Cathedralis, nec non ad inſtituendas Præbendas, quibus vacabant aliqui Canonicatus eiuſdem, tria beneficia ipſis Dignitatibus, & Canonicatibus diſtributiuè vniuit, ſine præiudicio illa tunc obtinentis.

Cui vnioni Capituli conſenſus acceſſit. Defuncto poſtmodum in menſe reſeruato, & in Curia Beneficiato, qui dicta beneficia poſſidebat. Quæritur.

An præfata vnio beneficiorum cenſenda ſit valida, ità vt in præſens ſortiri debeat effectum? tom.1. Conſul.80. & 361. ac Conſult. 280. eiuſdem tom.

AFfirmatiuè. Sac. enim Conc. Trid. *cap.*15. *ſeſſ.*24. *de refor.* Concedens facultatem Epiſcopis vniendi beneficia, vel ſupprimendi Præbendas mouetur ex cauſa vtilitatis, & dignitatis Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum inſignium, vt patet ex his verbis: *Vt diuino cultui celebrando, & dignitati Eccleſiæ commodè valeant reſpondere*, Sac. Congr. Conc. de qua Garz. *de beneſ. p.*12. *cap.*2. *n.*121.

Atque ita in hiſcemet terminis Sac. Congregat. Conc. in vna *Rhegien. vnionis die* 11. *Mar.*1662. cenſuit, nempè, eiuſmodi vnionem ſuſtineri. Verum conſtare debet de tenuitate Præbendarum, in qua non creditur Epiſcopo.

*An decretum Sac. Conc. Trid. cap.*15. *ſeſſ.*24. *de ref. obſtet vnioni officij, ſiuè ſimplicis beneficij alias de conſenſu Capituli ſine authoritate Sedis Apoſtolicæ per Ordinarium factæ maſſæ Capitulari, ſeù maſſæ reſidentiali, diſtributionibuſque quotidianis?* to.1. Conſult.108.

REſp. Quod, cum ſit officium, ſeù beneficium ſimplex, non autem Præbenda Canonicalis, aut quid ſimile, indubitatum eſt, non obſtare decreto ſupradicto. Gabr. *conſtitut.* 188. *n.*3. *in fin. & ſub n.*5. *& ſeq. lib.*2. Et ità in proprijs terminis *d. cap.*15. cenſuit eadem Sacta Congregatio in vna *Caluen.* die 23. Septemb. 1609. item in eadem die 5. Febr. 1610. Item in vna *Alarien.* die 23. Nouemb. 1632. a Sanctiſſimo approbata die 23. Decemb. eiuſdem. Et die 5. Febr. 1611. & alibi.

Beneficia, & officia electi in Epiſcopum quando & quo pacto vacent? tom.1. Conſult.160.

NEgatiuè. Videtur enim in iure expeditum, quod beneficia, & officia electi in Epiſcopum vacent ſolum per confirmationem, & adeptionem poſſeſſionis, atque conſecrationem ſequutam, vel poſt præfixum tempus ad petendam conſecrationem, *tex. in cap. Cum in cunctis §. Cum verò de elect.* Vbi Doctores notant

tant quatuor requiſita adhoc, vt beneficia, & officia electi in Epiſcopum vacent. Primo quod fuerit electus. Secundo quod confirmationem electionis fuerit conſequutus. Tertiò quod ſit adeptus poſſeſſionem. Quartò quod ſit conſecratus, uel quod ſit in mora petendi conſecrationem, & dicitur eſſe in mora, ſi non petierit infra tres menſes à die confirmationis habitæ *cap.2. diſt.75.* Abb. *d. cap. cum in cunctis § Cum verò n.1.de elect.& conſt.*107.*n.*3. *lib.*2.& alij. Sac. Congr. Epiſc. in vna *Barchinonen.d. anno* 1632.

VAcantibus quatuor beneficijs Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, fuit de illis, prouiſus ab eadem Sede Apoſtolica quidam vir dignus. Cum autem Epiſcopus eadem beneficia, vti Seminario erigendo vnita contulerit Magiſtris eiuſdem Seminarij, Ideò quæritur.

An vnio beneficiorum, vt ſupra facta, ſuſtineatur? tom.1. Conſult.280. & Conſult. 80. eiuſdem tom. & 361.

NEgatiuè. Et ità cenſuit Sacra Congregatio Conc. die 4. Febr. 1648. *ad cap.18. ſeſſ.23. de refor.*

An inſeruientes Principibus laicis excuſentur à reſidentia ſuorum beneficiorum? Vide de Reſidentia tom.1. Conſult.353.

An obtinens beneficium ſimplex de iurepatronatus laicorum, cum quo fuit ordinatus, donec prouideatur de alio beneficio Curato ad ſuam congruam ſuſtentationem cum pacifica poſſeſſione, & fructuum perceptione ſubſequentis, antequam, ex diſpoſitione Sac. Conc. dicatur primum beneficium ſimplex vacare ipſo iure, abſque alia ſententia declarationis? tom.1. Conſult.359.

AFfirmatiuè. Ità Sacra Congregatio Conc. in vna *Feſulana* 30. Ianuar. 1649. *ad c.*17. *ſeſſ.*24. *de refor.*

QVidam Vicarius Generalis Apoſtolicus per mortem Epiſcopi fuit, Sede vacante, deputatus Vicarius Capitularis, & adminiſtrator menſæ Epiſcopalis, cuius officij vigore vniuit nonnulla beneficia ſimplicia cuidam Eccleſiæ Parochiali pauperi eiuſdem Diœceſis, cum clauſula citra præiudicium obtinentium, & dummodò iuri Epiſcopali nihil detrahatur, cui vnioni Capitulum poſtea ſuum præſtitit conſenſum. Quæritur.

An huiuſmodi vnio, nec non poſſeſſio per Parochum poſt mortem obtinentium de conſenſu moderni Epiſcopi capta, ſuſtineatur? tom.1. Conſult. 361. & Conſult. 80. & 280. eiuſdem tom.

NEgatiuè ex defectu poteſtatis Vicarij, & defectu conſenſus in ipſo actu vnionis. Sac. Congr. Conc. in vna *Licien.* die 30. Ianuarij 1649. ad *cap.5. ſeſſ.21. & cap.13. ſeſſ.23. de refor.* Barbſar. *lib.2. conſt.*185.*n.*14. & alij, qui volunt, quod conſenſus, qui importat ſolemnitatem, requiratur in illo actu.

An Clericus prouiſus de beneficio, cuius collatio dubitatur ſpectare ad Papam, poſſit ad Ordines promoueri? Vide de Ordine tom.1. Conſult.384.

Quomodò procedendum contra beneficiatos non reſidentes? Vide de reſidentia tom.1. Conſult. 164.

An ad obtinenda beneficia, & Eccleſiaſticas Dignitates requiratur Doctoratus gradus? Vide de Dignitat. tom.1. Conſult.318.

An Pœnitentiaria exigat vnionem beneficiorum ſimplicium? Vide de Capitulo tom.4. Conſult. 156.

An redditioni rationum non ſpectantium ad Eccleſiam, ſed ad Beneficiatos, intereſſe debeat aliquis Canonicus? tom.4. Conſult. 161.

NEgatiuè. Quia tam de iure, quam ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid. redditio rationis huiuſmodi ſpectat ad Epiſcopum priuatiuè quoad alios, niſi probetur conſuetudo, priuilegium, aut Conſtitutio, ex qua alijs deputatis reddenda ſit. *Clem. Quia contingit §. ſin. autem de relig. domib.* Trid. *ſeſſ.*22. *de refor. c.*9. Et ità aliàs declaratum fuiſſe air Gonz. à Sacra Congregat. Conc. *ad reg.*8. *Cancell. gloſ.*15. Strab. *n.*45. & tradit Rot. *dec.*255. *n.*1. *& 4. p.*1. & alibi: præſertim cum Beneficiati deputent adminiſtratorem, qui eis rationem reddat.

An Clericus contra Eccleſiam ſuam, in qua beneficium obtinebat, prò extraneis aduocare teneatur? Vide de Clericis tom.4. Conſult. 191.

An beneficiorum in poſſeſſionem immiſſio pertineat ad Archidiaconum? Vide de Dignitat. tom.4. Conſult. 183.

An Beneficiati teneantur thurificare Clericis Seminarij? Vide de Ritibus tom.6. Conſult. 49.

An Beneficiatis, & Capellanis indulgendus ſit habitus Canonicalis? Vide de Capitulo tom.6. Conſult. 54.

An Conſtitutio Canonicorum facta prò ſeruitio Eccleſiæ, obliget Beneficiatos, & Capellanos in futurum? Vide de Capitulo tom.6. Conſult. 55.

An Beneficiati deferre poſſint Roccbettum? Vide de Capitulo tom.6. Conſult. 59.

An, & quando Beneficiati Cathedralium poſſint Synodo Diœceſana intereſſe, contradicente Capitulo? Vide de Synodo tom.7. Conſult. 3.

De priuatione Beneficiorum. Vide de Capitulo tom.7. Conſult. 75.

An liceat Epiſcopo ſupprimere Beneficia, Canonicatus, & Dignitates? Vide de Capitulo tom. 8. Conſult. 30.

De Beneficijs aliqua. Vide de Concurſu tom. 9. Conſult. 77.

An filij Presbyterorum ſuccedere poſſint Beneficijs Patris &c.? Vide de Presbyter. fil. tom. 9. Conſult. 140.

1. *Quid nam, quamuimue Clericus Sacerdotio affectus, ſiuè Beneficiatus, qui horas Canonicas recitare omittit, reſtituere teneatur?*
2. *Et quid in hac re poſſit Sac. Pœnitentiaria?* tom.9. Conſult. 69.

AD 1. Reſp. Reſtitutionem fructuum eſſe faciendam prò rata omiſſionis recitationis Officij ab ijs, qui tenentur intereſſe Choro ſtatis horis, non interuenientes autem, ceſſante legitimo impedimento, peccare, & prò rata omiſſionis officij fructus ſuos non facere, iuxtà Conc. Lateranen. *ſeſſ.9. cap.9.* & Conſt. Bonifac. 8. *in cap.1. de Cler. non. reſid. in 6.* in vſum reuocatam à Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.24. cap. 12.* Sed quia in præfata Conſtitutione, & decreto Concilij non exprimitur quanta ſit rata amiſſionis correſpōdens omiſſioni ſeruitij, Clem. V, *in Clem.1. de celebr. Miſſ.* Eam remiſit arbitrio Ordinarij. Deindè B. Pius V. declarauit ſpeciatim amiſſionem prò rata cuiuslibet horæ Canonicæ, diuiſitque diſtributiones in 12. partes.

Ad 2. Vrbanus VIII. 27. Septemb. 1734. in ſua Conſtitutione inter cętera hęc edidit.

Maior Pœnitentiarius, & eiuſdem Pœnitentiariæ Regentes abſtineant à compoſitione, & condonatione fructuum beneficialium, & Eccleſiarum Epiſcopalium, ac etiam diſtributionum quarumcumque, quouis modò malè perceptorum in caſibus non occultis.

In caſibus verò occultis volumus, vt cum Gallis, Belgis, Germanis, Polonis, & vlterioribus componere, vel etiam eas condonare poſſint, iniuncta eiſdem pœnitentibus erogatione eleemoſynæ eiuſdem maioris Pœnitentiarij, vel Confeſſoris ab ipſo deputandi arbitrio limitandę; cum reliquis autem, videlicet Italis, Hiſpanis, Luſitanis, & adiacentium Inſularum perſonis directè compoſitionem concedant, & ea mediante, fructus condemnent, ſed exactas pecunias Receptori emolumentorum noſtræ Datariæ faciant integraliter conſignari. Pauperibus tamen, quorum inopia compoſitionem non admittit, condonare poſſint, iniuncta eleemoſyna modò ſupradicto, quæ tamen cenſeantur ordinata ſine præiudicio illorum, quibus diſtributiones accreſcere, ſiuè non decreſcere debent.

Idem habetur ex Conſtitutione Sanctiſſimi D.N. PP. Innocentij XII. Dat. apud Sanctam Mariam Maiorem anno Domini 1698. Nonis Septem.

Aliqua de Beneficijs. Vide de Concurſu tom.9. Conſult. 77.

An ſit laudabilis, atque iuridica conſuetudo, vt Beneficiati ſedeant, dum in aliquibus actibus admittuntur coram Capitulo, quinimmò ſtare debeant capite aperto? Vide de Capitulo tom.9. Conſult. 118.

De Ambitu in electionibus Eccleſiaſticis etiam ad beneficia. Vide de Vicario tom. 9. Conſult. 125.

1. *De obtinentibus plura beneficia curata. De beneficijs, quæ nullum ſeruitium per ſeipſos Beneficiatos, neque per ſubſtitutos requirunt. Beneficia cur inſtituta & alia?*
2. *Quæ beneficiorum vniones validæ cenſeantur?*
3. *Beneficia Eccleſiaſtica curata, perpetuò vnita, quomodo viſitanda? Quomodò eis prouidendum?* *Decreta.* tom. 10. Conſult. 157.

AD 1. Sacroſancta Synodus Trid. *cap.5. ſeſſ.7. de refor.* innouans *cap. Ordinarij de offic. ord. in 6.* decernit, quod obtinentes duo beneficia incompatibilia, ſiuè curata, ſinè non curata, cogantur ſuas edere diſpenſationes, vt per Io: Andr. & Gloſ. *in d. cap. Ordinarij v. Perſonarum.* Additur tamen à Concilio, vt quoad incompatibilia curata Epiſcopus per deputationem Vicarij procedat, vt animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipſa debitis non defraudentur obſequijs, coniunctiuè ſumpta, & non diſiunctiuè.

Similiter vbi agitur de animarum cura annexa Vicarius deputetur *d. cap.5. & ſeſſ.25. de regular. cap.11.*

*cap.*11. Alias obtinens duos Canonicatus in Cathedrali non curatis, & in vno reſidens, non ſolum amittit ex altero diſtributiones quotidianas, ſed habebit Vicarium, quod non eſt dicendum, cum repugnet. *tit. de offic. Vic.* Et ſic intentio Concilij videtur eſſe, vt quoad beneficia incompatibilia curata, interim, donec ad priuationem deueniatur iuxtà *d. cap. Ordinarij*, poſſit Epiſcopus per Vicarium curam animarum exerceri facere. Quoad alia verò incompatibilia, ſed non curata, diſtributiones amitti iubeat, iuxtà *cap.3. ſeſſ.*23.

Poſſunt etiam Ordinarij prouidere, ne quid ſine litteris, ſiuè Bullis Beneficium poſſideat, & idcircò conquærenti Epiſcopo Lucano, quoſdam ſuos Canonicos obtinere beneficia, nec expediſſe litteras, viſum eſt Sac.Congregationi, vt priuet eos, qui ità obtinent, adhibitis Vicarijs, qui inſeruiant Eccleſię, donec admonitus Sanctiſsimus prouidere poſsit.

At quid, ſi aliquis habeat Beneficia in diuerſis Diœceſibus, requirentia diſpenſationem? Dic, quod quilibet Epiſcopus erit eius Ordinarius ad hunc effectum ex *d.cap. Ordinarij*, vbi Gloſ. *v.Ordinarium*.

Et notandum, quod Epiſcopus deputat Vicarium; nam alius inferior non poteſt. Lap. *alleg.*5.*in princ.ac per tot.* Niſi fortè talis ſit Ordinarius habens talem *iuriſdictionem*. Abb. & Doctores *in cap. cum olim num.* 2. *de praeſcript.*

Contra verò nihil innouandum in beneficijs ſimplicibus, quæ Clericatus nonnunquam conſueuerunt nuncupari; quorum fructibus poſſeſſores, gaudent, nullum ſeruitium per ſeipſos, neque per ſubſtitutos præſtando eis Eccleſijs, quibus dicti Clericatus exiſtunt, vt nequeant cogi vel per ſeipſos, vel per ſubſtitutos in habitu Clericali, quod illis Eccleſijs inſeruiant.

Ex *d.cap.*5.*ſeſſ.*7. Notandum, quod licet regulariter nemo cogendus ſit edere titulum ſuæ poſſeſsionis, id tamen fallit, vbi quis poſsidet contra diſpoſitionem iuris communis. Omnia enim iura clamant contra pluralitatem. Notandum quoque; quod oſtendens diſpenſationem ſufficientem non eſt amplius moleſtandus ſuper ijs, cum diſpenſatio, quod erat illicitum, facit licitum.

In *Brixienſi*. Poſsidentes ante Concilium Canonicatum cum Parochiali, non ſunt cogendi oſtendere diſpenſationem, ſecus ſi cum Parochia obtineant Dignitatem.

In *Alexandrina*. Obtinens Canonicatum in Cathedrali, & Collegiata, debet reſidere in Cathedrali; poteſt tamen cogi ad celebrandum Miſsas in Collegiata per alium, ſi non poteſt per ſeipſum.

In *Aquilana*. Obtinentes beneficia incompatibilia ſunt cogendi exhibere ſuas diſpenſationes, etiam ſi per quinquennium poſsiderint.

In *eadem*. Si narratur Summo Pontifici, ſe obtinere duas Parochiales, non tenetur oſtendere diſpenſationem, niſi eſſent obtentæ ante Concilium.

In *Mediolanenſi*. Deputatio Vicariorum habet locum in omnibus beneficijs incompatibilibus, non autem in Curatis, quando ea obtinentes, eis non inſeruiunt.

In *Auguſtana*. Si Abbates Regularium ab Ordinarijs moniti, reperiantur negligentes ad corrigendum Rectores Parochialium, ſuis Monaſterijs vnitarum, non propterea licet Epiſcopis dictos Abbates priuare iure conferendi, ac præſentandi, ac decimis, ſed prouidere curæ animarum, & quoad deputationem Vicariorum debet executioni damandari Conſtitutio B.Pij V.

Ad 2. Poſt examen faciendum ſuper diſpenſationibus, vt obtineri poſsint plura incompatibilia, Sacra Congregatio Conc. Trid. *d. ſeſſ.*7. *cap.*6. procedit ad alium abuſum circa eadem Beneficia in materia vnionis perpetuæ; nam etiam ad tempus conceduntur, de quibus etiam habetur *ſeſſ.* 14. *cap.* 4. *&* 9. *& ſeſſ.* 21. *cap.*5.*& ſeſſ.*24.*cap.*13.*& ſeſſ.*25. *cap.* 9. Ex decreto *d.cap.*6.*ſeſſ.*7. Cenſuit Sacra Congregatio, non excludi Ordinarios quominus poſſint vniones cognoſcere in caſibus, in quibus licet de iure communi, etiam vltra 40. annos.

Quadraginta anni, de quibus *in d. cap.*6. *ſeſſ.*7. connumerentur à die publicationis Concilij, vniones factæ ſupra 40. annos, remanent in terminis iuris communis.

In *Lancianenſi*. Vniones perpetuæ ſupra 40. annos factæ, ab Ordinarijs examinari non poſſunt.

In *Spoletana*. Prætendentes vnionem ſupra 40. annos, tenentur oſtendere eam Epiſcopo.

In *Vicentina*. Viſitatores deputati à Commendatarijs Ordinis Valliſoletani S.Benedicti poſſunt cognoſcere de iuribus vnionum factarum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Monte Ferrato eiuſdem Ordinis.

Ad 3. Vide de Viſitatione *tom.*1. *Conſult.*153. *&* 315. Et de *Regularibus tom.*4. *Conſult.*155. Vide etiam de *Parocho, & alibi*, vbi ſatis.

An, & quatenus à quocumque pręſentati ad beneficia Eccleſiaſtica, inſtituendi ſint ab Ordinarijs?
Vbi decreta tom.10.Conſult.160.

SAc.Conc. Trid. hac ſuper re *ſeſſ.*7.*cap.*13. *de reform.*ita decernit: *Præſentati, ſeù electi, vel nominati à quibuſuis Eccleſiaſticis perſonis, etiam Sedis Apoſtolicæ Nuncijs, ad quæuis Eccleſiaſtica beneficia, non inſtituantur, nec confirmentur, neque admittantur, etiam prętextu cuiuſuis priuilegij, ſeù conſuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præſcripta, niſi fuerint prius à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti. Et nullo appellationis remedio ſe tueri poſſint &c.*

Secus verò ſi præſentati fuerint à Cardinalibus

Le-

Digitized by Google

Legatis à latere, cum illi habeant intra ſuam legationem iuriſdictionem ordinariam, *cap. Legatos de offic. legat. in 6.*

Vindicat ſibi locum decretum, etiam in ijs, qui in Eccleſijs patrimonialibus, ſiuè receptitijs, tam numeratis, quam non numeratis ad beneficia, quæ vocant ſeruitoria, admittendi ſunt.

Quæro, an Epiſcopus, cui per literas Apoſtolicas commiſſum eſt examen alicuius, qui beneficium ſimplex obtinuit, poſſit alteri examen faciendum committere? Sac. Congregat. reſpondit, poſſe committi, etiam ſi in litteris ipſius Epiſcopi conſcientia eſſet onerata.

Ex ijs verbis, *prætextu cuiuſuis priuilegij*, cenſuit Sac. Congreg. ſublatum eſſe quoad hunc effectum etiam priuilegium exemptionis in fundatione conceſſum.

In *Pennenſi*. Obtinentes beneficia curata à collatoribus inferioribus, debent examinari ab Ordinarijs, ſecus in beneficijs ſimplicibus, quorum examen ad inferiores collatores prædictos pertinebit, & idem ſeruandum in beneficijs, quæ de iure patronatus ſunt.

In *Tarentina*. Licet præſentati, vel nominati à quibuſcumque, ſint approbandi ab Epiſcopo, hoc tamen non habet locum in ijs, qui aſſumuntur in Eccleſijs receptitijs, quorum magnus eſt numerus in Regno Neapolitano.

In *Iacenſi*. Præſentati ad portionem iuriſpatronatus laicorum, quorum inſtitutio pertinet ad Capitulum, debent examinari ab Epiſcopo; priuſquam à Capitulo inſtituantur, *cap. 9. ſeſſ. 25. & cap. 18. ſeſſ. 24.*

In *Cæſarauguſtana*. Rectores præſentati ad Parochiales Religionis Hieroſolymitanæ non ſunt admittendi; niſi ab Ordinario examinentur, & approbentur.

In *Cremonenſi*. Manſionarij Eccleſiæ Cremonenſis ad nutũ amouibiles, qui eliguntur à Capitulo, & ab Epiſcopo approbantur, & confirmantur, poſſunt ab eodem examinari.

In *Vercellenſi*. Videre, an beneficium ſit iuriſpatronatus, & cognoſcere de iuribus litigantium ſpectat ad inferiorem collatorem, qui ius inſtituendi habet. Examen autem ſuper idoneitate præſentatorum, & eorum approbatione ad Epiſcopum loci ſpectat.

Ordinarius in ſui præiudicium poteſt prorogare tempus conceſſum Patronis ad præſentandum per quatuor, vel ſex menſes, vt fuit decretum in Rota, teſte Creſcentio *dec. 148. in manuſcriptis. Pariſ. de reſignat. lib. 7. quæſt. 29. num. 11.*

In *Pennenſi*. Hoc decretum procedit in beneficijs, quæ ſunt de iurepatronatus, ſimplicibus. Quod iterum fuit declaratum in vna *Regienſi*.

In *Cremonenſi*. Quandò agitur de beneficijs ſimplicibus iuriſpatronatus, examen pertinet ad Epiſcopum; non autem ad Præpoſitum, etiam exemptum, ſuper idoneitate ætatis, litteris, & ſufficientia.

Sac. Congreg. Conc. declarauit, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos Collegiatæ Eccleſiæ Fogiæ Troianen. Diœceſis, examinandos, & approbandos eſſe ab Epiſcopo, quoticſcumque præſentantur, & eliguntur prò Canonicatu eiuſdem Eccleſiæ, quamuis ordinem annexum non habeant. Menſe Iunij 1596. Et ita Romæ obſeruatum, quamuis communiter prædicti non examinentur, præfacta declaratione, & ſtylo Romano non obſtante, hac ratione, quia Diaconus cenſetur idoneus ad beneficium ſimplex, & ad Canonicatum in Colleggiata, Ordinem annexum non habente.

DE .

DE CANONIZATIONE SANCTORVM.

An, & quatenus munus, ac dignitas Apoſtolorum aliquibus Sanctis Viris appropriari poſſit? Vide de Ritibus. tom. I. Conſult. 14.

An obſeruatio decretorum S. Inquiſitionis, atque Vrbani VIII. de Canonizatione Sanctorum admittat ab initio publicationis eorundem aliquod temporis interuallum, ad effectum procedendi ad vlteriora in Canonizatione? tom. I. Conſult. 55.

AFFIRMATIVE: Nam licet dictio *ſtatim* regulariter non admittat dilationem, ac temporis interuallum; plerumque tamen ſumitur cum aliquali temporis interuallo, vt expreſsè ait tex. in *leg. quod dicimus ff. de ſolut.* ibi: *Quod dicimus &c. debere ſtatim ſoluere, cum aliquo ſcilicet temperamento temporis, intelligendum eſt.* Idem ſtatuitur in *leg. 1. §. Item ff. ad leg. Falcid.* ibi: *Et quod dixi incontinenti, ita accipiendum eſt, ideſt cum aliquo ſpatio*, & alibi.

Atque ita procul dubio dicta aduerbia debent intelligi in hoc caſu, vbi decreta ipſa non reſpiciunt tempus, ſed puniunt contumacem inobedientiam, & non ſolam moram.

An ex titulo Beati, ſiuè Sancti in ſcripturis, librisque, ac alibi prolato, eliciatur aliquod ſignum cultus, contra decreta de Canonizatione Sanctorum? tom. I. Conſult. 79.

NEgatiuè: Ità quidem, vt nullum publicæ venerationis, & cultus ſignum deſumi poſſit ex titulo Beati, aut Sancti, panegyricè potius, quam aſſertiuè prolato à ſcriptoribus; qua de cauſa pronunciandum eſt nomen Beati æquiuocè, ad diuerſimodè ſumi prò Beato, ſeù fœlici, aut fortunato, vel aliter ſecundum ſubiectam materiam.

Aliquandò enim ſubſtantificatur prò beatitatis titulo, quem militans Eccleſia ex cauſa religioſæ venerationis, & cultus tribuit ijs, qui pietate, ac religione inſignes in ſtatu omnium bonorum agregatione perfecto à fidelibus in gloria cæleſtis patriæ exiſtere, ac ſempiterna beatitudine frui creduntur, prout paſſim legitur in ſacra Scriptura, vt *Pſalm. 39. Beatus Vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius.*

Interdum autem ſumitur adiectiuè, vel ratione dignitatis, aut muneris, quod quis viuens exercet, ſeù quo dum viueret inſignitus fuit, vt eſt illa beatitudo, ac ſanctitas, quæ attribuitur, tam Summis Pontif. quam Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis &c. & aliquo alio modo, &c.

Itaque titulus Beati, vel Sancti à ſcriptoribus enunciatiuè inditus cuipiam ſeruo Dei, vel ratione dignitatis, vel ob heroicas virtutes, obſtare nequit progreſſui ad vlteriora in cauſa Canonizationis.

An Ordinarius poſſit in cauſa Canonizationis Sanctorum deputare in Iudicem prò conſtructione proceſſus ſuper non cultu iuxtà decreta Vrbani VIII. ſuum Vicarium foraneum? tom. I. Conſult. 185.

AFfirmatiuè: Nam literæ circulares non modò loquuntur de Vicario Generali, ſed etiam de quolibet in dignitate Eccleſiaſtica conſtituto, ibi: *Poterit amplitudo tua delegare Vicarium tuum Generalem, vel alium in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum.* Ac intelligendæ ſunt dumtaxat circa formam ſeruandam in proceſſibus informatiuis ſimili auctoritate ordinaria conficiendis ſuper ſanctitate vitæ, ac miraculis Seruorum Dei defunctorum, cum nihil prorſus diſponat quoad formam proceſſus particularis, deque illa plenè, & ſufficienter prouiſum fuerit, tam in nouis decretis *pag. 10. §. demum, & ſeq.* quam in nouiſſimis *pag. 20. §. particularis*, tribuentibus iuriſdictionem prò illius confectione Ordinario, ſeù Apoſtolicæ Sedis Delegato. Nec propterea excludunt, quod ipſi Ordinarij alios ſibi benè viſos delegare poſſint, prout de iure illis permittitur, tanquam delegatis Principis, *l. à Iudice C. de Iudic. cap. Paſtoralis de offic. deleg.* & ſæpiſſimè dixit Rota, ſpeciatim in relatione S. Raymundi *p. t. ar. 2.* S. Caroli Borromei *p. t. ver. Quia Mediolanenſis*, paſſimque alibi.

Imò de iure nulla differentia conſiderabilis eſt inter Vicarium in vno loco deputatum; Etſi foraneus dicatur, ac Generalem, cum vterque dicatur Ordinarius, & idem conſiſtorium faciant cum Epiſcopo, vt ex Card. in *Clem. 2. de*

 se-

reſcript. cæteriſque adductis per Sbroz. *quæſt.* 29. *n.*6. *eodem l. b.*1. non obſcurè liquet.

An Oſſa ſeruorum Dei, qui obierunt cum fama ſanctitatis, debeant condi ſub humo? Et quid de translatione in decentiorem locum? tom. 1. Conſult. 186.

Planiſſimè, iuxtà decretum Pij V. in §.6. Conſt. 5. relatum à Barboſ. *de vniuer. iur. Eccleſ. lib.*2. *cap.*3. *n.*28. *& cap.*10. *propè fin. n.*9. atque adeò debet doceri vbi, & quomodo illa ſeruantur.

Hinc ſi ante decretalem Alexan. III. *in cap.*1. *de re reliq. & ven. Sanct.* Sola corporis eleuatio ſupra terram per Epiſcopum facta, importabat Canonizationem, vt latè probat Garz. *de eleuat. corp. Sanct. pag.*36. *& ſeq.* multò magis præſefert cultum, & venerationem translatio corporis in decentiorem locum, qui eſt ritus antiquarum canonizationum, quo Pontifex eleuari mandabat corpus è tumba, vt probatur ex literis Canonizationis S. Tho. Cantuar. quæ leguntur *tom* 12. *annal.* Baron. *anno* 1573. & obſeruat Phæbeus in ſua *diſſertione impreſſa* poſt acta Canonizationis S. Petri de Alcantara, & Sanctæ Matiæ Magdalenæ de Pazzis *pag.*349.

An ex Reliquijs Corporis cuiuſpiam ſerui Dei delatis ad exteras Ciuitates, arguatur erga ipſos aliqua veneratio? tom. 1. Conſult. 187.

Affirmatiuè: Nam id præſefert venerationem impetriendam approbatis ab Eccleſia. Sixtus V. *in* §. 3. *ſub verſ. ſed cum adhibendam ſua Conſt.* 83. ac proindè eſt planè contrarium decretis Vrb. VIII. generaliter prohibentibus quodcumque præſeferens, ac indicans venerationem, ac cultum. Quis enim poterit inficiari, quin dictum participium *Indicans* huic rei adaptetur; ipſamque dictarum Reliquiarum petitio, & acceptatio in præfatis Ciuitatibus arguat, eas deſideraſſe, vt venerarentur, ac colerentur tanquam ſerui Dei illis noti, & cum opinione ſanctitatis defuncti.

An pauimentum ſupra ſepulturam tantiſper eleuatum, ac epitaphium gemmato inciſum cum imagine picta prædefuncti cum fama ſanctitatis, præſeferant, aut indicent venerationem cultus? tom. 1. Conſult. 188.

Affirmatiuè reſpondendum videtur, ſi hæc omnia communiter fieri non ſoleant ab omnibus Fidelibus. Portò erectionem monumenti, quod in *l.*2. §. *monumentum* 42. *ff. de relig. & ſump. fun.* dicitur fieri memoriæ ſeruandæ gratia in poſterum, Zimar. *probl.* 6. relatus à Lauren. Bell. in *repet. cap. nullus* §. *Equidem n.*47. 13. *quæſt.* 2. inquit, redolere quid perpetuum, ac diuinum. Idem de epitaphio, cum non ſit de more inſculptum in marmore, ſed in gemma, præſertim ſi qualitas inſcriptionis ſummam pietatem, certumque ad ſuperos tranſitum inſinuet legentibus ad venerationem, & ſi imago depicta ſit Religioſi laici: nam cum inſolens ſit, huiuſmodi imagines exponi ſupra monumentum, vtique ad venerationem excitandam ſignum eſſe videtur. Quare dictis decretis Vrbani prohibentur publicè exponi imagines defunctorum cum opinione ſanctitatis. Ex quibus idem obſeruarunt Cantelor. de *Canoniz. Sanct. cap.*22. *n.*9. Lauren. de Franch. *de controu. inter Epiſc. & Regular. pag.*242. & alij.

An teſtes, qui induci debent ad probandum non cultum alicuius Serui Dei, induci poſſint biduò poſt citationem? tom. 1. Conſult. 189.

Dicendum eſt, ſufficere, quod ſint citati, nè dicantur ſponte deponere Farinac. *de teſtib. quæſt.*89. *oppoſit.*34. *n.*8.

An ſit neceſſè, quod Iudex Remiſſorialis perſonaliter accedat ad Eccleſiam, vbi aliquis ſeruus Dei dicitur ſepultus, ad iudicialiter inſpiciendum illius ſepulchrum, ibique viſa in actis redigendum, annotandumque? tom. 1. Conſult. 190.

Negatiuè, tam ex forma decretorum, quam Remiſſorialium nullibi cauetur, quod huiuſmodi inſpectio ſuper non cultu requiratur, ſed ſolum exigitur carentia cultus, tam circa ſepulchrum, quam imagines illius, qui petitur canonizari. Quæ carentia poteſt pleniſſimè iuſtificari per examen teſtium, firmantium amotionem cultus, omniumque venerationem indicantium; Iudexque in ſua definitiua ſententia expreſſam relationem habeat, non ſolum ad eorundem depoſitiones, verum etiam ad deducta, & probata in proceſſu; Sufficit enim, quod ſententia ex actis ſit certa. *l.*3. *C. de ſent. quæ ſin. cert. quant.*

Neque ex nouis decretis contrarium elicitur, cum ſolummodò loquantur de inſpectione oculari facienda in proceſſibus, qui fieri conſueuerunt ſuper ſanctitate vitæ Seruorum Dei, prò quorum Canonizatione inſtatur. Quo caſu requiritur, vt exploretur in loco, vbi mortui ſunt, vel requieſcunt, ſitum corporis adſit, & vigeat communis reputatio, & firma ſanctitatis eorundem, hominéſque accedant ad illorum venerationem ſponte, vel arte, aut alia quauis diligentia humana.

An

An ſi Corpus alicuius ſerui Dei ſepultum fuerit extra Eccleſiam, aut Cæmeterium in loco inſolito, puta in Capella valetudinaria, vulgò infermaria, *eruatur exindè aliquod cultum, ac venerationem præſeferens, aut indicans?* tom. 1. Conſult. 191.

NEgatiuè: Nam licet antiquitus propter augmentum Chriſtianæ Religionis locus quidam ſacer à Sanctis Patribus extra Eccleſias conſtitutus fuiſſet, quem Cæmeterium appellarunt, vt teſtatur Nicol. *in cap. ſicut antiquitus* 17. *quæſt.* 4. deindè dignitatis erga in atrijs, porticibuſque Eccleſiarum humari cadauera, & poſtea in eiſdemmet Eccleſijs permiſſum eſt *cap. præcipiendum, & cap. nullus* 13. *quæſt.* 2. Ideò ſi corpus alicuius ſerui Dei humatum fuerit propè Capellam valetudinariam, vbi celebratur miſſa, dicetur collocatum in loco pio, ſacro, & religioſo, cum nomine locorum veniant etiam Oratoria, Hoſpitalia &c. Bonac. *tom.* 2. *diſp.* 3. *quæſt.* 22. *pun.* 3. *n.* 3. ac ideò abſque vlla eminentia, vel ornatu, ſed in fouea ſubtus terram ſolis lateribus complanata, vtique nihil indè poteſt argui, quod ſit contra formam decretorum.

An teſtes, qui ſimpliciter dixerint, contenta in articulo eſſe vera, eadem non ſpecificando, nec recenſendo, quod vnuſquiſque ſciret de viſu, & certa ſcientia, vel de auditu, ſed ſe retulerint plerique ad alias dicta, & aliqui teſtati fuerint de publica voce, & fama ſuper non ſpecificè prius indiuiduatis, admitti debeant? tom. 1. Conſult. 192. & tom. 10. Conſult. 187.

AFfirmatiuè: Quia Remiſſoria ſolum dicit, quod ſcribantur dicta teſtium non relatiuè ad aliam depoſitionem, vel ſcripturam illis lectam, ſed per extenſum. Ideòque non prohibet, quin teſtis reſpondeat, articulum eſſe verum, cum id de iure licitum ſit, & talis reſponſio probet. Socin. *Conſ.* 56. *n.* 12. *lib.* 4. Rot. *dec.* 371. *n.* 1. *par.* 2. *& dec.* 96. *n.* 1. *tom.* 2. *par.* 4. *& alibi*. Quam opinionem admittit etiam Farinac. *de teſtib. quæſt.* 80. *n.* 102. Si teſtes reddant rationem ſui dicti, per quam ceſſat inconueniens, quia indè intelligitur, an deponat ex propria ſcientia, vel ex auditu, aut quomodò. Quod verò ad eos, qui ſe referunt ad alia à ſe dicta contra formam Remiſſoriæ; ſi tamen fuerint iterum examinati, & depoſuerint relatiuè ad primum examen, fateor nihil probare, ſed non indè ſequi inualiditatem proceſſus. Idem de ijs, qui teſtati fuerint de publica voce, & fama ſuper non ſpecificè prius indiuiduatis.

An Regulares in cauſa Canonizationis poſſint teſtimonium perhibere, non obtenta à ſuis Superioribus licentia? tom. 1. Conſult. 193.

AFfirmatiuè, nec huiuſmodi licentiæ defectus annullat proceſſum, nec Religioſorum examen: quia regulariter poſſunt examinari ſine licentia. Abb. *in cap. cum nuncius n.* 4. ibique Aret. teſtans, ità communiter ſeruari in praxi *n.* 11. & alij, Rot. in relatione S. Franciſcæ Romanæ *par.* 1. *ar.* 7. *§. fin.* & S. Tereſiæ *par.* 3. *rub: de mirac. ar.* 2. Vndè, quod in cauſa Canonizationis huiuſmodi licentia ex quadam condecentia Ordinis regularis in dubio præſumitur. Aret. *in d. cap. n.* 13. & alij, Rot. in dd. relationibus.

Ac in tom. 4. Conſult. 40. habetur, quod etiam moniales poſsunt eſse teſtes in cauſis Canonizationum ſuorum, vel ſuarum Regularium ex eiſdem rationibus, & quia, cum Regulares, vel Moniales deponant de geſtis intra clauſtra Monaſterij, & quæ per alios ab extra probari non poſsunt, illarum depoſitiones admittuntur ad tex. *in cap. veniens* 2. *de teſtib.* Doctores communiter, ac Rota vbi ſupra.

An in cauſa Canonizationis ſint idonei teſtes Religioſi eiuſdem Religionis, ſiuè Communitatis? tom. 1. Conſult 194. item tom. 4. Conſult. 40.

AFfirmatiuè; quia quoad affectionem, ea purgatur per iuramentum Baldus *in c. cum nuncius, & in cap. inſuper n.* 5. Rot. in relatione S. Tereſiæ *ar.* 2. Et quoad intereſse, illud non excludit teſtes vniuerſitatis, niſi agatur de proprio ſingulorum, tex. *in d. cap. inſuper* Farinac. *quæſt.* 60. *n.* 456. *& ſeq.* Agunt enim tantummodo de honore totius Ordinis, immò & vniuerſæ Eccleſiæ. Rot. in relatione S. Andreæ Curſini *par.* 5. *§.* 2. & alias ſæpè

An literæ Remiſſoriales debeant præſentari omnibus, quibus directæ ſunt? tom. 1. Conſult. 195.

NEgatiuè: Quia in formulario terminorum ſecundum ſtylum Romanæ Curiæ impreſſo Romæ anno 1581. *pag.* 7. *rub. principium regiſtri coram Commiſſario vigore literarum Apoſtolicarum* inter alia leguntur hæc verba: *Quas quidem literas Apoſtolicas idem D. N. principalis Reuerendiſſimo in Chriſto Patri, & D. N. D. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopo N. alteri ex Iudicibus Apoſtolicis deſcripto, & nominato per præfatum D. N. Papam authoritate Apoſtolica cum illa clauſula, quod vos, vel duo, aut vnus veſtrum ſpecialiter deputato humiliter exhibuit, atque præſentauit;* Vndè liquet, praxim Curiæ admittere, quod ſtante d. clauſula, non ſit neceſsarium literas omnibus præſentare.

An Vrb.VIII. in decretis ſuper non cultu voluerit dictionibus illis ſtatim , & omninò , *aliſque, tollere facultatem deducendi iura , quæ habent nonnulli , ſe verſari in caſibus exceptis , vel alia de cauſa , ſe non teneri ad amotionem cultus ,* tom. 1. Conſult. 196.

NEgatiuè . Liquet ex eadem Conſtitutione *pag.* 12. illis verbis : *Deque his &c.* Ex quibus clarè patet , quod fuit tantum ademptæ facultas Ordinarijs , & Legatis Apoſtolicis interpretandi , non autem Parti iura deducendi Nec huiuſmodi verba aliam interpretationem recipere poſſunt , cum nunquam præſumatur, Principem in ſuis Conſtitutionibus tollere iura tertij , *cap. ſuper eo de offic. deleg.* Rot. ſeù illius Adden. ad *deciſ.666. num. 20. cum ſeqq. par. 4. tom. 3. recen.*

An in cauſa Canonizationis poſſit quis eſſe teſtis , & Procurator ? tom. 1. Conſult. 197.

NEgatiuè : Nemo in eadem cauſa poteſt eſſe principalis , & teſtis , vt neque Procurator , & teſtis, Farinac. *de teſtib. quæſt. 6. illat. 5. num.* 196. Verum, cum fuerit examinatus , negari non poteſt, quin faciat ſaltem indicium, quodque cum alijs ſit coniungendus . ad conſtituendam plenam probationem , idem Farinac. *quæſt* 52. *limit.* 11. *num.* 261. *cum ſeqq.*

An celebratio Miſſæ ſolemnis de Sanctiſſima Trinitate in gratiarum actionem, ob aliquem prædefunctum cum fama ſanctitatis à Deo Eccleſiæ ſuæ elargitum , ac Oratio panegyrica , quæ in eius obitus die habetur , arguat aliquod genus venerationis , aut cultus ? tom. 1. Conſult. 198.

NEgatiuè : Quia Miſſa non celebratur in honorem Serui Dei , de qua tantum loquitur Scacchus *de ſign. ſanct. ſect. 1. cap. 8. lit. B.* ſed in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis in gratiarum actionem . Quod ſicut licet prò quacunque alia gratia accepta , ità etiam licere debet in hoc caſu , Molfeſ. *conſ. 45. num. 49. & ſeqq.*

Et ità videtur practicari in Vrbe in memoriam Pij V. nec immeritò : Quia non eſt credendum , eſſe in Purgatorio illas animas , quas Sedes Apoſtolica præuijs diligentijs piè credit , eſſe in Cœlum introductas .

Præter quod dici etiam poteſt . hanc Miſſæ celebrationem non eſſe prohibitam per decreta , attenta præſertim verborum ſignificatione, ſcilicet : *Non apponantur , amoueantur , vetuit appendi* , loquens de radijs , tabellis , donis, &c. quæ Sanctis apponi ſolent . Quæ nullo modò referri poſſunt ad Miſſę celebrationem .

Nihilominùs ad abundantiorem cautelam , vt euitentur ſuper hoc diſputationes , monetur, quod ab hac celebratione ceſſetur .

Idem de Oratione panegyrica : Nam non eſt prohibita in anniuerſario cuiuſcunque defuncti , ac laudabilis viri . Quodque in honorem Seruorum Dei non canonizatorum liceat præclara ipſorum geſta ſcribere, atque orationibus explicare , varijs exemplis fusè , ac eruditè firmat Molfeſ. *d. conſ. 45. num. 51. & ſeqq.*

An etiam in cauſa Canonizationis Sanctorum exequutio Remiſſoria ſit legitima , quando forma illius non eſt ſeruata in reſcribendo , quanta fides teſtibus , & iuribus compulſatis ſit adhibenda , prout in literis Remiſſorialibus ordinatum fuerat ? tom. 1: Conſult. 199.

NEgatiuè, *cap. cum dilecta* , vbi Doctores *de reſcript.* & *cap. Prudentiam* , vbi Abb. *n.* 13. & Dec. *num* 71. *de offic. Deleg.* Nam fruſtra in literis Remiſſorialibus id ordinaretur , ſi non eſſet obſeruandum . Et propterea , cum hoc expreſsè fuerit Iudicibus mandatum , parere tenentur . Salyc. *in auth. apud eloquentiſſimum C. de fid. inſtrum.* quem ſequitur Seccarel. *de remiſſ. cap.* 38 *num* 2.

Quare licet Rota non teneatur iudicare iuxtà votum Iudicum ; tamen ex hoc non ſequitur, quod forma data in literis remiſſorialibus non ſit ſeruanda circa præſtationem talis voti, quod optima ratione requiritur . Quod ſi Iudex hoc omiſerit , tamen poſt factam remiſſionem atteſtationum , hoc facere tenetur ad mandatum Iudicis ; ſiuè Superioris , cuius mandato teſtes recipit , non tamen motu proprio , Specul. *cap. 38. num. 3.* Cum igitur Iudices remiſſoriales hanc declarationem non fecerint , prout tenentur iuxtà formam præſcriptam in literis , vel teſtes , & iura fidem non merentur , vel ſaltem proceſſus eſt remittendus ad eoſdem , vt huiuſmodi declarationem faciant , idem Specul.

Circa verò iura extrahenda ab Archiuijs , debent examinari teſtes ſuper eorum legalitate , ac ſcripturarum recognitione ex illis extractarum, atque etiam conſtare , quod concurrant ea , de quibus per Caputaq. *dec. 41. & 42. par. 1.* & Rot. *deciſ. 135. num. 8. q. 1. rec.* & ſæpè alibi.

Quomodò negatiua cultus probetur ? tom. 1. Conſult. 200.

DEpoſitionibus teſtium per impoſſibilitatem illius exiſtentiæ, nedum in loco, vbi requieſcit corpus prædefuncti cum fama ſanctitatis, ſed etiam extra illum , vbique locorum , dicendo, aliter eſſe non poſſe : quia ſi ſecus eſſet, ipſi teſtes , tanquam benè informati ſciuiſſent, vel audiuiſſent , iuxtà vniuerſalem praxim probandi negatiuam, Bald. *l. 1. num. 7.* Caſtro pulcram , & elegantem appellat. *C. de honor. poſſeſſ.* & alibi .

Ma-

Digitized by Google

Maximè quando teſtes ſua dicta comprobant de publica voce, & fama, per quam optimè probari negatiuam vniuerſalem non coarctatam tradit Herculan.*de negat.num.*209. Quia cum negatiua non coarctata ſit difficilis probationis, admittitur illius probatio per publicam vocem, & famam, Bartol.*in l.de minore §. Plurimum num.* 25.*ff.de quæſtion.* dicentem, famam poſſe probari negatiuè: Quia fama indifferenter, & æquè capax eſt negatiuæ, ſicut affirmatiuæ, *l.cum quidam §. quod dicitur in* 3.*notab.* ibique Doctores.

An ex ſola fide Ordinarij, quæ teſtatur de non cultu cuiuſpiam Serui Dei, concedenda ſit Remiſſoria in genere? tom.1.Conſult.201.

NEgatiuè: Nam non videtur ſatisfactum decreto Vrb.VIII. requirenti, quod Ordinarius ſuper non cultu iuridicas ſuſcipiat probationes, & diligenti præhabita diſquiſitione, ritè pronunciet: Tum quia Ordinarius non per ſeipſum, ſed ex iuridicis probationibus procedere debet; Vndè erunt examinandi teſtes, citato Subpromotore fidei in partibus deputando, cum hodie ex decretis Vrb. VIII. & Sacræ Congregationis iudicialiter in huiuſmodi cauſis procedatur.

Item quia deficit proceſſus ſciunctus earundem probationum, ex quo Sac.Congregatio videre poſſit, an Ordinarius ritè, rectèque proceſſerit.

Et nihilominùs, quando etiam huic fidei eſſet ſtandum, illa non ſuffragaretur: Quia poſſet dari caſus, quod tempore viſitationis, prò illo momento lampades, tabellæ &c. à ſepulchro fuerint amotæ, vt non viderentur ab Ordinario, & poſteà repoſitæ, & tamen decreto non ſit ſatisfactum, de quo melius conſtitiſſet ex depoſitionibus teſtium cum debitis interrogatorijs examinatorum.

An inquiſitio generalis in materia Canonizationis aliquo in caſu omitti poſſit? tom.1. Conſult. 202.

NEgatiuè: Quia decreta Vrb. VIII. *pag.*50. §. *Etpropterea* ſtatuunt, quod nunquam debeat omitti inquiſitio in genere; Vndè inferunt, aduertendum eſſe, quod non prius conceditur commiſſio inquiſitionis ſpecialis, quam ſit abſoluta omninò inquiſitio in genere. Id ex antiqua praxi Eccleſiæ relata *in cap.*1.*de reliq. & ven.Sanct.* ab Hoſtien. *num.*5. & alijs. Debet itaque ex authoritate Apoſtolica præcedere dicta inquiſitio in genere. Etenim decretum vtens dictione *nunquam*, quæ tanquam negatiua, vniuerſalis comprehendit omnem caſum, & omne tempus, iuxtà Gloſ.*in l.Prouidendum* 7.§.1. *v. Nunquam C.de poſtul.dict.*221.*n* 1. iunctoque verbo *Debeat* reddit actum contrarium impoſſibilem de iure.

Nam dicti Proceſſus Ordinarij ſupplent dumtaxat primum requiſitum denunciationis facti, explicandum à perſonis authenticis, non autem à quibuslibet.

Non propterea negamus validitatem Proceſſuum, ſi deuentum fuerit ad inquiſitionem ſpecialem, non præmiſſa generali, ex commiſſione Sanctiſſimi diſpenſatiua à conſtructione proceſſus in genere, vt fuit reſolutum in relationibus S.Caroli *rub.*8.& S.Ignatij *par.*1.*rub. de valid.proceſſ.*& alibi.

1. *An literæ Remiſſoriales in materia Canonizationis dari poſſint, ac debeant alijs, quam Epiſcopis? Et*
2. *An Canonicus Collegiatæ poſſit in hac re eſſe Index Remiſſorialis?* tom.1.Conſult.203.

AD 1. dicendum eſt, tam de iure, quam ex forma nouiſſimorum decretorum id legitimè fieri poſſe. Ità de iure in proprijs terminis reſcripſit Honorius III.*in cap.Venerabili* 52. *de teſtib.* Vbi cauſam Canonizationis, ſeù de vita, & miraculis cuiuſdam Abbatis Ciſtercienſis inquirendum mandauit Epiſcopo, & Capitulo Coriſopitenſi, & Abbatibus eius Ordinis; Vndè Hoſtien.*in cap.*1.*num.*5 *de reliq & ven.Sanct.* cuius theoricam, omniaque diſpoſita in Ceremoniali, ſeù Rituali Romano edito ſub Lone X. eadem decreta *pag.*28. §. *in proceſſibus ſeruari mandant*, docet tam Epiſcopis, quam alijs perſonis diſcretis, & incorruptibilibus alternatiuè committi poſſe, nedum inquiſitionem generalem, vt ibi. Ex quo idem repetunt communiter ſcribentes, firmando, cauſam à Summo Pontifice committi poſſe Epiſcopis, in quorum Diœceſi nati, ſeù verſati ſunt illi, de quorum Canonizatione agitur, vel alijs perſonis in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, quos cenſuit eligendos, vt poſt antiquiores tradit Angel.Rocc. *de Canoniz. Sanct.cap.*34. & Cancelor. *eod. tit.cap.* 23. *num.* 11.& 13.

Ad 2.negatiuè; Quia Canonicus Collegiatæ nec verè, nec impropriè poterit dici in Dignitate conſtitutus Eccleſiaſtica ad hunc effectum. Loter.*de re benef.l.*3.*q.*5.*num.*14. Barb.*de Canon. & Dignit.cap.*19.*num.*10.negant, Canonicum Collegiatæ, quamuis peritiſſimum Doctorem poſſe conſtitui delegatum Papæ, vel Iudicem Synodi, *cap.Statutum* 11.*in* 6.

An examen, quod Decreta Vrb.VIII. de Canoniz. Sanct. mandant fieri in aliqua Eccleſia, vel loco pio Deo dicato, poſſint fieri in Sacello Palatij alicuius Principis? tom.1.Conſult.204.

CEnſeo, non poſſe: Quia huiuſmodi Sacella ſita in ædibus recenſeri non poſſunt inter Oratoria, & loca pia, cum valeant redigi in vſum prophanum, Henrich. Boich. *in cap. Ec-*

cleſiæ

Digitized by Google

cleſiæ num. 1. *de Immun. Eccleſ.* Abb. *in cap. fin. num.* 4. *de cenſib.* & alij.

De citatione Subpromotoris fidei in materia Canonizationis requiſita nonnulla. tom. 1. Conſult. 205.

EAm requiri ex forma conditionaliter expreſſa in literis Remiſſorialibus per hęc verba: *Citato tamen in omnibus, & per omnia Subpromotoribus fidei &c. & non alias, aliter, nec alio modo*; Certum omninò eſt; hæc enim inducunt formam omninò implendam, Bartol. *in l. de his* 6. *num.* 3. *ff. de tranſact.* Alex. *conſ.* 3. *num.* 5. *vol.* 1. Dec. & alij.

Ideò Subpromotor eſt omninò citandus in ſingulis actibus, vt legitimè fiant, nec ad illorum validitatem ſatisfacit illius ſimplex interuentus, ſicut in ſpecie declarant Iaſon. *in* 1. *lect. lib.* 1. *num.* 13. *de ius voc.* Gabr. *tit. de citat. concluſ.* 1. *num.* 140. & alij. Item de hoc vide tom. 4. Conſult. 52.

An exigentibus literis Remiſſorialibus, quod deputetur Notarius publicus Apoſtolicus, ſiuè Eccleſiaſticus, eiuſmodi qualitas debeat probari in deputato in Actuarium cauſæ Canonizationis? tom. 1. Conſult. 205.

OMninò. Quippè indubitatum eſt, Notarium, vti officium, qui non confertur à natura, ſed ſolo priuilegio, non præſumi, ſed probandum eſſe à producente inſtrumenta, vel acta, Specul. *tit. de inſtrum. edit.* §. *Reſtat*, Rot. *deciſ.* 703. *num.* 4. *par.* 2. *rec.*

Nec refert, quod quiſquam enuncietur Notarius: Quia in puncto iuris verius eſt; quod literæ teſtimoniales ſuper hoc fidem non faciant, Dec. *in cap.* 1. *num.* 53. *de fid. inſtr.* à quo non videtur recedendum in hac materia grauiſſima.

Quin etiam ſatis eſſet aſſertio eorundem Notariorum, qui paſſim in iſtiuſmodi proceſſibus ſe prò talibus enunciant, publicè ſe gerunt, ac ſubſcribunt, Maſcard *concl.* 1412. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 4. *de offic. deleg. & deciſ.* 1. *de off. Vicar.* & alij.

An omiſſio vnius ex interrogatorijs contra formam Remiſſoriæ indueat nullitatem totius examinis, illique omnem fidem adimat? tom. 1. Conſult. 207.

AFfirmatiuè. Rot. coram Mellino *deciſ.* 434. *num.* 1. & alij notant diſcrimen inter Remiſſoriales, & alias, idem aduertit Caualer. *deciſ.* 354. *num.* 1. *cum ſeqq.* Tametſi hoc à Gallo *lib.* 1. *obſeru.* 95. *num.* 7. controuertitur, inquiens, examen non eſſe nullum, ſed ad Partis poſtulationem teſtis ſuper interrogatorijs omiſſis, etiam poſt publicationem atteſtationum, repeti poteſt.

An Imagines, in quibus nulli ſunt radij, nulli ſplendores, nullum Diadema, ſed dumtaxat denotaut aliquod peculiare ſignum ſanctitatis defuncti, ſint amouendi? tom. 1. Conſult. 208. Item vide tom. 4. Conſult. 47.

DIco, Tridentinum, & Decreta Vrb. prohibere dumtaxat Imagines inſolitas, ſiuè venerationem præſeferentes, non autem ſimplices, puraſue. Quod quidem vſu comprobatur: Nam Concilium loquitur de Imaginibus iam receptis, quæ pingi ſolitæ vno modo cum tali habitu, vel tali diſpoſitione, non debent pingi diuerſo, & nouo modo. Super quo extat etiam Conſtitutio Vrb. VIII. edita anno 1642. id expreſsè in executionem Concilij iubentis; Non autem loquitur de Imaginibus nouis, quæ alias cum debito decore, nullamque ſanctitatis ſignum præſeferentes pictæ exponuntur. Alias dicendum eſſet, quod poſt Concilium nunquam licuerit aliquam nouam picturam, quæ non eſſet prius expolita, exponere.

An ex proceſſionibus habitis publico decreto, aut voto arguatur aliqua veneratio in prædefunctum cum famâ ſanctitatis? tom. 1. Conſult. 209.

AFfirmatiuè: Nam Sanch. *in decal. lib.* 2. *cap.* 43. *num.* 8. Prohibitum eſſe inquit non canonizatis offerri votum publicum, quale alicuius Ciuitatis, vel loci: quia hoc ad cultum publicum pertinet, & Monſeſ. *conſ.* 45. *num.* 73. Subdit id potentiſſimum locum habere, quando accederet celebratio Miſsæ, ac Diuini Officij, quæ cultum publicum reſpiciunt, cum fiant nomine Eccleſiæ. Et ſpeciatim, quod proceſsionum vſus conſiſtens in publicis precibus ad gratias reddendas, denotet cultum, & venerationem præcipuè colligitur per Durან. *de rit. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 10. & aliós.

An, & quomodo in compulſorialibus forma requiſita in cap. fin. de fid. inſtrum. ſit obſeruanda in materia Canonizationis? to. 1. Conſult. 210.

DEbet conſtare, ipſamet originalia diligenter inſpecta fuiſſe per Iudices antequam iuſſerint exemplari iuxtà verba *d. cap. fin. Et diligenter inſpecta*. Quibus perpenſis, Abb. *num.* 2. vehementer inuehitur in praxim Notariorum dicentium, ſe inſpexiſſe, cum hoc ſpectet ad Iudicem, Felin. *num.* 11. admonet Iudicem, vt priuſquam mandet exemplum fieri, debeat cognoſcere de iuſtitia rei, quodq; inſpectionem nequeat alteri committere, Hoſtien. *num.* 7. idem volens, & alij.

Verum notandum eſt, id procedere quando iura debent extrahi ex rogitibus, & ſcripturis prædefunctorum iuxtà *d. cap. fin.* non verò quando agitur de ſcripturis exhibitis à Notario, & perſonis viuentibus, quo caſu nulla ſolemni-

tas

tas requiritur, Cantelor.*cap.24. num.19.* Rot. *deciſ.679.num.2.& 4.par.2.rec.*

Nec etiam procedit in Notarijs, qui tanquam ſucceſsores in officijs demortuorum deputati ſunt ad tranſumptanda illorum inſtrumenta. Quia pariter nulla requiritur ſolemnitas, Rot. *deciſ.544.num.1.& 2.p.4.diuer.*& alibi.

Ac propterea nihil refert, quod Iudex non inſpexerit, ſed ſatis eſt, quod coram eo compulſentur iura, vbi non agitur de illis renouandis propter vetuſtatem. Ita ex *d. cap.fin.* tradit Rota *deciſ.347.num.5.par.6.recen.*

Vtrum originalia debeant recognoſci? tom.1. Conſult.211.

NVlla recognitio requiritur, quando exempla dantur à Notario rogato: Quia per ſolam exhibitionem à ſcribente dicitur facta ab eodem recognitio, Cantelor.*loc.cit.num.19.* ac Seraph. *deciſ.1028. num.8.* & Buratt. *deciſ. 290.num.10.*

An ſit legitima collatio ſcripturarum, quæ facta eſt à ſolo Notario deputato in cauſa Canonizationis? tom.1. Conſult.212.

SVfficit in inſtrumentorum exemplis datis à Notario rogato, ipſum atteſtari, quod facta collatione concordat cum originali; vndè non eſt neceſſaria iſta particularis collatio, niſi tantum quoad ſcripturas aliorum, Specul. *vbi ſup.* cum alijs adductis hac in re per Cantelor.*loc.alleg.* vbi ſubdit ſufficere collationem, & auſcultationem integri proceſsus remiſſorialis, & compulſorialis, quæ fit in fine.

An exemplatio iurium fieri debeat cum annotatione temporis, anni, menſis, atque diei, cum teſtibus, ac nomine Notarij? tom.1.Conſult.213.

AFfirmatiuè. Adden.ad Abb. *in cap.Albericus lit.A.de teſtib.*& Cantelor. *cap.24. n.37. de Canoniz.Sanct.*

An teſtium depoſitiones ſolummodò receptæ ad perpetuam rei memoriam, probent in cauſa Canonizationis? tom.1.Conſult.214.

DE iure non probant, *cap. Quoniam frequenter*, vbi Hoſtien. *num. 1.* Farinac. *de teſtib. quæſt.16.num.2.*& alij.

Verum quando teſtes recepti, & examinati ſunt iuſſu Ordinarij ad inſtantiam Poſtulatorum ſuper ſanctitate, & miraculis cuiuſpiam Serui Dei, vt ritè, loco, & tempore poſſit inſtrui prò Canonizatione, non eſt ſimpliciter examinatio ad perpetuam, ſed ſumptio informationis extraiudicialiter, ſicut olim ex ſtylo obſeruebatur, ſufficiebatque per actionem popularem, ſine vllius citatione, cum id iure cautum non reperiatur, cumque non agatur de vllius præiudicio, Couarr. *pract. qq. cap. 21. num.8.*& alij. Atque in hoc caſu minimè repugnant decreta Vrb.VIII. Ideòque proceſſus informatiuus, ſi non tanquam acta, ſaltem tanquam iura Canonizationis poteſt prò legitimis probationibus deſeruire.

An teſtes inducti, & examinati ad probandam legalitatem teſtium defunctorum, ſint recipiendi? tom.1. Conſult.215.

DIcendum eſt, id non deſtruere validitatem proceſſus, & quatenus non facerent probationem, ſaltem inſeruirent pro efficaci adminiculo, vt regulariter omnes teſtes informiter examinati, Gloſ. *in cap.cum olim 1.de priuil.* Seraph. *deciſ.585. num.1.* Eorumque dictum adminiculatur depoſitione teſtium defunctorum, qui cum non poſſint repeti, faciunt quidem plenam probationem, etiam ſi nulliter fuiſſent examinati, ſaltem ex æquitate, Farinac. *de teſtib.q.72. num.129. & q.74. num.101.*Greg.V. *deciſ.434. num.1.* & ibi Rot. *deciſ.587.num.4.par.2.recen.*

Sint ne teſtes vocati neceſſariò monendi? tom.1. Conſult. 216.

MOnitio neceſſariò præcedere debet aduerſus teſtes examinandos per tex. *in cap 1.* ibi; *Diligenter moneas*, & *cap. ſuper eo*, ibi: *Monendi ſunt, non cogendi, de teſtib.* Specul. *tit. de teſtib. §.de teſtium compul. num.6.*

Modus autem monendi, ac citandi teſtes, ſufficit, quod fit iuxtà ſtylum, qui ſeruatur in Tribunali Exequutoris, vel in loco, vbi agitur iudicium, qui planè attendendus eſt, Greg.XV.*deciſ.352.num.8. & deciſ.484. num.7.* ac Rot.*deciſ.464.num.3.par.4.recen.*

An ſit docendum, quod vnuſquiſque teſtis iurauerit per diem ante ſuum examen, iuxtà ſtylum Curiæ Romanæ? tom.1. Conſult. 217.

IVdices in partibus non tenentur ſtylo Romanæ Curiæ, ſi ipſis ſpecialiter non mandetur; Stylus itaque fori Iudicis exequentis Remiſſoriam, vt immediatè ante examen teſtes iurent poſt aliud præcedens iuramentum, eſt hac in re attendendus; ſicque ceſſat inconueniens illud, nimirum, quod Pars aduerſa debeat eſſe præſens iuramento; non autem examini: nam quiſque ſanè poteſt eſſe præſens præſtationi iuramenti, quod antecedit, & non aſſiſtere examini ſubſequenti, cum ſint actus diſtincti, Farinac.*eadem quæſt.74.num.64.*

An ſigillatim à quolibet teſte recipi debeat iuramentum de veritate dicenda, vel ſufficiat, quod pluribus in turba feratur, ab eiſque inſimul præſtetur? tom. 1. Conſult. 218.

CAp. *Venerabili* prohibet ſimul examinare plures teſtes in proprijs hiſce terminis Canonizationis, vt etiam per Rotam apud Buratt. *deciſ.* 555. *num.* 19. Doctores verò ſuperius adducti loquuntur de examine, ne contingat, teſtes hoc pacto deponere ſub eadem formalitate verborum, propter quod eijcerentur, non autem de iuramento, circa quod nulla eſt repugnantia, vt duo ſimul iurent dicere veritatem de eo, ſuper quo interrogantur, atque ità poſſe fieri docet etiam Cantelor. *de Canoniz. cap* 25. *num.* 65. *in fin.* Inſuper modus iſte poſſet ſuſtineri ex ſtylo fori, vbi compilatur proceſſus.

An teſtis iterum examinatus, iterum iurare debeat? tom. 1. Conſult. 219.

AFfirmatiuè: Nam regula, quod idem teſtis pluries examinatus debeat in quolibet examine ſuum iuramentum iterare, *cap. Fraternitatis in fin.* vbi notant omnes de teſtibus cum ſimilibus à Farinac. deductis *quæſt.* 74. *eod. arg. num.* 47. procedit etiam ſi primò iuraſſet dicere veritatem ſuper articulis, & tota cauſa, Bald. *d. cap. Fraternitatis num.* 1. cui adhæret Farinac. *loc. cit. num.* 52.

Nihilominus id procedit, & idem Text. loquitur quando teſtis examinatur ſuper nouiter datis articulis, & in diuerſa inſtantia, vt planè per Farinac. *d. quæſt.* 73. *num.* 51. *& ſeq.* Non autem vbicumque dimidiatum fuit examen propter multitudinem articulorum, vt in hac materia Canonizationis contingit. Propterea id non impugnat validitatem proceſſus, ſed reſtringitur ad nullitatem examinis.

An omnes teſtes examinari debeant ſuper omnibus articulis in Remiſſoria tranſmiſſis? tom. 1. Conſult. 220.

NEgatiuè: Quia verba indefinita Remiſſoriæ æquipollent vniuerſali, vt euenit vbicumque non militat eadem ratio, Bartol. *in l.* 1. *§. incertum num.* 2. *ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* Eadem autem ratio non concurrit, vbi non omnes teſtes informati ſunt de omnibus articulis, cum idem ſit de articulis, ac de interrogatorijs, quæ non omnia prò omnibus dantur, ſed ſingula ſingulis referendo, Cantelor. *de Canon. cap.* 25. *num.* 82. *&* 87.

Ac præſertim, ſi teſtes examinati ſuper aliquibus tantum articulis limitatè, ac diſcretiuè inducti fuerint ſuper illis, qui verò ſuper omnibus inducti fuerint; ſuper omnibus.

Clauſula namque *non ſe aſtringens &c.* appoſita in principio, vel fine libelli, ſeù Capitulorum operatur, quod non ſit neceſsè omnia probare, ſed ſolum neceſſaria, Bartol. *in l. Dimus num.* 5 *ff. de re iud.* Felin. & alij.

Altera verò: *Saluo &c.* præſeruat facultatem addendi, vel minuendi, Angel. *in l. ius ciuile.* 6. *num.* 8. *ff. de iuſt. & iur.*

An atteſtationes teſtium, qui fuerint examinati, non ſeruata forma iuris, & Remiſſoriæ, ſint penitus reſpuendæ? tom. 1. Conſult. 221.

NEgatiuè, ſed coniungendæ ſunt cum alijs ritè, ac rectè examinatis ad corroborandas probationes: quia faciunt adminiculum, Caſſad. *deciſ.* 3. *num.* 2. *de dilat.* Greg. *deciſ.* 562. *num.* 4. *& deciſ.* 66. *num.* 1. *& deciſ.* 113. *num.* 1. & ſpeciatim reſolutum fuit in relationibus Sancti Raymundi *p.* 1. *art.* 2. & Sancti Caroli *p.* 1. *v. Quia Mediolanenſes.*

An alicuius ſit momenti examen teſtis, qui repentino deliquio, & ſuprema infirmitate correptus, examen perficere non potuit, ſed poſt aliquot dies obijt? tom. 1. Conſult. 222.

DEpoſitio huiuſmodi teſtis admitti debet ad probandum; Teſtes enim mortui, licet nulliter examinati, facere fidem deciſum referunt. Surd. *deciſ.* 103. *num.* 2. Greg. XV. *deciſ.* 434. *n.* 5. & alij.

Certitudo verò mortis eiuſdem teſtis plenè, & efficaciter probatur ex aſſertione Iudicum, & Notarij in fine examinis ipſius teſtis. Si enim probatur mors per duos teſtes Maſcard. *de probatione par.* 2. *concl.* 1071. *num.* 2. immò in leuiſſimis præiudicijs ab vnico, multò magis per aſſertiuam Epiſcopi, & duobus alijs Iudicibus, ac Notario publico.

An terminorum inculcatio in cauſa Canonizationis ſit admittenda? tom 1. Conſult. 230.

NOn admittitur à Veſtr. *in prax. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 5. Porth. *de manut. obſer.* 97. *num.* 26. Sed dicendum, inculcationem terminorum non inualidare proceſſum, quando ad illos non requiritur citatio, ſitque præparatoria iudicij, Rot. apud Burat. *deciſ.* 506. *num.* 1. & apud Poſth. *deciſ.* 24. *de manut.* præſertim extra Curiam, vbi non ità exactè termini ſeruantur, Verall. *deciſ.* 249. *num.* 2. *par.* 3. ac alij.

An conſtare debeat, Notarios deputatos prò collatione proceſſus facienda, vna cum Actuario iuraſſe in manibus Iudicum? tom. 1. Conſult. 231.

IVramentum huiuſmodi non requiritur per remiſſoriam, ſufficitq; iuramentum præſtitum in aſſumptione Notariatus prò omnibus actibus, qui geruntur auctoritate Notariatus.

An

An debeat constare, quod collatio cepta in præſentia Iudicum, coram eiſdem fuerit continuata, & terminata? tom.1. Conſult.232.

NEgatiuè: Quia prò actus validitate præſumptio iuris eſt, quod fuerit ritè, ac legitimè facta, ità vt contrarium dicens probare debeat, Alciat. *de præſump.reg.3.præſump.34.*

An Portitor Proceſſus teneatur iurare, quod fideliter illum Romam deferat? tom.1. Conſult. 233.

NEgatiuè: Quia Remiſſoria non exigit iuramentum, ſed fidelitatem, de iure autem quatenus requireretur, ſufficeret, quod dictus eſſet iuratus à Notario, ſine alia verborum adinuctione ex *alleg.* per Farinac. *de teſtib. quæſt.64.num.*74. & Cantelor. *cap.25. num.63. & ſeqq.* de Canonizatione Sanct. Quæ opinio ab omnibus recepta eſt, ſi concurrat præſentia Iudicis, Farinac.*loc.cit.num.*78.& alij.

An conſtare debeat de actuali obſignatione proceſſus, illiuſque conſignatione Portitori? tom.1. Conſult.234.

ETiam ſi non conſtet, non propterea id vitiaret proceſſus validitatem. Prò ipſorum autem verificatione ſufficit, proceſſum fuiſſe delatum Romam fideliter ſigillatum, & in nulla parte ſuſpectum, Cantelor. *cap.25. n.21. de Canon. Sanct.* Adde, & ſolemniter apertum.

An proceſſus ſubſcribi debeat in fine per Iudices? tom.1. Conſult. 235.

HVinſmodi defectus non reddit illum inualidum, non enim id inbetur per Remiſſoriam. De iure autem in actibus iudicialibus ſufficit atteſtatio Notarij de præſentia Iudicis, & de actibus per illum geſtis, Gloſ. *in cap. Quoniam contra v. dnos* & ibi Doctores *de probat.* Burat. *dec.606. num.12.*

An liceat pingere imaginem cum reuelationibus? tom.1. Conſult.236.

REſp. non denotare abſolutè venerationem reuelationis, nec ſigna ſanctitatis, vt Cantelor. firmat *in cap.2. num.*18. Nam factæ quoque leguntur Sybillis,& plerisq; alijs. S.Tho. 2. 2. *quæſt.2. ar.7. ad 3.* Et quatenus etiam in ſe eſſent ſignum ſanctitatis, non propterea recipitur apud aliquas gentes, In hoc enim attendenda eſt mens, & intentio Incolarum. Quidquid enim recipitur per modum recipientis recipitur. Et vide tom.4. Conſult.47.

An, vt concedi debeat Remiſſoria in genere, docendum aliquid ſit de continuatione, & pererebreſcentia famæ miraculorum? tom.1. Conſult.137. *Idem habetur* tom.4. Conſult.39.

CVm hodie iuxtà noniſſima decreta procedatur diſtinctè inter primam commiſſionem cauſæ, & conceſſionem Remiſſoriæ, & antequam obtineatur commiſſio, verificari debeat ſatis exactè huiuſmodi requiſitum percrebreſcentiæ famæ ſanctitatis, & miraculorum, vt *pag.28. circa fin.* ibi: *Nam ſi perdurabunt miracula, &c. tunc Sum. Pont. committit cauſam.* Idque ſi factum fuerit in cauſa, neceſſarium profectò non erit, quod eadem per crebreſcentia iterum probetur poſt cauſæ commiſſionem ante conceſſionē Remiſſoriæ, cum ſatis ſuperque ſit, Hoſtien. iuxtà mentem. Nec aliud expoſcunt decreta, requirentia ſolum, quod poſt commiſſionem fiat proceſſus ſuper adimpletione eorundem decretorum, conſiſtente in proceſſu ſuper non cultu, vel ſuper caſu excepto, vt in illis habetur *pag.29.* & clarius *pag.37.*
Imò nec id practicare poſſe, attenta expreſſa probatione, quod poſtquam Sedes Apoſtolica manus appoſuerit, non poſſit amplius Ordinarius in cauſa quoquo modo ſe ingerere, liquet *pag.61. init.*

An probare negatiuam cultus ſit onus Poſtulatorum? tom.1. Conſult.238.

NEgatiuè: quia forma per Vrb. VIII. præſcripta, ad cuius obſeruantiæ probationem adſtringitur Poſtulator, non videtur expoſcere, quod in omnibus Orbis terrarum partibus ex ſola poſſibilitate, quod adſint particulæ Corporum, ſeù reliquiæ, probetur negatiua cultus: nam hoc nedum eſſet difficilè, ſed omninò impoſſibile. Negatiua enim pura, ſimplex, & non coarctata probari nequit. *l. Actor* & ibi Adden. ad Gloſ. *v. dic melius C. de prob. cap. Accuſator 6. quæſt.vlt.* Ratio ſolidiſſima eſt, quia cum natura ſit vniuerſale principium rerum exiſtentium, non entium verò nullæ ſint cauſæ, nulli effectus, qualitates nullæ, conſequens eſt, quod non poſſit ſuppeditare prædicata, & probationes ſuper eo, quod non exiſtit, Hoſtien. *in Sum. tit. de prob. n.2.* Specul. *eodem tit. ac num.* Bald. *in d. l. Actor C. de prob. n.11. & 13.* Farinac. *quæſt.65. n.121.* vbi ex varijs Doctoribus oſtendit, hanc eſſe opinionem communem abſque vlla controuerſia. Adeò quidem, vt ſi teſtes de tali negatiua non coarctata, loco, & tempore depoſuerint, reddarentur de falſo ſuſpecti, *cap. Cum Eccleſia Sutrina*, vbi Gloſ. *v. negatiuam*, & ibi Ripa *n.77. & ſeq.*

Digitized by Google

An ſi teſtes tantum dixerint : Et de omnibus, & ſingulis eſt publica vox, & ſama, publicum, & notorium, *eorum dictis aliqua ratio babenda ſit?* tom. 1. Conſult. 239.

AFfirmatiuè, Quia quod ad cauſam ſcientiæ ſpectat, dum agitur de materia dependente à ſenſu corporis, non à iudicio intellectus, non eſt defectus conſiderabilis, nec vitians depoſitionem, ſi teſtis non interrogatus, omiſerit reddere cauſam ſui dicti, Caſſad. dicens, ità ſeruare Rotam *deciſ. num. 3. & 9. de prob.* Greg. XV. *dec. 272. n. 2.* & ibi Adden. *num. 10.* & alij.

An probet teſtis publicam vocem, & famam, ſi vtatur ſolo verbo temporis præſentis : Eſſe? tom. 1. Conſult. 240.

NIhil probare cenſetur, dum non percurrit tempus præteritum ante introductionem cauſæ, Rot. *dec. 525. n. 5. par. 2. rec.* Greg. XV. *dec. 359. num. 8. & 382. n. 2. & 498. num. 12.* & alij. Etiam ſi ad aliam interrogationem ſubdiderit eandem publicam vocem, & famam A tempore martyrij, ſiuè obitus ſerui Dei, & circa, fuiſſe ſemper famam, & conſtantem non euanuiſſe, ſed perduraſſe, & adhuc durare: Nam illa dictio A ſumenda eſt loco dictionis poſt, ſecundum expoſitionem Gloſſæ *in l. nemine v. ab initio C. de Decurion. lib. 10.* quam probarunt Tiraquel. & Surd. ac proindè certum initium non ſtatuit.

Id tamen remouetur, ſi teſtis reſponderit, quod fama fuerit ſemper firma, & conſtans A tempore martyrij, ſiuè obitus: quia includit totum tempus ante motam litem, cum iſta dictio A, quamquam ſtet excluſiuè, attamen denotat, & quodammodò tangit terminum à quo, ex traditis per Barb. *dict. 1. num. 11.* Ac licet aliquandò accipiatur pro *poſt*, hoc nihilominus intelligitur ad effectum, vt non comprehendat ipſum terminum à quo, ſicuti declarat Surd. adduct. Alia vide tom. 7. Conſult. 91.

De probatione famæ in materia Canonizationis Sanctorum. tom. 1. Conſult. 241.

IN antiquis, & multò magis in antiquiſſimis teſtes de fama deponentes plenè probant ex concluſione in iure receptiſſima, Rot. vt per Bellam. *dec. 70. n. 3.* quam amplexa eſt ſæpiſſimè Sac. Rit. Congr. præſertim in Canonizatione S. Raymundi, S. Ioannæ de Cruce &c. Vt proindè ſufficiant 60. anni. Verall. *n. 3. & dec. 298. par. 3.* & Rot. cenſuit in plerisque Canonizationibus.

Ad probandum famam in antiquis duo teſtes ſufficiunt, Clar. qui teſtatur de communi *in pract. crim. quæſt. 6.* Gloſ. *in l. 4. §. einſdem ff. de teſtib.* Prout certi iuris eſt, quod duo teſtes ſufficiunt in omni negotio, *cap. omni negotio extra eodem tit.* Sac. Rit. Congregat. in eadem cauſa B. Ioannæ de Cruce, & alibi ſæpè.

Teſtes deponentes de publica voce, & fama in antiquis probant; & ſi non interrogati rationes non reddant à quibus audiuerint, ac etiam ſi cauſas, indicia, vel coniecturas non exprimant vel à quibus audiuerint, quia ſufficit, quod dicant, publicè audiuiſſe, ac deponant de publica voce, & fama. Bald. *in cap. per ſuam de prob. & in cap. propterea de teſtib.* Non enim eſt neceſſè, quod teſtis reſpondeat per verba iuris, ſed optimè ſatisfacit explicando circumſtantias facti, ex quo ius reſultat, Bart. *in l. 1. n. 10. & 13. ff. ſi cer. pet.* Sac. Rit. Congr. in d. Canon. S. Ioannæ de Cruce.

Contraria verò procedunt in fama moderna, in qua teſtes tenentur reddere rationem, & ſpecificare cauſas, & perſonas, à quibus audiuerint. Nec requiritur, quod deponant, ità publicè audiuiſſe ſuo tempore. De Monte *in cap. 1. de præſcrip. in 6. v. memoria*; Vbi teſtis debet deponere de quatragenaria, & concludere, quod eius tempore ſemper fuit, & eſt publica fama. d. Sac. Congregat. ibidem. Alia vide *tom. 7. Conſult. 91.*

An cum Interrogatorium ſit inſertum in Remiſſoria ſuper quidditate, & circumſtantijs miraculi, ſi ſuper eo non fuerint interrogati teſtes deponentes ſuper miraculis, proceſſus reddatur nullus ex inobſeruantia Remiſſoriæ? tom. 1. Conſult. 242.

NEgatiuè: Quia ex omiſſione interrogationum non infertur ad validitatem proceſſus, immò nec ad nullitatem examinis, Alex. *conſ. 172. num. 9. lib. 2.* Greg. XV. *deciſ. 331. num. 17.* Rot. *deciſ. 663. num. 12. par. 4. rec.* Etiam ſi omiſſio facta ſit ex negligentia, immò & doloſè, Rot. *deciſ. 512. num. 8 v. 2. par. 5. rec.* Sed ſunt repetendi vt probent. Greg. XV. ibidem; Cumque hac iuris diſpoſitione cenſendum eſt, velle Sac. Congr. conuenire, dum iubet examinari ſuper interrogatorijs.

An Procurator cauſæ Canonizationis iurare debeat de calumnia? tom. 1. Conſult. 243.

IN hac materia non cadit calumnia, cum calumniari dicatur quis in criminalibus, vel ciuilibus, qui per fraudem motam litibus vexat. Sed in cauſis ſpiritualibus non eſt locus tali iuramento, *cap. 2. de iur. calum.* Inſuper non eſt præſtandum, quando non petitur, *d. cap. 1. in 6.* Rot. *deciſ. 131. n. 5.* penes Zacc. *de oblat. Cam.* Et non eſt petendum, nec præſtandum coram Iudice exequente Remiſſoriam, qui non eſt Iudex cauſæ, ſed coram Sac. Congreg. quæ non exigit illud per ſua decreta.

Ex

Ex quibus præcipuè probetur cultus immemorabilis, qui eſt vnus ex caſibus exceptis in decretis de Canonizatione Sanctorum? tom. 1. Conſult. 244.

EX magnificentia ſepulchri, ex ſpontaneo concurſu, ac libera veneratione ipſius, cum oblatione tabellarum inchoata ſtatim ab obitu, & ſemper continuata, ac in dies aucta, ex lampadibus continuò ante ilium ardentibus, ex celebratione Miſſarum in Altare Serui, vel alibi, ex officio proprio eiuſdem, ex Litanijs, ex anniuerſaria ſolemnitate à die obitus cum celebratione Miſſæ de Sanctiſſima Trinitate, nec non ex cultu eius imaginum cum laureolis publicè expoſitarum pariter à tempore immemorabili, ex ſanctitatis fama, ex Beati, aut Sancti cognominatione, huiuſque generis. Quæ omnia ad aliud deferri non poſſunt, niſi ad cultum publicum, qui Sanctis exhiberi ſolet Scacch. *de not. & ſign. Sanct. ſect.* 10. *cap.* 1. *lit. B.* Rot. in relatione S. Andreæ Curſini poſt Lezan. *conſ.* 1. *n.* 23.

Signa quoque ſanctitatis eliciuntur ex corporis integritate, ac vnione eum omnibus oſſibus, membriſque. Quod tanquam miraculum conſiderat Rot. in relatione B. Petri Regalari, *tit. de frequentia popoli*, & alibi.

Item ſanctitatem refert fragrantia, & odor corporis, adeò vt videatur odor non naturalis, Rot. ibidem.

Ex his, quamuis multa eiuſmodi, præter ea, ſatis conſtare poterit de cultu immemorabili, deque caſu excepto.

Quomodo probetur cultus immemorabilis? tom. 1. Conſult. 242. alias 245.

EX teſtibus ſufficientis ætatis, nimirum excedentibus annum quinquageſimum quartum, ac deponentibus ſecundum omnia requiſita per Gloſ. *in cap. vnic. v. memoria de præſcrip. in 6.* Primò nempè ità vidiſſe per 40. annos, & amplius. Secundò. Nil vnquam vidiſſe, vel audiuiſſe in contrarium. Tertiò fuiſſe, ac eſſe publicam vocem, & famam communem reputationem, & antiquam traditionem. Quartò. Non extare contrarij, ſeù initij memoriam. Porrò hæc eſt praxis probandi immemorabilem, & centenariam tradita à Canoniſtarum Principe Innocentio *in cap. veniens* 34. *n.* 1. & 4. *de rubr. de ſignif.* Quam vti communiter approbatam ſectatur Rota *deciſ.* 512. *num.* 12. & 13. *par.* 5. *tom.* 2. & ſæpè alibi.

An verba illa per modum declamationis exceptiuè expreſſa in decretis Vrb. VIII. Aut per communem Eccleſiæ conſenſum &c. colantur, *ſint intelligenda de Eccleſia particulari?* tom. 1. Conſult. 243. alias 246.

NEgatiuè, ſed intelligenda eſſe, quod cultus cuiuſpiam Serui Dei exhibitus non ſit ampliandus ad vniuerſalem Eccleſiam, vltra loca particularia, in quibus hactenus fuit exhibitus, vt fieri conſueuit in indultis beatificationis, aut venerationis, quæ Sedes Apòſtolica vt plurimum limitatè concedit ad certa loca, vel ad certas perſonas, vel iuxtà certam formam, referente Hoſtienſe *in cap.* 1. *num.* 9. *de reliq. & vener. Sanct.* exemplum Caroli magni, qui ex tolerantia Rom. Eccleſiæ tanquam Sanctus veneratur in ſola Capella Aquiſgrana, & non in alijs Eccleſijs.

Item ex his tantum probari, omnes alias Eccleſias eſſe quaſi membra, nec in decreto Vrban. VIII. poteſt, vel debet intelligi de Eccleſia vniuerſali. Quia neceſſariò ſupponeret Canonizationem ſolemniter celebratam, quæ fie nomine Eccleſiæ vniuerſalis, non autem celebrandam. Quod confirmat tex. *in d. cap. loquitur Dominus* 24. *quæſt.* 1. Rot. & Sac. Rit. Congreg. poſt decreta Vrb. in Canonizatione S. Andreæ Curſini *par.* 4. *§. Primò verò.*

An verba illa: Aut per Patrum, virorumq; Sanctorum ſcripta *in eiſdem decretis appoſita, reſpiciant Seruos Dei, qui obdormierint in Domino ante tempora Alex. III. ad Pontificatum electi anno Septembris* 1159. tom. 1. Conſult. 244. alias 247.

AFfirmatiuè iuxta Scacchum *de not. & ſign. Sanct. ſect.* 1. *cap.* 7. vt ſcilicet, quod ad illorum dumtaxat ſanctitatem, & venerationem in Eccleſia militante ſtandum ſit teſtimonijs Sanctorum Scriptorum, cuius rei exemplum patet ex decreto Galeſij *in cap. S.R.E.* 3. *diſt.* 15. Secus verò quoad Seruos Dei mortuos poſt tempora d. Pontificis, qui *cap.* 1. *de reliq. & ven. Sanct.* voluit, quod ſingula, quæ ad venerationem, & cultum ſpectant, pendeant à ſola authoritate Sedis Apoſtolicæ, ad hoc, vt omnis errandi anſa penitus à mente fidelium elidatur.

Ac inſuper dicta verba intelligenda ſunt de cultu publico eius, qui per antiquam traditionem Eccleſiæ militantis, Patrum, virorumque Sanctorum ſcriptis firmatam, vel per vniuerſalem d. Eccleſiæ conſenſum probatus fuit Sanctus, quoniam huiuſmodi probatio æquiualet Canonizationi, cum antiquitus non requireretur ea forma Canonizationis, quæ recepta fuit poſt decretum Alexand. III. Suar. *tom.* 1. *in* 3. *par.*

quæſt. 25. *artic.*6. *diſput* 55. *ſect.*2. & alij. Veruntamen moneo, hactenus dicta procedere, quando agitur de probanda formali Canonizatione Sanctorum Scacch. *in decal. tom.*1. *lib.*2. *ſect.*1. *cap.*7.

Quomodo verba illa. Vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij coluntur, *intelligenda ſint?* tom.1. Conſult.245. & verius 248.

INtelligenda ſunt de tolerantia cultus publici, & venerationis, non ſimplici, ſed admixta curſui temporis immemorabilis, quod metam centum annorum excedat, ſicque poſitiuè ſupra integrum ſæculum pateant actus formales tolerantiæ, quæ propterea dicitur actiua, non paſſiua, iuxtà declarationem d. Vrb. VIII. in literis editis 5. Iul. 1634. Scacch. *de not. & ſign. Sanct, ſect.*10 *cap.*1. *lit. B. & C.* Quare perperam exiſtimauit Bonac. *tom.*2. *ad prim. præcep. Decal. diſp.*3. *quæſt.*1. *pun. ac num.*2. Sufficere tempus 30. vel 40. annorum. At Baldell. *diſp.*3. *num.*4. *tom.*2. & Lezan. *conſt.*1. *num.*36. dicunt, non ſufficere dictam tolerantiam circa quemcumque cultum, ſed circa celebrationem diei feſti, Officij Diuini, ac Miſſæ, quæ neque minoris temporis, quam excedentis metam centum annorum requirunt.

Hinc profectò probata remanet immemorabilis ſcientia, ac tolerantia Ordinariorum circa actus formales, & ſpecificos publicæ venerationis, & cultus vltra centum annos alicui Seruo Dei exhibiti, ſi ipſi viderint, ſoluerint, ac permiſerint, immò etiam per ſeipſos exhibuerint. Cum enim ſcientia præſumatur eorum, quæ publicè fiunt Rot. *deciſ.*533. *num.*4. *par.*1. *recen.*

An prophetia, ſiuè reuelationes præſtent ſolidum ſanctitatis argumentum? tom.1. Conſult.246. melius 249.

AFfirmatiuè cum D. Auguſt. D. Tho, ac Toſtato reſpondetur, reuelationes diuinas eſſe ſignum ſanctitatis, cum fiunt à Spiritu Sancto, quarum meminit Cantelor. *de Canonizatione cap.*14. *num.*29. Quod indubiè procedit quando concurrunt alia ſanctitatis argumenta, ex quibus pernecesſè dignoſcatur, reuelationes verè eſſe à Deo, nempè puritas vitæ, ac morum integritas, miraculorum frequentia comprobata, Scacch. loc. cit. & fuſiſſimè Larrea *in tract. ſeù conſt. deciſ. de reuel.* Prima enim commendatio reuelationis auctoritas debet eſſe reuelantis, vt teſtè animaduertit D. Greg. *ad* 1. *cap. Ezechiel. Prima radix prophetiæ ipſa eſt perſona Prophetæ.* Tria igitur examinanda: res reuelata, circumſtantiæ reuelationis, perſona, cui fit reuelatio. Nec eas eſſe inter ſomnia, & malanconicas interiores apparitiones conuumerandas, indicat claritas intelligentiæ, & certiſſima viſio eorum, quæ ſignificant, iuxtà celebrem diſtinctionem Caiet. *in* 2. 2. *quæſt.*172. *art.*1. *in corpore* Zacch. *in q.q. medico legali lib.*4. *tit.*1. *num.*23. *& ſeq.* ac alij.

Quanto temporis ſpatio proceſſus particularis de Canonizatione, authoritate Apoſtolica demandatus, abſolui debeat, vt ſit legitimus, validuſque? tom.1. Conſult.247. ſed verius 250.

IN cauſis Canonizationum ceſſat omninò ratio coarctandi ſpatium temporis in dilationibus probatorijs elicitum *à l.*1. *& l. ſiuè pars C. de dilat. ac l. properandum in princ. C. de Iudic.* ne ſcilicet lites penè fiant immortales in perniciem alterius. Sed in cauſis Canonizationis nulli præiudicium infertur: quia non agitur de præiudicio alicuius certæ, vel incertæ perſonæ. Atqui cum ſint adeò graues, & arduæ, vt ſint de maioribus, quæ proponi poſſunt inter Chriſtianos, ſecundum Gloſ. *in cap. vn. v. Sedis Apoſtolicæ de reliq. & ven. Sanct. in* 6. Hoſtien. *in cap.*1. *num.*10. *eodem.* Idcirco in eis pertractandis ſumma cum diligentia, & maturitate eſt procedendum, vt reſpondit Innocen. III. *in cap. venerabilis* 52. *de teſtib.*

Quando concedenda, vel deneganda ſit noua Remiſſoria in cauſis Canonizationum? tom.1. Conſult.248. vel 251.

REſp. eſſe concedenda ob multas cauſas, *inter* quas. Vel ſi prima Remiſſoria fuerit obtenta à Procuratore non benè inſtructo de omnibus neceſſarijs, & ſubſtantialibus probandis, Boccac. *de remiſſ. cap.*4. *num.*53. Vel ſi teſtium depoſitiones fuiſſent vigore primæ Remiſſoriæ nulliter, ac non ritè exceptæ. Rot. *dec.*11. *de prob. in noſt.* coram Buratto, & alibi. Similiter ſi examinandi ſunt alij teſtes nouiter reperti grauiſſimi, & melius informati. Item quando petitur ad corroborationem, & confirmationem antiquarum probationum. Decius *in cap.*1. *num.*42. *de prob.* & alij. Si priores articuli fuerint confusè formati, & ex alijs ſimilibus cauſis.

An ſtandum ſit ſimplici enunciatiuæ commiſſionis non inſertis in literis Remiſſorialibus? tom.1. Conſult.249. ſiuè 252.

REſp. cum communiori ſententia, in his etiam, quæ indigent ſpeciali facultate ſtandum eſſe aſſertioni Cardinalis de commiſſione ſibi data per Papam, vbi ſimul hæ circumſtantiæ concurrunt. Nempè, quod Papa ſit præſens, ad quem facilis poſſit haberi recurſus prò verificatione aſſertionis. Rurſus quod aſſertio ſit de re veriſimili, ac poſtremò, quod non ſit præiudicialis tertio, Imol. *in cap. quod*

ſuper

Digitized by Google

*ſuper his n.*5. Felin.*num.* 12. *de fid. inſtrum.* Qui vlterius tenet, idem procedere etiam in Auditoribus Sac. Palatij.

Quæ omnia concurrunt, dum literæ Remiſſoriales conceduntur per Sac. Rit. Congr. in Curia, citato, & audito R.P.D. Fidei Promotore; vndè reſultat nedum præſumptio veritatis antecedentis commiſſionis, ex eo, quod propter Papæ præſentiam, facilemque ad eum recurſum, nemo præſumitur mentiri, ſed etiam approbatio ipſiuſmet Fidei Promotoris, qui citatus, & auditus, nihil opponit.

Item eadem commiſſio eſt valdè veriſimilis, tum ratione materiæ, tum ratione ſubiecti, nempè Sac. Congregationis, cui ſimiles commiſſiones ex inſtituto diriguntur, Rot. *deciſ.*630. *num.*3. *par.*4. *recen.* Sicuti concurrit poſtremum requiſitum, quod non agatur de re præiudiciali tertio.

Et quidem Cardinali ſimpliciter aſſerenti, ſibi aliquid eſſe à Papa commiſſum, plenam fidem adhibendam eſſe, licet literas ſuæ commiſſionis, vel mandati non oſtenderit, diſertè tradunt *cap. nobiliſſimus deciſ.*97. Bald. *in l. exemplo* 7. *num.*8. C. *de prob.* & alibi.

Ex quo enim ſequitur, omnia geſta, vel enunciata per Sac. Congr. cenſeri approbata per ſanctitatem ſuam, cui de Remiſſoria, & omnibus in ea contentis relatio facta cenſetur.

An officium Vicarij, cui delegata eſt cauſa Canonizationis, expiret poſt obitum ſui Epiſcopi? tom.1. Conſult.250. aut 253.

SI Vicarius ante obitum ſui Epiſcopi ceperit in cauſam procedere, haud dubiè, re non integra, prorogatur, ac perpetuatur ſua iuriſdictio, *cap. gratum* §. *noi autem de offic. deleg.* Gloſ. *v. quaſi ceptum*. Et ſola citatio expedita, licet non exequuta, ſufficit, Rot. *deciſ.*9. *de dol. & contum. in antiq.* vt cenſuit in relatione S. Hiacynthi *cap.*2. *in princ.* Sac. Rit. Congr. *in Lepolien.* Serui Dei Ioannis de Duela.

Idem ſi Vicarius tranſiret in Vicarium Epiſcopi Succeſſoris, quia tale munus ei non competit iure proprio, ſed alieno, ac propterea non expirat morte concedentis, Bartol. *in l. more maior.*5. *num.*19. Fulgoſ. *num.*25. Roman. *num.*8. Iaſ. *num.*85. & multi Doctores.

An mulieres in cauſis Canonizationum admitti poſſint prò teſtibus? tom.1. Conſult.251. ſiuè 254.

AFfirmatiuè, ſi cum de iure Cannonico in criminalibus læſæ maieſtatis, hæreſis, ſimoniæ, alijſque exceptis lanè in illis teſtificandum admitti mulieres tentantur relati per Farinac. *de teſtib. quaſt.*58. *num.*10. qui etiam *quaſt.*59. *num.*31. *& ſeq.* tanquam teſtes eas admittit in grauioribus cauſis. Id firmauit Rot. in mulieribus, & Monialibus, etiam deponentibus in cauſa B. Ioannæ de Cruce *verſ. attamen*, ac cenſuit Sac. Rit. Congr. cum alias, tum præcipuè in cauſa Petri Regalati, ac d. Ioannæ de Cruce.

An Indulgentiæ conceſſæ die anniuerſario cuiuſpiam Serui Dei viſitantibus eius Altare, ſiuè Capellam, reſpiciant publicam venerationem, ac ſolemnem cultum, ab Eccleſia concedi ſolitum Sanctis Canonizatis, aut alias ab Apoſtolica Sede in ſanctitate comprobatis? tom.1. Conſult.252. aut 255.

AFfirmatiuè, Ità declarauit Boniſac. VIII. in conceſſione Indulgentiarum accedentibus ad Baſilicam Principis Apoſtolorum de Vrbe *in Extrauagan. antiquorum de pœnit. & remiſ.* Gloſ. *v. confitebuntur ante med. ſub verſ. peregrinatio verò*. Ratio eſt, quia, vt ait Bologn. *de indulg. ſub num.*10. *tract.* tom.14. *fol.*141. Indulgentia conceditur, vt magis honoretur Deus in Sanctis ſuis &c.

An emiſſio votorum arguat cultum publicum, ſitque contra decreta de Canonizatione Sanctorum? Qui nam dicatur cultus publicus, quiue priuatus? tom.1. Conſult.501.

QVo ad 1. negatiuè: nam diſtinguenda eſt emiſſio votorum ab appenſione, & retentione tabellarum votiuarum vetita in decretis; nam votum, illiuſque emiſſio nullatenus ſumi poteſt prò tabellis votiuis: quia ſynonimè accipitur prò precibus, & orationibus. Quod propterea per magiſtrum ſententiarum, teſte D. Tho. 2.2. *quaſt.*8. *ar.*1. *in corp.* definitur: teſtificatio quædam promiſſionis ſpontaneæ, quæ Deo, & de his, quæ Dei ſunt, fieri debet, non ſolum per verba, & exteriora ſigna, ſed & per ſolam cogitationem, & intentionem, teſtificationem conſiſtentem in ſolo propoſito voluntatis, ſicut paſſim legitur, tam in Sacra Scriptura, vt Leuit. *cap.*27. Eccleſ. *cap.*5. *&c.* Quam apud ſcriptores profanos, vt apud Virgil. Eneid. *lib.*6. ℣ 8.

Cum ergò id verificari poſſit in priuata, non in publica votorum emiſſione, ac nuncupatione per preces &c. dum priuato cultu fiunt, non prohibentur.

Minus etiam eiuſmodi exhibitio cultus publici deduci poteſt ex retentione imaginis, vel reliquiæ, ſiuè ſepulchri in Sacrario interiori; cum enim nihil poſitiuè fiat, quod publicè venerationis exhibitionem inducat, nullum controuentionis indè emergit argumentum.

Atque ex his licet cultu priuato quempiam nondum in Sanctorum numero à Pontifice adſcriptum credere, & appellare Sanctum, ac ipſum inuocare, etiam alijs audientibus, ſicut fecere D. Greg. Nazianz. in vita D. Athanaſij, & D. Blaſij, ac D. Hieronymus in vita D. Paulæ

nam

nam oramus publico in loco viuentes, quamuis eos Sanctos eſſe non lateat. Cur ergò non licebit defunctos orare, quos maiori ratione Sanctos eſſe confidimus: non licet tamen eum prædicare tanquam Sanctum in Sanctorum Catalogum à Pontifice coaptatum.

Rurſus licet eius defuncti veſtes, vel fruſtulam ſumere, ac manus, vel pedes oſculari, etiam alijs videntibus, dummodò tamem ſcandalum abſit: quia licet hoc modo viuentes, quos credimus Sanctos, venerari.

Hac de cauſa poteſt priuatus in memoriam non dum Canonizati, vel Beatificati ieiunare, aut ei vota offerte, ac in eius natali die à ſeruilibus abſtinere, idque etiam alijs ſcientibus, Caſſian. *coll.* 19. *cap.* 1. Bellarm. ſup. Sanch. *alleg. cap.* 43. *num.* 8. Neque id Eccleſia prohibet, cum ſit actus virtutis obſeruantiæ, D. Tho. 2. 2. *quæſt.* 102. *ar.* 1. *in corp.*

De virtute heroica Chriſtiana in Canonizando præ-requiſita. In quo formaliter conſiſtat? Quandò, atque vndè cognoſcatur, quod ſit in gradu heroico? tom. 2. Conſult. 7.

Virtus conſtituitur in gradu heroico per id, quod ità in ratione virtutis puta, & deſæcata ſit, vt non habeat admixtum quicquam cupiditats mundanæ, ſiuè ratione obiecti, ſiuè finis, ſiuè circumſtantiatum, & proindè dicat modum operaudi ſupra conditionem humanæ naturæ corruptæ, quæ cum prona ſit ad bonum concupiſcibile, trahit voluntatem operantem in ipſum, & facit, quod etiam in exercitio virtutum interueniat aliquod concupiſcentiæ; vndè quando voluntas ſe eleuat per gratiam ſupra impreſſionem, quam faciunt cupiditates in operationem virtuoſam, operatur heroico modo. Et hoc pacto tunc homo habet virtutes in gradu heroico, quandò operatur cum perfecto dominio ſuarum paſſionum, ità vt in nullo inficiant exercitium virtutis, Ariſtoteo *lib.* 7. *cap.* 1. *moral.* quam virtutem approbat etiam ad illum locum D. Thomas, & alij. De hac virtute heroica agit doctè, ac fusè Card. Brancatus de Laurea *in oper. de virtut. diſp.* 32.

Vtrum in muliere ſit admittenda virtus heroica? tom. 2. Conſult. 8.

Affirma in ſententia Theologorum dari in muliere virtutem heroicam: omnis enim homo valet heroicè ad futuram vitam diſponi; omniſque capax eſt infuſarum virtutum; Deus enim vult, omnes ſaluos fieri. Item in omni hominum gradu feritas locum habet, ac proindè heroica virtus, quæ ei opponitur. Et licet Ariſtot. obſcurius id concedere videatur, cum fœminam ſtatuat animal quaſi læſum, & per naturam impotentius viro; tamen quia ipſe in fœmina quoque conſiderauit feritatem, & oppoſita in eadem nata ſunt fieri; ideò admittenda in ea eſt virtus heroica. Quare S. Baſilius in homil. 10. in Geneſ. cum exponeret verba illa: *Maſculum, & fœminam fecit eos*, atque item proprius illis occurreret, qui imaginem, & ſimilitudioem non ad fœminam, ſed ad ſolum virum pertinere arbitrabantur, hæc habet. *Habet & mulier nihilominus quam vir, quod ad imaginem Dei facta eſt &c. honor vtrique natura nihilò diſpar, æquales virtutes, vtrique in agone virtutis decertandi propoſitum, par præmium, conſimilis vtrique peccati decreta condemnatio. Nolim dicat mulier imbellis ſum, & infirmæ conditionis, hæc infirmitas carnis eſt; nam in anima ſibi ſedem fixit virtus firma, ac potens. Diuina igitur imago hæc, cum in vtroque ſexu peræquè honoretur, ſit & compar in vtroque virtus, quæ per bona opera vim ſuam exerat, & explicet.* His accedat, quod mulierum virtus cenſenda ſaltem erit heroica, facta inter virtutes mulierum comparatione. Vt enim viri herois officium eſt inter viros excellere, ità mulieris inter mulieres, quæ etiam in patefacienda heroica virtute virilitatem præſeferunt, & ob id viriles nuncopantur.

De virtutibus Theologicis in gradu heroico. tom. 2. Conſult. 9. & tom. 10. Conſult. 164.

Homo ad imaginem Dei factus ad finem homine multo ſuperiorem inſtitutus eſt, vt quem proprijs viribus nullo modo conſequi poteſt, ac propterea ad eum eſt ſubleuandus, non modò ope virtutum moralium, ſed etiam virtutibus ſupra humanis, quales ſunt Theologicæ, nimirum Fides, Spes, Charitas, quarum actiones ſupernaturales ſunt, nec à prudentia naturali imperantur, quamuis ſine prudentia exerceri non debeant, ex quibus conſtituitur gradus virtutis omnium perfectiſſimus, ac planè Diuinus, quo non ſolùm propter Deum officia virtutis obimus, ſed id diuinè quodammodò facimus, quod in fine Dei liberalitatis maximum munus eſt. Monet enim tunc Deus ſolus per ſeipſum animum hominis, nedum per virtutes Theologicas, & morales infuſas, ſed etiam per Spiritus Sancti dona, quæ in Iſaiæ *lib. cap.* 11. numerantur Sapientia, Intellectus, Conſilium, Fortitudo, Scientia, Pietas, Timor Domini, qui ſunt ſupernaturales habitus excellentiſſimi, ſemperque charitatem comitantur. Quamuis enim apertum aditum Deus habeat in hominis animum per virtutes infuſas, ſiuè Theologicas, ſiuè morales, ad quædam tamen altiſſima virtutis officia exercenda immittit in hominem altiſſima illa dona, quibus quaſi vinculis ſibi maximè colligatum verſet in omnem partem animum. Vt igitur ad miracula, & ſimilia munera explicanda vtitur Deus gratuitus illis chariſmatibus, quæ dona gratis data

oomi-

nominantur; Sic actiones humanas præſtantiſſimas dirigit per dona Spiritus Sancti. Vndè vt oſtendatur quid ſit diſcriminis inter actionem virtutis doni Sancti Spiritus, & beatitudinis illius, cuius octo partes Dominus in Euangelio recenſet, dicitur: virtutem v.gr. Fortitudinis efficere, vt patienter res aduerſæ tolerentur, donum verò Fortitudinis, vt alacriter, beatitudinem verò, quæ de perſecutionibus eſt, vt etiam appetantur propter Deum.

Appellarunt forſan huiuſmodi actiones Philoſophi *heroicas*, & *purgati animi*, Sancti Patres *Spirituales*, *Deificas*, & *Diuinas* dixerunt. Qui enim hoc Diuino Spiritu afflantur, non tam homines, quam quaſi Dij ſunt, quales fuerunt Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, & viri Apoſtolici, tam multi, qui præſtantiſſimorum horum munerum beneficio à mortalibus, & pluſquam homines, & tanquam cœleſtes viri ſuſpiciuntur. Itaque ad virtutes proprio conſilio, & deliberatione, adiutus tamen à Deo, quod expreſſit Apoſt. *Rom.* 18. cum dixit: *Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi ſunt Filij Dei*. Mouentur verò non lege, aut ordine communi, ſed inſtinctu Diuino ſingulari, & extraordinario.

Sunt igitur tres modi exercendæ virtutis, quos gradus nominamus. *Primus* cum exercetur virtus propter virtutem. *Secundus* cum exercetur virtus propter Deum. *Tertius* cum diuinis illis donis imbuti à Deo, ad actiones ſuperhumanas, & heroicas inducimur, quales ſunt rerum humanarum contemptus, perpetua caſtitas, iniuriarum obliuio, inimicorum amor, mortis deniq; appetitio propter Deum, quod eſt diuinè agere. Hos gradus in ſingulis virtutibus quoad fieri poterit breuiter inueſtigabimus.

DE FIDE THEOLOGICA.

Fides eſt virtus Theologica, quæ de Deo eſt, rebuſque à Deo reuelatæ traditis, eidemque vni Deo nititur, tanquam vera dicenti, & qui mentiri nequeat, quia eſt lux infinita, & prima, princepſque veritas. Eſt de fide, & traditur communiter à Patribus, nominatim: Ambroſio, Athanaſio, Anſelmo, Chryſoſtomo, Auguſtino, & probatur ex Apoſt. 2. *ad Timoth.* 2. *Si non credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt.*

Magnum Dei donum, & primum, quod animæ infundit Deus, Fides eſt: quia eſt primus actus circa finem ſupernaturalem: nam actus naturalis ex natura ſua ſupponit actum intellectus. Inter actus intellectus, primus eſt Fides; Per ipſam enim primò innoteſcit obiectum, in quo creatura debet ſe promouere, Definitur autem ab Apoſt. a. *Hebr.* 11. *Sperandarum ſubſtantia rerum argumentum non apparentium*, hoc eſt fundamentum omnium earum rerum, quæ à Deo reuelatæ, & promiſſæ ſunt, adeò que ipſius æternæ vitæ quaſi principium, pignus, & via: *Argumentum*, hoc eſt, vt ait D. Bernard. *epiſt.* 190. *certitudo earum, quæ non videntur.*

Actus igitur Fidei eſt credere; quia Deus dicit: Nam omnis actus fundatur in ſuo obiecto formali, à quo ſpecificatur. Ideò eſt habitus intellectus fides certior, quam quælibet alia cognitio, aut certitudo naturalis. Obſcura tamen: quia fides debet eſſe ex teſtimonio dicentis, quod facit tantum rem innoteſcere in reuelatione, ac propterea dicitur argumentum non apparentium, ſed ità efficax, & poteſt, vt teſte Apoſt. 2. *Corinth.* 10. *In captiuitatem redigat omnem intellectum in obſequium Chriſti.*

Ad hanc autem captiuitatem ſtabiliendam vtitur Deus miraculis, alijſque argumentis, & rationibus, quæ à Theologis motiua credulitatis dicuntur.

Duplex eſt: Vna dicitur informis, eſtque illa, quæ ſine Dei gratia, & charitate reperitur in peccatoribus. Altera formata. Informatur autem Dei gratia, & charitate, & ab Apoſt. propterea *Galat.* 5. per charitatem operari dicitur. Et hæc eſt fides proficientis. Eius progreſſus ex tribus gradibus conflatur, qui auctore D. Greg. *lib.* 22. *moral. cap.* 21. *&* 22. in ſingulis virtutibus inueniuntur, nempè: Propoſito, Fortitudine, Alacritate.

DE SPE THEOLOGICA.

Spes nihil aliud eſt, quam expectatio boni futuri, Eius obiectum materiale debet eſſe aliquod bonum. Quia ſpes eſt motus quidam appetitus deſiderantis; Appetitus autem deſiderans eſt determinatus, vt tendat tantum in bonum. Hoc autem bonum debet eſſe futurum reſpectu ſperantis ſecundum quod ſperatur, non quoad exiſtentiam.

Hæc ſpes Theologica verſatur circa noſtram beatitudinem, prout complectitur omnia, quibus integratur; nam tendit in bonum ſupernaturale. Bonum autem ſupernaturale hominis eſt beatitudo ipſius. Nec ſolum beatitudo, ſed etiam media ad ipſam continentur ſub obiecto ſpei; Vndè etiam bona naturalia, quatenus conducunt ad beatitudinem, pertinent ad obiectum ſpei.

Eius obiectum materiale immediatum eſt ipſe Deus. Merus enim eſt obiectum ſpei. Item & ſummum bonum, quod ſolum per ſui communicationem poteſt ſatiare noſtrum appetitum.

Formale verò obiectum ſpei eſt bonum, vt conſequendum ex Diuina voluntate: Nam illud eſt obiectum formale, quo formaliter mouemur ad ſperandum. Mouemur autem ex Diuina voluntate de conferendo tali bono.

Duplex & ipſa eſt, ſicut Fides; Informis ſine Dei gra-

gratia, & charitate, qualem habet peccator. Et eadem Dei gratia, & charitate formata, qualis eſt in viris probis, & præſertim in proficientibus.

Habet ſimiliter tres gradus, ſicut Fides, ſcilicet Propoſitum, Fortitudinem, & Alacritatem.

Hac itaque ſpe homo efficiet actiones illas heroicas, quibus propter Dei gloriam ſeipſam, reſque humanas omnes animosè, fortiterque contemnit, adiuuaturque ad perſeuerandum conſtantiſſimè in lege Dei.

DE CHARITATE ERGA DEVM.

CHaritas tertia Theologica virtus eſt maior reliquarum, vt ait Apoſt. 1. *ad Corinth. cap.* 13. *verſ.* 12. Nam Deus, quem Fides cognoſcendum nobis promouit in enigmate, & Spes deſiderandum, vt ſummum noſtrum bonum, Charitas affert, & dat amandum, vt ſummum bonum per ſe, & in ſeipſo. Quarè mandatum de ea dicitur à Domino *primum, & maximum Matth.* 22. Definitur à Diuo Auguſt. *lib.* 3. *de Doctrina Chriſtiana cap.* 10. Motus animi ad fruendum Deo propter ipſum, & ſe, atque proximo propter Deum. Eſt habitus creatus infuſus actu, ex Trid. *ſeſſ.* 6. *cap.* 7. Habet enim eſſe magis, & minus perfectum, itàut ſit capax intenſionis *ad Philip.* 1. *Vt Charitas veſtra magis, ac magis abundet*, Atque adeò eſt aliquid creatum inhærens. Item eſt omnium virtutum perfectiſſima, ex Auguſt. *lib.* 15. *de Ciuit. cap.* 18. Nam attingit Deum nobiliori modo, & nos ipſi coniugit, vt ſummo bono; Eſtque radix omnium virtutum moralium 1. *ad Corinth.* 13. *Charitas patiens eſt, benigna eſt &c.*

Eius obiectum primarium Deus eſt. Quia Deus eſt obiectum ſuperexcedens naturalem facultatem. Eius verò obiectum formale eſt Diuina bonitas cognita lumine ſupernaturali, vt in ſe, & propter ſe amabilis.

Habet quoque tres gradus, vt aliæ virtutes Theologicę, nempè Propoſitum, Fortitudinem, Alacritatem.

DE CHARITATE ERGA PROXIMVM.

CErtum eſt de fide, etiam proximum pertinere ad obiectum charitatis, 1. *Io.* 4. *Si diligimus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt.* Perfectus enim amor erga alterum, non ſolum tendit in ipſum, ſed etiam in ea, quæ quocumque modo ad illum pertinent. Amor autem Charitatis eſt perfectus, & proximus pertinet ad Deum. Nomine verò proximi intelligitur rationalis Creatura. Auguſt. *cap.* 23. *de Doctr. Chriſt.* Quia creatura rationalis eſt apta participare ſimul cum alia in eadem beatitudine, ex quo conſurgit approximatio, qua omnes vniuntur in eodem vltimo fine. Vndè peccatores quoque quandiù ſunt in hac vita ſunt diligendi ex charitate, cum ſint capaces beatitudinis; Damnati verò non pertinent ad obiectum charitatis: quia non habent amplius ordinem ad vltimum finem tanquam beatificandi. Eadem enim ratio eſt de reprobis, quatenus tales ſunt. Ac tandem res omnes poſſunt aliquo modo pertinere ad obiectum charitatis, quatenus pertinent ad eos, quos ex charitate diligimus, & conferunt ad beatitudinem.

Proximus igitur amandus eſt ex charitate theologica, quatenus ſubſternitur diuinæ bonitati propter ſe diligibili. Dicit enim proximus habitudinem ad Deum; quatenus pertinet ad bonum ipſius, nempè ad gloriam, & quatenus participat de bonitate ipſius quoad eſſe ſupernaturale.

Actus autem charitatis, quo amatur Deus propter ſe, & proximus propter Deum non differt ſpecie incompleta, vt partes integrantes eundem actum: Nam actus, qui ſeorſim elicitur, eſt in ſpecie completa, quia ſpecificatur ex ſuo motiuo formali.

Habet gradus ſuos, ideſt Propoſitum, Fortitudinem, & Alacritatem, vt ſupra diximus.

Indicium vtriuſque charitatis eſt in primis zelus Animarum, qui effectus amoris eſt. S. Auguſt. in *pſal.* 18. *conclus.* 18.

An cum virtutibus Theologicis, virtutes etiam morales, ſeù Cardinales per ſe infundantur, itàut, conſtito de virtutibus Theologicis in gradu heroico, conſtet etiam de virtutibus Cardinalibus in eodem gradu pro Canonizando? tom. 2. Conſult. 10.

AFfirmatiuè. Ex communi, & vera ſententia eſt, omnibus iuſtis infundi cum virtutibus Theologicis virtutes Cardinales, ſiuè morales, Sapien. 7. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*, ideſt cum gratia, *& innumerabilis honeſtas. Clem. vn. de Sum. Trin.* in qua Clemens V. in Conc. Vienneſi approbat opinionem, quæ dicit tàm paruulis, quàm adultis conferri in baptiſmo informantem gratiam, & virtutes, tanquam probabiliorem, vt dictis Sanctorum, ac Theologorum magis conſonam, & concordem. Item ex Patribus, præſertim Auguſtino circa illa verba. *Ibunt de virtute in virtutem*, & Chatechiſmo Rom. iuſſu Pij V. edito *in cap. de Baptiſmo*, & demum ex D. Tho.

Vtrum, præter virtutes omnes, infundantur cum gratia habituali dona Spiritus Sancti, quæ ſint etiam habitus ſupernaturales à virtutibus diſtincti? tom. 2. Conſul. 11.

DOna Spiritus Sancti ſunt: Sapientia, Intellectus, Conſilium, Fortitudo, Scientia, Pietas, Timor Domini. Atque dona Spiritus Sancti voca-

vocamus hoc habitus, infuſis virtutibus excellentiores, ditanteſque animam pulchritudine maiori.

Quarè gratiam habere annexa dona ſupernaturalia Spiritus Sancti realiter diſtincta à virtutibus docet D.Tho.1.2.*queſt.*98. *art.*1.& 3. Caiet.& Medin.ibidem, & alij probant *Iſaie cap.* 11.*Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus Sapientiæ, & intellectus.* Quod licet de Chriſto intelligatur, extenditur tamen ad cœteros iuſtos. Quia participant eandem gratiam ſanctificantem; Vndè etiam *Io.*14. *Apud vos manebit, & in vobis erit.*

Ex dictis infertur in particulari, *Sapientiam* eſſe donum inclinans intellectum ad cognitionem rerum altiſſimarum propter altiſſimas cauſas, non ex regulis communibus prudentiæ etiam infuſæ, ſed ex ſpeciali Dei motione.

Scientia donum inclinans ad cognitionem etiam ſupernaturalem oò motiua inferiora quam ſapientia, ſed non regulata per communem regulam dictæ prudentiæ, ſed ex ea ſpeciali motione Spiritus Sancti.

Paritèr *Intellectum* eſſe donum ad prima principia ſupernaturalia penetranda, etiam ex peculiari motione.

Conſilium eſſe donum inclinans ad rectè, & ſuper naturaliter dirigendum hominem in ſuis actibus ſupra communes regulas.

Fortitudinem ad aggrediendum res arduas.

Pietatem ad colendum Deum, &

Timorem ad ipſum reuerendum ſupra dictas regulas communes, & ex ſpeciali illa motione. De quibus inter alios Io.à S. Tho. Granadus, Salmaticenſes, & Suarez *lib.*2.*de gratia cap.*78. & *ſeqq.*

De Beatitudinibus tom.2. Conſul.12.

Beatitudines ſunt quidam præſtantiores actus virtutum, ſeù donorum Spiritus Sancti, per quos homo valdè appropinquat in ſpè, & inchoatiuè veræ beatitudini alteræ vitæ.

Numerantur autem *Matth.*15. octo beatitudines, nempè *Paupertas ſpiritus*, cui promittitur Regnum Cœlorum. *Mititas*, ſeù *Manſuetudo*, cui promittitur terræ poſſeſſio. *Luctus*, cui conſolatio. *Fames*, & *ſitis iuſtitiæ*, cui ſaturitas. *Miſericordia*, cui offertur miſericordiæ conſecutio. *Cordis munditia*, cui Dei viſio. *Pax* cui appellatio filiorum Dei. Et denique *Pati propter iuſtitiam*, cui ruſus promittitur Regnum Cœlorum.

Quomodo autem beatitudines correſpondeant donis, rectè Auguſt.*lib.*1.*Serm.Domini in monte*, dicens: *Timor Dei congruit humilibus, Pietas mitibus, Scientia lugentibus, Fortitudo exurientibus, & ſitientibus, Conſilium miſericordibus, Intellectus mundis corde, Sapientia pacificis.*

De fructibus Spiritus Sancti. tom.2. Conſul.13.

Fructus Spiritus Sancti ſunt etiam actus virtutum, ſeù donorum Spiritus Sancti. Appellantur fructus, quatenus ſuauitatem, & delectationem afferunt, ſuntque veluti vltimi effectus procedentes à ſemine gratiæ. Theologi communiter cum D.Tho.1.2.*queſt.*70., & ſpeciatim Salmaticenſes, Valentia, Suarez &c.

Numerantur à Paulo ad Galat.5. duodecim, dum inquit: *Fructus autem Spiritus eſt Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas*, De quibus Expoſitores.

De differentia inter virtutes, dona, beatitudines, & fructus ſecundum gradum. tom. 2. Conſul.14.

Virtutes, & dona ſunt habitus, beatitudines ſunt actus, fructus verò ſunt delectationes in actionibus illorum circa obiectum prouenientes. In quolibet genere virtutis dicitur eſſe opus virtutis, vt virtus eſt, cum illud agit, vt homo, & humano modo. Dicitur autem opus eſſe doni, vt donum eſt, cum illud agit, vt homo, ſed modo ſuperhumano, & heroico, quia fit potius habitu Diuino, quàm humano. Dicitur autem opus eſſe beatitudinis, vt beatitudo, cum illud agit, vt homo, ſed vt iam Deificatus, iuxtà illud Pſalmiſtæ *pſal.*80.*Ego dixi Dij eſtis.* Atque ex his patet, quod donum poteſt in id, in quo non poteſt donum ſecundum rationem doni, & fructus in id, in quo non poteſt beatitudo ſecundum rationem beatitudinis. Quia non ſemper beatus beatitudine vitæ percipit fructus Spiritus Sancti: Quia omnis illa eſt veluti vltimus effectus delectabilis à ſemine gratiæ procedens. At verò è contra non omnis fructus Spiritus Sancti eſt beatitudo. Quia non omnis habet ſpecialitatem, quod ſit in ſpè, & inchoatiuè beatitudo.

Qua certitudine tenendum ſit infundi iuſtis virtutes morales, & habitus donorum Spiritus Sancti, diſtinctos in virtutibus, ſimul cum gratia, & charitate? tom.2. Conſul.15.

Diſcipuli Diui Thomæ cenſent, id eſſe tenendum ferè certitudine fieri; Capreolus enim *in* 3.*diſt.*33.*queſt.vn.art.*3 *ad.*3. erroneam vocat contrariam ſententiam, quam Corradus 1. 2. *qu eſt.*62.*ar.*3. exiſtimat, eſſe contra definitionem Eccleſiæ, Medina verò *ar.* 3. dicit, id eſſe ſecundum fidem Catholicam certum de quibuſdam virtutibus, de alijs verò eſſe ingentem temeritatem id negare. Plerique dubitant, an contraria ſententia ſit probabilis, aut potius cenſura digna; Communiter tamen aiunt, eſſe minus probabilem. Quod verò ad dona Spiritus Sancti, rem eſſe incertam.

H Verum

Verum id tenendum eſt, tanquam opinionem Theologicam probabiliorem, vtque à pluribus, & melioribus Theologis probatam, & ratione melius fundatam, magiſque piam, & modo etiam loquendi Sanctorum, atque Conciliorum magis conſentaneam, Sot. Caiet. Valen. & ferè omnes moderni *tom. 2. diſp. 4. quæſt. 3. pun. 4.* & alij.

Cum igitur non ſit de fide, infundi virtutes Cardinales ſimul cum gratia; Ideo ſit.

De virtutibus moralibus in gradu heroico. tom. 2. Conſult. 16.

VIrtus moralis ex D. Auguſt. eſt habitus per ſe infuſus, quo benè diſponitur in ordine ad vltimum finem.

Virtutes morales diuiduntur à D. Tho. 1. 2. *quæſt. 61 ar. 5.* in Exemplares, Politicas, Purgatorias, & Purgati animi. Dicuntur Exemplares, quatenus ſunt in Deo modo eminentiſſimo. Eſt enim idea, & exemplar omnium virtutum. Politicæ quatenus ſunt in homine ſecundum conditionem ſuæ naturæ. Purgatoriæ quatenus animum abſtrahunt à rebus mundanis. Purgati animi, quatenus eas iam homo Diuinum veluti quendam ſtatum acquirens, habet animum omninò pacatum, & liberum à paſſionum perturbatione. Vndè iſtæ virtutes purgati animi dicuntur heroicæ, & Diuinæ, ac ſolum competunt hominibus perfectiſſimis.

DE PRVDENTIA.

PRudentia eſt habitus cum vera ratione actiuus circa ea, quæ humana bona ſunt, Ariſtot. *6 Eth. cap. 5.* Quæ ſanè concedit cum illa alia. Prudentia eſt virtus intellectualis directiua morum. Eſt igitur prudentia virtutum princeps, reliquiſque omnibus vtitur.

Obiectum materiale prudentiæ, proximum quidem eſt actio externa virtutibus purè moralibus proximè obiecta; Remotum autem materia mediocris externam illam actionem terminans, habenſque rationem finis reſpectu virtutum purè moralium.

Actus Prudentiæ ſunt Conſultatio, Iudicium, Imperium.

Eius partitio varia eſt. Alia carnis; Alia Spiritus, de vtraque Sanctus Baſilius *homil. 12. in princ. prouerb.* Poteſt etiam rectè diuidi in naturalem, & ſupernaturalem, ſiuè in acquiſitam, & infuſam.

Prudentia ad rem noſtram deſcribitur à Diuo Auguſtino *lib. de mor. Eccleſ. cap. 22. Prudentia eſt amor, ea, quibus adiuuatur in Deum, ab his, quibus impeditur, ſagacitèr eligens.* Et hunc amorem non cuiuslibet, ſed Dei eſſe diximus, ideſt ſummi boni, ſummæ ſapientiæ, ſummæque concordiæ.

DE IVSTITIA.

IVſtitia ex D. Tho. eſt habitus, ſecundum quem aliquis conſtanti, & perpetua voluntate ius ſuum vnicuique tribuit. Iuſtitia communis habitus eſt, quo homines ad iuſtè agendum propenſi ſunt, iuſtèque agunt, idque animo libenti. Hæc cum ad bonum commune pertineat, ad alios potius, quam ad nos ipſos diffunditur; ideòque virtus vniuerſa nominatur. Non quod virtutes omnes ſint iuſtitiæ, ſed quia virtus eadem latiſſimè pateat, & ad bonum commune referatur, cuius participes reliqui omnes ſunt.

Huius prima pars eſt legalis: Quoniam iuſtitiæ communis officium eſt, leges, & iura cuiuſque ſocietatis conſeruare. Altera eſt æquitas, quæ tametſi legali adiuncta ſit, tamen longius patet; nam ad iudicium rationis, præter legem ipſam ſcriptam, confugit.

Iam verò priuata, quæ circa bonum peculiare verſatur, ſic ſolet definiri, vt habitus bonus ſit, quo ad aliquid iuſtè agendum feramur. Diſtat à ſuperiori, quod priuatam cuiuſque vtilitatem ſpectat, vnaque ſit ex quatuor virtutibus, quas nos inquirimus, quæque Cardinales dicuntur.

Reſtant, & virtutes aliæ, quę ex iuſtitia, tanquam è fonte oriuntur, de quibus diſſerunt Sancti Patres, & Theologi. Inter eas primum locum obtinet Religio, vt hic accipitur, eſt Iuſtitia quædam creaturæ ad Deum, qua ipſa ſuo Creatori debitum cultum, & honorem perſoluit. Huius ſoboles ſunt Oratio, Pietas, Obſeruantia, Gratitudo, Veritas, Sinceritas, Amicitia, Tractabilitas, Liberalitas.

DE FORTITVDINE.

HÆC virtus circa paſſiones occupatur, ſicut & temperantia. A multis variè definitur, vt ab Ariſtot. virtus iraſcibilis facultatis, qua non facilè ira perturbamur. A Tullio conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. A D. Auguſt. *lib. 1. de liber. arbitrio c. 3.* qua omnia incommoda, & damna rerum non in noſtra poteſtate conſtitutarum contemnimus &c.

Eius obiectum materiale aliud remotum, aliud proximum. Illud periculis, & malis, præſertim grauiſſimis, cuiuſmodi ſunt mortis pericula. Hoc timoris, & audaciæ circa ea mala, paſſionibus continetur. Formale obiectum, non honeſtas, vt Ariſtot. dicitur, ſed ſummum bonum.

Duo ſunt fortitudinis officia: *Suſtinere, & Aggredi.* Suſtinere quis ſatis eſſe dicitur, ſi pericula, reſque arduas æquo animo perferat. Aggrediendo autem, ſi difficillia, eaque honeſta Dei cauſa ſubeat, nec eis propriam ſalutem anteponat. Habet ſuos gradus vti aliæ virtutes, vt ſupra diximus.

DE

DE TEMPERANTIA.

HÆC poſtema inter Cardinales virtutes, de qua Philoſophus *Eth.à cap.*10.poſt Fortitudinem diſſerit.

Hanc Cicero definit firmam, & moderatam rationis dominationem in libidinem, atque alios non rectos animi impetus. Plato virtutem, quæ voluptates, ac libidines rationi ſubijciat. Ariſtot. appellat appetitoriç animæ virtutem, qua impetus voluptatum inhoneſtarum reprimitur. Finis hujus eſt idem, qui virtutum aliarum, ideſt ſummum bonum; Vndè S.Auguſt.*lib. de mor. Eccleſ. cap.*15. iſtam definit: Amorem Dei ſe ſe integrum, incorruptumque ſeruantem.

Triplices partes huius virtutis ſtatuit D.Tho.idq; rectius: Integrantes, Subiectiuas, & Potentiales, Integrantes ſunt Verecundia, & Honeſtas. Subiectiuæ ſunt Abſtinentia, Sobrietas, Caſtitas, & Pudicitia. Potentiales ſunt Continentia, Humilitas, Manſuetudo, Clementia, & Modeſtia, duplex nempè cultus, & morum. De quibus Expoſitores. Habet quoque ſuos gradus. Et hæ ſufficiant prò virtutum in gradu heroico, ſiuè purgati animi charecteriſmo.

An Virtutes Theologicæ ſint inter ſe connexæ? tom.2.Conſul.17.

VIrtutes eſſe inter ſe connexas, nihil aliud eſt, niſi non poſſe vnam eſſe, aut generari ſine alia, ità vt repugnet, eam, illa alia virtute ſeclnſa, poni, aut eſſe in rerum natura.

Hac in re certum eſt, quod Charitas nequeat eſſe ſine Fide, & Spè, vt docet D.Tho.1.2.*quæſt.*65.*ar.*4.Fides verò, & Spes poſſunt eſſe ſine Charitate, vt colligitur ex Concil. Tridentino *ſeſſ.*6. cap.15. Similiter Spes nequit eſſe ſine Fide; Fides autem poteſt eſſe ſine Spè. Ità Theologi omnes.

An virtutes morales per ſe infuſæ, ſint connexæ cum Gratia, & Charitate? tom. 2. Conſul.18.

EST certum. Sunt enim veluti paſſiones, ac proprietates Gratiæ, ac dependent à Prudentia infuſa, quę nequit eſſe ſine Charitate: Quia pendet à rectitudine appetitus circa finem ſupernaturalem, quem Charitas attingit. Ità Theologi, & nos alibi diximus.

An virtutes morales acquiſitæ ſint connexæ cum Theologicis, præſertim Charitate? tom.2. Conſul. 19.

VIrtutes morales acquiſitæ, conſideratę quantùm ad ſtatum, & perfectionem Virtutum, ſunt connexæ cum Theologicis. Ità ſępè D.Tho. & eius ſequaces, alijque communitèr. Secundùm enim hanc conſiderationem nequeunt dari ſine illis. Deſumitur primò ex D.Paulo 1. *Cor.*13. vbi poſt numeratas plures virtutes inquit: *Si Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt*. Secundò ex Patrum teſtimonio, intèr quos D.Auguſt. varijs in locis, præſertim *lib.*4.*contra Iul.cap.*3.

Item ratione: Quia ſtatus, & perfectio virtutum in homine eleuato ad finem ſupernaturalem conſiſtit in hoc, quod rectificent, iuuent, & perficiant illum in ordine ad talem finem. Debet enim referre omnia in finem ſupernaturalem vltimum; Atqui hinc nō habent virtutes morales acquiſitæ, niſi coniunctæ cum Theologicis, præſertim Charitate. Igitur quantum ad hunc ſtatum, & perfectionem ſunt cum illis connexæ. Confirmat latè hanc ratiocinationem. Iannellus *in Philoſophia Chriſtiana p.* 1. *c.*6. vt probet in nullis Ethnicis veras virtutes fuiſſe, & alij.

An virtutes morales acquiſitæ intèr ſe ſint connexæ? tom.2.Conſul.20.

VIrtutes morales acquiſitæ ſunt intèr ſe connexæ quantum ad ſtatum perfectum, eſt D.Tho.& aliorum, quos retulimus. Primò, quia virtutes iſtæ dependent à Prudentia, nec poſſunt eſſe, ſaltèm in ſtatu perfecto ſine illa. *Sanè Prudentiam vniuerſę virtutis ducem primam*, vocat Plato *lib.*3.*de legib.*& Ariſt.2.*Eth.c.*6. At prudentia perfecta non poteſt eſſe ſine omnibus iſtis virtutibus. Ergò neque illæ inter ſe ſeparatæ. Secundò, quia nulla virtus moralis eſt perfecta in ſuo genere, niſi ſit potens reſiſtere omnibus ſibi contrarijs. Sed virtuti, non ſolum contrariatur vitium, quod eſt circa eandem materiam, verum etiam omnia alia vitia, quæ ſunt circa materias aliarum virtutum. Ergò ad reſiſtendum illis indiget conſortio aliarum virtutum.

An concedi poſſint, ac debeant literæ Remiſſoriales in materia Canonizationis Sanctorum ad effectum examinandi teſtes, ne pereant eorum probationes, antequam doceatur de continuatione, ac percrebreſcentia fama Sanctitatis, virtutum, ac miraculorum, atque deuotione populi in genere tantum? tom. 3. Conſul. 10.

AFfirmatiuè. Ità cenſuit Sac. Rit. Congr. in Cauſa *Maioricen.* Seruę Dei Catharinæ Thomaſiæ Monialis S. Auguſtini, in qua prò examinandis Teſtibus in ſpecie reſolutum fuit die 3. Martij 1665. cōcedi poſſe quaſcumq; literas Remiſſoriales, & Compulſoriales prò inquiſitione ſpeciali, etiam ſi hactenus deuentū non fuerit ad inquiſitionē generalem. Idem cenſuit 21. Aprilis 1668. in *Romana* Beatificationis, & Canonizationis Ven. Serui Dei Ioſephi a Matre Dei Fundatoris Clericorum Scholarum Piarum.

Digitized by Google

An in cauſa Canonizationum probari debeat, quod fuerit adhibitus Notarius creatus auctoritate Apoſtolica? tom.3.Conſul.11.

AFfirmatiuè, itá vt huiuſmodi qualitas poſt nouiſſima decreta Vrban.VIII.omninò requiratur. Quod etiam antea ſeruabatur; Quia cauſæ Canonizationum ſunt de maioribus Eccleſiæ. Quod verò ad eius commiſſionem, ſatis conſtat per atteſtationem propriam, Rot.coram Verallo *dec.*245. & alibi, ac Sacr. Rit.Congregatio in relatione Sancti Hiacynthi, & præcipuè in proceſſibus de partibus, in quibus conſuetudo obſeruatur.

An Corpus eorum, qui cum opinione, & fama Sanctitatis decedunt, ſepeliri poſſint ſub Altare, aut eius Scabello ſuppedaneo, ſiuè pedali, vulgò Predella? tom.4.Conſul.32.

NEgatiuè Conſtat ex Conc. Vaſenſi relato *in Can. præcipiendum* 13. *quæſt.*2. ibi *Intra Eccleſiam verò, & propè Altare, vbi Corpus, & Sanguis Domini conficitur, nullatenùs ſepeliantur.* Quod extat in Concil.Nannatenſi. *Can.*6. alias 11. Quoniam hic honor eſt ex illis, qui ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ tribui ſolet Sanctis, quibus iam Eccleſia conceſſit venerationem. Decedentibus autem cum fama Sanctitatis, non ſolum non concedit venerationem, ſed etiam prohibet omnia illa, quæ ſunt ſigna venerationis, vt pat. ex Decretis Vrban.VIII, *de Beatificatione, & Canonizatione Seruorum Dei*. Quod ſi aliqui ante dicta decreta reperiantur tumulari ſub Altare, vel eius peduli, ſunt extrahendi; Quia decreta prohibent continuari ſigna exteriora venerationis; Vndè in alio loco debent collocari.

1. *An ſententia ſuper non cultu, ac omnimoda obſeruatione decretorum Vrbani VIII. de Canonizatione Sanctorum, prolata per Rectorem, ſiuè Curatum Eccleſiæ Cathedralis, ſiuè Collegiatæ, vel Parochialis, deputatum à Vicario Generali, tanquam ab Ordinario, ſit confirmanda? Et*
2. *An à dicto Curato committi poſſit viſitatio, & inſpectio Sepulchri Notario Cauſæ, licet laico?* tom.4.Conſul.37.

AD 1. Affirmatiuè: Quia prædicta Decreta generalitèr loquentia de Ordinario, generalitèr intelligenda ſunt *l.*1. *§. quod autem ff. de aleat*; Vicarius autem Epiſcopi in ijs, quę de iure communi illi competunt ex generali Officio Vicariatus, non ſolum dicitur Iudex Ordinarius, vt docent Doctores, inter quos Sbroz. *de Vicar. Epiſcop.lib.*1.*quæſt.*67.*num.*2. cenſeturque vna, & eadem perſona cum Epiſcopo, & facit idem auditorium, & conſiſtorium cum illo, atque habet iuriſdictionem ordinariam, nec non eandem, quam habet Epiſcopus &c. & cognoſcit omnes cauſas, ſicut Epiſcopus: quia eſt conſtitutus ad omnia, quæ ſunt iuriſdictionis voluntariæ, & contentioſæ, *cap.*2. vbi Gloſ. *in verſ. Officialem de offic. Vic. in* 6. Quarè potuit etiam delegare dictum Rectorem Curatum prò conſtructione præfati proceſſus cum receptiſſima concluſio ſit, quod ille, qui habet ordinariam iuriſdictionem, Iudicem dare poteſt *l. more* 5. vbi Doctores *de iuriſd. omn. iudic.* Et in hac ſpecie tenet Gloſ. Innoc. Archidiac. & alij *in cap.*1.*verſ. Ipſius de offic. Vic. in* 6.

Ad 2. Etiam affirmatiuè: Nullibi enim, nequè ex forma præfatarum literarum circularium, nequè ex præſcripto ipſius decreti Vrban.VIII. cauetur eſſe neceſſariam talem viſitationem, ſed ſolum requiritur, quod ex legitimis probationibus conſtet, omninò paritum fuiſſe prædictis decretis ſuper non cultu adhibito alicui Seruo Dei. Nec dictus Notarius dicendus eſt Laicus, ſed potius Eccleſiaſticus, ſi ſit Notarius publicus Audientiæ Epiſcopalis, ac Curſor deputatus in Cauſa alterius Serui Dei; Et in omnem caſum, nil vrgeret, etiam ſi eſſet laicus, cum in Cauſis Canonizationum paſſim laicos admitti teneat Cantelor. *de Canoniz. cap.*25.*num.*35. *& ſeqq.* ea potiſſimum ratione, quia Notarius nudum miniſterium præſtare dicitur, quale in laicis non eſt prohibitum, cum non ſit metienda facultas ab eo, qui creauit Notarium, ſed ab eo, qui approbando eius fidem, tale negocium ei delegauit, ſicuti reſolutum fuit in relatione Sancti Raymundi *par.*1. *ar.*2. *ad fin.* conſtatque ſatis de eius admiſſione per atteſtationem propriam, vt tenuit Rot. coram Verallo *dec.*245 *par.*2. *in impreſſ. & dec.*27. *num.*1. *ac* 145. *num.*3. *par.*3. *recen.* & alibi.

1. *An teſtium depoſitio in materia Canonizationis Sanctorum excipi poſſit, non citato Promotore fiſcali Menſæ Epiſcopalis?*
2. *Et quid de eorum repetitione facta cum interrogatorijs, præſente Promotore Fiſcali, ſi abſolutis interrogatorijs, eis ſolummodò lecta fuerit prima eorum depoſitio, quam ſinguli generalitèr approbarunt?* tom.4.Conſul.38.

AD 1. Reſpondetur, hęc non obſtare, ſi Teſtes fuerint à Iudice Ordinario, præuia illorum inductione, examinati, præmiſſo iuramento, nihil refragante, quod nullus prò Curia compareat citatus, cum dentur etiam citationes extraiudiciales, notificandi gratia illa, quæ deſuper fieri contingerit, Vbert. *de citat. par.*1. *cap.*7. *num* 1.

Ad 2. Nec refragatur, quod nulla vis fieri poſſit ſuper illorum repetitione coram prefato Iudice ſub pretextu, quod in fine examinis, dictis Teſtibus lectum fuerit primum eorum examen: Quia id non habet locum, quando ijdem Teſtes fuerint denuò examinati formiter ſuper interrogatorijs à Promotore Fiſcali ſemper citato, adhibitis, ac finito illorum examine

lux-

Digitized by Google

iuxtà quodlibet Interrogatorium, reſponderunt cum cauſa, & rationibus ſcientiæ, aliiſq; circumſtantijs. Ex quibus liquet de paritione præfatis decretis de non cultu, debita, ex abundanti verò ipſis lecta poſteà prima depoſitione, illam confirmarunt, & ratificarunt. Poteſt enim Teſtis ſe referre ad primum examen, etiam ſi fuerit nullum, vt tenuit Diaz. *reg.* 749. *in* 2. *limit.* relatus à Monticell. *in rub. fol.* 154. *col.* 1. & alij.

An petitio Remiſſoria ſuper inquiſitione generali ſit concedenda, antequam decetur de continuatione, ac percrebreſcentia famæ Miraculorum? Vide de Canoniz. hoc eodem tom. 4. Conſul. 39. & tom. 1. Conſul. 237.

1. *An in Cauſis Canonizationis Sanctorum ritè excipiatur iuramentum Monialium, quæ non iurant in manibus Iudicum, nequè ab ipſis videri poſſunt?*
2. *Et an Moniales, aliique Regulares ſint Teſtes Idonei in Cauſis Canonizationis ſuorum Regularium.*
3. *Et quid ſi examinentur ſine licentia earum, vel eorum Superiorum?* tom. 4. Conſul. 40.

AD 1. Affirmatiuè: Quia non aduerſatur formulæ Remiſſoriæ, cum dictio *coram* non minus referri debeat ad præſentiam intellectualem, quam ad corporalem, vt in *l. diem proferre §. coram ff. de recep. arbitr.* & poſt alios probat Barboſ. *dict.* 71, *num.* 2. Et in ſpeciè, quod validè Moniales examinentur, etiam ſi per Iudicem videri non poſſint probat Cantilor. de Canonizat. *cap.* 18. *num.* 9.

Ad 2. Reſponſum eſt ſatis tom. 1. Conſul. 194.

Ad 3. reſponſum eſt in eodem tom. 1. Conſul. 193. hoc eodem tract.

An examen Eminentiſſimorum Cardinalium, & Epiſcoporum in Cauſis Canonizationum Sanctorum legitimè recipi poſſit in eorum Palatijs? tom. 4. Conſul. 41.

AFfirmatiuè: Quia licet eſſe videatur contra formulam decretorum *pag.* 41. Verum hæc ſententia facilè euellitur, ponderando formam, ſub qua examinari debeant Cardinales, & Epiſcopi recenſitam in *§. nulli verò auth. de Sanctiſs. Epiſcop. ibi: Sed Iudex mittat ad eos quoſdam ex perſonis miniſtrantium ſibi, vt propoſitis Sanctis Euangelijs, ſecundum quod decet Sacerdotes, dicant, quæ nouerint.* Vndè ſumpta eſt *Auth. ſed Iudex C. de Epiſc. & Cler.* vbi Gloſ. *verſ. Miniſtris* notat eſſe ſpeciale, quod eatur ad domum Teſtis, iuxtà diſpoſitionem *l. ad perſonas egregias* 15. *ff. de iur.* vbi Gloſ. *v. domum* aſſerit, eis non deferri iuramentum, ſed quod per ſe debent iurare.

In praxi quoque ſeruatur, quod Cardinales ſolummodò ponant manus ad pectus, teſte Caſtrenſe *in d. Auth. ſed Iudex num.* 2. *cum ſeq.* vt ibi, cum ſatis ſuperque ſit, quod tacto pectore iurantes deponant. ſicut de vſu teſtatur Farinac. *de teſtib. quæſt.* 74. *num.* 82. *in fin.*

An, & quatenus in materia Canonizationis Sanctorum hiſtoricis, atque chirographis, aliiſque ſcriptoribus adhibenda ſit fides? tom. 4. Conſul. 42.

AFfirmatiuè, inhærendo ſententię, quæ aſſerit in rebus antiquiſſimis viuentium memoriam excedentium fidem adhibendam Chirographis, atque hiſtoricis, quibus antiquitus fides communitèr adhibita fuit à maioribus, ideòque illis credendum, tàm in iudicio ad plenum probationis gradum, cauſarumque deciſionem conſtituendum, quàm extra, quemadmodum per Summos Pontifices Leonem III. in Canonizatione S. Suilberti, Ioannem XV. in Canonizatione S. Vdalrici, & Alexandrum III. in Canonizatione S. Eduardi Angliæ Regis, obſeruatum fuit, cum ex ſola lectione vitarum eos in Sanctorum numerum retulerint, ac de ijs teſtatur Panuin. in relatione S. Bonauenturæ *par.* 3. *ar.* 8. Rota in relationibus S. Raymundi *par.* 2. *§.* 3. S. Hiacynthi, S. Franciſcæ Romanæ, S. Andreæ Curſini. Quod abſque dubio procedit, quando dicta hiſtoricorum adminiculantur, non ſolum ex conſtantiſſima majorum totiuſque antiquitatis traditione, ſed etiam ex depoſitionibus plurium conteſtium idem firmantium Rot. *dec.* 93. *num.* 16. & 350. *num.* 28. *par.* 5. *recen.* & alias paſſim, ac in terminis Canonizationum in relationibus Sanctorum Raymundi, Hiacynthi, Leopoldi ab Auſtria, Andreæ Curſini, Franciſcæ Romanæ, Ignatij Loyolæ, Franciſci Xauerij, Iſidori, Philippi Nerij, & Eliſabethæ, ac alijs pluribus. Vide etiam tom. 10. Conſul. 178.

1. *An aſitia, hoc eſt inedia ab omni cibò, & potu ſpatio plurium dierum, menſium, & annorum, verè dici poſſit ſupernaturalis, & miraculoſa?*
2. *Et quid de abſtinentia à ſolo potu?* tom. 4. Conſul. 43. Item vide tom. 7. Conſul. 91.

AD 1. Reſpondetur, quod conſtito de facti veritate, dubitari nequeat de qualitate illius ſupernaturali, cum ex ſententia Ariſt. & aliorum liqueat, hominem continuo idigere alimento, ideòque nutritionem in viuente nunquam ceſſare, neque hominem ſecundum naturam à nutritione vacare poſſit, vita ſalua, adeò vt lætalis ſit inedia, quę ſeptimum diem exceſſerit ex ſententia Hippocratis, Macrobij, Torreblancæ, Sennerti, & Zacchiæ, quibus addo Marcum Marionem *de hebdom. ſeù imagin. ac virtut. ſepten.* & Aulum Gel. *noct. attic. lib.* 3. *capit.* 10. *propè fin.* Plinij ad vndecimum diem porrecta fuerit.

Ad 2. Eodem modo affirmando, reſpondetur, ſi-

mi i-

milibus rationibus, ac multis exemplis, vt ibi, teſte S.Hieronymo *ad Marcel.ep.14.* Euangr.*lib.4.cap.*Item de hac re vide tom.7.Conſul. 91.à num.44.& ſeqq.hoc eodem tract.

A quo tempore ſumi debeat initium litis in cauſis Canonizationis Sanctorum? tom.4. Conſult.44.

A Tempore commiſſionis datæ à Summo Pontifice, citato Reuerendiſſimo Fidei Promotore, cum clauſula appoſita in corpore eiuſdem commiſſionis: *Citra tamen aliquam approbationem hactenus geſtorum, & quamuis auctoritate, ſeu facultate peractarum &c.* Iuxtà modum in decretis S. Inquiſitionis |præſcriptum. Idque, non attento, quod prius facti fuiſſent proceſſus, quia omnes fuerunt extraiudiciales, & ad ſolam notionem, prout ante dicta decreta mos erat; ideóque nulla dici poterit antea introducta, ſeu conteſtata lis, vt præciſè tradit Bellar. *in cap. venerabili num.2. de teſtib. & deciſ.671.*

An Summus Pont. nuncupando Beatum ſcriptura ſua priuata quempiam Dei Seruum, cenſeatur ei titulum Beati concedere? tom.4. Conſult.45.

NEgatiuè; tum quia ſcripturæ priuatæ nulla fides haberi poteſt,iuxtà regulam à pluribus firmatam à Genua *de ſcrip. priu. lib.9.q.4. num.1.* Tum quia nuda, ac ſimplex vox Beati familiariter dicta, non eſt trahenda ad titulum beatitatis, quem Sedes Apoſtolica non, niſi præuio legitimo proceſſu, in quo iuridicè probatæ ſint virtutes in gradu heroico, ac certa miracula, & matura illorum diſcuſſione, concedit, |Scacch. *de not. & ſign. Sanct. ſect.1. cap.8.*

An poſſint recitari Orationes, Reſponſoria, & Antiphonæ ad Laudes, & Veſperas alicui Seruo Dei non Canonizato, neque Beatificato? tom.4. Conſult.46.

A Ffirmatiuè, ſi huiuſmodi cultus eſt priuatus deuotorum, & orationes, ac inuocationes ſunt priuatæ Seruorum Dei, quos credunt frui gloria æterna, & non recitantur publicè, neque à perſonis publicis ſolemniter: quia non prohibentur per decreta Vrbani, neque per Conc. Lateran. vt omnes Canoniſtæ, & Theologi concludunt; vndè licet ſint inſtitutæ ab Eccleſia ad cultum; nihilominus, quando dicuntur priuatim, & à ſingulari homine, ſiue ſigillatim, non excederent cultum priuatum, qui non prohibetur, vt probatum eſt *tom.1. Conſult.501.*

An liceat pingere imaginem non Canonizati cum reuelationibus, ſiuè cum claritate, vel lumine veniente deſuper? tom.4. Conſult.47.

Satis reſponſum eſt *to.1.Conſult.236.*quo adi.

Vtrum in ſepulchris Seruorum Dei apponi poſſit aliquod ſignum inſolitum, ad dignoſcendum, quod ibi ſint ſepulti? tom.4. Conſult.48.

A Ffirmatiuè ex pluribus rationibus ſæpè ſuperius allatis, & præcipuè, quod ex hiſce ſignis inſolitis nihil poteſt inferri ad condemnandum de tranſgreſſione decretorum Poſtulatores: quoniam ad condemnandum non ſufficiunt publica, & veriſimilia, ſed probanda eſt formalis tranſgreſſio, & quidem concludentiſſimè, quia ad probandum delictum, qualis eſt contumacia in literis Apoſtolicis, requiruntur probationes Sole clariores.

Inſuper demus, quod aliquis deuotus inſpiceret priuatim eius ſepulchrum, quod nam malum eſt, dum cultus priuatus, vt ſæpè diximus, non eſt prohibitus? Idem dici poteſt de retinente apud ſe reliquiam alicuius Serui Dei, quam ad infirmos afferat &c.

Item ſimilia ſigna, cum ponantur etiam ſepulchris eorum, qui non deceſſerunt cum fama ſanctitatis, eò magis poſſunt apponi Seruis Dei; nam exindè nullus cultus publicus deſumi poteſt.

Et demum, ſi tolleretur omnis cultus priuatus, actum eſſet de Canonizatione Sanctorum, cum probetur præcipuè ex fama ſanctitatis, & miraculorum indè deuenientium. Ergò huiuſmodi ſigna apponi poſſunt. Item de hac re vide tom.8. Conſult.114.

An libri omnes à Seruis Dei compoſiti, & producti coram Iudice Remiſſoriali, debeant reaptè produci in actis Sac. Congr. antequam ipſi Serui Dei Canonizentur? tom.4. Conſult.49.

A Ffirmatiuè, debentque vna cum proceſſu ad eam mitti: nam licet Promotor fidei admittat illos verbaliter tantum ad fidem Iudici faciendam productos fuiſſe, non facta dimiſſione in actis, neque illorum tenore regiſtrato per Notarium, in quo caſu ſola productio dicitur eſſe de actis, non autem ipſe tenor, iuxtà theoricam Innocen. *in cap. cum in iure 31. n.6. de offic. deleg.* Rota coram Pegna *deciſ.968. num.6. & in Terdonen. iuriſpatronatus 22. Iun. 1646.ſub §. demum.* Nihilominus ipſe Promotor tenetur prò munere ſuo curare, quod reipſa producantur in Sacra Congregatione, vt eorum dicta poſſint diligenter expendi, teſte Matanta *d. par.6. ar.10. num.3.*

An

An lympha, vel lactis fluxus ex ſecta ceruice alicuius Martyris ſit naturalis? tom.4. Conſult.50.

RESp. exemplo obtruncationis capitis D. Pauli, & Sanctorum Nerei, & Achillei, huiuſmodi fluxus eſſe miraculoſos, & cum non deſint aſſerentes eſſe naturalia, nos miracula naturalibus euentibus indiſtinctè à ſanè fidei, & orthodoxæ veritatis profeſſoribus, præter impudentiæ, & magni criminis notam minimè confundenda eſſe pronunciamus. Subijciam nobile epigramma S. Catherinæ martyri dictum, quæ ſecto capite lac manat prò ſanguine,

Inclyta crudelis detruncat colla ſatelles
Mirum prò roſeo ſanguine lacte fluit.
Fortè cruor ninea præcinctus cyclade, gaudet,
Prò Domino ſundi promeruiſſe ſuo?
Fortè dies fulſit cum non felicior vlla,
Candidulis ſignat candida gemma notis?
An qua docta phalanx genita eſt, Catharina, deſerto
Ore tuo, par eſt, creſcere lacte tuo?
Lacteolis fundis, non lilia mixta liguſtris?
Vt redigent meritas florea ſerta comas?
Ah video. Aſtra petis, diſſectis lactea venis
Sit ceruix, niueo vt tramite ſigues iter.

[Quibus ipſe Compendiator operis addo epigramma eò nobilius, quo, vt dicitur, à quadam Martha Virgine Neapolitana compoſitum in honorem martyrij D. Pauli Apoſtoli, vt ſequitur:

Aurea dum ſæuus præcidit guttura lictor,
Mortua vox Ieſum ter geminata ſonat.
Extincto manant viui de corpore ſontes,
Lucrum cui mors, cui viuere Chriſtus eſt;
Dum Chriſto fudis lactis prò ſanguine riuos,
Ad ſuperos Paulo lactea facta via eſt.]

An habitus nigri coloris, quo ab antiquo tempore conſueuit pingi B. Virgo aliquibus in locis, prohibeatur per Conſtitutionem Vrb. VIII. Anno 1642. emanatam ſuper reformatione imaginum? tom.4. Conſult.51.

COnſtantiſſimè retinendus eſt color cæruleus, quo Catholica Eccleſia hactenus expreſſit pallam Beatiſſimæ Virginis, quamuis pictæ ad repræſentandum dolorem paſſum in morte Filij, nec prò illius neu mutandus in atrum, quo vtimur in funere mortalium, iuxtà emblema Alciati 117. cum minimè fingendum ſit, eam veſte lugubri voluiſſe pròſequi funus Filij, quem certò ſciebat eſſe Verbum Dei, ac voluntariè perijſſe prò redemptione generis humani, & poſt triduum cum Maieſtate à mortuis reſurrecturum. Qua ratione Io: Echius relatus à Molano *de pict. & imag. ſacr. cap.67.* negat, illam è vita migrantem pingendam eſſe habitu, & facie ægrotantis.

1. *An in proceſſibus conſtituendis prò Canonizatione Seruorum Dei citari debeat ad ſingulos actus Promotor fidei, miniſterio Curſoris, ſiuè Nuncij?*
2. *An proceſſus erit iuſtus, & legitimus, ſi idem Promotor, ſiuè eius Subpromotor non interueniat, quando teſtes iurant per diem ante examen?* tom.4. Conſult.52.

AD 1. Cenſeo non deberi: quia ſufficit, ſi ad hoc monitus fuerit, cum monitio Iudicis ſit melior forma citationis, quæ per Sac. Canones, & Conſtitutiones Pontificias, ſeù ciuiles probata fuerit; Vant. *de nullitate, & defect. citat. num.* 17. 18. & 82. Vbi quod habet vim peremptorij, quia eſt libera multis fraudibus, & erroribus, quibus ſunt obnoxiæ aliæ citationes. Id ipſum Marant. *in pr. tit. de cit. par.6.* & approbauit Rota *in Ferrarien. attentatorum dec.198. num.18.* & alibi. Ac de hoc vide *tom.1. Conſult.*205. hoc eodem tract.

Ad 2. Fore iuſtum, ac legitimum exiſtimo. Nullius enim ponderis eſt præſentia Subpromotoris in actu iuramenti teſtium, quia notorium eſt in quibuſcumque cauſis, tam in Romana Curia, quam extra, neminem citatum interuenire in huiuſmodi actu præſtationis iuramenti, Cantelor. *de Canonizatione cap.25. num.40. & ſeq.*

Quanti faciendi ſint effectus beatitatis, ac venerationis indultæ à Sum. Pontifice alicui Beato? Vbi ſtrictim de differentia Canonizationis à Beatificatione, & miraculorum à gratijs? tom.4. Conſult.53.

MAgni profectò faciendi ſunt, cum efficaciſſimum argumentum ad Canonizationem obtiuendam præſtare dixerit Scacch. *de not. & ſign. Sanct. ſect.1. cap.8. à pag.95.* Vndè ex his dici poteſt, quod ſaltem obliquè ſubiudicentur virtutes, & miracula, licet prò comperto habeatur, Canonizationem eſſentialiter, & ſecundum propriam rationem intrinſecam diſtingui à beatificatione. Quia Summus Pontifex in Canonizatione procedit vt Iudex Eccleſiæ vniuerſalis, ideòque cultum alicui deberi in Eccleſia militante decernit per ſententiam definitiuam infallibiliter, reſpondendo de Cathedra, vt nequeat errare.

In beatificatione verò non definit, ſed ſolum procedit vti Princeps Eccleſiæ, indulgendo, quod tali Seruo Dei in Eccleſia particulari, ac certo loco cultus exhiberi poſſit, citra pœnas inflictas in eos, qui abſque licentia Sedis Apoſtolicæ illum alicui præſtant, ſicut in ſpecie inquit Scacch. *d. cap.8. lit. C.* Certumque proindè fit, quod in ſola Canonizatione iudicium dicitur vltimò terminatum, & abſolutum, in beatificatione autem non vltimum terminatum,

tum, idem Scacch. *ſect.11. cap.6. pag.873. lit.B.*

At verò hæc doctrina non eſt à Sede Apoſtolica, ideòque non videtur quomodò ſubſiſtat; beatificatio enim vniuocè conuenit cum Canonizatione, quamuis particularis, vt optimè dixit Pegna *l. c.* & alij. Ac etiam in ratione ſubſtantiæ: nam & Beatus poteſt inuocati, Aræ poſſunt Deo dicari in eius memoriam, & fieri omnes honores Sanctis fieri ſoliti, Bellarm. *tom.2. contr.4. lib.1. cap.7.*

Et quamuis Canonizato omnia competunt ex præcepto, Beato autem ex indulto, ex hoc tamen non arguitur differentia eſſentialis: quia tam indultum, quam præceptum reſpiciunt eundem cultum. Et licet beatificatio ſit particularis; Canonizatio autem vniuerſalis, id nihilominus vim reſpicit non cultum ſimpliciter, ſed maiorem, aut minorem, non facie differre eſſentialiter. Verum autem eſt, beatificationem non eſſe iudicium vltimum, eſt tamen iudicium certum, & infallibile; alioquin poſſemus in varios ſcrupolos incurrere.

Verum quia prò habenda certiori veritate virtutum, ſanctitatis vitæ, ac miraculorum iam beatificati, cuius Canonizatio poſtulatur literaliter exigunt noua decreta *pag.55.* vt præter elargita venerationis intuitu ſiat plena relatio eorum, quæ poſteà ſuperuenerunt, idcò ſolum reſtat videndum quæ nam legitimè conſtant de his, quæ ſuperuenerunt, præcipuè verò quoad miracula, cum multa ſint, quæ ſimplicem gratiarum indolem non excedant, quas certum eſt à veris miraculis differre, vt præ alijs docet Bocch. *de Canonizatione c.26. in fin. pag.46. & cap.27. pag.48.* & alij.

Et quamquam aliqui non deponant quid ſit miraculum, & in quo differat à gratia, ſufficit tamen, quod concludenter doceant de actibus, qui ſint miraculoſi, vt poſſint iudicari, Maluet. *de Can. Sanctorum* §. *aggredior num.71.*

An ad eſſentiam veri miraculi requiratur ſanatio perfecta ex omni parte ad punctum temporis, idest, quod dicunt in iſtanti? tom.4. Conſult.54.

Affirma cum Genuenſi *in pr. cap.59. num.1.* Zacchia *quæſt. Medicol. lib.4. tit.1. quæſt.3. num.10. & quæſt.8. num.9.* & alij: quia opera Dei ſunt perfecta, atque adeò miraculum ab ipſo promanans, vt à cauſa ſupernaturali perfectiſſima, in ſe debet eſſe opus perfectum, & abſolutum.

Quotieſcumque ergò reperimus factum, quod naturæ vires excedat, vel quoad factum, vel quoad modum, & hoc conſtat, eſſe factum non ex cauſa naturali, vt ſunt inſtantaneæ ſanationes in infirmitatibus, & vulneribus, quæ, licet à natura ſanari poſſent, multum tamen temporis requirerent, habemus conſequenter, tale factum ex cauſa ſupernaturali.

Quod autem ſit ex cauſa ſupernaturali ſupra vires totius naturæ creatæ, neceſſariò tribuendum eſt miraculo.

An, & quatenus viſionibus, ſiuè apparitionibus, præcipuè Sanctorum, ac ſomnijs, tam nocturnis, quam diurnis fides dari debeat ad effectum Canonizationis, ſiuè Beatificationis? tom.4. Conſult.55.

Affirmatiuè reſpondetur: Beatos quibus velint poſt mortem ſe oſtendere: Quid enim aliud eſt eſſe cum Chriſto; quam felicitate gaudere omnibus ſuis numeris, & partibus expleta? Cuius profectò in Beatis portio eſt, vt quibus velint ſe oſtendant, cum tota eorum voluntas à Diuina nunquam diſſideat.

Porrò ſomnia huiuſmodi nihil aliud ſunt, quam viſiones, ſiuè ſermones Dei, vel Sanctorum, qui dormientibus accidunt. De quo eſt illud D.Hieronymi ad ſignificandum excellentiam Danielis *ad cap.1. eius Prophetiæ*; Et ſi autem pleraq; ſomnia vana ſunt, iuxtà illud *Eccleſ.5. verſ.6. Vbi multa ſunt ſomnia plurimæ vanitates*, & *Eccleſ.34.v.1. Quaſi qui apprehendit vmbram, proſequitur ventum, ſic & qui attendit ad viſa mendacia*; eſſe tamen ſomnia, quæ aduertere, & curare oportet tum experientia, tum ratio, tum denique fides ipſa docet.

An morbus apoplecticus poſſit abſque miraculo poſt aliquod tempus reſolui? tom.4. Conſult.56.

Poteſt, vt referunt Schenekius *obſer. lib.1. tit. de apoplex. obſer.* 1. de quadam muliere annorum ferè 60. & alij.

Idque præſertim quando affecta gratia non fuit perfecta, & abſoluta ab omni parte, vt ſi non potuerit, qui iam hoc morbo laborabat primis diebus incedere ſine fulchris, & poſteà ſine baculo. Quæ imperfectio, ſicut ex alibi dictis non congruit eſſentiæ veri miraculi, ità concurrit ſanitati reſtitutæ in parte per cauſas naturales, etſi nobis occultas.

Imperfectio verò ſanitatis nullius eſt momenti, quando æger poſset etiam fulchris incedere, & cum eſſet prorſus inhabilis ad motum, ſurgeret, & cum fulchris ambularet. Vt hinc etiam pateat non imaginationi, alias quippè ad breue tempus tantummodò morbus ceſſauiſset, Zacch. *lib.4. quæſt. Medicoleg. 8. num.9. & 10.* adſcribendam eſse curationem, ſed Deo, vel Dei Seruis inuocatis, vt alias SS.Coſmæ, & Damiano attributam legimus ſanitatem vxoris Conſtantini Laodicenſis, quam illi promiſerunt duo viri, qui in ſomnis ſeſe illi obtulerant in figura, qua Coſmas, & Damianus depingi conſueuerant, in *actis 7. Synodi act.4.*

An

An ſubmerſis per horam, & amplius in aquis, inuocato auxilio Seruorum Dei, ſi reuixerint, attribuendum ſit miraculo? tom.4. Conſult.57.

AFfirmatiuè. Accedentibus maximè peritis, qui iudicium certum ſuffocationis faciunt, tanqnam de rebus, in quibus quamplurimum ſunt verſati; vndè illis magis credendum eſt. Rot.*in Calaguritana præſtimonij 26. Maij* 1649. *coram Otthobono*, præcipuè ſi reddant rationem peritiæ, vt ſtabiliuit Rota in relatione S.Tho: de Villanoua *tit. reſuſcitatio duorum mortuorum*, in relatione Sororis Catharinæ de Riccis *mirac.*3.paſſimque alibi.

An eleuatio tumoris in facie alicuius Sacri Signi, ſiuè Statuæ ligneæ cuiuſpiam Serui Dei, vel Beati, ſit prodigioſa? Vbi de prodigijs, ac ſimulacris aliqua. tom.4.Conſult.58.

NEgatiuè. Ex multis rationibus, & præcipuè ex deductis, & perpenſis à Gulielm. Paris *p.fin.de vniu.cap.*22. Remig.*lib.*1. *de Demoniac. cap.*11. & alijs, & à nobis alibi, omnia corruunt ſuper huiuſmodi tumoribus, tam ex ſenſu viſus, quam tactus, vtrique enim poteſt ineſſe fallacia, vel ſi foret talis veritas admittatur, ea poteſt contingere, non quidem contra ordinem totius naturæ creatæ, ſed ſolum aduerſus conſuetum, & ordinarium, non excedentem tamen modum inuſitatum, iuxtà prædicta, vt minimè ſit adſcribenda miraculo.

Illud namque accuratè, & non ignauiter tantum inſpiciendum eſt: ex qua materia hæ ſacræ ſtatuæ conſiſtent; Cedri namque materies, vt docet Theophr.*lib.*5.*de plant.cap.*10. Ex verſione Theodoſi Lazz.nata eſt humorem emittere, & in plenus omnes, quibus oleoſus eſt humor; Quamobrem Deorum ſtatuæ viſæ ſunt aliquandò ſudaſſe, ex his enim eas condere conſueuere. Et ſic de alijs diſſeras.

An illæſio pueri, ſuper quem pertranſiuit rota curtus onuſti ſine aliqua illius fractura, apparente ſolo ſigno liuoris in corpore, ob inuocationem alicuius Serui Dei, ſit miraculo adſcribenda? tom.4. Conſult.49.

AFfirmatiuè. Dum inſpecto graui pondere currus onuſti, & ſimul conſiderata mollicie membrorum eatione teneræ ætatis, quæ nullo pacto eſſitit, non poterit naturaliter non conteri, & certus interitus ſubſequi, dum eſt pondere omni corpore humano potentiore preſſus, vt de Polidamante prodidit Valer. Max. *lib.*9. *cap.*12. Cedit quippè natura miraculo, & vitens ſupra naturam operatur. Caſtellan.*de Canoniz.q.*6.§.*quæro*,& alij apud Cantilor.*eodem tract.cap.*11.*num.*3.paſſimque Rot. in ſuis relationibus. Ita quoque miraculum à B.Virgine Hallenſi patratum extollit Lypſius in eius hiſtoria *cap.*28.

Præcipuè ſi puer remaneat exanimis, cum oculis clauſis, cum ſpuma ex ore prodeunte, cum facie nigricante, & cum alijs ſignis certam mortem demonſtrantibus, itàut non poſſint referri ad ſimplicem timorem, & animi deliquium, vt ex Hippocrate, Galeno, Auicenna, & alijs probat Zacch.*quæſt.Medicoleg.lib.*4.*tit.*1. *quæſt.vlt.num.*54.

An reſurrectio mortuorum ſine miraculo fieri poſſit? Vbi an, & quomodò à dæmone? tom.4. Conſult.60.& tom.10. Conſult.166.

REſurrectionem ſine miraculo fieri non poſſe pronunciamus, opinionemque contrariam eſſe damnatam, & reiectam non ſolum à Philoſophis, ſed etiam à Poetis, inter quos *Iliad.lib.*9. Fit enim de facto ſolum Diuina virtute, ac ſupra naturam poſſibilis, vt docent omnes Theologi *in* 4.*d.*45.Idem aſſerit D.Tho. *quodlib.*4.*art.*5. & *lib.*4.*contra Gentil cap.*81.

Probatur *ex pſal.*87.*Nunquid mortuis facies mirabilia, aut Medici ſuſcitabunt &c.*Et Iſai.26. *Mortui vitam non videbunt, neque Medici ſuſcitabunt*, & alibi.

Quo ad reſurrectiones à dæmone, non ſunt reſurrectiones, ſed apparentiæ dæmonum, aliterue hominibus imponentium ludibria, & de vadente, & redeunte Hermotimi anima iocatus eſt Tertull.44 *de anima*.

An, & quo pacto mors diſtinguatur à vita? Vbi de modis dignoſcendi vera miracula reſurrectionis mortuorum? tom.4. Conſult.61.& tom.10. Conſult. 166.

VIta diſtinguitur à morte, ratione motus, & reſpirationis, ſine qua homo viuere non poteſt, imò ipſa mors nihil aliud eſt, quam reſpirationis priuatio, Auerr. *collig. cap.* 39. Neque poteſt eſſe vita ſine motu, adeò vt à reſpiratione ad vitam rectè arguatur, cum reſpiratio non ſit ſine vita, Galen. 6. *de loc.affect. cap.*5. & alij ob connertibilitatem terminorum ſpirationis, & vitæ, quia ſpirantem non viuere, aut viuentem non ſpirare impoſſibile eſt. Hiec.Fabr.*lib.de reſpir.cap.*1.& alij.

Ex quibus elicitur in examine miraculi reſurrectionis à mortuis diligentiſſimè prius indagandum eſſe, an is, qui dicitur reſurrexiſſe, verè mortuus fuerit, & in hoc quatuor diſcutienda refert Zacch.*d.lib.*4.*cap.*1. *q.vlt.num.*27. & *ſeqq.* Primum, quod ſtatuatur ex quibus morbis homines ità afficiantur, vt patenter iudicari poſſint prò mortuis, quamuis adhuc in humanis exiſtant, & morbo diſcuſſo, ſuſcitari à morte. Secundum an homo poſſit abſque vlo ſenſu, & motu per aliquod tempus viuere,

adeò vt minimè queat diſcerni à vero motiuo. Tertium quantus in eo morborum ſtatu poſſit eſſe terminus vitæ, nimirum quot diebus homo motu, ac ſenſu orbatus præſumatur poſſe viuere. Quartum quibus potioribus ſignis detenti aliquo ex dictis morbis valeant diſtingui ab ijs, qui verè mortui ſunt.

Quanti facienda ſit deſcriptio in Martyrologio Romano ad effectum Canonizationis? tom.4. Conſult.61.

NON eſt tanti facienda, vt nequeat infirmari, Scacch. *de not. & ſign. ſanct. ſect.* 11. *cap.* 4. *ſub lit. A. & B.* inquiens, quod licet aliquod argumentum ad effectum Canonizationis ſumi poſſet ex Martyrologio Romano emendato ſub Greg. XIII. ac iuſſu Vrb. VIII. recognito; non tamen eſt adeò efficax, quin poſſit aliqua ex cauſa infirmari; Vndè infert tunc ſolum graue cenſeri, cum adſint reliqua adminicula actis illius Serui Dei, quæ ſint iuridicè probata. Inſuper additur, quia in lectione Martyrologij acta Seruorum Dei fidelibus proponuntur ab Eccleſia imitanda tanquam probata, præſertim quando illa acta ſunt iuridicè probata.

Quantæ ſint efficaciæ lectiones alicuius Beati approbatæ à Summo Pontifice ad effectum Canonizationis? tom.4. Conſult.62.

SCacch. *de not. & ſign. Sanct. ſect.* 11. *cap.* 1. *ſub lit. B.* dicit non eſſe eius efficaciæ, quod prò proſecutione Canonizationis illis ſtari debeat. Aliud, inquit, eſt concedere, vt legantur, & ad huiuſmodi effectum illas approbare, aliud verò ſimpliciter approbare, quæ leguntur.

At id falſum eſſe cenſeo, ſaltem quoad approbationem tacitam, quæ æquiparatur expreſsæ in hac materia, ſufficitque in hoc caſu, actis illius Beati examinatis, atque diſcuſſis, prælibatam fuiſſe fidem per Sedem Apoſtolicam, approbando huiuſmodi lectiones, ità vt mereantur fidem in ordine ad Canonizationem.

An, & quatenus aliqui deſcribi poſſint in Martyrologio Romano, vti iam excepti ab Eccleſia Romana prò Sanctis canonizatis? tom.4. Conſult.63.

REſp. Poſſe referri in Martyrologium illos, qui ab immemorabili vti Sancti ſolemniter canonizati fuerint habiti, ac vt talibus per vniuerſam Eccleſiam ille cultus fuerit exhibitus, qui Sanctis ſolemniter canonizatis ſolet exhiberi, non ſolum per nuncupationem Sanctorum, ſed etiam per erectionem Eccleſiarum, & Altarium cum eorum Imaginibus, diademate inſignitis, ac per venerationem hominum, & cuiuſuis alterius ſoliti cultus, Bellarm. *de Sanct. beat. lib.* 1. *cap.* 7. & annotauerat ante à Panorm. *in relatione Sancti Bonauenturæ paulò poſt init.* & alij. Præcipuè ſi ob temporum iniuriam literæ decretales eorum Canonizationum amiſſæ fuerint, quod multis accedit.

An, & quatenus apparitiones Chriſti, B. Virg. Angelorum, & huiuſmodi viris Sanctis factæ deſcribi poſſint in Martyrologio Romano? tom.4. Conſult.64.

AFfirmatiuè, hiſce tamen cum conditionibus. Primò ſi ſint certæ, de quibus vide cautiones apud Card. Bona *de diſcret. ſpirit. cap.* 15. 19. *& ſeq.* & apud nos tom. 1. Secundo ſi ſint ordinatæ ad honorem publicum Eccleſiæ. Tertiò ſi conducant ad manifeſtanda merita, & honorem apparentium. Quartò ſi excitent populos ad deuotionem.

De probatione miraculorum deſumpta ex publica voce, & fama. tom.4. Conſult.65.

PRimò agi debet de rebus antiquiſſimis memoriam hominum excedentibus, in quibus concluſio illa, quod fama plenè probet, nullam habet difficultatem, præcipuè quandò cum ea concurrunt adminicula ex publicis tabulis, ex codicibus, ex vitis manuſcriptis, ex teſtimonijs Sanctorum, ex literis Pontificum, ex plurimorum hiſtoricorum aſſiduo conſenſu. Doctores *in cap. Veniens* 1. *ſpeciatim* Abb. *num.* 8. & Felin. *num.* 16. *de teſtib.*

Secundo, quando agitur de facto antiquo vltra centum annos, illa prò ſufficienti habetur, Butr. & alij communiter *in d. cap. veniens.*

Tertiò, quod publica vox, & fama vniuſcuiuſque miraculi, de qua deponunt teſtes, non habet originem à tabulis publicis, ſed ex traditione maiorum, à quibus audiuerunt, prout ipſi deponere debent in cauſa ſcientiæ, licet in narratiua depoſitionis ad ſigillatim dicendum miraculum, cogantur illud exprimere cum relatione ad ipſas tabulas.

Quod ſi dubiteur vndè nam originem habeat hæc maiorum traditio, facilè reſponderi poteſt, eam potuiſſe habere originem ab ijs, qui miraculis interfuerunt, vel legerint vetuſtiſſimos Codices miraculorum, vel ex alijs documentis, de quibus Gloſ. *in cap.* 1. *de præſcript. in 6.*

De adminiculis antiquarum tabularum: An ſcilicet illa, & quatenus fidem indubiam miraculorum faciant? tom.4. Conſult.66.

EX octo adminiculis antiquarum tabularum poteſt probari prò Canonizatione.

Ad quæſitum vero dicitur, quod ſumpta prò indubitata ſcriptura fide, proueniat ex illa indubitata probatio eorum, quæ de vnoquoque miraculo in ea recenſentur, non ſolum quoad factum

factum miraculorum, ſed etiam quoad ſubſtantiam comprobationis eiuſdem facti, quæ tunc temporis per iuratas teſtium depoſitiones facta fuit. Et quamuis in illa non exprimatur qua auctoritate informationes in ea narratæ ſuſceptæ fuerint, neque enunciatæ ſolemnitates, quas oportebat adhiberi in examine teſtium, attamen, cum prædicta fieri non potuerint inſciente Ordinario, in cuius Ciuitate, vel Diœceſi omnia gerebantur, concurrente præſertim temporis antiquitate, præſumendum eſt, quod ii, qui illas ſuſceperint, proceſſerint cum ſufficienti facultate, ſibi ab eodem Ordinario tacitè, vel expreſsè conceſſa, *argum. l. 1. §. Magiſtrum*, vbi Caſtr. *de exercit. act.* Bald. poſt Butrium, & alios *in l. 2. C. de ſent.* & Doctores paſſim.

Quæ, quotue ſint ponderanda prò exacta diſcuſſione vniuſcuiuſque miraculi ad effectum Canonizationis? Vbi quænam propriè dicantur miracula, & quot eorum gradus &c. tom. 4. Conſult. 67. & tom. 10. Conſult. 166.

TRia. Primum veritas facti 2. Qualitas miraculi 3. Intercesſio Canonizandi, Gloſ. & Doctores *in cap. 1. de reliq. & ven. Sanct.*

Illa verò miracula propriè dicuntur, quæ mirari mens noſtra ſapienter ſolet, effecta intuens rara, & ſupra vim, ac poteſtatem naturæ, vel artis, cum ignara tamen non ſit effectricium cauſarum.

Tres ſunt gradus miraculorum. Primus gradus, & ſupremus miraculi eſt, quando facultas naturę quoad rem ipſam exceditur, vt cum Sol auſtetit in Cœlo, aut retroceſſit &c.

Secundus gradus, quando exceditur naturæ facultas, non re quidem illa, quæ fit, ſed re potius illa, in qua fit, vt reſtitutio vitæ mortuo, viſus cœco, vtrumque miraculum eſt. Poteſt quidem natura tribuere vitam, ſed non tamen in homine mortuo, poteſt infundere lucem, ſed non in oculo cœco. Atque hæc in miraculis eſt ſecunda dignitas, tam in veteri, quam in nouo teſtamento in vitis Sanctorum.

Tertius miraculi gradus, quando naturæ facultas exceditur, ſi ſpecies dumtaxat ordinem, & modum rei, quæ fit. Ità Eliæ, vel Samuelis precibus ſubitò aer denſatur, & manant imbres. Id præſtare naturales cauſæ, ſed ſpatio temporis, potuiſſent, & ſimilia.

1 *An, & quatenus Ordinarius in cauſis Canonizationum Sanctorum poſtquam Sedes Apoſtolica manum appoſuerit, poſſit amplius ſe ingerere.*

2 *Et quando dicatur, Sedem Apoſtolicam manum appoſuiſſe?* tom. 4. Conſult. 68.

AD 1. Negatiuè. Conſtat ex decretis ſub die 12. Martij 1641. Ex quibus liquet, poſtquam Sedes Apoſtolica manum appoſuit, proceſſus quicumque peculiaris ſola authoritate ordinaria confectus, etiam ſuper non cultu erit irritus, cum tantum confici debeat à delegato per ipſam Sacram Congregationem. Porrò manus appoſitio nihil aliud eſt, quam ſe intromittere in diſpoſitionem rei, Enea de Falconibus *de reſeruat. præl. 3. num. 4. tract. tom. 15. par. 1. fol 249.*

Ad 2. Dicendum eſt, quod nec præſentatio proceſſuum authoritate ordinaria, neque illorum diſcuſſio, ac præcognitio in Sac. Rit. Congr. ante commiſſionem ſignatam à Summo Pontifice valeat inducere appoſitionem manus Sedis Apoſtolicæ, ità vt Ordinarius ad irritum procedat, iuxtà diſpoſitionem nouiſſimorum decretorum §. *Poſtquam*.

An, & quatenus in cauſis Canonizationis Remiſſoria in ſpecie concedenda ſit? tom. 4. Conſult. 69.

PRimum conſtare debet, tam de validitate, quam de releuantia proceſſus ſuper inquiſitione in genere, quemadmodum eam, peracta tali inquiſitione in genere, concedendam eſſe docet Hoſtien. *in cap. 1. num. 2. de reliq. & ven. Sanct.* & decernunt decreta nouiſſima *pag. 50.*

Validitas autem pendet ex obſeruatione omnium quæ à Sacris Canonibus, & à dictis decretis præſcribuntur. Releuantia verò probatur, ſi iuxtà theoricam Hoſtienſis loc. alleg. proceſſus iſte contineat ſolum inquiſitionem de fama ſanctitatis, de deuotione populi, & de miraculis in genere tantum, non autem in ſpecie. Idipſum, quod ſcilicet præcipuum fundamentum huius proceſſus conſiſtat in probatione famæ ſanctitatis in genere, ſtatuitur in decretis *pag. 49. in fine*.

Secundò de hac fama ſanctitatis in genere, tam in vita, quam poſt mortem concludenter depônere debent omnes teſtes, recenſendo etiam virtutes hæroicas, in quibus Dei Seruus eluxit. Ex quibus nedum fama ſanctitatis, ſed ſanctitas ipſa dicitur probata, cum Sanctus dicatur ille, qui in ſingulis virtutibus excellit. Doctores *in d. cap. 1. ſub init. de reliq. & ven. Sanct.* & alij relati à Cantelor. *de Canonizatione c. 14. num. 4.*

Et licet iſta generalis probatio non ſufficiat ad Canonizationem, ſufficit tamen ad effectum concedendi Remiſſoriam ſpecialem prò illis in ſpecie probandis, ex deductis à Cantelor. *d. cap. 18. num. 28.*

An Ordinarij poſſint delegare viris in dignitate conſtitutis proceſſum ſuper non cultu? tom. 4. Conſult. 70.

AFfirmatiuè: Quia tam noua decreta Vrb. VIII. *ſub anno 1634. pag. 11. §. nec quiſpiam Ordinariorum*. Et iterum ibi: *Et niſi poſteà Ordinarius*, quam nouiſſima *ſub anno 1642.* in quibus

præſcribitur forma particularis, non loquuntur de Ordinario, vel Epiſcopo, vt ſignatè habetur *pag. 20. §. particularis proceſſus*, vbi dicitur: *alicui Epiſcopo*, & ideò non eſt reſtringenda ad Epiſcopum, ſeù Ordinarium alicuius loci particularis. Nimirum quod in fortioribus terminis ad conficiendum proceſſum particularem ſuper executione decretorum Vrbani non videtur neceſſaria illa iuriſdictio alicuius Epiſcopi patriæ, viciniæ, ſeù Prouinciæ Canonizandi,

Ideòque cum decreta non requirant abſolutè, quod Epiſcopi, vel Archiepiſcopi procedant per ſe ipſos, ſed complures, & præcipuè vbi agitur de confectione proceſſus ſuper non cultu loquuntur ſimpliciter de Ordinarijs ſub nomine dignitatis, vt *d. pag. 20. §. particularis* vtique non important induſtriam perſonæ electæ. Doctores *de offic. ord. cap. Quoniam*.

Quinimmò eadem decreta permittunt expreſsè delegationem in caſu infirmitatis, ſiuè alterius impedimenti, vt in literis circularibus. *pag. 59. v. ſed ſi ob inualiditatem*.

De quo genere intelligendus ſit Hoſtienſis loquens in materia Canonizationis, de inquiſitione in genere, antequam deueniatur ad inquiſitionem in ſpecie, & Remiſſoria concedatur? tom. 4. Conſult. 71.

HEnricus de Seguſio Cardinalis Hoſtienſis ſui ſæculi grauiſſimus Canoniſta. *in cap. 1. de reliq. & ven. Sanct.* verbis illis *ſub num. 5. ſibi reſcribant, quæ inuenerint, & an eis videatur, quod ſuper veritate eorundem, & in ſpecie ſit inquiſitio committenda*; Cuius dictum repetitur in nouiſſimis decretis, non videtur intellexiſſe de genere, prout eſt quodam abſtractum prædicabile per intellectum, de quo Bald. *in rub. C. qui admit. num. 7.* Sed de probando per ſingula generis, nam repreſentatur in qualibet ſpecie, iuxtà declarationem eiuſdem Bald. *in l. de quibus num. 1. ff. de legib.* Cum vſus ſit verbo *inuenerint*, non congruente cum his, quæ percipiuntur ſolo intellectu.

1. *An, & quatenus prò Canonizatione Martyris requirantur miracula? Vbi*
2. *An ad martyrium requiratur, quod ſit actus honeſtus?*
3. *Sitque neceſſarius actus fortitudinis?*
4. *Et vt mors ipſa ſequatur?*
5. *Aliaque Martyris requiſita, vbi conſiſtat vera fortitudo? Et cur hæretici non ſint capaces martyrij?* tom. 4. Conſult. 72. Item tom. 7. Conſult. 58. Et tom. 9. Conſult. 101. ac tom. 10. Conſult. 165.

AD 1. Non requiri probant communiter Doctores apud Cantelor. *de Canonizat. Sanct. cap. 21. num. 5.* Lezan. *conſt. 1. num. 16.* & alij; Requiri verò tutius cenſent idem Cantelor. *num. 11.* & Caſtell. de Canon. *quæſt. 5. num. 25.*

Siquidem ad martyrium tria requiruntur, vt probat D. Auguſt. *de Ciuit. lib. 1. cap.* 26. Primum vt quis mortem obeat. Secundum vt eam voluntariè ſubſtineat. Tertium vt eam ſubſtineat propter veritatem, & confeſſionem fidei, vel aliud virtutis actum relatum in Deum, in quo vſque ad finem perſeueret. Cuius appellatione venire omnes virtutes ait D. Hieron. *in Gloſ. tom. 9.*

Ad 2. Porrò apud Patres, & ſcholaſticos ad rationem martyrij adultorum neceſſarius eſt actus honeſtus, nempè vt quis patiatur mortem ob finem honeſtum, alias ſi non eſt actus honeſtus, non erit Deo gratus, nequè merebitur laudem apud Deum,

Ad 3. Dicitur, martyrium eſſe ſemper actum fortitudinis ex obiecto materiali, quia pericula mortis ſunt materia virtutis fortitudinis.

Ad 4. D. Tho. *in art. 4.* dicit ad perfectam rationem martyrij, quod aliquis mortem patiatur prò Chriſto. Et cum idem dicat ad perfectam rationem martyrij, non negat, imperfectum martyrium poſſe dari ſine morte, & ideò docet Sanctos Patres aliquandò appellare martyrem per ſimilitudinem, & hoc ſenſu S. Hieron. vel potius Sophronius *ſerm. de Aſſumpt. Virg.* dicit, B. Virginem fuiſſe martyrem. Deindè docet tolerantiam carceris non dici propriè martyrium, niſi fortè vt cauſam mortis, & ſic intelligit Eccleſiam celebrare martyrium S. Marcelli Papæ, & aliorum, de quibus Baron.

Ad 5. Ratio cur arbitremur, hæreticos, nec martyrij, nec meriti paſſionis Chriſti capaces, qui eandem, eademque de cauſa, & prò eodem Chriſto mortem obierunt, ea eſt, quod nemo, aut martyrij gloriam aſſequi, aut Chriſti beneficio frui poteſt, qui charitate vacuus eſt.

An, & quatenus baptiſmi probatio in beatificando ſit facienda? tom. 4. Conſul. 119.

AFfirmatiuè, idque prò fundamento in cauſis beatificationis, cum nemo ſine baptiſmo poſſit ſaluus eſſe Trid. *ſeſ. 6. cap. 14. de iuſtific.*

At verò cenſeo, baptiſmum ad effectum inſpectionis ſuper inquiſitione generali plenè probari per teſtes, non ſolum deponentes audiuiſſe ab ipſis Seruis Dei fuiſſe baptizatos, ſed etiam ex publica voce, & fama,

Immò quicquid ſit de baptiſmo viuentis, vt inquit Cantelor. *cap. 13. num. 2. de canon.* cum agatur de baptiſmo defuncti non eſt neceſſaria illius probatio, quia in defuncto præſumitur baptiſmus, vt ex Pannin. in relatione S. Bonauenturæ *par. 1. ar. 8.* ſubdit eodem loco Cantelor. *ar. 4.* Quod ſuaderi poteſt. Primò qui Dei Seruus ortus fuerit ex parentibus Chriſtianis, & inter Chriſtianos verſatus egit vitam Chriſtianam, Secundò quia in loco, vndè ortum du-

duxit, viget Fides Catholica, & paruuli in eo ſolent baptizari. Tertiò quod agatur de Seruo Dei, qui natus, & educatus inter Chriſtianos, ac Religionem forſan aliquam approbatam à Sede Apoſtolica profeſſus, vitam integram, puram &c. egit, & in confeſſione Chriſti nominis vſque ad obitum perſeuerauit. Ex quibus circumſtantijs ſatis præſumi baptiſmum ait Innoc. *in cap. veniens in fin de Praesbytero non baptizato*.

De electione Patronorum Sanctorum? Vide de Ritibus? tom.4. Conſult. 78. 79. & 80.

An prò Canonizatione Confeſſorum neceſſaria ſint miracula in eorum vita? tom.4. Conſult. 81.

Hinc, indè ſunt opiniones Theologorum, & Canoniſtarum, quæ ità reconciliati poterunt, nempè, In Canonizationibus, præſertim Confeſſorum requiri copulatiuè probationem virtutum, & miraculorum. Virtutum ad eſſentiam ipſius Canonizationis. Miraculorum ad euidentem probationem, quod Seruus Dei obierit in gratia diuina, & poſt mortem in Cœlis cum Deo regnet, *cap. 1. de reliq. & ven. Sanct.* vbi Io. Andr. *num. 4.* Hoſtien. *num. 5.* Abb. *num. 5.* & alij, & ſequitur Rota in omnibus fermè relationibus.

De quibus Sanctis officium proprium recitari poſſit? Vide de Ritibus tom.4. Conſult. 87.

1. *An odor, quo corpora, vel Reliquiæ Seruorum Dei redolent, miraculo ſit adſcribendus*?
2. *Et quid de illarum incorruptibilitate*? tom.4. Conſult. 95.

Ad 1. Affirmatiuè D. Greg. Miſſenus *ſerm. de S. Theodoro*, vbi loquitur de pulchritudine, & ſuauitate corporis ipſius poſt mortem.

Quare conſtita ſufficienti facti veritate, dubitari non poteſt, quin iſte odor è Corporibus, vel Reliquijs Seruorum Dei emanatus reſpectu illius, in quo ſit, excedat vires totius creatæ naturæ, ideòque ſit inſigne miraculum. Cum enim ex cadaueribus defunctorum putrefactioni ſubiectis, non odorem, ſed fetorem potius oriri conſtet, hinc eſt, quod ſemper huiuſmodi ſuauis odor è Cadaueribus Sanctorum prodeuntes iu ſanctitates illorum referuntur. Ex hac enim fragrantia corporis mortui, illiuſque odoris ſuauitate oſtenditur in iſto corpore Authorem ſuauitatis exiſtere, vt refert D. Greg. *homil. 38.* & D. Bernard. *ſerm. 43. de paſſione Domini*, quærens, quare poſt paſſionem, & mortem Corpus Chriſti Domini odorem effuderit. Hoc ipſum tradit D. Tho. *p. 3. quæſt. 38. ar. 5. ad. 2.* vbi notat, quod bonus odor pertinet ad repræſentandum effectum gratiæ. Sed tamen, quod omninò firmat magnitudinem huius miraculi ſunt verba Io: XXII. in Bulla Canonizationis S. Tho. Aquinatis, vbi hoc miraculum in ſpecie approbat, & laudat primò loco, inter miracula eiuſdem Sancti poſt obitum. Similis quoque odor prò miraculo approbatus fuit in Bulla Canonizationis S. Raymundi Barcinonenſis inter Conſtitutiones Clementis VIII. 77. §. 51. *cum ſeq.* & paſſim alibi.

Ad 2. Cum conſenſus gentium, hiſtoriæ, apotheoſis acta, & ſanctionibus, dyptichis, & horarijs precibus Eccleſia plurimum momenti collocent in corporis integritate ad ſanctitatem altius aſtruendam, profectò cum ea fuerit illius vitæ, qui cum fama ſanctitatis obijt, innocentia, probitas, virtutes, ea mortis cauſa, quæ hanc integritatem non deceant, ſed probent maximè, & nedum ipſummet Corpus, quod plurimis Sanctorum, ſed indumenta, & quæ adiecebant, inuiolata fuerint, dicamus voluiſſe Deum, illum ſic illæſum, & illibatum ſeruari, vt demonſtraret, pretioſam in conſpectu ſuo illius mortem fuiſſe, & ſatis eſt, quod ſcriptis mandauit Greg. Præsbyter Cæſarienſis commune fuiſſe Epiſcopis Catholicis, qui in Synodo Nicena interfuerunt, vt eorũ corpora per multa annorum curricula perſtiterint illæſa. Præmium quidem dignum Seruorum Dei, vt corpora, quæ dum viuerent, immortali, ac æterno Deo ſeruierunt, poſt mortem immortalitati, ac æternitati integra, ac illæſa conſeruentur. Vt probatur ex experientia innumerabilium Sanctorum *in d. tom.*

De tranſlatione Sanctorum Corporum, ſeù Reliquiarum? Vide de Proceſſionibus tom. 4. Conſult. 24. & de Ritibus tom. 4. Conſult. 107.

An, & quatenus danda ſit fides atteſtationi Exorciſtæ ſuper liberatione Energumeni, vt miraculo adſcribatur? tom. 4. Conſult. 108.

Affirmatiuè: nam eſſe quempiam ab immundis ſpiritibus obſeſſum procul dubio euincit Exorciſtæ aſſertio, cui tanquam perito in arte illa fides præſtatur, *cap. poſuiſti 4. de probat. l. ſi quis 3. C. fin. regund.* Bald. *conſ. 105. v. vlt.* Merlin. *deciſ. 446. num. 7.* ad quam exercendam, cum præuia Epiſcopi perquiſitione Clerici admittantur, Barb. *de poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 11. num. 11.* eius peritiæ aſſiſtit etiam Epiſcopi iudicium, qui præſumitur informatus de peritia, & conditione ſuorum Clericorum, Rot. *deciſ. 152. num. 12. par. 7. recen.* Cuius Exorciſtæ teſtimonium magni fecit in hac materia relatio prò beatificatione Sanctiſſimi viri Caietani *mirac. 11. §. hoc factum*, & Seruæ Dei Catharinæ de Riccijs *mirac. 2. §. Quod igitur*.

An

An ad verum miraculum inuocari debeat auxiliam Seruoram Dei, vel Beati, dum caſus accidit? tom.4. Conſult.109.

CEnſeo cum Lazaua *conſt* 1. *num*.225. ſatis eſſe, quod Beatus quocumque modo inuocetur, pendente adhuc euentu; alias enim præſeruatio ſupra naturæ vim atque ordinem, non euenirent, niſi quis diuinitus futuros caſus præuideret, quare huiuſmodi inuocationes ponderauit, ac veluti congruas admiſit Rota in relatione S. Franciſcæ Rom. *par*.3. *ar*.2. *mirac*.10. §. *Nec refert*.

An poſſit reperiri homo, qui ex corporis conſtitutione ab igne non lædatur? Vbi aliqua de illuſionibus in externis ſenſibus, vt exempla varia Sanctorum, qui ab igne immunes euaſere. tom.4. Conſult.110.

NEgatiuè: Nam ſepoſitis circulatorum ludicris, ac præſtigijs demonum, illæſio ab igne miraculo eſt omninò adſcribenda. Exempla huius miraculi plura ſunt, quæ apud varios ſcriptores extant. Ex Daniel. *cap*.3. de tribus pueris Hebræis Sydrach, Miſach, & Abdenago.

Hoc ſupplicium ignis olim irrogabatur frequentiſſimè Chriſtianis; ideòque Sarmentarij vulgò dicti ſunt, quia, vt loquitur Tertullianus *in apolog*. *cap*.50. ad ſtipitem dimidij aſſis reuincti Sarmentorum ambitu exurerentur.

Ex igne quoque S. Priſca Virgo nobilis Romana, & puella annorum 13. incolumis euaſit, *Breuiar. Rom.* Item S. Agnes ex flammis orauit, & illicò vaporem earum depreſſit, *Surius in Ianuar.* Item SS. Vitus, & Victor, Coſmas, & Damianus, Fauſtinus, & Iouita, Eulampius, & Eulampia, & plurimi paſſim.

Quot requirantur miracula prò Canonizatione Sanctorum? tom.5. Conſult.18.

NVllibi cautum reperitur quot miracula ad comprobandum frequentiam requirantur, neque enim talis eſſe debet, vt Canonizandus Thaumaturgus dici poſſit, ſed indefinitè ſufficere plura miracula fuit dictum in relatione S. Andreæ Curſini *par*.3. *tit. de mirac. verſ. occurrit* Panuin. in relatione S. Bonauenturæ *p*.1. *ar*.3. vel etiam duo, aut tria concludenter probata, vt in relatione S. Hiacynthi *tit. de mirac. fol*.36. Plura enim non ſunt pauciora, quam duo, multa non ſunt pauciora, quam tria, illud pater per *l. vbi numerus de teſtib*. hoc per *l*. 1. *§. hoc reſcriptum de S. C. Silanian*. & alibi.

Quantam temporis à beatificatione ad Canonizationem elabi debeat? tom.5. Conſult,19.

MVltum; quoniam cum negotium Canonizationis arduum, & ſublime dicat Alex.III. in literis ſuper Canonizatione Eduardi Regis Angliæ relatis à Baronio *Annal. tom*.11. *anno* 1161. *ſub. lit. D*. ideò maxima cum maturitate fieri debet. Tum ob miraculorum raritatem, quæ ſanctitatem præteferunt: tum ob operis arduitatem, fideique firmitatem reſoluit Auguſt. *Triumph. de poteſt. Eccleſ. quæſt*.16. *ar*.2. inferendo, quod cum ſit opus ſummè arduum, differenda eſt per annos, & mox ait, quod ſit expectanda frequens operatio miraculorum, vt fides de eius ſanctitate in cordibus Chriſtiani popoli firmetur, ac roboretur; ex quibus Angel. Rocch. *de canonizatione Sanctor. cap*.6. *pag*.11. annotat rem tanti momenti in annos plurimos differri ſolere, ac iure debere; quod repetit *cap*.31. *pag*.63. *in princ*. ſtatuendo prò regula, quod Sanctorum Canonizatio longa temporum, ac ſæculorum ſerie differri ſolet, ac debet.

An recuperatio viſus, quæ paulatim ſuccedit ſit miraculoſa, ope alicuius Serui Dei implorata? tom.5. Conſult.20.

NEgatiuè, quia non eſt iuſtantanea, ſicuti ad eſſentiam miraculi tertij generis, cuius operatio naturaliter fieri poteſt cum aliquo temporis ſpatio, exigunt *in cap. nec mirum* 26. *quæſt*.5. Ardrid. *num*.8. Bellarm. *num*.5. & alij paſſim. Ex his non eſſe vera miracula, quando quis progreſſu temporis ſanaretur; quod etiam Rota pluries reſpondit in ſuis relationibus, nominatim in relatione S. Raymundi *par*.2. *ar*.5. S. Caroli *par*.2. *in princ*. S. Andreæ Corſini *p*.2. S. Tereſiæ *in* 2. *mirac*. & B. Paſchalis Baylon *in* 4. *mirac*. Quippè ſanatio paulatim adepta eliminat qualitatem inſtantaneæ: quoniam ſecundum Theologos, & Philoſophos *inſtans* eſt quoddam tempus præſens indiuiſibile, nec perceptibile ſenſu, ſed ſola imaginatione, & intellectu; quare Gloſ. *in l. fin. §. vlt. v. momento C. de bon. quæ liber*. momentum appellat quoddam tempus, quod magis intellectu percipi poteſt.

An ſit neceſſarium in proceſſu de mandato Pontificis iuxtà nouiſſima decreta faciendo in cauſis eorum, qui ſer. ſer. habent indultum beatitatis, probare miracula? tom.5. Conſult.21.

NEgatiuè, ſed ſufficit probare continuationem deuotionis popoli, & concurſus ad illius ſepulchrum, ac interceſſionem, vel ad ſummum præfata adaucta eſſe poſt conceſſam beatificationem. Primò quia in nullibi decreta

Vrb.

Vrb. diſponnnt, ſed ſolum mandant per D. Cardinalem ponentem fieri relationem Sanctiſſimo de ijs, quæ ſuperuenerant, non per ſe, ſed coniunctim vna cum his, quæ præceſſeeunt beatificationem, & quę intuitu relationis clargita fuerunt: quia non ex ijs ſolum, quę ſuperuenerint, ſed ex omnibus prefatis ſimul ſumptis Summus Pontifex deliberationem ad Canonizandum intendit deſumere: nam cum hic proceſsus ſit de iure nouo, antea enim ſine eiuſmodi proceſſu canonizati ſunt, quotquot Canonizati exiſtunt, non eſt in illo facienda extenſio, cum decreta Vrbani ſint pęnalia ad tollendos abuſus, & ideò de iure ſunt reſtringenda ad eex. *in cap. ſtatutum de elect. in 6.*

Secundò quia ſi neceſſarium eſſet probare miracula poſt beatificationem, eſſet etiam neceſſarium probare ſanctitatem: quia miracula per ſe non ſufficiunt ad Canonizationem, ſed vna cum miraculis debet probari ſanctitas, vt patet ex vniuerſali conſuetudine Eccleſiæ; ſi igitur in hoc proceſſu non eſt neceſſarium denuò probari ſanctitatem in Beatis, qui ſer. ſer. beatitatis titulo ſunt inſigniti, neque erit neceſſarium denuò probare miracula, cum eadem, ac par ratio ſit vtriuſque atque adeò par debet eſſe diſpoſitio.

An in cauſis Canonizationum quoad inquiſitionem deputari poſſint in Iudices Epiſcopi Titulares? tom. 5. Conſult. 22.

AFfirmatiuè: Nam quamuis Hoſtien. *in cap. 1. num. 5. de reliq. & ven. Sanct.* dicendo, inquiſitionem committi Epiſcopis Patriæ, vel conuiciniæ illius, qui dicitur Sanctus, intellexit de Epiſcopis reſidentibus in ſua Diæceſi, & habentibus populum, & Clerum, non vtroque carentibus. Nihilominus dicimus, etiam Epiſcopos, eorumque appellatione contineri ad tradita per Aluarez. *in ſpecul. Sum. Pontiſ. cap. 31. num. 1.* Barb. *de offic. Epiſc. tit. 1. cap. 6. num. 5.* & *ſeq.* Nec decreta eos reijcere, dum *pag. 37. ſub §. huiuſmodi* in eo tantum inſiſtere videntur, quod literæ Remiſſoriales, ſi fieri poteſt, dirigi omninò debeant Epiſcopis, & non minus, quam tribus.

An omninò fieri Sanctiſſimo debeat relatio deputationis Iudicum, & quo pacto, illam fuiſſe factam probetur? tom. 5. Conſult. 23.

AFfirmatiuè, iuxtà diſpoſitionem decretorum *in §. permittit fol. 24. & §. decreta fol. 61.* Immò *in verſ.* Aliter exiguut, quod Secretarius in actis Congregationis annotet declarationem quid Sanctiſſimus reſponderit, & conſequenter etiam, quod ſub decretis eiuſdem Sacræ Congregationis, quæ partibus tradit regiſtranda in proceſſu cauſæ, citato Pro[illegible]tore, dicat: *facta relatione Sanctitati Suæ, dic tali Sanctiſſimus annuit.* Nam paria ſunt non eſſe, & non apparere, Sodoch. *in Enchirid. parium verſ non apparens, & verſ. eſſe inapparenter.* Certumque eſt d. relationem exigi per modum conditionis neceſſariò implendæ ad perfectionem reſolutionis per Sac. Congregationem factæ ſuper deputationem Iudicum, ſicut dictum fuit in *Romana* B. Fœlicis, præſertim, quod eadem decreta *d. fol. 61.* ſub eodem §. Decreta in vnoquoque negotio ſeruant Sanctitati ſuæ ſupremam determinationem poſt relationem ei factam.

An, & quatenus Vicarius Capitularis procedere poſſit in ijs, quæ commiſſa fuerunt Epiſcopo, qui in fata conceſſit, à S. Rit Congr. prò executione eius decretorum? tom. 5. Conſult. 24.

AFfirmatiuè, quia cenſeo ſatis, ſuperque ſatisfieri menti Sac. Congregationis ſuper paritione ſuorum decretorum per literas teſtimoniales Vicarij Capitularis, licet id commiſſum fuerit Epiſcopo: nam hoc intelligendum eſt, quatenus in humanis exiſtat, cum mors omnia ſoluat; cumque Capitulum, Sede vacante, habeat iuriſdictionem Epiſcopalem, tanquam ſucceſſor Epiſcopi, Abb. *in cap. cum olim num 1.* & alij & ex Conc. Trid. *cap. 16. ſeſſ. 24. de refor.* debeat creare Vicarium Sede vacante, qui illius vices gerat, & ſuccedit, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, nec inferior eſt, ſed par Epiſcopo, ſequitur, poſſe expedire, quæ ſummæ dignitatis ſunt. Ex quibus infertur, poſſe conficere proceſſum ſuper huiuſmodi paritione, vt Sac. Congr. valeat declarare, an ex legitimè in eo deductis menti ſuæ ſatisfactum fuerit.

An apponens Diadema Capiti Beati, vel eum vocans Sanctum, tranſgrediatur limites Beatificationis? tom. 5. Conſult. 25.

AFfirmatiuè: Imago enim Beatificati velatur, aut pingitur cum radijs tantum; Canonizati verò cum Diademate circum Caput, vt inter eos appareat differentia, Troylus Maluetio *de Canon. ſanct. dub. 1. num. 19. & 30. t. 10. 14. fol. 97.* & Cantelor. *eodem tract. cap. 2. nu. 10. & ſeqq.* Cumque Beatificatio, & Canonizatio differant eſſentialiter inter ſe, vt Scacch. *de not. & ſign. Sanct. ſect. 1. cap. 8. lit. B.* & Lezan. *conſ. 1. num. 60. cum ſeqq.* non eſt beatificatis tribuendum nomen Sancti, quod ab Eccleſia vſurpatur prò Superiori reſpectu inferioris, vt *d. cap. 8.* animaduertit Scacch. *ſub d. lit. B.* Licet quod pronomen Sancti à Surio Lippomano, & Sanctis Patribus promiſcuè omnibus, tum canonizatis, tum ijs, qui cum fama ſanctitatis obierunt, tribuatur, vt proindè videatur poſſe proponi ſub hac latiſſima acceptione nominis illius, qui à Sede Apoſtolica nomine

Beati

Btati fuit inſignitus, cum ſub hac acceptione non ſit additum ad ſiguificandam ſolemnem Cauonizationem, ſed porius gloriam, qua in Cœlis fruitur, prout in quibuſdam locis ſumitur, quo caſu inſpicienda potius eſt ſignificatio regionis, quam propria ipſius vetbi. Alex.*conſ.*131.*num.*5.*vol.*6. Rot *deciſ.*390.*nu.*7. *par.* 2. *recen.* Tutius tamen eſt in te tanti momeoti manere in rigore Decretotum Summ. Pontificum, & Sacræ Congregatiopis Rituum.

An ad effectum Canonizationis requirantur miracula? Quæ nam ſint admittenda? De probatione miraculorum ſanationum, deque eorum conditionibus. tom.5. Conſult.26.

LIcet ad hunc effectum iuxtà antiquorum Patrum doctrinam, non ità neceſſaria videantur miracula, cum abſque illis poſſit etiam in terris ſanctitas abundare, hominibuſque in exemplum, & imitationem proponi, vt dilucidè D. Chriſoſtomus *homil.* 47. *in cap.*22. *Matth.* loquens de Apoſtolis. Item ſit coocors ſententia Saoctorum Patruoi, interris extitiſſe Sanctos, quorum vita ità admirandis operibus inſignita fuit, vt potius ſtupori omnibus, quam imitatio fuit, vt de S. Io: Baptiſta nullis externis miraculis decorato, appellant tamen Sancti Patres gratiæ, & naturæ miraculum &c.

Nihilominus iure, meritòque S. Mater Eccleſia fidelium ductrix, & veritatis magiſtra ad canonizationem Sanctorum miracula requirit: Quia regulariter, & vt plurimum nequit cognoſci aliter ſanctitas, vel beatitudo canonizandorum, & examinata heroicitate virtutum, ſunt veluti demonſtratiuæ probationes, quibus eadem heroicitas dignoſcitur, iuxtà illud D.Gregorij *homil.de Aſcenſione*: *Miracula Sanctum non efficiunt, ſed ſanctitatem demonſtrant*, & alij paſſim.

Verum non ſunt indifferenter admittenda miracula cuiuslibet generis, niſi inter illa adſint aliqua primi generis, & ad minus duo, vel tria ſecundi generis concludenter probata, veluti ſuſcitationis mortuorum, illuminationis cœcorum à natiuitate &c. iuxtà perpetuam Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem patentem cuilibet legenti Bullas Canonizationum. Quod præ cęteris obſeruat Caſtellin. *de dilat. Canon. Sanct.p.*1.*pun.*2.*Coroll.*4.

Miracula verò ſanationum, quæ ſunt tertiæ Claſſis indigent maxima probatione, & exquiſito examioe, vt admittantur, cum poſſint fieri per naturam, & multoties ex præcedenti applicarione remediorum naturalium, vel ex aliqua criſi, aut ex ſtatu morbi vergentis in declinationem, vt inquiunt Angel. Rocch. *de Can.Sanct.cap.*25.Caſtellin.*de reſp.num.*4.

Quibus accetiunt octo notabiles conditiones, vt miracula ſint vera ex communi Theologorum, & Philoſophorum placito requiſita, nempè:

Prima, vt clarè appareat, illud eſſe ſupra vires naturæ.

Secunda, quod fiat ſola virtute Diuina, non Demonis arte, ſeù aliter.

Tertia, quod non accidat ex vì verborum, ſed ex hominum merito.

Quarta, quod patens ſit, non latens ſenſus humanus.

Quinta, vt ſit ad corroborationem fidei in hominum ſalutem, ac Dei gloriam.

Sexta, quod ipſe effectus in his, quæ naturaliter fieri poſſunt, puta ſanatioolbus, appareat incontinenti.

Septima, quod fiant ſine dolore, licet ipſe Zacchias hanc non exigat, dummodò incontinenti morbus ipſe decedat.

Octaua omninò neceſſaria, quod opus miraculoſum ſit vndequaque perfectum; Nec mortuus reſuſcitatus illicò moriatur, cęcus viſu recepto, in cęcitatem reincidat &c.

Alias probationes prò veris miraculis. Vide ibidem.

An teſtes deſumpti ex proceſſu, authoritate ordinaria confecto, ſint attendendi in cauſis Canonizationum Sanctorum? tom.5.Conſult.27. & tom.10. Conſult.182.

AFfirmatiuè, licet enim Epiſcopi nequeant canonizare, cum ille actus ſit reſeruatus ſoli Pontifici, poſſunt tamen informationes capere de ſanctitate vitæ, moribus, & miraculis eius, qui petitur beatificari, vel canonizari. Quodque eorum proceſſibus fides habita fuerit, vt faciant pleniſſimam probationem, patet ex pluribus relationibus Rotæ relatis à Cantelor.*cap.*4.*num.*20.*&* 21. & in ſpecie in relationibus SS. Hiacynthi, & Raymundi fidem præſtitam fuiſſe proceſſibus factis per Vicarios eorundem, *&* *num.*23.aſſerit, hoc ipſum cenſuiſſe Sac.Congregationem Sac. Rit. die 7.Aug.1596.& probaſſe Clementem VIII. ac proptereà in cauſa Canonizationis Sancti Didaci peractæ à Sixto V. habitum fuiſſe prò valido antiquum proceſſum Compluti factum authoritate Archiepiſcopi Toletani ante annos 170.circiter.

Idque dignè, atque iuſtè quando huiuſmodi teſtes morte præuenti non poſſint repeti coram Iudicibus Apoſtolicis. Quo caſu, non ſolum de iure faciunt per ſe ſemiplenam probationem, vt Bartol.*in l.admonendi num.*45.*ff.de iur. iur.*& alij, ſed etiam pleniſſimam, quando depoſitio dictorum iudicialiter excepta fuit cum legitimo contradictore, in quo caſu plenè probant æquè, ac ſententia lata in cauſa ſtatus, *ad tex.in l.Ingenuum* 25.Vbi Doctores *ff. de ſtat. homin. & in l.*1. §. *penult, in fin. ff. de lib.exhib.* & alibi.

An,

Digitized by Google

An, & quatenus mundatio à lepra miraculo ſit adſcribenda? tom.5. Conſult.28. & tom.10. Conſult. 185.

IN primis probandum eſt, quod eſſet vera lepra; Et dato, non autem conceſso, quod lepra hodie non dicatur morbus contagioſus, & incurabilis, poſſitque curari, adhuc miraculum ratione inſtantaneitatis erit renunciandum: Natura enim non poteſt in inſtanti operari tam mirabilem curationem, neque in illo temporis momento arte humana, etiam validiſſimis remedijs curari poteſt. ſed longo temporis interuallo, etiam ratione vlcerum; Ideóque ratione modi, quo huiuſmodi curatio ſuccedit, ſemper pro miraculo habenda eſt, ſaltem inter miracula tertij ordinis adſcribendo, ſi eſt curatio difficilis, qualis eſt incipientis, ſecundi veró ordinis, ſi eſt curatio confirmatæ.

An miracula fieri poſſint etiam in rebus irrationabilibus? Vbi de dominatione Sanctorum in vniuerſos animantes. tom.5. Conſult.29.

AFfirmatiuè, veluti ſi aues canentes, ad imperium hominis ſileant, vel quod congregentur, & canant, vel quod piſces extra fluuium, vel mare caput erigant, vt obediant, vel quod figuræ factæ ex ligno, lapide, auro, vel argento, aliaue materia moueantur, vel ambulent, vt legitur de duobus Angelis ligneis, qui iubente B. Iacobo à Marchia incenſum Domino offerebant, vel quod lapides moueantur de vno in aliud locum, prout ſimiliter legitur eueniſſe ad preces B. Benedicti, & huiuſmodi alia relata à Panuinio in relatione S. Bonauenturæ *p.2.q.6.in fin.* & de conſolidatione aquarum, vt hominem ſuper eas deambulantem ſuſtineant, quemadmodum proditur de Sancto Francisco de Paula, de S. Hiacintho, qui expanſo ſuper vndas pallio, ſicco veſtigio deambulauit, ſociosque ſecum traducens, & de alijs infinitis Sanctis paſſim.

Hoc autem imperium in creaturas ratione carentes eſse ſanctitatis ſignum dicit Panuin. in dicta relatione S. Bonau. *p.2.q.6.* & ſequitur Cantilor. *cap.14.num.13.* Præcipuè, quia id genus miraculorum, quibus Deus aliquos Sanctos decoranit iam ab Eccleſia approbatum, & in eorum vitis recitantur, nempè præclarum illud S. Antonij de Padua, quando piſces conuocauit ad audiendum Dei verbum &c.

Homo igitur factus eſt, vt dominaretur, & præeſset piſcibus maris, volatilibus Cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. Tenuit hæc dominatio, dum viguit, ac regnauit innocentia, poſtquam autem velum innocentiæ Adam exuit, non amplius animantes exhiberunt obſequij reuerentiam. Multi tamen viri Sancti in Paradiſo, Eccleſiæ, ſeu Religionis rurſus diuinæ gratiæ clamyde regia ex Dei beneficio induti, ad antiquam illam gloriam dominationis aliqualiter peruenerunt eiſque ideó obtemperauerunt ſæpè numero quæuis animantes, ſeù compotes, ſeu expertes manſuetudinis eæ demum fuerint.

Nouus Adam Chriſtus Dominus innocentiæ, Sanctimoniæque fons, & origo vix in Bethlemitica rupe erat natus, cum ecce cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, nempè paruuli membra fuerunt ambohalitu pectoris, & veluti quoddam amore. Abbas Ioannes à moderatore ſuo iuſſus Leænam loro vincire, ac de ſaltu adducere paruit miraculo obedientiæ Caſſianus. S. Simeon iunior Stylite pardum adducit, & alij pernumeri ſimilia.

Hoc autem miraculum adſcribendum puto inter miracula primi generis, cum ſit contra naturam creatam, quod feræ, cæteræque animantes, depoſita feritate, fiant rationabiles in obſequium Seruorum Dei, illiſque obediant, inſeruiantque.

Quod veró ad arbores, & plantas non eſt inſolens, Deum frondium, ac florum miraculis capita ſuorum Seruorum ornaſſe, ac honoraſſe, vt innumera miracula huiuſmodi teſtantur, vt ibidem videre eſt.

An donum prophetiæ ſit inter miracula recenſendum? tom.5. Conſult.30.

AFfirmatiuè: nam, vt ait D. Tho. 2. 2. *q.*171. *ar.*1. ad propheriam pertinet operatio miraculorum, quæ confirmatio quædam eſt propheticæ annunciationis; vndè dicit Deuter. vlt. *non ſurrexit vltra Propheta in Iſrael &c.*

Prophetia itaque cum miraculorum operatione coniungitur, & inter miracula numeratur, cum omnem humanæ naturæ facultatem excedat, vt dicitur 2. *Petr. cap.*1. *Non enim voluntate humana illa eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu Sancto inſpirante loquuti ſunt Sancti Dei homines.*

Quod etiam patet ex Sanctorum Patrum doctrina, nam D. Tho. *loc. alleg. quæſt.*176. *ar.*1. loquens de linguarum dono Apoſtolis in die Pentecoſtes conceſso, affirmat, eſſe miraculum ex authoritate Gloſ *ar.*2. dicentis, quod maiori miraculo factum eſt, quod Apoſtoli omnium linguarum generibus loquerentur, & poſteà *ar.*2. loquens de dono prophetiæ, docet excellentius eſse, quam donum linguarum ex doctrina Apoſtoli 1. *ad Corinth.* 14. dicentis: *maior eſt, qui prophetat, quam, qui loquitur linguis* Vndè certum remanet, propheriam inter miracula, & quidem maiora, eſse computandam; ex quo euidens ſignum ſanctitatis, maximè in ordine ad beatificationem, & Canonizationem deſumitur, teſte Scaccho *de not. & ſign. Sanct. ſect.* 8. *cap.*2. *§. de prædictionibus*, Cantiloro, & alij.

An, & quatenus teſtes ſingulares probent miraculum? tom. 5. Conſult. 31.

Affirmatiuè: in declarando dictum Vincentij *in cap. venerabili* 52. *de teſtib.* ac Butij *in cap. cum oporteat* 19. *de accuſat.* in terminis tradit Marianus Socc. n. *in cap. qualiter, & quando de accuſat. num.* 583. Inquiens, quod ſi volo probare, quod Frater Bernardinus fecit miracula, ſcilicet, quod fuerit vir miraculoſus, ità vt in eo fuerit hæc virtus faciendi miracula, ſufficiunt in quolibet teſtes ſingulares ſimul iuncti, inferentes ad vnum totum plenè probandum. Idem repetit *num.* 587. cuius dictum probauit Felin. *in cap. licet ex quodam* 47. *ſub n.* 2. *de teſtib.* firmans, teſtes ſingulares ſuper duodecim miraculis, licet nullum concludentes in indiuiduo, & quoad ſingula, attamen probare aliquem fuiſse miraculoſum, in illoque fuiſse qualitatem ad miracula facienda, nempè quod fama ſit de miraculoſis, & ſequuntur Caſtell. *de Canoniz. Sanct. quæſt.* 7. *princ.* Cantilor. *eodem tract. quæſt.* 18. *num.* 28. Panuin in relat. S. Bonauen. *par.* 2. *ar.* 4. aſserens ex diuerſis actibus probatis per teſtes ſingulares deponentes de miraculis, vnum ſcilicet de duo, & alium de alio, inferre ad ſanctitatem. Plenius verò Molpheſius *conſ.* 46. *n.* 63. *& ſeqq.* vbi ait, famam miraculorum, ſeù aliquem fuiſse virum miraculoſum probari per teſtes ſingulares. Quia ſicut coniunguntur ad probandum infamiam, ſeu malam vitam alicuius, pari ratione iungi debent ad probandum bonam famam miraculorum, & bonam hominis Sancti vitam.

Atque ita fuit obſeruatum à Leone III. anno 803. in Canonizatione S. Suuiberti. A Ioanne XV. anno 993. in Canonizatione S. Vldarici Epiſcopi Auguſtani, cum fidem adhibuerit Leopoldo eius ſucceſsori, qui libellum ſuper vita, & miraculis ipſius exhibuerat, *vt in conſt.* 1. *eiuſdem Pont.* §. 1. *&* 2. & quamplures alij: quod nouiſſimis temporibus etiam obſeruauit Paul. V. in Canonizatione S. Caroli *conſtit.* 67. vbi licet *ſub* §. 32. *& ſeq.* in ſpecie retulerit miracula poſt obitum, attamen ſub §. 31. generice ſolum meminit miraculorum in vita, vt vbi.

Non ex eo igitur, quod teſtes in hac re ſint ſingulares minorem fidem illis eſſe adhibendam cenſuit Rot. *in relat.* 1. *de mirac. S. Thereſiæ ar.* 3 Tum quia non deſunt graues Authores tenentes, miracula probari per teſtes ſingulares, vt Iacob. Simonet. Sac. Rot. olim Auditor in relat. ſuper Canoniz. S. Franciſci de Paula videndum eſt, & quamplurimis ornat, ac refert eandem tenuiſſe ſententiam Franciſcum de Panuino in relatione S. Bonauen. & Leopoldi de Auſtria, à qua ſententia non fuit receſſum omninò in relatione Canonizationis S. Raymundi *ar.* 8. & alibi, neque in relatione S. Franciſcæ *ar.* 7. *in* 8. *mirac.* quin ibi illud miraculum vnico teſte fuit probatum, & difficultas in prædictis Canonizationibus fuit ſublata, & reſolutum. Quod quoties ex miraculi natura illud non poteſt, niſi vnico teſte probari, vt ſunt reuelationes, apparitiones, & huiuſmodi alia, tunc illo vnico teſte probatur, dummodò perſona ſit aliàs fide digna. Et nihilominus ſi habentur plura alia miracula per plures teſtes comprobata, cenſeo miracula per ſingulares teſtes confirmata, tanquam mirabilia, & notatu digna, & maximè ad ſanctitatis Seruorum Dei manifeſtationem conducentia, eſse recenſenda, vt etiam cenſuit eadem Sac. Rota *d. relat.* 1. *de mirac. S. Thereſiæ ar.* 3. *de mirab. viſ. in fin.*

An multiplicatio terræ extractæ à ſepulchris Seruorum Dei, prò infirmis curandis ſit adſcribenda miraculo? tom 5. Conſult. 32.

Affirmatiuè. Primò ex natura terræ: nam contra eius proprietatem eſt creſcere, & multiplicari. Ità enim propria ſunt animatorum ex Ariſt. *lib.* 1. *phiſic.* Secundò ex loco vbi multiplicatur; cum enim ſit clauſus, & nullis ventis expoſitus, multiplicatio non poteſt tribui exteriori agenti materiam nouam addenti, ſed ſolum diuinæ virtuti huiuſmodi effectum operanti, Tertiò ex terræ quantitate extracta: nam cum per extractionem naturaliter minui debeat, & omninò deficere, quia omne finitum per ablationem partium conſumitur, nedum hactenus per tot annos non defecit, ſed perpetuò multiplicata ſuffecit, quod potentiæ diuinæ ſolum tribuendum eſt.

Hiſce ferè rationibus vtitur D. Auguſt. *tract.* 24. in Io: ad probandam veritatem miraculi à Chriſto patrati, quando quinque panibus, & duobus piſcibus ſaturauit quinque milia hominum per miraculoſam multiplicationem panis.

Similia quoque paſſim leguntur in vitis Sanctorum; D. enim Greg. *dial. lib.* 3. *cap.* 9. narrat D. Benedictum vas oleo vacuum oratione plenum reddidiſſe, Et de multiplicatione farinæ extat miraculum B. Thereſiæ à Rota approbatum in eius *relatione* 1. *ar.* 2. & de alijs Sanctis.

Quartò redditur certum miraculum ex effectibus, applicatione ſcilicet, ac ſumptione eiuſdem terræ ſecutis, vt potè depulſione morborum, & reſtitutione ſanitatum multipliciter contingentibus, quod non poteſt virtuti ſterilis terræ attribui, quodque miraculi adauget fidem, & comprobat veritatem, iuxtà doctrinam Chriſoſtomi ſermone de Martyribus. Et D. Gregorij Niſseni ſerm. de S. Theodoro.

Tandem hoc miraculum approbatum remanet ab Eccleſia, vt liquet ex diplomate Canonizationis S. Raymundi de Pennafort, edito à Clem. VIII. & ex eiuſdem feſti lectionibus à

Sac.

Digitized by Google

Sac. Rit. Congr. approbatis, vbi ex miraculis ipſius Sancti, hoc tanquam illuſtrius ſolummodò recenſetur.

Comprobata igitur ſubſtantia facti, nequit dubitari de qualitate miraculoſa, tribuenda precibus, ac meritis Seruorum Dei ad ſanandas varias, & quidem graues infirmitates.

Quæ ſpecies miraculorum ſunt referenda ad primum gradum, dum fiunt præter naturam dictæ multiplicationes D.Tho. *par.1. quæſt.92. ar.3. ad 1.*

An ſudor ex Imaginibus Sanctorum ſit ſupra, vel extra naturæ vires? tom.5. Conſult.33.

SVpernaturalem, ac miraculoſum eſse huiuſmodi ſudorem nequaquam ambigi poteſt, non quidem quantum ad id, quot fit, ſed quantum ad id, in quo fit: nam licet natura producere ſoleat aquam, non tamen id præſtare poteſt in tela, ſolis coloribus leuiter ſuper inducta, vt potè carente vegetatiua, & ſenſitiua facultate, dumque eius cauſa efficiens, & præcipua eſt calor, vt ait Baticell. *de hydronos natur. ſiuè de ſudor. lib.1. cap.3.* in tabula, vel tela picta nulla poteſt eſse humiditas; ideòque cum talis ſudor ſit forma inducta ſupra naturalem potentiam materiæ aridæ, & ſiccæ, ſecundum gradum tenet in miraculis, teſte D. Tho. *1. par. quæſt.105. in corp.* ibique Caietan. & Bagnes; & ſæpè in ſimilibus caſibus deciſum fuit in relationibus præcipuè S. Iſidori *de mirac. in vit. mirac.3.* & aliorum Sanctorum paſſim.

Probandum autem eſt hoc miraculum per teſtes de viſu, ac tactu.

An probent teſtes, etiam ſingulares deponentes ſuper miraculis ex ſimplici auditu ab ipſis Seruis Dei, qui miracula patrarunt? tom.5. Conſult.34. & tom.10. Conſult.187.

AFfirmatiuè quia loquimur de auditu proprio, non de alieno, & hoc caſu teſtes plenè probare tradit Bart. *in l. 2. §. Idem Labeo* ibique Cuman. *num.7. & 8. in fin.* & alij.

Similiter cum non agamus de teſte deponente de ſuo commodo, honore conſequendo, vel laude, ſed de Seruis Dei, de quorum ſanctitate, vita, ac virtutibus in ordine ad Canonizationem requiſitis, iam pleniſſimè conſtat, qui interrogati à pluribus teſtibus, ad vitandum mendacium, reſpondent, quæ ſibi accidebant: nam Sancto aſſerenti miraculum feciſſe, fidem adhibendam esse refert Caſtellin. *de dilat. par.2. tit. de qualit. exam. pag.95. ſub verſ. non tamen negandum col.1.* Hoc admiſſum fuiſse ab Auditoribus Rotæ in relatione S. Tho. de Villanoua *tit. de duobus mirac. in vit.* ad corroborandum magnitudinem fidei ſub §. *& prædicta verſ. qua aſſertiones* &, B. Paſchalis Baylon *tit. de fide verſ. Et hanc fidem*, & aliorum paſſim.

Nec ideò teſtes dicuntur ſingulares, etiam ſi ſe ipſos in conteſtes non allegent, dummodò inter ſe concordent, Felin. & alij relati per Gabr. *de teſtib. conel.2. num.5. & 6.*

De quibuſdam ſanationibus admirandis ſupra naturæ vim, atque ordinem. Vbi de dæmonis poteſtate in actus, & affectiones vitæ vegetantis. tom.5. Conſult.35.

CVm in ſanationibus concurrere debeant omnes conditiones ad effectus miraculi requiſitæ per Canoniſtas, de quibus alibi. Ideò de aliquibus exemplorum documentis exiſtimandum duximus.

Sanatio Cancrorum inter maiora miracula recenſetur in lectionibus Sanctorum, & D. Bernardus in vita S. Malachię inter principaliora miracula adducit. Simile fuit approbatum in Canonizatione S. Caroli §.41. S. Thereſię. *relat. 1. art.4. de mirac. poſt mortem mirac.5.* & aliorum.

Sanatio miraculoſa Squinantię approbata in S. Thoma Aquin. cuius Canonizationis loquitur Bulla edita à Io. XXII. cuius ſanatio poteſt reduci ad tertium gradum.

Sanatio à febre miraculoſa, præcipuè quoad modum, in quo eorum magnitudo maximè apparet plurimum commendatur in Bullis Canonizationum, vt in illa S. Tho. de Aquin. 14. S. Petri mart. §.6. S. Caroli §.34. & aliorum.

Ratione qualitatis morbi, nempè febris, & indigeſtionis, approbata recenſetur ab Eccleſia; Innocen. IV. in Bulla Canonizat. S. Petri martyris.

Curatio apoſtematis cum circumſtantijs ſupradictis, vt firmauit Rota *in 1. relat. ar.4. de mirac. S. Thereſiæ mirac.12. poſt mortem*, & alibi ſæpius.

Mundatio à lepra annumeratur ſemper inter principaliora, & illuſtriora miracula, cum de ſe morbus inſanabilis ſit. Ideòque S. Mater Eccleſia magni facit, vt in Bulla Canoniz. Sanctorum, præcipuè S. Raymundi §. 44. Atque eius ſanatio ad ſecundum gradum eſt referenda.

Sanationis claudorum, ac ſimilium miracula, non ſolum in ſcripturis commendantur. *vt Actor. cap.3.* ſed etiam in pleriſque Sanctorum vitis, ac Bullis Canoniz. Eccleſia facit magni, vt in Bulla Canonizat. S. Tho. Aquin. in qua Io. XXII. *in miracul. Sancti Bernardi cap.15.* & aliorum.

Meritò huiuſmodi ſanatio ponitur in ſecundo ordine miraculorum, vtpotè omninò excedente facultatem totius naturæ creatæ quantum ad id, in quo fit. Rotæ Auditores *in 1. relat. ar.4. mirac.4. poſt mortem B. Thereſiæ.*

Sanationis brachij miraculum approbatur, & prædicatur de S. Tho. Aquin.

K 2 Bra-

Brachij ſicci, & aridi ſanatio, quam refert D. Bernard. in vita S. Malachiæ accidiſſe in eius tumulatione.

Sanationis hernioſi ad iudicandum grauitatem morbi, medicamentorum inefficaciam, atque adeò miraculum conſiderauit Rota *in relat. S. Caroli mirac.2. & 20.* & aliorum.

Generatim ſit regula. Eſto, quod natura cum progreſſu temporis potuiſſet ſanare hanc, vel illam infirmitatem, nihilominus conſiderato temporis momento, ſanatio inter miracula videtur reponenda, Cantelor. *cap.8. de Canoniz.*

De poteſtate autem dœmonis circa impedimenta, quæ adhibere poteſt, ad impediendos actus vitæ vegetantis, quoad generationem quidem res eſt quotidiana, conſtat ex Herodoro in Euterpe, cum de Amaſide Rege, & Ladice, & ex Plin. *lib.21. cap.24.*

Poteſt etiam Dœmon inhibere vim caloris naturalis, ità vt viuens ſine vlla ſibi aſſumptione, poſſit ad longum tempus vitam protogare, idque ſiuè temperato interno calore, procurato effluxu ſpirituum, aut applicatione frigidorum, ſiue humoribus viſcidis, qui in caloribus pabulum cedere poſſint ex toto corpore collectis,

Non rarò tamen dœmon idem præſtat, immiſſa inſenſibiliter per modica aliqua, ac tenui, ſed maxima efficacitatis ſubſtantia, vt legere eſt apud S. Proſpetum *in dimidio temporis cap.6.*

Quod poteſt dœmon ſanitatem, ac morbum inducere facilè ſuadetur, quamuis de ſanitate dubitare videatur Origenes 8.*contra Celſum ſub fin.* Immò negare videtur S. Ireneus 2.*contra hæres cap.56.* Verum intelligendus eſt Ireneus de curationibus, quas Magi illi hæretici ope dœmonum tentauerunt edere in erroris ſui confirmationem. Quoad facultatem dœmonis morbi inducendi, & ſanitatem procreandi memorat S. Auguſt. *lib.4. Ciuit. cap.26.* Lactantius, & alij.

Ad eos ergò, qui verè à Dœmone ægri, & ſani ſiūt redeamus, de quibus fusè etiam agit Tatianus *orat. contra Græcos à num. 27.* Verum quomodo hæc à Dœmonibus per applicationem idoneorum effici poſſint, luculentèr explicat Euſeb. *lib.4. præpar. cap.1.*

Quomodò autem per motum localem idem poſſint, humores ſcilicet commouendo, aut variè permiſcendo, vel ab ea commotione ceſſando, facilè intelligitur, & pertinet eò, quæ habentur apud Abdiam 8.*hiſtor. Apoſt. init.* & apud Sanctum Ciprianum *lib. contra Idola num.*56. Vtroque illo modo, hoc eſt, & per motum localem, & per idoneatum naturalium cauſarum applicationem potuerunt peſtem depellere in illo exemplo, quod legitur apud Anaſtaſium *quaſt.23. in ſcript.*

Obitèr porrò moneo, tametſi Dœmon poſſit verè morbos depellere, vt dictum eſt, tamen non eſſe vllo modo illi fidendum, tum ob Dei offenſam, tum quia morbus a Dœmonibus curatos paulò poſt reuenire, etiam cum actuario, teſtatur ex ſua in varijs ægris experientia Fertelius *lib.2. de add. cap.16.*

Teneamus id firmitèr cum Cypriano *de ſimplicit. Prelat. Ea eſt Dœmonis aſtutia, ea eſt circumueniendi hominis cæca, & latebroſa fallacia, vt aſſerere videatur noctem prò die, venenum prò ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, vt dum veriſimilia mentitur, veritatem ſubtilitate fruſtretur; nam transfigurat ſe in Angelum lucis.* Ideò caueamus.

Cœterum imperare naturæ Dei ſolius eſt, non enim poteſt eſſe naturale. Reuocare ab inferis ad ſuperos pertinet. Mederi ſiuè tractu temporis, ſiuè vſu pharmacorum eius eſt, qui ex nihilo res educit, non vllius, qui ex nihilo ipſe prodiuit.

An Subdelegati in Cauſa Canonizationum exprimere debeant in quolibet actu, quod ſederint prò Tribunali? tom.5. Conſult.37.

AFfirmandum videtur: quia in Remiſſorialibus dicitur: *In ſingulis actis procedentes, & prò Tribunali ſedentes*, ad text. *in l.fin.C.quemadmodum teſtam. aper.* ibi: *prò Tribunali*. Qua ratione in hiſce Remiſſorialibus dicitur: *Decernimus irritum, & inane quicquid contra formam præſentis Remiſſoriæ ſcientèr, vel ignorantèr fuerit excecutum.*

At dicendum eſt, defectum huiuſmodi ſolemnitatis potiùs attribuendum eſſe incuriæ Notarij id non exprimentis, cum in quibuſcumque actibus Iudicialibus Iudices ſemper dicantur ſedere, teſte Pratteio Lexic. iur. per tex. *in leg. 1. C. de offic. ciuil. iudic.* & alibi.

Quinimmò dum ex iiſdemmet actibus apparet, dictos Iudices ſtetiſſe in loco Sacro pro eorum Tribunali deputato, & electo, iuxtà formam in Remiſſorialibus eis præſcriptam, ſatis, ſuperque eſt de iure, quod ibidem ſiuè ſtando, ſiuè ſedendo, aut eundo ius reddiderint, *argum. l. pen. ff. de iuſt. & iur.* cum locus faciat tribunal, non ſedes, Specul. *de dilàt. §. vlt. verſ. Quidam tamen.*

In quibus miraculis Epiſcopi adhibere debeant conſilium Theologorum? tom.5. Conſult.37.

TRid. *ſeſſ.25. in decret. de inuoc. vener. & reliq. Sanct. ſub fine §. nulla etiam* locum habet tàm in Miraculis Sanctorum Canonizatorum, quàm perſonæ non canonizatæ, ibique adhibendum eſt conſilium Theologorum, quod aliquid habendum ſit prò certo, & vero miraculo, iuxtà decretum Sacræ Congregationis Concil. ſub anno 1626. teſtatur Barbos *in collect. ad dictum decretum num. 8.* Quia poſſunt aliquandò inſeruire iudicio ferendo prò Canonizatione illius, qui non dum eſt canonizatus.

Quid

Quid liceat, vel non liceat facere circa venerationem hominum mortuorum, ante eorum canonizationem, vel beatificationem, ſine Sedis Apoſtolicæ licentia? tom. 5. Conſult. 38.

Circa non dum canonizatos à Papa non licet aliquem cultum ſolemnem, aut publicum eis exhibere, nec eorum feſta publicè celebrare, nec nomina eorum in Litanijs enumerare, nec in Martyrologio deſcribere, neque in die obitus illorum campanas pulſare, neque pingere imaginem cum diademate, vel miraculis, neque illa omnia circa illos tam amplè præſtare, quam videtur conceſſiſſe D. Card. Bellarminus *tom. 1. lib. 6. de Sanct. cap.* 10. Iſta enim omnia ſunt contra Sacros Canones, & receptum Rom. Eccleſiæ morem. Et obſeruanda ſunt decreta Vrbani VIII. quæ paſſim explicata ſunt, & explicantur.

1. *An poſſit celebrari feſtum de aliquo Sancto veteris Teſtamenti, utpote de S. Elia in Eccleſia Latina, prout moris eſt apud Grecos?*
2. *An occaſione d. feſti S. Eliæ concedi poſſit Indulgentia à Sum. Pont. Eccleſiæ, vel Altari, in quibus celebratur feſtum dicti Sancti veteris Teſtamenti?* tom. 5. Conſult. 39.

Ad 1. affirmatiuè. Primò, quia publicè coluntur Sancti ſeptem Fratres Machabæi cum Matre, de quibus 2. *Machab. cap.* 7. & eorum feſtum celebratur Kal. Aug. Item S. Hieremias, S. Daniel, & Elias Prophetæ, aliique in Martyrologio Romano deſcripti, quibus ſunt ædificatæ Eccleſiæ, ac Monaſteria, & feſtum S. Io. Baptiſtæ, & Sanctorum Innocentum, vt in *c. 1. de conſecr. diſt.* 3. & Sanctæ Annæ Matris Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & S. Ioſeph eius viri. Et Venetijs coluntur SS. Iob, Hieremias, Simeon, Moyſes, & Zaccarias Prophetæ.

[Necnō ex petitione cuiuſdam deuoti Regularis S. Spiritus in Saxia de Vrbe conceſſa fuit à Sac. Rit. Cngregatione publica veneratio, & erectio Eccleſiæ S. Iob. in Ciuitate Albani, vbi extat quoque Hoſpitium proiectorum infantium à dicto Archioſpitali S. Spiritus manutentum, me operis Compendiatore teſte.

Et confirmatur ex inuocatione dictorū Sanctorum, quæ fit in commendatione Animæ morientium, & ex cantico Ambroſij, ibi: *Te Prophetarum laudabilis numerus*, ex Litanijs, ibi *Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ*; ac ex ipſo Martyrologio Romano, in quo deſcripti ſunt. Quos igitur Eccleſia publicè veneratur, vel populo proponit imitandos, poterit Sum. Pont. feſtiuitate honorare.

Secundò, probatur ex Eccleſiaſt. *cap.* 44. *Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua*. Quo in loco Eccleſiaſticus plures Sanctos veteris Teſtamenti canonizauit; Vndè Bellarm. *tom. 2. lib. 1. de Sanct. Beatitud. cap.* 7. §. *his ergò* inquit: *Vtile eſſe Sanctos canonizari*? His argumentis demonſtrari poteſt. Primò, quia Deus ipſe voluit à Sanctis Scriptoribus annotari in particulari glorioſam vitam, & mortem eorum, qui tempore ipſorum floruerunt, vt patet de Eccleſiaſtico, qui *cap. 44. & ſeqq.* canonizauit plurimos Sanctos, vt Henoch, Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, Chaleb, Samuelem, Dauidem, Eliam, & Eliſeum, quod etiam tenet Cantilor. *de Canon. Sanctor. cap.* 31 Gaſp. Zanchad. *cap.* 44. & alij.

Tertiò, quia ſi in Sanctis veteris Teſtamenti concurrat ſanctitas vitæ, vnà cum Miraculis, ratio ſuadet, vt ipſi, ſicut Sancti noui Teſtamenti ſint honorandi, *cap. translato de conſtitut.*

Ad 2. Quoque affirmatiuè: quia per huiuſmodi Indulgentias coluntur Sancti, vel Beati cultu publico, & inſtituto authoritate publica Summi Pont. ac nomine Eccleſiæ, Bellarm. *tom. 2. contr. lib. 1. de Sanct. Beatit. cap.* 10. Sanch. *in decal. lib. 2. cap. 43. num.* 3. & alij.

Cæterum Cæſarius Heiſterbutienſis *in dial. miracul. diſt. 8. cap. 48. tom. 2. Bibliotec. Ciſtercien.* teſtis eſt, modicam, vel nullam Patriarcharum, Prophetarumque Teſtamenti veteris memoriam apud latinos celebrari, apud Græcos verò ſolemnem: Quod Nicolaus Serarius *litan. 2. qu.* 18. confirmat, & rationem affert, quod Chriſtiana Eccleſia libentius in Chriſto iam nato, & paſſo, & reſurgente, & in Cælos aſcendente Patres, ac filios amplectatur.

Quæ cum ità ſint in Latina, & Occidentali Eccleſia, in qua mos ille generatim inualuit non agitandi feſtos dies Eliæ, aliorumque Sanctorum veteris Teſtamenti rationi congruum videtur, vt non aliter Indulgentia conceda ur in eorum feſtis, niſi vt in natalitijs Beatorum conceditur interdum, ſuppreſſis eorum nominibus, & pro die, in quo eorumdem memoria celebratur. Noſtratum enim patrium eſt non inducere nouos ritus in Eccleſia, ſed ad receptos piè frequentandos indulgentijs, tanquàm præmio quodam propoſito inuitare fideles.

Atque hinc eſſe puto, quod in Canone Miſſæ non exprimantur nomina Patriarcharum, vel Prophetarum; quia licèt ij in Chriſtum crediderint, eundemque ſpiritualiter manducauerint, alium tamen offerendi ritum habuerunt, qui Chriſtum in carne venturum prænunciaret, quem paſſione, ac morte ſua genus humanum redemiſſe, Apoſtoli, & Martyres verbis, & oblatione noui Sacrificij prædicarunt.

Hinc minimè prætermittendum eſt id, quod notat Raynaudus *ſect. 3. par. 3. num.* 11. Sanctos Innocentes, Io: Baptiſtam, Ioachimum, Annam, alioſque Chriſto præmortuos, qui nexum aliquem habuere cum Chriſto, non ad vetus Teſtamentum pertinere, ſed ad nouum. Quibus iure, & merito adijciam Sanctum Simeonem, quem, Chriſto iam nato, defunctum eſſe, & Chri-

Chriſti aduentum denunciaſſe, eaque de cauſa ſine honore à Sacerdotibus ſepultum fuiſſe, auctor eſt Baron. *in annalib.an.1.num.40.* De aliquibus dictum eſt ſupra, Carmelitas autem Eliſeum, & Eliam officio; & feſto colere palam eſt; ſed Græci ad Orientalem pertinent Eccleſiam, non autem ad Occidentalem, & Latinam, & Carmelitas Greg.XIII. ait *in Bulla, vt Breuiarij* edita anno 1584. à multis ſæculis Breuiario vti iuxtà conſuetudinem Eccleſię Hieroſolymitanæ, ac proindè Orientalium morem imitant?

Quarè ſpeciale nonnullis eſt Eliæ feſtum, vt Beatorum feſta eſſe ſolent, at in communi Latinorum vſu, & Occidentalis Eccleſiæ more non eſt.

[Ad quod non prętermitto Ego Sſmator addere, quod in pertinentijs territorij Ciuitatis Frequēti meæ Patriæ ad præſens adeſt Vetuſtiſſima Eccl. Beneficij Ruralis ſub inuocatione S. Eliæ cōſtructa, in Regno Neapolis, propè cliuium Montis dictæ Ciuitatis, Beneuentum verſus.]

An homines abſciſſo capite moueri poſſint abſque miraculo ad magnam diſtantiam, vt legitur, de capite Sancti Pauli, Sancti Dionisij, & aliorum tom.5.Conſul.40.

TEnendum omninò eſt, quod ſi aliquandò contingat, hominem abſciſſa aliqua parte moueri ſecundum vtramque partem abſciſſam, talis motus oritur ab impetu, quod homo dolore ſtimulatus tempore abſciſſionis imprimit neruis, & vtrique parti, qui impetus, ſaltèm ſpecie aliquandiù durans, poteſt cauſare motus ſimiles ijs, quibus ab anima mouentur partes viuentes.

Quod ſi contingat aliquandò, vt longo tempore vtraque pars moueatur, quemadmodum narratur de Sancto Paulo, Sancto Dioniſio, Sancto Proclo, de S. Quiteria, de S. Victore, ac de alijs, id accidit Deo miraculosè diſponente, vt tales partes mouerentur, vel ab Angelis, vel ab ipſa anima iam ſeparata, ſed extrinſecus aſſiſtente vtrique parti, atque illas mouente.

Quibus adde hoc Epigramma, cuius argumentum: D.Dioniſius Areopagita ceruice obtruncata, ſuum ipſe caput manibus geſtat;

Antiloquus vultu intrepido dat colla ſecuri.
Præſul, & immitrita cede cruore natat.
Diſſectum caput ipſe ſuum, mirabile dictu!
Arripit, illuſtri, & pignore carpit iter.
At nequit tantus fœdari puluere vertex,
Id cauet, inuita morte, decora manus.
Vtque triumphali caput inſuperabile pompa,
Nec potuit curru nobiliore vehi.

[De Sancto Paulo Apoſtolo retulimus Epigramma *tom.4.Conſult.*50. hoc eodem tract.]

An liquor inſtar olei, vel huiuſmodi è corporibus eorum, qui obierunt cum fama Sanctitatis ſit miraculo adſcribendus? tom.5.Conſult.41.

AFfirmatiuè, conſtito de prædicto liquore, præſertim odorifero, eſt miraculo adſcribendum. Certum enim eſt, hoc euenire ſupra ordinem naturæ, tanquam alienum à corporibus mortuis, quæ putreſiunt, & in cinerem ſoluuntur, & humiditate conſumpta, & carne omninò corrupta, oſſa arida, & ſicca remanent, ex quibus naturalitèr nullus humor, nec liquor generari, nec prodire valet. Quod cum totum contrarium compertum fuerit, & huiuſmodi liquorem conſeruatum, quin & è dictis corporibus manantem, neceſſariò fatendum eſt, eſſe opus ſupernaturale, & in facti ſubſtantia omnes naturæ vires excedere, & ſic miraculum primi ordinis eſſe ex D. Tho.1.2.*quæſt.*105 *ar.8.in.corp.* quemadmodum illud faſſi ſunt eſſe miraculum primi gradus Auditores Sac.Rotæ.*in relat.1.ar.4. de mirac. D. Thereſiæ mirac.3. poſt.mortem, de quo adſunt permulta exempla Sanctorum.*

1. *An ſudor ſanguineus ſit ſupra vires naturæ, ità vt adſcribendus ſit miraculo? Et*
2. *Quid de ſudore ſanguineo Domini Noſtri Ieſu Chriſti?* tom. 5. Conſult.42.

QVoad 1. Negatiuè: Quia poteſt naturalitèr contingere, Theophraſt.*lib. de ſudor.* Baricell.*lib. de hidronoſa natura* Vincentius Moles *lib. de philoſph. Corporis Chriſti cap.* 12.& alij, & ideò miraculo non eſt adſcribendum, & probatur multis rationibus.

Primò; Ex Ariſtot. *tum lib. 3. de partibus animal. cap.5. tùm lib.3. de hiſtor.animal. cap.19.* Item probatur ex pluribus ſanguineis euacuationibus in aliqubus corporis partibus obſeruatis, tùm ex Ariſt. & Galen. *loc. cit.* tùm ex Schenkio *obſeruat.lib.1.*

Ad 2. Idipſum dicendum eſt de Chriſti ſanguineo ſudore, quod ſcilicet ſine miraculo effluxit, ceu tenent Nicolaus de Lyra ad locum D.Lucæ, Medin. *in 3.par. D.Tho.quæſt.46. ar.6.* Baricell.*eodem lib.2.*& Moles *cap.9.dub.2.*

Probatur primò; Quia ſanguineus Chriſti ſudor ſecundum Sanctorum Patrum ſententiam fuit ad oſtendendum veritatem humanæ naturæ, quam non oſtenderet, ſi eſſet miraculoſus. Tùm quia ſudor noctu factus, & in ſecreto, quorſum petebat fieri per miraculum? Tùm quia licet ſanguis eſſet temperatiſſimus, cum tamen Chriſtus eſſet totus viuidus in ætate iuuenili, omnium pulcherrimus, tantam luctam ſuſtinuit, tataque vi ipſam naturam ſenſitiuam in horribiles cruciatus conſentire coegit, vt præ nimio labore cruentus ſudor ex omnibus illius membris erumperet: nam ob orationis Seruorem, ac metum, & horrorem mortis, ſanguis ad cor confluxerat; Tùm quia amor validus,

Digitized by Google

dus, & ardens deſiderium Paternam exequendi voluntatem, ac nos redimendi, ceù malleus quidam, aut vis ingens accedens vicit timorem illum, & ſanguinem fortitèr expulit; itàut in hac præclara victoria, & ſubita violentia ſanguis ex poris omnibus nimio labore patefactis, abundè cum alio ſudore erumpens, deflueret in terram.

Secundò, Chriſtus validas habuit, ac vehentiſſimas animi paſſiones, eſto vt regulatas rectiſſima ratione, vt fatentur Theologi, ac docet Sac.Scriptura, ait enim D.Matth. *cap.* 26. *Cœpit contriſtari, & mæſtus eſſe*, tunc ait illis: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, & Diuus Marcus: *Cœpit pauere, & tædere*, & L.Lucas: *Et factus in agonia prolixius orabat*; Fuit igitur in Chriſto cauſa naturalis, à qua natura potuit ſanguineus ſuperuenire ſudor.

Quæ, & vndè lux, ſiuè ſplendor, fragantiaque in Seruis Dei demortuis ? tom. 5.Conſult.43.

SEruorum Dei viuorum, & vita Sanctorum Corpora ad tempus aliquod ſplendore mirabili circumfulſiſſe narrant hiſtoriæ. Epiphanius de Pauli II. corpore *num.*24. ac gemina ſunt exempla variorum Sanctorum, quorum Sacra Corpora poſt mortem ſplenduiſſe, & odorem ſuauiſſimum inhalaſſe proditum eſt. Thomas *Bozius lib.*15. *de ſign.Eccleſ.cap.*7.multa Sanctorum Cadauerum ſplendentium exempla accumulat, & alia de Corporibus Sanctorum ſuaueolentibus exhibet *ibidem cap.* 8. & nos etiam alibi, paſſimque in actis Sanctorum occurrunt alia. Cum Moyſes nouas legis tabulas reportaret, cumque deſcenderet ex ea Cœli typographia apparuit radiante vultu ex conſortio ſermonis Domini, & omnibus admirationi fuit, dum videlicet quaſi cornua ſplendoris ex vultu emitrent; Quem tegere velo etiam eum oportebat, quoties populum alloqui vellet, & reuelare dumtaxat quoties ingredi tabernaculum deberet.

Sed hic ipſe Moyſes ità rutilans alter fuit teſtis cum Elia in Monte Thabor luminis multò clarioris, quo Chriſtus refulſit, cum *Reſplenduit facies eius ſicut Sol &c.* neque tunc Chriſto defuit conſortium ſermonis Domini: quia illapſus Patris omnipotens ſermo dixit: *Hic eſt filius meus dilectus &c.* Fuit verò ea claritas Corporis Chriſti claritas gloriæ congruens Corporibus Beatorum, cum flueret ex diuinitate, atque ex anima etiam ipſius glorioſa, & diſcrimen erat dumtaxat, quod dos, & conditio permanens nec dum foret, quia necdum Corpus eius ſuperata morte, indueret immortalitatem: Quinimmò a primo conceptu ex animæ gloria iam tùm beatæ, redundare in corpus debuiſſet; niſi ex diſpenſatione diuina cohiberi eam oportuiſſet, donec miſteria expleret paſſionis prò generis humani redemptione, & in hoc etiam Moyſis claritatem externam, atque aduentitiam ſuperauit.

Sed & Sanctis viris Deus lucem hanc prodromam æternitatis tribuere voluiſſe in hac vita, etiam videtur, Ità S. Patritius plerumque Cœleſti luce circumfuſus, Hiberniæ regiones, Apoſtolus earum obibat, immò habuiſſe lucem in poteſtate, itàut promeret illam, conderetque prò libito, dici poſſet &c. Ioc. *in eius vita cap.*157.

Ad hæc S.Ignatio Loyolæ Societatis Ieſu conditori, iubar in vultu fuiſſe, teſtatus eſt Sanctus Philippus Nerius, qui & ipſe viciſſim alijs Ore ſplendenti apparuit, Maffeus in eius vita.

An autem ſplendor iſte, & odor ſenſibilis eſſent phiſica, & realia accidentia, an intentionalia tantùm, Deo videlicèt ea per ſeipſum, vel per Sanctos Angelos exhibente, vt Corpora Seruorum ſuorum honorificaret? Et quidem ſi is ſplendor, ac odor æquè omnibus ad Sancta Corpora accedentibus obijceretur ad diuturnum tempus, non videretur dubitandum, quin eſſent qualitates phiſicæ diuinitùs impreſſæ, aut ab Angelis applicatione actiuorum idoneorum ac paſſiua cauſatæ ad conteſtandam Sancti gloriam; Non enim manarent à ſtatu ſupernaturali Corporis nondùm glorioſi. Igitur à Deo, vel bonis Angelis extraordinariè communicarentur.

Eſtque ſine dubio ità aſſerendum de odore amæniſſimo multorum Sanctorum corporibus perenni; Et æquè clarum eſt idem eſſe ſtatuendum de ijs Sacris Corporibus, è quibus profluit vnguentum, aut liquor medicus omnium aromatum noſtratium ſuaue olentiam ſuperans. Quod de Corpore S.Euphemiæ ſcribit Nicephorus *lib.*15.*cap.*3.Et idem recitat de Corpore S. Cliceriæ Martyris *lib.* 18. *cap.* 32. Vbi tamen ſpleudor nonniſi ad vnius horæ, vel breuioris temporis ſpatium duraſſe diceretur, nec diuturnior fragrantiæ ponderetur duratio, nihil eſt, quod euincat pluſquam apparentiam lucis, & odoris à Deo, aut à Sanctis Angelis excitatam per mutationem aliquam proportionalem ei, quam alibi circa viſibilia nonniſi apparentèr obiecta fieri diximus.

1. *An & quatenùs extenſio Officij Diuini proprij concedenda ſit? Vbi an prò eiuſmodi conceſſione requiratur, quod Sanctus ſit Canonizatus?*
2. *An concedi poſſit de Beatificatis tantum, qui habent cultum limitatum?*
3. *An ſit licitum vtentibus Breuiario Romano accipere Officia propria ex alijs Breuiarijs?* tom.6. Conſult.60.

AD 1. Poſſe Officia propria Sanctorum, vel Beatorum extendi etiam ab Ordinibus Regularibus ad Eccleſiam, vel Diœceſim, aut Prouinciam, vel Regnum, conſtat ex Officio S.Thereſiæ approbato prò Religione Carmelitarum, & permiſſum à Sac. Congregatione prò

Regnis

Digitized by Google

Regnis Hiſpaniarum decreto ſuo ſub die 18. Auguſti 1629. & S. Alberti Carmelitæ die 8. Aug. 1637. in Mazarenſi.

Et licet agatur de Sancto non canonizato, debet tamen eſſe de ijs, de quibus poteſt fieri officium, nempè de Sancto, qui reperitur in Martyrologio Romano, cum is non ſit dicendus Sanctus tantummodò enunciatiuè per nuncupationem Papæ, cum titulo Beati, vel acclamatiuè per populum iuxtà tradita à Molfeſio *conſ.45.num.26.& ſeq.* ſed declaratiuè, de quo licet Officium facere limitatè, vt ibidem per eundem Molfeſ. *num.25.* Alias enim ſi requireretur ſpecifica canonizatio, vel Beatificatio in Sanctis, præſertim antiquis. vbi de ſpecifica approbatione proprium Officium apparere deberet, multa Officia expurganda eſſent, non ſolum ex Breuiarij Monaſticis, ſed ex Romano. Sola enim appoſito in Breuiario, quæ fieri non debet inconſulta Sede Apoſtolica, importat approbationem.

Ad 2. Ex quo eſt locus Rubricę Breuiarij in *cap.* 1. vt liceat facere Officium duplex de Sanctis non deſcriptis in kalendario, qui apud quaſdam Eccleſias, vel Religiones honorari ſolent cum Officijs proprijs approbatis per Sedem Apoſtolicam; Vnde poteſt extendi, non quidem vniuerſaliter, ſed tantùm ad particularem Eccleſiam, vel Diœceſim.

Ad 3. Non licet, & ideò ſupplicandum eſt prò licentia, quæ concedi, ac commendari meretur, cum nullum aliud habeat fundamentum, niſi deuotionis erga Sanctos, præſertim Ciues, in quorum honorem, ſi ab immemorabili Clerus alicuius Diœceſis celebrauerit, & celebret Officium de communi, iuxtà declarationem Sac. Ric. Congregationis, continuare etiam poterit poſt decretum de tollendis abuſibus, vt fuit reſponſum in vna *Venetiarum* 27. Nouembr. 1632. & in *Peruſina* 11. Martij 1641. Quod procedit etiam quoad Sanctos nō canonizatos, vt declarauit eodem Sac. Congr. die 8. Octobr. 1628. ad 1. *dub. de tollend. abuſibus.*

1. *An prò veneratione Reliquiarum antiquarum repertarum, ſit licentia concedenda? Vbi aliqua de probanda identitate Corporum Sanctorum.*

2. *An Reliquia Sanctorum exiſtentes in Eccleſijs Regularium, quæ exponuntur publicæ venerationi fidelium, poſſint ab Epiſcopo viſitari, eo quod non conſtet fuiſſe vnquam ab ipſo viſitatas, aut approbatas, iuxtà diſpoſitionem Sac. Conc. Trid.* ſeſſ. 25. de inuoc. ven. & reliq. Sanctor.? tom. 6. Conſul. 61.

AD 1. Affirmatiuè: quoniam non agitur de veneratione nouarum reliquiarum, ſed antiquarum, recens tamen repertarum poſt illarum amiſſionem, quo caſu licentia conceditur, ſi aliquibus ſignis probetur, illas eſſe reliquias antiquas Sancti iam Canonizati. Eſt concors theorica Canoniſtarum deſumpta ex *cap. fin. de reliq. & ven. Sanct.* & licet ille textus videatur prohibere venerationem; tamen intelligendus eſt ex ſententia Doctorum de Reliquijs nouis. Ità Butr. *num.5.* Abb. *num.1.* & antea Hoſtien. *num.9.* Vbi, quod ſi inuenirentur aliquæ Reliquiæ cum ſcriptura in eis exiſtente, quod eſſent alicuius Sancti antiquitùs approbati, tunc tales Reliquiæ debent coli ex ſolo teſtimonio illius ſcripturæ, inconſulto Romano Pontifice Azor. *par.1. Inſtit. moral. lib. 9. c. 8. quæſt. 8.* & Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 97. num. 11. & ſeqq.* nequè videtur diſſentire Io. Andr. *in eodem cap. 1. de reliq. & ven. Sanct. num. 6.* quatenùs ait, quod poſſit Epiſcopus diem feſtum alicuius Sancti inſtituere, ſi antiquitus Sanctus ille fuerit approbatus. Et in his terminis loquitur Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 25. in decreto de ven. & relib. Sanct.* & eius Congregatio in vna *Cæſarauguſtana.*

Ideò ſumma rei eſt in comprobanda identitate, quod ſit illa ipſa Reliquia, quæ anteà celebratur, quod probari poteſt ex multis circumſtantijs, ex quibus admodum veriſimilis redditur probatio eiuſmodi identitatis, ſpeciatìm ex miraculis, ex quibus ſumi debet argumentum ſufficiens; In hac enim materia Eccleſia contenta eſt ordinarijs probationibus, Gloſ. *in dicto cap fin.* Hoſtien. *ibidem*; Adeò vt concurrentibus demonſtrationibus per antecedentem famam publicatis, non ſolum probata videtur omninò identitas, ſed etiam omnis impoſturæ ſcrupulus ceſſare cenſeatur? vt in ſimili arguit D. Auguſt. *contra Manich. lib. de vtil. cred. cap. 3.*

Sed quid ſi interuenerit aliqualis nominis diuerſitas? Ex diuerſitate nominis arguitur diuerſitas Corporis ſecundum Bald, *in proem. 6. num. 18.* negantem poſſe nomen mutari, quia hoc ingereret difficultatem probationis; nam ex diuerſitate nominis præſumitur diuerſitas Corporum niſi probetur, quod ſit idem Corpus. Idem dicendum eſt de diuerſitate temporis, Certum enim eſt, quod diuerſitas temporis inducit diuerſitatem factorum, Gloſ. *in can. 1. v. honeſtiſſima in fin. 35. quæſt. 1.*

Neque videtur referre ſi exprimatur patria, profeſſio, locus Martyrij, & huiuſmodi alia; quandoquidem identitas perſonæ ſufficienter probatur duabus demonſtrationibus, etiam ſi alia; non conueniant.

Ad 2. Negatiuè. Ità Sac. Congreg. Conc. in *Vrbinatenſi* 10. *Mart.* 1663. ad d. Conc. locum. Sanctorum enim Reliquię antiquæ habendæ ſunt in illa veneratione, qua hucuſque fuerunt Si verò ſunt nouæ, Epiſcopus ſeruet hoc decretum Concilij, nempè viſitet, atque cognoſcat, etiam in Eccleſia exempta, teſte Naldo *in ſum. v. Reliquiæ Sanctorum num. 1.* Quoniam tunc poſſeſſio, & præſumptio ſtat pro ipſis Reliquijs.

1. *An*

1. *An euaſio Mulieris ſiniſtro fœtu laborantis, ac morti proximæ, quæ implorato alicuius Serui Dei auxilio, fœtum emiſit ſalua, & in columis, ſit adſcribenda miraculo?*

2. *Quid de inſtantanea ſanatione tibijs, & cruribus impotentis, & attracti?*

3. *Deque ſanatione ſtrumarum, etiam à Regibus facta, ac obiter de titulo Chriſtianiſſimus, qui olim Hiſpaniarum Regibus vſitatus, ac debitus fuit digreſſio.*

4. *Quid de vulneribus, carbunculis inciſis, & ſanatis abſque vllo penitùs cicatricis veſtigio?*

5. *Quid de liberatione à ſuppreſſione vrinæ cum emiſſione pergrandis calculi ſpinoſi, & aſpri? Et de calculo, ſiuè lapide per aluum eiecto.*

6. *Quid de paulò ante ſanatis ex miraculo, reincidentibus in eundem, aut alium morbum?*

7. *Quid de periculoſo partu ob fœtus duplicatos?*

8. *Quid ve de cæco, ſurdo, muto, qui ſtatim lumen, auditum, loquelam recipiunt?* tom. 7. Conſult. 26. ac tom. 10. Conſult. 181. & 183. & ſeq.

Legitima probata veritate facti, quod ſcilicet factum, quod narratur ad miraculum, eo modo probetur contigiſſe, quo narratur, probataque qualitate miraculi, hoc eſt, quod facto comprobato, contineatur effectus, qui naturæ vires excedat, & propterea ad miraculum referri debeat, ac probata interceſſione Serui Dei, quod nempè talis effectus euenerit ad interceſſionem illius, non autem alicuius alterius Sancti, cenſeo hæc omnia, huiuſmodiq; alia miraculo eſſe adſcribenda:

Ad 1. Affirmatiuè, ſi conſiderato ſtatu, in quo mulier reperiebatur deſperatæ planè ſalutis fuerit, quod probari debet ex peritiſſimorum Medicorum allegatione, quibus peritis eſt credendum, iuxtà *l. 5. de ventr. inſpic.* cum paſſim alijs, ac iuxtà ſtylum Sac. Rit. Congregationis, vt liquet ex relatione B. Pij V. *in 2. mirac. poſt mortem verſ. factum*, vbi allegantur Doctores *in cap. fin. de frig. & malef.* & alibi.

Ac proindè hoc genus miraculi, ſi non ad 2. ſaltèm ad 3. referendum eſt gradum.

Ad 2. Cum agatur de ſanatione morbi ope naturæ inſanabilis, ac cum hæc ſanatio ſupponat vitam in ſubiecto, illa penitùs orbato facultatum vitalium, reſtitutio eis partibus, in 2. miraculorum ordine ponenda eſt.

Ad 3. Idem dicendum de ſanatione ſtrumarum, ac aliorum morborum inſtantanea. Poteſtatem eas ſanandi habuerunt, ac etiam nunc habent Reges Franciæ. Priſci etiam Auſtriæ Principes, qui ab Habſpurgenſibus oriundi ſunt ſtrumas, vt ferunt Ioan. Pauli *in ſpurdopedia*, & Laurent. *in theatr.* vi quadam diuina ſanare poterant: Nàm in Alſatia Vallem aiunt Alberti dictam, quæ cum plurimos gignat ſtruma laborantes, plurimos quoque manu Principum illorum curatos vidit. Regibus Hungariæ icteri ſanandi virtutem conceſſam eſſe peribent. Reges Hiſpaniarum Crucis ſigno dæmones pepuliſſe. Aragoniæ ſtrumas ſanaſſe refert And. Lauten. *lib. de ſtrumis ex Caſſaneo in catal. glor.* & alij. Eduardus Rex Angliæ geſtauit annulum, cuius contactus comitiali morbo ſalutaris erat.

Et hinc obiter adnotandum eſt, Titulum Chriſtianiſſimus aliquot ſæculis, antequam Summi Pontifices eum Regi Galliæ conceſſiſſent, Hiſpaniæ Regibus vſitatum, ac debitum fuiſſe. Sequitur narratio hiſtoriæ, vt ibidem videre eſt.

Ad 4. Probata diuiſione cutis, vel inciſione, ſequitur neceſſariò probatio miraculi, quia huiuſmodi cicatrices propter cutis diuiſionem, aut inciſionem, nunquam aboleri poſſunt, ſed ſemper remanet aliquod earum veſtigium, ac ſignum viſibile.

Ad 5. Probata paritèr inſtanteneitate, & impoſſibilitate tranſitus huiuſmodi calculi ab anguſto vretere, eius liberatio miraculo eſt aſcribenda: quia cum foramen vrinarium ſit anguſtiſſimum, negant periti, non ſolum grandiores, ſed etiam exiguos calculos inde poſſe exire, eò magis de ſpinoſis, & aſperis calculis.

Ad 6. Cenſeo non eſſe contra rationem miraculi, ſi ſanatus paulò ante, reincidat in eundem, vel alind morbum, vt patet de S. Petronilla, quæ à S. Petro ſanata fuit, vt diſcumbentibus, miniſtraret, Panuin *in relat. S. Bonauenturæ par. 2. ar. 6.* Quia id habet locum in ſanatis ſecundum ordinem naturæ, non autem in ſanatis miraculosè.

Ad 7. Si applicata remedia non proſint, partus difficultati, & puerpera ita viribus ſit deſtituta, vt eius ſalus pernecesſè periclitetur, & inuocato aliquo Dei Seruo, illicò fœtum ediderit incolumis, & quod mirabilius, abſque doloribus, miraculo puto id eſse adſcribendum.

Sanatio verò è calculi doloribus cum illius eiectione per aluum, ſiuè ſeceſsú, interceſſione alicuius Serui Dei implorata, non debet miraculo abſcribi, quod toties natura vi ſua expultrice effeciſse docent tot celeberrimi Scriptores. Verùm ex eo, quod patiens cruciabatur maximis doloribus, dum mingebat, ſequitur, quod calculus fuerit in veſſica, non autem in inteſtinis; Vndè id Medicis, atque Anotomicis relinquendum eſt, & poteſt probari, non ſolum per præſentes, ſed etiam per peritos. Sed ſi perſpectis omnibus facti circumſtantijs concludant ſanationem, vel factum non potuiſse euenire ex cauſa naturali, miraculo eſse adſcribendam, vt fuit concluſum in relatione Sanctæ Franciſcæ, & S. Caroli, & S. Ignatij *in 1. mirac.* & S. Thom. de Villanoua.

Ad 8. Affirmatiuè: Quia licet natura poſſit dare lumen, auditum &c. corpori, non poteſt tamen illa dare corpori cæco, ſurdo &c. Nam & Saluator Noſter Ieſus Dominus intèr mira-

Digitized by Google

cula per Diſcipulos Ioanni renuncianda hæc in primis expreſſit *Matth.* 11. *Euntes*, inquit *renunciate Ioanni, quæ vidiſtis, Cæci vident, ſurdi audiunt &c.* debet igitur huiuſmodi ſanatio referri ad ſecundum genus miraculorum, & paſſim legitur in vitis Sanctorum.

Qui nam cultus Beatis adhuc non canonizatis præſtandus ſit? tom. 7. Conſult. 27.

DIE 27. Septembris 1659. Sac. Rit. Congreg. ſequentia decreta ad rem emanauit.

Quod eorumdem Beatorum Imagines, etiam non principalitèr, & vti ſupplices appoſitæ ſimulacra, picturæ, tabellæ, aut ſcripturæ, eorum præclara geſta repreſentantes, aut referentes in Eccleſijs, & Oratorijs, quibuſcumq; & præſertim, in quibus Miſſæ Sacrificium, vel alia Diuina Officia peraguntur, inconſulta Sede Apoſtolica, nullo modo exponantur.

Quod vbi indultum fuerit per Sedem Apoſtolicam, Imagines, Simulacra, pictaſque tabellas, in Eccleſijs poni, & coli poſſe, in pariete tantùm, non autem ſuper Altari collocandi facultas tributa cenſeatur.

Quod ſi conceſſa fuerit per eandem Sedem Apoſtolicam Altarium erectio, non tamen ob id Miſſam, & Officium de prædictis Beatis celebrandi, vel recitandi facultas tradita præſumatur. Etenim ſpecifica, & expreſſa conceſſio ſuper his præcedere debet.

Vbi in vno loco cultus fuerit conceſſus, non extendatur, inconſulto Pontifice, ad alium locum, quauis alia concurrente authoritate.

In locis, vbi Beatos prædictos ab omnibus coli permiſſum fuit, non idè publica Officij recitatio permiſſa cenſeatur, ſed tantummodò priuata, nec ſatisfactoria præcepto recitationis, niſi quo ad illos, quibus Sedes Apoſtolica de hoc indulſerit.

Miſſæ paritèr, quæ fuerint indultæ certis perſonis, nempè Presbyteris Regularibus, vel ſæcularibus alicuius loci, vel Monaſterij, ſeù Presbyteris alicuius Eccleſiæ ſeruitio præcipuè addictis, à confluentibus Sacerdotibus, quamuis dignitate, etiam Cardinalatus inſignitis, minimè celebrentur.

Dies feſti in Beatorum eorumdem memoriam non celebrentur, niſi ſpeciali indulto Apoſtolico prouiſum fuerit.

Eorumdem nomina in kalendarijs non apponantur, niſi illius tantùm loci, eorumque perſonarum, in quo, & è quibus cultus cum Officio, & Miſſa celebretur.

In quibuſuis Eccleſiaſticis precibus, etiam in Oratorijs priuatis recitandis, particularia eorundem ſuffragia non apponantur, vel recitentur.

Publicis in precibus, præter indulta à Sede Apoſtolica approbatis, ijdem Beati non inuocentur.

Eorundem Reliquiæ in proceſſionibus minimè circumferantur.

Sac. tamen Congreg. præſentibus declaratione, & iuſſione remouere non intendit cultum Beatis per communem Eccleſiæ conſenſum, vel per immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum ſcripta, vel temporis centum annorum excedendis ſcientiam, ac tolerantiam Sedis Apoſtolicæ, aut Ordinariorum hactenùs præſtitum, ac certis modo, & forma ab eo tempore exhibitum. Verùm ſi à centum annis citra cultus huiuſmodi aliqua ex parte conſtiterit auctus, & extenſus, eo caſu Sac. eadem Congr. eundem in priſtinum reduci iubet, prout quamuis cultum extrà caſus prædictos ad expreſſa tantùm verbalitèr in Apoſtolicis indultis omninò reuocari mandat ſub pœnis &c.

Firmis quoque remanentibus decretis, nempè, nè Beati in Patronos eligantur, nè eorum natalitiæ cum octauis celebrentur, & alijs quibuſcumque à Sacra Congregatione hactenus emanatis, quæ præſenti decreto renouantur.

Sequitur relatio, mandatum de obſeruatione, notificatio, poteſtas Ordinarij conceſſa, mulctatio etiam in exemptos, ac eadem facultas Nuncijs Archiepiſcopis &c.

An, & quatenùs res geſta, egregia facinora, miracula, aliaue hominum, qui cum opinione Sanctitatis è vita deceſſerunt, poſſint in lucem edi, typiſque mandari? tom. 7. Conſult. 28.

NEgatiuè: Quia in hac re obſeruandum omninò eſt decretum *Vrb. VIII.*, qui in eiſdem ſuis Conſtitutionibus, ſeù decretis, quę incipiunt *Sanctiſſimus, & Cæleſtis Hieruſalem*, libros eorundem hominum, qui Sanctitatis, ſiuè Martyrij fama, vel opinione celebres è vita migrauerint, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeù quæcumque beneficia, tanquam ipſorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, & approbatione Ordinarij, Theologis, alijſque viris in conſilium adhibitis, peracta, & negotio inſtructo ad Sedem Apoſtolicam deindè tranſmiſſo, eiuſque reſponſo non expectato, imprimi prohibuit. Alioquin qui typis in poſterum excudentur, ipſo facto, abſque alia declaratione pro libris prohibitis haberi præcepit.

An, & quomodò conſtare poſſint miracula Seruorum Dei? Vbi iterum de ijs, qui ſine cibo, ac potu menſibus, atque annis vixerunt, ad effectum canonizationis. tom. 7. Conſult. 91.

AD 1. per crebram famam, quæ iuxtà ſapientum ſententiam eſt multorum narratio de aliquo per ſenſum perceptibili in præſenti tempore conſtituto, ſiuè in præteritis ſucceſſiuis, ac non interruptis, quorum multitudinem impoſſibile eſt, ſecundum conſuetudi-

nem

nem ad conſrigendum tale quid imperceptibiliter conuenire. Alia diximus ſupra, præcipuè *tom.1.Conſult.*240.& 242.

Ad 2. Satis reſponſum eſt. *tom.* 4. *Conſult.* 43. quò adi.

An ſi vir fide dignus tradiderit alicui Reliquias Sanctorum, poſſint exponi publicè venerationi, approbante Epiſcopo? tom. 8. Conſult. 28.

Cenſeo poſſe Epiſcopum in ſua Diœceſi exponere ad publicam venerationem huiuſmodi Reliquias, ex præſcripto decreti Tridentini *ſeſſ.25.de refor.in decret.de inuoc. vener. & reliq. Sanct.* & cenſuit Sac. Congr. ad dictum decretum.

1. *An præſeferat cultum aliquem, atque adeò ſit contra decreta Vrb.VIII. de cultu non exhibendo non Beatificatis, neque Canonizatis foramen ſepulcrorum, in quibus conduntur corpora Seruorum Dei, coopertum tabula, vt terra ſepulchralis ſumi poſſit à fidelibus, eam deuotionis ergo perquirentibus?*

2. *Quid de ſepulchro circumdato crate lignea, vel ferrea balauſtriorum? Vbi exhibetur forma ritè, ac rectè conſtruendi proceſſum ſuper non cultu ad præſcriptum dictorum decretorum?* to.8. Conſult. 114.

Quoad 1.& 2. quæſitum vide tom.4. Conſult.48. & 236. vbi ſatis.

Forma proceſſus, quæ fuit obſeruata in Beatificatione,& Canonizatione Serui Dei Franciſci Saleſij Epiſcopi Gebbennenſis, quæ eſt huiuſmodi.

Federicus Epiſcopus Albanen. S.R.E. Card. Cornelius Sac. Rit. Congr. Præfectus. Tibi Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Belliceu. ad infra peragenda ſpecialiter deputato ſalutem &c.Nouerit Amplitudo tua,quod alias SS.D.N. ſub die 9. Ianuar. 1648. per ſpecialem commiſſionem huic Sac. Congr. directam cauſam proſecutionis beatificationis, & Canonizationis Serui Dei Franciſci de Sales dum vixit Epiſcopi Gabennenſis, commiſit tenoris infraſcripti videlicet: Beatiſſimè Pater adeò aucta eſt hactenus, in dies magiſque augetur fama ſerui Dei Franciſci &c. qui natus die 21. Auguſti 1567. in Caſtro Saleſiano in Subaudia, obijt Lugduni in Gallia die 28. Decemb. 1622. delato poſtmodum illius corpore Anneſium vnà cum miraculis &c. *Sequitur tenor commiſſionis, deindè ſequitur ſeries ſententiæ d. Epiſcopi Bellicen. cum annotatione præſentium. Quoad teſtes ponitur per modum tabellæ numerus teſtium, nomen, & ætas, Inditio menſis, & anni, citatio, iuramentum, examen. , vt ibi. Sequitur deindè prorogatio termini dictarum literarum in cauſa.*

Primus teſtis, iuxtà 13. interrogatorium fol.146. à tergo.Reſpondit in d.Eccleſia Monialium Viſitationis ad partem Meridionalem, ſcilicet à dextris intrando, & in principali Capella Cancellis ligneis clauſa à Cornu Epiſtolæ Maioris Altaris Choro, & Sacrario contigua, iuxtà murum prædicti Serui Dei adeſt tumulus ſub pauimento, terræ æquali lateritio rubro à Cornu Altaris illius Capellæ in honorem SS. Innocentium fundatæ, vbi deſuper Pileus Pontificius ex fornice penſilis imminet, & in eodem loco Credentia lignea extat prò commoditate eorum, qui miſſis inſeruiunt, ſuper nempè imponunt vrceolos, & alia ad Altare neceſſaria, nec corpus Serui Dei poteſt eſſe ibi, quam ſub pauimento, quia egò proprijs oculis vidi, circumſpexi, & conſideraui d. Capellam, & ſepulchrum iuxtà, & ſupra, nec aliter eſſe poteſt. Eam Anneſij, quando paucis diebus interfluxis poſt obitum d. Serui Dei, corpus eius Aunefium Lugduno delatum eſt, vidique, dum portaretur ad Eccleſiam Monialium Viſitationis, illud comitante toto Clero, maximaque Ciuium, & populorum turba, ibi enim in medio eiuſdem Eccleſiæ per teſtamentum ſuum ſtatuerat velle ſepeliri ſub pauimento, vt ab omnibus pedibus conculcaretur, ſed, foſſa facta, ob nimiam aquam, quæ illam repleuerat, non decuit corpus ibi inhumari; vndè in Præsbyterio à parte Epiſtolæ magni Altaris per modum depoſiti repoſitum eſt,donec commodius inhumari poſſet, prout ordinauerat, & ibi iacuit, donec de ordine S. Sedis Apoſtolicæ per Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Archiep. Butiricen. & D. Epiſcopum Bellicen. Iudices Apoſtolicos delegatos releuatum fuerit,& ſemper in depoſito remanſit, donec conſtructa Eccleſia noua de anno 1648. ſub initio eius in prædicta principali Capella, vbi olim erat locus medius prioris Eccleſiæ ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Gebennen. inhumatum fuit ſub pauimento terræ, & ſepultum in præſentia totius populi illius Ciuitatis, vbi adhuc iacet, Capellam verò in locum ſepulchri ego hodie de nouo non vidi, & circumſpexi, ſed nullam, præter d. Credenciam ex tabulis ligneis factam tumulum erectum vidi, nullum ornamentum, nulla epitaphia, nullas tabellas, nihil denique, quod minimum cultus, vel venerationis ſignum præſeferat: nam Capella eſt prorſus omnibus quibuſcumque ornamentis denudata, ſepulchrum pariter denudatum, verum dum per aliquod tempus abfuerim à Ciuitate poſt conſtructam nouam Eccleſiam audiui d. ſepulchrum aliquibus Columnis ligneis depictis tabellis, & epitaphijs fuiſſe inſtructum, quæ omnia ornamenta à tempore, quo Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Epiſcopus Gebennen. tanquam Iudex Apoſtolicus de anno 1648. proceſſum ſuper non cultu in hac cauſa fecit, & ab eo decreta Apoſtolica d. Monialibus Viſitationis fuerunt intimata, illa omnia ornamenta ſepulchri fuerunt deſtructa,& denudata, ac per Mo-

niales in loco ſecreto Monaſterij recondita, & cuſtodita ad obediendum d. decretis Apoſtolicis, nec quicquam cultum indicans hodie reperitur in tota hac Eccleſia.

Et ſic reliqui teſtes iuxtà dictum Interrogatoriũ. Sequitur recognitio ipſius Imaginis abſque ſigno aliquo cultus,ac venerationis.Idem de Reliquijs eiuſdem abſque publico cultu;Ad cuius probationem ſequuntur depoſitiones teſtium, vt ſequitur:

Primus teſtis iuxtà 27.fol.153.à tergo reſpondit: Nullam aliam vidi Imaginem ad Sepulcrum dicti Serui Dei appoſitam, præter illam,quam anteà deſcripſi per Moniales amotam; vidi tamen in multis locis priuatis imagines, & effigies Serui Dei ordinarias ſuper tela cannabina oleaceo pigmento expreſſas vſq; ad pectus, ſed in illis nunquam vidi radios, ſplendores, laureolas, aut diadema,nec vidi iuxtà illas lampades, aut candelas accenſas, vel aliquod aliud ſignum cultus, aut venerationis, quod eſt publicum, commune, & notorium palam, &c. *Et ſic alij teſtes &c.*

An expediat plures Sanctos iam Canonizatos in Romano Breuiario inſcribi, deque eis Officium vna cum Miſſa in toto Orbe Chriſtiano celebrari. tom.8. Conſult.149.

Affirmatiuè: Quia vnum è ſelectioribus medijs reſiſtendi, & expugnandi hæreſiarcas, Luterum, & Caluinum. & eorum aſſeclas, aſſerentes contra autam, & orthodoxam fidem, nullos, excepto Chriſto Domino noſtro Saluatore adhuc Sanctorum Spiritus Cœlorum incolere, deque beatiſſimo frui intuitu, & ad Sanctos, Cœlorum inquilinos recurrere eſſe ſuperfluum, vbi Diuinum Numen ipſum per ſe audire promptiſſimum; quia in diuinis literis non habent mortuos orare prò viuis, & ſi orant, non tamen prò iſto, aut illo, & quia non habent tam longas aures &c. Ideò expediens eſt prædeceſſores Sanctos publicis Eccleſiæ precibus inuocare, ac ſacrificium Euchariſtiæ in eorum honorem offerre, eorumque exempla virtutum, & normam rectæ vitæ populo ſæpè, & paſſim proponere. Iſque honor præcipuè Religionum Fundatoribus exhibendus eſt, vt legitur de S. Franciſco, S.Norberto, S. Petro Nolaſco, S. Ignatio &c. Neque fuerunt expertes huius honoris etiam fœminę, vt eſt de S.Birgitta, S.Franciſca Romana, Sancta Thereſia &c.

De Ecſtaſi, & raptu miſtico. Quot ſint? De eorum cauſa. Quomodò diſtinguantur. Eorum diuiſio, ſubiectum, duratio, effectus. Quo modò dignoſcantur eſſe naturales, dæmoniaci, diuini. De eorum probatione, & examine. Vbi id genus alia prò Seruorum Dei ſolemni canonizatione. to.8. Conſult.151.

Ecſtaſis à D.Tho:definitur 1.2.*quæſt.*28.*art.*8. Eſt exceſſus mentis, quo fit alienatio à ſenſibus in aliquod intelligibile, vel ſupra ſenſum, & rationem, vel extra cognitionem ſibi propriam; ſolet autem ecſtaſis non ſolum vocari exceſſus nomine, ſed etiam ſoporis ex Toſtato *ad cap.*10.*Act. & in Geneſim*. Sed interdum differunt; nam ſopor ex Ariſt. 2. *de ſomn. & vigil.* idē eſt ac quies virtutum animalium, ſomnium verò nocturna apparitio, & imaginatio. Magis autem abſtrahitur anima à corpore in ipſa veritate, & raptu, vel ecſtaſi, quam in ſopore. In ſomno ceſſat operatio ſenſitiua, & intellectiua, ſimulque intenduntur operationes virium naturalium. In ecſtaſi verò, vel raptu minuuntur operationes ſenſitiuæ, & intenduntur rationales: quia eleuatur intellectus; Sicque dicitur Paulum fuiſſe raptum, Adam ſoporatum.

Ex eodem D. Thom. *in Pſal.* 30. *v.* 1. Ecſtaſis eſt quando homo ponitur extra ſe, quod dupliciter contigit: Vel quia à ſuperioribus allicitur; Vel quia ab inferioribus depellitur; Animus ergò hominis ſi feratur extra ſe, dicitur eſse intellectus à ſupernis per contemplationem, & amorem: quia, vt ait Dionyſ. *cap.*4. *de Diuin. Nomin.* Ibique D.Tho: Diuinus amor ecſtaſim facit: quia facit eum viuere, non ſua, ſed Dei vita. Vel impugnatus, vel territus ab inferiori; Vndè quando timet, fit extra ſe, *Act.*3. *Repleti ſunt ſtupore, & ecſtaſi.*

Contigit autem aliquando ex cauſa inferiori, quando animus videt ſtupenda, ex quibus fit extra ſe, Interdum à cauſa ſuperiori, quando quis contemplatur Diuina, & rapitur extra ſe ſupra ſe: Vndè D.Tho: 1.2.*quæſt.*28. *art.* 3. ait: Ecſtaſim aliquis pati dicitur, cum extra ſe ponitur, ideſt extra cognitionem ſibi connaturalem, ac propriam, in quantum tendit, vel ad ea, quæ ſunt ſupra ſenſum, & rationem, vel cum ad inferiora deprimitur, vt cum quis in furiam, vel amentiam cadit. Et hęc ecſtaſis eſt infra ſe potius, quam ſupra ſe.

Concurrunt verò ad ecſtaſim tam vis appetitiua, quam cognitiua. In cognitiua eſt formaliter: quia ex intenta meditatione vnius abſtrahitur intellectus ab alijs. In appetitiua eſt cauſaliter, vel diſpoſitiuè, ex amore enim naſcitur, vt quis cogitet de amato; Non enim contentus eſt de proprio bono, quærit frui aliquo extrà ſe, & vult bonum amico propter ipſum, vt in ſeipſo; Secundum quid verò rapi dicitur, dum

Digitized by Google

dum illud extrinſecum bonum quærit, vt bonum ſibi.

Porrò ecſtaſis, ſi eſt contemplatio perfecta, poteſt vi ſua cauſare alienationem à ſenſibus externis, eos abſorbendo, ac ligando, nè ab eorum obiectis excitentur; Tunc, ait D. Tho. *d. quæſt.* 28. *art.* 3. fieri ecſtaſim quando ponitur homo extrà cognitionem ſibi propriam; Vel quia ad ſuperiorem ſublimatur, ſicut homo, dum ſubleuatur ad comprehendendum aliqua, quæ ſunt ſupra ſenſum, & rationem, dicitur ecſtaſim pati, & loquitur de ecſtaſi ſecundum vim apprehenſiuam: Quibus verbis duplex ecſtaſis aſſignari videtur. Vna cum ponitur homo extrà cognitionem ſibi propriam, non amplius ſenſibus vtendo, & id referri poteſt ad vim apprehenſiuam naturalem. Altera cum apprehenſiua fertur ſupra ſenſum, & hominem, quod non contingit, niſi cum verſatur apprehenſio circa obiecta ſupernaturalia, quæ ſenſum, & operationem exuperant; Et hęc eſt ecſtaſis ſupernaturalis. Et 1. *p. quæſt.* 12. *art.* 11. ait, quod anima noſtra, quantò magis à corporalibus abſtrahitur, tantò intelligibilium abſtractorum fit capacior: Vndè in ſomnijs, & alienationibus à ſenſibus corporeis magis diuinæ reuelationes percipiuntur, & præuiſiones futurorum, non ſolum D. Tho: ad ſupernaturales reuelationes, ac propherias alludit, ſed ad prędictiones futurorum naturales, quæ fieri poſſunt abſq; dono prophetię, prout à S. Angelis reuelantur multa, ac etiam ex coniunctione cum influxu ſubſtantiarum ſeparatarum, quæ fit interdum, quando anima abſtractior fit per elongationem à ſenſibus, vt ait idem D. Tho: *de verit. quæſt.* 12. *art.* 3. *ad* 5. *& ad* 1. Tunc enim habilior fit ad recipiendum ordinem gratiæ, ſed etiam ſecundum ordinem naturę, prout inferiores intellectus ſecundum ordinem naturæ nati ſunt perfici à ſuperioribus, & prout corpora humana ſubduntur impreſſionibus cęleſtium corporum, in quibus fit præparatio ad aliquos futuros euentus, quos anima ex ſua ſubtilitate præuidet per aliquas ſimilitudines ex impreſſione corporũ cæleſtium, in imaginatione relictas. Et 2. 2. *quæſt.* 175. *art.* 2. *ad* 2. ait, vehementiam affectus cauſare ecſtaſim, quatenus cauſat exceſſum cognitionis, quo mens ad intelligibilia rapitur alienata à ſenſibus.

Quando autem contemplatio ex vehementiſſima fieri poteſt, vt ligetur imaginatio, nè aliquid cum phantaſmate operetur. Ita D. Tho. *quæſt.* 13. *de verit. art.* 3. *ad* 10. Vbi ait, tantam eſſe poſſe in actu ſpeculationis vehementiam, vt omninò à ſenſibili operatione abſtractionem à ſenſibus per vehementiſſimam contemplationem efficiat, quæ fit ab his, quę vehementiam actus intellectus nata ſunt impedire: Hęc autem ſunt omnes ſenſitiuę operationes, vbi nulla excipitur, dum ſolum excipit operationes vegetatiuas. Et 2. 2. *quæſt.* 175. *art.* 3. *ad* 1. ponit ſecundum gradum prophetiæ per abſtractiones, etiam ab externis: quia per pura intelligibilia fit. Dixi ligari imaginationem ca vehementiſſima contemplatione, quod bifariam intelligi poteſt: Vno modò, vt phantaſia non operetur, formando de nouo Idola, vel phantaſmata: Altero modo, vt ex præhabitis phantaſmatibus, quæ imaginatio conſeruat, ad ea ſe conuertendo, & illuſtrante intellectu agente, phantaſmata exindè ſpeculetur. In primo ſenſu non eſt neceſſarium, vt phantaſia formando de nouo phantaſmata operetur: quia virtus animæ vehementiſſimo actu abſorta, influxum ſuſpendere poteſt, nè illum communicet potentijs ſenſitiuis, & maximè quia tota, vel quaſi tota in operatione intellectus occupatur. Potentia enim ſuperior exhaurire poteſt, & abſorbere, quod eſt inferioris facultatis, & non deſeruiat ſuperiori, & poteſt eſſe potius impedimento, ne tota vis animæ feratur in intelligibilia occupata in receptione nouorum phantaſmatum, quæ ſubminiſtraret phantaſia, niſi ligaretur. In ſecundo ſenſu concurrit imaginatiua, velut materia, & qua antiqua phantaſmata eruantur.

Quamuis autem contemplatio ſit vehemens, non poteſt tamen impedire per ſe, ac ſua efficacitate vires potentiæ vegetatiuæ, ac nutritiuæ, Ità etiam D. Tho: *d. quæſt.* 175. *art.* 2. *ac de verit. d. quæſt.* 13. *art.* 4. quia, etſi ſenſitiuæ operentur ex intentione animæ, vegetatiuæ autem per modum naturæ, id tamen fit mediantibus primis qualitatibus, & earum alterationibus, quæ non ſubduntur intentioni animæ, ac proindè non habet animæ ſuper eas actiones dominium, ſicut ſuper ſenſitiuas potentias; Quare licet poſſit abſtrahere à ſenſitiuis, non tamen abſtrahit à vegetatiuis. Dixi autem per ſe: quia per actiones ſpirituum vitalium, ac per vitales operationes attrahendi, expellendi, diſtrahendi, poſſunt impediri ex nimia contemplatione, vel ſtudio. Atque hactenus ex mente D. Thomæ.

Sequitur doctrina Gregorij Magni *lib.* 5. *moralis expoſitionis in Iob. & cap.* 22. & aliorum Auctorum, præcipuè D. Auguſtini,

Quæ diximus in ecſtaſi, ità etiam in raptu, quamuis ceſſent potentiæ ſenſitiuæ à ſuis officijs, ſecus tamen vegetatiuæ, vt concludit D. Tho: *loc. cit. art.* 4. *ad* 3. *de verit. quæſt.* 13. *art.* 4.

An verò contingeret aliquando animam ſupernaturaliter, ſeu per diuinam potentiam in altiori, ac vehementiori raptu à corpore abiiſſe? Affirmant nonnulli, talemque fuiſſe raptum D. Pauli 2. *Corinth.* & D. Catharina Senenſis *epiſt.* 12. *ad P. Raymun.* prò certo aſſerit, animam ſuam aliquandò è corpore diſceſſiſſe, ac bona immortalia deguſtaſſe. Verum alij id negant, etſi enim dubium non ſit, quin animę à corpore ſeparatio ad tempus fieri poſſit, non viribus naturæ, ſed diuinæ virtu-

tis

tis omnipotentia, vtrum aliquando acciderit omninò incertum eſt: Nam ipſe Apoſtolus raptus ad tertium Cœlum, ſe neſcire profeſſus eſt, an in corpore, vel extra corpus id contingerit. Quod autem tantus vir ignorauit, noſtrum non eſt definire.

Triplex eſt raptus, & ecſtaſis, Imaginatia, Intellectualis, & Superintellectualis, iuxtà triplicem, quæ fit in illis, abſtractionem, ſcilicet ab actibus ſenſuum externorum, ab actibus ſenſuum internorum, ſiuè imaginationis, & à modo intelligendi per ſpecies intelligibilles creatas.

Circa verò ſubiectum raptus S. Tho: *art.*2. ſic: diſcurrit: De raptu dupliciter loqui poſſumus, vno modo quantum ad id, in quod aliquis rapitur, & ſic propriè loquendo raptus non poteſt pertinere ad vim appetitiuam, ſed ſolum ad cognoſcitiuam. Alio modo quantum ad ſuam cauſam, & ſic habere cauſam ex parte appetitiuæ virtutis; ex hoc enim ipſo, quod appetitus ad aliquid vehemẽter afficitur, poteſt contingere, quod ex violentia affectus homo ab omnibus alijs alienetur &c.

De duratione autem raptus, ecſtaſis miſticæ, ſeù diuinæ, certum eſt eam neq; in ſuo principio, neque in ſua continuatione pendere à voluntate illam patientis, ſed ſolum Deum eſſe vtriuſque cauſam efficientem principalem.

Signa verò ſupernæ huius ebrietatis ſunt cantica, iubilus, qui eſt ità emptio ebrietatis, gemitus, ſoni informes, quales edebat F. Maſſeus à familia S Franciſci, qui hac ebrietate correptus nihil, niſi: V, V, V. perſonabat, quo certè ſono ingentem Diuinæ voluptatis vim prodebat. Contingunt etiam tremores membrorum, ſaltus, plauſus, impulſus vehemens, & curſus, qualis contingit F. Bernardo primo S. Franciſci filio, qui ſolebat interdum à ſpiritu actus per montes curſitare.

Dęmones quoque, ſeù malos genios poſſe in homine raptum, ſiuè ecſtaſim efficere, omnes admittunt ex D. Tho: *locis citatis*. Idque duobus modis. Prior eſt, quando illos tramites obſtruit, quibus à cerebro ſpiritus animales, ſiuè ſenſitiui ad exteriores ſenſus deferuntur, veluti contingit ſomniantibus. Poſterior quando eoſdem ſpiritus ab exterioribus ſenſibus ad interni ſenſus organa attrahit, ibiq; ligat, & retinet, ac rurſus ad externorum ſenſuum organa queant deſcendere, vndè primus per obſtructionem, ſecundus per ligationem fieri dicitur.

Porrò naturalis huius raptus, ſiuè ecſtaſis diaboli vires non excedentis deſumendi ab illo ſupernaturali, de quo Apoſt. *ad Cor.* nullum ferè eſt efficacius indicium, quam ſi huiuſmodi raptus ſint voluntarij, & prò libito illius, qui rapitur; Facit enim hoc proculdubio Dęmon ex fędere.

Quod verò pertinet ad raptus, vel ecſtaſis miſticæ effectus. ſunt in multiplici differentia, videtique de Ipſis poſſunt, D. Auguſt. *epiſt.*102. Caſſian. *collect.* 19. *cap.*4. D. Bernard. *ſerm.*52. *in Cantic.* & alij.

Primus igitur effectus eſt humilitas; quia quanto quis altius eleuatur, tantò fit humilior, vt docet D. Bonauent. *lib. de quinque viſionibus ſerm.*3.

Secundus effectus eſt accenſum Deo inſeruiendi deſiderium.

Tertius effectus eſt contemptus mundi.

Qoartus notitia tum Diuinæ Maieſtatis, tum propriæ infirmitatis.

Quintus eſt ardentiſſima ſitis Dei viuentis.

Sextus effectus eſt pœna maxima, ſed dulcioſſiſſima, ſiuè pœna ſimul cum gaudio, & iubilo, quam S. Therſia volens exprimere, vix ſe poſſe fatetur.

Septimus eſt quidam mentis iubilus, & quidam gradus orationis extraòrdinarius, quem anima capere non poteſt, & multò minùs exprimere &c.

Effectus autem corporei ſunt interdum lacrimarum profuſio.

Modus verò obſeruandus in deſcribendo, & annotando, quæ proferuntur in ecſtaſi, & raptu, ille prudentior, ac certior videtur, quod ſcilicet Confeſſores, alijque viri pietate; ac doctrina inſignes ſcribant, & annotent ea omnia, quę in ecſtaſi, & raptu proferuntur, ac fiunt cum omnibus circumſtantijs, tam vocis, quam geſtuum, vt deindè legantur, examinentur, & approbentur à viris ſpiritualibus, ac doctis, quod ſemper religioſiſſimè obſeruatum eſt in Eccleſia.

Denique ac ſummatim examinandi huiuſmodi impreſſiones. Primò diligenter conſiderando naturalem conſtitutionem eas patientis, an ſit malencholicus, vehemens, inquietus, otioſus, durus &c. Secundò conſiderando mores pręteritos, ac pręſentes, an ſit humilis, obediens, caſtus, modeſtus, voluptates ſuas temperantia frenans, tacitus, ſpiritualia extraordinaria non amans. Tertiò conſiderando ea, quæ ſentit, vel vtilia ad fines ſupernaturales. Quartò conſiderando, an viſiones, reuelationes, aliæque impreſſiones, ac motus ſint conformes Sacrę Scripturæ, an doctrinę, & exemplis Sanctorum. Quintò conſiderando, an eorum effectus ſint boni, ſint maioris humilitatis, maioris virtutis, ac deſiderij vnionis cum Deo. Hæ ſunt præcipua capita, quæ ſi cum accurata diligentia examinentur, poterunt diudicari an ſint bona, an mala. Aduertendum tamen eſt, quod circa primum caput malencholiæ &c. Spiritus Dei corrigere ſoleat ſua gratia illas imperfectiones naturales, vt docent Theologi, & experientia plurium Sanctorum,

1. *De apparitionibus in Venerabili Euchariſtia factis viris, qui cum fama ſanctitatis obierunt prò eorum Canonizatione. Vbi in quas formas Chriſti Corpus in Venerabili Euchariſtia euaſerit?*
2. *Verè nè, an imaginariè tantùm?*

3. *An*

3. *An poſito, quod formæ illæ non fuerint veræ, ſed apparentes tantum, mutatio ſit facta in potentia videntis, an ex parte ſpecierum panis, & vini ſuperſtitum, an ex parte medij?*
4. *Quæ harum apparitionum efficiens cauſa?*
5. *An vera Chriſti ſubſtantia ſub peregrinis biſcoformis?*
6. *An deceptio aliqua videntium in his apparitionibus ſit agnoſcenda?*
7. *An præſentia, & vnio Corporis Chriſti ſub ſpeciebus, vel, quod idem eſt, an Corpus Chriſti, vt reduplicatiuè exiſtens in Sacramento Altaris poſſit videri aliquo oculo corporeo, ſaltem glorificato?* tom.9. Conſult.98.

AD 1. Paſchaſius *lib. de Corp. & Sangu. Chriſti cap.14. Nemo qui Sanctorum vitas, & exempla nouerit, ignorare poteſt, quod ſæpè hæc myſtica Corporis, & Sanguinis Sacramenta aut propter duobus, aut certè propter ardentius amantes Chriſtum, viſibili ſpecie in Agni, vel Pueri forma, aut in Carnis, & Sanguinis colore monſtrata ſunt, & qui latebat in myſterio, paſceret in miraculo.* Vbi duplex cauſa nutans fide, & ardentior amor. Formas proſequamur, in quas abijt, & aliquibus exemplis edamus.

Pueri. Hoc prodigium B. Cyrillo Carmelitano contigit, quod Io: Baptiſta Mantuanus *lib. 5. faſtorum* deſcribit.

Item Eduardo Anglorum Regi apud Polydorum Virgilium *lib. 8. hiſtoriæ* ad Cabredum Abbatem Rhieuallis in eius vita.

Baſilio Magno; Amphilochius, Iconij Epiſcopus. Confirmat hoc ipſum Guitmundus Auerſanus *lib. 4. de Sacram. Altar.* cum ſimile de Daniele Abbate protuliſſet.

Apud Metaphraſtem in Arſenio ſenex quidam volebat Chriſtum in Venerabili Euchariſtia, ceu in ſigno eſſe, nec rationibus vllis ab inſania reuocari poterat; Quare omnes ſeſe cum B. Arſenio dant in preces, & poſt hebdomadam ſub ſacra myſtagogia, panis in Infantem viſus mutari. Ac alia ſimilia.

Viri B. Eliſabeth Schonaugienſis *lib. 2. viſionum cap.9.* in Cœna Domini ad Miſſam vidi, ſicut ſoleo, omnia, quæ circa Altare gerebantur, & dum Sacerdos Canonem diceret, & Calicem in conſpectu Dei exaltaret, vidi ſupra Calicem Dominum Ieſum, quaſi in Cruce pendentem, & de latere eius, & pedibus Sanguis in Calicem diffluere videbatur.

Agni. Sanguinis, Digiti, Carnis, Lapidis, Fornacis, Carbonum, Ignis, Cinerum, Spicæ, & Culmi, Velo tectus, Diſparitio, & variarum formarum permolta exempla ibi leguntur.

Ad 2. D. Tho: *3. p. quæſt 76. art.8.* fert, quod quoties formæ peregrinæ, ſiuè inuſitatæ, ac prodigioſę in Euchariſtia viſuntur, formas illas non eſſe reales, ſed imaginarias tantum, ſiuè obiectiuas, ſi non ęquè omnibus obijciantur, vel non, niſi ad breue tempus duret operatio; Has autem docet duplicitet contingere. Vel ex parte videntis, vel ex parte ſpecierum Sacramentalium.

Si igitur conſtiterit, ſolum aliquem, nec niſi ad breue tempus ſpecie Agni, vel alterius formæ ſub ſacrificium conſpexiſſe, argumento eſt, viſionem fuiſſe, non verum Agnum in rerum natura exiſtentem, ſed duntaxat imaginarium; Alioquin omnes, qui aderant, Agnum conſpexiſſent.

Ad 3. Nulla mutatio ex neceſſitate fieri, ſiuè in obiecto, ſed ſufficit poſſe mutationem omnium facillimam fieri in oculis conuentis, vel etiam in eius phantaſia, & intellectu.

Ad 4. Dicendum eſt, cauſam apparitionum illarum, quæ aliquibus pro eorum ſalute, vel comprobatione eorum ſanctitatis, vel quarum interuentu, vel infideles conuertuntur, vel fideles confirmantur in fide, & ad auctiorem ſanctitatem promouentur, vel ob alium bonum obijciuntur, ſtatui poſſe, ac etiam debere, vel Deum, vel bonos Angelos Dei adminiſtros; Nam vt Dęmoni huiuſmodi effectus tribuantur, vetat euentus; Dęmon enim non daret operam exhibendis formis, quibus homines ad gratiam cum Deo vel adducantur, vel promoueantur; tametſi vis naturalis Dęmonum non debet hac in parte ſtatui minor, quam bonorum Angelorum, proportione ſeruata, hoc eſt componendo Angelos bonos cum malis ex eodem ordine deiectis.

Et reuera, non rarò Dęmon ſimiles planè apparitiones ludificandis alta de ſe ſentientibus, diuino permiſſo, exhibuit, vt teſtantur hiſtorię à S. Patribus relatæ, ſic apud Magnum Athanaſium, Magnum Antonium &c.

Ad 5. Reſpondetur, in apparitionibus à Deo, vel bono Angelo in Euchariſtia factis permanere Chriſtum; quia ſupponimus, nullam eſſe factam realem mutationem in ſpeciebus Sacramentalibus. Regula autem generalis eſt omnium Theologorum aſſenſu firmata, prępunte D. Thom: 3. *p. quæſt.77. art.4.* quam etiam à Greg. XI. traditam notat Henriquez *lib.9. cap.38. n. t. lit. D. in com.* tandiù Chriſtum præſtare in Euchariſtia quandiù ſpecies Sacramentales panis, & vini manent in ſtatu, qui conſentaneus eſſet ſubſtantijs panis, ac vini, ſi permanerent, quod ex ſapore prędertim, & odore eſt diudicandum.

Ob contrariam verò cauſam in pluribus alijs diuinis apparitionibus, & admodum diuturnis, & ad omnes ęquè factis, Chriſtus deſinit eſſe: Quia tanta immutatio facta eſt in ſpeciebus, vt non eſſent idoneæ ad fouendum formam ſubſtantialem panis, ſi ſupereſſet. Eiuſmodi ſunt apparitiones illæ, in quibus caro, aut ſanguis, vel carneum quid, ac cruentum omnibus æquè ad longum tempus apparet. D. Tho: *3. par. quæſt.76. art.8.*

Ad 6. Reſpondetur, cum Deus, vel bonus Angelus peregrinas Chriſti formas in Euchariſtia obijciunt, nullam interuenire deceptionem, ſiuè actum

actiuam, ſiuè paſſiuam. Actiua procul abeſt: quia Spiritus Veritatis non poreſt decipere, & ingenerare falſitatem, D.Tho:3.*p.q.76.ar.8.&* Auguſt.*lib.2.quæſt.Euangel.cap.vlt.* Paſſiua item deceptio non habet hic locum: quia Deus, & bonus Angelus non mouent hominem ad iudicandum, ſed tantum ad ſimpliciter contuendum, & apprehendendum abſque iudicio, in quo ſola eſt vera deceptio.

Ad 7. Sententia verior eſt D.Thomæ, Chriſti Corpus, vt reduplicatiuè exiſtens In Sacramento Altaris, nedum videri, ſed nec videri poſſe aliquo oculo corporeo, quãnis glorificato, & eleuato. Ratio implicantiæ eſt: quia illa præſentia, vel corpus ſub illo modo ſunt extrà ſpheram obiecti ſenſibilis; implicat enim, potentiam cognoſcentem tendere ad obiectum, quod eſt extrà ſphæram ſuæ propriæ, & adequatæ ſpecificationis.

De viſibilibus Chriſti, ac B. Virginis Mariæ apparitionibus, ad dignoſcendum, quæ nam veræ, ac reales, quæ nam per imaginem, ſiuè per ſpecies alterius corporis. Idque prò Canonizatione Sanctorum? tom.9. Conſult.99.

PRobabilius eſt, ac credibilius, quod Chriſtus Dominus perſonaliter apparuerit Beatiſſimæ Virgini Mariæ, non ſolum poſt Reſurrectionem ſuam, verum etiam in die triumphantis eius Aſſumptionis in occurſum eius veniendo, & cum ingenti gloria, & gaudio ſecum illam in thronum paratum deducendo. Ità enim præſertim quoad apparitionem in die Aſſumptionis loquuntur expreſsè Patres, & communiter Theologi. Nec plures eius deſunt congruentiæ.

Quæ verò plures extra dictas narrantur Chriſti apparitiones in vitis plurium Sanctorum, & Sanctarum ipſius factæ probabilius eſt, illas non fuiſſe perſonales, ſeù Chriſtum illis per ſeipſum corporaliter non apparuiſſe, ſed per Angelum; in ſcriptura enim legitur, Deum viſibiliter apparuiſſe, & tamen ex eadem Scriptura conſtar, fuiſſe Angelum nomine illius, ideòque verè potuiſſe dicere: *Ego ſum Deus Abraham &c.* De peregrinis in Euchariſtia Chriſti apparitionibus, ac de fallacibus apparentijs Dæmonis, quibus mentitur, ſe Chriſtum eſſe, alibi diximus.

De viſibilib, verò apparitionibus B. Virginis Deiparæ, quas poſt eius Aſſumptionem diuerſis locis, modis, atque temporibus factas grauiſſimi, ac fide digniſſimi teſtes affirmant, idem iudicium ferendum eſſe, eas nimirum Angelico miniſterio factas fuiſſe.

De ſignis, & characteribus viſis, ac impreſſis in aliquibus corporibus cum fama ſanctitatis demortuis: an diuina, an Angelica, an dæmoniaca, an naturalia? tom.9. Conſult.100.

ADſunt multa exempla de hac re, & inter alia in pectore S. Rochi naſcentis viſam Crucem ſanguineam habent eius acta. In corde S. Claræ à Monte Falco poſt mortem eius apparuit, & hodie apparet Chriſtus Crucifixus, & ex eadem carne viſuntur omnia inſtrumenta paſſionis, quod refert teſtis oculatus Thomas Buſius *lib.15. de ſign. Eccleſ. cap.3.* De S. Franciſco de Sales, viſiturque manus his ſanguineis characteribus proportionaliter grandioribus ſeriatim notata.

IESVS
MARIA
IOSEPH
F. DE SALES.

Opera igitur Angelica, aut demoniaca præſtari ſimilia, ſiuè quoad formas, etiam expreſſas, & ſolidas, ſiuè quoad adſcriptas litteras, nihil eſt, quod verè affirmare; tamen in euentibus ſuperius enarratis, & quoties adiuncta aliud non ferunt, dubitandum non videtur quin Deus, vel Sancti Angeli fuerint, & imaginum ſacrarum litterarum, & litterarum artifices, excluſa quacunque in eam rem dœmonis opera.

Quid ſit propriè martyrium? quæ, & quot eius conditiones, tom.9. Conſult.101.

Vide quæ dicta ſunt? tom. 4. Conſult. 72. & tom.7. Conſult.58. vbi ſatis.

An reuera detur Theologia infuſa Idiotis in Eccleſia Dei? Idque prò Sanctorum Canonizatione? tom.9. Conſult.102.

AFfirmatiuè. Patet exemplo plurium Sanctorum: Nam luminum Pater, ac Theologiæ Auctor, donatorque Deus, vt oſtenderet & hoc præclariſſimum donum deſurſum eſſe, & ſupplicum votis impetrari à ſimplicibus, quod improbo labore ab ingenioſis, ac callidis ſæpè non obtinetur, voluit eſſe in Eccleſia, quibus ipſe diuinitus abſque ſcholarum ſtrepitu, & laborum impendijs Hieroſophiam infunderet. Horum aliqui nominabuntur.

Antonius Monachorum Princeps, Cœnobiticæ reſtaurator, in quo verè comprobatum, quod Deus eſt, qui docet hominem ſcientiam *pſal.32. v.10.* Id cum aliorum, tum Antonij potiſſimum patefecit exemplo, quo ſic Athanaſius in vita: *Habebat iſtiuſmodi donum, ſi cuius rei ſedens in monte ignarus fuiſſet, & eius ſecum inquireret notitiam, oranti ei à Domino reuelabatur. &*

erat

érat ſecundum quod ſcriptum eſt, à Deo doctus. Tantum autem, Dei magiſterio in Theologicis profecit Antonius, vt inter Eccleſiaſticos Scriptores numeretur, & Apoſtolicæ ſapientiæ haud parum in illum transfuſum cœlitus exiſtimetur, S. Hieronymus *de illuſtr. Eccleſ. Script. cap.*88. ac Trithemius *de Script. Eccleſ.*

Romualdus Camaldulentium Monachorum Pater longæuus, & miraculorum patrator. Ipſi quoque luminum Pater cœleſti face pectus colluſtrauit, vt à diuina doctus dici poſſet.

Franciſcus Ordinis Seraphici inſtitutor inter Idiotas à Deo doctus, celebris iure meritò eſt, qui nullo litterarum præſidio adflatus diuino ſpiritu, illam ſacræ ſcientiæ perfectionem nactus eſt, ad quam Doctorum litteratiſſimi anhelare poſſunt, nullus eam hactenus, niſi ſingulari Dei munere eſt conſequutus. S. Bonauent. *de eius vita cap.*2.

Et tandem quamplurimi alij idem donum obtinuerunt, vt ibi.

Quomodo miracula falſa à veris diſcernantur? An improbis hominibus concedatur aliquando vera miracula facere? Ad id impoſturæ, & cautiones? tom.9. Conſult.103.

TEnendum eſt cum D. Tho. *opuſc.3.cap.136. & p.1. quæſt.114. ar.4. ad 2. & in 2. diſt.7. quæſt.3. ar.1. ad 2.* vbi docet, trifariam diſtingui poſſe ſigna patrata à probis hominibus, ab ijs, quæ à prauis fiunt. Primò, ait ex efficacia virtutis operantis: quia ſigna facta per bonos virtute diuina fiunt in illis etiam, ad quæ virtus actiua naturæ ſe nullo modo extendit, ſicuti ſuſcitare mortuos, & huiuſmodi, quæ dæmones ſecundum veritatem facere non poſſunt, ſed in præſtigijs tantum, quæ diù durare non poſſunt. Secundò ex vtilitate ſignorum, quia ſigna per bonos facta ſunt de rebus vtilibus, vt in curatione infirmitatum, & huiuſmodi; Signa autem per malos facta, ſunt in rebus nociuis, vel vanis, ſicut, quod volant in aere, quod reddunt membra in hominibus ſtupida, & huiuſmodi. Tertia differentia eſt quantum ad finem: quia ſigna bonorum ordinantur ad ædificationem fidei, ac bonorum morum, ſed ſigna malorum ſunt in manifeſtum nocumentum fidei, & honeſtatis, & quantum ad modum differunt: quia boni operantur miracula per inuocationem diuini nominis piè, ac reuerenter, ſed mali quibuſdam deliramentis, ſicut quod incidunt ſe cultris, & huiuſmodi turpia faciunt, & ità ſigna per bonos facta manifeſtè diſcerni poſſunt ab his, quæ virtute dæmonum fiunt. Ità D. Tho.

1. *An priuata pietate eos colere poſſumus, qui piè creduntur in Cælo eſſe?*
2. *An eadem priuata pietate animas illas rogare etiam poſſumus, quæ purgantibus in flammis detinentur? Vbi ad id exempla.* tom.9. Conſult.104.

AD 1. Affirmatiuè: Quem enim paupertas, neceſſitas, morbus, aut calamitas præmit, à quocunque poteſt, malorum ſuorum ſolatium petit, tunc præſertim, quando certus eſt, importunitatem ſuam non poſſe non optatum ſucceſſum conſequi, neque vnquam malè ſuccedere: Si inquam laudabile eſt eos cœlitus rogare, quos certò ſcimus cæleſti gloria frui, vt eorum poſſimus patrocinio adiuuari, non minus approbationem merebitur, eos quoque rogare, qui iuxtà piæ ſanctæque vitæ in terris relicta monumenta, & in primis felicem obitum, cenſentur ad cœleſtia gaudia fuiſſe aſſumpti: Nec deſunt multa exempla Sanctorum, qui eos inuocabant in auxilium.

Ad 2. Etiam affirmatiuè: Eccleſiæ namque purgantis animæ, & quæ certæ ſunt, triumphantem ſe ingreſſuras, & cœteroquin ſe Deo charas, & gratioſas eſſe, in eo ſtatu verſantur, in quo eas implorare, ac priuatim illarum opem expoſcere poſſimus: tunc præſertim, cum preces noſtras generatim ad purgantes animas inſtituimus. Nam, vt dicam, quod res eſt, non aptè poſſumus ad ſingulas earum, quas ante hac nouimus; aliter, niſi ea conditione confugere, ſi in illo loco detineantur, cum ignoremus quale iter, num ad Cœlos, an verò ad Purgatorium inierint.

An vllo in caſu publicè in Eccleſia poſſit aliqua imago, ſiuè picta, ſiuè ſculpta Chriſti, vel Sanctorum ſine licentia Epiſcopi exponi? Vbi de pœna in tranſgreſſores. Et an benedictio ſit omninò neceſſaria, & cui competat illas benedicere? Vide de Ritibus tom.9. Conſult.186.

Vt proceſſus Beatificationis ritè formetur, quid præcipuè requiratur? Vbi de releuantia probationum virtutum, ac miraculorum, ac de defectibus, qui non irritant, neque diminuunt validitatem, & releuantiam huiuſmodi proceſſus, deque noua Remiſſoria. tom.9. Conſult.188.

PRimò requiritur, vt proceſſus formetur iuridicè à Delegatis Sedis Apoſtolicæ ſuper obſeruatione decretorum Vrb.VIII. quod eorum nulli controuentum ſit, ità vt nunquam defuncto cum fama ſanctitatis fuerit exibitus cultus aliquis publicus, ſed ſolum priuatus. Ac ità præcipit idem Vrb. in decreto edito 5.Iul.1634. vt ibi.

Deindè informationes, tam dicti proceſſus ſu-

per non cultu, quam ſequentium prò Beatificatione, & Canonizatione ſeruandum eſt, vt Iudex, coram quo formantur proceſſus, habeat veram, & legitimam iuriſdictionem; Vbi enim non adeſt Iudex competens, habeus iuriſdictionem, iudicium eſt vſurpatum, ac nullum, *cap. at ſi Clerici de Iudic.*

Notandum verò, quod ſi Sac. Congregatio nomine Summ. Pontificis deſignet, vt ſæpè fit, tres Epiſcopos prò informationibus, & proceſſibus conficiendis, ſi poſteà ob impedimentum alicuius ipſorum, deputet, ac ſubroget alium in eadem cauſa, Epiſcopus iam impeditus non eſt amplius legitimus Index in ipſa per *cap. ex literis de offic. & poteſt. Iudic. deleg.* Rot. *deciſ. 8. eodem tit. in antiq.*

Debent ipſi Iudices obſeruare omnia, quæ in literis Remiſſorialibus præſcribuntur, Rot. *dec. 39. n. 1. p. 1. recen.*

Ad hęc debet conſtare de legitimatione actoris, ac ſui procuratoris. Nam actor, qui agit, & petie tem aliquam à Iudice in Iudicio, *l. in tribus ff. de Iudic.*

Tum conſtare debet de legitimatione Promotoris, vel Subpromotoris fidei, Promotoris quidem, ſi Proceſſus fiat in Curia, Subpromotoris, ſi fiat in partibus.

Item examinandi ſunt omnes, & ſinguli teſtes inducti, non ſolum, quia ità præcipitur in dictis literis, ac decretis, ſed *in d. cap. venerabilis de teſtibus*, alias poſſet indicari quod actor timeat vacillationem, aut contradictionem teſtium, Maſcard. *de prob. vol. 1. concl. 261. num. 39.*

Prætereà in virtutum examine inquirendæ ſunt virtures, non modò communes, & ordinatiæ, ſed perfectæ in gradu heroico.

Poſtremò, præter virtutum excellentiam, vt defunctus cum fama ſanctitatis beatificari poſſit, & tanquam Beatus coli, requiritur perpetraſſe miracula, vt notant cõmuniter Doctores *in cap. 1. de reliq. & ven. Sanct.* & alibi dictum eſt.

Requiruntur inſuper releuantiæ probationes virtutũ, vt pluries ſupra dictum eſt. Nec dextruit, aut diminuit proceſſus validitatem, ſi in eo adſit defectus quoad res non ſubſtantiales, ſed accidentales, & minimas, maximè ſi ſuppleatur per æquipollentia, neque ſi ſit de rebus, quæ valdè difficilè obſeruari poſſunt.

Item non derogatur dictæ validitati, ſi ordo præſcriptus adamuſſim non obſeruetur in minimis, vel in eiſdem minimis aliquod non neceſſarium, vel ſuperfluum addatur.

In dubio præſumendum eſt, Iudices rectè ſe geſſiſſe circa obſeruantias ſupradictas. Quod ſi reperiantur aliqui defectus, poterit peti, & concedi noua Remiſſoria prò ſupplendis defectibus: Quia Eccleſia in hoc procedit ordine iudiciario, & quia agitur de alterius præiudicio. Ac demum quia cauſa Beatificationis, & Canonizationis comparatur cauſis ciuilibus, licet cautiſſimè procedatur, Fatinac. *in prax. quæſt. 77. cap. 1. num. 4. & ſeq.*

1. *An ſit credendum fide Catholica Sanctis innoteſcere omnes preces noſtras ad eos directas? Siuè*

2. *An hoc ipſum ſit abſolutè neceſſarium ad fidem, & praxim inuocationis Sanctorum, vt ſit ſalutaris?* tom. 10. Conſult. 49.

AD 1. Non eſſe prorſus neceſſarium fide Catholica credere, omnes noſtras preces, quæ ad Sanctos, ſiuè Sanctorum animas diriguntur, eis à Deo reuelari, ſed ſufficere, quod hoc piè credamus, ſitque nobis ità perſuaſum, tum ob Patrum, & Scholaſticarum auctoritatem Scripturæ Sacræ conſentaneam, tum ob rationem beatitudinis, & amicitiæ, quam habent cum Deo.

Quamuis enim Scholaſtici tam *in 4. diſt. 45.* quam *vel. 22. quæſt. 83. vel ſupplem.* S. Thomæ *quæſt. 72.* vel alijs in locis vnanimiter doceant, idoneiſque argumentis confirment, preces, quas ad Sanctos dirigimus, ipſis innoteſcere, ideòque non ſine graui temeritate poſſit quiſpiam oppoſitum tenere, nulla tamen extat vel aperta Scripturæ ſententia, aut Eccleſiæ definitio, quæ certò ſtatuat, ac decernat, omnes eis à Deo reuelati noſtras preces ad Sanctos directas.

Vndè licet S. Auguſtinus agnoſcat Beatos rerum noſtrarum, ac etiam orationum, quas facimus per diuinam potentiam eſſe conſcios *lib. 22. de Ciuitate cap. 29. & in pſal. 88. ac ſerm. 94. de diuerſ.* libro tamen de cura prò motris *c. 6.* non deſinit, *quemadmodum opitulentur Martyres ijs, quos certum eſt per eos adiuuari, vtrum ipſi per ſeipſos adſint vno tempore tàm diuerſis locis, an ipſis in loco ſuis meritis congruo ab omni mortalium conuerſatione remotis, & tamen generaliter orantibus prò indigentia ſupplicantium, ſicut nos oramus prò mortuis, quibus vtique non præſentamur, nec vbi ſint, nec quid agant, ſcimus, Deus Omnipotens, & audiens Martyrum preces per Angelica miniſteria vſquequaque diffuſa præbeat hominibus iſta ſolatia.*

Ad 2. Etiam negatiuè, ac dicimus, quod ad finem, & praxim inuocationis Sanctorum, vt ea ſit ſalutaris, non eſt abſolutè neceſſarium credere, omnes noſtras preces ipſis innoteſcere. Etiam ſi enim daremus, quod tamen, vt ex iam ſupra allatis notum eſt, non damus, eos non audire orantes, nec cognoſcere noſtras preces, non ideò conſequens foret, fruſtra eos inuocari: Nam aliquis alius eorum vice fungitur, ſicut non fruſtra ſupplicat Regi, qui certò ſcit, Regem non lecturum ſupplicationem, ſed aliquem alium ex aula eius, vt nihilominus ità ſe impetraturum quod petit, ac ſi Rex legiſſet ſupplicationem. Ità Bellarm. *l. c.* & Eſtius §. 20. Eodemque pertinet, quod Raphael de la Torre *in 2. 2. quæſt. 83. ar. 4. diſp. 3.* ſcribit.

De

Digitized by Google

De Cultu, & veneratione Sanctorum ex Auguſtiſſima D. Auguſtini Doctrina. Vbi reſolutio practica eiuſdem de miraculis, ac pleriſque controuerſiis ex cap. 8. 9. ac 10. lib. 22. de Ciuit. Dei retract. cap. 64. tom. 10. Conſult. 50.

HIC liber ſic incipit. Cap. 1. *Diù Sanctitati Tuæ Coepiſcopo venerande Pauline, reſcriptorum debitor fui &c. vtrum poſſit vtique poſt mortem, quod corpus eius apud Sancti alicuius memoriam ſepeliatur*. Infra. *Nam dicis videri tibi non eſſe inanes motus animarum religioſorum, atq; fidelium prò ſuis iſta curantium &c.*
Vide Diu. Auguſt. l. c. vt ee ſatisfacere poſſis.

Quod in Canonizatione Sanctorum virtutes potiùs in gradu heroico examinandæ ſint, quam miracula. Et cur in Catuſienſi Ordine nulla, aut rara, vt reliquis Ordinibus miracula fiant? tom. 10. Conſult. 51.

AD 1. Plures ſunt, qui cum fama Sanctitatis moriuntur, quique in ſua Vita magna, arduaque facinora patrarunt. Vt etiam probetur, ea iuſſu Dei fuiſſe patrara ad eorum miracula confugitur, quæ edidecint, queque indicio ſint, ipſos inſtinctu Dei illa feciſſe.

At demus maximè omnia ea miracula illos feciſſe, non tamen ſequitur, eos inſtinctu, & iuſſu Dei ea perpatraſſe. Si deſit enim expreſſum Dei Verbum, & mandatum, miracula nos de voluntate eius certiores reddere non poterunt. Permittit namque Deus interdum etiam falſos Doctores, & malos, impioſque homines edere miracula, quod de Magis Ægyptiacis conſtat. *Exod. 7. & Matth 7.* Inducit Chriſtus quoſdam in die Iudicij dicentes: *Nonne Domine in nomine tuo Dæmonia eiecimus? Nonne in nomine tuo multas virtutes edimus?* Quibus tamen dicitur: *Nunquam noui vos, diſcedite à me, qui facitis iniquitatem*.

Ad 2. Bonifacius Ferrarius, qui vixit circa annos 1420, Natione Cathalanus, Ordinis Carthuſienſis ſcripſit tractatum, Cur in Ordine Cartuſienſi pauci Canonizati ſint. Sunt qui putant, quod nulla miracula in hoc Ordine fiant inde eſſe, nè propter miraculorum ad eos concurſum, quies, & ſolitudo, cui ſe totos addixerunt, diſturbetur.

De Virtutibus heroicis chriſtianis, præſertim in Martyribus. Vbi quæritur, cui virtuti potior laus in opere Martyrij debeatur? tom. 10. Conſult. 164.

PRobbabilis eſt eorum ſententia, qui exiſtimant motiuum ex quo Martyr mortem acceptat, eſſe illi arbitrarium intra genus honeſti ſupernaturalis, itàut ex quocunque motiuo voluerit, ſiuè charitatis, ſiuè Religionis, alteriuſque cuiuſcumque virtutis, poſſit elicere, ac imperare, vel dumtaxat elicere acceptationem Martyrij; Non enim Martyr adſtrictus eſt ad certi alicuius motiui honeſti vſurpationem. Sufficit motiuum acceptandi Martyrium eſſe ſupernaturale, & cum fide vera aliquatenùs complicatum, atque adeò pertinens ad virtutem aliquam infuſam, ſiuè theologicam, ſiuè moralem.
Ac vide ſupra eodem tract. præſertim *tom. 2. Conſult. 9. & ſeqq.*

De cauſis canonizandi Sanctos. Et quæ in eo, qui canonizandus eſt, requiratur? tom. 10. Conſult. 165.

AD 1. Vt ſubortæ fraudes tàm hæreticorum, quàm aliorum impiorum hominum caueantur, vtque ambitio cum affectu humano adiuncta euiretur, & ſimulata Sanctitas detegatur, maior in Canonizatione Sanctorum inquiſitio præſtari cæpit. Hæretici enim, atque Schiſmatici cruciatus, ac necem paſſi prò Chriſti nomine aliquibus videbantur, quos tamen à Catholica Fide alienos Eccleſia Catholica non recepit; Martyrem namque Chriſti, vt air Auguſt. *tom. 2. ep. 61. & 166.* non pœna facit, ſed cauſa. Et quicquid patiuntur ij, qui extrà Eccleſiam Catholicam ſunt, perfidiæ pœna, non Martyrium eſſe cenſetur. Exemplum præbet Hermânus quidam Hæreticus fictæ Sanctitatis; Is enim Vita functus, ſanctitatis opinionem, ac venerationem conſequutus fuit, totoque 20. annorum ſpatio retinuit, cuius corpus poſtea Bonifac. VIII. exhumari, comburique iuſſit, diligentiſſima de ipſius hæreſi, fictaq; Sanctitate habita inquiſitione. Platina in Bonifac. VIII.

Affectus item humanus cum ambitione coniunctus cauſa etiam fuit, cur ex hac vita piè decedentes, tùm conſanguineos, tùm affines, & amicos, tanquam Sanctos prò ſuo quiſque arbitrio, & affectu veneraretur, patrociniumq; ab eis publicè imploraret; Hinc perturbatione, atque confuſione ſuborta, ille, qui à quibuſdam, vti Sanctus colebatur, ab alijs Magno cum ſcandalo irridebatur.

His, alijſque de cauſis res tanti ponderis, cuiuſmodi Sanctorum Canonizatio eſt, non, niſi nora interpoſita, & quidem longa, diligentiſſimàque habita perueſtigatione, medijs interea Magnorum Principum, Ciuitatum, & Nationum ſummis precibus, vt ſcilicet veritas ipſa magis, atque magis eluceſcat, in annos plurimos differri ſolet, ac iure debet. Id quod, alijs omiſſis, in Canonizatione S. Staniſlai Epiſcopi Cracouienſis, & Martyris, qui anno 175. poſt Martyrium Catalogo Sanctorum fuit adſcriptus, factum conſtat.

Ad 2. Fama inculpatæ vitæ longa temporum ſerie ad finem vſque illius incluſiuè, nunquam interrupta prò quouis canonizando in primis requiritur, ac poſtulatur: Vitæ autem rectitu-

 do,

do, Catholica Fide præuia factis, ac dictis comprobatur: Nam circa ſpiritualia, & corporalia miſericordiæ opera, circa item caſtitatem, ſobrietatem, & abſtinentiam, circa bonos mores, actus, & labores multos, vel prò animarum ſalute conſtanter tolleratos, & circa denique virtutes omnes, præſertim verò circa chriſtianam humilitatem verſatur; Vitæ namque Sanctimonia poteſt eſſe ſimulata, & ficta, eiuſmodi vita hipocritarum eſt. Vera itaque vitæ integritas, & innocentia miraculis interdum illuſtratur, ac declaratur.

Alia vide *tom.4.Conſult 72. hoc eodem tract.*

Miracula vera prò Canonizatione Sanctorum quomodo à non veris diſcernantur? Miracula vera quomodo à bonis, & malis Chriſtianis, & non vera à Magis, ac Dæmonibus fiant? tom.10.Conſult.166.

Vide quæ ſatis dicta ſunt hoc eodem tract.ſpeciatim *tom.4.Conſult.60. 61. 67. & 110. ac tom.5. Conſult.26. 35. ac alibi paſſim* præcipuè *tom. 9. Conſult.*103.

Opera Dæmonum ab Auctoribus narrata, cur miracula dici nequeant? Quot modis fiant? tom. 10. Conſult. 167.

Vide vbi ſupra.

Quæ opera admiranda poſſint facere Dæmones, vel per ſeipſos, vel per Magos? tom. 10. Conſult. 168.

Vide vbi ſupra.

Quæ Dæmon nec per Magos, nequè per ſeipſum poſſit efficere? tom. 10. Conſult. 169.

PER motum localem, quæ eſt immediata Dæmonis operatio; tranſiens, multa ipſe non poteſt facere. Vt enim inquit S. Tho. in quæſtioonibus de potentia *quæſt.16 ar.8 in lib.3. aduerſus Gentes cap.*108. Non poteſt deſtruere, aut ſubuertere ipſum Vniuerſum; Sunt enim Dæmones pars Vniuerſi; Pars autem non habet vim, atque poteſtatem in totum cuius eſt pars, & ait Paul.*ad Hebr.2. Non ſubiecit Deus Angelis Orbem terræ.* Nec poſſunt peruertere ordinem Vniuerſi, cum, auctore Ariſt. bonum Vniuerſi ſit ordo. Non poſſunt item perturbare, vel ſuis locis commouere principes partes Mundi, ex quibus eius integritas coaleſcit. Non poſſunt ſiſtere Cœlum, vel motum eius in contrarias partes agere. Non poſſunt elementum aliquod ex vno loco in alium transferre. Non poſſunt facere, vt detur vacuum, enim vacuum tollat coniunctioonem, coonexionem, atque ſubordinationem omnium partium Vniuerſi, in quo eius conſeruatio, atque gubernatio conſiſtit.

Dixi non poſſe Dæmonem eiuſmodi res facere, vel ſimpliciter, vel ſecundum potentiam ordinariam eis à Deo conceſſam, & quam eis concedi poſſit æquiſſima Diuinæ prouideotiæ ratio. Et cum Dæmones habeant vim motiuam definitiuam, alij quidem maiorem, alij verò minorem, non poſſunt quantumlibet corpus quantalibet velocitate mouere, nedum in iſtanti. Non poſſunt facere, vt duo corpora ſint ſimul in eodem loco, vel vnum corpus in doobus locis ſimul, vel vt vnũ penetret dimenſiones alterius. Nec poteſt dæmon diſtans à corpore, illod mouere ſecundũ locũ, quia mouens, & mobile debent eſſe ſimul. Non poteſt transferre corpus de extremo ad extremum, & non per medium.

Multa quoque ſunt, quæ per alteram actionem Dæmonum, quam mediatam diximus, eiuſmodi eſt naturalis alteratio, corruptio, generatio rerum naturalium, non poſſunt à Dæmonibus effici. Et

Primò. Non poteſt Dæmon producere vllam formam ſubſtantialem, vel accidentalem.

Secundò. Non poteſt aliquid creare ex nihilo.

Tertiò. Non poteſt ex quolibet facere quodlibet.

Quartò. Nec per quamlibet cauſam, vel inſtrumentum poteſt quemlibet effectum producere.

Quintò. Non poſſunt Dæmones producere formas ſubſtantiales.

Sextò. Nec poſſuot eas in inſtanti, aut quantumlibet paruo tempore producere.

Septimò. Non poſſuut quamlibet rem naturalem immediatè in quamlibet aliam tranſmutare, etiam adhibendo cauſas naturales.

Octauò. Non poſſuut animalia perfecta ſine ſemine producere.

Nonò. Non poſſunt animalem produecere ſubitò ſecundum perfectam eius magnitudinem, & virtutem:

Decimò. Non poteſt peruertere, atque immutare ordinem, qui eſt inter formas, & diſpoſitiones rerum oaturalium, vt poſſit poſteriores ioducere, non iodùctis prioribus, aut extremas, non inductis medijs.

Vndecimò. Noo poteſt mortuos ad vitam reuocare propter cauſam ſupradictam.

Duodecimò. Non poteſt impedire, nè agens naturale, habens omnia requiſita ad agendum, non agat.

Quomodo ſenſus hominum à Dæmone ludificentur ad eius illuſiones cauendas in probatione miraculorum prò Canonizatione Sanctorum. Vbi de Dæmonis præſtigijs, ad eius illuſiones cognoſcendas? tom. 10. Cooſult. 170.

Vide *cit.tom.4.& 5. hoc eodem tract.*vt ſupra.

Viuo.

Viuorum, & mortuorum apparitiones ad illuſiones Dæmonum in Canonizatione alicuius cauendas explicantur? tom. 10. Conſult. 171.

Vide vbi ſupra, quæ ſatis.

De ſuſcitatione Samuelis Prophetæ, incantationibus, Pythoniſſæ tentata, deque aliorum mortuorum ſuſcitationibus, & apparitionibus ad effectum ſupradictum? tom. 10. Conſult. 172.

Necromantici profitentur, ſe animas mortuorum euocare poſſe, ex iiſque cognoſcere multa quæ ſunt occultiſſima, vel etiam futura. Animas tamen mortuorum, præſertim eorum, qui flagitioſè vixerunt, aut violenta morte de vita deturbati ſunt, Magis eas inuocationibus adeſſe, reſpondere multaque manifeſtare, docet Prophir. *lib. 2. de abſtinentia animalium*.

Samuel autem, vt ait Toſtatus *in cap. 28. lib. 1. Reg.* in corpore ſuo ſuſcitatus non fuit, ſed anima eius in corpore aereo aſſumpto, Angeli miniſterio ex receptaculis mortuorum a Deo reuocata ad ſolam Saulis prophetiam indicandam non in Ramata, vbi Samuelis erat Sepulchrum, ſed in Endor, vultu tamen, & habitu Samuelis repræſentato, arteque Magica impedita apparuit.

Verùm has omnes mortuorum, quæ arte Necromantica fiunt apparitiones, vanas, & fallaces eſſe, non eſt dubitandum, pleraſque enim ab ipſis Necromantis, aliſque fictas eſſe, compertum eſt. Si quæ tamen reuerà contingerunt, in his exiſtimandum eſt, non animas defunctorum apparuiſſe viuis, ſed ipſos Dæmones tales ſe oſtendiſſe Necromantis, vel eos conſulentibus, tales inquam, habitu, ſpecie, ætate, voce, & affectu, quales fuerunt olim mortui, cum inter viuos verſarentur.

Non inficior, animas, quæ ſunt in Purgatorio nonnûquam apparuiſſe viuis. Id enim B. Greg. *in 4. lib. dialogor.* probat exemplis. Nec quidem nego, etiam animas beatas, vel Martyrum, vel aliorum Sanctorum deſcendere in terras hominibus, eorum auxilium implorantibus opem, & ſolatium laturas. Auguſt. *in lib. de cur. prò mort. agenda cap. 16.*

Iterum de miraculorum generibus ſupra naturam, Præter naturam; Contra naturam. Eorum gradus, ac differentia &c. tom. 10. Conſult. 173.

Sufficiunt ad compendium, quæ dicta ſunt *cit. tom. 4. Conſult. 67. & alibi hoc eodem tract.*

De Miraculis ſuper ordinem naturæ quoad operandi modum, & quoad id, in quo fit ex teſtamento nouo. tom. 10. Conſult. 174.

Vide quæ dicta ſunt in citatis Conſultationibus.

An Eudæmones, ſiue Cacodæmones ſua virtute, ægritudines non à natiuitate, ſed ex accidenti contractas, temporis momento, ac ſine medicamentis curare poſſint? tom. 10. Conſult. 175.

Vide vbi ſupra.

Quomodo miracula Magorum, malorumque hominum à veris miraculis differant, & cognoſcantur? tom. 10. Conſult. 176.

Satis deguſtauimus in citatis locis, quò vade.

Specimina aliquot miraculorum variarum ſanctionum, quæ ad ſecundum, ac tertium miraculorum gradum pertinent. tom. 10. Conſult. 177.

Sufficiunt, quæ dicta ſunt alibi ſupra.

An probent miraculum alicuius Serui Dei vnus teſtis de viſu, alter de ſolo auditu à Patre, ſiue à Matre ipſius ſanati? Vel ſaltem adminiculetur hiſtoria Vitæ Serui Dei à pluribus viris ſcripta? tom. 10. Conſult. 178.

Ad vtrumque Negatiuè, ex notatis *in cap. licet. ex quadam de teſtib.* atque ex regula ſtatuta per Farinac. *eodem tract. quæſt. 69. cap. 1. num. 2.* fruſtraque adminiculantur dicto eorum, qui hiſtoricè ſcripſerunt ipſius vitam, cum neque concurrente fama, teſtimonium de auditu alieno faciat probationem, *ad text. in cap. tàm litteris in princ. de teſtib.* cum ibi notatis per Gol. *v. auditu.* Oſtieu. *num. 2.* Bald. *num. 1.*

Verùm, quod Scriptores nullam fidem faciant nego cum Cantelorio *de Canoniz. Sanct.* aſſerente, quod quando cum dicto vnius teſtis concurrit publica vox, & fama, probata ſaltem per duos teſtes, tunc miraculum emaneat probatum, in cuius dicti confirmationem refert plures relationes Sac. Rotæ. Multòque magis credendum erit Scriptoribus, qui nullo modo præſumuntur ità immemores ſalutis æternæ, vt poſteritatem mendacijs decipere voluerint. At de hac re. Vide latius *tom. 4. Conſultat. 42.*

An teſtes domeſtici legitimè probent miraculum Sanationum. Qui nam dicantur domeſtici? Quid ſi loquerentur aſſertiuè? Si infirmus ſe ſanum ſiſtat coram Iudicibus Apoſtolicis? tom. 10. Conſult. 179.

Affirmatiuè. Domeſtici autem non ſolum dicuntur illi, qui ſunt de eadem familia, quique ſub familiæ appellatione continentur, vt *in l. pronunciatio §. familia ff. de ædil. edict.* Verum etiam ij, in quos ius habemus *l. præſenti §. ſanè C. de his qui ad Eccleſ. confug.* Io: Sicard. *in l. etiam 2. num. 5. C. de teſtibus*.

Ideò

Digitized by Google

Ideò in probandis factis domeſticis, non ſolum admittuntur, verum etiam præferuntur alijs, tanquam integræ fidei, omnique exceptione maiores, cum ſemper magis informati præſumantur, Bald. *in l. Lucius num. 5. ff. de his, qui not. in fam.* ac alibi.

Præſertim ſi loquantur aſſertiuè, dicendo aliquid factum, vel dictum, præſumitur fuiſſe præſentes, & plenam probationem conſtituunt, etiam ſi non dicant, quia fuimus præſentes Bald. *in cap. tertiò loco num. 6.* ibique Felin. *num. 4.* ac alii.

Ac præſertim ſi infirmus ſanum, ac illæſum coram Iudicibus Apoſtolicis ſe exhibuerit, vt magis eluceſceret miraculum. Quæ Iudicum oculis inſpectio ſatis, ſuperque foret prò concludenti probatione facti miraculoſi.

An primum extremum miraculi, nempè infirmitas probetur ex aſſertione Sacerdotis infirmi, ac ſanati per inſtrumentum publicum rogatæ cum præſentia teſtium? Vnicus teſtis an, & quatenùs probet miraculum? Quatenùs illud probet notarietas facti? tom. 10. Conſul. 180.

AFfirmatiuè. Probatio namque per inſtrumentum publicum dicitur clara, euidens, & euidentiſſima Gemin. *conſ.* 21. eamque facit manifeſtam, certam, liquidam, & indubitatam. Paris. *conſ* 170. *num.* 8. *lib.* 4.

Idque potiſſimum, ſi agatur de depoſitione Sacerdotis recepta per Notarium publicum cum interuentu teſtium, qui in verbo Sacerdotis, & cum iuramento, vt moris eſt, haud dubiè narrauit præcedentem ſtatum infirmitatis, & ſequentem inſtantaneæ ſanationis, propterea omnimoda fides adhibenda videtur.

Quinimò, quando cum dicto vnius teſtis concurrunt indicia, & adminicula, præſertim notarietas, ac publicitas facti miraculoſi, ex quibus Iudex poteſt animum ſuum informare, quod teſti ſit credendum, concurrente præcipuè communi reputatione miraculorum probari teſtatur Cantelor. *de Canoniz. Sanctor. cap.* 18. *num.* 17.

An, & quatenus ſanatio ab ariditate crurum, aliorumue membrorum ex appoſitione terræ ſepulchri alicuius Serui Dei, ſupra, vel vltra naturæ vires cenſenda ſit? tom. 10. Conſult. 181. Item Vide tom. 7. Conſult. 26.

AFfirmatiuè, ſi ſolo tactu terræ ſepulchralis ſtatim ſanatio omni ex parte perfecta probetur.

Cumque igitur aliquis Seruus Dei in illa terra ſepultus fuerit, terraque ſolita diſtribui infirmis ſit illamet, quæ ab eius ſepulchro extrahitur, & crura tangit infirmi, ſi in ea adeſſet vis naturæ indolis, procul dubio eſſet exſiccandi, & conſumandi citiùs. At cruribus jam exſiccatis, & aridis, non poteſt ſuſcitare partes illas iam emortuas vnico illius tactu exteriori.

An teſtes deſumpti ex proceſſu, authoritate Ordinarij confecto in Cauſis Canonizationis Sanctorum attendendi ſint? tom. 10. Conſult. 182.

AFfirmatiuè. Nam licet Epiſcopi nequeant aliquem Sanctorum ordini adſcribere, cum ille actus ſit reſeruatus ſoli Summo Pontifici; poſſunt tamen informationes capere de ſanctitate vitæ, moribus, & miraculis eius, qui petitur beatificari, vel canonizari, quodque eorum proceſſibus fides adhibita fuerit, & faciant pleniſſimam probationem, patet ex pluribus relationibus Sac. Rotæ relatis à Cantelor. *de Canoniz. Sanctor. cap. 4. num. 20. & 21. in fin.* vt alibi dictum eſt de canonizatione S. Hiacynthi, & Raymundi.

Et meritò quidem, dum huiuſmodi teſtes morte præuenti non poſſunt repeti coram Iudicibus Apoſtolicis.

Sed Vide *tom. 5. Conſult.* 27. vbi latius.

An liberatio à periculoſo partu, edito fœtu mortuo in vtero, poſt imploratam opem alicuius Serui Dei, vel applicatam eius imaginem, aut reliquiam, adſcribenda ſit miraculo? tom. 10. Conſult. 183. Item tom. 7. Conſult. 26.

AFfirmatiuè. Quo in caſu plurimi facienda eſt depoſitio obſtetricis ob ſuam peritiam, ac experientiam pro miraculo huiuſmodi partum habentis, cum experientia ſit omnium rerum mater, & magiſtra, faciatque artem, cognitioque veritatis ex ea ſequatur Bald. *conſ.* 136. *num.* 2. *lib.* 2. & Barboſ. *axiom. iur.* 88. *per tot.*

Nec dicatur, facilem eſſe huiuſmodi curationem: Nam dato, quod affertur de retentione fœtus mortui à Medicis, verùm ſit, ſi diligentèr ponderentur etiam ſcripta, apparebit fœtus huiuſmodi extenſos fuiſſe, vel præcedentibus triplicatis balneis, varijs herbarum generibus compoſitis, paulatim in fruſtula, vel excitato abſceſſu fuiſſe excreto, vel ferro vnco extractos, quemadmodum præcipit Hippocrat. *lib. de excect. fœt.* alijque.

Ex quibus apparet ex oppoſitio facilitas huiuſmodi partus, in quo nullo ex prædictis modis fuerit enixa mulier, ſed, ſtatim, ac inuocauerit Seruum Dei, in inſtanti emiſſit mortuum fœtum, quod non erat naturaliter expectandum.

Quare ſupernaturali tantum virtute fœtum huiuſmodi emergere dicendum eſt, implorata

ope

ope Serui Dei, vel applicata eius imagine, aut reliquia ſuper ventre, Matre læta, & valida remanente, maxima cum admiratione adſtantium, præcipuè Obſtetricis. Ideòque miraculo adſcribendum.

An liberatio à morbo nephritico cum ſuppreſſione vrinæ, emiſſo poſt inuocatum auxilium alicuius Serui Dei, calculo inſtar Oliuæ, adſcribenda ſit miraculo? Vbi quid ſi teſtis non reddat rationem per ſenſum corporis, & auditum? tom. 10. Conſult. 184.

Quoad 1. Vide etiam *tom. 7. Conſult. 26. ſum. n. 4.*

ID quoque miraculo adſcribendum eſſe cenſeo. Quando enim in anguſto vretere præ ſcabritie, ſeu magnitudine calculus impactus remanens, tranſmeare nequit, vrinam ſupprimit ac mortem infert, vt teſtantur Trincauellius 10. *de morb. cap. 9.* Parcus 24. *chirurgh. cap.* 19. ac alij: Accidentibus præſertim in limine inſtantaneæ ſanationis vehementi rigore, maximo languore, ob lancinantes dolores, & ſyncope cum dolore, cruciatu, vigilijs per longum tempus, adeò vt imbecillimus, incurabilis potius recenſendus eſſet.

Imò huius miraculi magnitudo augetur ex ſuppreſſione vrinæ cum vehementi rigore. Id enim ſignum læthale eſſe aſſerit Hippocrat. *lib. 1. de prædict. & in coacis pranot.*

Quod verò ad teſtes, ſi deponant per verba præſentiam importantia, quamuis ea non fuerit explicitè narrata, vtique ex neceſſitate dicendum eſt, quod fuerint preſentes omnibus ijs, de quibus deponunt, iuxtà doctrinam Baldi *in cap. tertio loco de teſtib.* De quo adi etiam *tom. 1. Conſult. 240.*

An mundatio à lepra, applicatis ei reliquijs, aliiſque rebus, quæ eas tetigerint, ſit miraculo adſcribenda? tom. 10. Conſult. 185.

Affirmatiuè, vt dictum eſt etiam *tom. 5. Cnoſult. 28.* quò vade.

An pulſationes, ſonitus, crepitus, ſtrepitus, rumores, tinnitus, concuſſiones, & id genus alia, quæ audiuntur intus arcas, ſiuè ſepulchra, in quibus quieſcunt corpora quorumdam Seruorum Dei, ſint adſcribenda miraculo? tom. 10. Conſult. 186.

PRobato per legitimos teſtes, quo huiuſmodi pulſationes, ſonitus &c. Nulla arte humana eueniant, dubitandum non eſt, quin inter miracula debeant referri. Nam eum ſit effectus admiratione plenus, & habeat cauſam omnibus occultam, ei profectò conuenit definitio miraculi tradita à Bagnes, & ab alijs in S. Tho. *par. 1. quæſt. 105. ag. 7* Et quatenus velimus inueſtigare cauſam, ſiuè auctorem huius pulſationis, ſtrepitus &c. eidem conuenit altera definitio, quam tradit idem D. Tho. *l. c. art. 2.* quod miraculum dicitur aliquid arduum, & inſolitum præter facultatem, ſiuè ordinem naturæ, ac ſpem admirantis proueniens.

Aut enim huiuſmodi ſtrepitus &c. tribuuntur corpori alicuius Serui Dei, & tunc inter miracula reſurrectionum, vel ſecundi gradus, quæ iuxtà D. Tho. *d. quæſt.* 105. *art.* 8. circa ſubiectum, in quo fiunt, ſunt connumerandæ: quia cum Serui corpus in arca mortuum exiſtat, non poteſt vt viuum operari, abſque eo, quod ſupernaturaliter viuificetur.

Aut tribuuntur animæ ipſius Serui Dei, & tunc violenter paritèr adſcribendæ miraculo ſecundi gradus. Quia cum anima hominis, ſeparata à corpore, non poſſit localitèr corpora mouere, vt per D. Tho. *par. 1. quæſt. 117. art. 4. &* alios, ſequitur, quod nec etiam poſſit huiuſmodi ſtrepitus &c. naturaliter dare.

Aut tribuuntur immediatè Deo, & tunc inter miracula tertij gradus, quæ ſecundum D. Tho. *d. q. 105. art. 8.* conſiſtunt circa modum, & ordinem faciendi, poſſunt numerari.

An teſtes deponentes de ſolo auditu alieno, publicaque voce, & fama, admitti poſſint ad probandum miraculum? Quidue ſi adeſſent alij teſtes de viſu, & certa ſcientia? Et an circumſtantiæ miraculi debeant plenè, & concludenter probari? Quotuę teſtes requirantur ad probationem miraculi? Opinio teſtium an probet factum? Quid de teſte impubere? An, & quatenùs probet? Quidue de teſtimonio puberis de viſis in pupillari ætate? Quid de infante? tom. 10. Conſult. 187.

QVoad 1. attinet certum eſt, nullam eorum rationem habendam eſſe per text *in cap. tã literis in princ.*

Verùm id accipiendum eſt, quandò ad probandum factum miraculoſum adſunt tantummodò teſtes de auditu, & publica voce, & fama; ſecus verò quandò adſunt alij teſtes de viſu, ac certa ſcientia; Tunc enim ſicut teſtes de auditu debent coniungi; ità teſtes deponentes de publica voce, & fama, cum maiorem gradum probationis efficiant, quam teſtes de auditu Farinac. 69. *num.* 16. At vide *tom. 1. Conſult. 192.* vbi latè.

Ad 2. Certum item exiſtimo, quo circumſtantiæ debeant plenè, & concludenter probari abſq; vlla prorſus hæſitatione; Nam reſpiciunt eſſentiam miraculi. Troyl. & Maluet. *de Canonizatione Sanctorum dub. 13. num. 64. tom. 14. fol. 101. à tergo.*

Hinc non videtur attendenda opinio teſtium, ſi detegatur erronea, tanquam inducta à principijs non euincentibus factum Bald. *in l. ſcire leges num. 3. ff. de legib.*

Quoad teſtẽ impuberẽ dicendũ videtur, quod impubes

Digitized by Google

pubes, non dum ſuperato anno 14. non eſt admittendus ad ferendum teſtimonium ad text. in l.3.§ lege Iulia.

Et quoad teſtem puberem deponentem de viſis in pupillari ætate idem dicendum videtur; Oſtat enim communis aſſertio ſcribentium, quando erat proximus infantiæ, Alber. d.l.3.§. à l. Iulia num. 16.

Quod fortiùs aſſerendum videtur de infante. Indubitatum quippè eſt, infantem nullam facere fidem de viſis tempore infantiæ: Nam talis ætas quicquid videt ignorat, l.r. §. Impuberes C. de falſ. monet.

Alia vide tom.1. Conſult. 192. & tom.5. Conſult. 34. & alibi de Canoniz. Sanctor.

1. *Intra quod tempus proceſſus Canonizationis confici debeat?*

2. *Ad probandum miraculum quot teſtes ſufficiant?*

3. *An apponendo diadema capiti alicuius Beati, ac exhibendo illi, vel ſubſcribendo illius Imagini titulum Sancti, tranſgrediamur limites Beatificationis?* tom. 10. Conſult. 188.

AD 1. Debet abſolui intra terminum nouem menſium, iuxtà declarationem Alexand. Hiath. *in prax. cap. 6.* relatam à Farinac. *de teſtib. quæſt. 77. num. 137.* & numeratur à die præſentationis Remiſſorialium. At vide alia *tom. 1. Conſult. 247. & tom. 4. Conſult. 44.*

Ad 2. Duo tantum teſtes ſufficiunt, cum quilibet actus duobus teſtibus concludentiſſimè probetur. *cap. nouit ille de iudic.* & alibi.

Ad 3. Vide *tom. 5. Conſult. 25. eodem tract.*

An puer ſubmerſus in mari, in puteo aqua, muſti, ſpatio trientis, vel quadrantis horæ, vel ſemiquadrontis, vnco per veſtes extractus, liuidus, & lingua extorta, ſi innocato auxilio Serui Dei, non moriatur, id miraculo ſit adſcribendum? tom. 10. Conſult. 189.

AFfirmatiuè, vt reſponſum eſt. *tom. 4. Conſult. 57.* quò adi.

1. *An, & quatenus ſanatio inſtantanea à neruorum conuulſione pluribus annis confirmata, eum manuum, pedumque attractione, ac lingua ad loquendum impedita, implorato auxilio alicuius Serui Dei, ſit miraculoſa?*

2. *An, & quatenus adhibenda ſit fides dicenti, quod Seruus Dei ſibi apparuerit, ac præſeruauerit ab infirmitate, à periculo &c.* tom. 10. Conſult. 190.

AD 1. Affirmatiuè, concurrentibus ſupradictis circumſtantijs. Ad quod facit quod dictum eſt alibi hoc eodem tract. præcipuè *tom. 4. Conſult. 56. & tom. 7. Conſult. 26. Summ. num. 2.* quò vade.

Ad 2. Vide *tom. 4. Conſult. 55.* vbi latè.

An, & quatenus ſanatio à vulnere lathali, emiſſis precibus ad aliquem Dei Seruum, ſtatim conſolidato, cicatrice tantum apparente, ſit ſupra vires naturæ? tom. 10. Conſult. 191.

SI conſtiterit, quod vulnus fuerit læthale, aut difficilis curationis, quod medicamenta vulneraria fruſtra adhibita fuerint à perito Chirurgo, cuius atteſtationi ſtandum eſt, ac probata inſtantanea vulneris ſanatione, vel quod non potuerit tam citò naturaliter ſanari, ſanatio dicenda erit ſupernaturalis, atque adeò miraculoſa.

De Canonizatione Sanctorum. Martyres vindicati. Miracula poſt mortem. Proceſſus Canonizationis. Ritus eiuſdem. Canonizatio de Cœlo. Canonizatio miraculis confirmatur. Et alia tom. 10. Conſult. 192.

ECcleſiæ conſuetudo fuit, vel in eius prima ætate, vt in Dyptica non tranſcriberentur, niſi magno cum delectu, nomina eorum, quibus cultus, ac veneratio deberetur. Quod adeò verum eſt, vt Martyres ipſi ſine maturitate ſuffragij, eum honorem non conſequerentur. Etenim de ijs Epiſcopus ad Primatem referebat, & Primas, te diſcuſa cum alijs Nationis Epiſcopis, de cultu eorum decernebat. Baron. *anno Chriſti 514.*

Reprehenſionem ideo meruit Romæ Lucilla potentiſſima fœmina, quod viſa eſſet Lipſana exoſculari martyris cuiuſdam nondum *vindicati*, vt loquitur optatus Mileuitanus, ideſt nondum declarati, ſiuè approbati.

Id præſertim decernebatur eum frequentia erant miracula ad ſacras eorum exuuias.

Iam de vera virtute, ac ſanctimonia eorum, qui in Diuos tranſcribi debent, Sacra Romæ Tribunalia diſquirunt, & coacto S.R.E. Cardinalium Senatu, cui quoque interueniunt Epiſcopi, quotque in Vrbe fuerint, in ſuffragia itur, ac demum ipſe Rom. Pontifex, cuius ore loquitur Deus, nomina Sanctorum ſine errore pronunciat.

Hæc autem noſtrorum Diuorum Apotheoſis, vel vt calligatori vocabulo vtamur, canonizatio viſa eſt interdum cœlitus etiam confirmari. Vt legitur in Sicilia de Alberto viro religioſiſſimo Carmelitarum, prò quo duo Iuuenes de Cœlo deſcenderunt, & decantarunt: *Os iuſti meditabitur ſapientiam.*

Confirmata quoque miraculis eſt ipſamet ritè facta à Romano Pontifice inauguratio Sanctorum, vt Vuerde in Germania,

Digitized by Google

1. *An aliquis ob miraculorum euidentiam à Sede Apoſtolica in Sanctorum numerum referri poſſit?*
2. *Quid de habente donum ſcientiæ, & prophetiæ?*
3. *Quidue de eo, qui prò Sancto à Principibus viris, & à Populo denunciatur?* tom. 10. Conſult. 193.

Ad 1. Certum eſt, quod ſanctitas ſine miraculis eſſe poteſt, vt de S. Io: Baptiſta, & pleriſque alijs conſtat. Certumque item eſt, miracula etiam à non Sanctis, imò à malis hominibus fieri poſſe, vt alibi oſtendimus.

Quamuis igitur hominibus malis miracula interdum facere concedatur; aliqui tamen ob miracula euidenter facta in Sanctorum numerum referri poſſunt, ac debent, nulla in primis re vitæ ſanctitati aduerſante, eum miracula ſigna ſint teſtificationis ſanctitatis, ac doctrinæ veritatis. Sanctorum manifeſta. Quoniam verò miracula dictas ob cauſas ab hominibus, etiam non Sanctis nonnunquam fieri poſſunt, cum ſint gratiæ gratis datæ, quæ cum peccato ſtare queunt, ideò miracula poſt mortem facta maiorem ſanctitatis euidentiam, quam quæ in vita ſunt patrata, præſeferunt, atque idcircò relationem inter Sanctos facilius admittunt.

Ad 2. Canonizatio charitatem, & ſanctitatem poſtulat, ſine qua ſcientiæ donum, prophetiæ datur. Apoſt. *ad Corinth* 13. *Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & habuero omnem fidem, ità vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum.*

Quamquam Spiritus Sanctus in animas ſanctas ſe transferat amicos Dei, ac Prophetas conſtituendo, vt in lib. Sapientiæ *cap.* 7. legitur, Spiritus tamen Sanctus non ſe transfert in animas eorum, quibus donum prophetiæ datur, nec eos amicos Dei conſtituit, niſi quandò ad mentem recipientis illuſtrandam prophetiæ donum confertur, non autem quandò ad aliarum inſtructionem datur.

Nemo igitur propter ſolum ſcientiæ, ac prophetiæ donum abſque ſanctitate canonizari poteſt.

Ad 3. Cum Canonizationis opus maximum ſit, ac difficillimum inter ea, quæ in Eccleſia Dei fieri ſolent, ideò maximam poſtulat maturitatem, diligentem ſcilicet rerum geſtarum, vitæque illius, qui Catalogo Sanctorum eſt adſcribendus, non ſemel repetitam inquiſitionem. Teſtes enim fallere, & falli poſſunt, aliquo indecenti affectu perſuaſi. Induſtriæ igitur celeritas, ac diligentiæ tarditas deſiderantur. Propter fidei quoque firmitatem, atque conſtantiam roborandam Canonizatio item differri debet.

Quamuis autem res ità ſe habeat, ob admirandum tamen ſanctitatis, & miraculorum euidentiam, ſiuè ob martyrium, cunctis inter dum difficultatibus, quæ Canonizationem prorogare ſolent, non minus diligenter, quam citò ſuperatis breui temporis interuallo nonnulli eum Sanctis fuerint annumerati.

Horum è numero eſt Antonius Luſitanus, qui eodem anno, quo ex hac vita deceſſit Spoleti, Sanctis adſcriptus fuit à Gregorio IX. Petrus Martyr Veronenſis ex Ordine Prædicatorum, anno poſt martyrium primo non dum exacto, in Sanctorum ordinem poſitus fuit ab Innocen. IV. & plurimi alij.

De miraculis diligenter etiam, atque etiam examinandis in Canonizatione Sanctorum, De modo illa examinandi. Et quæ neceſſaria ſint prò Sanctis in Eccleſia militante declarandis? to. 10. Conſult. 194.

Tanta in miraculis examinandis debet adhiberi diligentia, quanta maxima eſſe poteſt, ob ſummas, & quidem plurimas, quæ in dies oriri ſolent, difficultates. Hinc Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reliq. & vener. Sanct. prop. fin.* Nulla noua miracula admittenda eſſe decernit, niſi recognoſcente, & approbante Epiſcopo &c.

Quoad teſtes iam dictum eſt perſæpè alibi.

Ex eo etiam, quod Chriſoſt. de ſanctitate ſcriptum reliquit, colligi poteſt quid pro Sancto declarando requiratur; Ait enim *homil. in pſal.* 144. *Quid eſt Sanctus? Rectus, purus, mundus, ab omni reprehenſione alienus, qui nullam vlli omninò præbet anſam.*

Qui ordo iudiciarius in Canonizatione obſeruari conſueuerit? Actiones in ea requiſitæ. Et an ordo iudiciarius tam in Canonizatione Martyrum, quam Confeſſorum obſeruandus? tom. 10. Conſult. 195.

Ordo iudiciarius duobus modis conſiderari poteſt. Primò quoad inquiſitionem, aut diſcuſſionem cauſæ canonizationis. Secundò quoad cauſam, vt aiunt, motiuam. Primo modo iudiciarius ordo tam in Canonizatione Martyrum, quam Confeſſorum obſeruandus eſt. Secundo modo non item. Quandò enim aliquis prò Martyre canonizandus eſt, non ſolum cauſa, propter quam fuerit paſſus diligentiſſimè eſt inueſtiganda, quia cauſa, non pœna facit Martyrem, vt ait Auguſt. *epiſt.* 61. & 166. Sed modus item patiendi eſt accuratè inquirendus.

Quod verò ad cauſam motiuam Canonizationis idem ordo iudiciarius tam in Canonizatione Martyrum, quam Confeſſorum obſeruari minimè debet.

De qua te vide *tom.* 4. *Conſult.* 72. & *tom.* 9. *Conſult.* 201. ac alibi.

Quænam actiones in Sanctorum Canonizatione requirantur? tom.10. Conſult.196.

ACtio prima. Ante omnia Principes, aut Optimates cum Populis locorum Romano Pontifici Seruum Dei canonizandum proponunt, eiuſdem vitæ probitatem, opera, & miracula explicantes. In pluribus menſibus, atque annis interiectis frequentet, ac ſimpliciter faciendum eſt, vt ea prorogatione veritas rei clarius in dies eluceſcat.

Actio 2. Si fama ſanctitatis crebreſcente, magnaque miraculorum fama in dies acceſſione, ſupplicibus poſtulantibus, & indeſinenter quidem inſiſtatur, Rom. Pontifex in Conſiſtorio, quod ſecretum vocant, S.R.E. Cardinalibus canonizationem ſuppliciter, ac tot vicibus poſtulatam, proponere conſueuit, eoq; in Conſiſtorio decerni ſolet, & in Patriam, & Prouinciam illius, qui canonizandus eſt, pro notitia eorum, quæ denunciata fuerunt, ſuſcipienda ſcribatur. Publica ſanctitatis, & miraculorum fama, populorumque erga canonizandum deuotio, & id genus alia, Epiſcopis, & honeſtiſſimis viris, vitæque integritate inſignitis diligenter, ac generatim inueſtiganda committi ſolent,

Actio 3. Si Epiſcopi, ac viri integertimi ea omnia, quę de Seruo Dei canonizando ſcripta iam fuerant, vera eſſe reſpondeant, & omninò affirmeat, in Conſiſtorio item ſecreto S.R.E. Cardinales à Rom. Pontifice rogantur, num ſcilicet ſanctitatis, & miraculorum fama ſpeciatim inueſtiganda committi debeat?

Actio 4. Si veritatis indagatio ſpeciatim committenda cenſeatur, iiſdem, vel alijs Epiſcopis, ac viris integerrimis ſcribendum eſt, ac diplomate Pontificio mandandum, vt veritatem ipſam, primum de fama, deindè de vita, hoc eſt de miſericordiæ operibus, cum vera animi dimiſſione, vel humilitate coniunctis. Poſtremò de miraculis, & quidem omnia diligenter, exactè, prudenter, ac fideliter, iuxta formam in diplomate præſcriptam, necnon iuxtà articulos in eodem diplomate comprehenſos, inquirant. Omnia hunc in modum examinata, nec non ſigillis munita, & incluſa, ad Romanum Pontificem mittuntur.

Actio 5. Hæc tandem ad Romanum Pontificem miſſa, in Romana Curia aliquot Sac. Rot. Auditoribus, quos Papa Capellanos, ſiuè Sacellanus appellat, auctoritate, prudentia, & doctrina inſignibus à Summo Pontifice committi ſolent, ea tamen lege, vt omnia diligenter perpenſitent, titulos item, ac notas, & concluſiones indè conficiant, ſuumque ijs in rebus omnibus iudicium ſincerè ſubijciant.

Actio 6. Omnia præfatum in modum ab Auditoribus Sacræ Rotę diligenter examinata, & iuxta examen, vel, vt aiunt, proceſſum de vita canonizandi formatum, diſpoſita, iuſſu denique Sum. Pontificis in Cong. Sac. Rit. à S.R.E. Cardinalibus ſeuero, ac cenſorio iudicio, legitimaque cognitione iterum multorum menſium interuallo, diù, ac ſigillatim examinantur, ac perpenduntur, an ſcilicet omnia exactè ſint ab Auditoribus Sac. Rotæ comprobata, vel nonnulla ex ijs rebus animaduerſione digna cenſeantur, ità verò, vt canonizatio iure admitti queat.

Actio 7. His ritè peractis Congregationis Sac. Rit. Decanus in Conſiſtorio ſecreto coram Sum. Pontifice, vniuerſoque S. R. E. Cardinalium Collegio, refert ſententias in ipſa Congregatione prolatas circà examen, & Sac. Rot. Auditorum relationem, in qua proceſſuum acta, & probationes expenduntur, & iudicium ſuper Cauonizatione facienda interponitur, ad Sacrotum Canonum ritualium S. R. E. præſcriptum. Si autem Summo Pontifici canonizatio celebranda videatur, id in ſequenti Conſiſtorio, quod ſemipublicum vocitatur, definiri ſolet.

Actio 8. Ad Conſiſtorium ſemipublicum tam Cardinales, quam Prælati conuenire ſolent. Patriarchis itaque, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, qui Mithræ, ac paſtoralis baculi vſum habent, tunc in Vrbe commorantibus ad Conſiſtorium ſemipublicum conuocatis, Romanus Pontifex narrat ea, quæ in cauſa Canonizationis acta ſunt, ac legitimè probata, ſecreta tamen definitione ſuppreſſa, quæ in præcedenti Conſiſtorio facta iam fuit, omniumque tam Cardinalium, quam Prælatorum ſententias exquirit.

Actio 9. Certa deindè in eodem Conſiſtorio ſemipublico dies Canonizationis aſſignatur, qua omnes in certam Eccleſiam, Rom. Pontifex, Cardinales, & Prælati, cum vniuerſo Clero, & Populo conueniant.

Actio 10. SS.D.N. Papa ſermonem habet, acta recitat, & probationes commemorat, adſtanteſque omnes ad exorandum Deum cohortatur, vt in eo tam graui, tamque arduo, omnibus genibus flexis orant, & cantatur hymnus: *Veni Creator Spirtus.*

Actio 11. Hymno decantato, Sum. Pontifex ab oratione ſurgens, illum, de quo agitur, Sanctum eſſe definiendo declarat, Sanctorumque catalogo adſcribendum, & tanquam Sanctum colendum, ipſiuſque feſtum diem ſingulo quoque anno celebrandum eſſe decernit.

Actio 12. His ritè, ac piè peractis, ſententia ſcilicet Canonizationis pronunciata, Hymnus *Te Deum laudamus* decantatur, quo tandem expleto, Romanus Pontifex in honorem Sancti Canonizati Miſſam ritu maximè ſolemni decantat, atque hunc in modum Canonizatio præſens in tempus abſolui, terminarique ſolet.

De

Digitized by Google

De rebus quæ prò celebranda Canonizatione fieri ſoleat. De Conſiſtorijs. De ſuffragijs. De ſeptem honoribus, qui Canonizatis debentur. Et quatenus etiam à Sede Apoſtolica non Canonizatis, debeantur. tom. 10. Conſult. 197.

PRæter ea, quæ dicta ſunt in præcedenti Conſultatione, ac in tomis retroſcriptis. Vide præcipuè *tom. 4. per plures Conſultationes, tom. 7. Conſult. 27. & tom. 9. Conſult. 104.* Reliqua legere poteris in Proceſſu Canonizationis S. Franciſci Xauerij à D. Auctore per extenſum relato.

De Canonicis ſcripturis. Vide de Scripturis. tom. 10. Conſult. 148.

DE CAPELLIS, ET CAPELLANIS.

PIVS quidam Teſtator inter cætera ità diſpoſuit: Item, quod dicti Capellani teneantur, ac debeant omni die, iuſto ceſſante impedimento, ad Altare Maius Miſſam vnam prò quolibet ipſorum, celebrare ob reuerentiam B. Io: Baptiſtæ, & intereſſe Diuinis Officijs in dicta Eccleſia vnà cum Capitulo Canonicorum reſidentium ipſius Eccleſiæ S. Io: Nunc quæritur.

An poſſint, celebrando in dicto Altari, iuxtà formam præſcriptam à fundatore tuta conſcientia, vti hactenus conſueuerunt, ad eorum libitum Capellani præfati Sacroſ. Miſſæ Sacrificium applicare, & prò illo eleemoſynam à Chriſti fidelibus percipere prò anima Fundatoris? to. 1. Conſul. 139.

PVto, eiuſmodi Capellanos non eſſe obligatos ad offerendum Sacrificium prò anima fundatoris, ideòque poſſe prò applicatione Miſſæ in dicto Altare quotidie celebrandæ eleemoſynam à Chriſti fidelibus, vti hactenus conſueuerunt, recipere: Quia à diuerſis, inter quæ non datur neceſſaria aliqua connexio, non fit illatio. *l. Papinianus ff. de minor.* eſt enim diuerſa, vt benè notat Suarez *in 3. par. tom. 3. diſp. 86. ſect. 1.* Vaſquez, & Bonacin. alios plures referens, obligatio celebrandi Miſſam in tali loco, & die, ſeù tempore, ab obligatione Sacrificium aliqua cum ſpeciali, & determinatà intentione applicandi, nec illa obligatio per ſe, aut aliqua neceſſaria connexione coniuncta cum hac eſt, ideòque non valet illatio, vt ijdem Doctores, ſed poteſt ità vnà cum altera coniungi, vt poſſit etiam ab illa ſeparari iuxtà voluntatem exterius expreſſam dantis eleemoſynam, ſeù Fundatoris Capellaniæ, aut beneficij cum onere Miſſarum: Quare ex eo, quod ſinguli ex dictis Capellanis teneantur quotidie ad Altare maius Eccleſiæ Collegiatæ ob reuerentiam S. Io: Baptiſtæ celebrare Miſſam, obligatio non deducitur ad celebrandam Miſſam pro anima Fundatoris. Ergò, cum nequè ex alio capite deduci poſſit, dictum Fundatorem voluiſſe obligare Capellanos etiam ad celebrandum prò anima ipſius, dicendum eſt, eos non habere talem obligationem, præſertim, cum hæc in dubio, an fuerit impoſita, præſumi non debeat, cum poſſeſſio ſtet prò libertate, cui etiam fauet conſuetudo in quæſito expoſita. Et ità declarauit Sac. Cong. Conc. in vna *Mediolanen.* die 18. April. 1654.

An Capellanus eligendus ab Epiſcopo prò tempore cenſeri debeat perpetuus, an potius amouibilis? tom. 1. Conſult. 383.

REſp. Non eſſe amouibilem, neque manualem, ſed perpetuum. Ità cenſuit Sac. Congreg. Conc. in vna *Grauinen.* die 6. Decembris 1645.

An conditiones appoſitæ in Capellanijs amouibilibus, Capellanis tamen non proportionatæ, ab ipſis debeant obſeruari? tom. 1. Conſult. 497.

AFfirmatiuè. Prout ſeruari mandauit Sac. Conc. Congr. in *Romana Capellaniarum* die 4. Auguſti 1654. *ad cap. 5. ſeſ. 25. de refor.* Eiuſmodi enim onera adijciuntur legato in vim conditionis, ſub qua relinquitur emolumentum perſpiciendum, & proindè conditio eſt cauſa finalis diſpoſitionis. Ctauet. *conſ. 59. n. 4.*

An prò Capellania, ſeù Miſſa celebranda in Ciuitate debeatur maior dos, ſiuè taxanda ſit maior eleemoſyna, quam prò Capellania in aliquo Caſtro? tom. 3. Conſult. 32.

AFfirmatiuè: Quia maior ſumma requiritur prò ſuſtentatione Capellani Miſſam quotidianam celebraturi in Ciuitate, in qua maiores ſunt expenſæ alimentorum, quam in aliquo paruo Caſtro, vbi ob minores expenſas victus, Capellania 30. ducatorum reputatur de maioribus.

1. *An Capellania de Iurepatronatus transferri poſſit de loco ad locum ex eo, quia primogenitus Fundatoris, qui ex fundatione dictam Capellaniam retraet, amiſerit ius Caſtri, in quo ſundata eſt. Ideò cupit transferre eam ad Caſtrum, vbi iuriſdictionem babet? Et*

2. *An ſit indulgendum, ſaltem ex gratia?* tom.4. Conſult.12.

AD 1. Negatiuè: Quia cum præfata Capellania ſit collatiua, proculdubio eſt affixa Eccleſiæ, eſt enim beneficium Eccleſiaſticum, quod erigi non poteſt, niſi ad Altare. *cap. Nemo de conſecr. d. 2.* Vndè Trid. iubet *ſeſſ. 25. cap.5. de refor.* vt his beneficiorum erectionibus non derogetur.

Ad 2. Videtur indulgendum. Tum ex rationabili cauſa, nempè neceſſitatis ſacrificij in noua Eccleſia, præſertim cum nullum detrimentum cultus diuinus patiatur in Eccleſia, in qua fundata eſt Capellania. Tum quia prima Eccleſia cenſetur electa à fundatore Capellaniæ cum reſpectu ad Patronos illius Caſtri, ſeù tanquam proprij, & poſſeſſi ab ipſis; Vndè ſi tunc patroni tranſeant ad aliud Caſtrum, transferentur etiam Capellaniæ; Vndè dicitur 2. *Machab. c. 6. Non propter locum gentem, ſed propter gentem locum elegit Deus.*

Et id à fortiori procedit: quia cum patroni ſoleant percipere emolumentum ab hac celebratione Miſſarum, oritur præſumptio, quod fundator voluerit hoc pacto ipſis prouidere ex parte, non ſolum eorum commodo, ſed etiam præſenti neceſſitati, qua nunc tenentur ad inopiam Miſſarum in nouo Caſtro, vt ſupponitur; Quilibet enim præſumitur operari eo modo, quo ſibi vtilis eſt. *l. 1. & 2. ff. ſolut.* Rot. *deciſ. 643. num. 4. par. 4. recen.* Vndè cenſendum eſt, fundatorem nedum reſpexiſſe ad fructum ſacrificij, ſed etiam ad ſubleuandam indigentiam heredum Patronorum, cum in hoc potuerit exercere actum pietatis, & ordinare ſuam diſpoſitionem ad duplicem finem, & ex vtroque percipere vtilitatem: Quare cenſeo cum Sanctiſſimo ex gratia indulgendum, vt etiam cenſuit Sac. Cong. Conc. *in Viterbienſi* 25. Ianuar. 1663.

Cui ſpectet manutentio Altarium de Iurepatronatus, an ad Patronos, an ad Eccleſiam, vbi ſunt erecta, ſtante conſuetudine, quod Patroni nunquam fuerint coacti ad manutentionem, licet hodie ſuppleant impenſas mapparum, & ornamentorum, an Beneficiatis Capellarum, qui habent redditus vix excedentes onera Miſſarum, dictis Capellanijs annexa? tom.6. Conſult.15.

REſp. cum Sac. Cong. Conc. *in Vrbinatenſi* ſub die 10. Martij 1663. *ad cap. 7. ſeſſ. 21. & cap. 9. Teneri Eccleſiam ad limites conſuetudinis legitimæ, in reliquis, prout de iure.*

Porrò Altaria eſſe dotanda ab erectoribus prò congrua manutentione docet Fuſch. *lib. 1. de viſit. cap. 21. num. 10.* & alij.

Quod ſi Eccleſia non eſt ſufficienter dotata, poteſt fieri præceptum patronis beneficiorum, vt intra competentem terminum prouideant Altaria omnibus neceſſarijs, vel vt dotem augeant; ſub pœna priuationis eorum iuris, eo autem elapſo, & non parito, ad priuationem procedi poteſt.

At ſi patronus ab initio aſſignauit dotem ſufficientem prò mercede Sacerdotis, & ornamentorum manutentione, tunc Rector tenetur proſpicere Eccleſiæ, Capellę, vel Altari, Sperell. *deciſ. 68. num. 12.* Si verò nec Patronus, neque Rector poſſunt neceſſaria ſubminiſtrare, Epiſcopus poterit pecuniam deſtinatam prò celebrandis Miſſis, vel anniuerſarijs ad tempus in eandem neceſſitatem conuertere per tex. *in l. 1. C. de expenſis.* Imol. *lib. 11.* & alij. ſed perpendenda ſunt decreta Sac. Cong. Conc.

Quanta autem debeat eſſe dos Altaris? Pendet ex circumſtantijs Miniſtrorum, loci, ſeruitij, temporis, & ideò relinquendum eſt arbitrio Epiſcopi. Roch. de Curt. *de iurepat. p. 3. quæſt. 8. num. 172.* Lambert. *eodem tract. lib. 1. p. 5. quæſt. princ. 21. num. 26.* & alij.

An, & quatenus Canonico debeantur diſtributiones Capellaniæ, quam obtinet ſub eodem tecto? Vide de Capitulo tom.6. Conſult.51.

An Beneficiatis, & Capellanis indulgendus ſit habitus Canonicalis? Vide de Capitulo tom.6. Conſult.54.

An Conſtitutiones à Capitulo factæ prò ſeruitio Eccleſiæ obliget Beneficiatos, & Capellanos in futurum. Vide de Capitulo tom.6. Conſult.55.

De Capellanis maioribus Regijs. Vide de Immunitate tom.6. Conſult.80.

An, & quandò Capellanus inſtituendus debeat eſſe actu, vel potentia Sacerdos, ac teneatur per ſeipſum celebrare, & Capellania dicenda ſit Sacerdotalis? to 7. Conſult. 2.

SI in fundatione Beneficij, ſeù Capellaniæ ſimplicis non fuerit expreſſum, quod conferatur Sacerdoti, & quod obtinens celebret per ſeipſum Miſſas, non dicitur Sacerdotalis, & poſſe conferri maiori 14. annorum, licet non ſit Sacerdos. Et hanc ſententiam perpetuò ſequuta eſt Sac, Cong. Conc. *ad cap. 5. de reſor. ſeſſ. 25.* præſertim *in Tudertina* anno 1572. *in Parmenſi*, & alibi penes Garziam *par. 7. de benefic. cap. 1. num. 87.*

Idque etiam ſi in fundatione dicatur, quod Capellanus celebret, interueniat, cantet, non idcircò Capellania eſt actu Sacerdotalis, ità ut Capellanus non poſſit per alium exequi onus iniun-

ĩniunctum. Garz. *l.c. num.* 89. & cenſuit Sac. Congreg.

Capellaniæ conſtitutæ prò ſæcularibus Sacerdotibus, nolentibus illas propter fructuum tenuitatem acceptare, an conſentientibus hæredibus, & Epiſcopo, poſſint transferri ad Regulares, qui ſtante reductione Miſſarum ab illis obtenta, ſunt parati eas acceptare, & oneribus ſatisfacere? tom.8. Conſult.22.Miſcellan.n.4.

Affirmatiuè. Trid *ſeſſ.*25. *de refor. cap.* 8. vbi diſponitur, translationem eſſe faciendam ad vſus pios inſtitutioni proximos, maximè accedente conſenſu hæredum, & authoritate Ordinarij, qui poſſunt eligere, & declarare voluntatem teſtatoris. Gloſ. *in cap. Quoniam de offic.deleg.* Vbi etiam Abb.Cum non ſolum Capellaniæ, ſed etiam beneficia ſæcularia poſſint in Regulares transferri, ſtante neceſſitate. *cap. inter quatuor de relig. Dom.* Garz. *par.*7. *cap.*10.*num.*16.& alij.

An Legatum relictum prò reſidentia Capellani in Choro, poſſit commutari in celebrationem Miſſarum? Vide de Legat. pijs tom.8. Conſult.23. num.1.

PIVS quidam Teſtator fundauit Altare de ſuo Iurepatronatus, & prò augmento Diuini cultus, prò commoditate Eccleſiæ, ac prò anima ſua impoſuit Capellano prò tempore celebrationem per ſe, vel per alium duarum Miſſarum duobus diebus cuiuslibet hebdomadæ, ac tres alias Miſſas in feſto S. Dominici, Franciſci, & S. Antonij. Quæritur:

An Epiſcopus cogere poſſit hunc Capellanum, vt Miſſas illas duas celebret feria 3.& Sabbatho? tom.9. Conſult. 111.

Reſp. Epiſcopum prò illis diebus, quibus liberè celebrantur Miſſæ iuxtà mentem fundatoris, poſſe ſtatuere tale tempus, talem horam, vt per celebrationem huiuſmodi non impediatur, aut perturbetur Eccleſiæ ſeruitium, ac prouidere, nè illæ celebrentur tempore, ſiuè hora vniuerſalis Eccleſiæ ritu, ac conſuetudine vetitis; Tunc enim agit Eccleſia de damno euitando, quod ſibi afferri non potuit per inſtitutionem celebrationis Miſſarum. *l. non debet alteri ff. de reg. iur. cap. non debet eodem tit. in 6.*

At negatur, poſſe Epiſcopum ſuis ordinib. augere ipſius Eccleſiæ commoditatem in præiudicium dictæ libertatis de iure competentis Rectori, nam Eccleſia hoc caſu agit de lucro captãdo maioris ſui commodi, quod fieri non debet cum aliena iactura. *l. nam hoc ſtatutum ff de condit. indeb. cap. locupletari*, ibique Dec. *de reg. iur. in 6.* aliiſque paſſim.

An Cappellani poſſint amoueri ad nutum? Vide de Parocho. tom. 9. Conſult.143. num. 13.

PIVS Teſtator diſpoſuit, quod antiquiòr ex hæredibus conducat ad nutum actu Sacerdotes cum annuo ſtipendiò, præferendo ſemper propinquos, & inter eos proximiores deſcendentes à fratribus, & ſororibus, incipiendo à deſcendentibus à fratribus, & ità ſucceſſiuè; Quæritur.

An dicta Capellania ab hærede conceſſa Titio, qui prouenit ex ſororibus, qui tempore conceſſionis erat proximior Teſtatori, debeat modò à Titio auferri ad inſtantiam Fratris Alberti Regularis, qui nunc eſt proximior, tanquam deſcendens ex fratribus, ſed non habet prò ſe voluntatem hæredis, tum. 10. Conſult.36.

NEgatiuè, tum ex iure, quod à perſona Titij oritur, tum ex defectu, qui ex perſona dicti Regularis deducitur. Quod ad ius Titij, cum ipſe fuerit admiſſus ad Capellaniam tempore,quo erat proximior, illam non amittit ex interuentu alterius proximioris Gratian. *deciſ. March.*199. *in add. num.*3. Garz. *de Beneſ.par.*7.*cap.*1. *num.*33. & in puncto proximioris deſcendentis ex maſculo, qui agebat de excluſione deſcendentis ex fœmina, tam nominati, tradit Rota coram Seraph. *deciſ.* 489. *num.* 3. quam integram refert Garz *lit.C.* Non obſtat, quod id procedat in Capellanijs perpetuis, non autem in iſtis amouibilibus ad nutum: Nam omiſſo, quod Capellania hæc non eſt talis, cum teſtator dixerit, quod Capellanus eligatur, & conducatur ad nutum hæredis antiquioris, non autem quod poſſit amoueri ad nutum, quæ valdè differunt inter ſe. Aliud enim eſt eligere ad nutum. Amouibilitas ad nutum poteſt quidem operari, quod habens facultatem amouendi, ea vti valeat ad ſui placitum, non autem cogit habentem huiuſmodi facultatem, vt remoueat iam prouiſum, ſuperueniente proximiore.

Quod verò ad defectum, qui ex perſona dicti Regu-

Regularis deducitur, cum ipſe ſit Regularis, eſt incapax huius Capellaniæ ſæcularis; Sæcularia enim ſæcularibus, regularia verò Regularibus beneficia danda ſunt. *cap. cum de beneficijs de præb. in 6.* vbi Gloſ. & Doctores.

DE CAPITVLO, ET CANONICIS.

Quæ præſertim, ac quot conditiones exigantur, vt geſta per Capitulum valeant? tom. 1. Conſult. 43.

DVo potiſſimum. Alterum circà ſubſtantiam actus, quod ſcilicet duę partes ſint ei præſentes, quodue maior pars illarum conſentiat, tex. *in l. Nulli ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin.* vbi Gloſ. *v. duæ partes*, Canoniſtę communiter, ſpeciatim Abb. *in cap. 1. num. 16. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*. Alterum circà formam, quod Capitulum conuocetur, & vota exiſtentium in Capitulo exquirantur, prout natura cauſæ, de qua tractatur, expoſtulat per tex. *in l. 2. & l. fin. C. de præd. Decur. lib. 10. cap. quia propter*, ac alij.

An Canonici Præmonſtratenſes, & alij Canonici Regulares ſint capaces prò obtinendis Parochialibus? Vide de Paroch. tom. 1. Conſult. 44.

An Epiſcopus teneatur accedere ad locum Capitularem prò viſitandis Canonicis &c. Vide de Viſitatione tom. 1. Conſult. 60.

An Canonici poſſint habere Capitulum tempore celebrationis Diuinorum Officiorum in caſu non neceſſario? Et ſi non poſſint, ac nihilominus id faciant, an poſſint puniri per mulctas, & ſubtractionem fructuum, etiam ſine Coniudicibus? tom. 1. Conſult. 47.

NEgatiuè: Niſi in caſu vrgenti, & pernęceſſario; Quod ſi id faciant, non alia pœna mulctari poſſunt, quam amiſſione diſtributionum illius horæ, in qua id commiſerint, iuxtà Breue Clem. VIII. regiſtratum per Garz. *de benef. par. 3. cap. 2. num. 557.* Hęc verò mulcta, non ab Epiſcopo, ſed ab eo, ad quem pertinet punctare, imponenda eſt, non quidem per viam iuriſdictionis, ſed per viam retentionis, vt fit contra abſentes: Quia Breue nihil de hoc dicit, & ideò ſtandum eſt diſpoſitioni iuris.

An Epiſcopus procedens contrà Canonicum propter non reſidentiam, citrà priuationis pœnam, teneatur adhibere Coniudices? tom. 1. Conſult. 68.

NOn ſunt adhibendi Coniudices in caſu propoſito, prout fauore reſidentiæ pluries cenſuit Sac. Cong. Conc.

An quandò totum Capitulum delinquit, poſſit Epiſcopus procedere contra ſingulos Canonicos ſine Coniudicibus? Et caſu quo id non poſſit, quid tandem deſuper agere debeat? tom. 1. Conſult. 74.

REſp. prout alias Sac. Cong. Conc. reſpondit Epiſcopo Abulen. ſub die 13. Nouemb. 1587. nempè, huiuſmodi facultatem procedendi pertinere ad Epiſcopum abſque Adiunctis, quandò totum Capitulum delinquit, modò delictum non ſit in perſonam Epiſcopi, vel in contemptum ipſius, vel vbi Epiſcopus habeat intereſſe; Tunc enim facultas contra Capitulares deuoluitur ad proximũ Superiorem.

De conſenſu Capituli in vnione Beneficiorum ſimplicium. Vide de Beneficijs tom. 1. Conſult. 77.

An Epiſcopus poſſit ſuo Edicto iniungere tertiæ parti Canonicorum, vt interſit Diuinis Officijs omnibus diebus feſtis, ordine ſucceſſiuo, per turnum, ſub pœna ſuſpenſionis à Diuinis ipſo facto? tom. 1. Conſ. 78.

AFfirmatiuè: Cum enim Epiſcopus teneatur feſtis diebus intereſſe Diuinis Officijs. *cap. Epiſcopus de conſecr. d. 3.* Abb. *in cap. Magnæ num. 11. de vot.* Maiori ratione tenentur Canonici Ricc. *deciſ. 44. num. 4. par. 3. & diſc. 397. n. 2. par. 4.* Non enim decet Epiſcopum adeſſe in Eccleſia ſine Canonicis. Idcircò reſoluit Sac. Rit. Cong. *in Abulen.* anno 1602. Epiſcopum ſolemniter celebrantem, aut Pontificalia exercentem cogere poſſe Canonicos, & Dignitates ad aſſiſtendum ſibi veſtibus ſacris induto. Reſolutionem adducit Garz. *de benefic. par. 3. cap. 2. num. 496.* quam Barboſ. refert *de Dignit. & Canon. cap. 33. num. 2.*

Et quidem, ſi Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 12. de refor.* ſtatuit, quod non liceat Canonicis vltrà tres menſes ab eorum Eccleſijs quolibet anno abeſſe, ſaluo longiori ſeruitij tempore, multò magis poteſt Epiſcopus eis iniungere, vt præcipuè non abſint diebus feſtis. Eſt enim Epiſcopus Cuſtos Sac. Canonum, *cap. cum quibus, & cap. ſequen. 24. quæſt. 3.* Ideòque poteſt Concilij Trid. & Sac. Canonum violatoribus maiores pœnas ſuis edictis imponere. *cap. Innotuit*, ibique Abb. *num. 2. de eo, qui furtiuè ord. ſuſcep.* & multi alij. Et in his terminis, quod Epiſcopus in ordine ad Conc. Trid.

d. ſeſſ.

d. ſeſſ. 24. *cap.* 12. poſſit augere pœnas, tenet Garz. *d. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 150. & nouiſſimè approbauit Sac. Cong. Conc. in vna *Ianuen.* die 17. Septemb. 1650.

An Collegiata ſæcularis per vnionem ſui Prioratus factam Congregationi Canonicorum Regularium, remanſerit extincta, & ſuppreſſa? tom. 1. Conſult. 90.

NEgatiuè, ſed Collegiata remanſit in eodem ſtatu; Siquidem ex toto contextu literarum vnionis patet euidenter, eam eſſe reſtrictam ad ſolum Prioratum, vt legitur in instantia, ibi; *vt dictum Prioratum &c.* Et ex diſpoſitiua, ibi: *Prioratum prædictum &c.* & *in Prioratum Congregationis, & Ordinis prędicti &c. perpetuò erigimus instituimus*; Vndè impoſſibile prorſus eſt, & nimis præter, intentionem, tam ſupplicantium, quam Papæ velle huiuſmodi vnionem extendere ad Canonicatus, vt in ſimili eſt tex. *in cap. fin. de probat.* ibi: *Nec ad Rectoriam, vel Dignitatem noſtra feratur intentio*: Et Gloſ. *v. ad alia*, ibi: Quia nec intentio d. Papæ talis fuit; Et in ijſdem terminis de vnione Prioratus, quod non comprehendat Beneficia, quæ in eadem Eccleſia conſtituunt corpus diſiunctum ab ipſo dixit Rota coram Decano *deciſ.* 14. *num.* 11. & *deciſ.* 92. *num.* 6. & *in Ciuitaten. Archipresbyteratus* 24. Martij 1645. coram Cerro: Quia ex eo, quod ſit vnita Eccleſia, non infertur, quod ſit vnitum beneficium.

An Statutum à Pontifice approbatum, quod nemo in Canonicum Eccleſiæ Cathedralis recipi, & admitti poſſit, vel debeat; niſi in Iure Canonico, vel Ciuili, aut in Theologia candidatus fuerit, vel ſaltem per triennium ijs facultatibus ſtuduerit, ac etiam, quod inter ipſos exteros Ciues præferri debeant, ſit confirmandum, non obſtante, quod multoties fuerit interruptum? to. 1. Conſult. 91.

AFfirmatiuè: Huiuſmodi enim Indultum eſt conſentaneum diſpoſitioni Sac. Conc. Trid. *cap.* 12. §. *Hortemur ſeſſ.* 24. *de refor.* Vbi per modum hortationis hoc idem diſpoſitum legitur in locis, vbi id commodè fieri poteſt, ſaltem prò dimidia parte, Gonzal *de beneſic. par.* 7. *cap.* 7. *num.* 44. Eiuſmodi enim Concilij deſiderium, licet ex honeſta diſcretione ſit reſtrictum ad medietatem Canonicorum, non tamen excludit totum eorum numerum ob rationis identitatem, & propter adiectam dictionem *ſaltem*, quæ non eſt limitatiua, ſed implicatiua maioris numeri. Seraph. *deciſ.* 787. *num.* 8. Præſertim in Ciuitate, ac Diœceſi, quæ doctis viris floreſcit.

Et ſanè non ſolum eiuſmodi Statuti obſeruantia eſt neceſſaria propter decretum irritans poſitum in Indulto, quod decretum inducit formam, & excludit omnem contrariam conſuetudinem, atque vſum tam de præterito, quàm de fututo, tex. *in cap. ſi eo tempore de elect. in* 6. Rot. *deciſ.* 41 *num.* 9. *par.* 1. & alibi. Verum etiam, quia de Iure communi Canonicis de Cathedralibus æquè, ac perſonis in dignitate Eccleſia conſtitutis cauſarum cognitiones, ac definitiones per Sedem Apoſtolicam delegantur. *Cap. ſuper ſtatutum de reſcript. in* 6. Vbi Gloſ. & Doctores. Ipſique etiam poſſunt deputari Conſeruatores Regularium, & aliorum, qui funguntur vice Iudicum Delegatorum Sedis Apoſtolicæ, vt expreſsè habetur in Conſtitut. Gregor. XV. *de Conſeruat. quæ eſt* 9. *in Bullar.*

Quod verò ad non admittendos exteros ad Canonicatus, hoc quoque eſt de iure: Quia illi ſunt præferendi in prouiſione beneficiorum, qui ſunt de gremio eiuſdem Eccleſię *cap. Nullus*, & *cap. oblitum d.* 61. & alibi. Cum quia iuris diſpoſitione iungitur congruentia, honeſtas, atque vtilitas publica, Abb *in cap. decorem de inſtit.* Viuian. *de Iurepatronat. lib.* 6. *cap.* 11. *nu.* 4. & alibi.

Electio per compromiſſum, vt ſit valida, quid requiratur? tom. 1. Conſult. 110.

LIcet electionem fieri poſſe per compromiſſum, Sacrumque Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de regul cap.* 6. non derogaſſe huic modo eligendi, de quo in *cap. Quia propter* 43. *de elect.* videatur Rotam ſępius cenſuiſſe in deciſionibus relatis per Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 149. & 156. tamen adhuc ſeruari debent, quæ in dicto *cap.* præſcribuntur.

Et primò inter Compromiſſarios nemo debet admitti, qui non ſit vocalis, & qui poſſit vota eligentium alijs reuelare extraneis: Quarè electio non eſt facienda per acclamationem, & vota propalata. Innoc. enim Pont. *in dicto cap. Quia propter* requirit prò forma, quod in electione facienda Compromiſſarij vota ſecretò per ſe, & ſigillatim exquirant, & in ſcriptis redigant, Abb. *num.* 5. *not ab.* 3. Hoſtien. *num.* 30. Rot. *dec.* 574. *num.* 40. 45. 58. & *ſeqq.* 4. *tom.* 3. *recen.* & apud Duran. *dec.* 232. *num.* 1.

Secundò, *Ex d. cap. Quia propter* requiritur, quod omnes de Capitulo compromiſſo conſentiant, vt ex verbis d. text. ibi: *Qui vice omnium comprobat*, ibique Gloſ. *v. vice*, Butr. *num.* 40. Franc. Marc. *quæſt.* 706. *num.* 2. *par.* 1. & alij: Ac propterea ex metu incuſſo non poteſt dici quempiam conſentire, cum nihil magis conſenſum excludat, quam timor. Sebaſt. Medic. *de caſ. fort. tom.* 2. *quæſt.* 3. Boer. *dec.* 110. *num.* 1.

Reſpectu verò eligentium non poſſunt Compromiſſarij decernere, quod ex aliquibus tantùm per ipſos propoſitis quiſpiam eligatur: quia huiuſmodi modus eſt coactus, & reprobatus, vt in *cap. cum terra* 14. & *cap. cum dilectus in fin.*

Couarr.

Conar. *de ſponſal. par. 2. cap. 3. §. 5. num. 9.* ac Rot. *dec. 65. n. 6. cum ſeqq. par. 1. recent.*

Minuſque poterit aliquis ex Compromiſſariis ſeipſum eligere ad conſtituendum numerum votorum: Quia licet Compromiſſarius poſſit ſeipſum eligere, adhoc, vt per eius aſſenſum perficiatur numerus maioris partis; non tamen poteſt ſuę electioni aſſentire ad inducendam paritatem, quia qui perficit numerum maioris partis, electionem ab alio inceptam complet, & ambitione caret, qui verò quærit ſuo voto paritatem conſtituere, ſuam incipit electionem, eſtque ambitionis plenus Cened. *ad decret, collect. 99. num. 1.* Alphonſ. de *Madned. ad Cur. Piſan. lib. 2. cap. 11. num. 7. &* 8. & alij. Et de iure non dicitur facta electio, vbi datur ſolum paritas votorum *Cap. in Geneſi, & cap. Eccl. veſtra 2. de elect.* Rot. in *Raguſana electionis 1. Iulij 1643. coram Ghislerio.*

An conſuetudine induci potuerit, vt vnus Canonicus, quo tempore obligatus eſt ſeruitio Chori, poſſit Canonicum alium prò eo tempore obligatum prò ſe ſubſtituere, itàut nec peccet, nec diſtributiones amittat?
tom. 1. Conſult. 130.

RESp. Poſſe Canonicum hebdomada, qua eſt obligatus alium Canonicum, & hebdomada non obligatum ſui loco ſubſtituere, & ſic ſubſtituendo poſſe diſtributiones accipere, nullumque peccatum committere, ſi conſuetudine ita introductum ſit: Nam ſi conſuetudine introduci poſſunt ea, quæ non fiunt ſine aliquo damno diuini cultus, cum ibi nullus ſubſtituatur, per quem abſentia ſuppleatur, & cultus Dei præſtetur, multò magis hic, vbi per ſubſtitutum idem cultus Deo exhibetur, qui exibendus eſt per ſubſtituentē; Hinc fit, vt etiam ſi Epiſcopus non poſſit concedere licentiam alicui, nè Choro inſeruiat, vt per duas declarationes S. Congregationis Conc. apud Corradum *in prax. diſpenſat. lib. 5. cap. 6. num. 10.* idem tamen Epiſcopus poſſit licentiam concedere prò hac ſubſtitutione, vt declarauit Sac. Congregatio; Circa quam declarationem obiter aduerto, licentiam Epiſcopi non videri neceſſariam, niſi cum diuturna eſt hæc ſubſtitutio, ad ea, quæ tradit Suarez *cap. 10. num.* 18. & alij.

An Lectoribus Cathedraticis concedi poſſit, vel debeat ex gratia, vel ex iuſtitia facultas recipiendi integras diſtributiones matutinas, & pomeridianas, quandò legunt, ſub eo prætextu, quod opus ſit aliquo tempore meditationis, & ſtudij, ac quietis ante, & poſt lectionem?
tom. 1. Conſult. 134.

NEutrum eſſe concedendum exiſtimo: Non quidem ex iuſtitia: Quia vel id petitur de iure, vel ex indulto. Si de iure, videtur iniuſta petitio; Nam diſtributiones quotidianę dantur ſolum ijs, qui Diuinis Officijs in Choro interſunt. Ità ſtatuitur *in cap. licet de preben.* & alibi paſſim. Guttier. *lib. 2. qq. can. c. 15. num. 5.* Si ex Indulto, pariter iniuſta videtur petitio; quia eius verba ſunt reſtricta per dinumerationem temporis, quo lectores occupantur in ſuis functionibus, ibi: *Omnibus illis horis, & temporibus, quibus ſuis officijs, & functionibus vacabunt.* Ergò non potiuntur priuilegio, niſi duntaxat prò horis poſitiuæ, perſonalis, & moralis aſſiſtentiæ in functionibus ſcholaſticis, ac proindè vltrà id tempus non debet extendi.

Nequè id concedendum ex gratia: Quia Princeps non reſcribit in præiudicium tertij, *Cap. dudum de priuil. Cap. Quamuis in fin. de reſcrip. in 6.* Rot. *deciſ. 21. num. 5. de prad. in nou.* paſſimque alij. Adeſt enim præiudicium Eccleſiæ, quæ priuatur ſeruitio actuali eiuſmodi Lectoris, & aliorum inſeruientium, qui nunquam ſperare poſſunt incrementum ſuæ portionis, iuxtà Gloſ. communitèr receptam *in Clem. 2. vt pars dimidia de ætat. & qualit.* ac Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 21. c. 3. de reform.*

Atque ità cenſuit Sac. Congr. Conc. tum paſſim alibi, tum in vna *Valentina diſtributionum* die 19. Decembr. 1626. quæ his verbis dixit, *de iure communi non lucrari diſtributiones quotidianas, niſi prò illis horis, quibus legunt.* An autem vigore priuilegij, mandauit illud exhiberi. Et alias die 10. Iul. 1627. Eadem Sac. Congregatio cenſuit, gratiam petitam non eſſe concedendam.

An Epiſcopus ad Præbendam Theologalem admittere poſſit Doctorem in Iure Canonico? tom. 1. Conſult. 147. ac tom. 8. Conſult. 115.

AFfirmatiuè. Ità cenſuit Sac. Congr. Conc. die 14. Nouembr. 1626. Item in *Folignanen.* die 3. Decembr. 1639. *In Oſtunen.* die 20. Iul. 1641. *In Aſten.* die 2. Febr. 1646. ac ſæpè alibi.

Et quidem præter alias rationes: quia Sac. Conc. *in cap. 1. ſeſſ. 5. de ref.* loquitur promiſcuè, & indifferenter de Theologia, & de Sac. Scriptura, ibi: *Ad ipſius Sacræ ſcripturæ expoſitionem, & interpretationem.* Et in fine: *Doctores verò ipſam Sacram Scripturam.* Prout etiam loquitur Conc. Lateran. ſub Innoc. III. *in cap. Quia nonnullis de Magiſtr.*

Eò magis quia nomine Theologi venit etiam Theologus moralis, atque adeò Doctor in Iure Canonico.

Et ità denique cenſuit eadem Sac. Congregatio Conc. in vna *Mazarien.* 12. April. 1651.

An

An, qui ſaltem in Subdiaconatus Ordine conſtitutus non eſt, poſſit conſuetudine præſcribere, vt vocem in Capitulo habeat? tom. 1. Conſult. 227.

AFfirmatiuè. Gloſ. in *cap. ex eo 32. de elect. in v. Electoribus*, vbi manifeſtè docet, per illum textum non fuiſſe abrogatam legitimam conſuetudinem, eamque valere, ſi legitimè fuerit præſcripta, ac proindè derogare legi *cap. fin. de conſuet.* vbi Panorm. *num. 9.*

Idem cenſuit Sac. Congregatio die 8. Mart. 1664. in vna *Romana Aſſiſtentiæ*.

At huic ſententiæ affirmatiuę non acquieſco; Valdè enim dubito: Nam eiuſmodi conſuetudo non videtur rationabilis. Eſt enim diminutiua cultus Diuini: Quia retrahit Clericos à Sacris ordinibus ſuſcipiendis contra mentem *Clementinæ vt ij*; Eſt itaque hęc conſuetudo irrationabilis, atque adeò corruptela, & proindè extirpanda, cum nunquam poſſit eſſe legitima, & præſcripta.

Alia vide *tom. 8. Conſult. 115.*

An pecunia, quæ loco victualium ex conſuetudine Epiſcopo viſitanti præſtatur, poſſit ab eo applicari præbendis Canonicalibus Eccleſiæ Cathedralis, eò quod propter illarum tenuitatem adhuc Canonici non reſiderunt, nec horas Canonicas recitarunt? tom. 1. Conſult. 255.

NON poſſe, ſed indigere facultate Sedis Apoſtolicæ, quæ ex voto Sac. Congregationis Conc. denegata fuit Epiſcopo Nuceriæ Paganorum die 15. Iunij 1652.

An, & quatenus Canonici poſſint deputare in Parochum Canonicum ſupranumerarium? Vide de Parocho. Tom. 1. Conſult. 269.

SAcerdos ordinatus ad titulum Canonicatus, in ſumma paupertate conſtitutus, ſe obligauit in forma Cameræ Apoſtolicæ ſoluere ſuo Capitulo creditori ſcuta 500. prò quorum ſatisfactione idem Capitulum prætendit ſibi retinere, nedum reditus Canonicatus, ſed etiam diſtributiones quotidianas, quæ ratione ſeruitij percipiuntur. Ideò quæritur:

An huiuſmodi diſtributionibus prò ſuſtentatione neceſſarijs poſſit dictus Canonicus priuari ratione debiti? tom. 1. Conſult. 271.

NEgatiuè, cum non habeat aliud vndè viuere poſſit. Quod etiam cenſuit Sac. Congregatio Conc. 14. Mart. 1648. in vna *Romana* ex Trid. *cap. 12. ſeſſ. 24. de refor.*

An Præbendati, qui ſunt adſtricti certis temporibus intereſſe Choro, dum ex conſuetudine antiqua canunt in Organo cum Cantoribus, poſſint percipere diſtributiones quotidianas, quæ inter aſſiſtentes Miſſis, ac Veſperis diuiduntur? tom. 1. Conſult. 274.

AFfirmatiuè, dummodò fiat prò maiori cultu, de conſenſu Epiſcopi, tarò, non abutantur, & non voluntariè. Ità cenſuit Sac. Congreg. Conc. in vna *Spoletana* die 17. Auguſti 1647.

An Canonicus poſſit reſidere in Eccleſia campeſtri ſuæ Collegiatæ vnita? Vide de Reſidentia. tom. 1. Conſult. 312.

An Eccleſia Collegiata merè receptitia poſſit reduci ad numeratam? Vide de Eccl. tom. 1. Conſult. 308.

An Canonici, & Beneficiati prò Miſſa Conuentuali, prò qua emolumentum, & diſtributiones recipiunt, poſſint aliam eleemoſynam recipere, & Sacrificium alteri applicare? tom. 1. Conſult. 321.

NEgatiuè. Sac. Congregatio Conc. in vna *Eluen.* die 4. Maij 1646. *ad cap. 6. ſeſſ. 25. de refor.* ita declarauit: Quia non ità præcisè Fundatores intendunt cultum Eccleſiæ, quin etiam exprimant aliquo modo intendere etiam fructum diuinorum officiorum prò ſe, & ſuis. Et quia Capitulum regulariter habet aliquas obligationes, ideò Miſſa Conuentualis ſolet regulariter applicari iuxtà Capituli applicationem, & proindè non remanet libera applicatio. Præterea quia Canonici, & Beneficiati percipiunt fructus Canonicatuum, ac Beneficiorum ſub onere inſeruiendi Eccleſiæ in celebratione diuinorum Officiorum. Hoc enim onus eſt annexum beneficio, & ideo illud ſuſcipiunt eò ipſo, quod acceptant beneficium: Quia cum beneficium detur propter officium, trahit ſecum hanc obligationem. Celebratio autem diuinorum officiorum debita Eccleſiæ ratione beneficij non importat ſolas horas Canonicas, ſed etiam Miſſam Conuentualem, tanquam partem præcipuam; Et ideò ratione officij exhibendi Eccleſiæ in orando, tenentur etiam celebrare Miſſam Conuentualem, illamque applicare, prò quibus diſtributiones, & emolumentum percipiunt. Quod Miſſa Conuentualis pertineat ad Officium tradit Gloſ. in *Clem. 1. de celebr. Miſſ.* Nauar. *de orat. cap. 2. nu. 29.* Adeſſe obligationem cantandi Miſſam Conuentualem in Cathedralibus, & Collegiatis tradunt communitèr DD. præſertim Gloſ. *in cap. cum creatura de celebr. Miſſ.* vbi Abb. Io. Andr. & cęteri Canoniſtæ.

An ſaltem iis ſupradictis Canonicis debeatur deſtributio ex Maſſa communi? tom. 1. Conſult. 322.

AFfirmatiuè ex Sac. Congregatione in dicta *Eluen.* die 23. Febr. 1647.

An poſſit deputari Regularis, licet Theologus inſignis, ſua vita durante, ad Præbendam Theologalem in Eccleſia Cathedrali per Epiſcopum erigendam ex redditibus propriæ ſuæ Menſæ Epiſcopalis? tom. 1. Conſult. 323.

ID non debet concedi in titulum, ſed poterit Epiſcopus vti opera talis Theologi, ſua vita durante. Si verò erigatur Prębenda de proprio, tunc poterit concedi. Ità cenſuit Sac. Congreg. Conc. in vna *Montisfaliſci* die 23. Februar. 1647 *ad cap. 1. ſeſſ. 6. de refor.*

An Subcollector Spoliorum percipere poſſit diſtributiones quotidianas, dum ratione officij Subcollectoris Choro non aſſiſtit? tom. 1. Conſult. 327. & tom. 5. Conſult. 52.

NEgatiuè. Ità pluties declarauit Sac. Congregat. Conc. præſertim in vna *Caſſanen.* die 9 Febr. 1647. *ad cap. 12. ſeſſ. 24. de reformat.* Conſtitutio verò Sixi V. eſt localis, quod etiam cenſuit eadem Sac. Congr. in vna *Modiolanen.* 1663. Reliqua Vide d. tom. 5. Conſult. 52.

IN quadam Eccleſia Cathedrali vſus antiquus inoleuit ob immemorabili tempore, vt Canonici, quibus diebus habetur Concio in ipſa Eccleſia, audiendo Concionem in habitu Canonicali, lucrentur diſtributiones, quæ dantur Matutino intereſſentibus, licet recitationi dictæ horæ Matutinæ non interfuerint. Quæritur:

An d. conſuetudo eos excuſet in conſcientia ab onere reſtituendi? tom. 1. Conſul. 334.

NON excuſat. Ità reſoluit Sac. Congt. Conc. in vna *Vicentina* die 7 Febr. 1643. *ad cap. 12. ſeſſ. 24. de reform.* Qui enim non interſunt diuinis officijs, ammittunt ipſo facto, ante vllam Iudicis Sententiam, diſtributiones. *Cap. vnic. de Cler. non reſid. in 6.* colligitur ex Trid. *l. c.*

An Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ, qui ex diurna infirmitate habet vocem adeò debilitatam, vt canere non valeat, poſſit Miſſis Conuentualibus eidem iniunctis per alium Canonicum ſubrogatum ſatisfacere, & diſtributiones quotidianas percipere? tom. 1. Conſult. 335.

NEgatiuè. Sed debere interuenire. Ità cenſuit Sac. Cong. Conc. in vna *N.* die 7. Febr. 1643. *ad cap. 12. ſeſſ. 24. & cap. 4. ſeſſ. 22. de refor.*

An Cononici inſeruientes alteruatim per mediariam, vt vulgò vocant, ſi non inſeruiant per nouem Menſes integros, faciant fructus ſuos? tom. 1. Conſult. 340.

NEgatiuè prò eo tempore, quo non reſident, cenſuit Sac. Congreg. Conc. in vna *Aſſiſien.* die 7. Septembr. 1652. *ad cap. 12. ſeſſ. 24. de refor.* ac patet ex alibi dictis in hanc rem.

An liceat Canonico Theologo Eccleſiæ Cathedralis obtinere inſimul Lecturam in Vniuerſitate eiuſdem Ciuitatis, & vlterius Capellaniã vnius ex Monaſterijs Monialium ipſius Ciuitatis? tom. 1. Conſul. 345.

NEgatiuè: quia habet curam animarum annexam. Ità cenſuit S. Cong. Conc. in vna *Piſana* die 16. Maij 1648. *ad cap. 17. ſeſſ. 24. de reform.*

An Canonico Lectori primario Sacrorum Canonum liceat, nedum fructus ſui Canonicatus, verum etiam diſtributiones quotidianas percipere quandiù in eadem lectura continuauerit? tom. 1. Conſult. 446.

NEgatiuè: Quoad diſtributiones ex *cap. fin. de Magiſtr.* Quod etiam declarauit Sac. Congreg. Conc. in vna *Elboren.* die 16. *Maij* 1648. *ad cap. 1 ſeſſ. 5. de reform.*

An ex Sac. Conc. cap. 11. in fin. ſeſſ. 24. teneantur Canonici Eccleſiæ Cathedralis inſeruire Epiſcopo Pontificalia celebranti in eadem Eccleſia, vel alibi in ſua Diœceſi, Et: An dd. Canonici, vt ſupra, inſeruientes amittant diſtributiones? tom. 1. Conſult. 348.

AD 1. Affirmatiuè. Ad 2. Lucrantur diſtributiones in Eccleſijs Ciuitatis. Ità declarauit Sac. Congreg. Conc. re ſemel, ac iterum diſcuſſa in vna *Imolen.* die 17. April. 1649. *ad d. cap. 12. ſeſſ. 24. de refor.*

An inſeruientes Principibus laicis exeuſentur à reſidentia ſuorum beneficiorum? Vide de Reſidentia. tom. 1. Conſult. 353.

An Coadiutores quandò interueniunt Canonici coadiuti, poſſint Capitulis intereſſe? tom. 1. Conſult. 360.

NEgatiuè reſoluit Sac. Congregat. Conc. in vna *Narnien.* die 5. Maii, & 22. Septembris 1646.

An

An Manſionarius Eccleſiæ Cathedralis, in qua tenetur intereſſe aliquibus functionibus, poſſit retinere Canonicatum alterius Collegiatæ eiuſdem Ciuitatis ex diſpoſitione Sac. Conc. ad cap. 17. ſeſ. 24. de ref. *non obſtante aſſerta conſuetudine?* to. 1. Conſ. 362.

NON poſse abſque diſpenſatione Apoſtolica cenſuit Sac. Congreg. Conc. *ad eundem locum* in vna *Vrbeuetana* die 18. Iunii 1649.

An diſpoſitio Sac. Conc. cap. 13. verſ. Ad hæc. in poſterum ſeſ. 24. de refor. *locum habeat in Dignitate principali Eccleſiæ Collegiatæ, curam animarum annexam habente, & annuum valorem ducatorum centum non excedente?* Vide de Penſion. tom. 1. Conſult: 363.

QVidam Canonicus Cathedralis Eccleſiæ impetrauit Menſe Aprilis à Sede Apoſtolica Archidiaconatum eiuſdem Eccleſiæ vacantem; Eodem verò Menſe alter ab eadem Sede Apoſtolica impetrauit Canonicatum præfati Canonici, vti reſeruatum per aſſecutionem d. Archidiaconatus. Hodiè inter Capitulum, & eundem Archidiaconum dubitatur.

An prædicto Archidiacono, qui vti Canonicus inſeruiuit Eccleſiæ vſque ad tempus poſſeſsionis captæ Archidiaconatus, debeantur diſtributiones quotidianæ, an potius vſque ad diem datæ impetrationis dicti ſui Canonicatus? tom. 1. Conſult. 367.

DEbeti vſque ad tempus adeptæ poſseſsionis, ſi per ipſum non ſteterit, cenſuit Sac. Congregat. Conc. in vna *Piſaurien.* die 16. Martij 1647. *ad cap. 12. ſeſſ 24. de refor.*

An Adiuncti à Capitulo electi teneantur iurare, quandò, quomodò, & vbi, atque in cuius poteſtate? tom. 1. Conſult. 381.

AFfirmatiuè, Niſi adſit legitima conſuetudo in contrarium, in loco Capitulari, ſtatim ſequuta electione.Ità declarauit Sac. Congr. Conc. in vna *Maioricen.* die 16. Mart. 1652. *ad cap. 6. ſeſſ. 25. de reform.*

An electio ad Canonicatum facta de Clerico, qui non inceſsit in habitu, & tonſura, ſuſtineatur ſitque confirmanda? tom. 1. Conſult. 383.

AFfirmatiuè ex declaratione Sac. Congregationis Conc. in vna *Cremen.* die 16. Martii 1652. *ad cap. 12 ſeſſ. 24. de reform.* Adhuc enim eſt Clericus, taliſque ſemper habendus, quouſque ab Ordinario aliter declaretur.

CVM Sac. Congregat. Concil. ſæpius cenſuerit, diſtributiones quotidianas deberi Canonico iniuſtè carcerato, tempore quo detentus fuit in Carceribus. Nunc quæritur:

An huiuſmodi diſtributiones debeantur etiam poſtquam carceratus ab eiſdem carceribus ſolutus, dum renocationem ſequeſtri ſuper dictis diſtributionibus tempore carcerationis debitis procurat? to. 1. Conſ. 386.

NON deberi declarauit Sac. Congreg. Conc. in vna *Oppiden.* die 4. Maii 1652. *ad cap. 12. ſeſſ. 24. de refor.*

Quid agere debeat Epiſcopus, ſi in ſua Diæceſi omnes Canonici, vel eorum maior pars, prætextu officij Subcollectoris prætendant exemptionem à ſua Iuriſdictione? to. 1. Conſ. 389. & vide to. 10. Conſ. 124.

FAciendum eſse verbum cum Sanctiſſimo cenſuit Sac. Congreg. Conc. in vna *Anagnina* die 16. Nouemb. 1652. *ad cap. 10. ſeſſ. 24. de refor.*

QVidam Ordinarius decreuit ſub cenſuris, & alijs pœnis, Canonicos, & Beneficiatos Eccleſiæ Cathedralis celebrare debere ſingulis diebus Miſſam Conuentualem, etiam ſi hactenus feſtis tantùm diebus celebrare conſueuerint. Quæritur:

An hoc decretum ſit ſuſtinendum? tom. 1. Conſult. 391.

QVoad Miſsam teneri quolibet die, quo verò ad pœnas eſse moderandas cenſuit Sac. Congreg. Conc. in vna *Tuſculana* die 16. Nouembris 1652. *ad cap. vnic. de exit. & obſeru. ſeſſ.* 22. Adeſt enim in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis obligatio cantandi quotidiè Miſsam, vt alibi diximus.

Verùm, cum hæc obligatio habeat originem ex inſtitutione humana, humano, atque adeò morali modo eſt accipienda, & propterea poterit ceſsare ex rationabili cauſa, ſicut ceſsant aliæ huiuſmodi obligationes. Et ità obſeruauit Suarez. *diſp. 80. de Euchariſt. ſect.* 2. Conich. *de Sacram. quæſt. 83. ar. 2. dub. 1. num.* 203 & alij. Vndè ſi occurrerent conſecratio Epiſcopi, aut quid ſimile, quandò Miſsa Conuentualis non poſset commodè anticipari, omitti poſset ſine peccato. Imò contingere poteſt, quod moraliter fiat impoſſibile, præſertim vbi numerus inſeruientium non eſt magnus; fieri enim poteſt, quod aliqui infirmentur, alii detinentur negotiis neceſsariis, atque adeò non adſit numerus ſufficiens prò huiuſmodi ſatisfactione.

O 2 Cum

CVM quidam graui morbo oppreſſus, fuerit à Sede Apoſtolica prouiſus de Canonicatu in Eccleſia Cathedrali, dictoque morbo durante, poſſeſſionem cepit per Procuratorem abſque eò, quod ex cauſa eiuſdem morbi vnquam perſonaliter inſtruierit, ſed ſolum in vltima hebdomada Iunij Veſperas, & Miſſam per alium Canonicum celebrare fecit. Excitatur nunc dubium:

An ei debeantur quotidianæ diſtributiones à tempore poſſeſſionis, vt ſupra captæ? tom. 1. Conſ. 401.

DEberi cenſuit Sac. Congr. Conc. in vna *Sarſinaten.* die 23. Iul. 1650. *ad cap. 11. ſeſſ. 24. de reform.*

An ad Scholaſteriam obtinendam quis debeat eſſe Doctor, vel licentiatus? tom. 1. Conſult. 402.

AFfirmatiuè in Cathedralibus cenſuit Sac. Congreg. Conc. in vna *Eluen.* die 17. Ianuarij 1643. *ad cap. 18. ſeſſ. 23. de refor.*

Et tom 8. *Conſult. 21. in Miſcellan. num. 3. ſum. 2.* habetur idem; Alias prouiſio eſt nulla, idem Conc. Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg. 60. nu. 63. p. 3.* Et

An Primicerius debeat cantum perdiſcere? Vide de Dignitatibus eodem tom. 8. & eadem Conſultat. 21. Miſcell. num. 6.

IN erectione Eccleſiæ Collegiatę circa adminiſtrationem Curæ animarum habentur hæc verba [Archipresbyter principalitèr, & Canonici tanquam eius Coadiutores, curam animarũ exerceãt :] Cumq; oriatur dubietas circà exercitium Curæ per Canonicos adminiſtrandæ. Ideò quæritur:

An Canonici ad huiuſmodi Curam animarum exercendam teneantur ſemper, an verò in defectum tantummodò Archipresbyteri, hoc eſt quandò ipſe Archipresbyter legitimè abeſt, aut verò impeditur, aut etiam plures parochiani eodem tempore ſimul egent opera, & adminiſtratione Parochi, nec eorum neceſſitas dilationem patitur? tom. 1. Conſultat. 412.

CAnonicos teneri in caſibus expreſſis, & ſimilibus cenſuit Sac. Congreg. in vna *Nullius S. Ediſti* die 11. Iun. 1644. *ad cap. 3. ſeſſ. 7. & cap. 4. ſeſſ. 21. de refor.*

SAC. Congregat. Concil. die 11. Iul. 1649. cenſuit, quendam Clericum in ætate 16. annorum conſtitutum, & à Patronis laicis præſentatum ad Canonicatum fundatum, & dotatum in Eccleſia Colleggiata poſtea in Cathedralem erecta, poſſe ab Epiſcopo ad dictum Canonicatum inſtitui, ſi ab eodem Epiſcopo tempore præſentationis, & inſtantiæ prò inſtitutione habenda, non dum erat facta aſſignatio, & diſtributio Sacrorum Ordinum. Nunc quæritur:

An iſti Canonico, vt ſupra inſtituto, ſi inſeruiat, debeantur diſtributiones quotidianæ? tom. 1. Conſult. 418.

AFfirmatiuè cenſuit Sac. Congreg. Conc. in vna *Sancti Miniati* die 3. Septembris 1650. *ad cap. 4 ſeſſ. 22. de reform.*

An Canonici, qui ſponte per tres menſes continuos abfuerunt à ſeruitio Eccleſiæ, & à Choro, dictoque tempore Canonici, & Dignitates præſentes adimpleuerunt onera etiam Miſſarum ſingulis Canonicis aſſignatarum, lucrari poſſint redditus, an potius debeantur vnà cum diſtributionibus Canonicis, qui onera adimpleuerint? tom. 1. Conſult. 419.

DIſtributiones deberi præſentibus, fructus verò abſentibus cenſuit Sac. Congreg. Concilii in vna *Caſertana* die 3. Septembris 1650. *ad cap. 12. ſeſſ. 24. de reform.*

An Canonico Eccleſiæ Collegiatæ debeantur diſtributiones, quamuis non ſit Sac. Ordinibus initiatus, ſtante decreto Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 4. verſ. Quicunque de refor. *tom. 1. Conſult.* 430.

AFfirmatiuè: Quia in obtinente Canonicatum in Collegiata non requiritur, niſi, quod habeat 14. annos. Imò diſtributiones debentur etiam Canonico in Cathedrali prò medio tempore, vſquequò Ordines ſuæ Pręhendæ annexos ſuſceperit. Quod etiam quoad vtrumque declarauit Sac. Congreg. Epiſc. & Regul in vna *Anconitana* 20. Iulii 1583.

Quænam ætas requiratur ad obtinendum Canonicatum in Eccleſia Cathedrali, in qua non dum facta ſit diſtributio Ordinum? tom. 1. Conſultat. 496.

QVandò non eſt facta diſtributio, ſufficit, quod ſit conſtitutus in 21. anno, ità quod poſſit infrà annum ad Sac. Subdiaconatus Ordinem promoueri. Ità declarauit Sac. Congr. Conc. 4. Aug. 1654.

1. *An iuxtà conſuetudinem introductam Prabendati debeant lucrari diſtributiones quotidianas Horarum Prima, Tertia, Sexta, & Nona, etiam ſi ad Chorum accedant, quandò decantatus tertius pſalmus earumdem Horarum?* Et
2. *An iuxtà conſuetudinem introductam ijdem Prabendati aſsiſtentes Choro Hora Tertia poſsint lucrari diſtributiones etiam Hora Sexta, & aſsiſtens Hora ſexta diſtributiones etiam Nona, quamuis dictis Horis perſonaliter non aſsiſtant?* tom.1.Conſult.399.

AD vtrumque negatiuè declarauit Sac. Cong. Conc. in vna *Segnntina* die 12. Decembris 1654. *ad cap.*12.*ſeſſ.*24.*de reform.*

Ad hoc enim, vt Præbendatus, ſiuè Beneficiatus poſſit lucrari tuta conſcientia integras diſtributiones, debet intereſſe omnibus Horis. Quarè conſuetudo, quæ alicubi poſſet vigere, vt diſtributiones integræ dentur ijs, qui certis Horis interſunt, ac ſi omnibus eſſent præſentes, eſt inualida. Eſt contra Bertrandum *conſ.*118. *num.*6.*vol.*6. Rochum de Curte *in cap.fin.de conſuetnd.col.*3. & alios: Nam per talem conſuetudinem diuinus cultus notabiliter diminuitur; ideòque eſt reprobanda; Diſtributiones enim fuerunt introductæ ad augendum Diuinum cultum, vt ſic facilius Præbendati alliciantur ad aſſiſtendum Diuinis Officijs. Abb. *in cap.licet de prab.notab.*1. Rebuff. *in concord.Gall.rub. de collect.*§.1.*v.diſtributionum*, & alii, & ex Conſtitutione B. Pij V. 138. *in Bullar.edita* 1571. 12.*kalend.Octobris*.

An tolerari poſſit conſuetudo introducta non augendi diſtributiones quotidianas, quæ prò quatuor Horis, prò Miſſa Conuentuali, Veſpere, & Completorio non excedunt quartam partem vnius inlij, an potius Epiſcopus teneatur illas augere ex Maſſa Capitulari vſque ad tertiam partem, nè ſeruitium Eccleſia negligatur? tom.1.Conſult.500.

COnſuetudinem non obſtare cenſuit Sac. Congreg. Conc. in vna *Segnntina* die 12. Decembr. 1654. & ex rationibus ſupra adductis.

De mulcta, & pœna ab Epiſcopo inferenda Canonicis ob non reſidentiam, & abſentiam. Vide de Reſidentia tom.2.Conſult.4. & Conſultat. 5.

1 *An Canonicis, & Dignitatibus habentibus vſum Mithra ex priuilegio Apoſtolico, liceat intra, & extra ambitum Eccleſia, puta in proceſsionibus maioribus mithram eum velo appenſo penes ſe deferri facere?*
2 *An in proceſsionibus incipientibus à propria eorum Eccleſia, & longius progrediendo, quam ſit ambitus murorum ipſius Eccleſia, ſit eis interdicenda Mithra?*
3 *An in alijs Eccleſijs exemptis, vel non exemptis, ſiuè intra Ciuitatem, ſiuè intra Diœceſim licitè vtantur Mithra?*
4 *An ea iure vtantur in Officijs, & Miſſis Defunctorum, vel in diebus non feſtis, nec vbique de præcepto?* Et
5 *Num ad hæc ſuffragetur conſuetudo?* tom. 2. Conſultat.33.

AD 1. Negatiuè: Quia indigent ſpeciali conceſſione, vt contra omnes Prælatos inferiores Epiſcopo, habentes vel de iure, vel ex priuilegio vſum Mithræ declarauit Sacra Congreg. Rit. die 27. Septemb. 1659. *in princ. & in reſponſ.ad* 8. *& in fin.* Rurſus in declaratione dicti Decreti ſub die 20. Iul. 1660. §. *ad* 8. Hand ergò, & multò minus licebit Canonicis, & Dignitatibus, quæ ſubſunt Epiſcopo, nec habent plenum vſum Mithræ delatio poſt ſe, quę propriè intelligitur de pretioſa, vt declarauit Sac. Rit Congreg. *contra Capitulum Meſſanenſe* die 21. Februarii 1617.

Ad 2. Affirmatiuè: Nam inferiores Epiſcopo habentes vſum Mithræ in Concilijs Synodalibus, & prouincialibus, ſi ſunt exempti, poſſunt vti Mithris auriphriſiatis, aut gemmatis; Si verò non ſunt exempti ſimplicibus, & albis, ac planis tantummodò ex *cap.vt Apoſtolicæ*; Alias Abbas etiam exemptus extrà propriam Eccleſiam Mithram, & baculum deferre non poteſt, nequè in proceſſionibus ex Sac. Cong. Conc. Trident.

Ad 3. Inuitatis, vel alio modo accedentibus ad Eccleſiam, ſiuè exemptam, ſiuè non, ſiuè Capitulariter, ſiuè ſeiunctim, ſiuè intra Ciuitatem, ſiuè extra, & in Diœceſi videtur itidem interdicenda, Sac. Congr. Rit. in decretis ſupra relatis vtrobique reſpondendo *ad* 10. Quia priuilegium conceſſum perſonis adiectione loci, quale eſt huiuſmodi, reſtringitur ad eum locum, vt in terminis ſimilibus docet Fagnan. *in cap.Cum Capellan.*2.*de priuil.*

Ad 4. Gaudentes Mithra ex priuilegio, ea non vtuntur in Officijs, & Miſſis Defunctorum, nequè in diebus feriatis, ſed tantùm in ſolemnioribus, & vbique de præcepto, Sac. Rit. Cõgregat. in dd. decretis contra inferiores Prælatos; & contra Caſinenſes.

Ad 5. Sac. Rit. Congreg. alias, ac ſæpè reſpondit, quod poſt Eiſcoporum Cœremoniale vulgatum non ſuffragantur huiuſmodi conſuetudines hodie penitus abrogaræ, licèt allegaretur immemorabilis, cum tamen verſemur in facilioribus, quia conſtat de priuilegio, vt initio ſupradicti Decreti ſub die 27. Septembris, & ſub 20. Iulii § *Ad* 4. §. *Ad* 8. §. *Ad* 22. & §. *Ad* 17. Et in ſpecie Mithrarum huiuſmodi contra Capitulum S. Michaelis Archangeli de Monte Gargano Sypontinæ Diœceſis Sac. Rit. Congr. in *Sypontina* 1. Decembris 1657. ità reſoluit.

Viſis, ac matnrè perpenſis iuribus Capitnli Collegiata Garganica ſuper vſu Mithrarum ab Archiepiſcopo Sypontino ad Sac. Congregationem Rit. de mandato tranſmiſsis, & ab Eminentiſsimo Domino Card. Franciotto relatis, Sac. eadem Congreg. cenſuit; Bullam Boniſacij IX. necnon Sententiam

13. Ia-

Digitized by Google

Archiepiſcopi Antonij Marulli, Dignitatibus, & Canonicis Collegiatæ prædictæ nullatenus ſuffragari. Ideòque Mithrarum vſum eis interdixit, ac ſub pœnis eiſdem Sac. Congregationis arbitrio prohibet. Iura tamen, quæ præter deducta eiſdem obuenerint, Sac. Congregationi exhibeant, ac interim à prædictarum vſu omninò ſub iiſdem pœnis abſtineant.

Quod firmauit Rota in *Sypontina Cathedralitatis* 13. Ianuarij 1659. coram Eminentiſſimo Cerro. Ponderando, quod vſus Mithræ extra limites priuilegij eſt indecens, & ſcandaloſus. *d. cap. vt Apoſtolicæ verſ. ne indè ſcandala.*

Atquè, vt omnis de hac materia dubitandi occaſio præcidatur lege generale decretum Sac. Rit. Congregationis emanatum die 27. Septembris 1659.

De præcedentia, & præeminentia inter Canonicos Cathedralis, & Magiſtratus. Vide de Præcedentia. tom. 2. Conſult. 35.

1 *An diſpenſatus ſuper ætate cenſeatur etiam diſpenſatus ad effectum percipiendi diſtributiones quotidianas.*

2 *An vigore Breuis eiuſmodi debeantur etiam diſtributiones illæ, quæ à teſtatoribus prohibitæ ſunt dari abſentibus?*

3 *Et quatenus iudicetur deberi omnes diſtributiones, à quo tempore debeantur, tum reſpectu temporis, quo diſpenſatus non fuit in ſacris, tum reſpectu diſtributionum, iam inter Canonicos, & Beneficiatos diuiſarum, & conſumptarum?* tom. 3. Conſult. 19, ac tom 9. Conſult. 29.

AD 1. Affirmatiuè quoties diſpenſatus Diuinis Officiis interſit: Quia tunc cenſetur ad integras diſtributiones tacitè diſpenſatus, non obſtante, quod non ſit in ſacris, vel quod non promoueatur intra annum, donec legitimum tempus aduenerit. Ita ſæpè declarauit Sac. Congreg Conc. *ad ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* & præſertim 9. Septembris 1625. in vna S. *Miniati* 1659. & in vna *Mediolanen.* die 16. Martii 1632. & in vna *Patauina* 22. Auguſti 1648.

Ad 2. Tenendum quoque eſt vigore diſpenſationis deberi omnes diſtributiones dari ſolitas præſentibus, ſiuè etiam intereſſentibus; Cum enim quotidianæ diſtributiones iure humano introductæ fuerint, eodemque iure inductum, vt illę ſolum intereſſentibus Diuinis Officiis tribuantur, ſequitur, poſſe Summum Pontificem alicui priuilegium concedere, vt in abſentia eaſdem diſtributiones percipiat, DD. communiter *in cap. vnic. de Cler. non reſid. in 6.* Monet. *de diſtribut quæſt.* 14 *num.* 19. & 20.

Ad 3. Tenendum quoque eſt, diſtributiones deberi prò toto tempore ſeruitii à priuilegiato præſtiti etiam non exiſtente in Sac. Ordinibus, idque à die abſentiæ: Nec obſtat, quod præteritę diſtributiones prætendantur conſumptæ, ac proindè non debeantur, cum non præceſſerit interpellatio, ſiuè proteſtatio: quia talis interpellatio non eſt neceſſaria adhoc, vt Capitulum teneatur reſtituere diſtributiones perceptas. Put. *dec.* 384. *lib.* 1 Rot. *dec.* 168. *ſub num.* 6. *par.* 4. *diuer.* Cumque non agatur contra ſingulos Canonicos, ſed Capitulum, ſemper competit actio repetendi: Rot. *deciſ.* 3. *num.* 65. *par.* 5 *recent.*

Quod autem non attendatur tempus intimationis Breuis, ſed datę gratię reſoluit Sac. Congreg. Epiſcoporum die vltima Auguſti 1629. deberi à die datæ gratiæ.

Neque vis fieri poteſt in eo, quod diſtributiones fuerint inter Canonicos diuiſæ, atquè conſumptæ: Quia reſpectu illarum, quæ debentur ſeruitio, ceſſat abſque difficultate bona fides; reſpectu verò aliarum, dum interpellatio non requiritur, allegari non poteſt; Vnde in Baſilicis Vrbis practicatur, vt ex maſſa ſequenti ſoluantur diſtributiones priuilegiatis. Videndus omninò Gonzal. *gloſ.* 5. §. 5. *ſub num.* 53. Alia vide *d. tom.* 9. *Conſult.* 29.

De Coniudicibus Capitularibus delinquentibus, & an Epiſcopus poſſit animaduertere in totum Capitulum &c. Vide de Immunitate tom. 3. Conſult. 29.

1 *An ſit valida conſuetudo diuidendi Præbendas vacantium Canonicatuum inter Canonicos ſuperſtites, excluſis nouiter promiſſis Canonicatu? Vbi poſito, quod ſit inualida; A quo die eorum fructus debeantur?*

2 *Et quid ſi huiuſmodi conſuetudo ſit ex concordia inter Epiſcopum, & Canonicos per Sedem Apoſtolicam confirmata?* tom. 3. Conſult. 30.

AD 1. Conſuetudinem hanc eſſe illicitam diſertè ſtatuit Sac. Conc. Trident. *ſeſſ.* 24. *capit.* 14. *de reform.* illam improbans, non obſtantibus quibuſcumque Statutis, & Conſtitutionibus, eamque deteſtauit Pius V. Conſtitutione ſua 104. quæ incipit *Durum nimis* Garz *de benefic. par.* 8. *cap.* 1. *num.* 84. vbi refert declarationem Sac. Congregationis Conc. quæ cenſuit, neque quandam ſummam florenorum, quæ ſoluebatur, neque fructus Canonicales poſſe exigi, & multò minus inter alios diuidi poſſe. Monet. *de diſtrib. par.* 2 *quæſt.* 18. *num* 54. & alij.

Ratio autem duplex eſt. Prima, quia ex hiſce conſuetudinibus cultus Eccleſiæ negligitur, cum Canonici nulla vtilitatis, & fructuum ſpè allecti, omittent illius ſeruitium. Altera, quia datur votum captandæ mortis in Canonicis recens prouiſis, qui ſeruientes Altari, & de illo non viuentes, ſeniorum Canonicorum mortem deſiderabunt, vt ſibi emolumenta neceſſaria acquirant; Quod non ſolum in Iure Ciuili eſt prohibitum ex deductis per Rotam *in Romana enunciationis* 23. Martii 1650. cor. Eminentiſſimo Cerro, & in *Bononien. fidecommiſſi* 11. Decembr. 1651. coram Dunozetto, &

hoc

Digitized by Google

hoc pactum à iure reprobatur in *Eugubina teſtamenti* 28. Iunii 1652. §. *Et quia* coram eodem Cerro. Sed etiam Ius Canonicum deteſtatur, itàut quæcumque promiſſio, per quam directè, vel obliquè aperiri poteſt via ad beneficia vacatura declaretur irrita, & inualida, vt per Lap. Abb. Archid. Gemin. Io: And. & alios. Quod etiam reprobauit Sac. Cong. Conc. in *Troiana* die 13. Decembris 1659. & die 24. Apr. 1661. & die prima Octobris eiuſdem anni. Alia vide *tom.9 Conſult.* 117. *num.* 19.

Ad 2. Dicitur, dictam Conſtitutionem Pii V. & Conc. Trident. non habere locum in caſu, quo diuiſio, ac diſtributio Præbendæ, ac portionis Canonicorum defunctorum ratione iuris accreſcendi fauore ſuperſtitum, fie nata, & ſtabilita fuerit in concordia per Sedem Apoſtolicam ex certa ſcientia, & cum inſertione totius tenoris confirmata, & approbata, ideòque obſeruanda *l.* 1. §. *ſi conueniat ff. depoſiti.* Rot. *deciſ.* 111. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 74. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 5. & alibi Fagnan. *in cap. Veniens de tranſact. num.* 6. referens Sac. Congreg. Conc. reſolutiones, & Rota coram Eminentiſſimo Cerro *in Vicen. iuriſdictionis* 9. Decembris 1650. §. *Iuſtitia*; Ec etiam: quia Concilium non derogat concordiis inter Epiſcopos, & Canonicos, & per Summum Pontificem confirmatis. Achil. *deciſ.* 3. *de pact.* Idipſum in caſu longè difficiliori alias decreuit eadem Sac. Congregatio, dum decreuit valere conſuetudinem Eccleſiæ Amalphiranæ auctoritate Apoſtolica Leonis X. confirmata.

An, & quatenus Canonico abſenti cauſa litis debeantur diſtributiones quotidianæ? tom. 3. Conſultat. 36.

DIſtinguas: Aut lis eſt ſuper iuribus beneficii, Prębendæ, Dignitis &c. & hoc caſu, quia agitur de vtilitate Eccleſiæ, concurrente Epiſcopi, & Capituli licentia, lucratur diſtributiones. Congruum quippè rationi eſt, quod qui prò vtilitate, ſui Canonicatus abſens eſt, illius deſtributionibus non priuetur. In his terminis loquitur *dec.* 662. Seraph. *num.* 2.

Aut lis eſt ſuper titulo, & eo caſu, quia non agitue de vtilitate Eccleſiæ, his dicitur fieri ad proprium commodum, & nō lucratur diſtributiones. Sic idem Seraph. *dec.* 462. Gozal. *ſuper reg.* 8. *gloſ* 6. *num.* 261. Garz. *de beneſ. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 47. *cum binis ſeqq.* vbi in additione refert, ità deciſum fuiſſe a Sac. Congeegatione firmatque, quod abſens cauſa ſuæ litis nunquam poteſt lucrari diſtributiones: Quia nihil intereſt Eccleſiæ, quod hic potius, quam ille Canonicus habeat pinguiorem Prębendam, quandoqnidem è Collegio Canonicorum res exire non debeat Felin. *in cap. ex litteris num.* 6. *de pręben.* & ità declarauit ſępiſſimè Sac. Congregat. Epiſcop. nempè prò tempore litis concernentis principaliter commodum Eccleſiæ, vel Capituli, ſecus ſi ſecundariò, debentur diſtributiones, vt in *Mediolanen.* 17. Septembris 1602. in *Firmana* 14. Iun. 1606. in *Nerttonen.* 6. Decembris eiuſdem anni in *Papien.* 7. Septembris vt in *Lancianen.* 17. Nouembris 1628. Idem cenſuit per text. *in cap. ex parte* 13. *& cap. vnic. de Cler. non reſid. in* 6. ac per Rotam in *Burgen.* coram Serap. 4. Maii 1584. quod prò lite, vel ſeruitio Eccleſiæ licitè quis poſſit abeſſe, ac fructus, & deſtributiones quotidianas percipere, licet in Eccleſia reſidere iuraſſet, nec propteceà priuari poſſit, vt in *Iuuenacen.* 1. Octobris 1602. & 4. Febr 1603. etiam cenſuit Sanctiſſimo approbante Canonico abſenti, prò euidenti ſue Eccleſiæ vtilitate deberi diſtributiones quotidianas, niſi ipſi Canonico eſſet conſtitutum ſalarium, vel niſi adeſſet conſuetudo in illa Eccleſia, quod diſtributiones huiuſmodi Canonico non deberentur. Præſertim, cum æquè benè poſſit litem ſuam proſequi, conſtituendo Procuratorem in Curia, ſicut fuit reſolutum in *Licien. fructuum* 25. April. 1603. cor. Card. Pamphilio, *& d. deciſ* 468. *nu* 2. *par.* 1. *rec.* & alibi.

Quoad licentiam obtinendam ab Epiſcopo, & Capitulo requiſitam *ex d. cap. Relatum de Cler. non reſid.* atque ex Conc. Trid. *cap.* 1. *ſeſſ.* 23. *de reform.* dicendum eſt, ſolum eſſe neceſſariam in Epiſcopis, & Curatis, non autem Canonicis non exercentibus curam animarum, ſed habentibus legitimam abſentiæ cauſam à iure permiſſam, vt ex Barthol. de S Fauſto *de hor. canonic. lib.* 3. *quæſt.* 9. & alij. Et ideò cauſa non debet intelligi illa in iure expreſſa, ſicuti ex cauſa defenſionis propriæ Dignitatis, vel præbendę, vel Eccleſiæ per text. *in cap. ex parte de Cler. non reſid* Quia tunc dubitari non poteſt de cauſa legitima, tanquam à iure approbata; Vndè ſi abſens dicitur habere licentiam ab ipſo iure, vt diſtinguendo probat Garz. *de Benefic.* Præſertim ſi Canonicus litigaret cum ſuo Capitulo; quia Capitulum ex propria culpa lucraretur cum iactura Canonici. Rot. in *Salamantina fructuum* 2. Iun. 1611. coram Remboldo, quam refert, & ſequitur Add. ad Gregor. *dec.* 154. *num.* 8. *in fin.* Quarè vt diſtributiones quotidianæ debeantue Canonico abſenti ex iuſta cauſa, ſatis eſt, quod faciat ſuas proteſtationes, ſaltem ſi cauſa non eſt notoria, ſecus autem quandò eſt notoria. Rota apud Farinac *par.* 2. *tom.* 1. *dec.* 244. *num.* 1.

Secus verò dicendum eſt de diſtributionibus, vt aiunt Maſſæ groſſæ, quas abſens prò defenſione iurium ſui Canonicatus, & præbendæ, vel ex alia legitima cauſa lucratur pee Gloſ. *ſingularem in dicto cap. vnic. v. receperit poſt med. de Cler. non reſid.* & plures Canoniſtæ. Rot. *deciſ.* 467. *num.* 1. *par.* 1. *recen.* & declarauit Sac. Cong. Conc. in vna *Bononien.* 20. April. 1653. *ad d cap.* 12. *de refor.* & anteà declarauerat Sac. Cong. Epiſc. 4. Septemb. 1592.

De

Digitized by Google

De Capitulo quoad funera in Eccleſijs Regularium. Vide de Funeribus tom. 3. Cnuſult. 38.

An Canonici, & Prabendati, qui vtuntur almutio, poſſint illud deferre, dum vti ſinguli inuitantur ad aſſociandum funera, atque adeò pracedere Parocbis?

Et quid ſi ſub ſua Cruce conueniant ad funera etiam cum Parocbis, iuxtà formam Statuti Synodalis? Vide de Funer. tom. 3. Conſult. 51.

De pracedentia inter Parocbum defuncti, & Capitulum Catbedralis, & Collegiata. Vide de Præcedentia tom. 3. Conſult. 52

De pracedentia inter Canonicos Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos? Vide de Præceden. tom. 3. Conſult. 55.

An Canonici, non obſtante conſuetudine, & quod in fundatione non babeant onus celebrandi cum applicatione Sacrificij, poſſint diebus, quibus per turnum, iuxtà Tabellam Eccleſiæ Miſſas celebrant, applicare ſacrificium prò ſibi elargientibus eleemoſynam? tom. 3. Conſult. 61.

Tenendum eſt, Canonicos non poſſe diebus, quibus per turnum iuxtà Tabellam Eccleſię Miſsas celebrant, applicare Sacrificium prò ſibi elargientibus eleemoſynam. Etenim clarum eſt, obligationem celebrationis peruenire ratione oneris cuilibet Canonicatui annexi. Igitur illis diebus, quibus in Eccleſia ratione Canonicatus celebrare tenentur, non poſsunt ab alijs prò applicatione recipere eleemoſynam: Quia intrat lex pręſcripta in generalibus decretis de celebratione Miſſarum 21. Iunij 1625. à Sac. Cong. Conc. emiſſis, & à fa: me: Vrb. VIII. confirmatis, vbi *num.* 4. declaratum fuit generaliter, ac ſtatutum, Sacerdotes in diebus, quibus ratione beneficij celebrare tenentur, non poſſe illa die prò applicatione ab alijs recipere eleemoſynam. Quod licet loquatur de obligatis celebrare certis diebus ratione beneficij, tamen id etiam militat quoad obligatos ratione Canonicatuum; quia Canonicatus cum prębenda ſunt vera beneficia, & Canonici ſunt veri beneficiati *cap. 2. de renunc. cap. Dilectus 19. de præben.* Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. ibi: *Dignitates, & prabendas, & quælibet alia beneficia*, Lotter. *de benefic. lib.* 1. *quæſt.* 29. *num* 7. Viuian. *de Iurepatr. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 43.

Neque ſubſiſtit aſſerta pręſumptio, quod in fundatione non appareat obligatio; nam in Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de refor.* inter alias cauſas erectionis Canonicatuum, Dignitatuum &c. enumerat ſpeciales cauſas applicationum prò fundatoribus, vt ſcilicet ſic alliciantur ad fundandum, & nè à fundatione retrahantur, & ob fortiſſimam pręſumptionem naturaliter, moraliter, & legaliter reſultantem ex eorum voluntate, quod minimum ſic voluerit veriſimiliter proſpicere animæ ſuę. Ac proindè non poteſt ex dicta expoſitione cauſę generalis deſumi aliquod argumentum in contrarium quoad alias non expreſsas.

Ac demus tandem, quod obligatio celebrandi fuiſset inducta ex ſola localitate, & ad decorem, & diuinum cultum; attamen quia conſtat, onus Canonicorum eſse reſtrictum circa celebrationem in Cathedrali, vel Collegiata, & diebus certis hebdomadę, eò ipſo, quod obligatio celebrandi, & cum præfinito loco, & diebus, non poſſunt Canonici recipere eleemoſynam prò applicatione, ſed ad ſummum poſſunt illam gratis, ſeù ex ſua deuotione applicare, ſicut de obligato celebrare certa hora ratione Canonicatus declarauit Sac. Congr. Conc. in vna *Ciuitatis Caſtellana* 9. Iulij 1644. & 10. April. 1645. & de obligato certo loco in vna *Traguren*ſ*i* 9. Ianuar. 1627. & tradunt Dian. *d. par.* 1. *tract.* 4 *reſol.* 8. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 24. *num.* 15. *& de offic. Parocb. cap. & n.* 12. vbi etiam refert, ità declaratum fuiſſe ab eadem Sac. Cong. Conc. iuſſu Vrb. VIII.

Neque demum ſubſiſtit aſſerta conſuetudo immemorabilis libertatis applicationis acquiſita cum acquieſcentia Epiſcoporum. Primò, quia huiuſmodi immemorabilis probari debet, iuxtà Gloſ. *in cap.* 1. *de præſcript. in* 6. Greg. XV. *deciſ.* 296. ibique Add. *num.* 3. & nos alibi. Secundò, quia obſtant decreta generalia Sac. Congregationis Conc. Et ità declarauit in vna *Alexandrina* 26. April. 1653. & 7. Feb. 1664. ad decret. ſuper celebr. Miſſ. *& ad cap. vnic. ſeſſ.* 22. *de obſeru. & euit.* Quod ipſum decreuit Sac. Congreg. Epiſc. in eadem *Alexandrina* 9. Maij 1653.

De Prabenda Tbeologali multa, ac varia ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. ſeſs 5. de refor. cap. 1. tom. 3. Conſult. 62. Et vide tom. 10. Conſult. 149.

Lectores Sac. Theologiæ tenebantur olim per ſeipſos muneri ſatisfacere; quia eſt electa induſtria perſonæ, arg. *cap. ſignificatum de præb.* Sed quoniam poſtmodum eorum ſtipendia conceſſa fuere ijs, qui prorſus ad legendum inhabiles erant, ideò Conc. Trid. *ſeſſ.* 5. *cap.* 6. huic malo remedium obtulit in futurum. *cap. cognoſcentes de conſtitutione*, nimirum, vt Ordinarij eos, qui prębendam, aut præſtimonium, ſeù ſtipendium huiuſmodi obtinent ad Sacræ Scripturæ expoſitionem, & interpretationem per ſeipſos, ſi idonei fuerint, alioquin per idoneum ſubſtitutum ab ipſis Ordinarijs eligendum.

Notandum eſt, quod *cap. Quia nullis de Magiſtr.* non requirebat lectionem Sacrę Scripturæ, niſi in Metropolitana Eccleſia, Concilium verò

hoc

hoc extendit ad Cathedralem, & Collegiatam.

Vbi verò oulla præbenda, aut ſtipendium huiuſmodi deputatum reperitur, prębenda quomodocumque, præterquam ex cauſa reſignationis, primò vacatura, cui aliud onus incompatibile iniunctum non ſit, ad eum vſum ipſo facto perpetuò conſtituta, & deputata iotelligatur.

Ad id munus aſſumi poteſt Theologus Regularis, vel ſæcularis, etiamſi non ſit de gremio ipſius Eccleſiæ, & interim, iſto occupante præbendam, Capitulum non poteſt eligere Canonicum in locum defuncti, implendo ſedem, ſed expectandum erit donec ad id munus eligi poſſit aliquis ex Canonicis, qui locum impleat per Gloſ. *in cap. quia nonnullis de Magiſtr.* Et dicimus, quod ipſo facto conſtituta, & deputata cenſeatur præbenda perpetuò, ſed reſpectu Lectoris poterit inſtitui certa lex, etiam ad tempus, vt ſi Lectorem diligentiorem efficere poſſit in ſui muneris functione, triennium eius conductioni præfiniatur.

Et quatenus io ipſis Eccleſijs oulla, vel non ſufficiens præbenda foret, Metropolitaous, vel Epiſcopus ipſe per aſſignationem fructuum alicuius ſimplicis beneficij, eiuſdem tamen debitis, ſupportatis oneribus, vel per contributionem Beneficiatorum *ſuæ Ciuitatis*, & Dięceſis, vel alias, prout commodius fieri poterit, de Capituli conſilio ità prouideat, vt ipſa Sacræ Scripturæ lectio habeatur, ità tamen, vt quæcumque alię lectiones, vel conſuetudioe, vel quauis alia ratioae inſtitutæ propter id, mioimè permittantur.

Io Monaſterijs quoque Monachorum, vbi commodè fieri queat, etiam lectio Sacræ Scripturæ habeatur: Qua in re, ſi Abbates negligentes fuerint, Epiſcopi locorum in hoc, vt Sedis Apoſtolicę delegati, eos ad id, opportunis remedijs compellant. Vbi dictio *etiam* implicat nedum lectionem Sac. Scripturæ, ſed Grammatices, *arg. cap. 1. de commod.*

In Conuentibus verò aliorum Regularium, in quibus ſtudia commodè vigere poſſunt, Sacræ ſcripturæ lectio ſimilter habeatur. Quæ lectio à Capitulis generalibus, uel prouincialibus aſſigoetur dignioribus Magiſtris.

Docentes verò ipſam Sac. Scripturam, dum publicè in Scholis docuerint, & Scholares, qui in ipſis Scholis ſtudent, priuilegijs omnibus de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum ſuorum in abſentia à iure cõmuni conceſſis plenè gaudeant, & fruantur. *Cap. ſuper ſpecula de Magiſtr.* vt diximus *tom.* 1.

Adſunt ſuper hoc decreta Sac. Cong. Conc. io *Burgen. ad d. cap.* 1 *ſeſſ.* 5. In *Aſculana.* Cong. Epiſc. in *Tortonen.* 2. Auguſti 1581. in *Camerinen* 26. Ianoar. 1594. & in *Beneuentana* 27. Octobr. 1593. & alibi paſſim.

Regulari tamen in titulum dari non poteſt. Eadem Sac. Cong. *in S. Seuerini* Auguſt. 1605.

Nequè Regularis iſte poteſt intereſſe actibus Capitularibus, nequè participare de diſtributionibus quotidiaois, eadem Sac. Coogr. in *Sebenici* 20. Auguſti 1596. niſi Præbenda alios fructus non haberet, quia tunc aſſignari poteſt pars diſtributionum, eadem Sac. Cong. in *Baren.* 19. Martij 1627. Interim verò dum Præbeoda vacat, Capitulum non poteſt cogi ad mercedem, Sac. Congreg. Conc. in *Aſſiſien.*

Præbenda Theologalis debet erigi ſine præiudicio optionis à S. Sede quibuſdam Capitulis conceſſæ, Sac. Cong. Epiſc. in *Maceraten.* 9. Iunij 1592. vndè erectio in hoc caſu locum habebit in præbenda dimiſſa ab eo, qui nouiſſimè optauit, Sac. Cong. Conc. in *Theanen. ex cap. cum in tua* 14. *de conſuet. in* 6. Modò tamen antiquior optet intra 20. dies. *d. cap. cum in tua.* Neq; erigi poteſt de Caoonicatu affecto, & reſeruato, Sac. Cong. Epiſc. io *Signina* 12. Ianuar. 1604. Licet Epiſcopus ſit Cardinalis, & gaudeat indulto, Sac. Congreg. Conc. In *Bragomen.* 1. Decem. 1580. Neque vbi ante Cooc. Trid. habebatur ſtipendium deputatum in Cathedrali prò lectura Sac. Theologiæ, Eadem Sac. Cong. Conc. in vna *Bracharenſi*.

Cum Præbenda Theologalis vacat, dari debet in Commendam Canonico idoneo eiuſdem Capituli, donec Titularis prouideat. Alias poterit Epiſcopus applicare fructus alicui perſonę extrà Capitulum, quæ ſuppleat munus legendi, Sac. Cong. Conc. in *Camerinen.* 8. Februarij 1594.

Vbi ſunt Præbenda, & Canonicatus, non poteſt aſſignari aliud beneficium prò iſto Theologo, vel Pœnitentiario, eadem Sac. Cong. Conc. in *Siguntina*.

Præbenda, quæ debebat conferri Theologo legeoti in Eccleſia, iuxtà hoc decretum, ſi conferatur inhabili ad hoc munus, valida erit collatio, dummodò non pręceſſerit actualis deputatio eius Præbendæ in Theologalem, eadem Sac. Cong. Conc. in *Rauennatenſi*.

In Collegiata, ſi concurrunt à Concilio requiſita, poteſt Epiſcopus deputare primò vacaturam prò lectione Sac. Scripturæ, ſed ſi perſona ante vacationem non eſt nominanda, eiuſdem electio ſpectabit ad Epiſcopum, collatio verò ad quem ſpectabat ante vacationem, eadem Sac. Cong. Conc. in *Cæſarauguſtana*.

Si oullę ſioe prębendæ, eò quod Canonicatus diſtributiones quotidianas tantum habent, idem ſtatuendum eſt, quod de præbendis, cum illarum loco ſuccedant. Eadem Sac. Congreg. in *Eugubina*.

Vacante prębenda, ſi inter Epiſcopum, & Capitulum controuerſia oriatur circa electionem Theologi, ad Metropolitaoum recurrendum erit, & eius iudicium ſeruandum. Eadem Sac. Cong. in *Raguſina*.

Habita ratione conſuetudinis Eccleſię, detur à Capitulo perpetuum ſtipendium Theologo, &

ſi magis expedire videbitur per triennium conducatur. Eadem Sac. Cong. in *Salernitana* 16. Iunij 1595.

Lector Sac. Scripturæ in quibuſcumque Conuentibus Regularium de ipſorum licentia ab Epiſcopo loci approbandi non ſunt, ſecus verò ſi extrà: quia in hoc caſu idem ſeruandum eſt, quod in Prædicatore. Eadem Sac.Congr. 25.April.1573.

Quando per modo di prouiſione ſi hà da condurre vn Teologo, dee eleggerſi ſecolare, ſe ſi può fare, come ſi fè in San Pietro di Roma, e non Regolare, eccetto in caſo, che non ſi troui ſecolare. Congregatio Epiſc. Cardinali de Vrbino 5. Octobris 1573.

Hoc primum decretum non comprehendit Canonicàtus, & præpendas vacantes in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſed Pęnitentiario, & Sac. Theologiæ Rectori prouidēdum eſt de Canonicatibus vacantibus in Menſibus Ordinariorum. Sac. Cong. Conc. in *Parmen.* 7. Octobr. 1574.

Præbendæ collatio ad eum pertinet, ad quem antea ſpectabat. Eadem Sac. Cong. *in Aſtoricen.* 3. Octobr. 1576.

Satisfit Concilio, ſi Theologia Scholaſtica legatur. Eadem Sac. Cong. 5. April. 1576.

Canonicus Theologus non poteſt compelli ad ponendum ſubſtitutum, quandò ex capite infirmitatis ſanabilis impeditur, quominus per ſeipſum legere valeat. Eo verò caſu, quo quis eſſet ſubſtituendus, electio ſubſtituti ad Epiſcopum ſpectat. Sac. Cong. Conc. apud Garz. *de benefic.par.*5.*cap.*5.*n.*159.

Qui reſignauit in manibus Ordinarij prębendam Theologalem, poteſt obtinere, mediante optione, pinguiorem præbendam, cum retentione ſui ſtalli in Choro. Sac. Rit. Congreg. in *Veronen.* 2. Septemb. 1597.

Poſtquam vacauerit Præbenda, quæ officio Canonicatus Theologalis fuit vnita, & eam Theologus adeptus fuerit, debet ſedere in loco ſui Canonicatus. Sac. Cong. Conc. *l. c. num.* 111.

Eidem in vim vnionis factæ ab Epiſcopo de prębenda vacatura, non competit ius aduerſus Canonicatum vacatum per reſignationem. Sac. Congreg. Conc. in *Monopolitana* 29. Auguſti 1626.

Qui diuinis prò præſente habetur diebus, quibus legit, non cenſetur præſens Matutinis, quæ ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine dicuntur ſero præcedenti prò die ſequenti. Sac. Cong. Conc. apud Garz. *par.*3.*cap.*2.*n.*118.

Inſtanti ſibi licere legere per ſubſtitutum, ſtante impedimento infirmitatis, fuit conceſſa licentia ad ſex menſes à Sac. Cong. Conc. die 13. Nouemb. 1627.

Stante conſuetudine in Eccleſia Cathedrali, vt per quemlibet Canonicum habentem præbendam Canonicatui annexam obtineatur vna ex Dignitatibus in eadem Eccleſia, quæ nullum habet onus, ſeù emolumentum, ſed ſolum ſedet ſuper Canonicos, & illos in proceſſionibus præcedit, poteſt Canonicus Theologus dictam dignitatem obtinere. Sac. Congr. Conc. 18. Nouemb. 1628.

Theologo legente caſus conſcientiæ, poſſunt cogi Presbyteri ad eum audiendum. Sac. Cong. Epiſc. 16. Mart. 1593.

Scholares audientes in Cathedralibus non gaudent eiſdem priuilegijs, quibus alij in publicis Academijs, ex decreto Sac. Congregationis apud Garz. *l. c. par.*5, *cap.*4.*num.* 117.

Diſtributiones Præbendarum vacantium, licet Theologalis, vel Pœnitentiarię ſemper dantur præſentibus, & nunquam reſeruantur ſucceſſoribus. Sac. Cong. Epiſc. in *Militen.* 11. Iulij 1637.

Il Canonico Teologale leggendo la mattina dee eſſere eſente dal ſeruitio del Coro ſolamente la mattina; E così leggendo la ſera, da gli Officij della ſera ſolamente. Sac. Congr. Epiſc. in *Vercellen.* 4. Auguſti 1589.

Vel ad ſummum, ex gratia tamen, prò tota die, qua ex officio legit. Eadem Sac. Cong. in *Ferentin.* 27. Iul. 1604.

Sicut, & prò tota die, qua ex obligatione concionem habet Sac. Congr. Conc. Non tamen lucratur anniuerſaria, & alia emolumenta incerta, eadem Sac. Congr. in *Limana* 19. Auguſti 1622. Poteſt tamen à lectionibus vacare menſibus Iulij, Auguſti, & Septembris, licet huiuſmodi vacationis Concilium non meminerit: quia cenſetur inſtitutus ad inſtar aliorum Lectorum, & Sac. Congr. apud Garz. *l. c. num.* 156. *& ſeq.* Alijs verò temporibus cogitur legere, licet Anteceſſores nunquam legerint. Sac. Congr. Conc. in *Reatina*. Quod tamen intelligendum videtur, ſi adſit neceſſitas, vndè Sac. Congr. Epiſc. declarauit, Canonicum S. Petronij Bononienſis non teneri legere, quod nulla eius lectionis adeſſet neceſſitas, & quod eius anteceſſores nunquam legerint. Sac. Congr. Epiſc. 8. Maij 1637.

Quo verò ad audientes, ſi Theologus legat Theologiam moralem, ſiuè caſus conſcientiæ, poteſt Epiſcopus cogere Clericos ad lectiones accedere. Si verò legat materias ſpeculatiuas communi omnium captui non accommodatas, conniueri poterit, ſi non accedat, qui eas non intelligit Sac. Congreg. Epiſc. in *Fundana* 15. Feb. 1593. Dignitates verò, & Canonicos hortari debet Epiſcopus ad lectiones theologicas accedere, non cogere. Sac. Congr. Conc. in *Bracharen.* 22. Maij 1610.

In *Foſſanen. Lectionis* 11. Martij 1662. fuerunt porrecta dubia tenoris ſequentis, videlicet.

An Epiſcopus ſtatuere potuerit, nè lectiones à Canonico Theologo non in Cathedrali Eccleſia, ſed in Palatio Epiſcopali habeantur.

An ipſe cogere poſſit Regulares, in quorum Monaſterijs lectio ſacræ Scripturæ minimè habetur, vt lectionibus per Canonicum Theologum habendis interſint.

Sac.

Sac. Congr. Concil. &c. cenſuit ad primum in caſu, de quo agitur, affirmatiuè.

Ad 2. negatiuè.

Porrò tempus, locum, & materiam Sac. Scripturæ, ſuper qua legendum ſit, Sac. Congr. Conc. remittit arbitrio Ordinarij, in *Brixien.* 4. Aprilis 1596. & Sacra Congregatio Epiſc. 11. Ianuar. 1594.

Item circà Præbendam Pœnitentiariæ adſunt ſequentes reſolutiones *in tom. 7. Conſult. 13. n. 6. & ſeq.*

6. Præbenda prò Pœnitentiario à Capitulo. Sede vacante, aſſignari non poteſt, ſed hoc ab Epiſcopo præſtandum eſt. Sac. Congr. Conc. in *Seguntina.*

7. Præbenda in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis vacans non poteſt erigi in Pœnitentiariam. Eadem in *Placentina.*

8. Portio, quæ eſt in Eccleſia non poteſt erigi in Pœnitentialem Præbendam, eam in *Barcu.*

9. In Eccleſijs, in quibus ex conſuetudine optatur Præbenda, ſi ea, quæ poſt Concilium primò vacauit, non fuit in Pœnitentialem erecta, poteſt optari poſtea vacans, ſed ſi ante optionem Epiſcopus erexerit, præualet erectio, etiam ſi poſtea optaretur. Eadem in *Mediolanenſi.*

An, & quatenus Vicarius Generalis præcedat Dignitatibus? Vide de Præcedentia tom. 3. Conſult. 64.

An Beneficiati debeant detegere caput. Parochis, & Clero ſæculari, & Regulari in Proceſſione S. Marci de Vrbe? Vide de Proceſſionibus. tom. 3. Conſult. 66.

An Prabendati, qui vulgò Dignitates exiſtimantur eligi poſſint in Iudices Synodales? Vide de Synodo tom. 3. Conſult. 130.

An Dignitates in Cathedrali eximantur ab aſſidua reſidentia vltrà tres menſes? Vide de Reſidentia, tom. 3. Conſult. 131.

An Canonicis liceat concedere locum in Eccleſia Magiſtratui laico? Vide de Eccleſijs tomo 4. Conſult. 16.

An mutatio ſedilium in Choro à Canonicis fieri poſſit in præiudicium Cætus Sacerdotum, qui ſedent in pari gradu cum ipſis Canonicis? tom. 4. Conſult. 25.

Negatiuè, & facta reducenda eſt ad priſtinum ſtatum. Primò ſi ad fauorem Sacerdotum militat antiquiſſima conſuetudo, quæ in hac materia ſedendi conturbari non poteſt, ſed præcisè eſt obſeruanda, & attendenda, vt in ſpecie Doctores affirmant, ſpeciatim Bald. *in cap. cum olim num. 1. de conſuet.* Grillanz. *conſ. 221. num. 12.* & alij, Rot. in *Saguntina præcedentiæ* 31. *Ianuar.* 1611. *coram Maremontio* propè finem. Sufficitque conſuetudo annorum 10. duntaxat, vt tradunt Marzan. *conſ. 26. num. 34.* & Fab. de Ann. *conſ. 40. num. 4. lib. 1.*

Secundò. Si Canonici de facto id agant, non citatis Sacerdotibus, in quorum præiudicium ſit mutatio, Card. *in Clem. Statutum num. 7. in fin. de elect.* Rot. coram Buratto *dec. 484. num. 14.*

Tertiò. Si mutatio inferat Sacerdotibus, & Eccleſiæ præiudicium, vt ſi omnibus Sacerdotibus ex tali mutatione locus in Choro præcludatur, vndè ex illorum expulſione prouenire diminutio cultus diuini, & ex diminutione aſpectus ipſius Chori redderetur minus venerabilis, ipſiſque Sacerdotibus tolleretur ius antiquiſſimum intereſſendi Choro, ac percipiendi quotidianas diſtributiones; quod Capitulum facere nequit. Rot. *in Paduana ſedilium* 26. *Ianuar.* 1618. *coram Cardin. Serato.*

Quartò è contra, quod ſi ſedilia, & Chorus in priſtinum ſtatum reponatur, nullum omninò damnum Canonicis inferatur, cum ſedeant ex immemorabili ad dexteram propè Epiſcopum & ſic in loco digniori, Bald. *in l. obſeruare §. antequam verò num 3. ff. de offic. Proconſul.* Rot. *coram Card. Seraph. deciſ. 964. num. 1. & in Lucana Præcedentiæ* 24. *Ianuar.* 1628. *coram Ghisler.*

Quintò. Nè inter eos oriantur diſcordiæ, & offenſiones.

Sextò. Si idem quoque obſeruetur in alijs Eccleſijs vicinis Gloſ. *in cap. ſtatuimus v poſtorem ante fin. de maior. & obed.* Zabarel. *conſ. 62. num. 1.* Grillenz. *conſ. 121. n. 10.*

Septimò. Si mutatio fiat poſtquam Canonicis nouum opus fuerat nunciatum, ſic enim tanquam attentata eſt reuocanda per tex. *in cap. 2. de nou. oper. nunc.*

Denique ſi mutatio fiat poſt appellationem, iuxtà tex. *in cap. ſignificanti in fin. §. ideòque de nou. oper. nunc.*

Atque ex his liquet obſeruandam eſſe antiquam conſuetudinem, non permittendam rem nouam, ac reſtituendum quod factum eſt in præiudicium conſuetudinis antiquè, *cap. conſuetudo d. 12. & cap. conſuetudinis extr. de conſuet.* Et ità mandauit obſeruari Sac. Rit. Congr. in *Reginenſi* 3. Aprilis 1641.

An Capitulum Cathedralis, vel Collegiata Eccleſia cogere poſſit Clerum aliarum Eccleſiarum inferiorum, vt accedant ad ſupplicationem fieri ſolitam in Vigilia Titularis, vel Patroni? Quid de erectione Crucis? Quid de præcedentia, Qua Proceſſiones? Vide de Proceſſion, tom. 4. Conſult. 30.

An Canonici Metropolitani, & Cathedralis ex legitima conſuetudine licitè vti poſſint in Choro puluinaribus ex panno, vel ex corio, reclamantibus Beneficiatis? tom.4. Conſult.82.

AFfirmatiuè: quia in materia præeminentiarum, ac iuris honorifici attenditur conſuetudo, Bald. Felin. & alij Rot. apud Pegn. *dec 817. num.3. & dec.941. num.4.* & alibi ſæpiſſimè.

Accedente præſertim quadragenaria, quæ robur tribuit conſuetudini, etiam contra iuris diſpoſitionem. Gloſ. *in cap. vlt. v. legitimè ſit præſcripta de conſuetudine*, Mantic. *deciſ.51. num.3.*

Eòque faciliùs: quia ſi licet Canonicis Metropolitanis, & Cathedralis differre à Beneficiatis ſtallo ſuperiori, licebit etiam ijs differre puluinaribus; præſertim quia Capitulum per ſolos Canonicos repræſentatur, Rot. apud Ceſar. de Graſ. *deciſ.4. de his, quæ fiunt à maior. part. Capit.* & alibi. Ideò non poſſunt, neque debent ſedere cum Canonicis, quia minor non debet ſedere cum maiore. *Can. non oportet 14. & can. vlt. deciſ.93.* Goffred. *in ſum. de maior. & obed. num.2.* & alij. Sicuti etiam non poſſunt, neque debent caput tegere, cum non liceat minori caput operire coram maiore, quia id procedit à pari cum ſeſſione. Surgent in *Neapol. illuſtr. cap.23. n.29.*

An Subrogati ab Ordinario, Dignitatibus abſentibus, poſſint mutare locum, ſibi debitum ratione prioritatis, aſcendendo ſupra antiquiores, & occupando locum Dignitatum, quas repræſentant, nec non peragere functiones ad Dignitates ipſas pertinentes? tom.4. Conſult.83.

NEgatiuè: Quia iſti non ſunt Coadiutores cum futura ſucceſſione, ità vt eis dandus ſit locus, & aſſignandæ functiones pertinentes ad eam Dignitatem, quam repræſentant, ſed ſolum ſubſtituti ſunt ad tempus abſque vllo iure proprio, vt de Vicario Parochiali conſtituto poſt mortem Rectoris declarauit Sac. Rit. Congr. in *Senogallienſi*, quod ei non detur præcedentia ſuper alios Præsbyteros antiquiores. Et quidem ſi improbatur à Sac. Rit. Congregatione, vt abſentibus Dignitatibus, illarum ſedes occupentur à Canonicis, & abſentibus Canonicis, eorum ſedes occupentur ab alijs Præsbyteris, vt in *Capuana* 12. Martij 1618.

De præcedentia inter Prothonotarios Apoſtolicos titulares, & Canonicos? Vide de Præcedentia tom.4. Conſult.88.

Vtrum in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, in quibus paruus eſt numerus Canonicorum, & Præsbyterorum, tolerari poſſit conſuetudo cantandi Miſſam Conuentualem feſtis diebus dumtaxat? tom.4. Conſult.91.

AFfirmatiuè. Ad inducendum enim obligationem Miſſæ Conuentualis non ſufficit, quod Eccleſia ſit Cathedralis, vel Collegiata, ſed inſuper requiritur, quod habeat ſufficientem numerum Miniſtrorum.

Quis autem ſit ſufficiens numerus, Authores non docent. At ego, illum eſſe cenſeo, qui ſufficit & prò Choro, & prò celebratione Miſſæ; vndè cum prò Miſſa requirantur ſaltem ſeptem perſonæ, nimirum Celebrans, Diaconus, & Subdiaconus, duo ceroferarij, thuriferarius, & Acolytus & prò Choro ſaltem quatuor, quod ſaltem vndecim interuientes ſint neceſſarij, quanquam idem Clericus ſupplere poſſit prò Acolyto, & thuriferario.

Nam Collegium tres faciunt, *l.85. ff. de verb. ſignif.* Collegium, vt ſcribit Neratius Priſcus *tit. de verb. ſignif. l. Neratius*, à tribus fieri poteſt cum plures videantur in Collegio contineri. Et proindè poteſt Eccleſia eſſe Collegiata cum tribus. Imo poteſt Collegium reduci ad duos, vel ad vnum vt aduertit Archidiaconus *in can.1. num.3.* & alij. Collegium quippè per duos, imò per vnum etiam conſeruari, ac retineri poteſt, conſtitui non poteſt, Quia alia eſt ratio conſeruationis, alia conſtitutionis.

Et ità quidem de iure reſpondendum videtur in hoc caſu: quia licet de recitatione Officij diuini in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis extet poſt Sac. Canones diſpoſitio Concilij Trid. *cap.12. ſeſ.24. de refor.* aduerti tamen debet, quod inter horas Canonicas, quæ ſunt ſeptem, non connumeratur Miſſa Conuentualis, de qua Concilium nunquam fecit mentionem.

An debeat dici Miſſa Conuentualis prò defunctis feria 2. poſt Dominicam Paſſionis, quandò officium defunctorum recitatum eſt? Vide de Miſſæ ſacrif. tom.4. Conſult.92.

An omnes Canonici accedere debeant ad excipiendum Epiſcopum ex aula, ſiuè cubiculo, cum Pontificaliter celebraturus ad Eccleſiam accedit, & alia ad rem? Vide de Ritibus, tom.4. Conſult.94. 102. & 186. ac tom.5. Conſult.83.

An Canonici Cathedralis ad benedictionem Epiſcopi ſolemnem teneantur ex conſuetudine genua flectere? Vide de Ritibus, tom.4 Conſult.96.

An in funeribus, quæ fiunt in Collegiatis, etiam prò illarum Canonicis defunctis, Capitulum, & Canoni-

nonici Cathedralis præcedere debeant Capitulum, & Canonicos earundem Collegiatarum? Vide de Funeeibus? tom. 4. Conſult. 97.

An Canonicus Cathedralis habens in eadem Eccleſia Capellaniam, deferre poſſit habitum Canonicalem, & præcedere alios Beneficiatos, & Capellanos in functionibus, ad quas ratione beneficij, ſiuè Capellania ſimul conueniunt? Vide de Præcedentia tom. 4. Conſult. 103.

An, & quatenus ſimplices Præsbyteri gaudeant prærogatiuis, quibus gaudent Canonici? Vide de Præcedentia tom. 4, Conſult. 104.

An diſtributiones quotidianæ prò perſonali aſſiſtentia in Choro Canonicis debita, & ante ipſorum obitum non exacta, ſubiaceant ſpolio?
tom. 4. Conſult. 126. & tom. 9.
Conſult. 117.
num. 16.

NEgatiuè: Nam diſtributiones quotidianæ non cenſentur fructus beneficij, quandò beneficium habet diſtributiones à fructibus ſeparatas, ſed ſunt bona quaſi patrimonialia Garz. *de benef. par. 2. c. 1. num. 19.* Bonac. *pun. 2. §. 1. num. 3. tom. 1. de var. tract. diſp. 4.* Ex Bulla autem Iulij III. ſolum fructus beneficij ſpolio ſubiacent. Quod procedit etiam ſi Canonicatus non haberet alios fructus, præter diſtributiones quotidianas, & cenſuit Sac. Congregatio Epiſc. in *Auellina* 29. Nouemb. 1600. & declarauit Sac. Congr. Conc. *ad cap. 12. ſeſ. 24. & d. cap. 11. ſeſ. 12. de refor. In Neapolitana* 9. Febr. 1669. nempè diſtributiones huiuſmodi & Capitulum non ſubiacere ſpolio,

Hæres vero Canonici, qui vel teſtatus, vel inteſtatus deceſsit, in ea diſtributionum parte ſuccedit, quæ Canonico, vel Beneficiato tempore mortis competebat prò rata temporis, quo defunctus realiter, vel fictione iuris, ideſt legitimè impeditus inſeruiuit. Bonac. *l. c. pun. 11. n. 6.* Secus autem eſt de fructibus, qui ſi tempore obitus beneficiatorum, vel pendentes, & à ſolo nondum ſeparati, & adhuc non exacti non fuerint, non ad hęredem, ſed ad ſucceſſorem in beneficio ſpectant, vbi non ſpectant ad Cameram Apoſtolicam tanquam ſpolia, *cap. Quia ſæpè de elect. in 6.* Iulius III. *Conſt. 7.* Quam confirmauit Vrb. VIII. *Conſt. 80.* incip. *Æternus* Rot. *in Romana, ſeù Nullius pecuniarum 4. Iunij, & 19. Nouemb. 1593. coram Pegna;* Quod ampliatur, vt Clericus non poſſit ſuos hęredes neceſſarios tali hęreditate priuare, ſed eis omninò ſaltem legitimam relinquere teneatur, iuxta Authores, quos ſequitur Garz. *l. c.* Item, vt habeat locum etiam in fructibus beneficij, vel penſionis, congruę ſuſtentationi neceſſarijs, nam hos, cui voluerit Clericus relinquere poterit, & ſi deceſſerit ab inteſtato, cedunt hęredibus.

An in Diœceſi, in qua ſunt duæ Cathedrales vnitæ, Capitulum vnius Cathedralis cogi debeat, vt accedat ad Synodum alterius? Vide de Synodo tom. 4. Conſult. 132.

An poſſit Epiſcopus abſque beneplacito Apoſtolico præcipere, quod in Eccleſia Collegiata, præter præfixum numerum Canonicorum, eligantur duo Presbyteri extrà gremium Capituli ad inſeruiendum Dignitati, vel Canonico celebranti in locum Diaconi, & Subdiaconi, & quod de Maſſa Capitulari aſſignentur illis ſtipendia?
tom. 4. Conſult. 145.

NEgatiuè, ſi pręfata Eccleſia inter pręben-das Canonicales habeat ex ſtatuto iam pręſcripto prębendas Diaconales, & Subdiaconales, vt Canonici iſtas obtinentes inſeruiant, & aſſiſtant in locum Diaconi, & Subdiaconi Dignitati celebranti, Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg. 93. num. 3.* Rot. in *Lucana ſuffragiorum* 7. Apr. 1643. *§. Et hinc coram Cirillo.* Eoque magis, quia id eſt conforme libro cęremoniali Epiſcoporum *lib. 1. cap. 26.* vbi diſponitur, quod duo Canonici immediatè ſedentes poſt Dignitatem celebrantem aſſiſtere debeant loco Diaconi, & Subdiaconi; Qui liber cęremoniarum habet vim legis. Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 16. num. 123.* ac Rot. *in Oppiden proceſſionum* 18. Maij 1646. *§. Et hæc iuris diſpoſitio* coram Veroſpio.

Secundò, quia hæc eſset direptio partis fructuum Canonicalium, quod abſque ſolemnitatibus requiſitis in alienationibus rerum Eccleſię fieri nequit Greg. XV. *deciſ. 504. num 5.* ibiq; *Add. num. 8.* Præſertim, quia Canonici debent functiones facere per ſeipſos, & ſi fuerint impediti, poſſunt illas implere per alios, eiuſdem tamen ordinis, & gradus.

1. *An Canonico, qui Capitularem poſſeſſionem adeptus eſt; & poſtea, facto Capitulo, non fuit admiſſus ad reſidentiam, ſicque ratione impedimenti illati à Capitulo, non reſidet, debeantur fructus, & emolumenta, ac etiam diſtributiones quotidianæ, quas alij Canonici reſidentes lucrantur? Et*
2. *An Canonicus, qui ex qualitate infirmitatis non eſt prorſus inhabilis ad intereſſendum officijs diuinis, haberi debeat prò præſenti, ac percipere poſſit diſtributiones quotidianas, nec non alia emolumenta, etiam ratione anniuerſariorum inter præſentes diſtribuendarum?* tom. 4. Conſult. 150.

AD 1. Affirmatiuè; Couarr. qui alios allegat *var. reſol. lib. 4. cap. 13. num. 8. cum duob. ſeqq.* & per ea, quæ tradit Barboſ. *in collect. Doct. in Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. num. 101. cum pluribus ſeqq.* Et in durioribus terminis de eo, qui Capitula-

Digitized by Google

tnlartm poſſeſſionem non accepit, quia non fuit admiſſus à Capitulo, quod habeatur pró admiſſo, & gaudere debeat prærogatiuis, & emolumentis aliorum Canonicorum, pluries reſoluit Rota, vt per Add. ad Gregor. *deciſ. 341. ſub lit. A.*

Ad 2. Quoad Anniuerſaria, & Miſſas negatiuè, quoad teliqua affirmatiuè, quatenus non poſſit aſſiſtere. Ita Sac-Cong. Conc. *in Grauinenſi* 17. Iul. 1649. *ad cap.* 12. *ſeſſ.* 24. *de refor.*

An, & quo pacto Epiſcopus poſſit iniungere Canonicis nè ſe congregent ſiue ſua licentia? tom. 4. Conſult. 154.

NEgatiuè. Vbi Epiſcopus non eſt Canonicus, nec habet prębendam in Capitulo, & ſolitum eſt congregari abſque licentia Epiſcopi, is non poteſt, multóque minus eius Vicarius prohibere abſque iuſta cauſa nè conuocetur Capitulum, vt reſcripſit Sac. Congreg. Epiſc. Vicario Rhegienſi 4. Iun. 1602.

Per euitare gli ſcandali imminenti può il Superiore prohibire, & impedire la conuocatione del Capitolo.

Secus autem, ſi nõ adſit iuſta cauſa, vt eadem Sac. Cong. *in Amerina* 13. Septemb. 1641. Et hoc caſu neque dicere tenentur Epiſcopo, quod tractare velint in Capitulo, vt *in Andrien.* 25. Febr. 1603.

Et non ſolum Vicarius conuocare nequit Capitulum, ſed neque in eo intereſſe ratione talis officij, niſi in Eccleſijs receptitijs, vel vbi adeſt conſuetudo, vt Mediolani ex eadem Sacra Congregatione *in Mediolanen.* 2. Iunij 1591. & alibi paſſim.

1. *An in erectione Canonicatus Pœnitentiarij requiratur conſenſus Capituli? Et*
2. *An Pœnitentiaria exigat vnionem beneficiorum ſimplicium.* tom. 4. Conſult. 156.

AD 1. Negatiuè, cum Pœnitentiaria ad ſolum Epiſcopum abſque conſenſu Capituli pertineat ex authoritate Sac. Cong. Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de refor.* traditque Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 55. *num.* 2. *& ſeq. ac de Canon. & Dignit. cap.* 264. *num.* 4. Vbi *num.* 5. id procedere inquit, etiam ſi collatio præbendarum eſſet ſolius Capitnli, & ad dictum locum Conc. *num.* 11. Rot. coram Mantic. *deciſ.* 56. *num.* 3. Imò erigi poteſt etiam reluctante Capitulo, quod nullum ius haber circà huiuſmodi actus. Rot. *in Neapolitana pœnitentiaria* 4. Iunij 1637. coram Merlino, quæ eſt *deciſ.* 222. *par.* 7. *recent.*

Ad 2. Negatiuè, niſi fortè, vt opulentior reddatur, ſed tantùm de ſui natura requirit vnionem præbendæ Canonicalis, vt ex decreto Sac. Conc. Trid. *d. cap.* 8. Vbi verò fructus omnes in diſtributionibus conſiſtunt, diſtributiones ad hunc effectum habeantur prò prębenda, iuxtà doctrinam Gloſ. *in cap. vnic. in princ. de Cler. non reſiden. in* 6. & declarauit Sac. Congreg. Conc. apud Garz. *d. cap.* 4. *num.* 127. Et dictum eſt ſupra *de Præbenda Theologali* tom. 3. Conſult. 62.

An Canonico ſolito reſidere in Carcere detento, & abſoluto, tanquam non reperto culpabili, ac de iure punibili, debeantur diſtributiones prò tempore carcerationis? tom. 4. Conſult. 157.

NEgatiuè: Ex regula, quod abſenti non debentur diſtributiones, quæ debentur tantummodò intereſſentibus, & inſeruientibus Eccleſię iuxtà decretum Bonifacij VIII. *in cap. vnic. de Cler. non reſid. in* 6. à Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de refor.* confirmatum.

Neque ei refragatur abſolutio: qnia non eſt ex capite innocentię, ſed ſupponitur culpabilis. Pręcipuè, quando abſolutio ſequuta eſt poſt concordatos poſtulatores, tunc enim videtur affectata; & ſolum remiſſiua pœnæ, attenta precedente concordia cum parte, & cum fiſco, ſicque tanquam lata ex indulgentia, non ex capite innocentię criminis, infamiam nequaquam tollit, *l. Indulgentia C. de generali abolit.*

An Canonicus Eccleſia Collegiata poſſit in Synodo Diœceſana Iudex eligi? Vbi aliqua de Iudicibus Synodalibus. Vide de Synodo tom. 4. Conſult. 159.

An redditioni rationum redditnum non ſpectantium ad Eccleſiam, ſed ad Beneficiatos, intereſſe debeat aliquis Canonicus? tom. 4. Conſult. 161. Vide de Beneficiat.

An tertius, qui eligitur in caſu diſcordia, inter Epiſcopum, & Coniudices Capitulares, iuxtà formam in Trid. cap. 6. ſeſſ. 25. de refor. *præſcriptam, debeat eligi ex gremio eiuſdem Capituli?* tom. 4. Conſult. 164.

AFfirmatiuè. Primò, quia Epiſcopi ante Conc. Trid. non poterant ex ſe cognoſcere cauſas huiuſmodi, niſi cum præſentia ſuorum Clericorum, *cap. non liceat* 3. *q.* 6. Idem habetur ex *cap. nouit.* 4. *de his, qua fiunt à Prælat. ſin. conſ. Capit.* Ex quibus apparet ius commune aſſiſtere diſpoſitioni Conc. circa Adiunctos, vt ſufiſſimè probat Oltrad. *conſ.* 251. *num.* 2. Saran. *d. q.* 1. qui etiam *ſeq. quaſt.* oſtendit, Concilium nihil de nouo diſpoſuiſſe; Vndè ſicut duo primi Adiuncti debent ex Capitulo eligi, vt diſponit Concil. ita pari ratione tertius ex eodem Capitulo eligendus eſt, nè omiſſis membris ipſius Eccleſię in eius negotijs, aliena adhibeantur conſilia, & Capitularium conſcientiæ extranei pręſententur iudicijs, *cap. non liceat* 3. *q.* 6. vt reaſſumit Hoſtien. *in cap. qui propter n.* 26.

de

de elect. & firmat *dicta deciſ.* coram Eminentiſs. Cerro §.*quæ quidem in fine*.

Quod ſi iſtę rationes ſunt efficaces ad effectum, vt in caſu, quo deuoluitur electio tertij Adiuncti ad Epiſcopum viciniorem, ipſe alium non eligat, quam Capitularem, vt probatur *in cap.ne prò defectu de elect.* Rot.*in Conchen.* §. *vlt.* multò magis hoc præſtandum erit, quandò Epiſcopus, & Adiuncti tertium eligunt.

Secundò probatur ex verbis Conc. Quia dum primò mandat eligi Adiunctos ex gremio Capituli, addendo eligi tertium, intelligitur de eodem gremio, cum præcedentia declarent ſubſequentia, *l.verum ff.de petit. hared.*Buratt. *deciſ.*200. *num.*8.

Atque ità pluries declarauit Sac. Cong. Conc. in vna *Conchen.* die 19. Decemb. 1648. & videndus Card. de Lugo in integro reſponſo ſuo de hac re.

Vicario Chori abſente, cui competat regimen Chori? Vide de Dignitat.tom.4.Conſult.183.

1. *An Coadiutor Canonici admitti debeat poſt turnum omnium Canonicorum ad cantandum Miſſas principales, dum Canonicus proximus ſolet, & valet ſupplere?*
2. *An idem Coadiutor poſt turnum omnium Canonicorum debeat admitti ad faciendum functiones in decantatione Litaniarum, & huiuſmodi?*
3. *An functiones quadam in diuerſis Eccleſijs poſſint fieri in habitu Canonicali à Coadiutoribus vti ſingulis inuitatis?*
4. *In quo loco inſtallandus ſit Coadiutor, viuente Coadiuto?*
5. *Vbi poſt obitum Coadiuti?*
6. *Et quid dicendum eſt de ipſo Coadiutore poſt mortem ſui Coadiuti?* tom.4.Conſult.185.

AD 1. Negatiuè: Quia non eſt data facultas faciendi generaliter ea omnia, quæ ſpectant ad Coadiutum, ſed ſolum ea, quę exprimuntur, circa quæ verſatur neceſſarium ſeruitium Eccleſię ad effectum lucrandi fructus, & diſtributiones, inter quæ non computatur celebratio Miſſarum ſolemnium, cum in ea propter aliorum Canonieorum ſupplementum ſeruitium Eccleſiæ non minuatur, cum eodem tempore, quo ab alio Canonico Miſſa cantatur, Coadiutor reperiri poſſit in Choro, ſed conceditur tantum facultas ſpectans de iure, vel conſuetudine ad officium Coadiutoris, exemplum adiungens per dictionem reſtrictiuam, *itàut &c.* Quare ſunt ea, quæ conceduntur, inter quæ non eſt celebratio Miſſarum, dum Canonici ſolent, & contendunt illam ſupplere.

Et aduertendum eſt, quod in hoc eſt differentia inter Coadiutores Dignitatum, & Coadiutores Canonicorum: Quia illi ſicuti ſedent in ſtallo Dignitatis, ità debent facere functiones ſpectantes ad Dignitatem coadiutam, vt declarauit Sac. Rit. Cong. *in Ferrarien.* 2. Iunij 1640. Et de hiſce loquuntur omnes declarationes dicentes: Coadiutori competere functiones Coadiuti. Sed non ſic Coadiutores Canonicorum, qui ſicuti ſedent poſt omnes Canonicos, vt per eandem Sac. Congregationem *in d. Ferrarien.* ità non admittuntur ad honorarias functiones, ſi adſint alij Canonici, qui ſuppleant, iuxtà diſpoſitionem Cœremonialis *cap.*26.*l.*1.*de ſupplem.vicib.* Ob quam regulam Coadiutores nunquam faciunt aſſiſtentiam Epiſcopo, ſi adſint veri Canonici, vt per eandem Sac. Congregationem *in Ciuitatis Caſtelli* 24. Maij 1636. Nam Coadiutoria datur pro ſeruitio, & neceſſitate Eccleſiæ, non prò honore, & in gratiam Coadiutoris, ex Conc. Trid.*cap.*5 *ſeſſ.*25. *de refor.* Patiſ.*de reſign. lib.*7. *cap.*10.*num.*16.& Rot. *deciſ.*570. *num.*9. *par.*1. *recent.* Multóque minus intrat officium Coadiutoris in functionibus, ad quas ſingulares Canonici eliguntur. Garz. *de benefic. par.* 4. *cap.*5.*in add.ad nu.*8.Barboſ. *de Canonic.cap.*29. *num.*40. & alij.

Ad 2. Etiam negatiuè, ſecluſa conſuetudine, niſi admittatur poſt omnes Canonicos precario nomine, & ſic reuocabiliter quandócumque. Mantic. *de tacit. lib.*1. *tit.*12 *num.*9. Gratian. *diſcep.*167. *num.*16. & alij Rot. *dec.*214. *num.*6. & alibi, & ex rationibus ſupra adductis.

Ad 3. Similiter negatiuè: quia Coadiutoribus id non competit ex forma coadiutoriæ, ſtante quod extra ſuam Eccleſiam, & ſine Capitulo nullam habet prærogatiuam, ac ſi non eſſet Coadiutor; vndè in concurſu cum alijs Sacerdotibus non præcedunt, niſi ratione antiquitatis in ordine, vt ſunt declarationes Sac. Rit. Congr. in *Anconitana* 18. Martij 1623. & *in Laudenſi* 7. Martij 1637. & alibi paſſim.

Ad 4. Iam per eandem Sac. Congr. Rit. 14. Auguſti 1665. in *Ianuenſi Stallo*, fuit reſponſum, quod ſtante diuiſione Canonicatuum in Eccleſia Cathedrali Ianuenſi in Ordines Subdiaconales, Diaconales, & Præsbyterales, & ſtante quod Coadiutor ſit Coadiutor Canonici Præſbyteri, hodie eſſet inſtallandus vltimo loco in Ordine Præsbytetali, inhærendo declarationi alias factæ in *Æſina* 4. Martij 1644. & in vna *Monopolitana* Primicerij 17. Iulij 1632.

In Eccleſia verò, in qua Canonici non ſunt diſtincti, Coadiutor debet ſedere vltimo loco poſt Canonicos. Rot. apud Farinac. *par.*1. *deciſ.*456.

Verum in hac re attendi debet forma Coadiutoriæ, quia ex illius tenore apparet conceſſio facta à Summo Pontifice.

Ad 5. Conſequenter ad dicta cenſetur poſt obitum Coadiuti competere coadiutori ſedem, in qua repetitur cum præcedentia aliorum Canonicorum poſtea receptorum in Ordine Præsbytetali. Rot.*in Tiraſonen. Coadiutoria* 9. Decemb. 1599. & 27. Octob. 1600. coram Pegna inter eius impreſſas 770. & 856. in qui-

quibus firmatur, vt Coadiutori poſt obitum Coadiuti aſſignandam illam eandem ſedem, in qua reperiebatur tempore obitus Coadiuti, atque adeò præferendum Canonicis ingreſſis poſt receptionem in Coadiutorem, ibique reſpondetur argumẽtis, & rationibus contrarijs.

Ad 6. Ille debet præcedere, qui prius fuit admiſſus ad coadiutoriam; Ità namque ſuadet anterioritas poſſeſſionis, quæ in hac materia præmineñtiarum potiſſimum attenditur, ad tex. *in cap.* 1. *&* Gloſ. *in cap. ſtatuimus v. primum locum de maior. & obed.* Gonzal. *ad reg.* 8. *§.*3. *prom num.*25. & alij.

Item *tom.* 9. *Conſult.*84. quæritur.

An ſtatutum Eccleſiæ tribuens antianitatem Canonicis procedat etiam in Canonicis Coadiutoribus?

Reſp negatiuè, ſed ſolum procedit in veris, non autem in fictis Canonicis, quales ſunt Coadiutores; Vndè verba literarum Coadiutoriæ intelligenda ſunt quoad competentia Canonico ratione officij, non quoad præminentias, vt in terminis declarauit Rota coram Pegna *deciſ.*143. *num.*11. *& ſeq.* Gonzal. *gloſ.*5. *§.*9. *n.*100. *&* 115. Et licet Coadiutores habeant vocem in Capitulo, non ſequitur, quod debeant ſedere in Choro in ordine antianitatis.

Alij verò Coadiutores, quibus vox, & ſtallum conceſſa non ſunt, non poſſunt prætendere præfatam prærogatiuam, neque interuenire in Capitulo, nec vocem dare, ſi literæ de his non loquantur, cum Coadiutoriæ, vt dictum eſt, ſint odioſę, ac ſtrictè intelligendæ.

De præcedentia in Synodo inter Canonicos Collegiatæ, & Beneficiatos Cathedralis? Vide de Præcedentia, tom.4. Conſult.187.

De ſalutatione à Concionatore Canonicis Cathedralis cum expreſſione tituli facienda, Vide de Concionator. tom.4. Conſult.209.

1. *An Canonicis iubilatis debeantur diſtributiones, quæ manualiter diſtribuuntur Canonicis prò proceſſionibus, ac diuinis officijs in nocte Natalis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & in feſtiuitatibus Titularis?*

2. *An ipſis debeantur diſtributiones, quæ diſtribuuntur inter intereſſentes Capitulis, quales ſunt laudemia, & quindennia, non obſtante quadam prætenſa conſuetudine eiuſdem Eccleſiæ, quod non dentur infirmis?*

3. *An ijdem participare debeant de diſtributionibus, quæ ob aliorum abſentiam Canonicis intereſſentibus accreſcunt?*

4. *An ſaltem prò tempore, quo perſonaliter inſeruiunt, participare debeant de huiuſmodi augmentis, ſiuè accreſcentijs, prout alij intereſſentes participant?*

5. *An ipſis abſentibus dari debeant diſtributiones Anniuerſariorum*, tom.4. Conſult.224.

AD 1. Affirmatiuè. Conſt. Pij V. 41. quia omnes ſunt diſtributiones quotidianæ, inter intereſſentes diuinis officijs diuidendæ, & ex communi maſſa proueniunt, vt probat Moneta *de diſtribut.* 2. *quæſt.*3. *num.*14. & Corrad. *de diſpenſ. lib.*5. *cap.*6. *num.*18. Et Canonicus iubilatus eſt idem ac ſi perſonaliter intereſſet, ex eadem Conſtitutione.

Ad 2. Adhuc affirmatiuè, cum omnes fructus, iura, obuentiones, & emolumenta dictarum Eccleſiarum ſint in diſtributiones quotidianas redacta, dubitari nullo modo poteſt, quod indultum comprehendat iſta emolumenta, illaque lucrentur, licet Capitulis non interſint, ſicut ea lucrantur, quanquam diuinis officijs non interſint, cum ſub nomine diuinorum officiorum veniant etiam Capitula, quibus propterea ſunt applicatæ diſtributiones, quæ ſolis diuinis officijs intereſſentibus de iure, & ex præfata Conſtitutione debentur, Monet. *d. quæſt.*3. *num.*14. Garz. *de benefic. par.*3. *cap.*2. *num.*549. Capitula enim ſiunt propter ſeruitium Eccleſiæ, & cultum diuinum, & ideò permittitur in eis fieri diſtributio alicuius reditus maſſæ, ex reſolutione Sac. Congregationis apud Monet. *l.c.* nomenque generale iurium, obuentionum, & emolumentorum comprehendit quamcumque ſpeciem redituum, prouenientium ex quocumque modo, etiam ex facto hominis, vti ſunt funeralia, & oblationes, atque ex ſigillo, & ſimilibus Gratian. *diſcep.*867. *num.*30. *&* 31.

Quinimmò, ſi Canonicis, qui habent indultum debentur diſtributiones, quæ dantur intereſſentibus in Choro, & horis Canonicis, multò magis debentur eæ, quæ conceduntur intereſſentibus Capitulis, inter quos diuiduntur laudemia, & quinnennia, cum officium magis principale ſit officium Chori, & cultus diuini, quam officium aſſiſtendi Capitulis. Garz. *num.*550. *l.c.*

Et ità, vt non obſtet prætenſa contraria conſuetudo, quod infirmi non lucrantur diſtributiones in proceſſionibus, ac feſtiuitatibus prædictis, neque laudemia, & quindennia in Capitulis, & ſic neque eas debeant lucrari Canonici habentes indultum ob diurnum ſeruitium; nam primò debet probari, non quidem ex fidibus, & atteſtationibus extraiudicialibus. Rot. *deciſ.*97. *num.*10. *&* 11. *par.*8. *recent.* Deindè talis conſuetudo eſſet contra ius, ſcilicet contra tex. *in cap. vnic. de Cleric. non reſiden. in* 6. in quo conceduntur huiuſmodi diſtributiones infirmis, prout etiam in d. Conſtitutione Pij V. *§. qui verò*. Contra autem ius commune requiritur conſuetudo præſcripta ſpatio 40. annorum Monet. *ibidem quæſt.*12. *num.*2. Rot. *deciſ.*11. *num.*8. *par.*8. *recen. & in alijs paſſim.* Et ſemper debet eſſe rationabilis per tex. *in cap. fin. de conſuet.* Non eſt rationabilis priuandi infirmos dictis diſtributionibus, cum aduerſetur vtilitati Eccleſiæ, vt probatur ex *cap.*1. *de*

Cler.

Cler. ægrot. ibi: *Quia ſi alij eſſent eius exemplo deterriti, fortè non poſſet, qui militarent Eccleſiæ inueniri*. Et ideò Sac. Congr. Conc. Trid. cenſuit, non eſſe confirmandum, vti irrationabile Statutum adimens infirmis dictas diſtributiones, etiam quæ veniunt per ius accreſcendi.

Ad 3. Etiam affirmatiuè. Etenim in materia Iuris accreſcendi, cum ſit ius reale, portio accreſcit portioni, non autem perſonæ: quia portio eſt illa, quæ portionem ad ſe trahit *l. Si Titio 36. §. 1. ff. de vſi fr.* Sicut ergò portio principalis diſtributionum debetur ijs, qui habent indultum, quamquam non interſint diuinis officijs, ità hæc, quæ aſſumit naturam portionis, cui accreſcit. Fagnan. *in cap. eum percuſſio à num.* 28. & præcipuè *num.* 31. *de Cler. ægr.* vbi in fine teſtatur, ità cenſuiſſe Sac. Congregationem Conc. *& in d. cap. licet num.* 138. *ac ſeqq. de præben.*

Eòque magis, quia non agitur de indulto odioſo, ſed fauorabili, ob diuturnum nempè ſeruitium Eccleſiæ prę̨ſtitum, vt declarauit Greg. XIII. teſte Barboſ. ad Conc. Trident *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reform.* Quod propterea debet extendi, non reſtringi adeò ad inſtar Militis veterani, *Qui tandiù inſeruit, nullo munere perſonali detentus, poſt labores ſuos perenni quiete perfruatur*. Sunt verba *d. tex. in l.* 1. *C. de de vater. lib.* 12. Dicitur enim Eccleſiæ per gloriam adhuc inſeruire, qui poſt diuturnum ſeruitium, ſenio confectus ex licentia Summi Pontificis quieſcit. Gratian. *diſcept.* 16. *num.* 1. *cum ſeqq.* Et ità cenſuit Sac. Congr. Conc. in *Romana* die 13. Maij 1651.

Ad 4. Nullam difficultatem habet caſus, cum Indultum ſit fauore ſui, non debet retorqueri contra ipſum, & poteſt vti Indulto ad libitum, ac inſeruiens reputatur, vt alij Canonici, qui interueniunt, & participant. nec poteſt induci conſuetudo in contrarium, ſicuti neque etiam induci potuit, vt non dentur infirmis, ob reſiſtentiam præfati Decreti irritantis. Rot. coram Buratto *deciſ.* 6. *num.* 3. *& deciſ.* 154. *num.* 27. *tom.* 3. & alibi.

Ad 5. Negatiuè: Quia in conceſſione non comprehenduntur mortuoria, & Anniuerſaria. Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 8. *de præb. in nou.* & declarauit Sac. Congregat. Epiſcop. in *Aquilana* 27. Septemb. 1659. his verbis: *Iubilatis abſentibus non dantur diſtributiones anniuerſariorum*; Attendendus nihilominus eſt tenor Iubilationis, iuxtà quem regulanda eſt eius diſpoſitio.

Item *tom.* 9. *Conſult.* 116. habetur hæc quæſtio; nempè:

An eidem Canonico Iubilato debeantur diſtributiones illæ, quæ dicuntur accreſcentiæ, quæ in abſentia aliorum Canonicorum accreſcunt pręſentibus?

Ad quod iam reſponſum eſt ſupra *in* 5. *quæſito*.

SAc. Congregat. Concil. Trident. ſępè cenſuit, præſertim in [Feſulana diſtributionum] 1. Aprilis 1662. Canonico, cuius opera Epiſcopus ex priuilegio ſibi per Sacros Canones conceſſo, vtitur, deberi redditus omnes eius Præbendæ amiſſis diſtributionibus quotidianis: Quod ſi redditus conſtet diſtributionibus, duas ex tribus partibus deberi, amiſſa tertia, quæ inſeruientibus accreſcit. Vel ſi Præbenda adeò tenuis ſit, vt quartam partem diſtributionum non attingat, tunc coaceruatis ſimul diſtributionibus, & fructibus præbendalibus, duas partes Canonico deberi, amiſſa tertia.

Sed cum Canonici plerique proprias diſtinctas Præbendas non habeant, & è contra, præter diſtributiones quotidianas, dietim ſolitas acquiri, ſoleat inter ipſos certa quantitas vini, olei, & frumenti ſemel in anno diſtribui. Ideò quæritur:

Quomodò prænarratum indultum ad praxim deducendum ſit? tom. 5. Conſult. 49.

DIcendum eſt, huiuſmodi Canonico deberi vinum, oleum, & frumentum, vti fructus, ſi non excedant quartam partem. Ità Sac. Congregat. Conc. in eadem *Feſulana* 14. Aprilis 1663. *ad cap.* 12. *ſeſſ.* 24. *de reform.* Quia non ſunt propriè diſtributiones, vt ſunt illæ, quæ actu diſtribuuntur, ſed potius Maſſa groſſa, vt aiunt, & impropriè diſtributiones appellantur, & ideò debentur etiam abſentibus priuilegiatis, iuxtà *Extrauag. Io.* 22. *Cum nonnullæ §. præterea de præbend.* Abb. *in cap. licet num.* 8. & alij. Rota in *Salamantina Canonicatus de præb.*

1 *An Præberdę admodum tenues minorum Clericorum vniri poſſint ab Epiſcopo præbendis Canonicalibus? Et*

2 *An poſſint Canonici Cathedralis deputari in Vicarios perpetuos Eccleſiarum Parochialium ipſi Cathedrali vnitarum?* tom.5.Conſult.53.

AD 1. Negatiuè: Quia Trident. *ſeſſ.*24. *cap.* 5. non tribuit facultatem Epiſcopis vniendi prębendas tenues Clericorum præbendis pinguibus Canonicalibus, ſed tantùm, vt ex eis liceat cum conſenſu Capituli aliquot beneficia præbendis Canonicorum vnire, ſi tenues itá exiſterint, vt ſubſtinendo decenti Canonicorum gradu non ſufficiant; Quandò enim conceditur facultas vniendi, ſtrictè accipienda eſt, tanquam præiudicialis Summo Pontifici, ac inferioribus collatoribus, vt paſſim Rota coram Coccino *dec.*328.*num.*1.*&* *deciſ.*199. *num.*1. *& alibi*: Et quia idem Trid. *ſeſſ.*21.*cap.*3. ſtatuit, tertiam partem fructuum, tam Digoitatum, quam Canonicatuum ſeparati debere, & in diſtributiones conuerti, quæ inter omnes Diuinis Officijs intereſſentes rata portione diuidantur; Mens igitur Tridentini eſt, vt potius fiat ſeparatio, quam vnio, vt omnes proportionem fruantur bonis Eccleſiæ, Atque ita cenſuit Sac Congreg. Conc. in *Anicienſi vnionis* 26.Auguſti 1662. *ad cap.* 15. *ſeſſ.* 24. *de reform.*

Ad 2. Etiam negatiuè: Quia Epiſcopus nequit deputare Parochialibus Eccleſijs eos, qui habent beneficia, quibus aſſignatæ ſunt diſtributiones quotidianæ: quia ſunt incompatibiles cum Parochialibus. Sac.Congr.Cooc.in *Campanienſi* 14.Auguſti 1663.

1 *An manutentio Solij Archiepiſcopalis, & eius ornamentorum pertineat ad Archiepiſcopum, vel potius ad Sacrarium Metropolitanæ, quemadmodū ad ipſam pertinet omnis impenſa pro confectione, & manutentione Pontificalium? Et*

2 *An poſſint tolerari abuſus, quod ſinguli Canonici retineant in proprium vſum ſeorſim à cęteris Canonicis, & alijs quibuſuis Sacerdotibus, Calicem, aliaque paramenta Sacerdotalia, quæ ſunt propria Eccleſiæ?* tom.5.Conſult.55.

AD 1. Pertinere ad Archiepiſcopum: Nam qui propter mercedem, vel in recompenſationem beneneficii accepti teoetur ad operarum præſtationem, debet eas exhibere adminiculo proprio inſtrumentorum, ſi quæ inſtrumenta oeceſſaria noo habet in promptu, tenetur ea de ſuo comparare, & rupta, fractaque reficere, *arg.l. Quod niſi ff de òper.libert.l.*3.*§.ſi conſeruatis*. Surd. *de alim.tit.*1.*quæſt.*66.*num.*10. Roſenthal. *cap.*8.*concl.*22.*num.*1. Epiſcopi autem, & Archiepiſcopi ratiooe ſuorum officiorum recipiunt annuam mercedem ex reditibus Eccleſiarum; Atque adeò ſumptus inſtrumentorū, quæ ad eorum officia neceſſaria ſunt, ſuſtinere debent.

Cum autem Solium huiuſmodi pertineat ad officium Archiepiſcopi, ſequitur id ſuis ſumptibus fieri, ac manuteneri debere. Itá Sac. Congreg. Conc in *Vrbinatenſi* 10.Martii. 1663.

Ad 2. Affirmatiuè, quatenus ad Canonicos pertineat illarum manutentio. Itá eadem Sac. Cong. *ad cap.*1.*ſeſſ.*25.*& cap.*9.*ſeſſ.*22.

An ad effectum optandi contra formam Regulæ reſeruatoriæ olim, 8. nunc. 9. Cancellariæ allegari valeat aliqua conſuetudo in præiudicium Sedis Apoſtolicæ, vel ſaltem Ordinarij collatoris indultarij? tom. 5.Conſult.73.

NEgatiuè: Quia per d.Regulam declaratur, quod conſuetudo optandi noo habet locum aduerſus reſeruationem, ac derogatur eidem conſuetudini, etiam immemorabili, Gonzal.in eum locum *gloſ.*40. Rot.coram Puteo *deciſ.*319.*num.*4. *lib.*1. Lotther. *de re benefic. lib.*2.*quæſt.*38.*num.*10.*& ſeqq.* cum alijs relatis a Rot. in *Tauinen. optionis* coram Peutingerio 11.Februarij 1650.& 10. eiuſdem 1651. Vndè non habere locum optionem in menſibus reſeruatis quoad bona temporalia præbendalia diſertè tradunt Garz. *de benefic. par.*5.*cap.*1.*num.*450. Rota coram Mohedano *deciſ.* 25. *de præb.* & coram Puteo *deciſ.* 4. *lib.* 2. & alibi. Ratio eſt, quia præbendalia quæcumque ſint, quamuis de ſe oon ſiot ſpiritualia, ſunt tamen quid annexum titulo ſpirituali, itàut, quanquam poſſint ab hoc, vel illo Canonicatu ſeparari, dum tamen non poſſunt ſeparari ab omni, remanent in genere annexa titulo ſpirituali, & proindè induount naturam ſpiritualis, & eodē iure cenſentur. *Cap. Quanto de iudic.*& obſeruat Gloſ. *eodem v.Connexa*. Anchar. *num.* 2. Imol. *num.*1. Barboſ. *num.*9. Quod ſufficit, vt reſeruatio ſe extendat ad bona præbendalia, tanquam annexa ſpirituali, & eodē iure cenſenda. Quod ſanè habere locum etiam ad fauorem Ordinarij collatoris indultarij, cum ex tali indulto vices in hoc Papæ ſuſtinere dicatur reſoluit Rot. *deciſ.*10.*num.*12.*& ſeqq.pag.*8.& alii. Nam virtute indulti Ordinarius non ſolum conferre dicitur ſua Ordinaria iuriſdictione in Regula præſeruata, ſed nomine Sedis Apoſtolicæ.

1 *An*

1 *An Canonicis licitum ſit optare pinguiores præbendas, quæ vacant Menſibus Sedi Apoſtolicæ vigore Regulæ 9. Cancell. reſeruatis, nullique alij ſunt debitæ, niſi Canonicali Dignitate inſignitis? Et*

2 *An ſuboriente lite inter prouiſum Apoſtolicum, & optantem, licitè ijdem agant, ſi priuata authoritate certam quandam ſuper redditibus controuerſæ Præbendæ penſionem paciſcantur, ab eo percipiendam, qui acquieſcendo tacitè, ſuis iuribus renaneiat, quamque poſt indè penſionem, Apoſtolico aſſenſu non impetrato, pecunia extinguant?* tom. 5. Conſult 74.

AD 1. Negatiuè. Reſiſtit enim clara diſpoſitio d. Regulæ, tollens in ſpecie quamcumque facultatem taliter optandi Præbendas, & beneficia. Garz. *de benefic par.* 5. *cap.* .. *nu.* 450. ibique Add. *num.* 5. Rot. *in Meſſanen. Decanatus* coram Ghiſlerio 23. Maij 1544. quæ eſt *deciſ.* 285. *par.* 9. *tom.* 1. *& ſeqq.* & in *Taurinen. d.* Vndè cum ſit in præiudicium reſeruationis Sedis Apoſtolicæ, non licet.

Ad 2. Etiam negatiuè: Reſignatio enim Præbendarum debet eſſe libera, & pura ab omni pacto, & conditione: quia pactiones omnes in hac materia ſunt de iure prohibitæ, & inducunt Simoniam. *Cap. cum pridem, & cap. Pactiones de pact. & cap. Quæſitum de rer. permutan.* & tradunt Abb. ibidem *num.* 7. Decius *conſ.* 141. & alij; Vndè non eſt dubium quin præfatum pactum ſit Simoniacum, ſi habeat veram rationem pacti firmati. Quod præſertim verum eſt: quia penſio abſq; authoritate Pontificis non poteſt imponi, redimi, aut extingui, alias impoſitio, & extinctio eſt nulla, & ſimoniaca nominatim. Paris *de reſign. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 128. & Rot. *deciſ.* 454. *num.* 7. *par.* 1. *diuerſ.* & in *Britinorienſi Commendæ* 12. Decembr. 1588. coram Gypſio *poſt.* 1. *vol. conſ.*

1 *An in participantibus de maſſa communi habeant locum pœna non reſidentiũ tàm in iure communi quàm à Sac. Conc. inſtitutæ?*

2 *An eiſdem participantibus poſſit Epiſcopus permittere longiorem abſentiam à reſidentia, quàm in Canonicatibus, & alijs collatiuis beneficiis, eam requirentibus, ex cauſa indulgere poteſt?*

3 *An per aſſecutionem incompatibilis, tàm in eadem, quàm in alia Eccleſia, ius ſeruiendi, & participandi adeò expiret, vt dimiſſo incompatibili huiuſmodi, illud amplius non reuiuiſcat?*

4 *An, poſito, quod in caſu dictæ aſſecutionis incompatibilis dictum ius expiret, & per iſtius dimiſſionem non reuiuiſcat, Capitulum, ſiuè Congregatio illius Eccleſiæ eum, qui illud antea poſſidebat, abſque Epiſcopi conſenſu, ad eandem participationem admittere poſſit?*

5 *An à dictis participantibus poſt dimiſſa incompatibilia, ad Eccleſiæ ſeruitium redeuntibus debeatur præcedentia iuxtà priorem eorum admiſſionem, vel vltimum locum tenere compellantur?*

6 *An præſuppoſito, quod ex immemorabili obſeruantia, & maiorum traditione conſtet, memoratum ius non competere, niſi originanis, exteri à dictis Capitulo, ſiuè Congregatione ad d. participationem admitti poſſint, vel Epiſcopi conſenſus, aut Sedis Apoſtolicæ beneplacitum neceſſariò requiratur?* tom. 5. Conſult. 75.

AD 1. Affirmatiuè. Ità Conc. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reform.*

Ad 2. Negatiuè: Quia licet ſint Paſtores ſuarum Eccleſiarum, non propterea poſſunt ſtatuere contra ius commune, vel Concilij: quia eſt ius Superioris. *Cap. Quod ſuper bis de maior. & obed.* Alioquin poſſet puniri, *cap. denique* §. *fin. diſt.* 4. *Clem.* 1. *de ætat. & qual.* Ac dici periures. Panorm. *cap. Ego N.* 3. *de iur. iuran.*

Ad 3. Affirmatiuè, ex Trident. *ſeſſ.* 24 *de reform. cad.* 17. non poſſet enim liberè conferri, niſi ius prioris poſſeſſionis extingueretur.

Ad 4. Affirmatiuè: Cum enim portionarios dimittit incompatibile, & redit ad ſeruiendum ſuæ Eccleſiæ, redditur etiam ipſi ius, quod ratione ſeruitij habet ad portionem, quæ abſque collatione, aut alia prouiſione ſolet conferri; ſi autem requireretur conſenſus Epiſcopi, non conferretur omninò abſque collatione, aut prouiſione.

Ad 5. Negatiuè: Etenim cum extinguantur priora iura, oportet, quod per nouam admiſſionem, noua iura ſeruitij inſurgant, ex cuius menſura regulatur præcedentia.

Ad 6. Deniquè pariter Negatiuè: Nam obſeruantia non ſolum habet vim interpretandi legem, ſed etiam conſtituit ius, & facit, quod lex complectatur caſum, qui per obſeruantiam ponitur ſub ipſius diſpoſitione, *l. de quibus ff. de leg. & l. nulli ff. quod cuiuſque vniuerſ.* Vbi enim deficit ius ſcriptum, pró lege ſuſcipitur conſuetudo. *Cap. Conſuetudo autem d.* 1. Et ideò retinenda erit hæc obſeruantia iam exiſtens, cum ſit rationabilis, vt alibi diximus.

Atque ità cenſuit, & declarauit Sacr. Congregat. Conc. in *Aſculana participantium* 18. Nouemb. 1662, nempè:

Ad 1. Affirmatiuè.

Ad 2. Negatiuè.

Ad 3. Affirmatiuè.

Ad 4. Seruanda omnia ſeruari ſolita in prima receptione.

Ad 5. Negatiuè.

Ad 6. Pariter negatiuè.

1 *An diſtributiones quotidianas lucretur Canonicus, ſeù Beneficiatus, qui ſolitus cęteroquin inſeruire è Ciuitate legitima vacationis tempore diſcedens in vicinum Oppidum, vndè ſub finem d: vacationis poteſt oportunè reuerti ad inſeruiendum Eccleſię, ſe contulit, ibique ſuperueniente infirmitatis corporalis impedimento, ità detinetur, vt ad Ciuitatem redire, & Choro inſeruire non valeat?*

2 *An id locum habeat, quatenus in ea Eccleſia vigeat contraria conſuetudo?* tom. 5. Conſult. 81.

AD 1. Affirmatiuè: Quia Concil. Trident. concedens Canonicis tempus Vacationis, non obligat, quod quis non exeat è loco, quare quandò Canonicus exit è loco tempore vacationis, vtitur iure ſuo, quod habet, vt poſſit exire, ac frui vacatione ſibi conceſſa. Qui autem vtitur iure ſuo, non facit fraudem legi, etiam ſi ſe ſubtrahat ab obligatione ipſius. *Regul. Nullus ff. de reg. iur. & leg. quod, & lex §. Is tamen ff. de homin. liber. exhib.*

Idque etiam ſi fiat ex intentione non reſidendi, ſiquidem non adeſt fraus, ſed vſus proprius iuris, nec adeſt intentio non reſidendi, quandò adeſt obligatio, ſed intentio ſe ſubtrahendi ab obligatione, quæ non eſt mala, quandò non fit in odium legis, ſed ob proprium commodum; Solum enim eſt malum nolle ſeruare legem quandò obligat.

Itaque dicendum, quod Canonicus tempore vacationis poteſt diſcedere à Ciuitate, & gaudere diſtributionibus prò tempore ſuæ infirmitatis ab eiuſmodi diſceſſu exortæ, etiam ſi præuideat, quod ſit ſuperuentura infirmitas, reddens illum impotentem ad inſeruiendum: Quia pręceptum reſidendi obligat tantum eos, quos reperit potentes ad reſidendum, & alias ſoliti fuere inſeruire, non autem quos reperit impotentes; Vndè quando quis eſt factus impotens, & fuit ſolitus inſeruire, non amplius ſubditur ipſius obligationi; Hæc autem conditio requiritur à Sac. Congregat. Conc. apud Garz. *de beneſię. par. 3. cap. 2. num.* 362. Idem etiam declarauit Sac. Congregatio Epiſcoporum in *Aquilana* die 20. Iunij 1581. & 4 Auguſti 1593. ibi: Dum ius comune diſponit, quod infirmi, & alij participent de diſtributionibus in abſentia, intelligitur dummodò ante infirmitatem, vel impedimentum ſeruire conſueniſſent. Quibus nec Epiſcopus poteſt ſtatuere, nè dentur. Eadem Sac. Congregat. in *Caſtellenatenſi* 20. Auguſti 1602. & tradit Nauar. *de bon. can. cap.* 11. *à num.* 9. Couarr. *var. lib.* 3. *cap.* 13 *num.* 8 & alij; Nam ſi infirmus non erat ſolitus inſeruire, dum benè valebat, tunc infirmitas illius non iudicatur prò pręſentia, & intereſſentia, cum eo caſu ipſa infirmitas non præſtiterit cauſam abſentiæ.

Ad 2. Negatiuè, quatenus conſuetudo ſit legitimè præſcripta, atque ità ad vtrumque reſpondit Sac. Cong. Conc. *ad ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de refor. in N. diſtributionum* 18. Decemb. 1660. Quia, quod dentur diſtributiones infirmis eſt de mero iure Eccleſiaſtico, *cap. vnic. de Cler. non reſid. in* 6. Ergò conſuetudo legitimè præſcripta nè eis dentur poſt elapſum vacationis tempus, vel tempore ipſo vacationis, poteſt pręualere, quia eſt rationabilis, conſtatque ex *cap. fin. de conſuet.* Vbi admittitur conſuetudo rationabilis contra ius Canonicum: Quod autem hæc conſuetudo ſit rationabilis, ex eo deducitur, quia diſtributiones inſtitutæ ſunt prò verè intereſſentibus, ad augendum cultum diuinum; qui autem eſt infirmus, non intereſt, niſi fictè; Vndè cum non ſit æqualis ſeruitij, recta ratio dictat, quod diſtributionibus non fruatur, ſed accreſcant ijs, qui actu inſeruiunt, atque intereſunt.

An Canonici teneantur aſſiſtere, & inſeruire Epiſcopo ſolemniter celebranti? Vide de Ritibus to. 5. Conſult. 83. & alia ad rem.

An punctaturæ poſſint diuidi tam inter præſentes, quam inter abſentes, itàut participet ex eis etiam Canonicus punctatus? tom. 6. Conſult. 14.

REſp. ex Sac. Cong. Epiſc. & Regul. & Sac. Cong. Conc. & ex ſequenti decreto *in Callienſi* 17. Ianuar. 1577.

Viſteſi in Congregatione le propoſte del Capitolo, e riſpoſte di V. S. ſi è riſoluto, che quanto all' applicatione delle diſtributioni quotidiane, ſi habbia da oſſeruare il decreto già fatto fin dall'anno 1571. *dalla Congregatione del Concilio, cioè, che per il* cap. 3. ſeſſ. 22. portiones abſentium, quas iubet diuidi proportionaliter inter intereſſentes, non applicari pio loco. *E procede quando la terza parte di tutte le Dignità Catedrali, & altri corpi d'entrata iui enumerate, foſſe ſtata pigliata, e conuertita in diſtributioni quotidiane per quella ſola ragione, che* in Eccleſia nullæ eſſent diſtributiones quotidianæ, vel ità tenues, vt veriſimiliter negligerentur. *Ma il terzo capitolo della ſeſſione* 22. *che dà facoltà d'applicare le portioni degl'aſſenti à luoghi pij, procede ſolamente in tre corpi d'entrate, cioè Dignità, Perſonati, & Officij, e così non comprende Canonicati, nè altra ſorte di portioni ſimili, & hà luogo, ancorche* non adeſſet illa ratio, quod nullæ, vel tenues diſtributiones eſſent. *E così ſi riducono à concordia queſti due Capitoli.* Et de iure communi diſtributiones quotidianæ debent dari pręſentibus, qui diuinis intereſunt, & inſeruiunt, nec poſſunt aliter applicari *per il cap.* 1. de Cler. non reſid. in 6.

Quatenus igitur conſuetudo, vel ſtatutum, imò & Concilium Prouinciale aliud diſponeret, vel ſunt explicanda iuxtà decretum adductum, vel nulla ipſorum habenda eſt ratio. Vndè multò minus Epiſcopus poteſt applicare Fabricæ, vel alteri pio vſui, vt declarauit Sac. Congr. Epiſc. *in Militenſi* 17. April. 1602. & antea *in Caſtellenatenſi* 13. Iun. 1589.

Illud

Illud mihi probatur, nempè ſi is, qui diſtributiones accepit, ſibique applicauit, donec ei, qui propter abſentiam amiſit diſtributiones, tuuc valida eſt donatio, & poterit eas retinere. Gloſ. *in dicto cap. vn. v. ſuas de Cler. non reſid. in 6.* Nam Canonicus eſt Dominus diſtributionum. Ergò ſicut eas poteſt donare alijs, poterit etiam donare Canonico prædicto.

Neque obſtat Sac. Concil. Trident. *loc. c.* quia prohibet remiſſiones, non donationes; Nec propriè loquendo idem ſunt remittere, ac donare, vt notat Dec. *in l. ſi quis obligationem ff. de reg. iur in 6.*

1. *An Canonici nouiter erecti ab Epiſcopo perfectè acquirant omnia iura Canonicalia?*
2. *An ijdem debeant participare de omnibus diſtributionibus quotidianis, ac rebus alijs? Et*
3. *An Canonici antiqui teneantur ad reſtitutionem fructuum, ac diſtributionum perceptarum ex nouis Canonicatibus prò ea tempore, quo noui Canonici habuerunt litem propter diſcordiam, & varietatem præſentationum habitarum à Compatronis?* tom. 6. Conſult 48.

AD 1. Affirmatiuè, conſtito tamen, Canonicos nouiter erectos eſſe veros Canonicos, & non honorarios tantum, vtique ſequitur, illos perfectè acquirere omnia iura Canonicalia. Abb. *in cap. cum dilectus num. 7. de præben. & cap. cum M. Ferrarienſis num. 30.* Rot. *deciſ. 109. num. 8. coram Caualerio*. Atque adeò vocem in Capitulo. Ratio autem eſt, quia Canonia nihil aliud eſt, quam vis ſpiritualis in Eccleſia, qua iure communi competit locus in Choro ad diuina officia, & cœtera, quæ debent fieri in Capitulo. Fagnan. *cap. cum M. Ferrarienſis num. 25. & 26.* Rota *in Abulen. iuriſdictionis 6.* Febr. 1586. coram Pamphilio.

Ad 2. Etiam affirmatiuè, vt præſuppoſitis ijs, quę ſupra diximus, firmat Fagnan. *in d. cap. dilectus à num. 21.* Monet. *de diſtribut. par. 2. quæſt. 1. num. 7.*

Ad 3. Negatiuè. Patet ex Conſtitutione 106. B. Pij V. incip. *Durum nimis*, vbi huiuſmodi fructuum acquiſitio, pendente poſſeſſione, prohibita eſt Capitulo, & applicatur prouiſo de Canonicatu, licet alias Capitulum haberet ſtatutum concedens eorundem fructuum exactionem; quia ſtatutum debet intelligi, quatenus ſteterit per Canonicos nouiter prouiſos, quominus poſſeſſionem adepti fuerint, non autem quandò Canonici nouiter creati habuerunt legitimum impedimentum. Rot. *deciſ. 732. nu. 7. coram Pegna.* Gratian. *diſcept. 591. num. 34. & ſeqq.*

Similiter *tom. 8. Conſult. 21. in Miſcellan. Summ. num. 7. reſponſ.* habetur ſequens quæſitum.

An ijdem Canonici admiſſi ad omnes honores Canonicales tenentur ad expenſas Eccleſiæ?

Reſp. Affirmatiuè. Paul. Iuriſconſult. *in l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur.* Iuſtin. *in l. vn. §. prò ſecundo in fine ff. de caduc. tollen.* Greg. XV. *deciſ. 263.* dicens, Canonicos teneri contribuere etiam prò litibus, quando reſpiciunt vtilitatem, & commodum Eccleſiæ, vbi Add. latius.

An Beneficiati teneantur thurificare Clericos Seminarij? Vide de Ritib. tom. 6. Conſult. 49.

An bonorum redditus, qui pertinent ad Eccleſiam, non autem ad Capitulum, poſſint Canonici conuertere in vſum proprium, hoc eſt in reparationem ruralium domorum, ac cętera huiuſmodi? tom. 6. Conſult. 50.

NOn poſſunt per *Clem. Quia contingit §. vt autem de Relig. Dom.* & Gratian. *diſcep. 39. num. 28. & ſeq.* Ad cognoſcendum verò, an bona relicta ſint Capitulo, Canonicis, vel fabricæ, inſpici debet eorum diſtinctio. Si enim ſabrica Eccleſiæ diſtincta eſt à Canonicis, & Capitulo, bona Eccleſiæ relicta ipſi acquiruntur, non autem Capitulo, vel Canonicis, Rot. *in Romana penſionis* 19. Nouemb. 1640. coram Cerro. Quin etiam abſque diſtinctione loquendi, legatum Eccleſiæ non cenſetur legatum Canonicis, vel Monachis illius; Nauar. *conſ. 9. per tot. de teſtam.* Roderic. *q. reg. 127. art. 5.* & Rot. *in recen. deciſ 365. num. 30. par. 5.* Vndè quemadmodum legatum factum Canonicis non fit de Menſa Capituli, vt per Felin. *in cap. Auditis num. 14. de præſcrip.* Et legatum factum Capitulo non cedit commodo fabricę. Ità quoque hęreditas delata fabricę ſub diuerſa, & diſtincta ratione, prodeſſe non debet ruralibus Capituli. Imò etiam ſi adeſſet aliqua diſpoſitio, in qua de Canonicis fieret mentio; quotieſcumque tamen reperitur nominata Eccleſia, ſemper Eccleſię, non autem Canonicis relictum cenſetur, cum perlonge in hoc caſu ſtent ſolum demonſtratiuè, & legatum debetur Eccleſię, cuius ipſi cuſtodiam, & curam habent. Rot. *deciſ. 697. num. 16. & 17.* coram Merlino.

An, & quotenus Canonico debeantur diſtributiones Capellaniæ, quam ex diſpoſitione Apoſtolica in prouiſione ſui Canonicatus obtinet ſub eodem tecto? tom. 6 Conſult. 51.

DEbentur, ſi non agatur de duobus beneficijs habentibus reſidentiam, & ſi non doceatur ex particulari conſuetudine, vel ſtatuto, aut fundatione reſidentiam pręciſam requirere, cum de iure pręſumatur beneficium ſimplex, vt probat Gonzal. *ad reg. 8. gloſ. 5. nu. 80.* & Garz *de benefic. par. 3. cap. 2. nu. 4. & 5* quamuis aliquod onus, ſeù ſeruitium habeat, vt eſt in ſpecie *deciſio 489. par. 2. recent.* Etiam ſi adeſſet ſtatutum quod Capellani tenerentur intereſſe horis Canonicis, & diuinis officijs inſer-

nire

Digitized by Google

iure, ſuitque confirmata *deciſ.631. par. 3.* non obſtante fundatione, quod Capellanus teneatur canere Primam, & Completorium cum Litanijs, ac celebrare quotidiè Miſſas. Idem habet *in Aquilana Capellania* 17. Iunij 1657. coram Royas, ac pleniſſimè *in Tiraſonenſi beneficij* 20. Maij 1658. coram Priolo pariter confirmata.

Item vide *tom.9. Conſult.*122. vbi additur; Quod ſi Pontifici non expoſuerit obligationem reſidentię, non deberi diſtributiones, dum non reſidet, cum ei non ſuffragetur Indultum Apoſtolicum quoad teſidentiam, & diſtributiones quotidianas &c.

An Canonici, & Præbendati intereſſentes Matutino, & Laudibus, lucrentur diſtributiones Primæ, licet illi non interſint, & à tempore fundationis ex Indulto Sum. Pontificis ante Sac. Conc. Trid. exiſtant in conſuetudine immemorabili, quæ continuata eſt à tempore publicationis dicti Concilij? tom. 6. Conſult. 52.

AFfirmatiuè: Nam Conſtitutio, quæ reperitur adiecta in limine fundationis, eſt valida: quia per Conc. Trid. non ſuit vllo modo derogatum fundationis ordinationibus. præcipuè Regijs, vt declarauit eius Sac. Congreg. teſtante Garz. *de benefic. par.3. cap.2. num.* 493. Quinimmò *ſeſſ.22. cap. 1. de refor.* illis in quacunque diſpoſitione iuris noui inductiua pręſernat, Lotter. *de re benefic. lib.1. quæſt.32. n.*18. Eſtque clara iuris regula, Fundatorem in limine fundationis poſſe apponere quaslibet conditiones ſibi benè viſas. Rot. *deciſ.* 331. *num.2. par. 4. recent.* Etiam contra ius commune, quotieſcunque accedit conſenſus Ordinarij, vt decidit *deciſ.21. num.3. & deciſ.61. n.2.* & coram Buratto, & ſequuntur Lotter. *d. qu. 92. num.2.* & alij. Optima quidem ratione: Quia cum poſſit quiſque ad libitum de rebus ſuis diſponere, itàut priuatio huius facultatis dicatur contra bonos mores. *l. pen. ff. de pact.* atque adeò ſit contra iuſtitiam, Eccleſia admittit illas conditiones, quas apponunt fundatores in aliqua fundatione. Neque nouum, atque inconueniens eſt, quod in ſtatuendis hiſce legibus tantum deferantur voluntati fundatoris; quia tota ratio conſiſtit in fauore Eccleſię, nè ſcilicet quis retrahatur à fundationibus, ſed potius alliciatur.

Hinc ſuffragatur conſuetudo, cum illa originem habeat à fundatione, & erectione. Tondut. *quæſt. benef. cap.52. par,* 1. vbi clariſſimè aſſerit, quod ſtante immemorabili Eccleſię conſuetudine, quod Canonici teneantur intereſſe, dumtaxat certis horis matutinis, & veſpertinis magni officij, ac Miſſæ, non poſſe Epiſcopum illos cogere ad intereſſendum omnibus officijs, tam minoribus, quam maioribus, ac horis Canonicis. Idemque tradit Sandoual. *de offic. Eccleſ. par.6. cap.27.* vbi ait tòlerabilem eſſe conſuetudinem, quod qui intereſt Matutinis lucretur diſtributiones Primæ. An in fortioribus valere conſuetudinem, vt Canonicus, qui in aurora Miſſam celebrat, ſit immunis à cęteris ſeruitijs Eccleſiæ, totaſque lucretur diſtributiones quotidianas, loculenter confirmat Gratiau *diſcep.*800. *num.*1. vbi teſtatur fuiſſe approbatum à Sac. Congr. Conc.

[Et ad hanc rem, in Cathedrali Frequenti meī ſummaroris Patrię adeſt conſuetudo, vt Canonicus celebrans miſſam in aurora per turnum ſit immunis ab intereſſentia Matutino, & Laudibus, vt ſeruaui, & obſeruaui, dum ibidem Canonicatu decoratus eſſem.]

Receptumque eſt in omnibus ferè Eccleſijs Hiſpaniarum, quod quis lucretur præbendam, ſiuè vt inquiunt groſſam, reſidendo vna Hora, quam conſuetudinem eſſe validam ſcribit Garz. *de benefic. par.3. num.8. de præb. & dignit.* Vbi ſimiliter deciditur, ſuſtineri conſuetudinem reſidendi, ac intereſſendi diuinis prò parte anni, & lucrandi diſtributiones prò toto anno.

An omnes Beneficiati, tam Cathedralis, quam Collegiatarum Ciuitatis poſſint eligere Vicarium Capitularem, & alios Miniſtros &c. Et quid de tribus fratribus Canonicis in ſacris &c. Vide de Vicario tom.6. Conſult.53.

An Beneficiatis, & Capellanis ſit indulgendus habitus Canonicalis? tom.6. Conſult.54.

NEgatiuè. Alias enim confunderetur ordo, non ſolum in terris *cap. Cleros* 21. *d. tot. tit. vt dignit. ord. ſer. lib.*12. Chaſſan. *in catal. glor. mun. par.1. conſ.*77. ſed etiam in Cœlis *C. principium* 45. *de pænit. d.*2. Chaſſan. *par.3. conſid.*20. Tiraquell. *de nobil. cap.37. num.*157. Vt igitur humana ſocietas, & concordia conſeruetur, quę alioquin importuna quaſi confuſione perturbaretur, ordo ſernandus eſt. *C. vlt. 89. d.* Adeò vt Canonici alijque Dignitatem habentes non debeant pati, eam imminui, aut contemni, ſed ad illius conſeruationem teneri Cyriac. *controuer.* 201. id quod ſępius fecerit: Nam cum Beneficiati S. Petri in Vrbe prætendere cepiſſent intereſſe Capitulo, partemque habere in adminiſtratione maſſæ, reiecti fuerunt a Canonicis per Sac Rotam apud Caualer. *deciſ.*57. Controuerſia inter Canonicos S. Mariæ Maioris, & Beneficiatos profligata *deciſ.59. par.7. recen.* Aliæ aliarum Eccleſiarum penè ad clauſulam deductæ apud Caputaque *deciſ 89. par.1. & 309. & 351. par.6. & deciſ.76. & 112. par,7.* ac de illa nobiliori, nè inferiores ſe denominarent Canonicos, ſeù inſignia, & alias prærogatiuas aſſumant. Rot. in *Ampurien. denominationis Canonicorum* 20. April. 1646. coram Meltio, vbi licet nomina, & alia id genus multa ſint ad placitum, attamen

men ſi id queat alteri præindicium afferre prohiberi poteſt.

Debet itàque Canonicus à Beneficiato, & à Capellano diſtingui habitu, ſede, loco, in quibus præeminentia conſiſtit, ex Altograd. *conſ.1. lib.2.*

Et an ijdem Beneficiati poſſint deferre carbaſinam, vulgò Rocchetto, ſicut deferunt Canonici? eodem tom.6. Conſult.59.

Pariter negatiuè ex iiſdem rationibus, & additur, quod Eccleſia repreſentatur per ſolum Capitulum, non autem per Beneficiatos. Seraph. *deciſ.*426. *num.*4. Et ità obſeruatur in Baſilicis Lateranenſi, Vaticana, & Liberiana totius Orbis Inſignioribus. Atque hinc delatio Cappæ, & Rocchetti minimè permittitur, niſi ex ſolo Sum. Pontificis priuilegio, vel ratione Dignitatis, cui hoc priuilegium conſequenter inhæret. Anaſt. Germ. *de ſacr. immun. lib.3. cap.6. num.72. & ſeq.* ac alij.

An Conſtitutio præcipiens, quod Beneficiati, & Capellani obedire debeant ſtatutis Eccleſiæ factis à Canonicis in ijs, quæ pertinent ad ſeruitium eiuſdem Eccleſiæ, extendatur ad facienda in futurum? tom.6. Conſult.55.

Affirmatiuè. Primò quia ſolum agitur de ſeruitio Eccleſiæ, in qua nulla poteſt aſſignari ſufficiens differentiæ ratio, cur potius ſeruari debeant ordinationes iam factæ, quam faciendæ, maximè, quod in dies plura immutantur, nedum quoad dominia, verum etiam quoad morum, ac rituum reformationem, Vndè vigere debet eadem iuris diſpoſitio.

2. Quia verbum *factis* non adeò ſtrictè accipiendum eſt, vt referatur ſolum ad præterita, reſpicit enim tēpus executionis, & obedientiæ per Beneficiatos, & Capellanos pręſtandæ, poſtquā fuerunt factæ Conſtitutiones, cum impoſſibile ſit eas exequi, antequam ſanciantur; Et ſicuti lex omnis proſpicit futuris caſibus. & non præteritis *l. leges C. de legibus cap.2. & vlt. de conſt.* ità hoc verbum, quod non ab homine, ſed à lege eſt, reſpicit omne tempus, habetque tractum ſucceſſiuum, ac perpetuum Bart. *in l. ita legatum num.2. ff. de aur. & arg. legat.* & alibi

3. Quia ſicuti omni tempore Capitulum, & Canonici habent ius condendi ſtatuta, præſertim prò cultu diuino, & ſeruitio Eccleſiæ, de quo nunc agitur, vt ſæpius firmauit. Rota coram Cęſar. de Graſſ. *de his, quæ fiunt à maior. par. Capit. deciſ.4. num.4.* Ac pluries *in Patauina ſedilium* 26. Ianuar. 1618. coram Sacrato. Ità quoque nè reddantur eluſoria, ſeruanda ſunt omni tempore à Beneficiatis, & Capellanis, quemadmodum obſeruantur ab ipſis Canonicis, qui ſunt illorum ſuperiores, aliter enim multa incocinna, & abſurda ſequerentur. Atque ità cenſuit Sac. Rit. Congr. in *Ianuenſi* 24. Auguſti 1652.

An Canonici poſſint leuare aliena cadauera ſine proprio Parocho? Vide de Funeribus tom.6. Conſult.59.

An Beneficiati deferre poſſint Carbaſinam præſularem vulgò Rochettio, ſicuti deferunt Canonici? Vide ſupra de habitu Beneficiatorum hoc eodem tom. & tract. Conſult.54.

De Capitulo quoad funera multa dubia? Vide de Funerib. tom.6. Conſult.74. vbi reſolut. Sac. Congregationis.

An per omiſſionem profeſſionis fidei, amittantur etiam diſtributiones quotidianæ? tom.6. Conſult.77.

Negatiuè. Ità Sac. Congr. Conc. in *Piſtorienſi*, ac alibi ſæpè *ad ſeſſ.24. de refor.* Per omiſſionem enim profeſſionis fidei omittuntur tantum fructus præbendarum, non autem diſtributiones quotidianæ, quas quis ſeruiendo acquiſiuerit: quia appellatione fructuum, quos ſuos facere non poſſunt profeſſionem fidei non emittentes ex Trid. *d. ſeſſ.24. cap.12.* non veniunt diſtributiones, Caſſador. *deciſ. vnic. de Cler. non reſid. num.1. in fin. & deciſ.6. de præb. num.6.* & alij. Rot. apud Cęſar. de Graſſ. *dec.*116. *alias* 5. *de præb. num.1. & in nou. dec.2. eodem tit.* & alibi. Gonzal. *ad reg.8. Cancell. §.2. proem. num.17.* Vbi teſtatur prò hac opinione ità reſpondiſſe Sac. Congr. Conc. Rot. in *Varnienſi Canonicatus* 28. April. & 13. Iun. ac 4. Febr. 1611. coram Sacrato. Sic etiam diſtributiones quotidianæ non dicuntur de corpore beneficij, ſed ſunt diuerſi generis, & naturæ, Cęſar. de Graſſ. *d. deciſ.5. num.4.* Oltrad. *ibidem num.4.* Et patet ex Trid. eodem loco § *præterea.*

An, negligente Capitulo, in conſtituendo Vicario Capitulari intra 8. dies poſt mortem Epiſcopi, poſſit Metropolitanus conſtituere Vicarium Parochum exterum, ſed propinquiorem? Vbi multa de reſidentia Parochorum? Vide de Vicario tom.7. Conſult.4.

An Adiuncti, ſiuè Coniudices Capitulares teneantur iurare, quandò, & in cuius manibus? tom.7. Conſult.6.

Affirmatiuè. Quoad iuramentum præſtandum, quia habent iuriſdictionem vna cum Epiſcopo, & reipſa Coniudices vocentur, ac ſint, vt in terminis tenet, & tuetur Sarau. *de iuriſd. Adiunctor. quæſt.3.* Ideò tenentur iurare de ritè, ac rectè exercendo ſuum officium, ac de obſeruanda Statuta ſuæ Eccleſiæ, iuxta tradita

Digitized by Google

dita à Io: Andr. *cap.1. de his, quæ fiunt à maior. par. Capit.* Cum declaratione tamen, quod præſtatio talis iuramenti non ſit ſubſtantialis prò validitate proceſſus, ac ſententiæ, ità vt, illo omiſſo, adhuc ſententia ſuſtinetur, vt per Bald. *ibidem num.6.*

Et licet hoc iuramentum regulariter præſtandum ſit tempore acceptationis, vel in principio electionis, quæ fit à Capitulo, quemadmodum cæteri Iudices initio ſui officij, ſi tamen id facere neglexerint, non idcircò amitterent iuriſdictionem, ſed tantum illius exercitium, ſicuti nec Capitulum amittit ius eligendi Coniudices, ſi in exordio anni illos non elegerit, Barboſ. *in collect. ad d. locum Conc. num.5.* Hinc ſi contingerit tempore electionis non iuraſſe, adhuc videtur, non poſſe tunc Epiſcopum per ſe ſolum procedere, ſicuti nequit quandò Capitulum in principio anni Coniudices non elegerit, niſi præuia monitione, vt cenſuit Sacra Congregatio, teſte Sarania *quæſt 13.*

Recipi autem debet à Capitulo. Siquidem electio Adiunctorum ſpectat ad Capitulum, iuxtà diſpoſitionem Conc. *d. cap.6.* Præſtatio autem iuramenti fieri debet in manibus eligentis, vel perſonæ ab eo deputatæ, ad tex. *in Clem. vnic. iur. iur. §. Porrò.* Maximè, quod Adiuncti in iudicando repræſentant Capitulum; nam de iure antiquo Capitulum erat Iudex competens in cauſis arduis, & Criminalibus Capitularium. Rot. apud Mohed. *deciſ.2. de for. comp.* Et ex hoc profluxit deputatio Coniudicum à Concilio ordinata, Lotter. *l. c. num.62.*

An Canonicus Pœnitentiarius poſſit eligi in Confeſſorem Monialium? tom.7. Conſult. 24.

NEgatiuè regulariter, ſecus autem ſi Epiſcopus aliter iudicauerit: Nam nullam habet prohibitionem Canonicus Pœnitentiarius exercendi munus Confeſſarij Monialium, ac propterea id ſolum cõſiderãdum eſt, an valeat vtrique muneri ſatisfacere: ſi autem poterit, non videtur prohibendus, ſed commendandus, præſertim quia non apparet definitum tempus, quo debeat incumbere confeſſionibus audiendis, ſed committatur arbitrio Epiſcopi, iuxtà decreta Sac. Congr. Conc. relata à Barboſ. *in collect. ad Conc. in Ianuenſi* 11. Septemb. 1666. cenſuit, in hoc caſu non eſſe prohibendum.

An, & quatenus debeantur diſtributiones Canonico abſenti prætextu inimicitiæ? tom.7. Conſult. 14.

LIcet inimicitia ſit iuſta cauſa dandi licentiam abſentiæ ad effectum lucrandi diſtributiones; non tamen ſufficit, antequam licentia impetretur à Superiore, ad quem ſpectat cognoſcere de iuſtitia, & veritate cauſæ *cap. relatum 4. de Cler. non reſid.* vbi Doctores, Add. *ad Greg. deciſ.15. num.8.* Rot. *deciſ.608. num 3. par.1.* & reſoluit Sac. Congr. apud Monet. *de diſtribut. par.2. quæſt.5. ſub n.72.* & alij. Quippè debet eſſe legitima, & legitima cauſa ea dicitur, quæ datur ab eo, ad quem de iure competit: nam inimicitiæ regulariter, non excuſant à reſidentia Cathedralis, vt cenſuit Sac. Congreg. Epiſc. 6. Auguſti 1601.

Deindè oportet, quod abſentia non ſit longa: quia Sac. Congr. Conc. non concedit licentiam ex cauſa inimicitiæ, niſi ad annum, vt in *loco cit.* & poſt annum mandat vel reſignari, vel permutari, vt in reſolutione, quam refert Barboſ. *de Canon. cap.23. num.38.*

Poſtremò, quod acceptare debeat oblatam reconciliationem, & ſimulantes deponere, pacem curare, cum eatenus excuſetur, quatenus non valeat pacem obtinere. Bonac. *l. c. nu.8.* Vbi quod tenetur acceptare reconciliationem, etiam cum dedecore, dummodò non ſit graue, cum gloria Sacerdotis ſit ignoſcere, non vlciſci. Archid. & Honorius Auguſti *in l. ſi quis in hoc C. de Epiſc. & Cler.* quamuis non ſatisfaciat inimicus.

Denique ſi non extet in Eccleſia conſuetudo, quod abſentia cauſa inimicitiæ non ſuffragetur, quæ ſeruanda eſt: quia eſt rationabilis, nè ſcilicet diuinus cultus minuatur. Monet *de diſtribut. par.2. quæſt.12. num.40.* Garz. *de benef. d. par.3. cap.2. num.360.* Vbi ſic declaratum refert à Sac. Congregatione.

An Canonicus diſpenſatus ſuper ætate, cenſeatur diſpenſatus à promotione ad Subdiaconatum, & vſque ad quem annum, & in quam pœnam incidat, ſi non promoueatur? tom.7 Conſult. 29.

VIdetur, quod donec ſit idoneus ad ordinem ſuſcipiendum, cenſeatur acceſſoriè diſpenſatus, vt non promoueatur: quia diſpenſatio ſine alia ſuſtineri non poteſt. Ità Rebuff. *in prax. benefic. par.2. tit. de non prom. intr. ann. num 15.* & alij, ſed poſtquam peruenerit ad ætatem idoneam Subdiaconatui 22. annorum, tenetur ordinem ſuſcipere, & cogi poteſt, vt declaratum tradit Garz. *de benefic. par.3. cap.4. num.7.* quam declarationem refert per extenſum Barb. *ad Conc. ſeſſ. 22. cap.4. num.6. de refor.* Et conſonat ſtylus Datariæ, quæ huic diſpenſato addit decretum in diſpenſatione, quod cum primum 22. annum ſuæ ætatis attingerit, ad Subdiaconatus ordinem ſe promoueri omninò facere teneatur; alioquin Canonicatus, & præbenda vacent eò ipſo, vt latius in formula relata à Pirro Corado *in prax. diſpenſ. lib.4. cap.2. num.40.* Ratio eſt, quia annus promotionis currit Canonico à tempore, quo ſit idoneus ad Canonicatũ, & ſic ab initio anni 21. quæ eſt ætas legitima ad obtinendum Canonicatum Subdiaconalem, quandò Ordi-

nes

nes ſunt iam diſtincti, quicquid ſit vbi adhuc non eſt facta diſtributio ad cumulata per Barboſam *d. tract. de Canon. cap.3. num.9.* vbi refert authoritates, & deciſiones.

Propter hunc ſtylum, videtur hunc diſpenſatum, qui neglexerit promoueri anno 22. amiſiſſe Canonicatum: quia licet pœna iuris ſit ſola amiſſio dimidiæ partis diſtributionum, iuxtà *Clem. vt ij de ætat. & qualit.* tamen vigore ſtyli Datariæ, videtur incidiſſe in priuationem ipſo facto. Vnde non requiri ſententiam tradit Nauar. *cap.25. num.* 118. & communem ait Garz. *par.11. cap.10. num.28.* quia non eſt pœna, ſed conditio reſolutiua.

Regulariter electiones Eccleſiaſticæ fieri debent à maiori, & ſaniori parte Capituli ad hoc, vt electio dicatur Canonica, ad formam [cap. 1. de his, quę fiunt à maior. par. Capit.] Hinc quæritur:

1 *Quæ dicatur ſanior pars Capituli?*

2 *An ſanior pars minor præferatur maiori non ſaniori parti, vel requiratur copulatiuè, quod pars ſanior, ſit etiam maior, ad hoc, vt electio dicatur Canonica?*

3 *Quomodò procedat in praxi, quod requiratur copulatiuè maior, & ſanior pars, ſi maior pars numeri tantum præferatur minori?*

4 *An regula maioris, & ſanioris partis procedat tam in ſcrutinio aperto, quam ſecretò, ſi non appareat, qui fuerint eligentes, dum ſecretò votum protulerunt?*

5 *An regula ſanioris partis procedat etiam in electionibus, in quibus de iure, vel ex conſtitutione requiruntur duæ ex tribus partibus electorum?* tom.7. Conſult. 61. ac tom.5. Conſult.16.

Ad 1. Illa dicitur pars ſanior, quæ reſpectu conſilij, & materiæ ſubiectæ, zelo, ac merito innititur. Hoſtien. *in ſum. tit. de elect. §. & ſanior*, ac alij.

Ad 2. Affirmatiuè, quandò pars minor rationabiliter mouetur, maior verò irrationabiliter; tunc enim præualet minor, & intelligitur maior reſpectu conſilij ſanior, vt *in Can. ſanè d.9.* Hoſtien. *ibid. de his, quæ fiunt §. Veruntamen.*

Ad 3. Id euenit, quia ea pars, quæ ſanior eſt, ſiuè ſit maior numero, ſiuè minor, ſemper dicitur maior: nam maior pars dicitur, quæ maiori ratione, & pietate nititur. *d. Can. ſanè.*

Ad 4. Affirmatiuè, vt deſumitur ex *Can. in nomine Domini §. eligatur deciſ.*23. & alibi. Quibus in locis ſit electio etiam per ſcrutinium, & tamen requiritur pars maior, & ſanior.

Ad 5. Etiam affirmatiuè, quia etiam in hoc caſu locum habent rationes, quæ militant contra irrationabilitatem iudicij maioris partis, cum pars ſanior ſemper præualere debeat, & in omni caſu, per tex. *in cap. duum de elect. Can. illud* 23. & alibi.

Canonicatus vacans in Eccleſia titulari per obitum familiaris, eſt nè conferendus de conſenſu Cardinalis Patroni, an verò Cardinalis Titularis? tom.7. Conſult.67.

Conferendus eſt de conſenſu Cardinalis Titularis: nam Cardinales de iure in Eccleſiis ſuorum Titulorum habent ius conferendi Canonicatus, & quæcumque alia beneficia in eis exiſtentia. *cap. bis, quæ de maior. & obed.* Vbi Abb. & Felin. *in princ.* Rot. *deciſ.*423. *num.*3. *par.*2. *recen.* cum aliis per Barboſ. *de iure Eccleſ. cap.4. num.36.* Vbi quod intelligitur dummodò Cardinales tempore vacationis ſint præſentes in Curia. De quo vide latius *tom.*10. *Conſult.*117.

Et quamuis etiam Cardinales Titulares priuentur hoc iure conferendi, dum beneficia vacant apud Sedem, tamen collationis loco habent conſenſum, etiam quod beneficium vacet per obitum familiaris alterius Cardinalis, vt expreſsè ſtatuitur *in reg.* 32. *hodie* 33. Et in ſpecie tenet Æneas de Falcon. *de reſeruat. effect.*17. vbi, quod ità ſeruatur. Sarmeo. *ſuper reg. de impetr. benef. per obit. familiar. Card. quæſt.*19. *n.*1. & plenius Mateſcot. *var. lib.*2. *cap.*94. *n.*1.

An ad effectum priuandi Canonicum Canonicatu, vel Beneficiatos Beneficijs requiratur integrum triennium ob non reſidentiam? Vide de Reſidentia tom.7. Conſult.75.

An, & quatenus Cânonicatus, & Præbendæ diuidi poſſint? tom.7. Conſult.75.

Licet Canonicatuum, ac Præbendatum diuiſio regulariter prohibita ſit ex Conc. Turonenſis decreto, quod habetur *in cap. maioribus de præben.* tamen hoc fallit, quandò diuiſionem ſuadet rationabilis cauſa, vt expreſsè diſponitur *in cap. vacante eodem tit.* Quandò igitur in aliqua Eccleſia adeſt penuria Miniſtrorum deſeruientium, habito reſpectu ad multiplicitatem, ac prolixitatem officiorum, quæ in ea quotidiè celebrantur, ac decantantur, clarum eſt, tunc ſubeſſe cauſam rationabilem, ex notatis per Abb. & Imol. quos omnes ſequuntur *in d. cap. vacante*, vbi narrantur requiſita ad hoc, vt fiat diuiſio, nimirum, vt accedat Diœceſanorum, & Capituli conſenſus, vt ſubſit rationabilis cauſa, nimirum paucitas Canonicorum prò ſeruitio, ſeu quod Eccleſia patiatur defectu Miniſtrorum deſeruientium, & vt redditus præbendæ diuidendæ ſufficiant competenter vtrique præbendato.

De Canoniro decedente extra Canonicam in aliqua Parochia prò iure Parochiali, prò funere, prò ſepoltura &c. Vide de Sepulturæ electione tom.8. Conſult.5.

An Archiuiſta Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ eligendus ſit cum conſenſu, & approbatione Epiſcopi, ità vt nemo alius ingredi in Archiuium valeat, niſi qui licentiam ab illo obtinuerit? tom.8. Conſult.16.

NEgatiuè: quia cum ex iure communi non dubitetur, Archiuium eſſe priuatum Eccleſiæ Collegiatæ, illiuſque Capituli, ad d. Capitulum ſpectat eius libera adminiſtratio, cura, & cuſtodia per tex. *in cap. relatum 2. de teſtam. cum alijs allegatis in Valentina adminiſtrationis 2. Decemb.* 1587. *coram Bubalo*. Tum quia quilibet de re ſua eſt moderator, & arbitrer, haberque adminiſtrarionem; Tum quia cuſtodia ſpectat ad eum, ad quem res pertinet, ex trad. à Rim. *conſ.95. n.76. & ſeq.* & quandò plures ſunt Domini, vt in Capitulo, tunc cuſtodia ſpectat ad digniorem, ipſeque debet retinere claues, vndè cum prætenrio Epiſcopi tendat ad tollendum à Capitulo adminiſtrationem Archiuiſtæ, & ius retinendi clauem, ac priuandi Capitulum facultate vtendi ſcripturis in eo exiſtentibus, reijcienda eſt, tam contrà Epiſcopum, quam contrà quoſcumque alios: quia Epiſcopus non valet præiudicare Capitulum tam circa iura, & eorum limitationem, quam circa electiones. Imol. *in Clem. ne Romani num.21.* ibique Zabar. *num.6. & alij communiter de electione*.

An Canonici habentes indultum non reſidendi per duos menſes, gaudeant diſtributionibus quotidianis, ſi redditus prò maiori parte conſiſtant in diſtributionibus? tom.8. Conſult.21. Miſcell. num.8.

NEgatinè. Honor. III. *in cap. licet de praben.* cum diſtributiones debeantur tantum intereſſentibus Horis Canonicis, & concinit *cap. de cętero de Cler. non reſid.* Poſito tamen, quod præbendæ non ſint diſtinctæ, poteſt demi tertia pars. Ricc. *in prax. reſol. 70. num.3.* Alioquin gratia eſſet inanis; non comprehenduntur tamen inter diſtributiones mortuaria, & alia, quæ in dies diuiduntur. Rot. coram Merlino *par.6. deciſ.59. num.3.* & coram Veroſpio *d. par.6. deciſ.32. num.7. recent.* Et declarauit Sac. Congr. Conc. *in Anagnina* 15. Kal. Maij 1568.

An liceat Epiſcopo ſupprimere beneficia, Canonicatus, & dignitates? tom.8. Conſult.30.

AFfirmatiuè de iure communi, vbi concurrunt iuſta cauſa, & conſenſus Capituli, tex. *in cap. cum acceſſiſſent 8. de conſtit.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 67. per tot.* Rot. coram Mantic. *deciſ.114. num.2.* Quamuis ſuppreſſio fiat per modum diſmembrationis, tollendo, & diſmembrando ab vno, & dando, & concedendo alteri. Tambur. *de iur. Abb. tom.3. diſp.15. quæſt.6.*

De iure ſpeciali Tridentini id quoque reperitur permiſſum *ſeſſ.24. de reſor. cap.15.* & ibi Sacra Congregatio cenſuit, ſuppreſſionem factam ab Epiſcopo, & Capitulo Aretino de quatuor Canonicatibus fuiſſe legitimam.

Ad terminos iuris communis cauſa ſufficiens eſt fructuum diminutio, cum quibus ſupportari nequeant onera annexa beneficio, vt docent citati, & *ex cap. vlt. de verb. ſignif.* Lotter. *de re beneſic. lib.1. quæſt.28. n.80.83.* & ſeq.

Ad terminos Sac. Conc. ſufficit, quod præbendæ ſint frequentes, & tenues *d. cap.15. ſeſſ.24. de reſor.* Barboſ. *d. cap.* Bellarm. *in obſeru. ad idem in princ.*

Sunt enim, qui dicant, neceſſarium eſſe beneplacitum Papæ, & tutius rem geri, ſi illud importatur. Gloſ. *in d. cap. cum acceſſiſſent v. confirmatum* Butr. *ibidem n.15.*

An Canonici poſſint cogi ab Epiſcopo ad aſſiſtendum vti Conuiſitatores in viſitatione Diœceſis? Vide de Viſitatione tom.8. Conſult.35.

De cenſuris contrà Canonicum Eccleſiæ exempte? Vide de Cenſuris tom.8. Conſult.125.

1 *An Capitulum ex diſpoſitione teſtatoris, vt in caſu poſito, teneatur perpetuum Eccleſiæ ſuæ ſeruitium abſque vlla vacatione præſtare? & quatenus teneatur?*

2 *An ſaltem ſubſint rationabiles cauſæ indulgendi, vt quotannis trimeſtri vacatione gaudeat?* tom.8. Conſult.148.

AD 1. Negatiuè, ſed ei licere per tres menſes vacare quolibet anno iuxtà Trid. *ſeſſ.24. cap.12. de reſor.* quia mens teſtatoris præſumitur diſponere ſecundum menſuram iuris communis, & ille ſe accommodare, vt rationabilis ſit, iuxtà Iaſon. & alios *in l. cauſas num.6. C. de tranſact.*

Ad 2. videtur etiam poſſe vti iure, quod tribuit Tridentinum *d. cap.12. & cap. ſignificatum de præben.*

At nihilominus Sac. Congr. Conc. *in Cremonenſi ſeruitij* 16. Septembr. 1662. cenſuit ex gratia eſſe duos menſes indulgendos; ſeruanda enim eſt mens, & voluntas teſtatorum quoad fieri poteſt.

Expli-

Explicatur indultum Sacræ Congregationis Conc. quomodò intelligatur illis verbis prò ſtudentibus: [Quod ſi fructus præbendales quartam partem diſtributionum non attingant? tom. 9. Conſult. 83.]

1 *An ſcilicet ad effectum faciendi reſeruationem, & lucrandi duas ex tribus partibus, requiratur, quod præbenda non aſcendat ad vnam quartam partem diſtributionum, an verò, quod non excedat tres ex quatuor partibus diſtributionum?*

2 *An cauſa in reliquis remittenda ſit ad Iudicem ſuum, prout de iure vigore Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 5. de refor. cap. 1. in fin.?*

Quoad 1. reſp. dicta verba intelligi debere, quod præbenda non excedat tres ex quatuor partibus diſtributionum, tam reſpectu ſenſus litteralis, quam rationis, ſi conſideretur forma reſcripti.

Etenim ſunt conſtituendæ, ſiuè numerandæ quatuor partes diſtributionum, nempè prima, ſecunda, tertia, & quarta, & ad effectum attingendi quartam partem, præbenda debet prius excedere tres partes antecedentes, & poſteà aliquid accipere de ipſa quarta parte: nam verbum *attingere* non ſignificat perficere, ſiuè complere vnam quartam partem tantum, ſed ſignificat leuiter attingere, ſiuè incipere, quod etiam in obolo comprobari poteſt, prout etiam quandò dicitur: attingere 25. annum, intelligitur excedere 24. & incipere 25. alias enim ſequeretur abſurdum, quod ſi præbenda conſiſtat in obolo, omnes diſtributiones amitti debeant, cum verbum attingere, vt dixi, in obolo quartæ partis comprobari poſſit.

Ad 2. Affirmatiuè, ſaltem in caſu, quo extet conſuetudo, ac diſpoſitio Synodi Diœceſanæ, quæ debent attendi, etiam quoad lucrandas diſtributiones quotidianas cauſa ſtudij, vt ſpeciatim firmat Dec. *in cap. cum omnes in 2. lect. ſub num. 6. de conſtit.* Couar. var. *reſol. lib. 3. cap. 13. num. 5. & alij.*

An Statutum Eccleſiæ tribuens antianitatem Canonicis, procedat etiam in Canonicis Coadiutoribus? Vide ſupra tom. 4. Conſult. 84.

An, & quatenus Canonici moderni teneantur ad reinueſtimentum pecuniæ non factum à ſuis anteceſſoribus? tom. 9. Conſult. 84.

Affirmatiuè. Sed prò eorum liberatione agere debent contra hæredes notos Canonicorum anteceſſorum, qui extabant eo tempore, quo non fuit factum reinueſtimentum, & contrà hæredes ignotos procedere per deputationem Curatoris, iuxta praxim traditam à Salustio Tiberio *lib. 1. cap. 54* paſſim receptam, & approbatam. Completoque proceſſu, ac relaxato contra omnes, & per diligentias executoris, partibus citatis, deputati, repertis alijs non ſoluendo, peti debet relaxatio mandati contrà exiſtentes ſoluendo, prò integra ſumma, ſiuè ſolido.

An decretum Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de refor. requirens in Canonicatibus Ordines Sacros, locum etiam habeat in Eccleſijs Collegiatis? Et quatenus in eis locum habere poſſit? tom. 9. Conſult. 108.

Ad 1. Negatiuè, ſed locum habet in Eccleſijs Cathedralibus tantum, non autem in Collegiatis, in quibus ſimplices Clerici ætatis 14. annorum admittuntur in Canonicos, Abb. *in cap. 2. num 5. de inſtit.* Monet. *de diſtrib. quot. d. par. 2. quæſt. 19. ab Homob. de homil. ſtat. par. 1. cap 9. num. 2.* Concilium enim in illis nihil innouauit, vt ex declarationibus Greg. XIII. & Sac. Congr. Conc. apud Leon. *in theſ. for. Eccleſ. par. 2. cap. 18. num. 20. & 21.* Et ideò, quod Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ ſit Sacerdos, quodammodò accidens eſt; Cum huiuſmodi Canonicatibus non ſit neceſſe recipiendi Ordines Sacros.

Quod ſi illis tantum Canonicis onus huiuſmodi annexum eſſe dicamus, qui Ordines Sacros habent, ad imparia Canonici iudicarentur, nec inter eos æqualitas ſeruari videretur; imò ex hoc poſſent fortaſſe retrahi à ſuſceptione dictorum Ordinum, qui dicta onera negligunt; quod eſſet contrà mentem Sac. Conc. quod licet non obligauerit ad Sacros Ordines Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ, in omnibus tamen eos deſiderauit, & ideò *ſeſſ. 22. cap. 4. de refor.* innouando diſpoſitionem Clem. 5. *vt ij de ætat. & qualit.* voluit, vt quicunque in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia ſæculari, vel Regulari diuinis mancipatus officijs in Subdiaconatus Ordine ſaltem conſtitutus non ſit, vocem in huiuſmodi Eccleſijs in Capitulo non habeat.

Quæ nam requirantur, vt quis abſens à ſeruitio Eccleſiæ ſuæ lucretur fructus, ac diſtributiones? tom. 9. Conſult. 113.

Duo præcipuè requiruntur. Iuſta abſentiæ cauſa, & licentia Ordinarij, Gloſ. *in cap. relatum v. Prælatorum de Cler. non reſid.* ac firmat Rot. in cauſa ſibi tranſmiſſa à Sacra Congregatione Conc. in *Licienſi fructuum* 21. April. 163. coram Pamphilio, ac *deciſ.* 401. *n. 2.* & alibi; Vndè qui abeſt à ſeruitio Eccleſiæ, non prò ipſius Eccleſiæ vtilitate, ſed prò tuenda poſſeſſione beneficij, non lucratur fructus, neque diſtributiones, vt per Io: And. Gemin.

R 2 Butr.

Butr. & alios non probat Rot. *in cit. Licierſi* *§. accedit* Et nos ſupra alibi diximus.

Item vide ſequentes duas Conſultationes *hoc eodem tom.* nempè *Conſul.* 124. & 115. ac per multas reſolutiones Sac. Congr. pleraſque ſupra citatas,

1. *An Canonicus, qui per Ordinarium à Diuinis ſuſpenſus, ex quo oneri Miſſarum ſuo Canonicatui iniuncto ſatisfeciſſe non docuit ſine licentia Ordinarij à reſidentia abſens, & ad Vrbem ſe conferens, cauſamque agitando in Sac. Congreg. Epiſc. percipere debeat tempore huiuſmodi abſentia diſtributiones quotidianas?*
2. *Et quid de Canonico non comprehenſo in Interdicto contra Dignitates, & Canonicos relaxato? Vbi*
3. *An diſtributiones poſſint ad hæredes tranſmitti?*
4. *Et quid, durante ſuſpenſione Interdicti?*
5. *Quidue ſi fuerint diſtributa inter Canonicos?*
6. *Et quid denique de conſuetudine aſſignandi, ac ſoluendi prius diſtributiones Canonicis antiquioribus?* tom. 9. Conſult. 117.

AD 1. Deberi diſtributiones à die ſuſpenſionis cum iniuſtè fuerit ſuſpenſus; Suſpenſus enim non poteſt deſeruire, donec à Superiore abſoluatur, & ideò dum ſuſpenſio eſt iniuſta, non debet, nec poteſt priuari diſtributionibus. Felin. *in cap. Apoſtolicæ num.* 12. *de except.* Nauarr. *conſ.* 11. *num.* 6 *de Cler. non reſid.* & alij.

Iniuſtitia patet ex eo, quod, licet Miſſæ non poſſint applicari ad libitum, quandò quis tenetur eas celebrare in aliquo loco ratione beneficij, ſiuè Capellæ, legati, aut ſalarij, vt in decreto *de celebr. Miſſar. poſt Bullam* 44. *Vrb. VIII. declar.* 4. Id tamen non procedit, niſi conſtet de vno ex dictis quatuor titulis, ſecus verò, quandò ex conſuetudine, vel Synodali decreto tenetur celebrare, vt in ſpecie declarat Gauant. *in comm. ad rub. Miſſal. par.* 3. *tit.* 12. *nu.* 5. inferens ad Canonicos, quod nõ tenentur, niſi prò Miſſa Conuentuali, non autem prò alijs, niſi aliundè oſtendatur vel fundatio, vel legatum, vel ſtipendium; Ideòque nullo pacto tenebatur hic Canonicus, cum hęc non fuerint oſtenſa; Vndè iniuſta fuit ſententia ſuſpenſionis.

Ad 2. Huic Canonico debentur fructus, ac diſtributiones quotidianæ prò tempore interdicti; Cum enim non fuerit in interdicto comprehenſus, ex quo ſe paratum obedire obtulerit, ac ſolitus eſſet Diuinis Officijs intereſse, ſed facto Capituli, ſiuè aliorum Canonicorum obedire recuſantium impeditus, nè intereſſet, reputari debet tanquam præſens ad effectum lucrandi fructus ſui Canonicatus, ac diſtributiones, non ſecus ac ſi reſediſset. Prob. ad Menoch. *in cap. vn. de Cler. non reſid. in* 6. Pariſ. *conſ.* 32 *num.* 10 & 24. *lib.* 4. & alij. Rot. *in Cæſarauguſtana* 1. Iul. 1640. coram Coccino.

Ad 3. Vide tom. 4. Conſult. 126. vbi ſatis dictum eſt.

Ad 4. Non obſtat, ſi ſuſpenſio fuerit à Nuncio reuocata, durante tempore Interdicti, non enim potuerat ab eo concedi, ſi ſolum fuerat ſimplex exequutor mandati *ad tex. l.* 1. *Prætor* 75. *ff. de iudic.* Surd. *conſ.* 405. *num.* 15. & alij.

Ad 5. Vide tom. 3. Conſult. 19. Summ. num. 3. Vbi ſatis.

Ad 6. Vide eodem tom. 3. Conſult. 30. Sum. nu. 1. vbi plenè.

An ſit laudabilis, atque iuridica conſuetudo, nè Beneficiati ſedeant, dum in aliquibus actibus admittuntur coram Capitulo, quinimò ſtare debeant capite aperto? tom. 9. Conſult. 118.

AFfirmatiuè Rot. *in Hiſpalenſi præeminentiarum* 4. Iunij 1612. coram Innocen. X. *inter recentiores par.* 1. *deciſ.* 416. *num.* 2. Barb. *de Canon. cap.* 4. *nu.* 41. Coram enim viris conſpicuis non licet ſedere, neque caput operire ſine ipſorum nutu, Statius in Thebid. *lib.* 1. *v.* 203. Tertull. de orat. & S. Baſilius *de abdicat. ſæculi.*

Multòque magis in illis Eccleſijs, in quibus ex Conſtitutionibus Apoſtolicis Capitulum habet ius inſtituendi, ac deſtituendi ipſos Beneficiatos, ac ſubſunt eidem Capitulo, Caualer. *deciſ.* 57. *num.* 4. Et nullam vocem habent ſuper bonis iuribus, ac negocijs Eccleſiæ.

De ambitu in electionibus Eccleſiaſticis? Vide de Vicario tom. 9. Conſult. 125.

1 *Quænam priuilegia, indulta, exemptiones, & concordiæ ſublatæ ſint à Conc. Trid.* cap. 20. in fin. ſeſſ. 24. de ref. & cap. 6. ſeſſ. 25?

2 *Quænam dicantur concordiæ confirmatæ ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione?*

3 *Qua ratione ſe gerere debeat Epiſcopus quoad viſitationem Capitulorum exemptorum? ibique de huiuſmodi exemptionibus, & concordijs?* Vide de Viſitatione tom. 9. Conſult. 129.

An Cantori Capellæ Pontificiæ debeantur in abſentia fructus ſui Canonicatus? tom. 9. Conſult. 130.

DEbentur fructus Canonicatus, & præbendæ, non autem diſtributiones, iuxtà diſtinct. tex. *in cap. cum dilectus de Cler. non reſid.* Quoad fructus ratio eſt: quia Cantores Capellæ Pontificiæ ſunt veri familiares Papæ, iuxtà Conſtit. Sixti V. editam anno 1586. §. 3. quæ habetur in 9. *Bullario tom.* 2. Fuitque poſteà confirmata a Paulo V. quod anteà dixerat Rota apud Guidobon. *deciſ.* 183. vndè intrat diſpoſitio *d. cap. cum dilectus de percipiendis fructibus in abſentia*, Zabarell. *conſ.* 44. Monet. *de diſtrib. par.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 10. & alij. Ac declarauit Sacra Congr.

Digitized by Google

Congr. Conc. in ſubſtituto Diaconi, & Subdiaconi eiuſdem Capellæ, & ſic in caſu magis dubitabili. Accedit, quod alias familiares Epiſcopi eſſent melioris conditionis, qui dum inſeruiunt Epiſcopo, faciunt fructus ſuos, *cap. de cætero, & cap. ad audientiam de Cler. non reſid.*

Quo verò ad diſtributiones ratio eſt, quia vt illas quis lucretur, requiritur non ſolum præſentia, ſed etiam intereſſentia, ideòque familiaribus Papæ, qui ſolum habentur pro præſentibus, non debentur, Abb. *in d. cap. cum dilectus*, Garz. vbi *ſupra num.* 385. ac Rot. *in Illerden. diſtributionum* 2. Iunij 1598. coram Gypſio, & *Barbaſtren. Canonicatus* 26. Iun. 1626. coram Duran.

1 *An Canonicus non Sacerdos Coadiutus in Eccleſia, in qua, vt quis percipiat fructus, & diſtributiones Canonicatus, requiritur per illius ſtatutum Ordo Sacerdotalis, poſſit illos percipere, ſi eius Coadiutor habeat omnes qualitates à d. ſtatuto requiſitas? Vbi.*

2 *Quid ſi Coadiutor ægrotet, atque ità Eccleſia careat tam Coadiutoris, quam Coadiuti ſeruitio? An ſcilicet tempore infirmitatis Coadiutoris, Coadiutus, ſi habilis ſit, teneatur inſeruire?* tom. 9. Conſult. 131.

AD 1. Affirmatiuè; Cum igitur Coadiutor eſt Presbyter, & inſeruit Eccleſiæ, iuxtà formam ſtatuti, debet gaudere fructibus diſtributionibus, ac voce Capitulari, ac omnibus iis, quibus Coadiutus gauderet, ſi præſens eſſet, ac in diuinis inſeruiret, *cap. 1. de Cler. ægrot. in 6. cap. ex parte eodem tit.* Put. *deciſ.* 226. ac Rot. *dec.* 276. *par.* 1. *recen.*

Nec obſtat Statutum Eccleſiæ: Quia ſatis videtur neceſſitati Eccleſiæ prouiſum, dum Canonico non Sacerdoti datur Coadiutor Sacerdos; Alias enim quæ in gratiam Coadiuti fuerunt conceſſa, retorquerentur in illius odium, Put. *deciſ.* 98. *lib.* 2. & Rot. in *Salamantina Coadiutoriæ* coram Pegna.

Ad 2. Negatiuè: Quia Coadiutor quandò ægrotat, vel alias legitimè impeditur, habetur prò præſente, atque adeò lucratur fructus, ac diſtributiones, tanquam ſi actu inſeruiret. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 5. § 9. *num.* 15. & Garz. *de benefic. par.* 4. *cap.* 5. *num.* 8.

An Canonico, qui poſtquam fuit Canonicatu prouiſus, Eccleſiæ non inſeruiuit, neque intra bimeſtre fidei profeſſionem emiſit, debeantur fructus, ac diſtributiones? tom. 9. Conſult. 132.

NEgatiuè, etiam ſi iuſta cauſa fuiſſet abſens, & ideò non potuerit Eccleſiæ inſeruire. Quoniam abfuit antequam faceret primam reſidentiam, vt declarauit Sac. Congreg. Concil. apud Garz. *de benefic. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 52. Barb. *de Canon. & Dignit. cap.* 17. *num.* 33. & alij, Rot. *deciſ.* 256. *num.* 1. coram Coccino, imò percepti ſunt reſtituendi, non obſtante etiam quacumque longi temporis poſſeſſione, Barb. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 61. *num.* 26. & *de Canon. d. cap.* 17. *num.* 29. & *ad cap.* 12. *Conc. num.* 32. Ac ità, vt nè licentia quidem conceſſa à Capitulo cum conſenſu Ordinarij excuſet: Quia nec Capitulum, nec Epiſcopus poſſunt remittere pœnam inflictam à Sac. Conc. Garz. *loc. cit. num.* 50. & 52. Nec poſſint Capitulum, aut Epiſcopus eoſdem fructus ei remittere, vt pluries declarauit Sac. Congreg. Conc. teſte Rubeo *ad deciſ.* 576. *num* 59. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* ac Rota *dec.* 1. *num.* 12. & *ſeq. d. par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Vtrum in decreto, quod omnes redditus Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ conuertantur in diſtributiones quotidianas, comprehendi debeant redditus Miſſarum, & Anniuerſariorum? tom. 9. Conſul. 134.

DIſtinguas. Si hoc decretum intelligatur, nè de huiuſmodi redditibus participent, niſi actù interuenientes Eccleſiæ, poteſt comprehendere legata Miſſarum, & Anniuerſariorum per tex. *in cap. vnic. in fine*, vbi Gloſ. *v. idem de Cler. non reſid. in* 6. Dum Pontifex præcipiens diſtributiones quotidianas non dari, niſi intereſſentibus horis diuinis, ſubdit, idem quoq; procedere in funeralibus. Idq; videtur eſſe ad mentem Sac. Conc. Trident. *d. cap.* 3. *ſeſſ* 21.

Si verò intelligatur ad effectum, vt portiones non reſidentium remaneant in Maſſa, & accreſcant reſidentibus, qui percipiant portionem non ſeruientium, & conſequenter impingeretur fortaſſis aliqua portio, quam percipit Epiſcopus ex punctaturis, decretum non habet locum in iſtis funeralibus, ſcilicet Miſſis, Legatis, & Anniuerſarijs, Card. *in Clem.* 2. §. *illi verò quæſt.* 15. *num.* 15. *de ætat. & qualitat.*

Eſſata. In *Legionenſi*. Beneficiatus Eccleſiæ ruralis, quæ neque ex fundatione, neque ex alijs legitimis Conſtitutionibus, aut ex præſcripta conſuetudine onus celebrandi Miſſas iniunctum eſſe apparuerit, per Ordinarium cogi non debet, niſi ad ſolitum. Sac. Congreg. Conc. 26. Nouembr. 1574.

In *Caſalenſi*. Tertia pars redditus Canonicatuum, quos obtinent illi, qui Parochiales habent, applicari debet Capitulo Eccleſiæ Cathedralis; Reliquæ autem duæ partes relinquantur Canonicis ipſis reſidentibus in ſuis Parochialibus. Eadem Sac. Cong. 24. Iun. 1575.

De Viſitatione Diœceſis à Capitulo ſiuè eius Vicario. Vide de Viſitatione tom. 9. Conſult. 146.

Vtrum in Eccleſiis Collegiatis, ſimulque Curatis, Cura animarum incumbat Canonicis, & Capitulo, an primæ, aliuè Dignitati? Et cui debeantur emolumenta, funeralia? Cui incumbat regimen, & adminiſtratio? Vide de Parocho tom. 9. Conſult. 150.

An

An Canoniei te neantur ſolnere Beneficiatis integram ſextam pastem fructunm ſuosum Canonicatunm, deductis penſionibus antiquis, vt in caſu poſito? tom.9. Conſult.163.

RESp.deducendas eſſe penſiones: quia ſemper illis locus eſſe debet in primis, & ante omnia, quandò, vt in hoc caſu, quota pars fructuum Canonicatus vacantis alteri perſonæ, vel ad certum tempus, vel in perpetuum aſſignatur, cum non dicatut quoad quantitatem penſionis adeſſe fructus in Canonicatu, vt in ſpecie Dec. *conſ.* 156.*num.*2.*& ſeqq.*Ferrei.*conſ.* 354.*num.*16. *volum.*2.Rot. in *Acheruntina fructunm* coram Lancellotto Seniore:

An Cura habitualis, & actualis eum titulo Parochiali reſideat apud Capitnlum, an potius apnd ſolum Archipresbyternm? Quid de quarta funerali? Quid de congrua? Quid de diſtributionibus? Vide de Paroch.tom.9.Conſult.169.

Alia quoad Dignitates in Capitnlo Vide de Dignitatibus. *Et in ſpecie* tom.4.Conſult.183.

De Canonieo pereutiente Clerieum in anla Capitnlari. Vide de Cenſur.tom.10.Conſult.120.

An ius viſitandi Digceſim eompetat Capitulo, Sede Epiſcopali vacante? Vide de Viſitatione tom. 10.Conſult.123.ac tom.9.Conſult.146.

An, & qnatenus exemptio à iuriſdictione Ordinarij concedenda ſit, etiam toti Capitulo, alijſque? Quænam ſint lites affectatæ, calnmnioſæ, iniuſtæ? Quænam ſanitia ad id requiratur? Alia. tom.10.Conſult.124.

Vide *hoc eodem tractatu tom.1.Conſnlt.*389. Et in ſpecie *de Immunit.tom.*4.*Conſnlt.*136.vbi ſatis.

*De auctositate qnoad litteras dimiſſorias, Sede vacante &c.*Vide de Vicario tom.10.Conſul.158. Item vide de Immunitat.tom.3. Conſult.8.

DE CARCERIBVS EPISCOPALIBVS, ET CARCERATIS.

An Carceres Epiſcopales poſſint ab Epiſcopo fabsieari, ſeù fabricatas reſtaurari ex pœnis, ac mulctis? tom.1. Conſult.347.

NEgatiuè Sac. Congreg. Concil.in vna *Nicien.*20.Martij 1649.*ad cap.*3.*&* 14.*ſeſſ.*25. *de reform.* Ad id enim Epiſcopus tenctur de ſuo.

An Clerici vnius Dioceſis delinquentes debeant ibidem earcerari, & non tranſportari ad Careeres alterius Diœceſis? to.1.Conſul.415.

NEgatiuè. Sac. Congreg Conc.in vna *Valnen.* & *Snlmonen.* die 3. Decembris 1650. *ad cap.*1.*ſeſſ.*6.*& cap.*18.*ſeſſ.*24.*de reform.*

An, & quatenus Epi*ſcopus præcipuè eontra Clerienm iuſtè proeedere poſſit ad conijciendum eum in carcerem, & adhibere Carcesibus Cuſtodes, ità vt ad expenſas, & damua non teneatur? Vbi de Careeratis, & Carceribus, tàm ex inre Ciuili, quàm Canonico plura ſummatim etiam qnoad S. Officium Inqniſitionis.* tom.5. Conſul.66.

REſp.Iuſtè ad incarcerationem procedi,quandò Cauſa eſt Criminalis, & intrat pœna Corporis afflictiua, vt per Clat.*in ps.*§.*fin.quæſt.* 28.Farinac.*etiam in prax.q.*27. *num.* 38. *& ſeq.* vbi etiam poteſt iſte Reus in carceres conijci, quandò non intraret pœna corporis afflictiua, & magis iuſtè procedet, ſi timeantut ſcandala, iuſtèque Epiſcopus mandare poterit adhiberi Cuſtodes, quandò Carceres non ſunt tuti, & iminent ſcandala. De iute enim qualitas Cuſtodiæ eſt remiſſa arbitrio Iudicis, vt poſt Bald.*in l.*2.*in fin.C.de exiben.Reis* notat Farinac. *in psax.d.q.*27.*num.*99.

Regula igitur ſit, quod accuſatus criminaliter, in Vincula, aut Cuſtodiā conijcitur, nè elabi poſſit.*l.*1.vbi Bart.*ff.de cuſtod.Reor.* Maximè ſi confeſsus, aut alias crimen notorium fuerit *l.*3. *& l.ſi confeſſns ff.de cnſtod.reorum.* Quod verum eſt in maſculis, ſecus autem in mulieribus, nè fiant obnoxiæ iniuriis commentarienſium. Et

ità

ità regulariter de iure Ciuili quis non committitur fideiuſſoribus, niſi fortè propter criminis vilitatem, aut ampliſſimas facultates, dignitatemque eius, qui accuſatur, aliud fiat, ſecundum Boſſ. *in tract. crim. tit. de Carcerato fideiuſſoribus committendo*.

Idem quoque dicendum, quandò Reus depræhenditur in flagranti crimine, tunc enim ſimpliciter carceratur Reus, neque relaxatur ſub fideiuſſoribus. Idem etiam intellige de illo, qui capitur in fuga delicti, dum eum perſequitur familia Iudicis. Bart. *in l. 1. ff. de recept.* Angel. *in l. Sed, & ſi l. 25. §. perindè ff. de pet. hered.*

Porrò in cauſa criminali Carcer de Iure Ciuili eſt ad cuſtodiam *l. 1.* vbi Doctores *C. de cuſtod. reor. lege ſi ſeruus &c.* De iure autem Canonico eſt ad pænam. *Cap. quamuis de pœnis in 6.* Felin. *in cap. excommunicatus num. 3. de haret.*

Detinens verò Clericum in Cuſtodia, vel vinculis, etiam ſine læſione corporali, eſt excommunicatus, & communicans excommunicato ſcienter in crimine eſt excommunicandus. Ex ſola verò detruſione in carcerem, vel vincula, non dicitur quis corporaliter lædi, Io: Andr. *in cap. nuper num. 1.* Butr *in 4. notab.* & alij. Quia conſiderari debet, quod principaliter agitur, *cap. cum voluntate de ſent. excom.* Carcer autem, & vincula principaliter non ſunt ad pœnam, ſed ad cuſtodiam, vt ſupra dictum eſt. Quæ quidem procedunt, dummodò fiant animo inferendi iniuriam, ſeù violentiam Clerico, ſecus verò ſi aliam ob cauſam.

Effata de Carceribus, & Carceratis quoad forum Eccleſiaſticum.

Carceres non debent eſſe ſubterranei, ſed ſupra terrani, vel ſaltem æquales terræ, & publici, habere feneſtras in publicum reſpondentes, cauendumque, nè eo Latrinæ auertantur. Sacra Congreg. Epiſcoporum in *Panormitana* 6. Auguſti 1583. & in *Catanenſi* 1. eiuſdem 1642.

Debent habere locum communem, ac eſſe commodi. Eadem Sac. Congreg. in *Aliſana* 20. Febr. 1601. & in *Caſtellanetenſi* 23. Iul. 1602.

Licet quandò circa ſitum Carcerum diſcordant Epiſcopus, & Clerus, præualere debeat deſignatio Prælati. Eadem Sac. Congreg. in *Andrienſi* 30. Septembris 1596.

Campaniæ verò, ſi eſt idoneum, poteſt inſeruire prò Carcere. Eadem Sac. Congreg. in *Aliſana* 20. Febr. 1601.

Non autem Monaſteria Monialium, nequidem prò Carcere Mulierum delinquentium. Eadem Sac. Congreg. in *Conſentina* 21. Aprilis 1599.

Neque eſſe debent diuturni, præſertim cum Eccleſiaſticis, ſi delictum non ſit valdè graue. Eadem Sac. Cong. in *Lucenſi* 2. Maii 1601. in *Mutinen.* 20. Auguſti eiuſdem anni, & alibi.

Nec conuenit Carceratum ex cauſa Ciuili retinere in Compedibus. Eadem Sac. Congreg. in *Melitenſi* 22. Ianuar. 1621.

Epiſcopus prouidere debet, vt in principalibus Carceribus, etiam laicalibus adſit Capella, vel Oratorium ad celebrandum. Eadem in *Burgenſi* 1. Decembris 1593. Beneuolis tamen, & vrbanis monitionibus quoad laicales. Eadem in *Agrigentina* 23. April 1602.

Mittere autem Clericos armatos ad capiendum Reos, res eſt peſſimi exempli. Eadem in *Melitenſi* 1. Iulij 1620.

Mandatum autem de capiendo relaxari non debet ante proceſſum informatiuum, niſi præcedant indicia ſufficientia, & periculum ſit in mora. Eadem Sac. Congreg. in *Caſtrenſi* 4. Decembris 1657. & in *Campanienſi* 3. Octobris 1642.

Captura autem extra territorium facta nulla eſt, & attentata. Eadem in *Senenſi* 29. Nouembr. 1641.

Nec Moniales intrudantur in Carcere per Satellites, niſi ob grauiſſima delicta. Eadem in *Interamnenſi* 13. Iunij 1937.

Et Ordinarius non debet mandare transferri Carceratos ad loca Diœceſis, vbi ipſe degit; niſi valdè raro, & propter cauſas multum graues, & vrgentes. Eadem in *Campanienſi* 3. Octobris 1642.

Requiritur autem licentia Summi Pontificis transferendi Carceratos infirmos ad hoſpitale, & alios poſtquam conualuerint, Miniſtris Curiæ ſæcularis reſtituendi, modò dicti Miniſtri non ſe ingerant ſub aliquo pretextu in re vlla ad hoſpitale pertinente, neque circa ipſum, neque propter curam, & cuſtodiam infirmorum. Eadem in *Salernitana* 10. Maii 1614.

Monialis verò aufugiens è Monaſterio non debet in Carceribus extra Monaſterium detineri, ſed ad aliud reduci, priuari velo, voce actiua, & paſſiua, & colloquutorio, etiam ſi poſt debitam pœnitentiam peractam è Carcere relaxaretur. Si vero vltra fugam, grauiter deliquit, præſertim contra votum Caſtitatis, muro perpetuò claudi debet. Eadem in *Raguſina* 6. Aprilis 1619. in *Lucenſi* 4. Martii 1649. & in *Bituntina* 11. Martii eiuſdem anni; Non autem ad aliud Monaſterium transferri. Eadem 22. Septembris 1644.

Carcerati verò puniri non debent propter mala, quę dicunt, vel ſcribunt de Iudicibus. Eadem in *Albiganenſi* 12. Maii 1604.

Carcerati in odium recurſus, ſi propter eaſdem cauſas, iubentur illicò relaxari gratis, ſi propter alias habilitantur cum fideiuſſionibus de ſe repreſentando ad omne mandatum Sacræ Congregationis. Sed ſi cauſa eſſet grauis præſertim ſi intraret pœna Corporis afflictiua, Ordinario præcipitur, vt ſtatim informet. Eadem 12. Iun. 1646. Carceratis enim ex cauſa graui non conceditur habilitatio. Eadem 8. Ianuar: 1649.

Quandò autem Carceratus neſcit cauſam ſuæ carcerationis, præſumere poteſt, id fieri in odium recurſus. Eadem in *Oſtunenſi* 13. Aprilis 1646:

& car-

& carcerati in Carceribus laicalibus transferendi ſunt ad Epiſcopales. Eadem in *Venuſina* 22. Decembris 1646.vel ad mitiores, ſi detruſi erant in duriorībus. Eadem in *Ferentinenſi* 11.Decembris 1647.

Cum pendet differentia de iuriſdictione, Carcerati,relaxari debent cum fideiuſſione de ſe repræſentando, vel de habendo domum prò Carcere. Eadem in *Balneoregienſi* 29. Nouembris 1600.

Hi autem, qui non ſunt deſcripti in libro Cuſtodum Carcerum, ad nullas, neque victus neque Carceris tenentur expenſas, ex Conſtitutione 71. Pauli V. ſimiliter ſi reperiantur innocentes. Eadem 19.Nouembris 1602.

Carceratus iniuſtè lucratur diſtributiones quotidianas. Eadem 5. Decembris 1600.dummodò tamen fuerit ſolitus Eccleſiæ inſeruire.

Et carceribus per annum, ieiunils, ac pœnitentia probari bebet Profeſſus antequam vti incorrigibilis, ſecundum ius commune eiiciatur, ſublatis quibuſcumque ſtatutis, etiam firmatis à Papa Sac.Congregat.Conc. in *decretis de Regular.apoſt.& elect.§.6.* 21.Septemb.1624.

Quoad Carceratos, & Carceres prò cauſis Fidei.

Carcerum conſtructio, & reparatio pertinet ad Ordinarios, ipſiſque commendatur.

Nemini, nequidem Nuncijs Apoſtolicis, conceditur illorum vſus.

Illis non debent vti Inquiſitores ad Cuſtodiam Carceratorum, niſi ex cauſa S.Officii, etiam ſi ſint Regulares prò cauſis ad eorum Superiores ſpectantibus.

Relapſo fugitiuo à Carceribus, & volenti ſpontè comparere, poteſt promitti remiſſio pœnæ relapſus, eò quod benignè tractabitur.

Carcerem Epiſcopus, & Inquiſitor habere poſſunt. Pegna *in Eym.com.*107.

Inquiſitores poſſunt in Carcerem coniicere reos illorum criminum, quæ ad ſuam iuriſdictionem ſpectant, ſicut omnes, qui habent merum imperium. Decian.*tract.cum lib.3.cap.*10.*num.*3.Farinac.*de haret.quaſt.*185.§.1.*num.*3.

Reus poteſt à priuata perſona capi, & in Carcerem coniici, ſi reperiatur in flagranti crimine, vt ad Inquiſitorem, vel ad Iudicem deferatur, dummodò non retineatur vltrà 20. horas. Farinac. *quaſt.*21. *num.*140. *& quaſt.*27. *num.*23. *& ſeq.*

Non licet Iudici à captura incipere, ſed antequam ad illam deueniat, debet examinare teſtes circa ſufficientia indicia præcedentia. Pegn. *in Eym.com.*17.& Farinac. *d.quaſt.*27. *num.*111. *& ſeqq.*

Ex ſola informatione extraiudiciali, non redacta in ſcriptis, non deuenitur ad capturam, niſi delictum ſit graue, & periculum fugæ interueniat, & Iudex etiam ſit certus, quod poſt capturam venient teſtes ad ſe ſubiacendum examini. Farinac.*loc.cit.num.*120.*& ſeqq.*

Quæ indicia ad capturam ſufficiant, Iudicis arbitrio relinquitur, conſiderata criminis, & perſonæ qualitate; an delictum ſit publicum, vel occultum, perſona, nobilis, & diues, an verò vilis. Farinac.*d.quaſt.*27.*num.*126.*& ſeqq.*

Leuia indicia non ſufficiunt ad capturam. Pegna *loc.cit.*

Cum aliquis bonæ famæ, & opinionis apud Inquiſitorem denunciatur, ſi leue ſit crimen, non mittitur in carcerem, ſed vocatus ab Inquiſitoribus interrogatur iudicialiter, & aſſignatur ei locus, à quo non recedat, & ſecretò cauſa illius tractatur. Pegna *ibidem com.*31.

Ad capturam proceditur, quandò crimen eſt plenè, aut pluſquam ſemiplenè probatum, aut adſunt indicia vrgentia, & vehementes ſuſpiciones.Pegna *in Eym.d.com.*17. & Farinac. *de hæret.q.*185.*§.*1.*num.*7.

Vnus teſtis de viſu, vel de auditu proprio ſufficit ad capturam, niſi delatus ſit perſona nobilis, & bonę exiſtimationis, aut Eccleſiaſtica. Farinac *d.num.*7.

Propter illa tantum indicia, quæ ſufficiunt ad torturam coniiciendus eſt Reus in carcerem in crimine hæreſis, niſi ſit ſuſpectus de fuga, tunc enim minora indicia ſufficiunt. Farinac. *ibidem.*

Propter propoſitiones non hæreticales, licet malè ſonantes ſint, & ſcandaloſę, non facilè quis carceribus ſecretis mancipandus eſt. Farinac. *ibidem.*

Si delatus ſit nobilis, & bonæ famę, antequam capiatur, fiat extraiudicialis informatio ab ipſius Parocho, dummodò probatio non vrgeat. Farinac.*ibid.*

Hæreticus ſemper eſt ſuſpectus de fuga, & proindè eſt in carcerem facilè coniiciendus, cum ſufficienti tamen probatione, niſi ſpontè coram Inquiſitore ſeipſum pręſentet. Spontè verò dicitur venire, qui non indiciatus venit, vel ſi pręceſſerint indicia, conſtet nullam eorum habuiſſe notitiam. Farinac.*de hæret.quaſt.*293.*§.*1. *num.*27.*& ſeqq.*

Quandò adſunt ſufficientes probationes ad capturam, petat Fiſcalis ab Inquiſitoribus, vt Reus comprehendatur, qui de peritorum conſilio id facere poſſint. Pegn. *in* 3. *par. direct. Eym.com.*17.

Vbi primum captura decreta fuerit, mandatum de capiendo Reum exhibendum eſt Miniſtro ad id deputato, quod ſi plures capiendi fuerint, de ſingulis ſingula mandata exhibeantur, quę ſingulorum proceſſibus inſerenda ſunt. Pegn.*in* 3*ipar.direct.com.*108.

Si capienda ſit perſona magnę authoritatis, religioſa, nobilis, doctrina conſpicua, vel incorruptę vitę, conſulendum eſt ſupremum Tribunal S Inquiſitionis cum tranſmiſſione Summarij, niſi ſuſpicio fugę interueniat. Farinac. *de haret quaſt.*185.*§.*1.*num.*7.

Non ſunt omnibus Reis ęquales Carceres aſſignandi, ſed grauiores, vel minus graues prò perſonę, ac delicti qualitate, *Pegn. d.com.*108.

Quan-

Quandò Marito, & Vxori aſſignatur carcer ad pœnam, ponantur ſimul in eodem loco; Secus verò ad veritatem indagandam. Pegn. *ibidem.*

Duo, vel plures, preſertim negatiui in eodem cubiculo non concludantur, bini tamen confitentes ſimul eſse poſſunt. Nullus tamen eſt de facili ex vno cubiculo ad aliud transferendus. Pegn. *ibid.*

Inquiſitores non loquantur cum Reis, niſi de negocijs ipſorum, & ſemper cum Notario, vel alio fideli Miniſtro. Carceres viſitent ſaltem ſingulis menſibus, quærantque à Carceratis, an eis neceſsaria miniſtrentur. Mittant etiam ad ipſos aliquos viros probos, quandò id expedire iudicauerint. Pegn. *ibid.*

Ob hæreſim, aut eius ſuſpicionem carcerati, lite pendente, non ſunt admittendi ad audiendam Miſſam, nec ad alias orationes, quæ intra Carcerem dicuntur. Pegn. *ibidem, & in 2. par. direc. com.* 25.

In carcerem coniectus propter hæreſim, ſi infirmetur, & Confeſſarium petat concedatur ei, qui tamen ſit vir probus, & doctus, cui detur iuramentum de ſeruando ſecreto, & quod nihil dicat extra carcerem, etiam de conſenſu pœnitentis; Si tamen neceſsè ſit aliquod manifeſtare, inducat pœnitentem, vt ad Inquiſitorem recurrat. Si Confeſſarius inuenerit prædictum pœnitentem eſſe hæreticum, adhuc in vltimo vitæ diſcrimine, eum non abſoluat, niſi prius iudicialiter confiteatur; Si tamen taliter ſit morti proximus, vt non poſſit iudicialiter confiteri, tunc illum abſoluat, data cautione, ſaltem iuratoria, de obediendo Eccleſiæ. Si non petat Confeſſarium, perſuadendum eſt ei, vt petat. Pegn. *d. com.* 25.

Si ſanus Confeſſarium petat, concedi ei poterit, talis tamen, qui eum admoneat, vt tam de ſe, quam de alijs veritatem Inquiſitoribus reuelet. Abſolutionem tali, ſi hæreticus, aut alias excommunicatus ſit, non impendat Confeſſarius; niſi prius iudicialiter reconcilietur, & abſoluatur. De auditis verò in confeſſione caueat Confeſſarius, ne quidquam Inquiſitoribus reuelet. Quæ verò extrà confeſſionem nouerit, ſtatim reuelare debet. Pegn. *ibid.*

Deprehenſus in hęreſi, & ſic confeſsus, aut conuictus, ſub fideiuſſione non relaxetur; Si verò non inueniatur culpabilis, aut ſolum leuiter deliquerit, ſub fideiuſsore relaxari poteſt, vel ſub iuratoria cautione, ſi fideiuſsorem non habet, quod domum, aut Ciuitatem habeat prò carcere. Farinac. *de hæreſ. d. quæſt.* 185. §. *num.* 7.

Iudæi, & alij infideles, Pagani ſcilicet, & Saraceni in caſibus, in quibus ab Inquiſitoribus puniri poſsunt, non gaudent immunitate Eccleſiæ ſi ad illam confugerint; niſi verè, & non ſimulatè velint fieri Chriſtiani. Farinac. *de Immun. Eccleſ. cap.* 13. *num.* 167. *&* 83. *& in prax. q.* 28. *num.* 68.

Hæreticus etiam in Eccleſia apprehendi, & capi poteſt, cum Immunitate Eccleſię non gaudeat. Farinac. *eodem tract. cap.* 13. *num.* 167. Greg. XIV. *in Conſt. ſua de Immun. Eccl.*

Suſpectus de Fide non gaudet immunitate Eccleſiæ, ideòque poteſt ab Inquiſitoribus comprehendi, & puniri. Farinac. *ibid.* & Greg. *loc. cit.*

Carcerum effractores, qui iuſtè in eis detinebantur, ſiuè de facto fugiant, ſiuè non, arbitraria pœna plectuntur. Farinac. *quæſt.* 30. *num.* 8. *&* 25.

Fugiens è carcere iuxtà communem praxim non eſt condemnandus, niſi citetur ad comparendum intra certum tempus; Si tamen eò elapſo, non comparuerit, condemnari poterit, & ſecundum iuris rigorem, etiam abſque citatione condemnatur. Farinac. *d. quæſt.* 30. *num.* 45.

Fuga è carcere, etiam attentata, eſt indicium contra fugientem de delicto, prò quo detinebatur, ſufficiens ad torturam, dummodò animo reuertendi non effugerit. Farinac. *ibidem num.* 85.

Fugiens è carcere, quia inuenit oſtium apertum, mitius punitur, niſi fractis compedibus, exierit; debet tamen id probare: quia in dubio non præſumitur, carcerem fuiſse apertum. Farinac. *l. c. num.* 160. *& ſeq.*

Citò reuerſus ad Carcerem, non præſumitur fugiſse animo non reuertendi; Animus autem reuertendi non præſumitur, niſi fugiens aliquam cauſam, ſaltem coloratam allegauerit. Maſcard. *de probat. conſ.* 819. *num.* 24. *& conſ.* 820. *num.* 10. *& ſeq.*

Detentus in carcere prò crimine hęreſis, ſi aufugiat, nequè prò confeſso, nequè prò conuicto habetur, reſultat tamen contra ipſum nouum indicium, quo alijs adiuncto, poteſt citari ad comparendum, & ſi non compareat, vt hæreticus condemnari. Royas *de hæreſ. par.* 2. *aſſer.* 15. *num.* 185. & Farinac. *d. quæſt.* 30. *num.* 195. *& ſeqq.*

Poſitus in carcere propter hæreſim, non ad cuſtodiam, ſed ad pœnam, ſi fugiat, non habetur pro relapſo. Farinac. *dicta quæſt.* 30. *num.* 200.

Fugiens è Carcere ſibi prò pœnitentia aſſignato non habendus eſt prò relapſo, ſed prò impœnitente. Simanch. *de Cathol. inſt. tit.* 16. *num.* 24. *& ſeq.* Pegn. *in Eym. com.* 146. & Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 193. *num.* 135. Quia relapſus non eſt, niſi qui in hęreſim labitur; Fugiens autem è carcere nullam hęreſim fuga committit. Quare iſte fugiens, ſi compareat, poteſt ad pœnitentiam admitti, aliqua alia pœnitentia iniuncta. Farinac. *loc. cit.* & alij.

De non adimplentibus pœnitentiam, & nihil aliud committentibus par eſt ratio, ac de fugientibus è carcere, quod ſcilicet impœnitentes magis ſint dicendi, quam relapſi. Farinac. ac Simanch. *loc. cit.*

Fugiens è carcere ad cuſtodiam ſibi aſſignato, pendente proceſsu, ſi honeſtior ſit, diligentius eſt cuſtodiendus, ac durius puniendus; Si verò ſit vilis, fuſtibus eſt cedendus. Farinac. *d.q.* 193.*num.*138. Quod ſi comprehendi nequeat, tunc contra talem fugientem proceditur vti confeſsum, & impœnitentem. Simanch *l.c.* Royas *d.num.*185. Param. *de orig. S. Inquiſ. lib.* 3. *quaſt.*4.*num.*72.& B Pius V. *in Conſtitutione Si de protegendis.*

Qui in Carcere prò hæreſi detentus ſeipſum occiderit, eius tanquam impœnitentis imago relaxanda eſt, etiam ſi delictum ſuum Reus confeſsus fuerit, & ſe penitere affirmauerit. Royas *aſſert.*14. Vbi aduertit cum Couarr. quod hæredes poſſunt innocentiam Rei purgare, quod furore, vel mentis alienatione ſe occiderit. Quod ſanè probationis genus difficillimum eſt, idem Royas arbitratur.

Frangens Carceres S. Officij, vt carcerati aufugiant, vel carceratos extrahens, vel dans illis ad hoc auxilium, conſilium, aut fauorem, incidit in Bullam B. Pij V. *Si de protegendis.*

Hæreticus, qui poſtquam deprehenſus eſt, ad fidem conuertitur, ſi non ſit relapſus, perpetuò carceri traditur; Si tamen ſponte veniat, vel poſt apprehenſionem fatetur delictum, antequam teſtes ei publicentur, non traditur perpetuo Carceri; Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 193. §.5. *num.*101.*&* 103.

Abiurans de leui, aut de vehementi non damnatur ad perpetuum Carcerem. Farinac. *d.* §.5. *num.*103.

Ijs, qui perpetuo Carceri traduntur, minuitur tempus carceris, ſecundum quod citius conuertuntur, & fatentur delicta ſua, & ſic etiam iuſto Inquiſitorum arbitrio commutatur, vel diſpenſatur dicta pœna. Farinac. *dicto num.*103. *&* 104.

Hæreticus comparens antequam denuncietur, vel ſtatim rediens ad fidem poſt deprehenſionem, non eſt damnandus ad perpetuum Carcerem; dummodò non ſit notoriè deprehenſus in hæreſi, nec alios corrumpendi timor adſit. Gratian. *d.*§.5.*num.*104.

Pœna carceris commutari poteſt in peregrinationem, vel recluſionem in aliquo Monaſterio. Farinac. *ibid.*

Quandò Mulier nupta damnata eſt ad perpetuum carcerem, poteſt de Supremo Tribunalis conſenſu aſſignari prò Carcere domus Mariti. Farinac. *ibid. num.* 105.

Carcer perpetuus pœnitenti hæretico aſſignandus, non debet eſſe talis, quod abbreuiet illius dies. Farinac. *ibid. num.* 105.

Hæretici ad mortem damnati, confeſſi, vel conuicti, poſſunt retineri in Carcere obſcuro, ac tetro, vbi intrà paucos dies moriantur. Farinac. *ibid. num.* 107.

Condemnatis ad perpetuum carcerem prouidere debent de neceſſarijs ij, qui bona eorum poſſident; Si verò bona non habuerint, eis prouideatur per Epiſcopum. Pegn. *in Eym. com.*46.

Clericus condemnatus ad perpetuum Carcerem, ſicut etiam damnatus ad triremes in perpetuum, actualiter degradandus eſt, ex conſuetudine tamen, ſolum verbaliter degradatur. Pegn. *ibid. num.* 202.

Hæretici reconciliati damnati ad perpetuum carcerem, admittendi ſunt ad audiendam Miſſam, & ad alia Sacramenta, cum hoc non ſit eis prohibitum.

In criminalibus, vel ciuilibus cauſis Carceratorum, etiam pœnitentiæ tempore durante, non poſſunt Inquiſitores ſe ingerere, & ideò conueniri debent apud Iudicem ſæcularem. Pegn. *com.*146.

Si carcerati ſiuè ad tempus, ſiuè in perpetuum, ac pœnitentes, dum non ſunt in pœnitentia, leuiter inter ſe deliquerint, in illos poſſunt Inquiſitores animaduertere; non verò ſi cauſæ inter eos ortæ ſint graues. Pegn. *loc cit.*

Damnatus ad perpetuum Carcerem, ſeu Monaſterium, ad pœnam, vel ad pœnitentiam peragendam, ſi indè aufugiat, vel fugam teneat, quamuis iudicandus ſit impœnitens, quandiu eſt in fuga; non tamen ob hanc cauſam, cenſendus eſt relapſus. Farinac. *dicta q.* 193. §.7. *num.*116. vt ſupra diximus.

Si fugiens miſericordiam petat, & paratus ſit Eccleſiæ ſatisfacere, ſiuè ſponte veniat, ſiuè comprehenſus, etiam ſi fugæ commodam excuſationem non habeat, reconciliandus eſt, maiori tamen pœna propter fugam afficiendus. Pegn. *d com.*146.

Si prædictam fugam præcedunt, comitantur, vel ſubſequuntur ſigna ſiuè prioris, ſiuè alterius erroris, licet alias non ſufficerent ad Reum conuincendum de relapſu; non eſt tamen improbabile, quod talis fugitiuus poſſit tanquam relapſus condemnari, tutius tamen eſt oppoſitum, dummodò ſigna, & coniecturæ non ſint à iure approbatæ, & indicatæ ſufficientes ad conuincendum aliquem de relapſu. Pegn. *d. com.*149.& nos ſupra.

Hæc ex Pegna, & Farinaccio, & Sauſa. Sequentia verò ex ipſomet D. Pignatello.

Rei detruſi in Carcerem S. Officij, pendente eorum cauſa, non poſſunt moleſtari in alijs Tribunalibus, nec quoad res, nec quoad perſonas, ſed debet ſuperſederi in quibuſcumque illorum cauſis, tam ciuilibus, quam criminalibus. Idque etiam ſi maneant domi loco Carceris; ſi tamen aliquid per ſeipſos ſoluendum eſt prò fructibus liquidis, teneotur illud ſoluere.

Iuxtà ſtylum non examinantur ad inſtantiam quorumuis Iudicum; quare acriter reprehendendi Inquiſitores, qui ſuos Carceratos examinari permittunt à Curia ſæculari; non enim ei traduntur, ſiuè ad eam remittuntur, niſi prius fuerint à S. Officio habilitati.

Curiæ ſæculari petenti ſibi eos conſignari poſt expeditam cauſam S. Officij, vt prò delictis ad

forum

forum ſecularem ſpectantibus puniantur, non eſt annuendum; eſt enim contrà ſtylum S. Officij, quod non remittit ſuos Carceratos alijs Iudicibus, quare transmittenda ſunt iudicia, vt puniantur ex inſtitia à S. Officio. Et hoc procedit, etiam ſi agatur de pœna capitali; Quandò verò ſunt reſtituendi; Si pœna illis imponenda erit maior impoſita à S. Officio, tunc luent pœnam Curiæ ſecularis; ſecus autem ſi minor, quandòque etiam habiti non reſtituuntur.

Circà eorum examen permittitur, vt examinentur vti teſtes, nunquam verò vti rei principales, idque cum aſſiſtentia Inquiſitoris, qui ob aſſiſtentiam, & permiſſionem examinis diſpenſatur ſuper irregularitate, quatenus ex d. examine ſequeretur ſententia ſanguinis; Vndè ſolet concedi Inquiſitoribus, vt cum ſua præſentia, vel ſuorum Vicariorum permittant, vt Curia ſecularis examinet ad torturam in S. Officio inquiſitos, etiam de homicidio, ſed in Carceribus ſemper; Aliquandò tamen eiuſmodi licentia fuit denegata; & interdum cum eadem licentia permittitur per Iudices ſeculares examinari reus domi ſuæ detentus cauſa S. Officij. In ſpecie verò denegatur, quandò Reus eſt examinandus vti principalis.

Pauperibus Carceratis Inquiſitores debent conſignare copiam proceſſus gratis, vt poſſint facere ſuas defenſiones.

Regularium expenſas prò victu factas ſoluit eorum Religio.

Si qui in Curia ſeculari detinentur, ſi de alijs interrogati aliquid incidenter deponant ſpectans ad S. Officium, Iudices ſeculares poſſunt facere, quod ſcribatur, ſed illum quamprimum tenentur Inquiſitoribus, vel Ordinarijs referre; ſi verò d. Carcerati dicunt ex propoſito habere aliquid deponendum ſpectans ad S. Officium, id ſignificent Miniſtris S. Officij, ſiuè Ordinarijs, vt illorum examen ſecretò recipiatur.

Non eſt eis concedendum, vt ſuum proceſſum communicent ſuis Fratribus, alijſque conſanguineis, qui eis auxilium præbere poſſunt in ſcribendis copijs proceſſus.

Minoribus datur in S. Officio Curator, vt ratificent eorum dicta.

Pendente cauſa, non audiunt Miſſam, nec percipiunt Sacramenta, neque ſi ſunt Præsbyteri, poſſunt illam celebrare, licet ſint à Carceribus habilitati.

Habiti à Curia ſeculari, finita cauſa, reſtituuntur.

Ijs, qui facta ſuorum criminum confeſſione, non dum tamen publicata ſententia in morris periculum incidũt, poteſt adminiſtrari Sanctiſſima Euchariſtia per modum Viatici, ſi illam petant & oſtendant ſigna pœnitentiæ.

Debent in Carceribus ſecretis defenſiones facere.

Habere debent à Magiſtratibus, ſiuè à Societatibus ſecularibus, alijſque quibuſcumque alimenta, quæ ſolent alijs Carceratis ſubminiſtrari.

Prò damnatis ad triremes Communitates, vel Magiſtratus recuſantes ſoluere ſolitas expenſas prò ipſorum tranſmiſſione, poſſunt cogi ad illas ſoluendas, & contrà ipſos procedi poteſt.

Cum ducuntur Romam, Domini locorum, ſi fuerint requiſiti, tenentur ductoribus auxilium præſtare.

Mulieres carcerandæ ex cauſa S. Officij ducendæ ſunt per ianuam principalem Conuentus, abſque timore violandi Clauſuram, non obſtante quocumque impedimento.

Non relaxantur, niſi de mandato in plena Congregatione facto, verùm ſi caſus repentinus occurrat, poteſt conſultis Cardinalibus, domi hoc fieri. Quod obſeruandum eſt occaſione carcerationis.

Poſſunt abſolui à Confeſſarijs in foro conſcientiæ; non tamen ab hæreſi.

Non expediti tenendi ſunt in Carceribus ſeparati à damnatis ad Carceres, nè iſti illos inſtruant, & ſubuertant.

Omnibus dandum eſt vnũ, & idem genus obſonij, ac cibi, exceptis infirmis, quibus exhibendum quicquid Medicus ordinat.

Quouſque ſunt in defenſionibus non poſſunt alloqui, neque ad aliquem ſcribere abſque licentia.

Quandò ſunt in confeſſis, poſſunt confiteri, & abſolui in foro conſcientiæ, ac ſumere Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum.

Carceratus alloquens alios, prætęrquam illos, cum quibus cohabitat in iiſdem Carceribus, torquendus eſt arbitrio Inquiſitoris.

Debitores poſſunt per Iudices cauſarum ciuilium ab illorum Creditoribus, petita licentia à Sacra Congregatione citari, quæ obtenta regiſtranda eſt in actis cauſæ; citationes verò exequendæ ſubſcribi debent ab eodem Iudice, vel ab Inquiſitore, & illas exequi debet Curſor S. Officij ad hunc actum ſpecialiter deputandus à Sacra Congregatione.

Damnati ad perpetuos Carceres ex ſententia mitiori, ac de iure Canonico non ſunt inteſtabiles actiuè, & paſſiuè. Et ſunt capaces legati alimentorum.

In expeditione cauſæ condemnandi ad expenſas.

Dictare debent ipſimet ſua reſponſa, quod ſi tam inepti fuerint, vt minimè dictare valeant, tunc examine completo eis omnia legantur.

Recuſantes reſpondere præcisè, videlicet affirmatiuè, vel negatiuè, ſi factum ſit recens, & indiciati, torquentur ad eruendum reſponſionem præciſam.

Petentes copiam proceſſuum ſoluunt tantum ſcripturas.

Qui aufugiunt à Carceribus S. Officij aliarum Ciuitatum, & ſponte comparent in S. Officio

Vrbis, erroreſque ſuos confitentur, conijciuntur in Carcerem, & remittuntur ſuis Inquiſitoribus, quibus commendantur, vt fuga non imputetur ad delictum.

Et de his hactenus. Reliqua vide apud Carenam, & alios.

Suppoſita vna Diœceſi, vno Epiſcopo, vno Vicario Generali, & duæ Cathedrales, quid quoad Tribunal, proceſſus, & locum Carceris? Vide de Cathedral. tom.5. Conſult.72.

An ſit locus hæreditati filio condemnato ad Carceres perpetuos? Vide de S. Officio tom.6. Conſult.75.

An Carceratis in S. Officio ſit concedendus Confeſſarius? Vide de S. Officio tom.8. Conſult.97. & hoc eodem tract. de Carceribus tom.5. Conſult.66.

Canonici alterutrius Diœceſis quibus Carceribus mancipandi ſint? Vide de Cathedralibus tom.9. Conſult.135. Sum.n.3.

De Caſibus Reſeruatis [Vide de Confeſſione to.10. Conſult.163.]

D E
CATHEDRALIBVS.

Ad quem pertineat deputatio prouiſionalis Miniſtrorum exercentium in Eccleſia Cathedrali Curam animarum? Vide de Parocho tom.1. Conſult.24.

An Clerici vnius Diœceſis delinquentes, debeant ibidem carcerari, & non transportari ad Carceres alterius Diœceſis? Vide de Carceribus tom.1. Conſult.415.

An Parochi Religionis Hieroſolymitanæ teneantur ad contributionem Cathedratici, ſiuè Synodatici, & Charitatiui ſubſidij? Vide de Equitibus tom.3. Conſult.58.

De quadam Eccleſia in Cathedralem erecta, & alia ſuppreſſa, quoad iura Parochialia, & Ritus, ac præcedentias, & præeminentias inter ipſas? Vide de Parocho tom.4. Conſult.29.

An in Diœceſi, in qua ſunt duæ Cathedrales vnitæ, Capitulum vnius Cathedralis cogi debeat, vt accedat ad Synodum alterius? Vide de Synodo tom.4. Conſult.132.

Præſuppoſito, quod ſit vnus Epiſcopus, vna Diœceſis, vnicus Decanus, vnuſque Vicarius Generalis, ac duæ Cathedrales coniunctæ. Quæritur:

An per Sac. Conc. ſeſſ.24. cap.6. de refor. ſit derogatum immemorabili quoad locum Carceris, proceſſus, ac Tribunalis? tom.5. Conſult.82.

Dicitur, quod ſit ſublata immemorabilis, & verba Concilij intelligantur de conſueto Tribunali Epiſcopi, quia cum de iure Epiſcopus poſſit erigere, ac exercere Tribunal quocumque in loco ſuæ Diœceſis, vbi maluerit *cap. cum Epiſcopus*, ibique Doctores *de offic. Ordin. in 6.* & proſequitur Bertachin. *de Epiſcopo par.5. lib.4. quæſt.38. num.6.* Vbi etiam in cubiculo, imò illud extrahere ex vno loco ad alium. Mandoſ. *conſ.27. num.7.* & firmauit Rot. *in Calciaten. iuriſdictionis coram Remboldo 10. Martij 1627.* Cuius deceſiones legendæ omninò, & *deciſ.418. num.2.* coram Cauallerio, quibus concinunt verba Concilij ibi: *in eius domo*, quæ non de materiali, ſed de formali, vbi ſcilicet Epiſcopus cum ſua familia eligit reſidere, intelligitur *ad l. nec in ea §. ſed domus ff. ad l. Iul. de adulter.* & alibi. Vtique dicendum eſt concordate etiam cum dictis verbis *conſueto Tribunali*, quod intelligitur de eo Tribunali Epiſcopi, vbi conſueuit, ac libuit Epiſcopo cum ſua Curia reſidere, prout de iure intelligitur, & æquè Concilium interpretationem paſſiuam recipit, vt benè Gonzal. *ad reg.8. §.5. proœm. num.136. & ſeq.* & alij. Rot. *deciſ.475. num.4. par.1. diuer.* Illudque magis corrigit, quam fieri poteſt Rot. *dec.571. n.2. par.1. recent.* Et videtur admittere Sac. Congr. Conc. in eadem verba, nimirum, data optione Epiſcopo, vel Vicario, quod magis in hoc velint, procedunt: quia optio competit ei, qui ad aliquid faciendum eſt obligatus; nec ſalua diceretur Maieſtas Epiſcopi, nec mos maior ſeruatus, ſi teneretur in loco ſubditi, & ſic more inferiorum ius dicere *l. penul. in fin. ff. de iuſt. & iur.* Hoſtien. *in ſum. tit. de feud. §. a pud quem num.13.* & videtur conſideraſſe Sac. Congr. *in Abulenſi*

Quod verò ad Carceres expreſsè in eodem decreto diſponitur, quod in omnibus caſibus ea ratio habeatur, vt iuxtà qualitatem delicti, ac perſonarum delinquentes ipſi in loco decenti cuſtodiantur. Et ideò qualitas Carceris, & cuſtodiæ debet remitti arbitrio Epiſcopi, quod eſt regulandum prò qualitate delicti, & perſonarum, tam ad ſecuritatem, quam ad veritatem eruendam, cui maximè ſuffragatur præſentia inquiſiti in loco Iudicis. Baldus *in l.1. C. de exib. reis* Farinac. *in prax. de Carcer. & Carcerat. quæſt.27. num.99.* At vide ad rem quæ diximus ſupra cum de Carceribus.

An

An Epiſcopus, qui abeſt à Cathedr.li, & reſidet in Diœceſi, conſtituere, vel relinquere in illa debeat Vicarium Generalem, & Tribunal Epiſcopale? Vide de Reſidentia tom.7. Conſult.64.

De Epiſcopo duarum Cathedralium vnitarum.

1 *In qua nam prò maiori parte anni reſidere teneatur?*

2 *An in caſu abſentiæ ab altera Cathedrali, teneatur in illa deputere Vicarium Generalem?*

3 *Canonici; alijque Clerici alterutrius Diœceſis, ſi delinquerint, quibus Carceribus mancipandi ſint?*

4 *An Epiſcoqus accedens ad alterutram Cathedralem, teneatur in illa Pontificalia exercere?*

5 *An Pontificalia ſint alternatim exercenda?*

6 *An Epiſcopus teneatur deputare Pœnitentiarium in vtraque Eccleſia?*

7 *An item Examinatores Synodales?*

8 *An mulctæ, ac pænę delinquentium applicande ſint pijs locis Diœceſis, cuius ſunt delinquentes?* tom.9. Conſult.135.

AD 1. In digniori. Panorm. *in cap. extirpandæ §. qui verò num.5. de præben.* & in ſpecie ità fuiſſe à Sac. Congr. Conc. declaratum tradit Garz. *de beneſ. par.3. cap.2. num.179.* & Barth. *de offic. & poteſt. Epiſc. par.3. alleg.53. num.73.* Eoque præſertim ſi in illa exter Palatium Epiſcopale, & concurrat obſeruatio præcedentium Epiſcoporum, qui conſueuerant inibi reſidere. Panorm. *l. c.*

Quæ nam autem Eccleſia ſit dignior Cathedralis conuinci poterit ex denominatione, qua vtitur Epiſcopus, vt per Seraph. *deciſ.* 1495. *n.4.* Rot. *deciſ.4. de elect. in non. & coram Greg. XV. deciſ.*310. *num.*5. ibique Ald. *n.*8.

Ad 2. Affirmatiuè. Idque prò ſubminiſtranda iuſtitia ſubditis, præcipuę ſi Diœceſis ſit ampla, alias ſubditi magno cum incommodo cogerentur iuſtitiam in alieno territorio ſibi ſubminiſtrari, vt per Sbroz. *de offic. Vicar. lib.1. quæſt.46. n.3.* Couar. *var. lib.3. cap.20. num.4.* & alios. Maximè ſi hæ duæ Diœceſes ſint ęquè principaliter vnitæ, atque adeò quælibet conſeruat ſua iura, & priuilegia, proprijſque legibus regitur, eiſque iudicari debet à ſuis Iudicibus, Socin. *conſ.79. num.24. lib* 4. & alij. Ac declarauit Sac. Congr. Conc. *in Valuen. & Sulmonen.* 3. Septemb. 1650.

Idem habetur *tom. 1. Conſult.* 414. ad eundem quæſitum.

Ad 3. Mancipandi ſunt Carceribus propriæ Diœceſis, vt declarauit eadem Sac. Congr. apud Barboſ. *ad cap.6. ſeſſ.25. de refor. num.27.* Et in terminis Epiſcopatus Calcianatenſis, & Calaguritani tradit Gratian. *d. diſcept.892. num.3.* Quia graue aliòquin damnum, atque iniuria orietur, ſi delicta in aliena Diœceſi publicarentur propter magnam difficultatem defenſionis, dum cogerentur extra proprios lares cauſam agere.

Ad 4. Affirmatiuè; Siquidem actus ipſe accedendi conſideratur vti actio præſeruationis iurium, & prærogatiuarum alterutrius Eccleſiæ, in qua Epiſcopus, antequam excipiatur, debet Capitulo oſtendere litteras, & ſucceſſiuè in exequutionem actus poſſeſſionis, Pontificalia quoque miniſtrare, qui eſt effectus receptionis aliòquin acceſſus eſſet inanis. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc d. par.3. alleg.3. n.35.*

Ad 5. Pariter affirmatiuè, & incohandum à digniori: nam vt tertio dicimus, quælibet retinet ſua primeua iura. Felin. *cap. in noſtra n.3. de reſcrip.* Gonzal. *ad reg.8. gloſ.5. §.7. nu.117. & ſeq.* Mandoſ. *conſ.27. n.8.*

Ad 6. Etiam affirmatiuè, iſque debet eſſe vel Doctor, vel licentiatus in Theologia, vel in Iure Canonico, vt per Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.24. cap.8. de refor.* Ric. *collect.477. num.1.* & alij. Rot. *deciſ.56. n.1. coram Mantica.*

Ad 7. Item affirmatiuè. Siquidem illorum deputatio fieri debet ab ijs, qui Synodo interſunt, qui ſunt diſtincti ab alijs, qui Synodo alterius Diœceſis interſunt; Vndè ſi Examinatores morte obirent, ſubrogandi ſunt alij cum approbatione, & conſenſu Capituli illius Diœceſis, cuius ſunt Examinatores. Atque ità declaraſſe Sac Congr. Conc. refert Garz. *de beneſic. par.9. cap.2. v.8.* Barboſ. *d. par.3. alleg.602 num.47.* Ac ità tandem declarauit eadem Sacra Congregatio in eadem *Valuen. & Sulmonen.* 3. Septemb. 1650.

Ad 8. Similiter affirmatiuè. Ità fuiſſe declaratum *in Venuſina* 21. Nouemb. 1600. teſtatur Aldan. *in comp. Canon reſol. lib.5; tit.1. num.9.* quem ſequitur Barboſ. *ad cap.3. ſeſſ.22. n.27.*

De viſitatione Cathedralium? Vide de Viſitatione præcipuè tom.9. Conſult.146. n.28. & 110.

Alia prò Cathedralibus? Vide de Capitulo, & de Epiſcop.

1 *De tenentibus plures Cathedrales Eccleſias. Vbi an comprehendantur Cardinales? Quid de retinentibus plures Commendas, Beneficia &c.*

2 *Quibus perſonis beneficia conferenda? Pœna in prouiſum, & prouidentem. Quid ſi non reperiantur viri idonei?*

3 *De retentoribus plurium beneficiorum contrà Canones. De quibus beneficijs id intelligatur? An de Commendis? Caſus, in quibus pluralitas beneficiorum toleratur. Præſumpta diſpenſatio an habeat locum contrà decreta Concilij? Vbi decreta.* tom.10: Conſult.156.

AD 1. Nemo quacumque etiam dignitate, gradu, aut præeminentia præfulgens, plures Metropolitanas, ſeù Cathedrales, Eccleſias in Titulum, ſiuè Commendam, aut alio quo-

quouis nomine contrà Sac. Canonum inſtituta, nempè *cap. cum in cunctis §. cum verò de elect. ſicut de exceſſ. Prælat.* ac alibi, recipere, & ſimul retinere præſumat. Qui autem plures Eccleſias detiuent, vna, quam maluerint, retenta, reliquas intra ſex menſes, ſi ad liberam Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem pertineant, alias intra annum, dimittere teneantur, alióquin Eccleſiæ ipſę, vltimò obtenta dumtaxat excepta, eò ipſo vacare cenſeatur. Ità Sac. Conc. Trid. *cap.2. ſeſſ.7. de refor.* quod ampliatur *cap.17. ſeſſ.24.*

An comprehendantur Cardinales? Sac. Congr. dixit, comprehendi, cum ſimus in lege correctoria, & in materia peccati.

An verò liceat detinere vnam in titulum, alteram in commendam? Ex Sac. Congr. ſententia dicitur, non licere, tum ex contextu *d. cap.2. ſeſſ.7.* tum ex ijs, quæ tendunt Doctores in regula de triennali poſſeſſione.

Ad 2. Ità etiam de hac re decernit Sac. Conc. Trid. *cap.3. d. ſeſſ. 7. de refor. Inferiora beneficia Eccleſiaſtica, præſertim curam animarum habentia perſonis dignis, & habilibus, & quę in loco reſidere, ac per ſeipſos curam ipſam exercere valeant &c. aliter autem facta collatio, ſiuè prouiſio omninò irritetur, & Ordinarius collator pœnas Conſtitutionis Concilij Generalis, quæ incip: Graue nimis, ſe nouerit incurſurum.*

Ad 3. *Quicumque de cetero plura Curata, aut alias incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica, ſiuè per viam vnionis ad vitam, ſiuè commendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine, & titulo contrà formam Sac. Canonum, & præſertim Conſtit. Innoc. III. quæ incip: De multa, recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit, beneficijs ipſis, iuxtà ipſius Conſtitutionis diſpoſitionem, ipſo iure, etiam præſentis Canonis vigore, priuatus exiſtat.* Ità Trid. *ſeſſ.7.c.4. de refor.*

Hac in re pręmittendum eſt, quod incompatibilitas beneficiorum alia dicitur in primo genere, ideſt quandò ipſo iure vnum ab altero excluditur, ità vt primum vacet ipſo iure, obtento ſecundò.

Alia autem dicuntur incompatibilia in ſecundò genere, ideſt cum licitè ſe non compatiuntur in eadem perſona, ità vt teneantur in conſcientia alterum dimittere, non tamen, vt vaccut ipſo iure.

Hodie ex *Extrauag. Execrabilis §. ſi verò §. qua omnia de præb. & ex reg. Cancell.* atque ex Trid. *d. cap.4. ſeſſ.7.* in tali caſu ſine mora ipſo facto, etiam ſecundo priuatus remanet in pœnam, & iuxtà probabiliorem, & in Curia Romana receptam opinionem, procedit etiam de duobus ſimplicibus, reſidentiam requirentibus, Garz. *a. n.83.*

Limita pœnas, vt non procedant contrà detinentem duo ſimplicia obligantia ad reſidentiam, vel vnum duplex, & aliud ſimplex, obligans ad reſidentiam.

In primò genere ſolus Papa diſpenſat; in ſecundò autem genere, ſi ſint ſimplicia non requirentia reſidentiam, an, & quaudò, & à quo requiratur diſpenſatio, vide Trid. *ſeſſ.24. cap.17. de refor.*

Dubitatum fuit, an pręſumpta diſpenſatio, in qua fundatur regula de triennali, habeat locum contrà decreta Conc. *d. cap.4. ſeſſ.7. & cap.17. ſeſſ.24.* ità vt poſſidentes beneficia contrà d. diſpoſitionem, ex tali pręſumpta diſpenſatione, ſuam poſſeſſionem tueri valeant? Sac. Congr. reſpondit, non habere.

Prò Capellania, & Manſionatia, quę ſunt ſub eodem tecto, opus eſt diſpenſatione Apoſtolica ad vtramque retinendam. Ità ſcriptum à Sac. Congregatione. Conc. Epiſcopo Ferrarienſi 19. Decemb. 1570.

Canonicus optans Dignitatem amittit Canonicatum *arg. cap.1. de conſuet. in 6.*

In *Piſtorienſi*. Habenti Dignitatem tenuem in Cathedrali, quæ non participat de diſtributionibus quotidianis, Eccleſia Parochialis, inconſulto Romano Pontifice, conferri non poteſt.

In *Neapolitana*. Archidiaconus, & Archipresbyter Nouatienſis, ex quo non habent ſuos proprios fructus ſufficientes, poſſunt ſimul etiam Canonicatum retinere.

DE CATHEDRATICO.

An Epiſcopus, qui nunquam adhuc exegit Cathedraticum, poſſit prò præterito tempore, & in futurum illud exigere. tom. 1. Conſult. 283.

Affirmatiuè: Sac.Cong.Conc.in vna *Albiganen.* 3.Decemb.1644.*ad cap.3. ſeſſ.14. de refor.* Et vide *tom.6.Conſult.8.* vt intra.

An à Sac.Conc.cap.3.ſeſſ.24. de Refor. prohibeatur Cathedratici ſolutio Epiſcopo facienda? tom.1.Conſult.395.

Negatiuè. Sac.Cong. Conc. in vna N. *ad d. locum die 23. April.1651.*

An ius Cathedraticum, ſiuè Synodaticum præſcribi poſſit? Vbi quod illud ſit? An ſublatum à Tridentino? Quid Cathedra Epiſcopi? Eius origo. tom.6. Conſult.8.

Die 3.Decemb.1644. Epiſcopus Albiganenſis vna cum Clero eiuſdem Ciuitatis ſupplicauit prò declaratione infraſcriptorum dubiorum:

1 *An modernus Epiſcopus, qui nunquam adhuc exegit Cathedraticum, poſſit prò, & in futurum illud exigere?*

2 In

2 *In qua quantitate, & qualitate moneta?*
3 *An à toto Clero, an verò à Beneficiatis tantum?*
Sac.Congreg.Conc.reſpondit.

AD 1. Si Cathedraticum Epiſcopis anteceſſoribus aliquandò fuerit ſolutum, poſſe per modernum Epiſcopum exigi.

Ad 2. Exigi tantum poſſe duos ſolidos, iuxtà iuris communis diſpoſitionem, & in moneta antiqua iuxtà illius extimationem, non concurrente contraria conſuetudine.

Item tom.1.Conſult.284. ad hunc met quæſitum reſpondetur.

Iuxtà diſpoſitionem iuris; niſi adſit particularis conſuetudo in Prouincia, Ità etiam declarauit Sac. Cong. Conc. in *Albiganen.* 3. Decembris 1645.

Ad 3. Exactionem non eſſe faciendam à toto Clero, ſed tantum ab Eccleſijs, Capellis, & Beneficiatis, ſi ad eorum fauorem non concurrat priuilegium Apoſtolicum exemptionis, vel immemorabilis. Item vide *tom.* 1. *Conſult.*85.

Porrò ſicuti principale munus Epiſcopi eſt docere, in cuius ſignum habet Cathedram, in ſignum adminiſtrationis, ac ſubiectæ curæ, veluti publicam notam profeſſionis doctrinæ, prout ſtatuitur *in Pſal.*1. Vnde ſtatim, ac Leo nuncupauerat adminiſtrationem, mox Cathedram vocat *in Can.ſi quis Epiſcopus* 7.*quæſt.*1. ità à ſingulis Baſilicis Cathedraticum exigit,quod eſt penſitatio duorum ſolidorum. *Can.placuit, & can.inter cætera* 10.*quæſt.*3. & quidem vſualis monetæ, vt tradit Gloſ. *in Summ. eius quæſt. v. quid verò.* Et dicitur eadem hæc penſitatio quandoque Synodaticum; quia videlicet ſolui conſueuit in Synodo. Gloſ. *in d. cap. Conquerente v. duos ſolidos de offic. Ord. & in Sum. d. quæſt.*3. *eodem v quid verò.* Quæ quidem quantitas ſoluenda eſt ſecundum valorē antiquæ monetæ, non autem eius, quæ currit tempore ſolutionis Gloſ. *in d. cap. Conquerente eodem v. cum alijs,* quos ſequitur Surd. *conſ.*404. *num.*11. Quamuis enim moneta mutata videatur, etiam mutatum Cathedraticum, ex quo illud ſequitur vſum regionis. Hoc tamen intelligitur, quandò ex huiuſmodi mutatione præſcriptum est vnum aliquod monetæ genus, & ſecundum illud facta ſolutio Cathedratici per 40. annos,alias ſecus,vt plenè declarat Oſtienſ. *in Sum. de cenſ. num.*8.

Eſt autem Cathedra locus ſublimior circà ſellam profeſſorum, concionatorum, aut declamatorum. Differt à ſolio, & Tribunali. Etenim
Rex Solium, Doctor Cathedram, Iudexque Tribunal, Poſſidet, ac Sedem Præſul, Prætorque, Curule.

Clemens autem Pontifex circà annum 90. ſtatuiſſe dicitur, vt Cathedra Epiſcopalis in eminentiori loco ſtatuatur, vel erigatur, in qua ſtans, ſeù reſidens Epiſcopus omnes poſſit conſpicere, & ab omnibus conſpici *diſt.*95, Martin. Polon. *in ſupput. in vita Clementis* Antonin. *tit.*7. *cap.*2.

Talem autem Cathedram in Templis non debere eſſe ſumptuoſam, ex Epiſt. Conc. Antiocheni apparet.

De Charitatiuo ſubſidio? Vide de Epiſc. tom.9. Conſult.142.

De Cœmeterijs? Vide de Cenſuris tom.5. Conſult.59.

DE CENSVRIS
ECCLESIASTICIS.

An ſtante bona fide, Regularis excuſetur ab incurſu excommunicationis, vt in caſu poſito? Vide de Regulat. tom.1. Conſult.16.

CAnonicus Clericum quændam in minoribus, manuali mercede Sacriſtiæ ſeruientem in officijs inferioribus, vt verrendi, pulſandi Campanas, Canonicis inſeruiendi &c. minus promptè ſibi obtemperantem,manu leuiter percuſſit cum aliqua indignatione, & increpatione. Quæritur:

An in aliquam excommunicationem incurrerit, vel ſaltem mortaliter peccauerit?
tom.1. Conſult.107

NEgatiuè ad vtrumque. Quia communis ſententia docet, non eſſe locum cenſuræ. *Can. ſi quis ſuadente* 17. *quæſt.*4. niſi adſit culpa grauis, ſeù grauis iniuria, etiam ratione ſacrilegij. Caiet. *in Sum. cap.*10. *num* 6. Angel. *v. Excommunicatio* 5. *caſ.*1. *num.*27. & alij; vndè niſi ſit talis percuſſio, quæ in laicum facta, nõ induceret excommunicationem, Sā *v. excommunicatio Papæ n.*2. & alij. At in hoc caſu actio illa non apparet grauiter iniurioſa. Similiter quia non incurrit in eam excommunicationem Dominus, qui famulum ſuum Clericum percutit mediocriter ad correctionem. Abb. *in cap. ex tenore de ſent. excom.* Tabien. *v. Excommunicatio* 5. *cap.*1. *num.*8. At Clericus iſte erat famulus Canonicorum, & ab eis ſalarium recipiebat. Sic etiam excuſant Doctores Clericum Seniorem, qui percutit Clericum Iuniorem non

non benè miniſterium ſuum in diuinis offi ciis adimplentem, cum ſit ſubordinatus illi S. niori in tali officio, Molin. *diſp.* 56. *num.* 8. Su.r. *de Cenſur. diſp.* 22. *cap.* 1. *n.* 48. & alij.

Quæ probationes frequentiores requirantur ad relaxandas cenſuras ob homicidium in Clericum, ex mandato, vel ratificatione, præcipuè viri Principis patratum? tom. 1. Conſult. 135.

INdicium mandati, ſi conſtiterit de cauſa inimicitiæ capitalis inter ipſum Principem, & occiſum. Si homicidium commiſſum fuerit à famulis, ſeù à familiaribus, militibus, & adhærentibus præfati Principis. Farinac. *quæſt.* 134. *num.* 86. Aut ſi ante homicidium Clericus occiſus extractus fuerat à propria Domo, vel Eccleſia, in qua reperiebatur, ab eiſdem occiſoribus publicè, ac violenter, & in Arce, vel Carcere Principis carceratus, ac indè eductus publicè tormentorum ictibus, vel aliter interfectus, ac eius caput è corpore abſciſſum in loco publico expoſitum fuerit. Quæ efficaciter, & ſimilia ſuadent præceſſiſſe authoritatem, & mandatum Principis. Bero *conſ.* 118. *n.* 23. *lib.* 3. Farinac. *d. quæſt.* 134. *num.* 80.

Item ſi mandans ſucceſſiuè adeptus fuerit, ac penes ſe retinuerit Clerici bona. Bero *d. conſ.* 118. *n.* 23. *lib.* 3. Farinac. *d. quæſt.* 134. *num.* 80.

Ratificationis verò. Primò ſi Princeps tempore commiſſi delicti fuerit in Ciuitate, in qua maximus erat ſuper eo rumor, & non ſolum nullam fecerit inquiſitionem contra delinquentes, ſeù alium actum in deteſtationem commiſſi ſceleris, ſed cadauer occiſi publicè in loco prædicto expoſitum, idque veriſimiliter ſciens, præſertim, ſi eò tranſiens viderit, nec illud indè amoueri curauerit, vt facere poterat, ac debebat, tanquam Princeps, ex his, & ſimilibus reſultat delicti ratificatio. Pariſ. *conſ.* 74. *ſub num.* 22. *ac ſeqq. lib.* 1. Menoch *de præſumpt.* 27. *num.* 12. *lib.* 5. Farinac, *q.* 24. *ſub num.* 142. & alij.

Secundò. Si illius bona, vt dictum eſt, apprehenderit, ac appropriauerit, eoque pacto commodum ex ipſo delicto receperit; Vndè reſultat ſuæ ratificationis præſumptio, iuxtà theoricam Bart. *in l. aut facta* §. *Non nunquam ſub nu.* 10. *ff. de pœn.* Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 38. *ſub num.* 8. dicens *ſub num.* 15. id procedere etiam ſi delictum eius nomine commiſſum non fuiſſet. Frarinac. *d. quæſt.* 24. *ſub num.* 131. & *ſub num.* 142.

Tertiò. Si nullam vnquam à tempore commiſſi delicti inquiſitionem, proceſſum, vel aliam diligentiam fieri curauerit contra delinquentes, ſed omnia diſſimulauerit, tex. *in cap. Quanta,* vbi Innoc. *in fin.* & Hoſtienſ. & Anchar. *pariter in fin. de ſent. excom.*

Quarè ex prædictis videtur, ſatis conſtare poſſe de incurſu Principis in cenſuras, atque ità eſſe declarandum cenſeo, prout declarauit Sac. Congreg. Immun. Eccleſ. in his ferè terminis die 13. April. 1649.

An Ordinarius potuerit ſuſpendere Regularem ex eò, quod, cum ſit Superior, ac etiam Parochus, impediuerit, nè à Capitulo, & Canonicis Cathedralis duceretur proceſſio in ſuam Eccleſiam? & An concedenda ſit eidem Capitulo manutentio? Vbi multa de iuriſdictione Epiſcopi in exemptos. Vide de Proceſſionibus tom. 1. Conſult. 162.

An quandò Ordinarius ſuſpendit aliquem vigore cap. 1. ſeſſ. 14. de refor. *teneatur exprimere delictum, & cauſam ſuſpenſionis ipſi Reo, ſi illam iudicialiter petat?* tom. 1. Conſult. 261.

TEnetur exprimere, non Parti, ſed Superiori; Ità cenſuit Sac. Congregat. in vna *Vercellen.* 21. Martij 1643.

An facultas Epiſcopis conceſſa à Sac. Conc. Trident. cap. 6. ſeſſ. 24. de reform. *ſit per Bullam Cœnæ Domini reuocata, ità vt nequeat amplius ſuos Subditos à delictis in diſpoſitione eiuſdem Bullæ contentis, abſoluere?* tom. 1. Conſult. 291.

AFfirmatiuè. Ità ſæpè declarauit Sac. Congr. Conc. ac præſertim die 5. Nouembris 1644. Atque ità etiam fuit reſolutum, *tum alias, tum* præcipuè in Congregatione habita *iuſſu* Clem. VIII. ac Pij V. à cuius tempore Bulla Cœnæ Domini ſemper eſt eadem, ità vt nequeant amplius, etiam in Regionibus ab Vrbe diſtantiſſimis degentes ſuos ſubditos à delictis in dicta Bulla comprehenſis abſoluere, nec poſſint ſine peccato amplius de hac re dubitare *l.* 4. *C. de Sum. Trin. & Fid. Cathol.*

An cap. 19. de Duellis ſeſſ. 25. de refor. *locum habeat in eò, qui abſque aſſignatione loci ad Monomachiam vulnerat &c* Vide de Duellis tom. 1. Conſult. 317. Item tom. 9. Conſul. 88.

An laicus percutiens alium laicum in Eccleſia incurrat aliquam Excommunicationem? tom. 1. Conſul. 491.

INcurrere excommunicationem minorem cenſuit Sac. Congregat. Immunit. in vna *Nullius* 18. Iul. 1628.

An

An, & quas pœnas incurrat, qui tempore interdicti, aut alias excommunicatos, vel interdictos, vel vſurarios manifeſtos in loco Sacro ſepeliunt, & quo pacto Eccleſiæ ſepulturę illos tradere poſſint, præcipuè ſi ob violatam immunitatem, ac libertatem Eccleſiaſticam excommunicati fuerint, quinè eos, ac quomodò abſoluere poſsint? Vbi ſpeciatim de abſolutione à cenſuris, ob violatam Eccleſiaſticam imunitatem non pauca ex decretis Sacrarum Congregationum. tom. 2. Conſult. 59.

IN Clem. 1. *de Sepul.* decernitur, ipſo facto excommunicatos eſſe, qui propriæ temeritatis audacia defunctorum corpora, non ſine contemptu clauium in cęmeterijs, interdicti tempore in caſibus non conceſſis à iure, vel excommunicatos publicos, aut nominatim interdictos, vel vſurarios manifeſtos, ſcienter ſepelire præſumant, à qua excommunicatione nullatenus abſoluantur; niſi prius ad arbitrium Diœceſani Epiſcopi eis, quibus fuerit præmiſſa irrogara iniuria, ſatisfactionem exhibuerint competentem.

Ex quibus primò deſumitur, quod abſolutio data contra hanc formam ſit nulla propter particulam *nullatenus*, quæ importat nullitatem actus ipſo iure Gloſ. *in auth. ſi qua Mulier v. nullatenus* per eundem tex. *cap. ad Vellcianum*, Rot. *deciſ. 24. num. 2. par. 2. diuerſ.*

Secundò. Quod à fortiori procedat contra ſepelientes in Eccleſia Suar. *num. 9.* cum Nauarro. Tertiò. Quod tempus interdicti intelligatur de locali, generali, vel ſpeciali, vel de perſonali generali, Suar. *loc. cit. diſp. 35. ſect.* 1. Quartò. Quod contineantur hic non tantum propriis manibus ſepelientes, ſed etiam mandantes. Suar, *loc. cit. num.* 10. & Card. *in d. Clem. num.* 28. atque authorizantes, vt Parochus, ſeù alij Clerici, qui funeri præſunt Leſſ. *de iuſt. lib. 2. cap. 20. num.* 188. & alij, & generaliter omnes, ſine quibus talis Eccleſiaſtica ſepultura nõ perficeretur, vt ſunt portantes feretrum, fodientes, Clerici cantantes, & Officium perſoluentes, cum Cruce præeuntes, & non impedientes, cum impedire ex officcio teneantur. Sayr. *de cenſur. lib. 2. cap. 35. num.* 13. cum Vgolino, & alijs. Itaque continentur omnes, & ſinguli, qui talem ſepulturam procurant, vel admittunt ad illam; Boniſac. *in eadem Clem. num.* 33. *in fin.* non tamen puto contineri aſſociantes honoris cauſa. Leſſ. Suar. Pyrr. Card. & alij: Eſtque communis ſententia, quamuis etiam aſſociantes contineri teneat Gloſ. Steph. & Ancar *in d. Clem.* Reginal. *lib.* 32. *num.* 19. & alij.

Limitatur primò, quod poſt dictam ſatisfactionem iſta excommunicatio non eſt amplius reſeruata. Boniſac. *ibidem num.* 4. Secundò. Quod hodie propter *Extrauag. Ad euitanda* non procedit hæc Clementina, niſi interdictum, cuius tempore ſepelitur, ſit nominatim denunciatum; Nam alias non eſt obligatio denegandi ſepulturam. Suar. *diſput.* 37. *ſect.* 2. *num.* 5. Et intelligitur ſimiliter de excommunicato, vel interdicto defuncto, nominatim denunciato, vel notorio Clerici percuſſore. Sayr. *lib. 2. cap. 35. num.* 9. Item ſecundum multos Doctores ſimiliter non procedunt pęnę contra ſepelientes vſurarios manifeſtos, niſi ſint declarati. Suar. *diſput.* 31. *ſect.* 2. *num.* 10. Filiuc. *tract.* 17. *num.* 100.

Clerici autem ſæculares, & Regulares quicumq; admittentes ad ſepulturam interdictos, vel excommunicatos, vel quoſcumque in loco interdicto, incurrunt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ ex *cap. Epiſcoporum de priuil. in 6.*

Pariter *ex cap 3. de priuil.* §. *excommunicatos iuncto § fin.* Si Religioſi, etiam exempti admiſerat ad diuina nominatim interdictos ab Epiſcopo, vel ab eo nominatim denunciatos, eorum Eccleceſiæ in quibus admiſerint, ex præſumptione ſubiaceant interdicto, quod aliqui dicunt, eſſe latæ ſententiæ, ſed poſſe ab Epiſcopo denunciari etiam contra exemptos: quia verbum *ſubiaceat* eſt latæ ſententiæ, licet alij contrarium ſentiant.

Hæc verò decretalis limitatur hodiæ per *cap. Alma Mater de ſent. excom. in 6.* Primò, vt omnes admitti poſſint ad pœnitentiæ Sacramentum, ſi non ſint excommunicati, vel culpabiles de tali delicto, vel ſpecialiter interdicti, & Diuina Officia poſſint iannis clauſis celebrari, ſubmiſſa voce, laicis excluſis, & ſine ſonitu Campanarum. Sed, & quater in anno, imò quinquies, ideſt Natali Domini, Paſchate, Pentecoſte, Aſſumptione B. Mariæ, & Corporis Chriſti feſto, ianuis apertis, excluſis excommunicatis intellige de interdictis localibus generalibus, vel perſonalibus generalibus; interdictis verò culpabilibus non admiſſis ad cõmunionem Euchariſticam, & ad oblationem. Et idem eſt de interdictis nominatim, ſeù ſpecialiter. Suar. *diſp. 34. ſect. 1. num.* 33. Laym. *lib. 1. tract. de interdictis cap. 2. §. quartam exceptio* alijque.

Regulares, etiam exempti interdictum generale locale non obſeruantes, aduertentes illud obſeruari ab Eccleſia Cathedrali, ſeù Matrice, ſeù Parochiali, incurrunt excommunicationem latam in *Clem. 1. de ſent. excom*; non obſtantibus priuilegijs, & conſuetudinibus. Sic etiam Religioſi Minores Sancti Franciſci ſi admittunt ſuos Tertiarios in ſuis Eccleſijs ad Diuina Officia, excommunicationem incurrunt Papæ reſeruatam, ſed ſatisfactione præſtita, ſunt abſoluendi ab Epiſcopo, authoritate Apoſtolica à iure delegata *ex Clem. cum ex eo de ſent. excommun.*

Clerici porrò tradentes vſurarios manifeſtos Eccleſiæ ſepulturæ, vel oblationes eorum accipientes, compellendi ſunt reddere, quæ acceperint, & donec ad arbitrium Epiſcopi ſatisfecerint, ab officiſ ſui manent executione ſuſpenſi. tex. *in cap. quia in omnibus de vſur. & cap.*

quamquam eodem tit. in 6. Sepelientes verò in loco interdicto, ſcilicet tempore interdicti localis, exercendo in officio illo actum Ordinis Sacri, incurrunt irregularitatem. Sayr. *lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 34. At ſepelientes in loco non interdicto excommunicatos, vel interdictos, non fiunt irregulares. Sayr. *ibidem*.

Eccleſię vero, vel Cœmeteria Sacra, in quibus fuerint huiuſmodi ſepulti polluta remanet eò ipſo. *cap. conſuluiſti de cenſur. Eccleſ.* Sayr. *d. lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 22. Suar. *d. diſp.* 12. *ſect.* 4. *num.* 4. *& de ſacrament. diſp.* 81. *ſect.* 4. *§. quartò violatur*, & alij; Et cadauer illud excommunicati eſt exhumandum, & procul ab Eccleſia proiiciendum, ad tenorem *cap. Sacris de ſepult. & cap. ad hec de priuil.* ibique Burr. Abb. alijque. Neque ibi interim poſſunt officia celebrari, vt per DD. cit. Si vero ſepultus abſoluatur ab excommunicatione, ab eò, qui illam dare poteſt prò vtroq; foro, ob ſigna edita in articulo mortis, tunc non erit corpus exhumandum. Suar. *d. diſp.* 12. *ſect.* 4. *num.* 3. & Sayr. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 13.

Ratio autem cur excommunicati interdicti &c. tradi nequeant Eccleſiaſt. ſepulturæ inſinuatur ex *d. cap. ſacris*: quia quibus non communicamus viuis non debemus etiam communicare defunctis. Atque hinc infertur, quod licet contingat, excommunicatum mori cum maximis ſignis contritionis, ſi tamen abſque abſolutione à cenſura decedat, ſepeliri non poſſit in loco Sacro, donec ab Epiſcopo abſolutionem obtineat, iuxtà *cap. A nobis 2. de ſent. excom.*

Sed illuſtremus hanc materiam decretis Sacrarum Congregationum.

Abſolutio à cenſuris ex cauſa violatæ immunitatis Eccleſiaſticę eſt reſeruata Sum. Pont. S. Congregat. Immun. in *Licien.* 13. Iul. 1638.

Auditor Cam. non poteſt dare hanc abſolutionem, nec cætera Tribunalia Vrbis. Eadem in *Romana* 4. Auguſti 1626.

Auditor Cam. non habet facultatem abſoluendi à cenſuris in cauſis violatæ immunitatis Eccleſiaſticæ, nec cum reincidentia, neq; concedere inhibitiones. Eadem in *Grauinen.* & *Capritana* 27. Ianuarij, & 10. eiuſdem 1639. & in 1. Iulij 1642.

Auditor Cam. non habet facultatem abſoluendi à cenſuris in Cauſis violatæ immunitatis Eccleſiaſt. nec cum reincidentia, defectu iuriſdictionis, & ideò Epiſcopi non debent attendere eius inhibitiones, ſed debent procedere ad vlteriora, vt ſæpius reſolutum ab eadem Sacra Congregatione, præſertim in *Neapolitana* 29. Auguſti 1671.

Abſoluendi facultas non debet concedi Ordinario inferiori, ſed Epiſcopo viciniori. Eadem 23. Auguſti 1632.

Epiſcopus abſque facultate Sac. Congregationis non debet committere abſolutionem cum reincidentia, ſecus incidit in excommunicationem. Eadem Sac. Congreg. in *Caſſanen.* 3. Decembris 1652. Neque ratione infirmitatis, niſi ſit periculoſa. Eadem in *Licien.* 6. Februarii 1635. Neque in honorem feſtiuitatum. Eadem in *Aueſſana* 27. Martii eiuſdem anni.

Abſolutio non datur niſi expreſſis nominibus. Eadem in *Compſano* 1. Octobris 1652.

Iubileum non ſuffragatur excommunicatis in foro fori. Eadem in *Aquilana* 17. Ianuarii, & in *Nuſcana* 6. Febr. eiuſdem anni.

Breue Pœnitentiariæ non ſuffragatur excommunicatis in exteriori, in *Grauinen.* 9. Octobr. 1629. & in *Marſicana* 7. Septembr. 1638. & in *Nullius Terlitij* 12. Ianuar. 1649.

Abſolutio aliquandò datur cum pœna ſoluendi eleemoſynam in *Salernitana* 29. Octobr. 1628. & in *Nullius Orbitelli* 29. Octob. 1624

Abſolutio non eſt concedenda vigore Iubilei. In *S. Marci* 14. Octob. 1630.

Abſolutio cum facultate Sac. Congreg. datur aliquando cum reincidentia in honorem feſtiuitatum. In *Britinorien.* 3. Aprilis 1632. & in *Caſſanen.* 19. Decembr. 1634. in *Caiacen.* 24. Martii 1627.

Abſoluendi facultas datur aliquandò per ſubſtitutum. In *Aſculana* 21. Septembr. 1633. Aliquandò datur facultas Epiſcopo ſubdelegandi abſolutionem. In *Baren.* 7. Auguſti 1657.

Abſolutio datur aliquandò cum cautione de ſoluendo damna. In *Aſculana* 22. Septemb. 1633. & in *Hortana* 5. Maij 1637.

Abſolutio eſt perſonaliter petenda. In *Nucerina* 8. Aprilis 1636. & in *Aprutina* 5. Martij 1641.

Elapſo termino abſolutionis cum reincidentia Ordinarius debet affiggere Cedulones contra iam abſolutos in *Baren.* 12. Decembr. 1634. & in *Alexandrina* 17. Ianuarii 1634.

Excommunicati ob extractionem factam ab Eccleſia, cum aliquandò extracti ab eis occiſi fuerint, vel à Curia ſęculari capite puniti, ex quo Eccleſia non poteſt reintegrari, poſſunt abſolui in fòro conſcientiæ; In foro autem exteriori Eminentiſſimi Patres fuerunt varii, ſed maior pars cenſuit, abſolutionem quidem differri, non autem abſolutè denegari, conſiderando circumſtantias facti in caſibus particularibus, ac propterea in caſu, de quo agebatur, conceſſa fuit in *Oppiden.* 13. Decembris 1633. At verò eadem Sac. Congregat. 15. Martii 1661. hanc rem ad Sac. Pœnitentiariam remiſit.

Commiſſarius Nuncij Apoſtolici non poteſt abſoluere à Cenſuris. In *Melphiten.* 10. Iul. 1640.

Nec poteſt abſoluere ob non ſolutionem decimarum Locumtenens Auditoris Cameræ Apoſtolicæ. In *Beneuentana* 29. Maii 1629.

Solis Epiſcopis, non autem aliis Ordinariis inferioribus communicatur facultas abſoluendi à Cenſuris incurſis ob violatam immunitatem, libertatem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & Sede Epiſcopali vacante, committitur Epiſcopo viciniori. Eadem ſępius.

Locumtenens A.C. poteſt abſoluere ab excommunica-

Digitized by Google

nicatione reſeruata. In *Caraten.* 29. Maii 1629.

Facinoroſus non eſt abſoluendus ab Epiſcopo cum facultate Summi Pontificis. In *Auellina* 27. Maii 1654.

Exactores onerum ab Eccleſiaſticis non ſunt abſoluendi, niſi præcedente reſtitutione omnium exactorum. In *Alexandrina* 15. Febr. 1635.

Abſolutio multorum concurrentium in vnum crimen quomodò conferenda? Vide in *Baren.* 13. Auguſti 1647.

Abſolutio diuerſorum delinquentium datur ſecundum qualitatem delictorum. Eadem 10. Nouembris 1649.

Petentes abſolui ab excommunicatione ſunt abſoluendi in forma Eccleſiæ conſueta. In *Caietana* 9. Nouemb. 1626.

Abſolutio ab excommunicatione non prodeſt, niſi ſequuta reſtitutione, & redintegratione Eccleſiæ. In *Lauden.* 9. Octobris 1629.

Excommunicatus mortuus poteſt abſolui in forma iudicij. In *Hieracen.* 13. Septembris 1655.

Excommunicatus mortuus, ſi ſigna pœnitentiæ dederit, poſt abſolui. In *Ianuen.* 14. Sept. 1626.

Circa abſolutionem excommunicati demortui ſeruanda eſt diſpoſitio *cap. fin. de ſepult.* In *Mediolanen.* 13. Febr. 1637.

Contra excommunicatos notorios, qui non curant abſolui, procedendum per aggrauatorias. In *Beneuentana* 20. Ianuarii eiuſdem anni, & *Nullius Canuſia* 20. Martii 1930.

In *Aquinaten.* Petrus, & Thomas de Iorio petentes abſolutionem à cenſuris ob cauſam extractionis, & homicidij mulieris, eorum conſanguineæ, reſolutum cum Sanctiſſimo prò declaratione authoritatis Sacræ Congregationis, & facta relatione, Sanctiſſimus ſub die 28. Septembris declarauit, Epiſcopum in ſupradicto caſu poſſe abſoluere authoritate Ordinaria, cum nulla interceſſerit authoritas publica, & ideò ſub eadem die 28. expeditæ ſunt litteræ. Idem in *Cariaten.* 1. Octobris 1669. ſcriptum Vicario, qui abſoluat, ſatisfacta parte, iuxtà Ordinarias ſuas facultates, cum violatio non fuerit commiſſa authoritate publica.

In *Tarentina* 17. Auguſti 1669. conſtito de ſignis pœnitentiæ datis, & de ſatisfacta parte, Vicarius Generalis abſoluat in forma ad tenorem *cap. à Nobis* 2. *de ſent. excom.* & concedat ſepulturam Eccleſiaſticam. Ibidem in *Aquilana* 13. Auguſti eiuſdem anni, & in *Bituntina* 2. Ianuarii 1672 videlicet Epiſcopo, qui faciat exhumari cadauer, & illud, præſtito per hæredes iuramento de parendo mandatis Eccleſiæ, abſoluat in forma, ad tenorem *cap. à Nobis de ſent. excom.* & deindè tradat Eccleſiaſticæ ſepulturæ ex eo, quod mortem ſigna pœnitentiæ præceſſerint.

Abſolutio ab excommunicatione dari debet, ſatisfacta parte, vel quandò delinquens fuit ſufficienter punitus, etiam à Iudice ſæculari. Sac. Congreg. Epiſc. in *Triuentina* 17. April. 1602. & in *Beneuentana* 27. Martii 1653.

Abſolutio excommunicationis prò delicto non valdè graui priuatim dari debet. Eadem in *Sueſſana* 20. Nouembris 1655.

Abſolutio à Cenſuris ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam iuxtà Conſtitutionem Greg. incip. *Cum alias nonnulli*, eſt Sedi Apoſtolicæ reſeruata. Sac. Congreg. Conc. anno 1617.

Abſolutio à Cenſuris debet concedi omninò gratis, etiam in foro exteriori, excepto eò, quod debetur Notario prò mercede, & Iudici prò decreto. Sac. Congreg. Epiſcop. in *Neocaſtren.* 27. Iul. 1618. Etſi in abſolutione excommunicationis reſeruatæ commutentur expenſæ itineris, & incommoda Romam veniendi in aliquam eleemoſynam. Eadem in *Mediolanen.* 22. Aprilis 1603.

Licet abſolutio Sacramentalis data ſub conditione de futuro ſit nulla, abſolutio tamen à cenſuris data ſub conditione de futuro, non ſolum eſt valida, ſed etiam licita, maximè exiſtente iuſta cauſa, vtpotè quia poſteà non patebit aditus ad Superiorem. Item licet abſolutio à Cenſuris differat à Sacramentali peccatorum abſolutione, etiam in hoc, quod ex cauſa dari poſſit, etiam inuitis, antea tamen curari debet, vt delinquentes errorem ſuum recognoſcant, & abſolutionem humiliter petant. Sac. Congreg. Epiſcop. in *Cauen.* 6. Sept. 1604. & 18. Martii 1949.

Abſolutio cenſuratum, & diſpenſatio irregularitatum ad cautelam dari ſolet, quandò Reus allegat probabilem cauſam earum nullitatis, & ſic quandò dubium eſt, an inciderit, & ab eò Iudice, qui à certis abſoluere poſſet, excepto interdicto locali generali, à quo non datur abſolutio ad cautelam; Ante tamen cauſam finitam debet præſtari cautio de ſtando iuri. S. Cong. Epiſc. *in Anagnina* 3. Maii 1647. Et datur ſecretò abſque ſolemnitate iudiciali. Eadem in *Neapolitana* 17. Iunii 1577.

Multi ſunt caſus, in quibus antequam cauſa plenè cognita fuerit, abſolui poteſt cum reincidentia, præſtita promiſſione de parendo, & ſtando iuri.

Primus; Quandò petitur ab Ordinariis, vel ab alio informatio, maximè cum præcipitur tranſmiſſio proceſſus. Sac. Congreg. Epiſcop. in *Tarracinen.* 5. Maii. 1645. & in *Martyranen.* 11. Maii 1646. & in *Montisfaliſci* 15. Septembris 1648.

Secundus; Quandò adeſt fumus boni iuris eius, qui recurrit. Eadem in *Boianen.* 16. Februarii 1646. & in *Monopolitana* 3. Aprilis 1649. & iterum in *Boianen.* 30. Septemb. 1650.

Tertius; Quandò Ordinarius excommunicauit in cauſa propria, modò non tractetur de decimis. Eadem in *Larinen:* 21. Septemb. 1646.

Quartus; Quandò ſunt excommunicati ob non exhibitionem librorum Confraternitatum, quod aſſerunt, non eſſe apud ſe. Eadem in *Scalen.* 27. Martii 1647.

Quintus; In honorem alicuius Magnæ feſtiuita-

tis, prçſertim Reſurrectionis, & Natiuitatis Domini. Eadem in *Ianuen.* 4. Maii 1603. & in *Vmbriaticen.* 16. Martij 1621. & in *Riminen.* 3. Aprilis 1648.

Sextus; Propter aliam iuſtam cauſam. Eadem in *Salernitana*, in *Topien.* & in *Nouarien.* 1601. & in *Ianuen.* 2. Iul. 1602. & in *Vulturarien.* 23. Decembris 1603.

Licet examinatus propter aliorum offenſam non debeat abſolui in foro exteriori, neque interiori, niſi prius ſatisfacta, vel concordata parte, & ſi fuit offenſa libertas, vel immunitas Eccleſiaſtica: Niſi omnibus in priſtinum reſtitutis; Si tamen excommunicatus eſt paratus ſatisfacere, vel ſi tunc non poſſit, vult præſtare cautionem idoneam, per pignora, vel fideiuſſores, vel ſi hæc non poſſit, ſaltem per iuramentum debet abſolui, licet pars offenſa nolit acceptare ſatisfactionem; Imputari namque non debet ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum Sac. Congr. in *Mileten.* 4. Auguſti 1579. & in *Bergomen.* 6. Decembris 1606. & in *Sulmonen.* 12. Martij 1619. Maximè ſi quis fuit excommunicatus prò manifeſto exceſſu, tunc enim non debet abſolutio concedi, niſi prius Eccleſię ſatisfaciat. Eadem in *Baren.* 12. Iun. 1577. & in *Cariacen.* 5. Nouembris 1602.

Excommunicati verò ob carcerationem Clerici non debent abſolui vſque ad integram ſatisfactionem expenſarum, ſi ſunt liquidæ, licet haberent Breue Sac. Pœnitentiariæ. Si verò non ſunt liquidę debent abſolui, cum idonea cautione alicuius perſonæ Eccleſiæ in forma depoſiti, Eadem in *Teleſina* 20. Febr. 1613.

Iudex autem laicus, vel eius executor excommunicatus ob carcerationem Clerici, non debet abſolui, donec illum reſtituerit, licet aſſerat, ſe illum Regię Audientiæ conſignaſſe, ideòque reſtituere non poſſe. Quia hæc non reputatur excuſatio legitima propter ſuſpicionem colluſionis. Eadem in *Laquedonen.* 22. Martii 1614. Nec ſufficit, ſi reſtitutio, vel relaxatio fiat ſub fideiuſſione, ſed debet liberè dimitti, ſeù reſtitui. Eadem in *Crotonen.* 3. Auguſti 1618.

Quidam tamen Gubernator, qui extractum maiori Iudici conſignauerat, fuit abſolutus ad annum cum reincidentia. Eadem in *Sulmonen.* 23. Febr. 1612.

Non prohibetur Epiſcopus, vel alius Superior affigere Cedulones, & punire excommunicatum, licet fuerit in foro conſcientię abſolutus, vel cum Breui Sac. Pœnitentiæ, vel cum Bulla Cruciatæ, aut Iubilei, vel in vim *cap. liceat ſeſſ.* 24. Conc. Trid. vel alio quocumque modo: Quia iſti duo fori ſunt ſeparati, & actum in vno non affert præiudicium in alio; Poteſt tamen Iudex Eccleſiaſticus abſolutionem in foro conſcientiæ datam, etiam prò foro exteriori ratam habere, niſi hoc redundet in præiudicium partis. Eadem Sac. Congreg. Epiſc. in *Compſana* 14. Iunij 1619. & in *Oppiden.* 8. Iun. 1621. & in *Mileten.* 30. Septembris 1622.

An, & quibus modis pęna Eccleſiaſticæ latæ ſententiæ ſuſpendantur? Vbi plura ex Decretis Sacrarum Congregationum, de appellatione à Cenſuris ob violatam immunitatem libertatem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam. to. 2. Conſul. 60. Et Vide tom. 9. Conſul. 49. nu. 21. & ſequen.

PRrimò; Per abſolutionem ad reincidentiam, quæ eſt ſuſpenſio impropriè dicta, quam poſſunt dare omnes, qui habent poteſtatem Ordinariam illas abſoluendi. In multis tamen caſibus à iure expreſſis Confeſſarij ità poſſunt, ac debent ad reincidentiam abſoluere, vt à reſeruatis cenſuris in articulo mortis, ſi promptè, ſeù commodè haberi non poſſit alius, qui poſſit abſoluere à dictis reſeruatis extra mortis articulum, ex Trid. *ſeſſ.* 14. *de pænit. cap.* 7. Suar. *de pænit. diſp.* 26. *ſect.* 4. *num.* 3. Sanch. Regul. *in decal. lib.* 2. *cap.* 13. *à num.* 1. & alij.

Secundò. Quandò abſoluuntur ad certum actum, vel ad certum tempus, vt deindè ſtatim reincidat in eadem Abb. *in cap. Ad hæc* 37. *de appell. num.* 4. Card. ibi, & alij: At id ſecundum multorum ſententiam ſolus Papa, vel cui Papa commiſerit. Franc. in *cap.* 1. *num.* 19. *de reſcript. in* 6. ibique Gemin. *num.* 14. & alij.

Tertiò; Per prorogationem factam a creditore, ſeù parte, termini à lege, ſeu Iudice aſſignati ad ſatisfaciendum eidem parti.

Quartò; Per appellationem. Et licet regula ſit in iure, quod cenſurę non ſuſpenduntur per appellationem. *Cap. paſtoralis* §. *Verum cap.* 15. *cui cap. ad hæc. de appell.* Tamen à declaratoria cenſuræ, & alterius latæ ſententiæ ex ipſo iure commiſſæ admittitur appellatio, dummodò verè non ſit notorium, Gloſ. *in cap. Cupientes.* Felinus in cap. Rodulphus *num.* 43. *de reſcrip.* Vndè ſequitur, quando interim non poterit denunciari, & ſi Cedulones affixi ſint, erunt remouendi, Sanch. *opuſc. lib.* 3. *cap. vnic. dub.* 32. *num.* 240. Nec erit neceſſariò vitandus. Felin. *loc. cit.* Item ſequitur, quod ſi Reus ſit in mala fide, & ſciat ſe incurriſſe in cenſuram, ſeù pęnam, non releuabitur prò foro conſcientiæ per hanc appellationem, Genuen. *num.* 2. Si autem probabili ignorantia exiſtimauerit, ſe non incurriſſe, & ſe ingeſſit in diuinis, & celebrauit, non fiet irregularis. Felin, *ibidem* & alij communiter.

At en decreta Sacræ Congregationis Immunitatis ad hanc rem edita.

Appellatio regulariter non datur, niſi quandò conſtat de iuſtitia. *Theatina* 31. Auguſti 1627.

Vt euitetur occaſio recurrendi ad Monarchiam committitur Archiepiſcopis Siciliæ, vt procedant

Digitized by Google

dant in cauſis appellationum. In *Panormitana*.

Appellatio non recipitur contrà verum contumacem. *Romana* 3. Octob. 1600.

Appellatio non admittitur in cauſa violatæ immunitatis Eccleſiaſticæ. *Roſſanen.* 8. April. 1642.

Appellatio non datur à declaratione Epiſcopi, an quis gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica. *Nicien.* 12. Ian. & *Vercellen.* 13. Auguſti 1649.

Appellatio in Bulla Greg. intelligitur indiſtinctè prohibita. *Cephalden.*

Nullum Tribunal Rom. Curiæ poteſt impedire, aut retardare executionem decretorum, ac reſolutionem Sac. Congreg. immunitatis, quæ in materia libertatis, immunitatis, & iuriſdictionis Eccleſiaſticæ repreſentat immediatè ſuam Sanctitatem, ità vt etiam Auditor Sanctiſſimi iuxtà praxim, cauſas vel teloluras, vel pendentes in eadem Sacra Congregatione ſimpliciter remittere debeat ad eandem Sacram Congregationem vt in *Maceraten.* 9. Iulii 1670.

Adijcimus reſolutiones aliarum Sac. Congregationum ad eandem materiam ſpectantes.

Appellatio interpoſita ſuper condemnatione ad triremes habet effectum ſuſpenſiuum. Sac. Cong. Epiſc. in *Auerſana* 21. Ian. 1591. non obſtante, quod præ timore maiorum grauaminum condemnati gratiam petierint à Iudice primæ inſtantiæ. Eadem in *Maſſalubren.* 17. Septemb. 1655.

Appellatio non eſt admittenda à comminatione Epiſcopi facta contrà incurrentes excommunicationem, & alias cenſuras Eccleſiaſticas à iure latas ad dicendum cauſam quare non debeant declarari incidiſſe; ſecus ſi comminatio fiat contrà alios delinquentes, ad effectum illos excommunicandi ob aliquod delictum, vel crimen ſub excommunicationis ab homine latæ pœna Sac. Cong. Conc. in *Tropien.* 17. Martij 1619.

Appellationis cauſa dum pendet, appellans in eodem, quo reperitur carcere permanebit, quouſque Iudex, ad quem appellatum eſt, viſis actis, & cauſa cognita, aliter decreuerit, & tunc ſi à Iudicis ad quem decreto, vim diffinitiuè habente, fuerit appellatum, nihil mandare, aut prò ſui decreti executione attentare poteſt, donec per Iudicem ſuperiorem aliud fuerit ordinatum. Sac. Congregatio Conc. 13. Octobris 1600.

Quando Epiſcopus eſt in quaſi poſſeſſione ex alia ratione, quam feudi cognoſcendi cauſas ciuiles, vel mixtas, vel etiam criminales aliquorum laicorum, vel omnium, vt in locis, vbi Tribunalia ſunt communia, appellationes à ſententia Epiſcopi deſcendant ad Tribunalia ſuperiora Eccleſiaſtica, non laica. Sac. Cong. Epiſc. in *Salernitana* 23. Nouemb. 1615. Multò magis, vbi adeſt conſuetudo, vt omnes cauſæ tam actiuæ, quam paſſiuæ Eccleſiaſticorum Monaſteriorum, Confraternitatum, & aliorum piorum locorum cognoſcantur tantum in foro Eccleſiaſtico. Sacra Congregatio Epiſc. 13. Febr. 1596.

Appellatio per Conſtitutionem Greg. XIV. de violatione immunitatis Eccleſiaſticæ prohibita eeo à ſententia, detrahendo illum Curiæ ſæculari, denegata cenſetur etiam Fiſco, vel actori, ſi Epiſcopus pronunciet, reum Eccleſiæ reſtituendum eſſe. Sac. Congr. Immun. 6. Iun. 1629. & 1643.

Appellatio à declaratoria cenſurarum in materia violatæ libertatis, vel immunitatis Eccleſiaſticæ non admittitur, niſi prius Eccleſia, quod ad ſuum honorem fuerit in integrum reſtituta. Sac. Congr. Epiſc. in *Neapolitana* 11. Octobris 1617. & in *Liparen.* 4. Iulij 1620. & in *Rhegien.* 28. Iul. eiuſdem anni, & in *Siracuſana* 19. Iul. 1622.

Licet à comminatione cenſuræ detur appellatio, Sac. Congr. Epiſc. in *Campanien.* 5. Iul. 1619. Non tamen datur à comminatione declaratoriæ in materia immunitatis. Sac. Cong. Conc. in *Salernitana*, & in *Tropien.* 16. Martij 1615. Niſi Eccleſia fuerit prius redintegrata, vt ſupra.

Die 4. & 11. Auguſti 1626. Habita fuit Congr. à SS. D.N. ſpeciatim deputata ſuper abuſibus Tribunalium, in qua primò dubitatum fuit: an in Tribunali A.C. & in alijs Tribunalibus Cur. Rom. poſſint concedi inhibitiones, ſeu monitoria cum abſolutione, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam excommunicatis per Epiſcopos, vel alios Ordinarios ex cauſa violatæ iuriſdictionis, immunitatis, vel libertatis Eccleſiaſticæ appellantibus, vel alias recurrentibus ad ſupradicta Tribunalia?

Secundò, An in cauſis, quæ agitantur in ſupradictis Tribunalibus Curiæ Rom. poſſit recurſus haberi ad Sac. Congr. immunitatis ſuper reſolutione, vel declaratione an ſit, vel non ſit commiſſa violatio iuriſdictionis immunitatis, vel libertatis Eccleſiaſticæ, & non ſit locus redintegrationi huiuſmodi violationis, & interim debeant d. Tribunalia ſuperſedere vſque ad reſolutionem, ſeu declarationem eiuſdem Sac. Congr. illamque ſequi, & exequi?

Quæ Sac. Congr. dubijs ſupradictis maturè diſcuſſis, ac rationibus hinc inde deductis diligenter ponderatis, vnanimi conſenſu, cenſuit quoad primum, Tribunal. A. C. nec non alia Tribunalia ſupradicta non poſſe huiuſmodi abſolutiones concedere, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam.

Quo verò ad 2. licere partibus ad d. Congreg. vt ſuprà recurrere, & interim ſupradicta Tribunalia debere reſolutionem, ſeu declarationem expectare, & illam omninò ſequi, & exequi.

SS. approbauit die 5. Septemb. 1626., & expreſſo iuſſu S. ſuæ notificatum fuit omnibus Iudicibus Curiæ Rom. prò illorum obſeruantia.

Ac

Ac inſuper de huiuſmodi appellationibus, & inhibitionibus dictum fuit in Congregatione habita die 27. Auguſti 1650. A.C. poſſe quidem concedere monitoria, & inhibitiones ijs, qui ab Epiſcopis, vel ab alijs Ordinarijs declarati fuerint excommunicati ob violatam iuriſdictionem, immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam, & ad Sedem Apoſtolicam appellarunt, cum ab huiuſmodi declaratione, niſi exceſſus ſit notorius, detur appellatio ad vtrumque effectum, & A.C. ſit Iudex Ordinarius quarumcumque appellationum, quæ à ſententijs per Ordinarios locorum, etiam extrà Statum Eccleſiaſticum ad eandem Sedem interponuntur, ſed non poſſe eos abſoluere, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam, obſtante decreto hac de re edito, & ab Vrb. VIII. confirmato, quod Sacra Congregatio ſeruari mandauit.

Idem Sum. Pont. Vrb. Menſe Septembris 1626. audita ſententia Sac. Congr. ſuper controu. iuriſdict. iuſſit, per Gubernatorem Vrbis non procedi ad cognitionem cauſarum, in quibus adſit violatio immunitatis, & iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, nec ad extractionem à locis immunibus abſque ſpeciali licentia ſuæ Sanctitatis, quæ licentia ſemper in principio proceſſus inſeratur.

De pœnis contrà capientes, carcerantes, detinentes, hoſtiliter inſequentes S.R.E. Cardinales, vel Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas &c. Vbi quæ ratio potiſſimum ineunda ſit, qua captis carceratis, ac detentis auxilium feratur? tom. 2. Conſult. 62.

PRima excommunicatio incurritur per manus iniectionem in eorum perſonam *ex cap. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4.* quæ eſt Papæ reſeruata. Secundò etiam Papæ reſeruata, & pœnæ latæ ſunt *in Clem. 1. de pœn.* contrà percutientem, capientem, bannientem Epiſcopum conſecratum, & contrà cooperantes, & contrà filios taliter delinquentium, & interdictum contrà loca; quæ ſimiliter, & à fortiori procedunt quādò tales actiones contrà Rom. Epiſcopum (quod abſit) exercentur. Tertiò. In *cap. Fœlicis de pœnis in ſexto*. Lata eſt primum, excommunicatio contrà eum, qui Cardinalem, & à fortiori ſi Papam fuerit hoſtiliter inſequutus, vel percuſſerit, vel ceperit, vel ſocius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, aut factum ratum habuerit. aut conſilium dederit, vel fauorem, aut poſteà receptauerit, vel defenſauerit ſcienter eundem, & quandiù in ſua contumacia perdurauerit, ſingulis Dominicis, & feſtis pulſatis Campanis, & Candelis accenſis per omnes illius loci Eccleſias, in quo tantum facinus fuerit attentatum, & Ciuitatum, & Diæceſum vicinarum, ſunt excommunicati publicè denunciandi, & abſolutio Papæ reſeruatur. Secundò. Lata eſt ibidem tanquam contrà reos læſę Maieſtatis pœna infamiæ iuris, & conſequenter etiam irregularitatis. Tertiò. Pœna lata eſt perpetuę diffidationis, & bandi. Quartò. Vt ſint inteſtabiles, vt nec liberam habeant teſtamenti factionem, nec ad alicuius bona ex teſtamento, vel ab inteſtato vocentur. Quintò. Domus diruenda in perpetuum. Sextò. Nullus ei debita reddere, nullus reſpondere eis in iudicio tenetur, ſed poſt abſolutionem à cenſura poterunt ſuam, & ſuorum iniuriam in iudicio proſequi, & repetere credita poſt abſolutionem quæſita. Septimò. Bona ipſorum ſunt ipſo iure publicata. Octauò. Sunt ipſo iure priuati feudis, locationibus, & beneficijs ſpiritualibus, & temporalibus, quę ab Eccleſijs obtinent, & ad eaſdem Eccleſias liberè reuertuntur. Nonò. Vt cum fuerint abſoluendi ab excommunicatione prædicta, idoneè caueant, quod iniunctæ pœnę, ſeù pœnitentię parebunt, & debent eam pœnitentiam facere, vt per omnes Eccleſias principales illius loci, vicinorumque locorum diebus Dominicis, & ſolemnibus incedant nudi coram populo, femoralia tantum habentes, & ternas deferentes in manibus, cum quibus per eaſdem Eccleſias publicè fuſtigentur, ituri poſteà vltra mare, acturi pœnitentiam ad minus per tres annos, nec indè receſſuri ſine licentia Papę ſpeciali. Decimò; Filij, & nepotes per lineam rectam ipſius virilem deſcendentes ſunt ipſo iure priuati omni beneficio Eccleſiaſtico, & infamia iuris affecti, & inhabiles ad publica officia, & teſtimonium ferendum in iudicio, & ad omnes actus legitimos, & irregulares, vt promoueri ad Ordines nequeant, aut ad beneficia, aut officia Eccleſiaſtica, omni ſpe diſpenſationis adempta; imò ſunt etiam irregulares, vt non poſſint miniſtrare in ſusceptis, vt per Gigas *de crim. læſ. Maieſt. tit. de pæn. fil. q. 12.* Vndecimò; Ciuitas quęlibet, præter Vrbem Romam, quę prędicta facientibus conſilium dederit, vel auxilium, vel fauorem, vel infra menſem taliter delinquentes, prout potuerit non duxerit puniendos, Pontificali, ſeù Epiſcopali eſt eò ipſo dignitate priuata, & nihilo minus remanet interdicta. Duodecimò; Si Princeps, Senator, Conſul, Poteſtas, vel alius Dominus, ſiuè Rector contrà prçſumptores prædictos prçſentis Conſtitutionis tenorem non fecerit obſeruari, tam ipſe, quam Officiales ipſius infra menſem, poſtquam res ad notitiam eorum peruenerit, eò ipſo ſententiam excommunicationis incurrunt, ſed non eſt reſeruata.

Quarta excommunicatio latę ſententię *in cap. 11.* Bullę in Cœna Domini Papę reſeruata contrà omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter perſequentes S.R.E. Cardinales, vel Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, aut eos à ſuis Dięceſibus, terris, ſeù dominijs eijcientes, & contrà talia mandan-

te

Digitized by Google

tes, rata habentes, vel præſtantes in eis auxilium, conſilium, vel fauorem.

In hoc quoque notandum eſt, quod ſi Princeps bannierit à Regno ſuo Epiſcopum non habentem in eo Regno Diœceſim, neque dominium vllum, neque ius legationis, ſeu Nunciaturæ officium, non incurrit in hanc cenſuram. Nauar. *cap.27. num.67.* Vgolin. *in cap.11. Bull. §.t. num.4.* & alij, Occidens verò Nuncium, ſeu Legatos Papæ, vel alterius Principis, incurrit crimen læſæ Maieſtatis; vndè damnatus eſt infamis, & irregularis. Farinac. *quæſt.112. à num.160.*

Et quidem, cum Cardinales, alijque Prælati Eccleſiaſtici, ac etiam Archiepiſcopi Electores S. Romani Imperij, ex quo ſunt Archiepiſcopi eximantur à quacumque iuriſdictione laicali, adeò quod nemo cuiuſcumque dignitatis, gradus, & conditionis ille ſit, poſſit abſque Sum. Pontificis licentia, & cenſurarum incurſu illos in carceres conijcere, ac retinere, aliouè modo quocumque in eos authoritatem, vel iuriſdictionem aliquam exercere, ideò ſi poſtulentur Rei cuiuſuis criminis, etiam læſæ Maieſtatis, partes Principis laici, qui ob illorum Eccleſiaſticum characterem indelebilem, in eos animaduertere nequit, erunt illos tradere Sum. Pontifici, qui alicui viro probo, ac partibus fidò committet munus recipiendi probationes omnium delictorum, quæ ijs imponuntur, vt deindè ad cauſæ deciſionem ritè deueniatur.

Hic agendi modus olim obſeruatus fuit in cauſa Cardinalis Cleſelis ſub anno 1618. ſub Pontificatu Pauli V. & nouiſſimè in cauſa Cardinalis de Retz ſub Pontificatu Alexandri VII. Cuius detentio, vt primũ Sanctitati ſuæ innotuit, nihil intentatum reliquit, quo illũ in libertatem vindicaret. Ac primum quidem ſpecialem quorundam Cardinalium Congregationem indixit, in qua tanti momenti negocium ſeriò tractaretur. Mox Curſorem expediuit ad Nuncium ſuæ Sanctitatis in illis partibus cum Breui reſerto, ſenſibus verè Eccleſiaſticis, adiunctis etiam inſtructionibus, ac monitis peropportunis, quę non minus grauitati materię congruerent, quam Paſtoralis animi vigilantiam, & prudentiam propalarent. Quin etiam quo frequentius, & efficacius negocium tanti ponderis vrgeret, feliciuſque abſolueret, Archiepiſcopum Aueníonenſem, Nuncium extraordinarium deſtinauit in Gallias, ob prȩclaras eius animi dotes, & virtutes, non ſolum idoneum, verum etiam ob loci vicinitatem tam arduo molimini opportunum, vt omni mora propoſita, d. Cardinalis liberatio acceleraretur. Quę quidem omnia perbenè adminiſtrata ceſſerunt. Enim verò in his rebus non agitur, niſi de ſedanda Principum conſcientia: Nam traditis Cardinalium, aliorumque Prȩlatorum perſonis, cui iuſſerit Sum. Pontifex, ac ijs in toto ſeruatis, donec eorum cauſa per Iudicem à Sanctitate ſua deſtinatum, ac vtrique parti fidum perficiatur ius politicum firmum, atque integrum apud ipſos Principes remanebit.

An Doctores Catholici poſſint in Cauſis Eccleſiaſticis conſilium dare Officialibus hæreticis illud petentibus? to.2. Conſult.70. Miſcellan. n.22.

RESp. Hoc eſſe contra Sac. Canones, atque adeò non poſſe.

Blaſphemare audientes, & non denunciantes quandò incurrant excommunicationem? ibid. num.32.

QVandò per tales blaſphemias credunt, vel dubitant illos eſſe hæreticos, vel ſuſpectos de hæreſi.

De aliquibus Cenſuris latis à Suffraganeis contra Concubinarios. Vide de Concubinat. tom.3. Conſult.38. *Item contra Contumaces, & contra percuſſores Clerici.* Vide ibidem de Suffraganeis.

Quis nam dicendus ſit notorius Clerici percuſſor, ità quod euitari debeat, ſecundum illam exceptionem Concilij Conſtantienſis? tom.14. Conſult.133. & tom.10. Conſult.115.

VT notorius Clerici percuſſor ſit vitandus requiritur ſenteotia Iudicis declarans, ſeù denuncians excommunicationem incurſam, vt ſic conſtare poſſit ijs, qui talem percuſſorem vitare tenentur, vel immediatè per ipſam denunciationem, vel mediatè per certam relationem: Nam requiritur, quod factum, ſeù percuſſio nulla poſſit tergiuerſatione celari, & proindè non erit vitandus, ſi aliquo pacto celari poſſit. Couarr. *in cap. alma par.1. §.2. nu.7.* Faund. *præcep.1. lib.2. cap.5. num.12.*

Vndè non ſufficit publica fama: quia hoc non inducit notorium facti, cum poſſit eſſe falſa; Similiter, ſi factum poſſit excuſari aliquo iuris ſuffragio, vt conſtat *ex Extrauaganti.*

De pœna lacerantium, vel deturpantium, vel amouentium Cedulones Excommunicationis, vel Cenſurarum iam affixos, ac de mandante lacerari, vel deturpari, vel amoueri. tom.5. Conſult.8.

CEnſuras poſitiuè contemnentes non incurrunt cenſuram latam contra impedientes Iudices Eccleſiaſticos in eorum iuriſdictione, Graſſ. *tom.1. lib.4. cap.18. num.139.* Nec contra Cedulonem obloquutores, ſiuè detractores, illoſque lacerantes, vel deturpantes ſolet procedere S. Officium, ſed Epiſcopus pœna arbitraria; niſi tamen alia concurrant, vt ſi malè ſentiret de vſu Clauium, ac de poteſtate Eccleſiaſtica, & ità intelligendi ſunt alij, qui aliter ſentiunt, precipuè Genuen. *in prax. cap.7. num.6.*

Digitized by Google

num.6. Eodem modo proceditur contra illos, qui aſſerunt: *Che ſcommunica? è meglio eſſer ſcommunicato, che communicato all' infretta*, vt per Tranſmier *de polyg. lib.3.qu. 2.num* 55. Eodem pariter modo intelligendum eſt, quod refert Carena *de S. Offic. tit.17. num.5. de mod. proced.* hoc eſt fuiſſe punitum in Inquiſitione Cremonenſi quendam peſſimæ vitæ, qui dixit: *Anche gli ſcommunicati mangiano*; Et quod non obſtante cenſura, Miſſam audierit; Vndè habitus fuit prò ſuſpecto de hæreſi de vehementi, & de alijs ſimilibus.

Varijs autem modis ſolent cenſuræ contemni poſitiuè, de quibus Gemin. *in cap. dilecto num.8. de ſent. excomm. in 6.*

Primò. Si excommunicatus ex certa ſcientia ingrediatur Eccleſiam, etiam quandò Diuina Officia non recitantur. *cap.1.21.d.v.can.Clericus 24.quæſt.3.* Secundò. Si idem ad valuas Eccleſiæ audit Officium. *cap. quid in re de pænit. & remiſſ.* Tertiò. Si communioni Catholicorum, quos poteſt euitare, ſe ingerat. *cap. illud de Cler. excomm. miniſtr.* Quartò. Si idem accumulat culpam culpæ. Quintò. Si quis verbo Cenſuras vilipendat; Si quis igitur poſitiuè verbo, vel facto contempſerit Cenſuras, perpenſis circumſtantijs perſonæ, loci, temporis, finis, & modi, erit magis, aut minus de hæreſi ſuſpectus, & maiori, vel minori gradui abiurationis obnoxius. Idemque de contemnente alias res, ac cæremonias ſacras dicendum eſt, vt ſi quis contemneret Indulgentias, campanas Eccleſiarum, perſonas ſacras, ritus Eccleſiaſticos, & id genus alia. Exempla vide apud Carenam *tit.8.§.2.num.9.*

Porrò mandatum lacerandi Cedulones non præſumitur, etiam ſi id factum fuerit à famulo, vel conſanguineo prætenſi mandantis, ſed probandum eſt ab allegante. Menoch. *lib.5. præſumpt. 27. num. 2. & ſeqq.* Farinac. *conſ.* 80. *ſub num.* 2. *vel* 1. & alij. Vbi enim quis moueri poteſt ad delinquendum ex ſuo impulſu, nunquam præſumitur mandatus ab alio. Natt. *conſ.161. ſub num.8.* Imò ſatis eſt, quod poſſit habere ſpem faciendi rem gratam prætenſo mandanti, ex hoc enim excluditur quælibet ſuſpicio mandati, & proindè ſola ſpes delinquentis non debet alium onerare. Spada.

Quod verò ad amotionem, debet plenè, & concludenter doceri, prò illiuſque excluſione vehemens inſurgit præſumptio ex longa diſſimulatione Epiſcopi; Non enim eſt veriſimile, quod Epiſcopus id diſſimulaſſet, ſi quis reuera Cedulones amouiſſet; In omnem autem euentum, ſi antè latas Cenſuras ſequatur refixio Cedulonum, quorum prætenditur amotio, Eccleſia remanet redintegrata, nec vllum extaret delictum, quod puniri debeat Cenſuris, quæ non debent decerni; niſi quandò culpa adhuc viget, vel Reus reſiſtit illius purgationi per *cap. ex parte de ſent. excom.* Tho. de Bene *de Immun. cap.2. dub.6. ſect.20. num. 11. & ſeqq.* Et conſtito de amotione culpabili, idem dicendum eſt, quod de laceratione, vel deturpatione dictum eſt.

Albertus quidam accuſatus eſt, quod Reliquias Sanctorum Martyrum è Cœmeterijs ab eo extractas in commercio poſuerit, ac pretio diuerſis perſonis vendiderit, quod eas effoderit ſine Notarij, ac aliarum perſonarum legitimo interuentu, & in propria domo ad numerum non exiguum retinuerit, ac ſigilla impreſſa in quibuſdam cartulis; ſtemma Eminentiſſimi Cardin. Vicarij exprimentia, nec non diuerſa nomina Sanctorum in quibuſdam folijs impreſſa. Ideò quæritur:

An, & quas pœnas incurrerit? Vbi de origine Cœmeteriorum, & remiſſiuè de cultu Reliquiarum. tom. 5. Conſult. 59.

Prò Alberto reſpondetur, quod vt incurratur pœna contra Simoniacos illata, conſtare debet, quod initus ſit venditionis contractus, qui propriè dicitur cum pretio certo cum re certa commutato *§. pretium inſtit. de empt.* Si igitur pretij mentio facta ſit, tunc ſemper emptio, & venditio præſumitur. *l. fin. C. de præd. Curial.* Accurſius *in l. cum dotem C. de iur. dot.* Quare videndum an pecuniæ receptæ ab ijs, quibus Reliquiæ traditæ ſunt, poſſint dici, quod traditæ fuerint loco pretij, an verò loco remunerationis, ſecus autem, ſi donatis Reliquijs, & ab Alberto ornatis, ac perbellè, & reuerenter comptis prò eius laboris præmio, ac impenſarum pecuniæ ipſi reddebantur. Quod non video prohibitum, neque à iure denegatum, cum antidoralis obligatio hoc requirat. *l. & ſi ff. de pet. hæred.*

Eòque magis, ſi Albertus hæc omnia ſponte confeſſus fuerit. Quo fit, quod bona fides, non vitium in eo conſiderari poſſit.

Quod autem ipſe ſolus abſque interuentu Notarij rogantis de extractione è cœmeterijs extraxerit multa Corpora Martyrum, excuſari poterit propter primordium veritatis, nempè ob facultatem, quam habebat ad Reliquia effodendum, nam credulitas iſta excuſat à dolo. Farinac. *conſ.* 44. *num.5. & quæſt.30. num.* 177. etiam ſi ſit fatua, & temeraria, atque iniuſta. Quo in caſu ſtari debet iuramento, vt per eundem Farinac. *conſ.155. num.9.*

Ad

Digitized by Google

Ad illud de retentione Reliquiarum pariter reſpondetur, nihil obſtare: Nam illas potuerat retinere prò illis expoliendis, & ex permiſſione, imò ex credulitate, quam probabiliter habebat, vti Miniſter.

Ad illud, quod dicitur de Sigillis cum impreſſione ſtemmatis Eminentiſſimi Vicarij, non ſatis liquet, quod ad delictum fuerint præparata; Imò cum Albertus reddat cauſam veriſimilem, nempè prò ſigllandis Cancellis Cæmeteriorum excuſari debeat à dolo, dum per Fiſcum aliter non probatur.

De initio Cęmeteriorum in Vrbibus, iuxtà Templa, Panuin. ſic ſcribit *in lib. de rit. ſepelien. mortuos*: *Cum antiquitus tantum extra Vrbem in Cæmeterijs hominum corpora ſepelirentur, pace Eccleſiæ data intra Vrbes ad Templorum limina, poſtea etiam in Templis ipſis ſepeliri mos inualuit. Conſtantinus in porticu Templi Apoſtolorum Conſtantinopoli. Honorius in Porticu Templi S. Petri Romæ, eius Vxor iatro idem Templum ſepulti ſunt.*

Cum moris fuiſſet in primitiua Eccleſia in natalitijs Sanctorum Martyrum vigilias celebrare in Cæmeterijs, ideò Conc. Elibertinum ſub Syluestro I. celebratum *cap.* 35. ſtatuit; nè fœminæ in Cęmeterio peruigilent, eò quod ſæpè ſub obtentu orationis ſcelera committant.

De Reliquijs verò Sanctorum translatione, ac cultu adi Bellarminum, & Baronium.

An percutiens Clericum mortuum incidat in Can. Si quis ſuadente 17. q. 4.? tom. 6. Conſult. 5.

AFfirmatiuè, Eſt communior ſententia, eamque tradunt Felin. *in cap. à Nobis* 2. *num.* 4. *de ſent. excom.* Albert. Brun. *de augm. num.* 95. Boetius *decis.* 316. *num. num.* 12. & alij, ac Sperell. *decis.* 45. *tom.* 1. Delbene *de immun. cap.* 2. *dub.* 4. *num.* 9. vbi contrarium cenſet quoad irregularitatem, ſi quis mortuum mutilauerit: quia non priuat membrum hominis aliqua vita. Ratio vnica eſt. quia mortuo quoque inferri poteſt iniuria, vt notat Baiard. *ad Cler.* §. *fin. q.* 77. *num.* 16. Medices *in tract. Mors omnia ſoluit par.* 3. *num.* 61.

De abſolutione ab Excommunicatione. Can. ſi quis 17. quæſt. 4. *prò vtroque foro. Vbi etiam quondò, & quibus in caſibus pœna Codauera imponatur?* tom. 6. Conſult. 6.

ABſolutio huius excommunicationis eſt Sedi Apoſtolicæ reſeruata, vt *in tex. d Con. ſi quis*; Sed limitatur

Primò, quod Epiſcopus de iure communi poteſt quemlibet abſoluere, quandò percuſſio eſt leuis, ideſt neque enormis, neque mediocris, *cap. peruenit de ſent. excom.* ibi Gloſ. & Abb. traditq; Sayr. *lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 35. & alij. Genuenſ. *in prox. cap.* 8. vbi latè hanc materiam declarat. Et hæc facultas, non ſolùm competit alijs Prælatis habentibus Epiſcopalem iuriſdictionem à Papa ſecundum communem. Sayr. *loc cit. n.* 2. ſed iuxtà probabilem, etiam Vicario Generali, vt tenet Bunac. *diſp.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 5. *num.* 4. Contrarium tamen tenet Abb. & Angel. quos ſequitur Sayr. ibi: Quia textus ad Epiſcopum verba dirigit, quod eſt intelligendum, niſi ſpecialiter ſit mandatum. Sforz. *de offic. Vic. quæſt.* 180. *lib.* 2.

Poteſt quoque Epiſcopus abſoluere à percuſſione mediocri, quando percuſſio eſt facta inter Clericos in communi viuentes, vt *cap Quoniam de vit. & honeſt. Cler.* Molin. *diſp.* 27. *num.* 3. & alij.

Item poteſt Epiſcopus abſoluere à mediocri officialem Principis, qui ratione officij turbæ arcendæ, Clericum mediocriter percuſſerit. *cap. ſi verò de ſent. Excom.*

Et idem de Miniſtris iuſtitiæ dicendum, ſi ratione ſui officij exercendi percutiunt, per eum tex. & ibi DD. Suarez *diſp* 22. *de cenſur. ſect.* 1. *num.* 70. & alij. Hæc autem facultas non competit Vicario, niſi de mandato. Sforz. *loc. cit.*

Pariter poteſt etiam abſoluere Epiſcopus quemcumque, etiam ab enormi habentem impedimentum perpetuum accedendi ad Sedem Apoſtolicam. *cap. de cætero, cap. Quamuis de ſent. excom.* & alibi. Et quidam dicunt, procedere etiam, ſi impeditus poſſit recurrere per literas, vel Nuncium ad Sedem Apoſtolicam prò abſolutione: quia non tenetur pœnitens ſic recurrere. Barb. *in d. cap. Si quis* 17. *q.* 9. & alij. Sed contrarium eſt verius cum Bonac. *de cenſur. diſp.* 1. *q.* 3 *pun.* 2. *num.* 4. Et ità vſus obtinuit; Vndè recurritur ad Sac. Pœnitentiariam, vt in ſimilibus.

Item poteſt abſoluere Epiſcopus ab enormi, non ſolum eum, qui impedimentum habet perpetuum, ſed etiam temporale diuturnum, quo minus Papam adire poſſit, niſi cum magna difficultate; ità tamen, quod ſi impedimentum non ſit futurum perpetuum, abſoluatur ad reincidentiam, ideſt cum cautione iuratoria, vt cum primum potuerit, compareat coram Summo Pontifice, *cap. de cætero, cap. mulieres,* & alibi. Et dicitur impedimentum perpetuum arbitrio prudentis, præſcindendo à reditu à Curia. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 90. Sayr. *lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 4. & alij. Et intelligitur de omni excommunicatione, nè anima periclitetur. Syluest. *v. abſolutio* 5. *num.* 7. & alij. Non tamen procedit de alijs cenſuris, nempè ſuſpenſionis, vel interdicti.

Hæc autem facultas etiam competit alijs Prælatis habentibus Epiſcopalem iuriſdictionem in ſuos. Abb. *in cap. Monachi num.* 3. *in fin.* Alijs autem Prælatis inferioribus Epiſcopo non competit; niſi ex aliquo alio priuilegio ſpeciali. Gloſ. *in d. cap. de cætero*, & Abb. ibi *nu.* 1. *num.* 2. Vndè neque Vicario Generali, niſi ex mandato Epiſcopi. Sforz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 108. *n.* 1.

Non tamen quoad effectum, de quo hic agimus, nomine Vicarij venit Vicarius Capitularis: quia ille non ſuccedit in iuriſdictionem delegatam Vicario Epiſcopi, ſicut nec Capitulum, a quo dictus Vicarius accipit poteſtatem, *cap. Paſtoralis* 11. §. *Præterea de offic. Ordin.* Panorm. *in cap. cum olim* 14. *num.* 2. & alij.

Quin hæc facultas procedit etiam quoad caſus in Bulla Cœnæ Domini, ſecundum probabiliorem, excepto tamen caſu hæreſis, quia huic iuri non cenſetur per clauſulas Bullæ derogatum, ob magnam illius æquitatem. Coninch. *diſp.* 14. *nu.* 242. Suarez *de pœnit. diſp.* 150. *ſect.* 3. *num.* 9. & alij.

Ex decreto tamen Sac. Congr. iuſſu Clem. VIII. qui priuilegia habent abſoluendi à caſibus Papæ reſeruatis, non poſſunt in Italia extra Vrbem Romam abſoluere à caſu inijcientium manus violentas in Clericum, iuxtà *d. Can. Si quis* 17. *q.* 4. & iuxtà diſpoſitionem, ſeù extenſionem ad Clericum, & Monachum percutientem ſeipſum grauiter ex odio, ſeù indignatione contra ſeipſum, non ex ſpiritu mortificationis, ſeù pœnitentiæ, quæ eſt communis ſententia, vt teſtatur Grammatic. *deciſ.* 44. *num.* 2. Clar. §. *fin. q.* 77. *num.* 3. & alij.

Quandò verò percuſſio eſt enormis abſolutè ſpectat ad ſolum Papam. *cap. Si verò* 4. vbi Panorm. *num.* 2.

Percuſſio autem enormis dicitur, non ſolum quandò eſt cum effuſione ſanguinis cauſata ex vulnere, vel cum mutilatione membri, verum etiam quandò percuſſio fit in publico, videlicet in Platea, in Theatro, in Eccleſia. *Inſti. de iniur.* §. *Atrox.* Panorm. *in cap. cum illorum num.* 9. *de ſent. excom.* Vel percutitur perſona qualificata, vt Epiſcopus, Parochus, Abbas. *d. cap. cum illorum.* Panorm. *ibid num.* 9. Idem dicendum de percuſſione mediocri, *cap. Porrò* 7. *de ſent. excom.* Ab excommonicatione enim prò leui percuſſione, quæ fit ligno, manu, pugno, & ſimilibus, quæ non faciunt vulnus, poteſt abſoluere Epiſcopus, *d. cap. Peruenit*, vbi Panorm. *num.* 7. & alibi. Vulnus autem dicitur quandò fit ſciſſura, ſeù ſeparatio in corpore. *l. ſi Seruus* 27. §. *rupiſſe*, & alibi. Etiamque tumefactio dicitur vulnus quandò eius cauſa eſt tacta ſciſſura. Bart. *loc. cit. num.* 2.

Nec quælibet cauſa excuſat percuſſorem Clerici à perſonali acceſſu ad Vrbem prò abſolutione obtinenda, ſed tantum cauſa legitima, & canonica. Primò ætas excuſat, ideſt puerilis infra pubertatem, *cap.* 1. *quamuis* 58. Panorm. *in d. cap.* 1. *num.* 1. & alij. Ætas ſenilis, adeò grauis, vt non ſit capax laboris veniendi ad Vrbem. *cap. quod de his* 26. Secundò. Excuſat ſexus, & ideò Mulieres excuſantur, ſiuè ſint iuuenes, ſiuè ſenes, ſiuè diuites, & ſui iuris, ſiuè pauperes, quia Mulierum, itineratio ſemper eſt periculoſa. *d. cap. Mulieres* 6. vbi Io: And. *num.* 1. *de ſent. excom.* Tertiò. Conditio, & qualitas, & ſtatus percuſſoris: nam Serui, qui non ſunt ſui iuris, non tenentur accedere, quandò eorum Dominus non fuit in culpa, & graue damnum paſſurus ſit ex abſentia Serui, vel Seruus id fecerit in fraudem Domi ſui. *cap. Relatum* 37. vbi Panorm. *de ſent. excom. in princ.*

Idem dicendum eſt de filio familias, qui adhuc eſt ſub patria poteſtate. Panorm. *in d. cap. Mulieres num.* 5. Turrecrem. *in cap. Si quis num.* 15. & alij. Magna potentia, & delicata complexſio excuſat magnos Principes ab obligatione accedendi ad Vrbem, ſed priuſquam ab Epiſcopo abſoluantur, debet eorum qualitas Romano Pontifici intimari. *d. cap. Mulieres*, vbi Panorm. *num.* 6. Religioſus ſtatus excuſat à tali obligatione, nè detur occaſio vagandi, *cap. Quoniam*, §. *fin.* Paupertas adeò grauis, vt impediat acceſſum ad Vrbem. *d. cap. Quamuis de ſent. excom.* Infirmitas excuſat, *cap. ea noſcitur*, *cap. quod de his*, & *cap. Quamuis*.

Articulus mortis, & periculum mortis eſt idem Gloſ. *in d. cap. Paſtoralis*, *v. Præterquam in mortis articulo.* Quæ ſunt idem, & confunduntur, non ſolum in ordine ad abſolutionem à Cenſuris, ſed etiam quoad abſolutionem Sacramentalem, *cap. non dubium*, & *cap. ea noſcitur.* & alibi. Illi etiam, qui ſuſcepturi ſunt periculoſum iter, cenſendi ſunt in periculo mortis, *ex l. aut per inſidioſa ff. de donat. cauſ. mort.* Prægnans adhuc eſt in periculo mortis, quando eſt primò peritura. Panorm. *in cap. Paſtoralis num.* 3. Omnes verò prægnantes proximè parituræ ſunt etiam in periculo mortis, quandò licet aſſuetæ ſint feliciter parere, de præſenti tamen ſubſunt talibus circumſtantijs, vt rationabiliter timeatur mors.

Damnati ad triremes, ſi eſſent debilis complexſionis, aut ægritudine aliqua habituali tenerentur, vndè addita pœna, quam ſubſtinent, timeretur mors, cenſendi eſſent in periculo mortis. Item ſi eſſet inſtituenda longa, & periculoſa nauigatio. Sic etiam de quibus ſuſpicio eſt, quod incidant in amentiam, etiam ad tempus, cenſeri debent in periculo mortis quia amentia eſt mors hominis quoad partem rationalem. Inituri prælium cum hoſtibus de proximò etiam ſunt in periculo mortis, Gloſ. *in d. cap. Paſtoralis*, & cæteri Doctores. Quod locum habet etiam in obſidionibus, tam quoad obſeſſos, quam ad obſidentes; Nec non in Militibus quandò præſtò habituri ſunt nauigationes.

Bannitos, qui impunè occidi poſſunt, eſſe itidem in periculo mortis cenſendum eſt; Idque, non obſtante ſaluo conductu; Odium namque hominis, præcipuè potentis, ſufficit ad conſtituendum in periculo mortis. *l. aut mortis cauſa ff. de donat. cauſ. mort.*

Conſtituti in ætate decrepita ſunt etiam in periculo mortis per *l. in ſex. aut ætate.*

Inimicitia capitalis excuſat ab acceſſu ad Vrbem

bem *d. cap. de cætero* 11. vbi Panorm. *num.* 11.

Quæ cauſæ licet omnes excuſent à perſonali acceſſu ad Vrbem; attamen non omnes excuſant, vt per ſupplicem libellum non recurratur ad Sedem Apoſtolicam prò abſolutione obtinenda, quandò id fieri commodè poteſt.

Non poteſt autem percuſſor Clerici abſolui, niſi præſtita ſatisfactione. *Cap. Porrò* 7. vbi Panorm. *num.* 3. quæ eſt refectio damnorum, & expenſarum, vel fructus beneficij ob ſui abſentiam, intereſſe circà Medicos, medicinas, & circà mercedem licitorum laborum intermiſſorum, & paſſorum ex percuſſione, & non ſufficiet flectere genua iniuriato, & petere veniam, ſed tenetur prætereà ſatisfacere de damno, & iniuria illatis, quæ extimabitur ſecundum qualitatem iniuriæ, & perſonæ iniuriatæ, *inſtit. de iniur. §. pœna autem*, Anchar. *d. cap. ea noſcitur num.* 3. Et ex perſona iniuriantis. Io: And. *in cap. cum illorum* 32. *num.* 17. Quod ſi percuſſus fuit Religioſus, pœna applicabitur Monaſterio *cap. cum Monaſterium* 6. *de ſtat. Monach.* Et ideò remiſſio iniuriæ per Monachum percuſſum facta, non ſuffragatur percuſſori. Gloſ. *in cap. Parochianos d. v. in Monachos*. Si verò percuſſus eſt Clericus ſæcularis, pœna prædicta ipſi Clerico applicatur. *l. ità apud Labeonem* 15. *§. item ſi liberum ff. de iniur.* Niſi percuſſio fuiſſet facta in odium, & contumeliam Epiſcopi, vel Eccleſiæ, hoc enim caſu Epiſcopo, vel Eccleſiæ præſtanda eſt ſatisfactio. Io: And. *in d. cap. Parochianos n.* 6. Iniuriæ autem extimatio facienda eſt de tempore, quo facta fuit, non autem quandò iudicatur, *l. iniuriarum extimatio* 21. Fieri enim poteſt, vt poſteà perſona læſa fuerit facta vilior, vel honeſtior.

Ad hoc autem, vt hic poſſit abſolui, ſatis eſt, vt vel ſatisfaciat priuſquam abſoluatur, vel ſit paratus quantum in ſe eſt ad ſatisfaciendum, ceſſante impotentia, qua forſan detineatur quominus poſſit ſatisfacere, *reg. cum non ſtat.* 66. *de reg. iur. in* 6.

Inſuper abſolui poteſt virtute Iubilei, etiam ſi fuerit publicatus percuſſor Clerici, vel excommunicatus nominatim, ſi parti ſatisfecerit. Sot. *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 2. *ar.* 3. *concl.* 2. Nauar. *cap.* 27. *Manual. n.* 278. & alij. Sed hoc procedit in ordine ad forum conſcientiæ, quia alias eſſet abſolutio ſcandaloſa. Et ideò ità abſolutus non debet ſe publicè gerere prò abſoluto, ſed eget publica abſolutione in foro iudiciali. Couar. & Ianuen. *loc. cit.*

Quoad percutientes, lædentes, bannientes, mandantes, conſilium dantes, ratum habentes &c. Epiſcopum, adeſt excommunicatio Papæ reſeruata, excepto mortis articulo, in Conſtitutione Clem. V. in Concil. Viennenſi, quæ eſt *Clem.* 1. *de pæn.*

An, & quatenus ſententia declaratoria cenſurarum ob violationem immunitatis, ſiuè iuriſdictionis Eccleſiaſticæ lata contrà Magiſtratus, Iudices ſæculares &c. Sit nulla defectu citationis? tom. 6. Conſult. 13.

Perſiſtendum eſt in iis, quæ in *tom.* 1. de hac re diximus, nempè. Si delictum ſit notorium, tunc etiam ſine citatione ſuſtinetur, etiam ſi Iudici non conſtitiſſet de notorio, dummodò verè ſit notorium. Innoc. *in cap. tua n.* 3. *&* 5. *ac* 10. *de cohab. Cler. & Mul.* Vbi, quod ſententia tenet irreuocabiliter, quod ſequitur Oſtienſ. *ibi num.* 10. & Butt. *in cap. cum olim nu.* 14. vbi ait, quod omiſſio citationis, non vitiat proceſſum, ſi poſteà conſtet de notorio: quia ratione circuitus euitandi, remanet ſententia, ibique Abb. *num.* 26. *& ſeq. & de re iud.* vbi dicit, quod Princeps poteſt illam ratam habere, non reuocare.

Præcipuè vbi agitur contrà occupantes bona, vel iura Eccleſiæ poteſt ferri ſententia abſque citatione. Felin. *in d. cap. cum olim num.* 17. *de re iudic.* & alij. Quia qui excommunicatus eſt per declarationem, amplius non ligatur, cum à principio ligatus fuerit, ſed ſolum declaratur, vt ab alijs euitetur; vndè ex declaratione non infertur pœna grauiſſima, vt infertur ex ſententia excommunicationis. Ideòque tanta ſolemnitas non exigitur per tex. *in cap. Paſtoralis §. Verum de appell.*

De validitate, & iuſtitia declaratoriæ cenſurarum ob impeditam Ordinariorum Eccleſiaſticorum iuriſdictionem Eccleſiaſticam, obſeruationes aliquæ? tom. 6. Conſult. 18.

In prima parte Can. 16. Bullæ in Cœna Domini ità cauetur: *Nec non qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcumque Iudices Eccleſiaſticos, Ordinarios, quomodolibet hac de cauſa directè, vel indirectè, carcerando, vel moleſtando eorum Agentes, Procuratores, familiares, nec non conſanguineos, & affines, aut alias impediunt, quominus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica contrà quoſcumque vtantur, ſecundum quod Canones, & Sac. Conſtitutiones Eccleſiaſticæ, & decreta Conciliorum Generalium, ac præſertim Tridentini ſtatuunt.*

Hoc Canone directè Iudicum Eccleſiaſticorum tutela in vſu iuriſdictionis Eccleſiaſticæ intenditur, deſumptuſque videtur *ex cap. quoniam de immun. Eccleſ. in* 6. ad mentem Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de refor.* ſtatuentis, nefas eſſe ſæculari Magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico Iudici, nè quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet. Ipſeque Can. in Bulla Cœnæ non eſt antiquus, teſte Nauar. *in Manual cap.* 27. *num.* 70. Paulus

verò V, inter verba *quomodolibet impediunt* poſuit ea *hac de cauſa directè, vel indirectè carcerando, vel moleſtando eorum Agentes, Procuratores, familiares, nec non conſanguineos, & affines*. Quæ continent peculiarem modum indirectè impeditionis in Regno, præcipuè Neapolitano. Poſt hanc clauſulam Vrb. VIII. addidit *vt alias*, vt omnis, & quicumque exquiſitus modus excludatur.

Materia huius Canonis eſt Sacrilegium. Prohibetur in eius prima parte quælibet impeditio oppoſita Iudicibus Eccleſiaſticis Ordinarijs, nè ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica, vt conuenit, vtantur. Eſtque excommunicatio generalis, quia non ſolum protegit vſum iuriſdictionis in ſolis cauſis ſpiritualibus, vel eis annexis, ſed in omnibus quibuſcumque cauſis, & negocijs,

Per particulam autem illam, *qui*, vt potè de ſe generalem, & neminem excludentem comprehenduntur, non ſolum quicumque pollentes authoritate laica, ſiuè laici ſint, ſiuè Eccleſiaſtici, cum ij præſertim ſint, qui ſolent impedire Eccleſiaſticam iuriſdictionem. Secus eſt ſi de iure, & via præuentionis, aut per recurſum ad Superiores, aut ſi habeant, vel ſatis probabiliter arbitrentur ſe habere in illis cauſis iuriſdictionem.

Nequè ſolum per eandem particulam, *qui*, comprehenduntur authoritatiuè agentes, ſed etiam priuati, ſeù priuata vi impedientes; tum ex eius generalitate, tum ex praxi, de qua teſtatur P. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. ver. iuriſdictio cap. 5. §. amplia*: Tum quia alioquin poſſent ſequi multa abſurda, & facillimè violari, ac deludi iuriſdictio Eccleſiaſtica.

Omnes item Iudices Eccleſiaſtici proteguntur, nemine excluſo, ob vim particulæ, *omnes*; eſt autem Iudex Ordinarius non is ſolum, qui Ordinarius loci dicitur, vt Epiſcopus, vel habens iuriſdictionem in loco quaſi Epiſcopalem, ſed is omnis, qui vtcumque habet authoritatem, ſeù iuriſdictionem Ordinariam, prout diſtinguitur à delegata. Eſt autem iuriſdictio Ordinaria, quæ alicui competit ex officio, vel dignitate, ſiuè ſit ex conceſſione iuris, ſiuè ex legitima conſuetudine.

Hanc iuriſdictionem Ordinariam habent, præter Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque Superiores, Patriarcas, Primates, & Summum Pontificem, cæteri omnes Prælati, quibus ratione dignitatis, muneris, aut adminiſtrationis, aliqua iuriſdictio, ſeù authoritas competit. Inter hos ſunt Iudices, Miniſtri, & Officiales Sedis Apoſtolicæ, ſeù Curiæ Romanæ, Nuncij, & Legati Apoſtolici. Item Cardinales, qui in Eccleſijs ſuorum Titulorum dicuntur habere iuriſdictionem Ordinariam, *ex cap. his quæ*, vbi Abb. *num.* 1, & alij: Præterea Vicarij Generales Epiſcoporum *ex cap. ius nobis*, vbi Innoc. *de Offic. Vic.* & alij. Quibus adde Superiores Regularium, tam Generales, aut Prouinciales, quàm locales, eorumque Vicarios.

Iudices verò delegati excluduntur à protectione huius partis Canonis, in quo ſolum Iudices Ordinarij exprimuntur. Ita ſupponunt Interpretes apud Sayr. *lib. 3. de cenſur. cap. 20 num. 4.*

Verum tamen eſt, quod ſic impediens delegatos ab Ordinarijs, innodari facilè poteſt, vel ex aliis Canonibus, vel ex tertia parte huius Canonis, vel quatenus impediens tales Delegatos, indirectè dicitur impedire Ordinarios, quorum authoritate Delegati ius dicunt.

Hoc Canonis beneficio gaudet Epiſcopus antequam ſit conſecratus: Nàm eſt Iudex ante conſecrationem, cum ea, quæ iuriſdictionis ſunt, non conſecratione, ſed confirmatione, acquirantur; Sola tamen electione nihil iuriſdictionis acquiri, ac proindè ſolummodò electum non gaudere.

Ante tamen adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus, iuriſdictione Epiſcopatus vtens hoc priuilegio non gaudet per *Extrauag Iniunctæ de elect.*

Receptum tamen eſt innodari impedientem metu incuſſo, minis, imperio &c. Quia Iudex Eccleſiaſticus, his actus, abſtinet inuitus ab vſu iuriſdictionis *arg d. l. fin. & cap. 1. de ſent. & re iudic. in 6.* & alibi.

Impedimenta hæc ad tria capita reduci ſolēt. *Ad* ea, quæ obſtant, nè fiant à Iudice Eccleſiaſtico cauſarum cognitiones, delegationes, citationes, decreta, præcepta, ſententiæ, & cætera huiuſmodi. Ad ea, quæ obſtant, nè prædicta poſtquam emanarint, executioni demandentur. Nihil enim refert iudicaſſe, niſi iudicatum executioni fuerit traditum Abb. in *cap. Paſtoralis de offic. deleg.* Et ad ea, quæ faciunt, vt executioni demandata, reuocentur, ideſt non perficiantur, quodcùque autem impedimenti genus ſufficiens eſt ad inducendam cenſuram,

Impedimentum autem damnatur ſiuè ſimpliciter, & abſolutè impediat, ſiuè tanquam appoſita conditione, vt ſi quis Iudex laicus vellet per Eccleſiaſticum iudicium fieri in cauſa, & iudicatum mandari executioni, ſed non, niſi ipſius conſenſu, vel concurſu accedente: Nam dicitur: *Quomodolibet impediunt*; Et aliundè poteſtas Eccleſiaſtica independens eſt, & abſoluta à laica, itàut notabiliter lædatur ab hac aſſociatione,

Suſcipiens verò examen, aut iudicium illius cauſæ, quæ ad Iudicem quidem Eccleſiaſticum pertinet, ad ipſum tamen non eſt deducta, non dicit impedimentum in hoc Canone damnatum, modò non appareat, vel probabile ſit, Iudicem Eccleſiaſticum velle cognoſcere: Nam in primo caſu Eccleſiaſticus non dicitur propriè impediri, quod violentiam agenti poſitam ſignificat; Siquidem nil agit, aut tentat. In ſecundo autem caſu impedimentum habet locum, quatenus dum cognoſcit laicus, impeditur Eccleſiaſticus in eo, in quo ipſe vellet, & tentat in cauſa procedere, quamuis, & in primo innodari quis poſſit ex aliis Canonibus

Digitized by Google

Bullæ, vt ex XIX. cap. Si cauſa ſit ctiminalis contra perſonam Eccleſiaſticam ex XV. Si perſona Eccleſiaſtica ob aſſumptum à laico iudicium ad Tribunal ſęculare trahatur, vel ex XIV. vt potè ſe interponens in cognitione cauſæ, tamen ſit ſpiritualis, vel ſpiritualibus annexa beneficialis, vel decimalis.

Non innodatur impediens Iudices Ordinarios Eccleſiaſticos, nè vtantur iuriſdictione laica, & temporali, quam habent ratione temporalis dominii, etiam ſi dominium hnc ſit ratione Eccleſiæ, vel beneficii Eccleſiaſtici: Nam in Canonæ dicitur: *Quominus ſua iuriſdictione vtatur*.

Neque in eò protegitur iuriſdictio, quę in foro interno Sacramentali exercetur: Tùm quia in hac parte Bullæ, quæ eſt prò iuriſdictione, ſermo videtur eſſe tantum de contentioſa, cum vix contra Sacramentalem quid poſſit audere laica poteſtas, à qua cauetur: Tum quia vſus talis iuriſdictionis non eſt *contra* aliquem. vt loquitur Canon, ſed *prò* aliquo.

Dicitur in Canone: *Contra quoſcumque*, vt nullus intelligatur excluſus, neque laicis, neque alius cuiuſuis conditionis, ſtatus, ſexus, ac dignitatis, quod adnotatur, nè quis exiſti... protegi Ordioariorum iuriſdictionem, tun. dumtaxat, dum ea vtuntue contra Clericos, non autem cootra laicos.

Ex hac particula *quomodolibet* deducitur, excommunicaei mandantes impeditionem, ſignificat enim idem, ac per ſe, vel per alium, & mediatè, vel inmediatè.

Non eſt locus cenſuræ quoties iudicium, vel vſu iuriſdictionis ex aliquo capite nulla ſunt; Vt ſi Iudex ſit à iuriſdictione ſuſpenſus, vel excommunicatus notorius, ſeù denunciatus; Vel ſi is, contrà quem exercetur iuriſdictio non ſit ſubditus; Vel ſi poſt ſententiam legitimè appellauit ad Superiorem. Poſt appellationem enim iudicium decidit à peiore Iudice; Vel ſi de re manifeſtè pia, aut laudabili quis condemnaretur, quomodo dicitur, ſententiam continere errorem intolerabilem. *Can. qui praſtet* *11.quaſt.3.cap. Venerabilis §. poteſt quoque de ſent.excom.in 6.* quia tunc vſus iſte eſt contra Sacros Canones.

Non videtur tamen reputandus ab hac excommunicatione immunis, qui impediuit in iudicio, quod deindè declaratum eſt nullum, non ex eò capite, contra quod viguit impedimentum, ſed ex alio capite, quia in eo, in quo Iudex impeditus eſt, verè vtebatur iuriſdictione. Secus autem eſt ſi iniuſtitia contra ius Canonicum noo ſit euidens, ſed in dubio: quia tunc præſumptio ſtat prò Iudiee Eccleſiaſtico.

Quo verò ad delicta mixti fori attendenda eſt pręuentio, vt conſequenter iudicetur in laicum cenſura, qui Eccleſiaſticum ità præuenientem, ſeù præuentum à partibus, impediret.

Vt autem conſtet de validitate cenſuratum contea huiuſmodi impedientes, capi debet informatio impedimenti pręſtiti contra exercitium iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, citari delinquentes ad dicendum cauſas, quarè non debeant declarari excommunicati, & præfixo illis termino competenti ad compaeendum, eòque elapſo, illos declaeaei, & Cedulones affigi mandandum eſt, iuxtà praxim traditam a Genuenſi in *prax. Archiep. Neapol. cap. 23. num. 22. & ſequen.*

Ad probationem verò facti circa impedimenta pręſtita Executoribus Curię Eccleſiaſticę, videtur poſſe inſeruire depoſitiones ipſorum Satellitum, eorumue Ducis, præcipuè ſi ſint conteſtes, & numero tres, vel quatuor; Teſtium enim numerus ſupplet exceptiones. Gloſ. in *l. vbi numerus ff de teſtibus* Burat. *deciſ.* 143. *num.* 12. & alij.

Facta ſufficienti probatione, & citatis reis maximè contumacibus, rectè contra eos procedi debet ad definitiuam ſententiam, & ad declarationem ex cauſa, ob quam fuerunt principaliter citati, vt aduertit idem Genuenſ. *nu.* 20.

Conſtito de validitate cenſurarum ob violatam immunitatem, vel iuriſdictionem Eccleſiaſticam, abſolutio ab illis ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, vt ſæpius dictum eſt.

E contra verò dicendum eſt, cenſuras huiuſmodi non ſuſtineri, ſi interueniat defectus cauſæ, & proceſſus, ſiuè inualidus, & iniuſtitia.

Ex quibus conſtat eiuſmodi praxis durities, & rigor contra integrum titulum. *Vt lite non conteſtata can. omnia, & can. abſente 3. quaſt. 9.* At nihilominus illam ſeruandam eſſe iam diximus, & tradit Ridolphin. *in prax. iudic. A. C. par. 1. cap. 14. à num.* 237. & Genuens. *vbi ſupra*, & alij.

De inualiditate, & iniuſtitia cenſurarum Eccleſiaſticarum, deque appellatione ab illis aliqua in praxi prò Epiſcopis, aliſque Pralatis Eccleſiaſticis, tum ex iure communi, tum ex Sac. Conc. Trident. tom. 6.
Conſult. 19.

IN *cap. Sacro de ſent. excomm.* prohibetur, nè quis in aliquem ſententiam excommunicationis promulgare præſumat, niſi competenti admonitione præmiſſa, & præſentibus perſonis idoneis, per quas, ſi neceſsè fuerit, probari poſſit monitio. Quod ſi contra præſumpſerit quiſquam, etiam ſi alias iuſta ſit excommunicationis ſententia, ingreſſum Eccleſiæ per Menſem vnum ſibi nouerit interdictum, alia nihilominus pæna mulctandus, ſi viſum fuerit expedire.

Ex hoc textu ſententia excommunicationis dicitur iniuſta tribus modis, de quibus plenè habetur *in cap. Epiſcopus §. ſi ergò, & cap non debet §. cum ergò 11. quaſt 3. & in cap. cum medicinalis de ſent. excom. in 6.* Primò enim dicitur iniuſta ex cauſa, id eſt quandò non ſubeſt legitima,

ma, aut vera, vt patet in *d.Cap.Sacro* ibi: *abſque manifeſta, & rationabili cauſa*. Secundò ex animo ſcilicet, quandò fertur potius ad vindictam, quam ad correctionem: Nam quod ſeuerius caſtigare neceſſe eſt, non plectatur ſæuientis animo, ſed medentis, *Can.odio 86. d.* Tertiò, ex ordine ſcilicet quandò competens monitio non præceſſit *d.cap.Sacro*; Vndè monitio requiritur, vt à contumacia deſiſtat *d.cap. Sacro num.2.*

Dicitur autem monitio competens, ideſt trina *Can.de illicita 24.quæſt.3.& cap.Contingit.de ſent.excom.* Si tamen Prælatus excommunicaret Subditum, vnica tantùm monitione præmiſſa, non incurret pœnas *d.cap.Sacro*, & quandoque expedit ità fieri ſecundum Innoc.*ad d.cap. num.1.arg.cap. Tua, vt lit.non conſtet. & can. t. in fine 4.quæſt.5.* quinimmò ex cauſa monitio arbitraria eſt, vt ſi partes paratæ ſint ad arma, & ad monitionem Epiſcopi ſuperuenientis, nollent à pugna deſiſtere, & ideò ad refrenãdas ipſas, ſtatim excommunicat omnes pugnantes, vtique ab omni pœna excuſabitur, *arg.legis nequiſſimum ff.de vſufr.*

Id tamen locum habet, ſi excommunicatio feratur prò culpis præteritis, ſecus verò ſi prò culpis futuris: quia tunc nulla requiritur monitio, vt in *d.cap. Sacro* declarant Innoc. *num. 1.* Oſtien.*ibidem*, & Felin.*num.5.* Nec procedit ſi exceſſus ſit notorius: quia tunc nulla requiritur monitio, dummodò tamen conſtet de contumacia, ſiuè ſit notoria; Tunc enim ſuperuacua eſt admonitio, *cap.venerabilis ff.porrò.* Aretin.*conſ.165.num.0.* Si verò non conſtat de contumacia, monitio eſt neceſſaria, etiam in notorijs, vt poſt Innoc.Butr. & alios concludit Felin.*ibidem num.3.* Neque etiam requiritur monitio, ſi excommunicatio feratur ad ſui iuris defenſionem: quia tunc Prælatus poteſt vim propulſare, & ius ſuum tueri armis ſpiritualibus. *Cap.dilecto de ſent.excom.in 6.* Minuſque id requiritur in Prælato Regulari; Vndè ſi Monachum excommunicat non præmiſſa monitione, & non in ſcriptis, non incidit in pœnam interdicti, per Menſem, *d.cap.Sacro*, & concludit Felin *ibidem n.7.* Greg.XIII.

Extrà hos caſus, alioſque huiuſmodi non debet quis excommunicari, niſi monitione præmiſſa, & monitio debet eſſe trina, vel vna prò omnibus cum aliquor dierum competentibus interuallis, vt eſt decretum *in cap.conſtitutionem § ſtatuimus de ſent.excom.in 6.& not.in dicto cap. Sacro* Butr.*num 10.*& alij. Vt non minus vna dies, & communiter duo aſſignantur.

Quod ſi monitio non præmittatur, non propterea excommunicatio redditur nulla niſi in caſu *cap.ſtatuimus de ſent.excom. in 6.* cum ſcilicet fertur in participantes cum excommunicato, ità intelligitur *gloſ.2 in d. c.Sacro in fin.* Federic. *de ſen.conſ.11.num.1.& 7.ac 10.* quibus in locis firmat excommunicationem latam, non præmiſſa trina monitione non eſſe nullam, ſed iniuſtam, & ideò timendam, Rot. *deciſ.7. nu. 1.de ſent.excom.in nouis*. Ratio eſt quia vis excommunicationis non ab admonitione, aut ordine iudiciario, ſed à clauibus Eccleſiæ, & à iuriſdictione ferentis dependet.

Notandum primò ex *cap.Romana de ſent.excom. in 6.* quod nec in ſpecie, neque in genere prò culpis præteritis, vel præſentibus Iudices Eccleſiaſtici ferre debeant cenſuras ſine competenti monitione, alias ſententia eſt iniuſta.

Secundò; Quod dicitur in *d.cap.Sacro* de modo ferendi ſententiam excommunicationis, idem etiam in aliis cenſuris, ſcilicet ſuſpenſionis, & interdicti obſeruandum eſt, vt non ferantur ſine monitione vt ſupra *cap. Reprehenſibilis de appell.* Sayr.*lib.1 c.12.*& alij. Verùm pœna *d. c.* non incurritur, niſi prò excommunicatione Suar.*diſp.47.ſect.1.num.3.* Bonac.*de cenſur.ſuſpen. quæſt.5.pun.1.§.1.num.2.*& alij.

Tertiò; Interdictum illud *d.cap.* non procedit contra Epiſcopos: quia de illis non eſt facta mentio *cap.Quia periculoſum de ſent excom.in 6.* Sayr.*lib.1.cap:13.num.15.*& Suar.*d.diſp:37.ſect. 1.num.3.*

Quartò; Demum, quod non requiruntur monitiones, quandò fertur præceptum ſub cenſura ipſo facto incurren. in caſu contrauentionis *cap:Reprehenſibilis de appell.* Suarez *diſput.3.ſect. 8.num.5.*& alij.

Sed neque requiritur monitio ad ſententiam declaratoriam cenſuræ incurſæ, ſed tantùm vna citatio ad dicendum cauſam quare non debeat declarari, vtque non feratur in inauditum, niſi in contumaciam. Gloſ.*in d.cap.Sacro v. Conſtiterit de ſent.excom.* Hactenus de iniuſtitia excommunicationis ex cauſa, ex animo, & ex ordine in terminis iuris communis.

Verùm ex iure nouiſſimo Sac.Conc.Trid.hæc tria non ſufficiunt, ſed requiritur, vt excommunicatio in ſubditum feratur, vt ibi.

Ex his primò colligitur, tria requiſita ad hoc, vt quis poſſit iuſtè excommunicari. Primùm eſt, vt præcedat monitio ſaltem bina, item ex Conc.ſufficit monitio etiam per edictum.

Secundum requiſitum ad hoc, vt quis poſſit legitimè excommunicari prò cauſa ciuili, eſt contumacia veluti ſi peremptoriè citatus coram Iudice renuit comparere de iuſtitia reſpõſurus, vel quia iuſſus, vt intra talem diem centum Titio ſolueret, ad quæ illi ex cauſa depoſiti tenebatur, ſacere recuſanit *Gloſ.in cap. Cum medicinalis v.cauſam de ſent.excom.in 6.*

Et in Cauſis criminalibus, præter contumaciam exigitur, vt delicti qualitas id poſtulet: quia pœna excommunicationis nulla eſt maior in Eccleſia. *Can.corripiantur 24.q.3.* & alibi.

Tertium requiſitum, vt Cenſura in ſubſidium feratur, ſcilicet, vbi fieri non poteſt executio realis, vel perſonalis, ſiuè cauſæ ſint ciuiles, ſiuè criminales, quod iure communi cautum non erat.

An autem excommunicationes latæ ab Epiſcopo,

non

non ſeruata forma *d.cap.3 ſeſſ.25.* ſint ipſo iure nullæ vel inualidę? Sac. Congregat. Conc. reſpondit, eſſe validas, & excommunieatum indigere abſolutione per ea, quę tradit Abb. *poſt Gloſ.in cap.1.de exceſſ.Præl.* & Felin *in cap. Raduiph num.26.de reſcript.*

An ſimplex præceptum Curiæ Eccleſiaſticę ſub pęna excommunicationis ſuper excarceratione Coloni partitarij modicæ quantitatis terrę Menſę Epiſcopalis, à quò fuit illicò appellatum, & declaratoria intra, ſex horas ſine citatione perſonali, comparente tertio, ac proteſtante, poſt appellationem prolata, abſque citatione ad videndum iurare teſtes, ſit valida, & iuſta? &c. Vide de Immunitate. to.6.Conſ.30.

CVM in Can. 11. Bullæ in Cœna Domini feratur excommunicatio in interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter inſequentes S.R.E. Cardinales, & alios Prælatos, vt proſpiciatur indemnitati, ac dignitati Epiſcoporum, quos ſæpè hoſtiliter inſequuntur Barones. Quæritur:

Quid comprehendatur nomine huius hoſtilis inſequutionis? An comprehendantur verba iniurioſa, inſultus? An requiratur effectus, & quod Epiſcopus fugiat, & alius eum inſequatur hoſtiliter? tom. 6. Conſul.39.

HOſtilis inſequutio eſt perſecutio omnis perſonalis manifeſta animò quomodocumque offendendi in vita, honore, aut in rebus, etiam ſi offenſio non deueniat ad effectum.

Dicitur perſonalis, ſeù corporalis, primò ad excludendam eam, quæ fraudibus, dolis, aut calumnijs fit; quarè qui his vtitur non irretitur: quia ſicuti aliæ actiones damnatæ ſunt perſonales, ideſt inter perſonas lędentis, & lęſi immediatè conſiſtentes, ità etiam eiuſdem generis cenſeri debet eſſe hæc hoſtilis inſecutio. Et ideò nullatenus comprehendi ſub cenſura rapinam rerum Prælatorum, ſed illam inſecutionem, quæ licet vltimò tendat ad rapinam, eſt perſonalis, dum quis ſcilicet inſequitur perſonam, vt rebus potiatur, quod graſſatorum, ſeù latronum viarum proprium eſt. Filiuc. *in Bulla Cœn.num.246.* Vndè qui inſequitur tantùm ſubdolè, & ſine aperta perſecutione, vt nacta occaſione, occultè fueretur, & ſine vi non innodatur.

Secundò; Inſecutio perſonalis dicitur ad excludendam perſecutionem, quæ verbis tantùm fit contumelioſis, Vgol. *ad can.11.num.6.* Alter. *cap.4.coll.7.& 8.* ac alij. Negat tamen prædicto capite excommunicationem contrahi Couar. *lib.1.var.reſol.cap.11.num.5.* Diaz. *pr.crimin. cap.66. alijque.*

Aduertendum tamen eſt, non eſſe neceſſarium, quod perſonalis hæc inſecutio fiat per motum localem, aut progreſſiuum, quo ſcilicet, vno fugiente, vt manus inſequentis euadat, alter à tergò inſectatur, & vrget, vt loquuntur Graff. *lib.4.cap.18.n.16.* Filiuc. *loc.cit.num.246.* & alij.

Inſecutio autem debet eſſe manifeſta, non quidem, vt neceſſarium ſit notam eſſe inſecuto, vt volunt Graff. Sylueſt. Filiuc. & alij, ſed vt excludatur latens, & ſubdola inſecutio.

Neque neceſſarium eſt, quod aliqua actualis læſio facto ipſo ſequatur, ſed ſufficit conatus. Ità Gloſ. *in dicto c.felicis v.inſecutionem*, Anchatan. *ibidem*, Syluest. *loco cit.*

Ille verò non eſt cenſendus innodari, qui ſine animo directè ipſos offendendi, ſed aliundè inductus, obſideret Caſtrum, vel locum, in quo detinetur Epiſcopus, ad Caſtro potiendum; Alter. Duard. & Bonac. *pun. 3. num.4.* Et quidem ſi bellum, & obſeſſio ſit iuſta, nullum dubium eſſe poteſt, quia præter voluntatem vis redundat in Epiſcopum, nec cenſetur Canon ius ſuum ab aliquo auferre. Lis eſt aliqua, quandò bellum eſſet iuſtum: Qui affirmant excommunicationi eſſe locum, ſuadentur, quia illicita eſt hæc vis, ſicuti illicita res, cui datur opera: Qui negant, mouentur ex eo, quod animus offendendi Epiſcopum deſideratur. Vtraque ſententia probabilis eſt, tamen cenſeo, quod animus, ſi non formalis, virtualis eſſe poſſit.

Videtur etiam, & ille excuſandus, qui inſequeretur, non ad realiter offendendum, ſed tantum ad incutiendum timorem, vel verbis contumelioſis afficiendum, dommodò non ſit expreſſus animus in cogendo ad fugam, aut conuiciorum prolatione ignominiam, & dedecus afferendi, vt dictum eſt: Quia læſio honoris attenditur, quandò perſonaliter lędens facit inſultum.

An autem protegatur hoc Canone etiam familia Epiſcoporum? Affirmat Alterius *vbi ſupra coll.4.* Ego nego, niſi fortè ad effectum familię commodius lædendæ, Epiſcopus hoſtiliter habeetur.

An Epiſcopus poſſit publicè denunciare excommunicatum Regularem exemptum, qui ob delictum notorium incidit in Excommicationem latam à iure, vel ab homine, ſaltem, vt ab alijs euitentur? Vide de Regular. tom.7.Conſul.10.

*An decretum Sac.Conc.Trid.*cap.11. ſeſſ.22.de reform.& Can. 17. *Bulla in Cœna Domini habeat locum quandò dubitatur, an res in proprios vſus conuerſi, ac vſurpata, ſint Eccleſiæ?* Vide de Eccleſ. tom.7.Conſul.11.

An

An, & quo pacto contra Vniuerſitates deueniri poſſit ad Interdictum Eccleſiaſticum? tom. 7. Conſult. 17.

NON poteſt, etiam ex cauſa alias legitima, ad Cenſuratum fulminationem, ſiuè publicationem procedi, quarum appellatione venit quoque Interdictum, *Cap. quærenti*, & ibi Doctores *de verb. ſignific.* niſi præcedentibus, ſaltem tribus monitionibus, & deindè citatione perſonali canonicè exequuta, *vulg. Cap. Sacro* 48. *de ſent. excom.* Felin. *in cap. cum ſit Romana de appell.* Rot. dec. 13. *n.* 12. *in fin.* de *ſent. excom. in antiq.* Quæ diſpoſitio locum habet etiam quandò agitur contra Vniuerſitates §. *quod ſi nemò*. Angel. *conſ.* 196. *nu.* 2. ac alij. Nam, & iſtæ perſonaliter debent citari per executionem citationis exhibitæ repreſentantibus Vniuerſitatem legitimè congregatis in Collegio, vel loco ſolito, iuxtà Doctrinam Baldi *in d. §. quod ſi num.* 3. coram Pegna, & *deciſ.* 1028. *num.* 2. coram Seraph. Ac ità, vt ad hunc effectum non ſuffragetur denunciatio Parochi in Eccleſia, cum ex eò inferri non poſſit ſcientia in Adminiſtratoribus, & multò minus in Vniuerſitate, quæ ſcientia debet eſſe indubitata, & neceſſaria, vt in puncto Rot. *deciſ.* 9. *num.* 2. *par.* 3. *recen.* Vt alias ſupra dictum eſt.

De inſordeſcentibus in Cenſuris aliqua. tom. 7. Conſult. 18.

ILle ſolum intelligitur inſordeſcens, qui animo pertinaci, & indurato, ſtù in contemptum Clauium, quia ſcilicet noluit obedire, ſeù ſe ſubiacere Clauibus, perſeuerat in Cenſura per annum, *cap. Cum bona de ætat. & qualitat.* Rota *deciſ.* 196. *num.* 2. apud Farinac. *in collect. de crim.*

Secus autem ſi ex alia cauſa, etiam irrationabili diſtulit petere abſolutionem, ſeù parere Rot. *ibi num* 3. cum Gloſ. *in cap. Metropolitanum* 2. *q.* 7. & alijs iuribus. Vel ſi fecit inſtantiam prò abſolutione, ſed non potuit obtinere. Rot. *ibidem num.* 4.

Vel ſi fecit inſtantiam prò abſolutione, ſed non potuit obtinere. Rot. *ibidem num.* 4. Vel ſi fuit abſolutus medio tempore, etiam ſi ad reincidentiam. Rot. *eodem loco n.* 5. & Seraph. *d.* 1285. *num.* 4. & 5.

Et quidem inſordeſcentia annalis in Cenſura excommunicationis latæ prò quacunque cauſa, etiam ciuili, extrà cauſam hæreſis, reddit inſordeſcentem ſuſpectum de hæreſi, ità vt contrà eum ab Inquiſitore procedi poſſit per tex. *in cap. cum contumacia de hæret. in* 6. Quare Campanilis *in diu. iur. Can. rubr.* 11. *c.* 15. *n.* 31. ait, quod inſordeſcentes ex quacunque cauſa poſſint citari ab Epiſcopis, ſiuè Inquiſitoribus tanquam de fide leuiter ſuſpecti ad reſpondendum quid ſentiant de fide.

Ratio autem eſt: quia permanens in excommunicatione per annum extra cauſam hæreſis, præſumitur ob contemptum Clauium Eccleſiæ ex obſtinata perſeuerantia malè ſentire de fide, & de poteſtate Eccleſiæ, qui contemptus, & contumaciæ ratio in quocunque excommunicato in excommunicatione perſeuerante eodem modo militat. Imò maior videtur in cauſa ciuili, & maior apparet clauium contemptus, cum hæc cauſa, vtpotè leuior, minus illum retardare debeat ad comparendum coram Iudice, Salzed. ad Diaz. *lit. G. cap.* 116. *num.* 12. Ricciul. *de iur. perſon. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 18.

Non poteſt tamen condemnari vt hæreticus, ſed cogi debet ad ſe purgandum, vt ſuſpectus de leui. Sayr. *lib.* 2. *cap. & nu.* 10. Vgol. *n.* 3. quod ſi purgare ſe noluerit, & pertinaciter perſeuerauerit in excommunicatione, fit ſuſpectus vehementer, & ſi in eo ſtatu perſiſtat alio anno declarandus erit hæreticus, tanquam ex violenta præſumptione. Pegn. *p.* 1. *direct. quæſt.* 47. *num.* 7. & 8.

Inſordeſcens verò in cenſura lata cauſa hęreſis ipſo iure habendus eſt vt hęreticus, *auth. Gazaros C. de hæret. cap. Excommunicamus* 1. *de hæret.* vbi Gloſ. *v. condemnetur* Hoſtien. *nu.* 7. & 8. Abb. *num.* 11. & alij. Nam ſufficiens eſt probatio, eum eſſe hæreticum, tum ex ipſa cauſa hæreſis, ob quam expreſſim ab Inquiſitoribus ad Iudicium vocatus eſt, tum ex fuga, & declinatione iudicij, *arg. cap. nullus de præſump.* tum ex animo rebelli perſiſtendi in cenſura per annum, in quo caſu ſatis eſt, quod expreſſim vocatus fuerit, vt de rebus fidei reſponderet.

Inſordeſcens verò in excommunicatione ex cauſa criminali lata, habetur prò conuicto de eo crimine. Farinac. *lib.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 39. Gonzal. *d. num.* 106. & 108. ſecus in cauſa ciuili.

Inſordeſcens item in cenſura excommunicationis, vel ſuſpenſionis, aut interdicti per annum, vel vltrà ſecundum aliquos Doctores, eſt priuatus ipſo iure beneficijs. Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 416. *num.* 51. Sed alij hoc dicunt, verum eſſe, ſi erat excommunicatus ob crimen priuatione dignum, alias non, *ad cap.* 118. *num.* 5. Verum communis ſententia eſt, non induci priuationem per inſordeſcentiam ipſo iure, niſi ſit excommunicatus ob cauſam, cui ipſo iure ſit annexa priuatio, & tunc requirit ſententiam declaratoriam. Gonzal. *num.* 104. *gloſ.* 15.

Inſordeſcenti quoque in cenſura per annum, ſępè aggrauatur eadem cenſura. Primus caſus. Excommunicatus à Delegato Papæ, finita delegatione poteſt abſolui ab eodem Delegato intra annum, finita delegatione, poſt annum autem à ſolo Papa, *cap. quærenti de offic. deleg.* ibique Barboſ. cum alijs *num.* 2. Secundus caſus eſt de vexante ob cenſurarum ſententias, vt poſt duos menſes cenſura ſit reſeruata Papæ. de quo, Suar. *de cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 3. *num.* 6. & 7.

Digitized by Google

& 7. ac alij. Et nonnunquam inſordeſcenti ità aggrauatur cenſura, vt aliam ipſo facto incurrat grauiorem, *vt in d. cap. 1. de vſur. & in extrauag. amb. t. de reb. Eccleſ. non alien.*

Inſordeſcenti deniquè in excommunicatione per annum, etiam ſi in articulo mortis fuerit abſolutus, poteſt Eccleſiaſtica ſepoltura denegari, & ſepeliri in loco profano, Genuenſ. in *prax. cap. 7. in addit.*

Cœtetum *ex regula Cancell. 66. de inſordeſcectibus* decernitur, vt generalis abſolutio à cenſuris in litteris Apoſtolicis apponi ſolita, ad earum effectum non ſuffragetur. Primò non parentibus rei iudicatæ. Secundò incendiarijs. Tertiò violatoribus Eccleſiarum. Quartò falſarijs litterarum, vel ſignaturarum Apoſtolicarum. & eis vtentibus, & fautoribus, & receptatoribus eorum. Quintò res vetitas ad Infideles deſerentibus. Sextò violatoribus Eccleſiaſticæ libertatis. Septimò via facti Apoſtolicis mandatis, temerè non obtemperantibus, vel executionem eorundem impedientibus, ſi propter præmiſſa ſeptem capita, aut aliquod eorum excommunicati à iure, vel ab homine per quatuor menſes ſcienter huiuſmodi ſententiam excommunicationis ſuſtinuerint.

Contrà verò excommunicatos non curantes abſolutionem, & non obſtante excommunicatione celebrantes procedit Ordinarius, reſolutum 26. Maij 1609. & 1631. & 1632. Quandòque tamen S. Officium commiſit informationes, vt in litteris Patriarchæ Aquileæ ſub 15. Iunij 1591. Excommunicatus ob violationem libertatis Eccleſiaſticæ, & ità declaratus contemnens cenſuras, non poteſt citari, vt leuiter ſuſpectus de fide, vt ſub die 3. Nouemb. 1651. Nequè contrà obloquentes de excommunicatione ſolet procedi in S. Officio, niſi alia concurrant. Qua de re alibi.

Conſtituatur igitur hæc regula. Si quis per annum integrum ſciens, & volens in excommunicatione, vel cenſura lata ob cauſam hęreſis, inſordeſcit; fit de hęreſi vehementer ſuſpectus. Quod ſi citatus ab Inquiſitore non compareat, dicta ſuſpicio tranſit in violentam, & ſic inſordeſcens habendus eſt, vt hęreticus iniuncta ei abiuratione de vehementi; ſi verò inſordeſcet in cenſura ob aliam cauſam, etiam ciuilem, probabiliter redditur de iure leuiter ſuſpectus malę credulitatis, & de leui abiurare debet, ſecus de conſuetudine, niſi tamen, tranſacto anno, fuiſſet per ſententiam Ordinarij condemnatus, vt inſordeſcens, ex tunc enim, ſi non obediat, iuriſdictioni Inquiſitoris ſubeſſe incipit.

Aliqua de Cenſuris. Vide de Hęreſi, præcipuè tom. 7. Conſult. 41.

An Abbates ex vſu Baldachini incurrant in Cenſuras. Vide de Abbat. tom. 7. Conſult. 44.

1 *An excommunicatus in Tribunali S. Officij vigore Conſtitutionis B. Pij V.* Si de protegendis, *& inſordeſcens in d. excommunicatione per annum, poſſit audiri per Procuratorem excuſantem eius contumaciam, & inſordeſcentiam, ex quo ſit à Sacra Pœnitentia abſolutus in foro conſcientiæ? Et*

2 *An admiſſo, & verificato d. Breui, cum abſolutione ſubſequuta, eius vigore, ſuffragetur prædicto contumaci, nè contrà eum procedatur, ad vlteriora, tanquam contrà inſordeſcentem?* tom. 7. Conſult. 52.

AD 1. Negatiuè DD. quos ſequitur Catena *de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 11. §. 13. num. 50.* Idque nè prò defenſione quidem innocentiæ, niſi reus ſe in carcerem conſtituat, ex Farinac. *quæſt. 185. num. 99.* Nam Inquiſitores exquirere debent veritatem ex ore Rei, & aliter indicia redderentur irrita. Solumque id admittitur ad allegandum cauſam abſentiæ, nempè infirmitatis, vel alias exceptiones dilationis opponi ſolitas ante tamen litis conteſtationem, ex Clar. Farinac. Souſa, Palao, Carena *l. cit.* & Bordono *de Trib. cap. 34 n. 33.*

Ad 2. Ex vigore iuris non ſuffragari: Nam abſolutus in foro conſcientię, etiam poſt peractam pœnitentiam, poteſt prò eodem delicto accuſari, & puniri in foro exteriori per tex. *in cap. admonere* vbi Gloſ. & DD. 33. *quæſt. 2.* traditque Gloſ. *in cap. de his in fin. de accuſ.* ibique Hoſtien. Abb. Butr. Felin. *num. 6.* & alii paſſim. Confirmaturque ex praxi Pœnitentiariæ, quæ huiuſmodi abſolutiones concedit in foro conſcientiæ tantum, quas adducit P. Leonius in prax. Pœnit. *par. 3. fol. 530.*

Si verò non ſint adhuc delati, ſed complices habent, vel conſcios ſuæ hæreſis, non poteſt illos abſoluere, niſi prius apud S. Officium abiurauerint occultè, ſed prò foro externo, & ibidem complices, ſeù conſcios nominauerint, & tum eos abſoluere prò foro conſcientię tantum; Hęreticos autem omninò occultos, poteſt abſoluere abſque alia abiuratione.

Secundum verò ęquitatem, quandò abſolutus in foro conſcientiæ egit humiliter pœnitentiam ſi deindè accuſetur in foro exteriori, erit cum eo mitius agendum, cum ex abſolutione petita, & pœnitentia peracta, ſatis appareat, crimen ipſi diſplacuiſſe. Ricciul. *l. c. num. 16.* ità quidem, vt prædicta abſolutio operetur, quod Iudices non debeant ſic abſolutum declarare inſordeſcentem, neque in effectus inſordeſcentiæ incidiſſe, poſſitque admitti ſic abſolutus in iudicio, & extra iudicium, ità ac ſi non eſſet excommunicatus Carena *d. tit. 8. §. 6. num. 29. &* Suarez. & Valez. ab eo relat: quia taliter abſolutus non poteſt dici omninò inobediens mandatis Eccleſiæ, & contemptor Cenſurarum, atque adeò debet mitius puniri in foro externo ex ęquitate, ſecus autè ex rigore iuris.

De quibuſdam facultatibus conceſſis aliquibus Epiſcopis in partibus circà abſolutionem à Cenſuris? Vide de Ritibus tom. 7. Conſult. 53.

An impugnans aliquo modo inſtitutum Societatis Ieſu incurrat pœnam aliquam Eccleſiaſticam? Vide de Regular. tom. 7. Conſult. 88.

Digitized by Google

An, & quatenus Regulares ſæcularibus in obſeruatione Cenſurarum Epiſcopalium, & feſtorum Diæceſis conformari teneantur? Vide de Feſtis tom.8. Conſult.53.

1 *An Inquiſitores Apoſtolici poſſint abſoluere ſuos familiares, ſeù Officiales ab excommunicatione incurſa, vigore Can.* ſi quis ſuadente diabolo, *vel potius huiuſmodi facultas ſpectet priuatiuè ad Epiſcopos? Quandò nimirum percuſſio eſt leuis, vel mediocris, & quid ſi enormis?*

2 *An abſolutio data ab Inquiſitoribus Apoſtolicis, vt ſupra, ſit valida?* tom.8. Conſult.74.

AD 1. Secluſo priuilegio, vel conſuetudine, negatiuè, atque adeò ſpectare priuatiuè ad Epiſcopos: quia huiuſmodi manus iniectio, ſecundum ſe nec continet hæreſim, neque ſuſpicionem hæreſis; quia eſt ſolum circà præceptum, quod non concernit fidem; facultas autem Inquiſitorum de iure eſt tantum ad inquirendum contrà hæreſim *cap. accuſatus §. ſanè de hæreticis in 6.* Vndè neque poſſunt de iure communi procedere contrà ſacrilegos, niſi ſacrilegia ſapiant hæreſim manifeſtam *d. §. ſanè*. Et quamuis poſteà iniunctum ſit Inquiſitoribus, vt procedant contrà alia delicta; id tamen eſt de iure ſpeciali, quod ius ſpeciale non eſt conditum prò delicto iniectionis manus in Clericum; & ideò, cum ex natura ſua non contineat hæreſim, neque induceat ſuſpicionem hæreſis, non pertinet ad Inquiſitores.

Confirmatur: nam Vrb. VIII. ex voto Eminentiſſimorum Cardinalium ſub anno 1631. mandauit ſcribi omnibus Inquiſitoribus, vt in cauſis familiarium, & Officialium S. Officij ad illud tamen non ſpectantibus, tam ciuilibus, quam criminalibus, actiuè, & paſſiuè, non ſe ingerant, ſed illarum cognitionem ſuis Indicibus competentibus, & Ordinarijs relinquant, ſolumque incumbant cauſis ſpectantibus ad S. Fidem, aut ab ea dependentibus, iuxtà diſpoſitionem Sac. Canonum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, excepta tamen cognitione cauſarum Officialium, & familiarium, qui aliquo modo delinquunt in officio ſibi commiſſo. Et caſu quo habeant aliquid releuans in cuntrarium, reddant certiorem Sanctam Sedem, vna cum rationibus, vt conſiderari poſſint.

Ad 2. Pariter negatiuè, ex defectu iuriſdictionis, quæ ſolum de iure communi, quandò percuſſio eſt leuis competit Epiſcopo, *cap. peruenit 17. de ſent. excom.* vbi Gloſ. & Abb. traditque Sayr. *lib.3. cap.28. num.35.* ſicuti etiam quandò eſt mediocris, & enormis, in quibus tamen caſibus, de quo ſupra dictum eſt.

An Doctor, qui docet myſterium Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis incurrat pœnas in Conſtitutione Alexan. VII. praeſcriptas &c. Vide de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis tom.8. Conſult.75.

De abſolutione à polygamia, vt in caſu poſito? Vide de Matrimonio tom.8. Conſult.76.

An fautores Reorum ob crimen læſæ Maieſtatis, ſi per annum inſorduerint in excommunicationem, efficiantur hæretici, ità vt eorum bona confiſcari valeant? Vide de Hæreticis tom.8. Conſult.107.

EXtat in quadam Ciuitate Eccleſia, in cuius fundatione ex diplomate Pontificio leguntur hæc verba: [Ipſeque Prępoſitus Caput, & Gubernator Capituli, & curam animarum perſonarum ipſius Eccleſiæ gerat, necnon exceſſus, & crimina, quæ per huiuſmodi perſonas d. Eccleſiæ committuntur prò tempore, poſſit, & debeat corrigere, & alias Epiſcopalem iuriſdictionem in eaſdem perſonas exercere. Necnon quaslibet excommunicationis, ſuſpenſionis, & iuterdicti ſententias, & quoſcumque proceſſus, quas, vel quos contrà Eccleſiam ſic fundandam, & eius perſonas prædictas contrà tenorem, & formam huiuſmodi exemptionis noſtræ promulgari, & haberi contingerit, irritos decernimus, & inanes.]

Nihilominus modernus Epiſcopus declarauit excommunicatum Canonicum d. Collegiatæ ob vulnus inflictum in publica platea Subdiacono, & vlterius excommunicauit etiam Vicarium Præpoſiti: quia procedebat contrà d. Canonicum, tanquam ſi Epiſcopalem iuriſdictionem turbaret. Ideò quæritur:

1 *An ſuſtineantur cenſuræ lata contrà d. Canonicum percuſſorem?*

2 *An lata contrà d. Vicarium?*

3 *An Præpoſitus procedere poſſit ad vlteriora in cauſa?* tom.8. Conſult.125.

AD 1. Affirmatiuè: quia excommunicatio non eſt lata ab Epiſcopo, ſed ab Innoc. II. in Conc. Lateran. *cap.15.* relata *in Can. ſi quis ſuadente diabulo 17. quæſt.4.* Epiſcopus autem declarat dumtaxat percuſſorem Clerici eſſe excommunicatum, vt ab alijs vitetur per tex. *in Clem.1. de priuil.* Io: And. *in cap.1. in fin. de priuil. in 6.* ibique Gemin. & Canoniſtæ communiter, ac declarauit ſępius Sacra Congregatio Conc. etiam contrà Regulares, qui ſunt omninò exempti, præſertim in *Limana* die 22. Ianuarij 1632.

Ad 2. Etiam affirmatiuè, quia Vicarius ex credu-

litate

litate validitatis priuilegij, quem habebat, proceſſit bona fide, & potius ex prudentia, & ideò dicendum, cenſuras non ſuſtineri: quia deſuit dolus malus, præſumptio, ac temeritas.

Ad 3. Negatiuè. Sequitur enim ex dictis; quia cum in hoc caſu d. Canonicus percuſſor ſubiaceat iuriſdictioni Ordinarij, non poteſt eius Præpoſitus in illum procedere ex defectu iuriſdictionis. Atque ità cenſuit Sacra Congr. Conc. in vna *Ianuen.* prò Eccleſia S. Spiritus ſub die 8. Iunij 1675. ſcilicet: *Ad primum ſuſtineri. Ad 2. non ſuſtineri. Ad 3. non poſſe.*

An contrauenient edicto Epiſcopi in materia clauſuræ Monialium, poſſit ab excommunicatione inflicta, & Epiſcopo edicenti reſeruata, abſolui à Metropolitano, vel à quocunque alio Epiſcopo? tom. 8. Conſult. 128.

NEgatiuè quoad vtrumq; Quoad Metropolitanum non poteſt ille ad ſuum arbitrium ab Epiſcopis ſuis Suffraganeis, aut eorum Vicarijs excommunicatos abſoluere, niſi in caſu, quo per apppellationem cauſa ei delata fuerit. Tunc enim poteſt, vocatis tamen partibus, & cognito de appellatione, alias non valet abſolutio per tex. *in cap. Romana, & in cap. venerabilis de ſent. excom. in 6.* Quia non eſt Iudex, aut Ordinarius ſuorum Suffraganeorum, ac proindè nec eos excommunicare, nec excommunicatos abſoluere valet extrà caſum appellationis. Hoſtien. *in Sum. lib. 5. de ſent. excom. n. 12.* Aſtenſis Paludanus, & alij, quos ſequitur Sayr. *de cenſur. lib. 2. cap. 20. n. 17.*

Et quoad alios Epiſcopos id probatur ex regula generali, quam tradunt Doctores, quod ſcilicet, qui excommunicationis, aut alterius cenſuræ ſententiam tulit, ſolus ipſe abſoluat, *cap. prudentiam §. ſexta de offic. deleg.* & alibi. Felin. *num. 5. de maior. & obed.* Alioquin deſtrueretur diſciplina Eccleſiaſtica, præſertim in materia clauſuræ Monialium peculiari cura Ordinariorum à Trid. *ſeſſ. 25. de reſor. cap. 5.* ſummoperè commiſſæ. Et ità declarauit quoad vtrumque Sacra Congregatio Conc. in *Bitunti*na 13. Septembr. 1675.

An priuilegium, quod Inquiſitores, & eorum Notarij habent ab Vrbano VIII. quod non poſſint excommunicari à quibuſuis delegatis, & inferioribus Summo Pontifice, extendi poſſit ad alios Miniſtros &c. Vide de S. Officio tom. 8. Conſult. 129.

Quid requiratur, vt quis incurrat excommunicationem Can. 20. Bullæ Cænæ contrà inuadentes ditionem, vel Terras Eccleſiæ? Vbi quid de mandante, ac de citatione requiſita prò validitate cenſurarum? tom. 9. Conſult. 11.

CErtum eſt, huiuſmodi excommunicationem non habere locum, ſi id fiat bona fide, & cum probabili titulo iuxtà prudentum iudicium. Imò ſatis eſt, abeſſe dolum, & malitiam, Suarez. *de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. num. 105.* allegans Caietan. *in Sum. cap. 31. num. 4.* Bonac. *de cenſur. in d. Bulla Cœnæ diſp. 1. quæſt. 21. pun. 1. num. 25.* & alios. Nam ceſſante dolo, ceſſat pœna excommunicationis, Doctores *in cap. de conſtit.* adeò vt nec ſufficiat culpa lata, vel leuis, ſed requiritur dolus ex propoſito, & talis, quod incurratur peccatum mortale: quia pro ſolo veniali non eſt locus excommunicationi. S. Tho. *in 4. diſt. 18. quæſt. 2. ar. 3.* Alter. *de cenſur. lib. 3. c. 1. diſp. 2. n. 1.* & alij paſſim.

Neque excommunicatio indicta contrà committentes, vel facientes, includit mandantes, niſi aliundè à lege, ſeu præcepto exprimatur. Auila teſtans de communi *de cenſur. par. 2. cap. 5. diſp. 3. dub. 3.* Sanch. *de matrim. lib. 3. diſp. 49. num. 2.* & alij: quia leges pœnales ſtrictè ſunt interpretandæ, mandans autem, aut conſulens delictum propriè, ac in rigore dici nequit illud facere. Bartol. *in l. ſi is qui à n. 56. ff. de vſucap.* & melius *in l. ſed ſi vnius §. ſerius n. 2. de iniur.*

Præcipuè quandò non conſtat de mandato, quo non probato, præſumi non poteſt. Felin. *in cap. Petrus nu. 3. de homic.* Decian. *conſ. 4. nu. 50. & conſ. 104. num. 33.* & alij. Ceſſante autem probatione mandati, atque adeò exiſtentia culpæ, excommunicatio eſt certè nulla, & iniuſta; vt nequè etiam releuent præſumptiones, quæ excommunicatio nequit in foro exteriori ferri ex præſumptionibus, nequè ex indiciis indubitatis, ſed requiritur certa, plena, & concludens probatio, Nouar. *par. 2. quæſt. for. 18. n. 1. & ſeq. & in ſpecie nu. 3. & tract. de priuil. miſerabil. perſon. priuil. 49. num. 4.* Filiuc. *de tract. 2. cap. 8. n. 228. & 230.* ac alij.

Pateretque nullitas, ſi fuerit deuentum ad excommunicationem nulla præmiſſa citatione perſonali contrà Reum non fugitiuum, nequè latitantem, ſed vbique ſui copiam facientem, vbi facilè citari poterat, iuxtà praxim, quam etiam ſequitur Nunciatura Neapolitana in citando Officiales Regios. Sine citatione autem non poteſt deueniri ad excommunicationem, cum non citatus, non poſſit dici contumax, vt quis poſſit excommunicari. Innoc. *in cap. fin. de eo. qui mitt. in poſſ.* Felin *in cap. cum ſit Romana n. 3. de appell.* & alij paſſim.

Idque etiam ſi agatur de excommunicatione à iure ipſo facto inflicta. Dec. *in cap. peruenit 1. de appell,* Nauarr. *in man. cap. 22. num. 10. & lib. 5. conſ. tit. de ſent. excom. conſ. 20. num. 4. ac cæteri.* Quandò autem non ſit neceſſaria citatio alibi abundè diximus.

Cum itaque cenſuræ tanquam innixæ in cauſa non vera, nequè ſufficienter probata, nequeant ſuſtineri, inſtandum eſt, vel vt declarentur nullæ, vel vt poſſit via iuris granamen reparari remedio appellationis coram Iudice in partibus delegando, ne abſque culpa excommunicatorum exiſtimatio lędatur.

Digitized by Google

An filio Clerico ex eo, quod eius Pater laicus ſit excommunicatus, deneganda ſit audientia in Tribunali Eccleſiaſtico? Vide de Immunit. tom. 9. Conſult. 12.

Quomodò probetur recurſus in cauſis Eccleſiaſticis ad Iudices laicos, vt incurrantur cenſuræ? De Regulari recurrente, an, & quomodò teneatur ad damna? tom. 9 Conſult. 33. & vide etiam tom. 10. Conſult. 81. de Regular.

VT incurrantur huiuſmodi Cenſuræ requiritur mandatum ſpeciale. Rot. *in recen. deciſ.* 602. Semperque facta fuit hæc diſtinctio, quod ſi agatur ad effectum denegationis audientiæ tantum, recurſus probatur per præſumptiones, ſi ad effectum pœnæ, vel declarationis cenſurarum, non ſufficit ſola præſumptio, ſed requiruntur claræ, & plenæ probationes. Rot. *deciſ.* 538. *num.* 8. *par.* 1. *& deciſ.* 751. *num.* 3. *par.* 2. *recen.* & coram Greg. XV. *deciſ.* 96. *num.* 9. Cum igitur non doceatur de ſcriptura aliqua authentica, de recurſu habito à Regulari, non poteſt dici eſſe probatum, quod ipſe habuerit recurſum ad effectum pœnæ, ſiuè declarationis cenſurarum, nec ſufficit, quod in prouiſione Iudicis laici inſeratur prætenſus libellus ſupplex ab ipſo Regulari porrectus: Quia in hac re non eſt standum aſſertioni Iudicis laici, præſertim, vt probet contra tertium.

Neque poſſunt prætendi damna: Non quidem à Regulari: quia ipſe nihil habet proprij, neque à P. Generali, *cap. non dicatis* 9. *d.* 1. *cap. Monachi, & cap. cum ad Monaſterium*, vbi DD. *de ſtat. Monach.* Neque Monaſterium, ſi non habeat dotem, neque conſtet recurſum habitum fuiſſe per Procuratorem Generalem cum mandato ſpeciali, quod non cenſetur datum ad delinquendum. Gloſ. *in l.* 3. *§. ſi Procurator ff. quod quiſque iur.* Alex. Menoch. *de arbitr. caſ.* 316. *num.* 23.

Probato autem recurſu Regularium ad Iudices laicos, ex eo firmatur, quod ipſo iure fuerint excommunicati, tam *ex tex. in cap. noueritis, & in cap. graui de ſent. excomm.* quam ex Bulla Cœnæ, quæ tanquam notoria, non indiget declaratione.

Vndè tenentur reficere omnia damna, tam parti, quam Iudici Eccleſiaſtico à Iudice laico illata *cap.* 2. vbi Gloſ. *de iniur. & damn. dat.* Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 2. *diſp.* 697. *num.* 16. tam ex peculio particulari Regularium, & quatenus acquiſita ab eis per Monaſteria, & Religionem ſufficiant, ſed etiam ex bonis totius Monaſterij, & Religionis ſi Regulares recurſum habuerint, & damna inferre curauerint, ac petierint Superiores Regularium, eorumque conſilium. Gloſ. *fin. in l. ſi quis in tantam verſ. de Abbate, C. vndè vi.*

Hinc Sac. Cong. Immun. 19. Auguſti 1653. in *Ianuenſi* Patrum Theatinorum S. Siri, & Patrum Congregationis Oratorij S. Philippi declarauit, renunciationes, recurſus, omneſque alios actus geſtos apud Iudices laicos fuiſſe prorſus inualidos, ac irritos, manifeſtamque iuriſdictionis, immunitatis, ac libertatis Eccleſiaſticæ continere violationem. Et eoſdem Patres incurſus in Cenſuras Eccleſiaſticas, & ideò abſoluendos eſſe per D. Viceſgerentem in forma Eccleſiæ conſueta. Vlterius ſub præcepto pœnali ſuſpenſionis. & inhabilitatis ipſo iure incurren. & alijs pœnis arbitrarijs iniungendum eiſdem Patribus, nè audeant amplius ad Ciuitatem Ianuenſem ſe transferre, abſque ſpeciali licentia Suæ Sanctitatis, & ità committendum Auditori Cameræ, vt exequi quamprimum faciat.

Scripſit eadem Congregatio Epiſtolam Archiepiſcopo Ianuenſi, vt ſequitur: *Con precedenti giuſtificationi, con reiterate diſcuſſioni, e con approbatione della Santità di Noſtro Signore, hà riſoluto queſta Sagra Congregatione dell'Immunità Eccleſiaſtica, e controuerſie giuriſdittionali, che da coteſta Curia Arciueſcouale ſi procedi alle cenſure contro quelli, che hanno fatto atti, ò participato in eſſi in pregiuditio della giuriſdittione, & immunità Eccleſiaſtica nella cauſa de' Padri Teatini di S. Siro, e i Padri della Congregatione dell'Oratorio di S. Filippo; ſi compiacerà dunque V. E. di fare ciò eſeguire ſer. ſer. & in oltre conſeruare l'accluſo decreto negl'atti della medeſima Curia Arciueſcouale in conſeruatione di eſſa giuriſdittione, & immunità Eccleſiaſtica, per conformarſi con la ſanta mente di Sua Beatitudine, e qui à V. E. bacio vmilmente le mani. Roma* 19. *Agoſto* 1653.

De excommunicatione cautè ferenda. Vide de Peſte tom. 9. Conſult. 44. num. 26. 27. & 28.

An, & quatenus ad validitatem cenſurarum non ſufficiat prima citatio ad dicendum cauſam quare &c. praſertim in materia immunitatis Eccleſiaſticæ? Quid in delicto notorio? Quid de ſententia? An requiratur probatio? Quot teſtes? An à ſententia prædicta detur appellatio? Vide de Immun. to. 9. Conſult. 49.

1 *De effectu excommunicationis in Officiali, vel Beneficiato.*
2 *Quomodo excommunicatio fiat notoria?*
3 *Quid in violatore Immunitatis Eccleſiaſticæ? Et in recurrente ad Iudices laicos?*
4 *Quomodo probetur huiuſmodi recurſus?*
5 *An requiratur hac in re ſententia declaratoria criminis?*
6 *An poſſit excuſari titulo defenſionis?*
7 *Eccleſia redintegranda.*
8 *Abſolutio ab excommunicatione ob æs alienum incurſa, eo ſoluto, an neceſſaria?*
9 *Quatenus excommunicatus ſit euitandus ante denunciationem?*
10 *Et per appellationem ſuſpendantur Cenſuræ?* tom. 9. Conſult. 160.

Ad

AD 1. Quamquam propter excommunicationem quis non priuetur officio, aut beneficio antea obtento, ſed tantum illo ſit priuandus, ſi io excommunicatione perſeuerer ob contumaciam, & contemptum Clauium, vt reſcripſit Celeſt.III.*in cap. berè de ætat. & qualit.* & tradunt Butt. *in cap. poſtulaſti num.* 5. & alij; Nihilominus certi iuris eſt, quod notorio excommunicato ſiuè fuerit ſæcularis, ſiuè Clericus, prohibetur omnis vſus, & exercitium iuriſdictionis, tex. *in can. audiuimus* 24. *q.*1.*de offic.Vicar.in* 6.*& in cap.ſi is cui de offic.deleg.* Et tanquam inhabilis remanet ſuſpenſus ab exercitio Eccleſiaſticæ iuriſdictionis. *can. præcipuè, can.ſicut Apoſtoli cum tribus ſeqq.* Idque donec non fuerit abſolutus; Si enim ei, tanquam publico excommunicato non licet etiam in minimis communicare, multò minus licitum eſſe poteſt exercere publicum officium, vt his ferè verbis decernit Nicolaus Papa *in can.miramur* 24.*quæſt.*1.

Ad 2. Excommunicatio fit notoria, vel per declarationem à Iudice factâ, præſertim ab A.C. vel per recurſum ad Iudices ſæculares prò impedienda executione ſententiæ, ac declaratoriæ, vt diſponit Martin.V.ac Innoc.VIII, Conſt.17. *tom.*1. *Bullar.* necnon Bulla Cœnæ Domini *can.*16. de quo latè Farinac.*conſ.*68. *nu.*5. *lib.*1. Rot.*deciſ.*491.*num.*6.*par.*2.*recen.* Vel per notoriam violentiam Eccleſiaſticis illatam; Vel per notoriam violationem libertatis, ac iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ac per huiuſmodi alia.

Ad 3. Probatur recurſus ad Iudices laicos ex litteris patentibus laici ad inſtantiam recurrentis emanatis. Rot.*deciſ.*529. *num.*4. *par.*1.*recen.*& alibi; Ac vide quæ dicta ſunt ſupra *Conſult.*33.*& tom.*10.*Conſult.*81.*de Regular.*

Ad 4. Vide ibidem.

Ad 5. Eſſet factum notorium, ſi violentia illata Eccleſiæ, vel perſonis Eccleſiaſticis fuerit coram populo totius, vel maioris partis Ciuitatis, Oppidi, Caſtri, Abb. aliique apud Fagnan.*in cap.veſtra nu.*83. *&* 90. *de cohabit.Cler. & Mul.* Si emanauerit ſuper hoc ſententia declaratoria, quæ reddit factum notorium, licet non ſit probatum. Fagnan.*loc.cit. num.* 73. *&* 140.

Ad 6. Neque huiuſmodi recurſum excuſare quis poterit prò defenſione ſui officij, ſiuè iuriſdictionis Achill.*deciſ.*36.*de appell.* Conc.Trid.ac Bulla Cœnæ Domini, & firmauit Rot.in *Barchinonen.adminiſtrationis* 17. Maij 1645. §. *Neque poterat* coram Ghiſletio.

Ad 7. Vndè Eccleſia redintegranda eſt per tex. *in can. minor* 17. *quæſt.* 4. Abb. *in cap. inter alia num.*5.*de immun.Eccleſ.*& alij.

Ad 8. Ac ità etiam ſi excommunicatus propter æs alienum, eo ſoluto, non ſit ab excommunicatione abſolutus: Nam excommunicatio ſemel ab homine per ſententiam lata, non tollitur per ſolutionem æris alieni, aut per caſſationem à contumacia, ſemper pernecesſe requirit relaxationem vinculi per abſolutionem. Glol *in cap. ſi quem tam n tamen de ſent. excomm.* Rot *deciſ.*649.*num.*6. coram Merlino, & declarauit Sac.Cong. Conc.29. Nouemb.in vna *Elnen.concurſus.*

Ad 9. Dum itaque conſtiterit, quempiam ob huiuſmodi recurſum ob violatam immunitatem, libertatem, ac iuriſdictionem Eccleſiaſticam eſſe cenſuris notoriè innodatum, eaſque indurato, ac pertinaci corde contemnere, grauioribus pœnis videtur puniendus, non ſolum prò tuenda Eccleſiæ maieſtate, ab eo ſic enormiter læſa, & prò fidelium offenſione remouenda, ſed etiam prò ipſius excommunicati ſalute, vt reſipiſcat per tex. *in can.*c. *deciſ.*83. *& in cap.*1.*de except.in* 9.Rom. *conſ.*482. *num.*5. Suarez *de cenſur.diſp.*2 *ſect.*10. *num.*21. cum alijs à Sperello citatis, qui ità in praxi obſeruati teſtatur per Sac.Cong. Epiſc.*deciſ.*160.*num.*46.*& ſeq.*& in ſimili iam dixit Rota *deciſ.*181.*num.*7. *&* 8. coram Merlino, obſeruaturque modò in Sac.Cong Immunit.

Porrò præ alijs modis, quibus ſuſpenditur interdictum, cenſura, aliaue pœna Eccleſiaſtica, quotidianus eſt appellatio. Et quidem regula eſt in iure, quod cenſuræ non ſuſpenduntur per appellationem, *cap.Paſtoralis,* §. *ceterum cap.* 15. Genuenſ. *in prax.cap.*22 *à num.*2. & alij. A pœna verò latæ ſententiæ ex iure, in quam dicitur quis incurriſſe, non datur appellatio *l.ſi qua pœna. ff de verb. ſignif. cap.quia nos de appell.*Felin *loc.cit.*& alij.

Verum à declaratione Cenſuræ, & alterius latæ ſententiæ, & ipſo iure commiſſæ, admittitur appellatio, dummodò verè non ſit notorium, pœnam commiſſam. Glol.*in cap.Cupientes,* ac Felin. *loc. cit.* Et per talem appellationem ſuſpenditur, non ipſa pœna, ſed declaratoria, vt interim habeatur prò non declarato. Genuenſ.*ibid.*& alij relati.

Vndè ſequitur, quod interim non poterit denunciari, et ſi cedulones affixi ſint, erunt remouendi. Doctores cit. Item ſequitur, quod poſt talem appellationem, ea pendente, non erit neceſſario vitandus. Felin.*loc.cit.*& citati. Sequitur etiam, quod ſi reus ſit mala fide, & ſciat, ſe incurriſſe in cenſuram, per appellationem non releuabitur in foro conſcientiæ. Genuen.*d.num.*2. Si autem probabili ignorantia exiſtimauerit, ſe non incurriſſe in cenſuram, ſeù pœnam, confiſuſque de iuſtitia ſuæ appellationis, ſe ingeſſit in diuinis, & celebrauit, non fiet irregularis, etiam ſi poſteà declaretur male appellatum. Felin. *eodem loco, alij que communiter,* quos ſectatur Sanch. *dub* 31.*num.*344. At ſi declaretur malè appellatum, acta contra ius Cenſuræ, ſeù pœnæ commiſſæ, pendente appellatione, geſta, ſi proceſſerint ex priuata poteſtate, ſeù ex priuato officio, iunt nulla, & retrotrahitur effectus ſententiæ Iudicis ad quem, v.gr.electio, vel acceptatio benefi-

cij

cij erit nulla, geſta autem ex vì publicę poteſtatis, ſeù Iuriſdictionis exterioris, vel interioris fori, erunt nihilominus valida. Felin. *loc.cit.* cum Innoc. Abb. & alijs, vt collatio beneficij &c. vt alibi.

An qui Epiſcopo occurrens, nullum obſequij ſignum præbuit, ſed tecto capite, ſtans contra eum eloquebatur, vndè Epiſcopus pileum ab eius capite amouit, aſt ille confeſtim, manum in Epiſcopum inijciendo, violenter abſtulit ab eius capite Galerum, illudque in terram proiecit; Ideòque monitus, & comparens, nullamque cauſam legitimæ excuſationis allegans, nec probans, poſſit per ſententiam definitiuam declarari, incurſum in excommunicationem. Can. Si quis ſuadente Diabolo 17. quæſt. 4. *& cogi ad canendum palinodiam? Vbi &*

Quid ſi Epiſcopus eſſet etiam Miniſter Regius, & iniurius Officialis Regius? tom. 9. Conſult. 56.

AFfirmatiuè. Et ſententia nititur diſpoſitionem *d. can. ſi quis ſuadente, cap. olim, cap. venerabilis cum ſeq. de ſent excomm. in 6.* & Clem. 1. *de pœnis*. Vbi prò violenta manus iniectione in Clericum, Officialis laicus excommunicatur: Nam excommunicatio eſt pęna contemptus pro omni actione iniuriosa, quæ fit contra Clerici perſonam, conſiſtente immediatè in facto, nec requiritur actio phyſica, vt mortale peccatum ſit, ſed ſufficit, eam eſse contra immunitatem corporis proprij, ſeù contra ius, quod quiſque habet in corpus ſuum, vel vt ſit grauis, vt in hoc caſu, contra honorem, dummodò corpus attingant, ita vt licet contactus leniſſimus ſit, ſi tamen ſecundum moralem extimationem ſufficiat ad grauem iniuriam contra honorem, ac reuerentiam Clerico debitam, ſatis ſit prò incurſu cenſuræ. Suar. *de cenſur diſp. 22 ſect. 1. num. 25. & ſeq.* Sperell. *deciſ. 45. num. 36.* ſiuè ipſi Clerico, aut veſtibus, vel pileo, vel rebus eius perſonæ cohæredibus illata ſit. Vt de communi *num. 66.*

Eòque magis, quia hic iniuria illata fuit coram populo, manum ſacrilegè ſuper ſacrum caput Epiſcopi inijciendo, quod facinus Sacræ litteræ deteſtantur. Leuit. 21. *v.* 10. Quare tenebatur ille aperto capite coram Epiſcopo ire, iuxtà monitum. *Leuit.* 19. *v.* 32. Quandòquidem de iure Canonico Reges ipſi Epiſcopis aſſurgere debent. *cap. ſolita de maior. & obed.* Quia Epiſcopus ſuper alios conſtituitur, ac ei propter excellentiæ gradus honor, ac reuerentia debetur, Caſſan. *in Catal. glor. mund. par. 1. conſid. 60. ꝟ alia autem.*

Non obſtat, quod Epiſcopus fuerit primus, qui alteri amouit pileum, ipſeque dederit cauſam ſuæ iniuriæ: Nam Epiſcopus egit, quod ſibi, & ſuæ dignitati debebatur, atque adeò nemini iniuriam fecit *l. iniuriarum §. 1. ff. de iniur.* Mar. Ant. *lib. 3. reſol. 12. num. 2.* At non exhibens honorem alteri debitum, iniuriam inferre dicitur.

Minus obſtat, quod in caſu Epiſcopus fuerit conſideratus tanquam Miniſter Regius, & alter tanquam Regius Officialis pari honore, ac reuerentia dignus. Nam poſita conſideratione alterius perſonæ diſtinctæ à perſona Epiſcopi, adhuc ſubintrat alia iuris diſpoſitio fauens habenti adminiſtrationem regalem, cui reuerentia, & honor exhiberi debet, ſi vti perſonæ Principis exhibetur. Luc. de Pen. *in l. vn. C. de comit. qui prouic. reg. lib. 12.* Idque præcipuè ſi Epiſcopus Proregem ageret, quia immediatè is eſt, qui repræſentat Imperatorem, vel Regem.

Quare huiuſmodi iniurians; antequam à Summo Pontifice ab incurſa, & iuſtè declarata excommunicatione abſoluatur, debet in loco publico petere Epiſcopo veniam palinodiæ inſtar, vt docent honoris Magiſtri Birag. *conſ. 28. §. hora fol. 157. lib. 1.* vbi adductis Mutio *lib. 3. c. 13. lib. 16.* Albergato *in tract. di ridurre a pace l'inimicitie priuate lib. 3. cap. 32.* Comite Lando, & alijs, inquit. *Che il pentirſi d'errore commeſſo, e domandar perdono non è infamia, anzi è virtù, peròche con vna tale attione, l'huomo ſi fà ragioneuole, e giuſto, ritrattando l'opera mal fatta.* Et inter Iuriſconſultos extat conſilium Io: Baptiſtę Cęſaris *conſ. 27. §. denique.*

An verè excommunicatio, vel eius executio ſit actus irretractabilis? Quid vbi datur adiunctus? Quid ue in caſu mixto? Eius natura. Defenſio iuriſdictionis Ordinariæ? tom. 9. Conſult. 151. & vide tom. 10. Conſult. 122.

REſp. eſſe effectum retractabilem. Coninch. *de cenſur. Eccleſ. diſp. 13. de cenſur. in genere dub. 1. n. 7.* Nam infligitur per modum vinculi ex natura, & inſtitutione ſua facilè ſolubilis.

Nequè obſtat, quod excommunicatus ante abſolutionem amittat ſuffragia Eccleſiæ, nam ſi excommunicatio eſt iniuſta, ea non amiſit. Nauar. *de cenſur. cap. 27. num. 3.* Nec etiam effectibus vllis excommunicationis afficitur. Bonac. *tom. 1. de cenſur. in gen. & in particular. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 7. §. 3. num. 4.*

Si autem excommunicatio eſt iuſta, excommunicatus conquæri non poteſt de amiſſione ſuffragiorum quin iuſtè patitur. Et Sacra Congregatio ſępè concedit Adiunctum quoad actus irretractabiles ad prouidendum; vndè ceſſante huiuſmodi ratione iniuſtitię, vel grauaminis, nec ipſa irretractabilitas conſiderabilis eſſet, & poteſt validè etiam ſine Adiuncto procedi, Alex. *in l. ex facto n. 15. ff. de vulg. & pupil.* & Baldus *ibi num. 6.*

Prætereà, quoties verſatur in actu mixto, qui nempè in vno caſu dici poteſt retractabilis, & in alio irretractabilis, tunc ille non comprehenditur ſub prohibitione actus irretractabilis, quia mixtum tanquam faciens tertiam ſpeciem

iuter

inter duo ſimplicia, non comprehenditur ſub ſimplici. Tiraquel. *ad l. Connub. gloſ. 5. nu. 64. cum ſeq.* Maximè autem in odioſis. Mixtum ſemper iudicatur ſecundum naturam illius ſimplicis, quod eſt magis fauorabile. Contard. *ad l. vn. C. ſi de moment. poſſeſſ. limit. 2. nu. 25. ac 27.* Sicuti & in mixtis ſemper attenditur illud, quod eſt conformis iuri communi, non id quod tendit contrà ius commune. Exemptio autem eſt contrà ius, & iuriſdictio Ordinarij eſt fundata in iure, eſtque fauorabilis. Cocchier. *d. quæſt. 4. num. 7.*

Aliqua de Cenſuris? Vide de Immunitate, ac de Diſpenſatione.

An, & quatenus Regulares teneantur ſeruare interdictum Eccleſiaſticum ab Ordinario appoſitum? Vide de Regularibus tom. 10. Conſult. 1.

An, & quatenus Regulares, etiam Abbates poſſint ſuſpendi excommunicari, priuari ſuis officijs, ac Dignitatibus à Legatis, ſiuè Nuncijs Apoſtolicis &c. Vide de Regularibus tom. 10. Conſult. 10.

An Epiſcopus incurrerit pœnam aliquam promouendo Alumnum Seminarij ad Ordines Sacros, vt in caſu poſito? Vide de Ordine. tom. 10. Conſult. 13.

An, & quatenus Electores excuſari poſſint in eligendo excommunicatum, & electio ſit valida? Vbi de executione Breuium Apoſtolicorum? Vide de Regular. tom. 10. Conſult. 20.

An Capitulum Regularium, cui praeſt notoriè excommunicatus, ſit validum? Quid ſi eſſet abſolutus in forma Cancellaria Apoſtolica? Et quibus officijs einſmodi excommunicatus ſit, aut priuandus? tom. 10. Conſult. 111.

AD. 1. Capitulum eiuſmodi eſſe nullum: nam notoriè excommunicatus per trinas ſententias, ob non paritionem ſcilicet rei iudicatæ, aut recurſum ad Iudices laicos, nullo modo eſſe poteſt Iudex, nec aliquam iuriſdictionem exercere *cap. ad probandum de re iudic. can. audiuimus 24. quæſt. 1. & DD.*

Idque non obſtante forma Cancellariæ Apoſtolicæ per clauſulam: *Te abſoluentes &c.* Quia huiuſmodi clauſula nullo modo ſuffragatur inſordeſcentibus, aut contumacibus rei iudicatæ, vt expreſsè diſponit *regula 66. Cancell. tit. de inſordeſcentibus*, & firmauit Rota *deciſ. 1099. num. 12.* coram Pegna, *& dec. 136. num. 42.* coram Merlino.

Cæterum certi iuris eſt, quod excommunicatus non priuatur beneficijs anteà obtentis, nequè ad illa retinenda redditur incapax, ſed tantum priuari poteſt, ſi poſteà in excommunicatione perſeueret in contemptum Clauium, vt alias dictum eſt ſuprà.

De notorio, publico, manifeſto, famoſo, occulto Clerici percuſſore? tom. 10. Conſult. 115.

Vide quæ dicta ſunt *hoc eodem tract. tom. 4. Conſult. 133.* vbi ſatis.

An Canonicus, aliuſque grauiter percutiens Clericum in aula Capitulari, in qua interueniunt decem, vel duodecim perſonæ Capitulares, ità incidat in Can. ſi quis ſuadente diabulo, vt non ſit neceſſaria declaratoria incurſus in excommunicationem iuxtà Conſtitutionem Conc. Conſtantienſis, ad euitanda? An ad id poſſint eſſe teſtes ſufficientes Canonici, aliiſque eiuſdem Capituli? Quid de teſtibus eiuſdem Communitatis, Societatis, etiam ſecularis? Quatenus eiuſmodi teſtes plenè probent? Abſolutio Sac. Pœnitentiariæ quatenus ſuffragetur? tom. 10. Conſult. 120.

CVm agatur de percuſſione Clerici non occulta, ſed notoria, percuſſor illicò remanet maiori excommunicatione irretitus, etiam ante declaratoriam, à qua non, niſi à Sum. Pontifice, & quidem cum partis offenſæ ſatisfactione, poterit abſolui, & interim efficitur inhabilis ad quemcumque actum.

Notarietas autem non excluditur ex circumſtantia, quod aula Capitularis ſit clauſa, dum locus eſt publicus, & in ea Capitulum congregatur cum interuentu quamplurium. Ex quibus ſatis reſultat notorium, vt poſt Gloſ. *in can. de manifeſta 2. quæſt. 1.* probant in hac ſpecie Auila *de cenſur. par. 2. c. 6. diſp. 2. dub. 4. §. his tamen.* Alter. *eodem tract. tom. 1. diſp. 6. lib. 1. cap. 2. col. 6.* ac alij.

Nec ſuffragatur abſolutio à Sacra Pœnitentiaria obtenta: nam ferri non ſolet prò foro externo. Bonac. *de excom. in partic. diſp. 2. quæſt. 3. pun. 6. num. 23.*

Et in hac re ijs teſtibus omninò deferendum eſt, qui fuerunt præſentes, & totam facti ſeriem perſpexerunt, minimè obſtante, quod ſint de gremio Capituli. Quamuis enim fuerit ipſummet Capitulum offenſum, attenta qualitate delicti commiſſi in aula Capitulari, & in perſonam ſui Canonici, dum omnes erant congregati prò ſeruitio Eccleſiæ, non tamen Capitulares dici poſſunt teſtes minus idonei, dum non agitur de ipſorum particulari commodo. Rot. in *Ampurienſi, ſeù Ciuitatenſi conuocationis ad Synodum* 23. Iunij 1642. *§. Quia quoad primum.*

Et de Confratribus, quod pariter ſint teſtes idonei prò Confraternitate, dum ex actu, de quo deponunt, ipſis non reſultet particulare commodum, firmat Rot. in *Albiganenſi precedentiæ* 20. Iun. 1653. *§. non obſtat* coram Bichio.

An

An excommunicatio ſit actus irretractabilis? tom. 10. Conſult. 122.

Vide quæ dicta ſunt ? tom 9. *Conſult.* 161.

De auctoritate Capituli quoad litteras dimiſſorias Sede vacante e reà pœnas Cenſurarum. Vide de Vicario tom. 10. Conſult. 158.

DE CHRISTIANA RELIGIONE.

1 *An Chriſtiani ſubditi Turcarum poſſint non coacti dare nomen militiæ Turcicæ, & ab illis accipere ſtipendium ad militandum contrà Chriſtianos abſque neceſſitate?*

2 *An Chriſtiani feudatarij Turcarum, qui ratione feudi tenentur per ſeipſos militare in Caſtris Turcarum, teneantur recuſare militiam contrà Chriſtianos ſuſceptam, etiam cum periculo amittendi feudum?*

3 *An Chriſtiani ſubditi Turcarum, qui non habent vndè ſe alant, vel ſint ad militandum coacti, poſſint militare contra Chriſtianos in Caſtris Turcarum?*

4 *Et quid de Chriſtianis in triremibus Turcarum remigantibus contra Chriſtianos? Vbi de alijs quibuſdam actionibus, ac de Mancipijs*, tom. 5. Conſult. 65.

AD 1. Negatiuè, quia id eſt intrinſecè malum, vtpotè innocentis percuſſio abſque authoritate, aut iure ad id faciendum, quod neque efficere, neque adoriri, intendere, aut ſuadere licet. Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 116. §. ſit tamen.*

Prò maiori explicatione tres caſus conſtitui poſſunt. Primus de Chriſtianis, ſeu Catholicis exiſtentibus ſub iuriſdictione Principis infidelis, ſeù hæretici, vel quia ab eo fideles tolerantur, vel quia ſunt captiui. Et tunc aut bellum geritur in odium Chriſtianæ Religionis, & in tali caſu nullo pacto, citra peccatum, licet Chriſtianis militare tex. *in Can. Iulianus* 11. *quæſt.* 3. *& in can. quidem culpatur §. ergò vir iuſtus* 23. *quæſt.* 1. quia concurrit in hoc caſu iuſſum Dei, qui mandat, Religionem eſſe tuendam, & mandatum terreni Principis oppugnati, iuxtà illud obedire magis oportet Deo, quam hominibus *Act. cap.* 5. de quo *can. qui præeſt, can. non ſemper, & can. qui reſiſtit* 11. *quæſt.* 3. Vbi enim adeſt præceptum Superioris, præceptum inferioris remanet ipſo iure ſolutum, *l. iudicium ff. de iudic.* Neque alia ratione ſubditi ſubduntur Domino temporali, niſi propter Dominum æternum, D. Paul. *ad Rom. cap.* 13. *& c. omnis anima de cenſib.*

Aut bellum geritur contrà Chriſtianos, non odio, vel cauſa Religionis, ſed prò defenſione ſuæ ditionis, fortè quia Princeps, licet ſit infidelis, vel hæreticus, concedit tamen ſubditis conſcientiæ libertatem, & tunc poteſt Catholicus militare: quia, deficiente odio Religionis, remanet ſimplex ratio politica, prò qua tuenda, poſſunt ſubditi Principem adiuuare, quamuis infidelem, donec toleratur ab Eccleſia, ſicut milites Chriſtiani adiuuabant Iulianum Apoſtatam, *d. Can. Iulianus.*

Secundus caſus eſt, quandò Chriſtiani, ſiuè Catholici non ſubſunt iuriſdictioni Principis infidelis, vel hæretici, & in hoc caſu qualitercumque bellum gerant, & contrà quoſcumque, nullo pacto poſſunt militare ſub ipſo, vt poſt Vgon. docet Turrecrem. *in d. cap. Iulianus ſub num.* 2. Nam ſi hoc faciunt cauſa Religionis, peccant grauiſſimè aduerſus Fidei profeſſionem, quam factis oppugnant; ſi ratione politici finis, dubium non eſt, quin ſaltem ſint fautores infidelium, & hæreticorum, qui anathematizantur in *cap. fraternitatis §. credentes de hæret.*

Tertius caſus eſt, quandò bellum geritur inter duos Principes Catholicos, quorum alter adhæret hæreticis, vel infidelibus, & in hoc caſu licet Chriſtiano, qui iuriſdictioni infidelis ſubditur, ſub tali Principe militare, ex *d. can. Iulianus, & can. Imperatores*; ſi verò eius iuriſdictioni non ſubditur, tunc non licet.

Ad 2. Negatiuè pariter ex ratione adducta, & licet *d. can. Iulianus* intelligi debeat de Chriſtiano, qui Principi infideli ſubditus eſt, is tamen ratione ſuperioritatis, ac *iuriſdictionis* in rebus honeſtis, & licitis, & quæ non pugnant cum præceptis diuinis, Principi quantumcumque infideli, aut Ethnico parere omninò, tumque ſequi, etiam in prælio, tenetur, iuxtà dictum Chriſti: *Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris Matth.* 22. & doctrinam B. Pauli *ad Rom. cap.* 3. & Petri 1. *Epiſt. cap.* 16. vbi docet, obediendum eſſe Dominis, non ſolum bonis, ſed etiam malis. & alibi.

Ad 3. Quoque negatiuè: Et ità nè mortis quidem metu, fas illis eſt pugnare aduerſum Chriſtianos, quemquam interficiendo, vulnerando, percutiendo. Molin. *l. c.* quia id eſt intrinſecè malum.

Ad 4. Dicitur cum Caſtropal. probabilius eſſe, quod antea docuit Molin. *de iuſt. tom.* 1 *tract.* 11. *diſp.* 115. *concluſ.* 2. vbi dixit metu mortis, aut notabilis alicuius detrimenti, fas eſſe Chriſtianis remigare in triremibus infidelium aduerſus Chriſtianos, aſportando ſarcinas, & arma, admouere ſcalas, conſtruere propugnacula &c. Præſertim cum charitatis ordine, fas ſit præponere vitam propriam aliorum vitæ, & cum is, qui id efficit, videat non defuturum alium, qui idem efficiat, eſto ipſe id non faciat, atque adeò vitandum non eſſe damnum proximi.

Parerga de Captiuis, & Mancipijs.

Man-

Mancipia confugientia ad Eccleſiam libertate donanda ſunt. Capta, dum piraticam contrà Chriſtianos exercent, debent à ſuo Domino retineri in captiuitate ſine aliquo ſcrupolo.

Quæ contrahunt Matrimonium de licentia ſuorum Dominorum cum mulieribus liberis, & poſteà venduntur, vt alibi aſportentur, non poſſunt ab vxoribus ſeparari, ſed cum illis manere debent.

Infideles captiui non eximuntur à ſeruitute per baptiſmum, ſed reſtituuntur ſuis Dominis.

Tolli debet Turcis omnis ſpes redimendi Turcas captiuos, & præſertim apoſtatas à Fide Chriſtiana, quamuis ſoluere vellent ingentem pecuniarum ſummam.

Captiui, ſiuè Mancipia familiarium S. Officij ſunt exempta, qua de re extat Breue Apoſtolicum, ac proindè ſi ab alijs capiantur, ſunt eiſdem familiaribus reſtituenda.

Vbi extat conſuetudo, quod captiui facti Chriſtiani cadant ſub commercio Domini ipſorum, non poſſunt cogi ad dandam ei libertatem.

Captiui Chriſtiani apud Turcas, vel alios infideles non permutantur cum apoſtatis à Fide Chriſtiana captiuis apud triremes Chriſtianorum.

Chriſtiani prohibentur ex Conſt. B. Pij V. redigi in ſeruitutem.

Chriſtiani non poſſunt vendi à quouis mercatore, licet afferat, quod eos emerit à mercatoribus Chriſtianis, Tunecti, Algeri, Conſtantinopoli, vel alibi commorantibus.

Apoſtatæ à Religione exiſtentes inter captiuos triremium Chriſtianorum reconciliantur, iique cuiuſuis ſtatus, & ætatis ſunt, coguntur redire ad Religionem Catholicam. Quoad libertatem verò, ſi apoſtatauerint in ætate adulta, licet capti à Criſtianis, ſpontè compareant, & petant reconciliari, non tamen acquirunt libertatem, ſed reſtituuntur Dominis ſuis, quibus commendantur, vt illos benè tractent; Si verò quandò apoſtatauerunt erant infantes, vel minores, libertatem conſequuntur. Conſtare tamen debet, an fuerint baptizati; & prò illis apoſtatis, quibus poſt reconciliationem competit libertas, & nihilominus volunt remanere apud ſuos Dominos, eundum eſt, vt cum charitate tractentur. Alia vide *tom.4. Conſult. 192. De Apoſtatis*.

De Cingaris. Vide de Zingaris tom. 8. Conſult. 64.

DE CLERICIS.

De Clerico coniugato quoad forum? Vide de Immun. tom. 1. Conſult. 45.

De Clerico carcerato, etiam quoad forum? Vide de Immun. tom. 1. Conſult. 46.

An Clerici contribuere debeant tempore peſtis? Vide de Immun. tom. 1. Conſult. 47.

De pœna coitus Clerici cum Commatre? Vide de Cognatione ſpirit. tom. 1. Conſult. 117.

De Congrua Clerici? Vide de Congrua tom. 1. Conſult. 273.

An Epiſcopus poſſit cogere Clericos non habentes beneficium, nec officium Eccleſiaſticum, ad intereſſendum proceſſionibus, & obedientiam ei præſtandum? tom. 1. Conſult. 328. Vide etiam de Reſidentia tom. 3. Conſult. 56.

NEgatiuè, niſi ſint præſentes, & adſit conſuetudo, & ſic cumulatiuè Sacra Congregatio Conc. in vna *Caſertana 19. Ian. 1647.* ad *cap. 13. ſeſſ. 25. de Regular.* & cenſuit etiam Sac. Congreg. Epiſc. in vna *Panormitana* 23. Nouembris 1592.

De Clerico electo Canonico, qui non inceſſit in habitu, & tonſura? Vide de Capitulo, & Canon. tom. 1. Conſult. 383. & 409.

An Clerici vnius Diæceſis delinquentes, debeant ibidem carcerari, & non transfportari ad Carceres alterius Diæceſis? Vide de Carceribus tom. 1. Conſult. 415.

An Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, qui dimiſit habitum Clericalem, poſſit abſque licentia Epiſcopi illum reaſſumere, quandò adeſt Conſtitutio Synodalis prohibitiua, nè reaſſumatur abſque dicta licentia? tom. 1. Conſult. 425.

AFfirmatiuè. Ità Sac. Cong. Conc. in vna N. 4. Auguſti 1654. ad *cap. 6. ſeſſ. 23. de refor.* ac deciſum in Cur. Archiep. Neapol. vt fatetur Ricc. *par. 2. deciſ. 167.* Concilia enim Synodalia non poſſunt condere leges contrarias iuri communi. Quod habetur ex *cap. Quod ſuper his de maior. & obed. & cap. fin. de offic. Archipresbyteri* Nam poteſtas legiſlatiua horum Concilio-

rum eſt inferior poteſtate Pontificis, ac proindè non poteſt ipſi contraire; Contrairet autem, ſi conderet legem contrariam iuri communi.

An Clericus, cui authoritate Apoſtolica fuit reſeruata penſio cum diſpenſatione non incedendi in habitu, & tonſura &c. gaudeat priuilegio fori? Vide de Immun. tom.1. Conſult.426.

An Clerici prò ſui Ordinis gradu veſtibus ſacris ſepeliendi ſint? Vide de Ritibus tom.3. Conſult.35.

An Clerici, ſiuè Præsbyteri, qui nullum obtinent beneficium, vel officium, reſidere cogantur, vel ſaltem à Diæceſi non diſcedere ſine licentia Ordinarij? Vbi etiam de eorum ſeruitio? Vide de Reſidentia com.3. Conſult.56. & hoc tract. tom.1. Conſult.328.

Quænam venatio ſit Clericis prohibita? Vbi de eorum venandi libertate non pauca? Vide de Immun. tom.3. Conſult.59. ac etiam tom.10. de Piſcatione, & venatione Conſult.15.

An, & quatenus ſimplices Presbyteri gaudeant prærogatiua, qua gaudent Canonici? Vide de Capitulo tom.4. Conſult.104.

Quis dicendus ſit notorius Clerici percuſſor? Vide de Cenſuris tom.4. Conſult.133.

De Patrimonio Clerici. Vide de Patrimonio to.4. Conſult.141.

1 *An Clericus contra Eccleſiam ſuam, in qua beneficium obtinet, prò extraneis aduocare teneatur?*

2 *Quid verò ſi à pluribus Eccleſijs beneficium habeat, & prò vna contra aliam poſtulet, an nè, & tum amittet beneficium, quod ab ea habet Eccleſia, contra quam Aduocati munus ſubijt?*

3 *Num verò aduocare prohibitus, nihilominus cauſæ litigatorum conſilijs, & ſcriptis inſeruire poterit?* tom.4. Conſult.191.

AD 1. Reſp. prohiberi ſub priuatione Beneficij, *cap. vlt. extr. de poſtl.*

Ad 2. Negatiuè; nam d. caput vlt. expreſsè loquitur dumtaxat de Clerico prò extraneo contrà Eccleſiam poſtulante; non igitur extendendum ad Clericum, qui prò Eccleſia contrà Eccleſiam aduocat: nam pœnalia, & odioſa coſtringenda ſunt, *vulg. cap. odia de reg. iur. in 6.* Maximè verò hæc ſententia procedit quandò Clericus ab ea Eccleſia, prò qua poſtulat, antiquitus beneficium habet, *arg. tit. 28. in fin. lib.12.*

Ad 3. Affirmatiuè extra iudicium nam pœnæ ſtrictiſſimè ſunt accipiendæ, *c. pœna d.1.* Vuiemb. *in paratit. l. ff. tit. de poſtul. nu.5. Non iudicio non item.* Perindè enim eſt ſcripto aliquis in iudicio aduocet, Vmen. *in diſp.2. ad proceſ. iudic. theſ.5 num.26.*

An Clerici ſæculares poſſint exercere munus Tutoris, vel Curatoris laicorum? Vide de Immun. tom.5. Conſult.10.

An Clericus, & Regularis poſſit exercere artem venalem, præcipuè Pharmacopolæ? Vbi de eorum immunitate à vectigalibus? Vide de Immunitate tom.5. Conſult.84.

An Clerici, & Præsbyteri poſſint exercere negocia, vt ibi? Vide de Immunitate tom.6. Conſult.76.

An Clerici poſſint exercere agriculturam? Vide de Immunitate tom.7. Conſult.77.

1 *An in Conſtitutionibus Apoſtolicis pœnalibus comprehendantur Clerici, de quibus nulla in eis ſit mentio ſpecialis? Et*

2 *Quid ſi in eiſdem Conſtitutionibus nominentur quæcunque perſonæ cuiuſcumque gradus, dignitatis, Ordinis, & inſtituti, an comprehendantur etiam Clerici, de quibus nulla ſit mentio in dictis Conſtitutionibus Apoſtolicis pœnalibus?* tom.6, Conſult.66.

AD 1. Comprehendi omnes in vniuerſum, atque adeò Clericos in materia eis adaptabili per tex. *in cap. ſi quis omnem 1. quæſt.7. & Can. ſi Romanorum 19.d.* dummodò tamen Conſtitutiones ſint generales *cap. cum longè 63. d. nihil de elect.* Gloſ.1. & omnes *in d. cap. Canonum ſtatuta*; Quia lex imponitur ſubditis, ac proindè obligat etiam Clericos; lex enim de ſe habet vim obligatiuam: quia præſcribit quod eſt neceſſarium ſecundum exigentiam boni communis; Clerici autem ſunt capaces talis obligationis, quia tanquam membra totius Reipublicæ ſunt propter totum, atque adeò tenentur cooperari bono ipſius; eò igitur ipſo quò lex pœnalis Canonica generaliter imponitur, conſurgit in ipſis obligatio ad pœnam ſuſtinendam; alioquin multi Canones, ac Conſtitutiones Apoſtolicæ, præſertim *Can* 14.15 16 & 17. *Bulla Cænæ Domini* non comprehenderent Clericos, quos tamen ex ſubiecta materia, & quia de ſe ſunt generales, nullum excludere, & ad Eccleſiaſticos extendi docent ibi expoſitores. Vt proindè Conſtitutionem *Si de protegendis* B. Pij V. vtpotè generalem comprehendere etiam Clericos docet Scortia, quem ſequitur Carena *de offic. S. Inquiſ.*

Ad 2. Atque hinc eſt, quod lex, & ſtatutum generale comprehendat etiam perſonas, & cauſas priuilegiatas, quandò in illa ſpeciali materia non habet ſpeciale priuilegium *l. in fraud ſ. fin. ff. de teſtam. milit.* & Bald. *ibidem*, Tiraquel. de

Digitized by Google

de tract. linguag. §.1. Gloſ. 14. *num.97. & ſeq.* Rot. *dec.46. n.16. p.5. recen.* quia lex obligat ſecundum exigentiam publicæ vtilitatis, propter quam fertur.

De Clericis aleatoribus ? Vide de Vicario tom.6. Conſult.93.

An pœna mortis comminata Clericis à Sacris Canonibus, intelligatur de morte naturali, vel de ciuili, niſi in Canone addatur vlterius, Clericorum præuia degradatione, Curiæ ſæculari tradendum? tom.7. Conſult.83.

INtelligi generatim de morte ciuili tradit Clarus *lib.5. ſent. quæſt.67.* teſtans de communi. Quod in Clericis certum omninò videtur, intelligi de depoſitione ab Ordinibus, aut de degradatione in Ergaſtulum, aut in Monaſterium detruſione, ac de perpetuo carcere, quæ pœna in liberas perſonas propriè videtur Eccleſiæ, quæ quia non nouit ſanguinem, nec effundit, dum non vult tradere ſæculari Iudici, Clericos reos capitalium criminum morte puniendos, vt facit *vt in cap. nouimus de verb. ſignif.* commutat mortis pœnam in carcerem perpetuum, de pœnitentia eorum adhuc ſperans, vt in relapſis hæreticis *in cap. penul. §. fin. de pœnis.* in falſarijs *in d. c. nouimus de verb. ſignif. & in c. quamuis de pœn. in 6.* alijſque ſimilibus.

De reſtitutione facienda à Clericis ob omiſſionem recitationis Horarum Canonicarum ? Vide de Capitulo tom.9. Conſult.69.

Aliqua de Clericis ? Vide de Beneficiatis, & de Immunitate.

An, & quatenus Clerici ſæculares, & Regulares examinari poſſint ad fauorem Rei, imò contra Reum, etiam in criminalibus? tom.10. Conſult.63.

Vide quæ dicta ſunt tom.2. Conſult.59. de Im-

De notorio Clerici percuſſore ? Vide de Cenſuris tom. 10. Conſult. 115. & tom. 4. Conſult.133.

De Canonico percutiente Clericum in aula Capitulari ? Vide de Cenſuris tom. 10. Conſult.120.

Quomodò exceſſus ſæcularium Clericorum, & Regularium, degentium extra Monaſteria ab Ordinario loci corrigenda ſint &c. Vide de Epiſc. tom.10. Conſult.153.

DE COGNATIONE SPIRITVALI, ET DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

An adhuc non confirmatus, tenendo in Chriſmate, ſpiritualem cognationem contrahat? tom.1. Conſult.10.

NEgatiuè: quia nulliter tenet in confirmatione, qui non eſt confirmatus, ità etiam in naturalibus non ſufficit, vt quis concurrere poſſit ad generationem viuentis, ſi ipſe ſit viuens, ſed requiritur, quod ſit ætate, ac robore confirmatus: Atque hæc eſt communis, ſeù magis communis Doctorum ſententia. Prò ea enim ſtat Sanchez. *de matrimonio diſp.50. n.20. lib.7.* cum Gloſ. *in cap. in baptiſmate v. ſuſcipere de conſecrat. d.4.* Angel. Victor. Palac. & alij, Præterea Pontificale Romanum *p.1. tit. c. de Confirm.* in cuius rubrica ſic diſponitur: *Nullus, qui non eſt confirmatus, poteſt eſſe in confirmatione patrinus.*

Ex quibus infertur, quod ſi non confirmatus teneat in confirmatione, licet non impediatur effectus Sacramenti, qui eſt de iure diuino, tamen actus tenendi, & effectus illius, qui eſt de iure poſitiuo, eſt irritus. Turrecrem. *in d.c. in baptiſmate*, & citati ſupra.

Et ità Sac. Cong. Conc. in vna *Licien.* die 13. Iunii 1654. declarauit, nimirum, non confirmatum non contrahere cognationem ſpiritualem.

De pœna coitus habiti a Clerico cum Commatre. tom.1. Conſul.117.

QVod coitus cum Commatre ſit de iure Canonico crimen inceſtus aſſeuerant Boer. *dec.318.* Paul. Ghirland. *de pœn. omnif. coit. quæſt.3. num.1.* & Farinac. *de delict. carn. quæſt.138. pag.1. num.48.* Diaz. *in pr. crim. can. cap.27. & 28.* ac alij.

Quòdue prò tali inceſtu Clericus ſit perpetuò deponendus, priuanduſque omnibus beneficijs, & officijs probat tex. loquens de Sacerdote fornicante cum filia ſpirituali in *cap. ſi quis Sacerdos 30. quæſt.1.* Io. de Anan. in *cap. cum dilectus 20. num.2. ad med. & in cap. ſignificauit 5. num.4. de adult.* Imola *in cap. vt Clericorum nu.8. de vit. & honeſt. Cler.* Felin. *in cap. At ſi Clerici n.14.* ac alij.

Propterea cenſeo, Sacerdotem conuictum de inceſtu perpetrato cum qualitate ſtupri per carnalem cognitionem Commatris, non ſolum poſſe deponi, ſed etiam per triennium Ergaſtulo mancipari.

An Confeſſarius filiam ſpiritualem cognoſcens puniatur in S.Officio? tom. 2. Conſult.70.Miſcell. num.31.

Negatiuè, ſi confeſſione, vel Confeſſionatio non fuerit abuſus.

An, & quatenus ſimplici Presbytero concedi poſſit, ac debeat à Summo Pontifice facultas miniſtrandi Sacramentum Confirmationis Chriſmate ab Epiſcopo conſecrato? tom. 6.Conſult.11.

Affirmatiuè. S.Ambroſ. *ad Epheſ. cap.*4. dum dixit in Egypto Presbyteros confirmare in abſentia Epiſcoporum. Quid enim prohibet, Chriſtum Dominum, Epiſcopos in Miniſtros huius Sacramento abſolutè, & ſimpliciter inſtituiſſe, Presbyteros verò non ſic, ſed facta Summi Pontificis commiſſione? Etenim hic inſtitutionis modus conuenientior eſt, nè ob defectum Epiſcoporum, fideles hoc Sacramento priuentur.

Pontifex itaque ad concedendam hanc Sacerdotibus facultatem rationabili, & admodum vrgenti, vel graui ſaltem cauſa duci debet, alias imprudenter operabitur, validè tamen. Suar.*d.ſect.2.verſ.Tertia pars* Henriq. *lib.1.cap.6.num.4.*& alij: Quia Pontifex in hoc io lege Chriſti non diſpenſat, ſed vtitur poteſtate à Chriſto ſibi relicta; Neque credendum eſt, Chriſtum Dominum ſuo Vicario hanc poteſtatem reliquiſſe prò ſolo caſu vrgentis neceſſitatis: quia eſſet graue periculum ſæpè efficiendi irritum Sacramentum.

Et an oppoſita ſententia ſit hæretica, & hæc de fide? Affirmat Ledeſma, & inſinuat Sotus apud Suarez *ſect.* 2. *propè fin.* præſertim poſt Conc. Trident. & Florent. Ipſe tamen Suarez exiſtimat, nondum eſſe in hac re aliquid de fide definitum; quamquam ego cum ipſo non negem, Concilium Florentinum magnam noſtræ ſententiæ tribuiſſe authoritatem, adeò vt temerè cenſeam, contrarium velle pertinaciter defendere.

De cognitione ſpirituali iuxtà decretum Sac.Conc,Trident. ſeſ. 24.de reform. Matrim. *Vbi multa, quæ vſui eſſe poſſunt*. tom.7.Conſult.93. & Vide eodem tract. tom. 10, Conſult.155.

Sac. Congreg. Conc. in *Tergeſtenſi*. Non obſtante quacumque conſuetudine, ſinè potius corruptela, nunquam tertius Patrinus eſt adhibendus.

In *Veronenſi*. Duo Viri poſſunt ſuſcipere puerum de baptiſmo, vnus pro ſe, alter, vt procurator mulieris.

In *Cremonenſi*. Si poſt publicationem Concilij duo viri fuerunt deſignati ad ſuſcipiendum baptizatum, & vnus aſſiſterit, & non tetigerit, cum tangente tantum eſt ſpiritualis cognitio contracta, quamuis ambo reperiantur prò Patrinis.

In *Mediolanenſi*]. Si conſtiterit legitimè, quod pueri fuerint in domo baptizati, & prò alijs ceremonijs fuerint ad Eccleſiam allati, quibus prò patrinis aſtiterit Caius inter ipſum, & Matrem leuatorum, nullum adeſt cognationis ſpiritualis vinculum, & poſſunt inuicem Matrimonium contrahere.

In *Nouarienſi*. Spiritualis cognatio inter eas tantum perſonas, quæ in hoc decreto nominantur, contrahitur. Item Matrimonium inter omnes alias perſonas, de quibus in hoc decreto nominatim mentio facta non ſit, liberè, ac ſine vlla diſpenſatione contrahi poterit. Item ex his ſequitur, Antonium poſſe Liuiam in vxorem ducere, cuius Pater eam de ſacro batiſmatis fonte ſuſceperat, quæ cauſa non impedit, nec dirimit ad præſcriptum huius decreti 4. Iunij 1569.

In *Abulenſi*. Congreg.Conc.cenſuit, Mulieres, quæ aſſiterit tantum, & non tetigerit Infantem non contrahere Cognationem ſpiritualē, quamuis tales Mulieres ex conſuetudine loci vocentur Commatres 1.Septembris 1588.

Sancti Marci. Dubitatum fuit in Sacra Congregatione Epiſcoporum: An, ex quo Laura de Ferdinando adduxit ad Eccleſiam filium Fabricij ad baptizandum, & indè ad domum iterum reportauit, ſit propterea orta inter eos cognatio ſpiritualis, adeò vt *non poſſit* contrahi inter illos Matrimonium, ſtante conſuetudine illius loci, in quo tales Mulieres *aſportantes* filios ad Eccleſiam, Commatres vocantur, & à Parocho in libro Babtizatorum deſcribantur, vt tales, etiam, quod dictos filios non teneant? Sac. Congreg. re diſcuſſa, & Clementi VIII. relata, decreuit, eiſdem concedendam eſſe diſpenſationem, ſed quod Epiſcopus declarare debeat, quod in poſterum ex hoc nullum oriatur impedimentum per *cap.* 1.*& cap.ſuper eo de cognat.ſpirit.*ibique Gloſ. die 9.Nouemb.1592.Cætera vide apud Theologos Morales, & Canoniſtas in *cauſ.*3. *quæſt.*1. *& in tit.ac in lib.6.de cognat.ſpirit.*

An quædam forma in Orientali Eccleſia ſuppleat Sacramentum Confirmationis, vt ibi, & An à quolibet Sacerdote baptizante poſſit conferri huiuſmodi Sacramentum? Vide de Sacramentorum adminiſtratione tom. 8. Conſult. 78.

Quis ſit Sacramenti Confirmationis Ordinarius Miniſter? tom.10.Conſult. 155.Vide quæ dicta ſunt ſupra, & in cit.tom.8. Conſult. 78. de Sacram.adminiſtratione.

D E
COLLEGIIS.

An Collegium de Propaganda Fide gaudeat immunitate? Vide de Immunit. tom. 1. Conſult. 452.

An cætus mulierum merè ſæcularium ſimul in receſſu viuentium deuotionis, ac pietatis cauſa ſit illicitus, ità vt Epiſcopus poſſit eis præcipere clauſuram, vel reditum ad proprias domos? Vide de Monialibus tom. 2. Conſult. 65.

An poſſint Sacræ Congregationes Cardinalium commouere, & commutare fundationes Collegiorum, aliarumque rerum ad pias cauſas? tom. 4. Conſult. 148.

NON poſſunt, neque debent: quia hæc materia eſt ex reſeruatis Summo Pontifici, vt cauetur in *Clem. 2. de relig. dom.* in qua ità habetur: *Ea, quæ ad certum vſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium, ſalua Sedis Apoſtolicæ authoritate, conuerti.* Vbi Gloſ. inquit: Nota per hanc litteram, ſolum Papam commutare poſſe vſum illorum, quæ per fideles donata ſunt, vel relicta; Vnde vltimam voluntatem teſtatorum eſſe omninò in ſpecie ſeruandam, ſtabilitur etiam in iure Ciuili, vt in *l. in his ff. de condit, & demonſtr.* Et ità, vt nè Legati quidem de latere id poſſint facere, niſi hoc habeant expreſsè in facultatibus: Quia hoc fieri nequit; niſi ex plenitudine poteſtatis, quam Legatus non habet, vt tradunt in *d. Clem. 2.* Lap. *num. 2. & 3.* Anchar. *num. 4.* & alij.

Eſtque tam certè hæc propoſitio, vt inferiores nè poſſint, hoc quidem commutare in melius: quia voluntas fundatoris habet vim legis ſcriptæ, à qua ſolus Princeps ſupremus poteſt recedere, ibidem Lap. *num. 1.*

Quinimmò licet Pontifex commutare poſſit legatum in aliud opus pium, non tamen poteſt ſine iuſta cauſa. Dec. *conſ. 65. num. 3. vel 2. & in in l. Gallus §. & ſi tantum num.* 146. & alij: Quia nequit Princeps, ſeu alius priuare aliquem iure quæſito; Quarè non poſſunt Sacræ Congregationes aliquid dicere, quod ſit contra ius commune, atque adeò contra mentem teſtatorum Butr. *conſ. 66. num. 3.* Anchar. *conſ 367. ad med.* Rota coram Coccin. *deciſ. 197. num. 12. & 13.* ac alibi.

An, & quatenus Domus Collegij ſcholarium gaudeat immunitate? Vide de Immun. tom. 6. Conſ. 38.

An, & quatenus Virgines in Collegio viuentes, & vouentes in profeſſione perpetuā caſtitatem, atq; obedientiā Præfectæ, ac victuras, & morituras in dicto Collegio, obligentur eius regulis, & Conſtitutionibus, poſſintque ad ſuum libitum è Collegio diſcedere, ac illis dotes ſint reſtituendæ? Vbi de Collegijs generatim aliqua? tom. 9. Conſult. 73.

COllegium dictum eſt, quaſi collectio quædam hominum eiuſdem artis, profeſſionis, opificij, officij, ac poteſtatis; Vndè, & Collegæ dicti, & Collegiati. *l. Collegarum 171. ff. de verb. ſignif.*

Alia licita, alia illicita dicuntur, ſeu improbata, vel ratione perſonarum, aut officij, aut loci, vel ſimilium. *l. 1. ff. de colleg. illic.* vel quia non ſunt probata à Principibus, *d. l. 1. ff. quod cuiuſque Vniu.*

Rurſus alia ſunt profana omninò artificum, quædam ſtudiorum, Magiſtratuum, mixta alia quædam omninò Eccleſiaſtica.

Hinc ſequitur primò circa Collegij, ac Virginum in eò viuentium regimen condi potuiſſe leges, ac Statuta præſcribi, Doctores communiter in *l. omnes populi ff. de inſt. & iur.* vbi Caccialupus *num. 8.* Bart. *in l. fin. de iuriſd.* Caſtro *conſ. 24. num. 4. vol. 2.* & alij.

Secundò Virginem ſtatim atque hunc modum viuendi aſſumit, & per profeſſionem Collegio incorporatur, fitque illius membrum, ex quodam pacto, conuentione, & compromiſſione, ſe obligare ad omnes regulas, & Conſtitutiones, non ſolum directiuas, ac diſpoſitiuas, ſed etiam pœnales, & quidem ſecundum proprietatem verborum, quibus regulæ conceptæ ſunt, *ex l. non aliter ff. de legib.* Calder. *conſ. 245. in princ. alias 24. de præb.* Crauet. *conſ. 105. num. 2. & 227. num. 11.*

Quarè ſi inter Collegij Conſtitutiones pœnales ea ſit: Quæ virgo diſcola ſit, & ferat diſcordias, poſſit, nulla reſtituta dote, expelli; Ad hanc expulſionem, & ad priuationem dotis ex tunc conſenſit.

Vndè nullo modo Virgines poſſunt à Collegio recedere, aut fugam capeſſere: Quia, cum ſe Collegio ità per profeſſionem emiſſam tradiderint, vt in eo viuerent, ac morerentur, fit, vt ſi indè abeant, à voto, quod Deo nuncuparunt, omninò deficiant, & à iuramento, quod præſtiterunt: Nam cum illa voti emiſſio, ac iuramentum in ſuo conceptu formali, & ſecundum propriam verborum ſignificationem, dicat perpetuam, ac immobilem ſui traditionem, fit, vt, ſi per aliquod temporis ſpatium reſiliat, ille receſſus ſit omninò iniurius Collegio; imò, & ratione voti, ac iuramenti facile-

Digitized by Google

crilegus, Suarez *tom.4.de Relig.d. tract.10. lib.5. cap.4.num.9.*

Atque hinc ex ſuppoſitione, quod nolint ad Collegium redire, ſed fieri Moniales in Religione approbata, non tenetur Collegium illis dotem, quàm profeſſuræ ipſi Collegio tribuerunt, reſtituere, aut extra Collegium illis alimenta miniſtrate; Nam licet aliqui putent, cum perſona dotem transferri, ac bona, quæ Collegio reſpectu perſonæ obuenerant, alij verò negent quoad bonorum proprietatem, quamuis concedant, quoad vſumfructum, nè ſint poſteriori loco oneroſæ, quos omnes affert Sanchez mox citan, alii tamen, & quidem complures oppoſitum ſentiunt, quorum opinionem veriorem, communiorem, ac prorſus ſuſtinendam aſſerunt Sanchez *tom. 2. in decal. lib.7.cap.32.num.8.* adducens prò ea 30. Doctores, tàm Iuriſperitos, quàm Theologos, eamque tradunt Caſtropal.*tom.3.tract.16. diſput. 3. punct.17.§.2.num.3.* Suarez *tom.4. de relig. tract. 8.lib.3.cap.14.num.5.* & alii.

Quia licet dos, aliaque bona in conſequentiam perſonæ Collegio obuenerint, fuerunt tamen abſolutè, ac independanter à quacumque conditione permanentiæ perſonæ Collegio attributa, & conſequenter in dominium abſolutum Collegii peruenerunt; non enim debet Collegium iure iam quæſito, & quidem immobiliter priuati.

An Epiſcopus poſſit viſitare Collegia, etiam mixta vtriuſque ſexus? Vide de Viſitatione. tom. 9. Conſult.154.

D E

COLLVSIONE.

Colluſio an, & quatenus punienda? tom. 9. Conſult. 85.

QVoties Colluſio fit in articulo Canonico recurrendum eſt ad diſpoſitionem Sacrorum Canonum, quamuis in *ff. & C. ſint etiam tituli de colluſione deteg.* in quorum terminis Azor.*in Sum.d.tit.num.1.* tenet, quod in Ciuilibus poſſit impunè colludi, dummodò non inquiratur ampliſſimus Ordo Senatorius. Sa. licet.hoc idem tenet in *l.2.per eodem tit.*

At de iure Canonico aliter tenendum eſt, videlicet redarguendam eſſe colluſionem, ſi in fraudem patrati criminis commiſſam fuiſſe plenè conſtet, & quandò recepta pecunia, delator criminis recedit colluſiuè ab accuſatione, vel patitur ſe vinci ex *toto titulo decretal.de colluſ. detegen,& can.fin.2. quæſt.3.* vbi ſic communiter tenet Archid.*num.1.* Bellarm. *num:1.* & alii, ac Greg.*v.charitate* ſic explicat: ſi enim ex charitate hoc fecerunt, accuſatores poſſunt tolerari, ſed ex præmio non. In Ciuilibus verò non eſt recedendum à Rota *dec. 31. apud 1. volum. conſ.*Farinac.*num.1.* quia iudicium non poteſt dici Colluſiuum, etiam quod partes amicabiliter conueniant de inſimul litigando, vt cognoſcant quis foueat bonum ius. Potuerunt igitur cognoſcere bonam fidem.

Eſt ſanè Colluſio inter actorem, & reum latens, & fraudulenta conuentio, ſecundum Gloſ. 1. & Oſtien. *num.1.ad cap. audiuimus de colluſ. detegen.* Vndè colludium non debet remanere impunitum *C.ſi quem pœnituerit 2.quæſt.3.* & geſta per Colluſionem non tenent, *l.3.ff.eodem tit.* ſecundum Innocen. *ad d.cap. audiuimus in fin.* ad quem text. Vide Doctores.

D E

COMOEDIIS,

E T

OBSCENIS LVDIS.

De fœditate Comœdiarum noſtri temporis, deque earum actoribus, & inſpectoribus, ac in hoc malum remedijs, idque quaſi per ſaturam, deque poteſtate Epiſcoporum illas, obſcenoſque ludos prohibendi? tom.8. Conſult.153:

NOſtri temporis Comœdias neminem honeſtas appellantem audiui, niſi authores turpitudinum, vel fautores. Eas duntaxat, qui vt fœdiſſima crimina maiori immunitate exequatur, & iterent, ficto honeſtatis velo obtegunt, prauæ licentiæ nomine implicant, aut ſeculorum conſuetudine inuoluunt, aiuntque licere id, nequè inhoneſtum, quia tot ſeculis factum, receptum à populis, permiſſum à Magiſtratibus. At permittuntur Lupanaria, eaque adire ergò ea honeſta? Ità verum in malis nulla præſcriptio. Mala adulteria, periuria, & tamen plurima ſub Sole, repere ſeculorum miriades & tamen peierantes reperies, & adulteros, recepta à populis, imò erecta Theatra, ſed corruperat quoque vniuerſa caro viam ſuam Noem diebus, communeque peccatum communibus aquis omnium naufragio expiatum eſt, minimè condonatum; denique cur inquis perpetuò receptum, quod perpetuò Summi viri inſectari ſunt? Has omninò fabulas, quas in theatris ſaltant, aut loquuntur noſtri temporis Comici, has, inquam, prohibent, in has inuehunt tot Sacrarum Scripturarum, tot Summorum Pontificum, & Conc. & Legum, & Patrum, & Scholaſticorum, & Gentilium reſponſa, oracula, monita. Planè ſi ficta adulteria inſectatur Chriſoſtomus, nulla

arguit,

Digitized by Google

arguit, ſi non hæc, quæ aure ebibis, animo hauris, incautus diſcis, tandem dolebis. Si fędata coniugia,quæ ſcęnis exhibent, execrantur Mannitius, Lactantius, Cyrillus, Baſilius, Tertullianus, verbis aerem verberant,ſi probāt, quæ tamen probas. Si theatrico luxus gehennales flammas minatur, Venetorum Patriarcha Iuſtinianus cui luxui has minas intentas? Si ſui ignis fomites appellat ſcęnicos Amores D. Auguſt.da luxum alium, dà alius amores, & viciſti.

Alterum eſt: an mortaliter peccent Hiſtriones noſtri temporis, Laſciuarum rerum, & Amorum ludos exibentes. Ità: quia cauſa ludi vtuntur turpibus verbis, vel factis: quia Mulieres in Theatrum inducunt, nempè libidinum fomites: quia de amoribus, ſtupris, adulterijs agunt, quæ laſciua omnia, & Chriſtiano nomine indigna,& (vt Theologi aiunt) intrinſecè ex ſe lætalia, nec ideò mala, quia prohibita. Neſas enim Iudi cauſa, qui ad animi remiſſionem conceditur, turpia aduocare. Vide expreſsè D.Tho.2. 2. *quæſt.*168.*artic.*3. id aſſerentem. Ratio à priori eſt: quia turpibus, laſciuiſque non remittitur animus, ſed illigatur, ſed opprimitur, ſed vulneratur, ſæpè occiditur, atque, vt quidam sit, obſcęni hi Iudi Ciuitatem vitiorum, ac turpitudinum ſeruam faciunt;ſtuprorum, adulteriorum, inceſtuum, ſacrilegiorum ancillam. Vide D. Baſil.*de legendis lib.gentilium*.

Rurſus peccant mortaliter: quia turpibus verbis, vel factis ſe, & alios Chriſtiana cordis munditia priuant, ſine qua nemo Deum videbit vnquam, vt habetur *Matth* 5.

Tertiò. Scęleratè agunt Hiſtriones: quia bonos mores in Ciuitatibus, & Rebuſpublicis euertunt, Chriſtianam in Deum charitatem his nugis exterminant:quia pueros virtutibus exuūt, & ad inhoneſtos amores alliciunt,& inſtruunt, vt amoribus dent operam &c.

Peccant Comędiarum noſtri temporis inſpectores vi cooperationis: quia adſtant voluntariè, & abſque neceſſitate Hiſtrionibus mortaliter peccantibus, ijſque attrident, plaudunt, fauent, & vt plurimum fauent authoritate,pecunia, vel ſaltem præſentia; Quod ipſis eſt cooperari; mortaliter verò cooperantibus cooperari, læthale eſt.

Peccant pariter ratione ſcandali; Scandalum enim eſt dictum, vel factum minus rectum, præbens occaſionem ruinæ,eſt mortale peccatum, etiam ſi grauis ruinæ alterius ſit cauſa per accidens, tunc videlicet, cum contemnit quis ſalutem proximi, & prò ea conſeruanda non prætermittit, quod ſibi libuerit, ità omninò, & expreſſis verbis D.Tho. 2. 2. *quæſt.* 43.*art.*1.&.4.

Tertiò peccant ſpectàtores ratione periculi, & proximæ occaſionis, cui ſe ingerunt; Proxima verò occaſio omninò eſt ſpectaculum,Scæna, Orcheſtra, vbi amores, & chorræ celebrantur.

Primum remedium in hoc malum eſt, vt viri graues perficiantur, qui iuxtà Platonis Sententiam Hiſtrionum dicta, factaque expendant ad honeſta, & Reipublicæ proficua, nec prodeant, donec ſingula probentur. Vt præſertim Eccleſiaſticus Iudex id videat, ac iudicet, an ea, quæ ab ijs habentur, turpia, ſalutique animarum diſſentanea. Ità Menoch.*caſ.* 69.*num.*42.*de arb.cent.*1. Verùm id minimè neceſſarium; quandòquidem omnes, quæ à venalibus hiſce Hiſtrionibus Comœdiæ exhibentur, inhoneſtę cenſeri debeant, cum in ijs viri, & Mulieres de amoribus colloquantur.

Secundum remedium longè tutiſſimum, in quod omnes ferè conueniunt, qui in Hiſtriones ſcripſerunt, nimirum, vt eijciantur, pellanturque. Menoch. *num.* 30. In Actis Mediolanenſis Eccleſiæ addidit etiam Sanctus Carolus, vt Principes in cauponas etiam acriter animaduertant, ſi eos receperint.

Et quamuis, inſpecta cenſura, publica ſpectacula permiſſa eſſe videntur *l.*1.*& toto tit. C. de ſpectaculis, & Scęnic.lib.*11.*& lib.*2.*§. ſi quis ne in loco publico*, nihilominus quies popularium, & diſciplina ſpectaculorum ſemper fuit penes Magiſtratum *l.*1.*§.Cura carnis verſ.quies ff. de offic. Præf.Vrb.* Qui quidem, ſicuti alicui interdicere poterit, nè ſpectaculis interſit *d.l.*1. ità poteſt interdicere omnia ſpectacula, ſi hoc expedire ſibi videbitur, *arg.l.qua de tota ff. de aquiren. hæred.*

Portò Hiſtriones regulariter, tàm in Ciuilibus, quàm in Criminalibus ſunt de iuriſdictione Iudicis laici. Tùm quia Hiſtriones eſſe nequeunt, niſi laici, *cap vn.de vit.& honeſt.Cler. in* 6. Tùm etiam, quia ad Iudices laicos pertinet cura ſpectaculorum d *l.*1. Quod multipliciter limitatur à Ricciullo *de perſon.quæ in Statut.reprob.verſant.lib.* 5.*cap.*16. *à num.* 3. *ad* 10. vbi ad hanc rem multa, præcipuè in caſibus, in quibus Iudex Eccleſiaſticus poteſt procedere contra Hiſtriones, aliosque laicos, vel quia caſus eſt mixtus, vel ratione peccati, poſſit procedere quoad pęnas ſpirituales tantum, vel etiā quoad temporales *cap.* 17. & alia *tot.d. lib.* 5. Epiſcopus autem prohibere poteſt, ac tenetur, ſub mortali ſibi reſeruato, ac etiam ſub excōmunicatione eiuſmodi Comœdias, ludoſque obſcęnos, & qui non ſiſtunt intra terminos honeſtatis, ſed ordinantur ad laſciuiam ex ſeipſis, quatenus apti ſunt prouocare ad libidinem, quamuis ex intentione ludentium ad hunc finem non ordinentur: Quia Epiſcopi ſunt Paſtores ſuorum ſubditorum, atque ad ipſos ſpeſtat eos dirigere ad ſalutem ęternam. Doctores communiter cum D. Tho. 2. 2. *quæſt.* 33.*art.*3.*ad* 1. Turrian.*diſput.*87.*dub.*1. Malderus, ac cœteri Interpretes.

De

De Communione Paſchali. Vide de Paroch. to. 1. Conſul. 298. & to.7.Conſ.89. Item *de Priuilegio Sancti Ioannis Florentinorum de Vrbe ad rem*. Vide ibidem tom.4.Conſult.3.

De Compromiſſo. Vide de Capitulo tom.1. Conſult. 110.
Item Vide de Proceſſionibus tom.3. Conſult.47.

DE CONCEPTIONE

B.MARIÆ VIRGINIS.

1 *An Doctor, qui docet Miſterium Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis incurrat pœnas in Conſtitutione Alexan. VII. præſcriptas?*

2 *An eius Epiſcopus poſſit illum declarare incurriſſe in eaſdem pœnas, abſque citatione?*

3 *An, non obſtante appellatione, poſſit eum declarare incurriſſe in pœnas?* tom.8.Conſul.75.

AD 1. Affirmatiuè. Idque ex Voluntate Summi Pontificis coercendi effrenatam libidinem eludentium Conſtitutiones Pontificias hac in re editas clauſulis illis ampliſſimis expreſſas. *Quoquomodò, directè vel indirectè, aut ſub quouis prætextu, etiam definibilitatis eius examinandæ, ſiuè Sanctam Scripturam &c. gloſſandi, vel interpretandi &c. aut alio quouis excogitabili modo aſſerendo &c.* Quæ clauſulæ ità ſunt generalis, vt con plectantur, quæ alias in conceſſione non venirent per *l. 1. verſ. quoquomodò ff. de teſtam. mil.*

Ad 2. Etiam affirmatiuè: Quia hæc Conſtitutio afficit ex ipſo facto abſque miniſterio Iudicis, Abb. *in cap. 1. de re indic.* Bart. *in l. 1. in fin. ff. de compenſ.* & alij. Vndè non requiritur citatio per *text. cap. peruenit, & in cap. Paſtoral § Verùm in fin. de appellat.* cum alijs, ac tenet Felin. *in cap 3 num. 3. de re iudic.* Quod abſqe vlla difficultate videtur procedere in re notoria. Genuen. *in prax. cap. 23. num. 16.*

Ad 3. Itidem affirmatiuè: Nam à pœna latæ ſententię ex ipſo iure, in quam dicitur quis incurriſſe, non datur appellatio, *l. ſi quæ pœna ff. de verb. ſignifi. cap. Quia nos de appell.* Felin. *in cap. Rodolphinus num. 23. de reſcript.* Tamet ſi à declaratoria Cenſuræ, & alteriùs pænæ latæ ſententiæ, ex ipſo iure commiſſæ admittitur appellatio, dummodò verè non ſit notorium pœnam commiſſam. Gloſ *in cap. cupientes.* Felin. *l. c.* cum aliis per eum allegatis. Et per talem appellationem ſuſpenditur: non ipſa pæna, ſed declaratoria, vt interim habeatur prò non declarato, Genuenſ. *ibidem*, aliјque apud Sanghez.

DE CONCIONATORIBVS SEV PRAEDICATORIBVS.

An Regulares poſſint in ſuis Eccleſijs, etiam contradicente Epiſcopo, petita ab eo, & non obtenta licentia, prædicare, Vide de Regularibus tom.1. Conſul. 325.

An Regulares, qui occaſione recitandi Sanctiſſimum Roſarium in ſuis Eccleſijs, exponunt Sacra Miſteria, & faciunt pias exhortationes, teneantur petere licentiam ab Ordinario loci? Vide de Regular. tom. 1. Conſul. 407.

An electio Prædicatorum in Eccleſijs Parochialibus Regularium ſpectet ad Epiſcopos, an potius ad Regulares, vt in caſu poſito? Vide de Regular. to.3 Conſult. 31. Summar. num. 2.

An Prothonotarius extra numerum poſsit concionari cum Mantelletta, & Rocchetto? Vide de Prothonotar. tom. 4. Conſul. 22.

De Concionatoribus varia ad ornatum cap. 1. & 2. ſeſſ. 5. & cap. 4. ſeſſ. 24. de refor. *Sacri Concili Tridentini cum ſacrarum Congregationum declarationibus &c.* to. 4. Conſul. 206. & vide tom. 10. Conſul. 151.

VErbi Dei prædicatio ad Epiſcopum propriè pertinere nulli dubium eſt. Ex Epiſtola Clementis I. ex qua multis probat Sac. Rot. omninò videndis *dec. 234. p. 6. diuerſ.* Ipſe enim eſt præco veritatis, & adeò eſt munus Epiſcopi, vt ad ipſum ſolum ſpectet prædicare, vel ſuis ſumptibus Prædicatorem in Cathedrali deputare: Quin etiam quicumque jurisdictionem habent in ſubditos, tenentur ad prædicationis munus; etiam ſi ſint Prælati inferiores *ex d. cap. 2. Trid. v. Eccl. Præl.* idque per ſeipſos, *cap. inter cætera de Offic. Ord.* niſi legitimo detineantur impedimento. Legitimum namque impedimentum multa præſtare dicuntur, quæ notantur *in d. cap. inter cætera de Offic. Ord.* Sed cum ibi defectus ſcientiæ legitimum non præſtet impedimentum, videtur, quod hæc lex poſterior Concilij per præceden-

cedentem declaratur, *arg. l. ſed & poſteriores ff. de leg.* præſertim cum ad eandem ſe remittat, & nihil videatur ſtatuere, niſi quod illa ſtatuit. Sed vſus obtinuit, vt etiam defectus ſcientiæ computetur inter legitima impedimenta, illis præſertim, qui licet ſint Doctores in vtroque Iure, & in alijs ſcientijs, ad prædicandum tamen inepti ſunt, quos nè ludibrio ſint, neuè authoritas vileſcat, tacere potius oportet, & per alium hoc munus explere.

Poſſunt ergò iſti Prælati ſubdelegare hoc prædicationis munus. Sed an Epiſcopus deputabit in iſto caſu, quo Prælatus inferior eſſet impeditus prædicare per ſeipſum, vel Prælatus ipſe poterit deputare? Dicas: quod Epiſcopus non deputabit, cum ille tex. procedat in Parochijs, & alijs ſibi ſubiectis.

Quod ius deputandi Concionatorem in Cathethedrali nullo iure, vel conſuetudine poteſt præſcribi contra Epiſcopum, Zerol. in *prax v. Prædicator*, cum illius præcipuum munus ſit verbo Dei paſcere oues ſibi commiſſas, iuxtà Canones Conciliorum per Auguſt. *in epi. iur. Pont. lib. 4. tit. 59.*

Si quis autẽ hoc adimplere contempſerit, diſtrictæ ſubiaceat vltioni. Quæ Prælatorum pæna cum non ſit immutata in *d. cap. 4. ſeſſ.* 24. remanet *arg. l. prim. de appell.* & cum ſit appoſita affirmatiuè, ipſo iure ſine monitione præcedente inflicta intelligitur. Abb. poſt Io. And. *in cap. excommunicationi de rapt.* & ſi non ſeruetur, inducit peccatum mortale *Clem.* 1. & ibi Card. *de immun. Eccleſ.*

Ad hoc idem tenentur Archipresbyteri quoque Plebani & cæteri, qui in *d. ſeſſ. 24. cap. 4.* ſub nomine Parochi comprehenduntur, *Clemen. 1. de Regul.* vbi Gloſ. Quia prædicandi officium eſt Curæ, ita vt deputatio excluſiua Parochi ab officio prædicandi, nequè etiam præſcribi poſſit. Ripa *reſpon. 1. de conſuet. num.* 30. *& ſeq.* cum illud intrinſicè inhęreat muneri Parochiali, Gloſ. *in d. Clem.* 1. ac Sperell. *dec. 70. num. 3.*

Hinc infertur, ad prædicationem non teneri eum, qui Dignitati, vel Canonicatui Curam habet animarum annexam, cum Parochia ab ijs differat. Imol. *in Clem. 1. de Offic Vicar.* Sed ſi Decani prædicare velint, prohiberi non debent, niſi ob aliquam iuſtam cauſam. At contra per *Clem. Dudum de ſepul.* vbi Mendicantibus etiam prædicare licet, cum tamen curam non habeant animarum. Dic illud procedere ex priuilegio, ſed hodie per Conc. reuocatur quoad hoc ſimul cum Mare magno vt *d. cap. 4. ſeſſ.* 24. Quare hodie Regulares etiam ſi ſint Diaconi, vel Sacerdotes ſimplices non habentes Eccleſiam curatam, non poſſunt prædicare, niſi de licentia Epiſcopi, vel Sacerdotis Curati, vt probatur in *d. cap. adiicimus 16. q. 1.* Et poſſet hoc prædicandi munus committi etiam ſimplici Clerico, dummodò alias ratione ætatis ſit maior, & approbatus vita, moribus; & ſcientia: Quia ſacer Ordo non eſt de ſubſtantia huius muneris, & cum non ſit ordinis, ſed iuris dictionis delegari poteſt, *arg. cap. quam ſit de iud.* Non autem laico, vt minus rectè. Nouar. *conſ. 7. de offic. iud. deleg.*

Vice etiam verſa Curatus, etiam non dum promotus ad Sacerdotium poteſt, ac debet prædicare, ſicut & Epiſcopus non conſecratus, qui prohibetur ea tantum exercere, quę ſunt ordinis non etiam, quæ ſunt iuriſdictionis, vel officij, vt in cap. tranſmiſſam, & alibi, & hanc ſententiam alias probauit Sacra Congregatio Concil.

Quoniam verò videbatur, quod defectus ſcientiæ legitimum pręſtaret impedimentum, vt ſupra diximus, ideò Sac. Conc. *d. cap.* 4. omne impedimentum includit, Ex quo ſequitur; quod hodie Epiſcopus non poteſt cogere Parochum, vt publicè prædicet verbum Dei, poterit tamen cogere, vt inter Miſſarum celebrationem ſacra eloquia, & ſalutis monita populo explanet ex *ſeſſ. 22. de ſacroſ. Miſſ. &c.* quod fieri debet diebus Dominicis, & alijs diebus ſolemnibus *ex cap. 2. ſeſſ* 5. quibus adde ex *d. cap. 4. ſeſſ.* 24. tempora ieiuniorum, ideſt Quadrageſimæ, & Aduentus arbitrio Epiſcopi.

Vt etiam ij incurrant pænas *in d. cap.* 2. ſtatutas debent ab Epiſcopo moneri, & monitio trina, vel vna prò trina præcedere debet, *capit. ſacro de ſent: excom. & cap. ſtatuimus eodem tit. in 6.*

Quod ſi deputatio Concionatoris in alijs Eccleſijs, præterquam in Cathedrali, ab antiquiſſimo tempore fieri conſueuit ab alijs, quam ab Epiſcopo, qui de ſuo ſoluunt eleemoſynam, attenta hac conſuetudine. ad illos deinceps ſpectare debet, quæ conſuetudo probari poteſt ex pluribus deputationibus factis ab ijs, ad quos ſpectabat, ex atteſtationibus eorum, qui aſſiſtebant expeditioni Concionatorum, atque ipſorum met Concionatorum, qui prò tempore fuerunt deputati.

Neque decreti Concilij *d. cap.* 2. executionem conſuetudo, vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, ſiuè recurſus impedire valet ad effectum deuolutiuum. Innoc. *in cap. dilectus de appell.* Lap. alleg. 1. n. 12.

Quoad Regulares verò neceſſaria eſt approbatio propter vitam, & mores Religioſorum, quæ nota ſunt Superioribus Ordinum, *arg. cap. quam ſit de iudic.* vbi Gloſ. *v. habita* vult, quod non ſufficiat licentiam petere, niſi obtineatur, *cap. excommunicamus §. quia verò nonnulli de hæret.* Et hodie nullus Regularis, etiam in Eccleſijs ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo, prædicare pręſumat *d. cap. 5. ſeſſ.* 24. Alias in Eccleſijs ſuorum Ordinum ſufficit benedictionem petere, vt in *d. cap. 2. ſeſſ.* 5. Si verò Regularis pre-

Digitized by Google

prędicate velit in Eeeleſijs ſæcularibus , vel etiam Regularibus alterius tantnm Ordinis, tenetur ab Epiſeopo licentiam petere, vt *d. cap.* 2. & ſi ſeeus fiat, in excommunicationem incidit, *d. cap. excommunicamus eodem §.* ibique Sicul. *col. fin. v. oppono de beret.* & confirmatur exprelsè à Greg. XV. in ſua *Conſtitutione Inſcrutabili* edita Nonis Februarij 1622. Ex qua remanet reuocatum decretum Sac. Congreg. Conc. quod refertur à Quaranta *v. Priuilegia Regularium*, & à Delbene, & alijs. Etiam ſi concionem habere velint extrà tempus Quatrageſimæ, vel Aduentus, vt ex Gauane *in manual. Epiſc. v. Concio n.* 16. ex Diana *par.* 7. *tract. Miſcell.* 1. *reſol.* 24. reprobante Bordonnm, ac cenſuie Sac. Congr. Epiſ. & Regulat. 16. Octobris 1601. de quo nos alibi.

Vt autem controuerſiæ ſuper hac mateeia facilius dirimantur, proponuntur ſequentes caſus:

Primus caſus eſt in Carhedrali, vbi non conſtae de conſuetudine eligendi Concionatorem, aut ei præſtandi eleemoſynam, nequè ex parte Epiſcopi, nequè ex parte Vniuerſitatis, nequè alterius. Et hic caſus eſt extra dubium; quia vtrumque onus in ſua Ecclesia incumbit Epiſcopo, *cap. inter cetera* Conc. Trid. *d. c.* 2. *ſeſſ.* 5.

Seeundus eaſus eſt cum Epiſcopus eligit, & populus, vel alius præſtat eleemoſynam ex conſuetudine non tamen immemorabili. Et nunc non obſtante conſuetudine, Epiſcopus eligens eenetur eleemoſynam erogare: Quia Conc. Trid. *d. cap.* 4. ſuſtulit conſuetudinem non immemorabilem.

Tertius caſus eſt, vbi Epiſcopus eligit, & Vniuerſitas, vel alius ex immemorabili conſuetudine eleemoſynam præſtat. Quo caſu ſeruanda eſt Conſuetudo, quia Conc. non ſuſtulit immemorabilem, vt cenſuit Sac. Congregat, Conc. in *Potentina*, ex iuſſu B. Pij V. ſub die 19. Maij 1575.

Quartus caſus tarò tamen contingibilis eſt, vbi Epiſcopus præſtat eleemſynam, & populus, vel alius eligit ex quacumque conſuetudine. Et hoc caſu tenetur Epiſcopus erogare eleemoſynam ſed poteſt etiam electionem ſibi vindicare.

Quintus caſus eſt vbi populus, vel alius ex conſuetudine, non tamen immemorabili eligit Prædicatorem, atque illi præſtat eleemoſynam. Et quoque Epiſcopus in hoc caſu poteſt electionem ſibi vindicare, non obſtante conſuetudine, quam ſuſtulit Conc. *d. cap.* 4. ſed non poeeſt compellere populum ad conſuetam eleemoſynam.

Seſtus caſus eſt, cum populus, vel alius ex immemorabili conſuetudine eligit Prædicatorem, atqiidem præbet ſalarium, eo caſu ſemper Congregatio cenſuit, poſſe quidem Epiſcopum electionem ſibi vindicare, ſed non compellere populum ad eleemoſynam.

In Eccleſijs verò inferioribus.

Primus caſus poteſt eſſe, vbi Epiſcopus eligit, & alter ſoluit eleemoſynam, qui illam tenetur, vel ſolet pręſtare. Et hic caſus eſt ſatis clarus: Quia in alijs Eccleſijs, quam Cathedralibus, electio Concionatoris, ſi Parochi impediti fuerint per ſe prædicare, ſpectat ad Epiſcopum impenſis eorum, qui illas tenentur, vel ſolent præſtare, *d. cap.* 4 *ſeſſ.* 24.

Secundus caſus eſt, vbi Epiſcopus Prædicatorem eligie, & eleemoſynam præſtat; Et tunc manifeſtum eſt, Epiſeopum debere vtrumque adimplere.

Tertius eſt eum populus, vel alius eligit Prædicatorem in Eccleſijs inferioribus ex conſuetudine non immemorabili; non tamen ei præſtat eleemoſynam. Et Sac. Congr. ſępè cenſuit in hoc caſu, conſuetudinem non immemorabilem eſſe ſublatam à Conc. *d. cap.* 4. Ideò poſſe Epiſcopum electionem ſibi vindicare.

Quartus, cum populus, vel alius Prædicatorem eligit ab immemorabili tempore, licet ei ſumptus non miniſtret. Et tunc Epiſcopus non poteſt ſibi vindicare electionem.

Quintus, vbi populus, vel alter ſolet præſtare eleemoſynam, & ex immemorabili eligit Prædicatorem. Et hic quoque eaſus eſt clarus, quia Conc. non ſuſtulit conſuetudinem.

Seſtus deniquè caſus eſt, vbi populus, vel alius miniſtrat expenſas, & eligit ex conſuetudine, non tamen immemorabili, tunc Sac. Congr. multoties reſpondit, & præcipuè in cauſa S. Marci, poſſe quidem Epiſcopum electionem ſibi vindicare, ſed non compellere Vniuerſitatem ad eleemoſynam præſtandam.

Extatque tota de hac re ſequens decretum generale eiuſdem Sacræ Congreg. Conc, quod eſt huiuſmodi.

Sacra &c. ſæpius cenſuit, electionem, & deputationem Prædicatoris ad ſolos Epiſcopos in eorum Cathedralibus Eccleſijs ſpectare, nulla habita conſideratione cuiuſcumque conſuetudinis, etiam immemorabilis, quia talis deputatio Capitulo, vel Epiſcopo ſimul cum Capitulo, ſiuè de eius conſilio, vel cuiuis alteri competeret. Eſt autem in optione Epiſcopi, vtrum ipſe velit Prædicatorem in ſua Cathedrali eligere, aut deputare, quandò populus illum etiam ab immemorabili conſuetudine competentem relinquere; ità tamen, vt ſi Epiſcopus electionem, & deputationem Prædicatoris facere voluerit, populum ad erogandam eleemoſinam non compellat, ſin verò populum prædicta facultate eligendi Prædicatorem Epiſcopus vti ſinat, eundem populum cogere poſſit ad eas expenſas, et eleemoſynas Prædicatori præſtandas, quas ipſe populus in hanc cauſam præſtare ſolitus eſt. In alijs Eccleſijs ad Epiſeopum ſimiliter pertinet electio, & deputatio Prædicatoris impenſis eorum, qui illas præſtare, vel tenentur, vel ſolent. Concilium tamen non ſuſtulit immemorabilem conſuetudinem, qua facultas nominandi Prædicatorem in Eccleſijs non Cathedralibus alteri, quam Epiſcopo competeret in ſua Diæceſi. Io: Baptiſta Pamphilius,

Fran-

Franciſcus Paulutius Sacra Congregat. Conc. Secretarius.

Eſtque decretum antiquum tenoris ſequentis.

Sac. Congr. Conc. cenſuit in Abulenſi *die 3. Auguſti 1586. deputationem Prædicatoris in ſua Cathedrali ad ſolum Epiſcopum pertinere, nulla habita ratione conſuetudinis, etiam immemorabilis, quæ competeret Capitulo, vel de conſilio Capituli.*

Adduntur ſequentes declarationes Sac. Congreg. Epiſc. & Regular.

Nola. Al Veſcouo. Poiche ogni giorno vengono caſi ſimili a quello, che V. S. ha propoſto del Predicatore di Marigliano, queſti miei Signori col parere anche della Congregatione del Concilio hanno deliberato di farne chiara reſolutione, la quale è, che ſe fuori della Catedrale i popoli ſogliono pagare la limoſina del Predicatore, e ſe per tempo immemorabile ſono ſtati ſoliti di prouedere di detto Predicatore, debbono eſſer mantenuti nella loro quieta quaſi, poſſeſſione, purche propongano al Veſcouo perſona idonea, e approuata da lui. E però ſe V. S. può perſuadere quel popolo ad accettare il ſuo Geſuita, lo faccia predicare, ma ſe l'Vniuerſità, che paga la limoſina non ſe ne contenta, V. S. faccia, che gli ſe ne preſenti vn'altro idoneo, ò vero proueda ella della limoſina per ſodisfare, e nudrire il Predicatore ſudetto, che in queſto modo non hauerà contraditione a' 20. di Febraro 1582.

In Ariminenſi *Congr. Epiſc.* Cum ex ſententia Congr. Conc. *cenſuit, Epiſcopum non poſſe compellere Vniuerſitatem ad præſtandam ſolitam eleemoſynam Prædicatori, ſi ipſe Prædicatorem noluerit deputare, ſecus verò, ſi ſinat Vniuerſitatem, vti conſueuit, eligere ſibi Prædicatorem, ab ipſo tamen approbandum. Si verò adeſſet conſuetudo immemorabilis, quod Vniuerſitas ſoluat, & Epiſcopus eligat, tunc ea ſeruanda erit, die 29. Octobris* 1583.

Debent autem Vniuerſitates nominationem, ſiuè præſentationem notam facere Ordinario per totum Menſem Nouembris Quatrageſimæ præcedentem. Quod ſi præſentatus fuerit reiectus, alium per totum ſequentem Menſem Decembris præſentare debent, alias eò anno ius amittunt nominationis, quę deuoluitur ad Epiſcopum, Sac. Congr. ſuper Epiſc. in *Roſſanenſi* 10. Decemb. 1591. in *Caſſanenſi* 11. Iun. 1627. ac alibi. Et Vniuerſitates nihilominus tenentur expenſas ſubminiſtrare iuxtà ſolitum, eadem Sac. Congr. in *Marſicenſi* 13. April. 1612. & in *Mileuetana* 22. Iun. 1612. Quandò tamen nominatio, re integra nota fit paulò poſt terminum elapſum, admitti debet, ſaltem ex gratia, eadem Sac. Congr. in *Nucerina* 29. Ianuarij 1627. Et cum notam fecerint nominationem in tempore, ſi nominatus poſtea non vult, aut non poteſt concionari, non idcircò debent priuari iure ſuo ſine culpa, eadem in *Narnienſi* 24. Febr. 1612. Niſi id accideret in vltimis diebus ante Quadrageſimam; Tunc enim prouidebit Epiſcopus, nec Vniuerſitates recuſare poterint Prædicatorem, vel ei eleemoſynam ſolitam denegare, eadem Sac. Congr. in *Montis faliſci* Sepetemb. 1648. Et aduertendum eſt, quod Vniuerſitates in ſuis patentibus litteris nominationum vti non poſſunt verbis: *eligimus, & deputamus, ac electum, ac deputatum declaramus*, ſed debent vti verbis: *nominamus, & præſentamus*, vt ſæpius declarauit eadem Sac. Congr. Epiſc. nominatim ſub die 17. Septemb. 1655. per hæc verba.

Sac. Congr. &c. cenſuit, Communitatibus, ac Dominis temporalibus locorum, qui ſunt in poſſeſſione nominandi Concionatores, non licuiſſe, nec licere eoſdem deputare, ſeù conſtituere, ſed tantum nominare, & præſentare locorum Ordinarijs.

Porrò Prædicatorum deputatio non comprehenditur in facultatibus Vicarij, præſente Ordinario. Sac. Congreg. Epiſcop. in *Beneuentana* 11. Octob. 1647. Neque in facultatibus Communitatum, & Dominorum temporalium, qui ſunt in quaſi poſſeſſione nominandi Predicatorem. Non enim idcircò poſſunt illum deputare, vel approbare, *arg. cap. quod autem ꝟ. de iurep.* Quare approbatio Prędicatoris ſpectat ad Epiſcopum, licet electio ſpectet ad alios, eadem Sac. Congr. in *Aquenſi* 8. April. 1603. Quare in *Cęſenatenſi* 17. Septemb. 1655. cenſuit, Communitatibus, ac Dominis temporalibus locorum, qui ſunt in quaſi poſſeſſione nominandi Concionatores, non licuiſſe ſeù licere eoſdem deputare, ſeù conſtituere, ſed tantum nominare, ſeù præſentare locorum Ordinarijs, & Epiſcopus reijcere poterit patentes nominationis huiuſmodi tenoris, *eligimus, & deputamus, ac electum, & deputatum declaramus*. Verum Concio, nè Paſſionis quidem Dominicæ noctu fieri debet. Sac. Cong. Epiſcoporum in *Caſtrenſi* 20. Martij 1629. & omnes etiam Regulares tenere debent velum, quo diſcernant viros à mulieribus, eadem Sac. Congreg. in *Fanenſi* 22. Maij 1609. Sac. Congr. ſuper Epiſc. in *Camerinenſe* 7. Auguſti 1583. cenſuit per hæc verba, *Se è vero, che V. S. habbia altre volte approuato per la predica di Matelica F. Felice. La Congregatione ſente, che hora non ſi poſſa impedire, che non predichi di nuouo, ſe ella però non haueſſe coſa alcuna particolare contro di lui, ò della dottrina ſua, perche più volte è ſtato riſoluto, che baſta l'approuatione fatta vna volta, ſenza farla di nuouo, quando ſe vuol tornare a predicare al medemo Popolo. Et in* Calaguritana *9. Iunij 1587. Cagliari all'Arciueſcouo; Che i Frati approuati circa la dottrina alle Prediche dall'Arciueſcouo paſſato, non debbano eſſere di nuouo ſopraciò eſſaminati, mà eſſendo del reſtante de' buoni coſtumi, con dar lor licenza in iſcritto ſopra l'approuatione fatta altre volte circa la dottrina, gli laſcierà predicare.*

In Eccleſijs verò ſuorum Ordinum prædicare volentes, non ſpectat ad Ordinarium examinare, ſed ad eorum Superiores, eadem in *Salernitana* 19. Decembris 1610. *Secus* autem ſi Prædicator ſit Clericus ſæcularis, etiam electus à

Digitized by Google

Regularibus, vel ſi Regularis prædicare velit in Eccleſijs aliorum Ordinum, etiam ab ipſis Regularibus electus, eadem Sac. Cong. in *Caietana* 15. Decemb. 1607.

Sed in locis Diœceſis diſtantibus, & difficilis itineris debet Epiſcopus aliquem deputare, qui det approbationem, & benedictionem. Sac. Cong. Epiſc. 20. Septembris 1583. cuius verba ſunt illa.

I Padri di S. Domenico, che ſogliono predicare ogni anno a Bergomaſca, ſanno molto bene, che debbano venire ſempre à preſentarſi, e pigliare licenza da V.S. & eſſendo lontani aſſai, per toglier loro il faſtidio, deſiderano queſti miei Signori Illuſtriſſimi, che ſi habbia loro compaſſione, con deputare qualche perſona Eccleſiaſtica quiui vicina, ſecondo, che meglio li parerà, alla quale poſſano i detti Padri preſentarſi per la licenza del Predicatore, & ottenerla ſe ſaranno idonei, eſſercitando la d. perſona l'autorità di V.S. come delegata da lei à queſt'attione, per non pregiudicare alla giuriſdittione di coteſta Chieſa.

Idem quaſi ſcripſit Sac. Congregatio Conc. 10. Maij 1635.

Id etiam adijciendum, quod Sac. Congreg. ſuper Epiſ. non concedit licentiam Prædicatori Vniuerſitatis prędicandi in Eccleſia Regularium, vbi non eſt ſolitum, ſine conſenſu ipſorum Regularium, vt in *Tolentina* 23. Octob. 1611. Non enim cogi poſſunt ad acceptandum in ſuis Eccleſijs Concionatores ſęculares, vel diuerſarum Religionum. 12. Febr. 1613. Niſi tamen eſſet conſuetudo in contrarium. Eadem in *Firmana* 28. Febr. 1614. Neque deputatio Prædicatoris Regularis in Eccleſia eiuſdē Ordinis ſpectat ad Epiſcopum. Sac. Congr. Conc. 20. Decembris 1631. Neque ſi Regularis in Parochiali Eccleſia ipſorum Monaſterio vnita per Regularem ſui Ordinis prędicare voluerit, illius deputatio ad Epiſcopum pertinet, ſed ad Priorem Regularem. At Concionator, ſiuè ſæcularis, ſiuè Regularis alterius Ordinis, ab Epiſcopo tantum eſt deputandus. Eadem in *Cremonen.* 14. Decemb. 1619. & in *Ferrarienſi* 23. Febr. 1658. Niſi Abbas haberet pro ſe immemorabilem. Sac. Congr. Epiſc. in *Ianuenſi* 26. April. 1607.

Deniquè refertur prò Regularibus ſequens Epiſtola Sacræ Congregationis Epiſcop. 7. Martij 1579.

Macerata. Al Veſcouo, che non poteua proibire, che mentre ſi predica al Duomo non vi fuſſe Predicatore alcuno, che predicaſſe altroue, eſſendo ciò contrario alla conſuetudine di S. Chieſa.

Et cum replicaſſet Epiſcopus, quod de iure id prohibere potuerit *per Clem. Dudum de ſepul.* Eadem Sac. Congreg. 7. Aprilis eiuſdem anni ſic ei reſpondit.

Che hauendo ella conſultato il negotio con la Congregatione del Concilio, e poi col Papa, ha riſoluto, che non oſtante la d. Clem. ſi poteſſe predicare in ogni hora nell'altre Chieſe, etiamdio quando il Veſcouo ſteſſo predica, ò fà predicare ſolennemente auanti di ſe, oſſeruandoſi però nel reſto il Conc. Trid. nel §. Regulares ſeſſ. 5. cap. 2.

Et demum ſequitur Conſt. Clementis X. anno eius Pontificatus primo emiſſa ad rem.

De ſalutatione à Concionatore Canonicis Cathedralis, cum expreſſione tituli facienda?
tom. 4. Conſult. 209.

CVm Sac. Rit. Congr. in *Tiraſonenſi* ſub die 3. Octobris 1615. declarauit, Canonicos Cathedralis Eccleſiæ abſente Epiſcopo, vel ſede Epiſcopali vacante in omnibus, & per omnia pręferri Magiſtratibus ſęcularibus, qui non ſunt de perpetuis, & maioribus, & Concionatores debere eos prius ſalutare, prout eos pariter prius thurificandos declarauit ſub die 16. Iun. 1605. iuxtà Cęremoniale Rom. putant nonnulli Concionatores huic decreto ſatisfacere tacitè per inclinationem capitis ſalutandò, antequam prædicare incipiant, & deindè in Concionis exordio, dum ad Magiſtratus ſęculares ſe conuertunt, ipſos expreſsè, cum adiectione tituli competentis, ſalutant, Canonicorum ſalutationem expreſſam omittendo. Ex qua occaſione quodammodò contemni, & minoris haberi videntur, quaſi ipſi ſæculares Magiſtratus; ideòque dicendum eſt, quod hoc modo non ſatisfaciunt decreto, ac menti Sacræ Congregationis, ſed debent pariter ijdem Canonici tunc, etiam expreſsè cum titulo conuenienti ſalutari ante omnes Magiſtratus, eodem planè modo, quo thurificantur prius ante illos. Idque etiam, Sede Epiſcopali ſuo Pręſule plena, quandò in Concione non interuenit, ſed tantum interueniunt Canonici in habitu Canonicali, quia ſunt membra ſui Pręſulis.

Porrò titulus Illuſtriſſimi nullo pacto prætendi poteſt à Magiſtratu ſæculari in concurſu Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, id prohibente Sac. Congregatione ſuper Epiſc. *in Conſentina* 2. Auguſti 1683. ac vetante Excellentiſſimo Prorege Neapolitano ſuis præceptis, non ſolum Magiſtratibus, ſed etiam Gubernatoribus. Et quidem ratione: quia vbi maior adeſt, minor æqualitatem deſiderare non debet. In quibus præceptis D. Proregis diſtinguitur ſuperioritas Gubernatoris in Magiſtratum, qui illo præſente, præfatum titulum prætendere non poteſt, & maioritas Præſidis in Gubernatorem, cui pariter huiuſmodi pręetenſio, præſente Pręſide, eſt prohibita. Eòque igitur minus competere poteſt Magiſtratui in concurſu Archiepiſcopi, qui non ſolum Ciuitatis Gubernator, ſed totius Prouinciæ Pręſes reputatur ex allegat. à Barboſ. *in collect. ad cap. humilis num.* 2. *de maior. & obed.* Imò Epiſcopus eidem Præſidi ſęculari, & alijs præcedit, vt fusè in *tom.* 1. Quare poſſunt Ordinarij vti iure ſuo, ſcilicet prohibere Concionatoribus, nè titulum huiuſmodi Syndicis, alijſque Magiſtratibus tribuere

præ-

præſumant, eis prędicationem interdicendo, ſi fuerint Regulares, ex Trid. *ſeſſ.* 5. *de refor. cap.* 2. Si ſęculares ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda; Non tamen ſunt partes Ordinariorum prohibere verba officioſa, ſecundum conſuetudinem loci, prò qua admitti debent probationes, indè enm manutentione interim, ac ſine præiudicio.

De Regularibus quoad Concionem circa licentiam petendam ab Ordinario. Vide de Regular. to. 10. Conſult. 95.

An Regulares prædicare poſſint abſque licentia ſuorum Superiorum. Vide de Regular. tom. 10. Conſult. 108. num. 3.

De munere prædicationis Epiſcopo iniuncto. Vide de Epiſcopis tom. 10. Conſult. 151. Item vide de Concionator. tom. 4. Conſult. 206.

DE CONCLAVI CARDINALIVM.

De Conclaui Cardinalium, Sede Pontificia vacante aliqua ſummatim. tom. 8. Conſult. 9. *Item.* Vide de Vicario tom. 9. Conſult. 125. à nu. 13. vſque ad 22.

GRegorius X. in Concilio Lugdunenſi, relato *in cap.* 3. §. 1. *verſ. ſanè ſi aliquis de elect. in* 6. Statuit, vt mortuo Romano Pontifice in quauis Ciuitate cum Curia reſidente, in eadem Ciuitate Cardinales ibi præſentes expectare debeant abſentes per decem dies, quibus elapſis, conueniant in eodem Palatio, vbi Papa habitabat in Conclaue. Quod ſi quis Cardinalis intra hoc tempus non intrauerit, aut exierit poſteà abſque manifeſta cauſa infirmitatis, per alios procedatur ad electionem Papæ, & ille minimè requiratur, nequè ad negotium illius electionis nullatenus admittatur.

Hoc idem confirmauit Pius IV. in Conſtit. quæ incip. *In eligendis* 63. §. 3. & 4. vbi apparet, quod hic dicitur de non iurantibus, qui potuerunt intrare, ſed noluerunt.

Itaque ex his notatur, Cardinalem non intrantem in tempore, aut exeuntem ante finem electionis, priuari voce actiua prò tali Sede vacante quoad negotium electionis Papę; non tamen priuari voce paſſiua, vt Franc. & Gemin. in *d. cap.* 3. Adde, quod Cardinales non poſſunt mutare, aut alterare, ſeù diſpenſare ſuper hac Conſtitutione, prorogando tempus, *Clem. ne Romani in princ. de elect.* Decem igitur diebus Cardinales ſunt expectandi, ſed non vocandi, vt Gloſ. *in d. cap.* 3. §. 1. & ibi Barboſ. *num.* 9. qui plures allegat.

Si verò electio fieret ante decem dies completos ex communi conſenſu Cardinalium ibi præſentium, aut duarum partium, alijs non expectatis, eſt valida, Azor. *par.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. *q.* 5. § *ſed dubia*, vbi ait communem ſententiam, & tradit Gloſ. *in d. cap.* 3. *v. decem diebus in fin. per cap. licet de vitanda de elect.* Poſt dictos autem decem dies, etiam ſi vnus tantum eſſet ibi Cardinalis, ille poſſet eligere alium; non tamen ſeipſum, per *cap. Gratum de poſtul. Prælat.* Io: Andr. *in d. cap. Licet col.* 1. *de elect.* Zabarell. *num.* 8. ac alij.

Ex *d. cap.* 3. §. *nulli de elect. in* 6. habetur: *Nulli ad eoſdem Cardinales aditus pateat, vel facultas ſecretò loquendi cum eis, nec ipſi aliquos ad ſe venientes admittant, niſi eos, qui de voluntate omnium Cardinalium inibi præſentium prò his tantum, quæ ad electionis inſtantis negotium pertinent, vocarentur. Nulli etiam fas ſit ipſis Cardinalibus, vel eorum alicui Nuncium mittere, vel ſcripturam mittendo, vel Nuncium, aut cum aliquo ipſorum ſecretò loquendo, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat.*

Super hac prohibitione nequè Cardinales poſſunt diſpenſare per *d. Clem. ne Romani in princ. de elect.* Hæc verò excommunicatio non erat reſeruata.

At ex d. Conſtitutione Pij IV. *In eligendis* reſeruatur abſolutio Papæ, excepto mortis articulo, eoſque etiam aliter puniri ſtatuitur.

Item in eadem Conſtitutione §. 19. ait: *Clauſo Conclaui nulli ad colloquium, etiam extra portam Conclauis, etiam Principum Oratores, niſi ex magna, & vrgenti cauſa à maiori parte Collegij approbanda, admittantur.*

Vbi notandum, quod contra colloquentes palam cum Cardinalibus nulla eſt pœna latæ ſententiæ ex prædictis, Bonac. *de cenſur. in particular. diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 33. *num.* 9. Ipſi verò Cardinales ſecretò loquentes cum aduenientibus non incurrunt vllam cenſuram, Bonac. ibidem Caſtropal. *tom.* 6. *diſp.* 3. *pun.* 31. *num.* 1. alijque.

Mittens Nuncium vel litteras non incurrunt cenſuras iſtas, niſi Nuncij, vel litteræ peruenerint ad quos mittuntur: quia actus nondum eſt conſumatus. Bonac. *loc. cit. nu.* 3. Nauar. *conſ.* 60. *de ſent. excom.* & alij.

Hodie verò ad hoc, vt quis admittatur ad colloquendum cum Cardinalibus, vel extra, ſufficit conſenſus maioris partis, *ex dicta Conſtit. Pij IV.* §. 19.

Ex eadem Conſtitutione Pij IV. §. 23. Prælati ad cuſtodiam Conclauis deputati ſub pęna periurij, ac ſuſpenſionis à Diuinis, maxima, & exquiſita diligentia vti debent in inſpiciendis perſonis, & rebus Conclaue intrantibus, nè ſub earum rerum velamine litteræ, notæ, & ſigna tranſmittantur; Quod ſi quid tale inuentum fuerit, familiares Cardinalium, aut alij delinquentes, pęnam priuationis officiorum,

& be-

Digitized by Google

& beneficiorum, & inhabilitatis ad huiuſmodi incurrunt. Pęna verò ſuſpenſionis contra dictos Cuſtodes non eſt latæ ſententiæ.

Collocutiones verò, & ſcripturæ præter materiam electionis non ſunt in Conſtitutione Pij neque in illa Gregorij X. interdictæ: Nam Pontifices electioni tantum conſulere voluerunt: Neque in his comprehenduntur, qui deferunt litteras, ſed tantum, qui mittunt, incurrunt verò, ſi loquantur ſecretò cum illis, ad quos litteræ mittuntur. De quibus, & alijs huiuſmodi videndus Dian. *in peculiari tract. de Conclau. & ſcrip. vetit. temp. Conclau.* Illud certum exiſtimo, non poſſe Summum Pęnitentiarium abſoluere ab excommunicatione lata etiam à Pio IV. *in §. litteras.*

Adeſt Conſtitutio Greg. XV. incip. *Aeterni Patris de elect. Rom. Pont.* in qua ſtatuitur forma eſſentialis electionis Papæ cum clauſula irritante, & pęnali.

Quamuis autem Conclaue debeat fieri in Ciuitate, in qua, vel in eius Diœceſi mortuus Papa cum Curia morabatur, vt *d. cap. 3. §. de elect. in 6. & Clem. 2. §. ſanè eodem tit.* tamen neque olim, neque hodie eſt de ſubſtantia talis locus *per d. cap. Licet*: quia nullibi per hoc caſſatą reperitur electio, imò dum *d. cap. 3. §. Porrò* dicitur, quod ſi Papa mortuus eſt in Ciuitate interdicta, Conclaue fiat in alia viciniori. Gloſ. ibi *v. Interdicta*; ait, non fore nullam electionem, ſi in eadem interdicta Ciuitate fieret Conclaue, & electio. Reliqua, quæ ad explicationem præfatæ Conſtitutionis faciunt. Vide apud Theſaurum *in prax. Eccleſiaſt. par. 2. v. Conclaue cap. 4.*

DE CONCVBINATV.

An inferatur à Suffraganeo Concubinarijs grauamen, dum eos monens ſub pœna pecuniaria, & in iuris ſubſidium excommunicationis, eos excommunicat? tom. 3. Conſul. 38.

Affirmatiuè: Tum quia dum in monitorio eſt comminata pęna excommunicationis, niſi præuio mandato pęnæ pecuniariæ, & præcedentibus diligentijs de illo exequendo, excommunicatio ferri non poteſt: Genuen. *in prax. cap. 68. num. 1.* cum vulgò alijs: Tum quia ex forma Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de refor. Matrim. cap. 8.* etiam contra indubitatos Concubinarios, non poteſt deueniri ad remedium excommunicationis, niſi prius præceſſerit trina monitio diſtinctis temporibus, Anendag. *de regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 29. n. 3.* Genuen. *cap. 37. num. 2. & 3.* vbi notat, quod iſta trina monitio debet eſſe ſpecialis in perſonam facta.

De Concubinatu. Quid ille ſit? Quæ ſit Concubina? An olim, & quatenus permiſſus? Quo iure damnetur? Qui nam ſit Concubinarius publicus? Quinam priuatus? Eius Iudex. Quomodo probetur? Pœna in Concubinarios. Alia. Omnia iuxta decretum Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. de refor. Matrim. & 25. cap. 14. de refor. tom. 9. Conſult. 139.

Concubinatus olim, ſicut, & nunc ſolo concubinatu prolis cauſa, nulla nuptiarum interueniente ſolemnitate interueniebat. Paulus Iuriſconſ. *in l. Maſurius ff. de verb. ſignif.* Caius Flaccus *in lib. de iure Papimano* ſcribit Pellicem nunc vulgò vocari, quæ cum eo, cui Vxor ſit, corpus miſceat, quoſdam eam, quæ Vxoris loco ſine nuptijs in domo ſit.

Permiſſus quidem in Libertinis, ac vilibus perſonis procul dubio concubinatus, dummodò ſine ſtupro eſſet, hoc eſt, dummodò Concubina non fuiſſet in concubinatu alias patris, vel filij, vel conſanguineæ perſonę *l. 1. & 2. ff. de concub.*

De ingenua honeſtiore aliquandò dubitatum *l. 3. ff. eodem* Attamen & Aurelianus Imperator, eam poſſe quoque haberi, decreuit, vt author Flauius Vopiſcus in Aureliano, & idem Iuſtinianus *in l. ſi qua illuſtris §. fin. C. ad orſic.* Placuit tamen Modeſtino *l. in libera ff. de rit. nupt.* facitque *l. ſi vicinis C. de nupt.* in liberę mulieris conſuetudine non concubinatum, ſed nuptias intelligendas, ſi non corpore quæſtum fecerit.

Et apud Hæbreos quoque interdum concubinæ dictę ſunt ancillæ concubentes. Interdum & illæ vxores, quæ præter legitimos ritus, & conſuetas ſolemnitates coniungebantur. Quod & vſurpatum nationibus reliquis.

Interq; Vxorem, & Concubinam hęc ſola dabatur differentia, quod vxor admittebatur cum viro ad æqualem ſocietatem, & familię gubernium, eiuſque filij admittebantur ad Sacerdotium, primogenia, & hæreditatem; Concubina verò erat ancillæ inſtar, eiuſque filij neque ad Sacerdotium, neque ad primogenia, neque ad hæreditatem admittebantur.

Antequam illuceſceret Euangelica veritas, apud omnes ferè nationes concubinatus erat frequentiſſimus prolis habendæ, vel libidinis explendę cauſa, atque vſque ad populum Deo peculiarem abuſu Regum, & procerum ſerpſit, & cum Vxoribus quoq; Concubinas habuerunt, neque ſolum ſingulas, verum numeroſiſſimas, teſte Trebellio Pollione in Valeriano Patre.

Inter Chriſtianos tandem hoc genus concubinatus illicitus habitus eſt, ac prohibitus cum iure nouiſſimo ciuili: quia chaſtitatem amplexæ ſunt eius leges §. *illud quibus med. nat. effic. ſui, & §. ſancimus auth. de lenon.* Et conſuetudinem cum honeſta muliere, vel vt nuptias habente *d. l. in libera ff. de rit. nupt.* vel vt ſtuprum, & fornica-

nicationem illicitam plectunt, *l. ſi ea quæ tibi C. ad l. Iul. de adult.* Tum procul dubio iure Pontificio omnis concubinatus, & coitus extra nuptias improbatus eſt, & punitus. *Can. nemo ſibi blandiatur 32. quæſt. 4. can. de conſanguinitate 35. quæſt. 3. can. 1. quæſt. 30.* Gloſ. *in cap. illud de præſump. & in cap. ex parte de reſt. ſpol.* Niſi conſenſus in vxorem accipiendi probetur, vel in confeſſo ſit; Et proindè nemo dubitabit, multò magis concubinas prohibitas eſſe Clericis, quibus & vxores habere legitimas *l. cum qui cum auth. ſeq. C. de Epiſc. & Cler. tot. tit. de cohabit. Cler. & mulier.* interdictum eſt.

Antiqui Canones antequam Eccleſia Matrimonia clandeſtina prohibere cepiſſet, vxorem ductam ſine dotalibus inſtrumentis appellabant concubinam, ad differentiam eius, quæ ſolemniter ducebatur, *vt can. 15. & can. Chriſtiano, & can. audite 32. d. can. concubinæ 34. quæſt. 2.* At poſtquam Matrimonia clandeſtina prohiberi ceperunt, concubina in Sacris Canonibus dicta eſt tantum ea, quæ libidinis explendæ cauſa retinetur, *c. 2. & 3. & c. veſtra*, ac alibi.

Quarè Concubina itànunc poteſt definiri: Eſt mulier, quæ libidinis explendæ cauſa quocumque modo retinetur. Diximus, eſſe *mulierem*: Nam in maſculo non eſt concubinatus, ſed crimen contra naturam, *l. cum vir C. ad l. Iul. de adulter.* *Quæ libidinis cauſa*: Nam, hac cauſa ſecluſa, non prohibetur mulierem Domi retineri ſeruitiorum gratia, *l. 1. §. ne autem quantitas. C. de comm. ſeru. manumiſ. l. 2. C. de com.* *Quocumque modo retinetur libidinis cauſa*; Parum enim refert, quod domi, vel extra domum retineatur, *§. cauſas v. ſi quis in ſua Domo, auth. vt liceat matr. & auia* Rebuff. *ad addit. ad pragm. Sanct. tit. de concub. §. ipſas autem.* Monald. *conſ. 74 lib. 1.* ac alij; Idque ſiuè retineatur ſub nomine Concubinæ, ſiuè pediſſequæ propriæ, ſiuè Matris, ſiuè Sororis, *cap. 1. 2. & 4. de cohab. Cler. & Mulier.*

Concubinatus autem, ſi conſideretur vti contubernium prolis ſuſcipiendę cauſa, de iure pandectarum reperitur toleratus tantum in non habentibus vxorem, *l. 1. & 3. & tot. tit. ff. de concub.* Bart. *in d. l. 3.* Felin. *in cap. cum ſit generale num. 3. de for. comp.* & alij: Nam ſublata conſideratione ſuſceptionis prolis, quæ ceſſat in habentibus vxorem, concubinatus reſoluitur in fornicationem, quæ eſt improbata tam de iure pandectarum, vt probat tex. in *l. Panthonius ff. ſi à parente*, & alibi, quàm Authenticorum, vt in *l. Imperialis C. de nupt.* & certum eſt de hoc iure non poſſe ſine peccato haberi concubina, etiam ad prolem ſuſcipiendam. Felin *l. c. num. 13.* Alex. *conſ. 69. num. 115. lib. 3.* Ripa, qui teſtatur de communi in *l. ſi vnquam. quæſt. 28. n. 77. C. de reuoc. donat* & alij paſſim.

Filij verò ſuſcepti ex Concubina retenta ſub ſpecie concubinatus, poſſunt ſuccedere, non quia Concubinatus ſit de iure permiſſus ad ſuſcipiendam prolem, ſed quia ſunt certi, text. in *§. ſi conſideremus auth. trien. & ſemiſ.* Aretin. *in d. cap. cum ſit generale de for. comp.* ac alij; Lex enim ad effectum ſucceſſionis, vbi non vult vindicare criminis atrocitatem, contentatur ſola filiorum certitudine, Rota *deciſ. 82. num. 20. par. 1. diuerſ.*

De iure autem Canonico eſſe improbatam quamlibet carnalem coniunctionem, præter vxoriam eſt text. *in can nemo, & can meretrices 32. quæſt. 4. can. nubendi ad finem 27. quæſt. 1.* D. Tho. *2. 2. q. 15. art. 4. & in 5. diſt. 13. quæſt. 1. art. 3.* & alii: Nec poteſt ſine hæreſi hæc ſententia in dubium reuocari poſt Conc. Trid. & iure communi inſpecto comprobant plures, quos refert, & ſequitur Graſſ. *de effect. Clericor. in prælud. num. 23.*

Et quibus infertur, quod licet de iure Canonico, quælibet carnalis copula, præter coniugalem ſit improbata, nihilominus Conſtitutiones permittẽtes ſucceſſionem filiis natis ex concubina domi retenta in ſpecie Concubinatus, nõ ſunt per ius Pontificium ſublatæ. Oſtien. *in cap. tanta eodem tit.* & alii. Et ideò naturales ex vero concubitu ſuſcepti, non exiſtentibus liberis legitimis, poſſunt à parentibus hæredes vniuerſales inſtitui, aliaque facere, vt in d. *auth. quibus modis natural. effic. ſui §. diſcretis*, & alibi. Dyn. *de ſucceſſ. ab inteſt. num. 6.* Rom. *conſ. 43. num. 2.* & alii; Quinimmò poterunt relinquere, & dare omnia bona ſua iure primogenituræ. Mol. *de primog. lib. 2 cap. 11. num. 25.* Lupus *de illegit. com. §. 1. num. 31.* non obſtante, quod non probetur formalis concubinatus. Bald. *conſ. 129. num. 3. lib. 2. & conſ. 206. in fin. lib. 3.* Natta *conſ. 623. num. 5. & 7.* ac alii.

Concubinarius autem publicus multis modis dici poteſt. Primò per confeſſionem in iure factam, ex ea enim inducitur publicum notorium, *cap. cum olim in fin. de verb. ſignif.* ſiuè confeſſio facta ſit principaliter, ſiuè incidenter, dummodò id, ſuper quo confitetur, ſit annexũ ei, quod principaliter in iudicium deducitur, *d. cap. 1. de except.* Maſcard. *de prob. concl. 1102. n. 4.* etiam ſi confeſſio facta ſit in iudicio nullo, cum ſufficiat Iudicis pręſentia, *cap. Piſanis de reſtit. ſpol.* Butr. in *d. cap. vt veſtra num. 33.* ac alii.

Secundò. Concubinarius publicus dicitur ille, qui eſt condemnatus per ſententiam, text. in *d. cap. veſtra de cohab. Cler. & mulier.* Abb. *num. 14.* dummodò ſit lata præcedente plenaria probatione. N que procedit in ſententia interlocutoria *l. ex ſimulatione C. de ſent. & interlocut. omn. Iudic.*

Tertiò. Dicitur publicus rei euidentiæ, quæ nullo modo poteſt tergiuerſari, *d. cap. tua nos, & in d. cap. tua veſtra de cohab. Cler. & mulier.* ibique Abb. *num. 7.* Rei autem euidentia dicitur Concubinarius, qui ſcientibus, & videntibus vicinis, concubinam retinet, ſubminiſtrando illi neceſſaria, Oſtien. & Io: Andr. *in cap. de eo, qui cognou. Conſang: vxor:* Quod ſi poſſet aliquo modo celari, tunc non dicitur concubinarius publicus.

Digitized by Google

blicus . Abb. in *dicto capit. tua nos num.7.*

Quartò . Per præſumptionem , qui videntibus vicinis , domum ſuſpectæ mulieris ingreditur, & cum ea conuerſatur , Coſm. *in pragm. Sanct. tit. 19. de concub.* Item ſi mulierem ſuſpectam domi retineret , & monitus à Superiore , eam non dimittit , *Can. propoſuiſti in fin. d.* 82. *Dec. loc. cit.*

An autem per ſuſceptionem filiorum probetur Concubinatus? Negat Rota in *Tullen. Monaſterij* coram Pegna : Quia filij generari poſſunt ex ſecundò , & tertiò acceſſu ad mulierem , ex quo non inducitur Concubinatus, *l. neque natale C. de probat. cap. in præſentia eodem tit.* At verò Sacri Canones de hac re non exigunt probationes præciſas, ſed contenti ſunt de legitimis præſumptionibus , inter quas reputatur filiorum procreatio. Abb. *in cap. tua nos num. 7. de cohab. Cler. & Mulier.*

Talis autem præſumptio dilui poteſt per contrarias probationes vrgentiores *l. Dinus ff. de in integr. reſtit.* Ideòque ſi probaretur , filium eſſe natum ex muliere , ad quam non poterat haberi acceſſus , niſi fortuitus, ceſſaret præſumptio : quia tollitur per aliam , *d. l. Dinus* .

Occultos verò Concubinarios dicimus illos , qui notorij non ſunt , & quorum conſuetudo non habet operis euidentiam , ſed poteſt aliqua tergiuerſatione cœlari, *d. cap. veſtra in fin. de cohab.* Vt quia Mulier deſeruit in domo tanquam Pediſſequa Matris . Abb. *in d. cap. tua nos num. 7. eodem tit.* Vel ſi quis occultè in domo propria , vel aliena retineat Concubinam , etiam ſi cum ea ſemel , vel bis videatur . Nam donec multiplicitas actuum non pateat multitudini, ſemper dicetur Concubinarius occultus , Coſma *loc. cit. v. publicè*,& Lupus *ibidem* . Nec deprehenſum in actu venereo , ſiuè remoto , vt in oſculis , amplexu &c. ſiuè proximo , aut in concubitu , ſiuè à paucis, ſiuè à multis , non inducit Concubinatum , ſed fornicationem, Lupus *loc. cit.*

Porrò diſpoſitio loquens de Concubinario debet intelligi de eo , qui tempore præſenti reperitur in Concubinatu , non de eo, qui alias fuit in Concubinatu . In hac enim materia attenditur ſtatus præſens, non præteritus, tex. *in l. penul. ff. de his, qui not. infam. & l. Imperiali C. de nupt.* Rot. coram Seraph. *dec. 999:*

Diſpoſitio autem loquens de Concubinarijs vitandis , debet intelligi de publicis notoriè per tex. *in d. cap. veſtra de cohab. Cler. & Mulier.* Mart. *de iuriſd. par. 4. caſ. 44. num. 3.*, ſed quandò dirigitur prò foro conſcientiæ intelligitur de publicis . & occultis , *cap. 2. & cap. ſi autem, & cap. à nobis de cohab. Cler.*

Lex quoque imponens pœnam Concubinæ , non habet locum in nupta Concubina . Lupus *ibidem num. 21.* Quod intellige de Concubina occulta , & quæ , marito ignorante , mæchatur , ſecus de conſenſu Mariti.

Statutum etiam Laicorum loquens de Concubina non habet locum in Concubina Clericorum , niſi in quantum perſona Concubinæ conſideratur de per ſe , & delictum non habet complicitatem cum Clerico .

Et quoniam proponitur aliquandò concubinatus , vt proles indè ſuſcepta dicatur ſucceſſibilis ; interdum verò , vt indè ſequi poſſit condemnatio ad pœnam concubinatus ; Ideò quærimus quomodò in vtroque caſu probetur?

Primo caſu oportet probari continua cohabitatio in communi loco , & Menſa , & alijs qualitatibus , de quibus Rota *dec.* 808. *& dec. 254. par. 2. diuerſ.* & apud Seraph. *dec. 199.* & in Romana filiationis coram Pirouano , *quę eſt dec. 444. par. 1. recent.* & leuiores admittuntur probationes ad inſtar Matrimonij . Parti. *conſ. 57. num. 41. lib. 4.* Ferret. *conſ. 49. num. 1.* & alij .

Secundò . Sufficit probare , vt quis carnalem conſuetudinem habeat cum aliqua, etiam in aliena domo , Diaz. *in pr. crim. cap. 79. ſub init.* Rot. in dicta *Tullen.* Circumſcripta autem carnali copula , conſuetudo , ſeruitiorum gratia , vel ex alia cauſa honeſta, non eſt prohibita *l. 2. C. Commodati* .

Sit nunc de pœnis Concubinarij laici .

Primò ; Poteſt cogi ad inſtantiam Vxoris, vt Concubinam dimittat ; Licet enim Vxor non poſſit accuſare Maritum de adulterio criminaliter agendo *l. 2.* vbi Cyn. Bald. & alij . Vxore autem non agente , poteſt agere Iudex ex officio , etiam criminaliter agendo , *l. 3. §. iuris præcepta ff. de iuſt. & iur.* ibique Abb. *num. 2.*

Quis autem ſit Iudex Concubinarij: Sunt variæ ſententiæ , ſed verior eſt , quod ſit mixti fori , & dari præuentionem inter Iudicem Eccleſiaſticum , & ſæcularem, Bobadil. *lib. 2. polit. cap. 17. num* 52. Barboſ. *in declar. ad Sac. Conc. Trid. cap. 8. ſeſſ. 25. de reform. Matrim.* & alij .

At poſſe Ordinarium punire illos pœna pecuniaria , carceris , exilij , vel alia ſimili declarauit Sac. Congreg. apud Ciarlin. *cap. 50. num. 36.* quæ die 3. Nouembris 1587. cenſuit , rectè feciſſe Archiepiſcopum Mediolanenſem , qui condemnauit Laicum pœna ſcutorũ quinquaginta ; Et ità pluries declaraſſe teſtatur Genuenſ. *d. cap. 37. num. 5.* vbi refert anno 1589. Cardinalem Montaltum nomine Sixti V. iniunxiſſe omnibus Regni Epiſcopis , vt procederent contra Concubinarios , prout Sac. Can. & Sac. Concil. Trid. mandant .

Hanc pœnæ executionem exemptio , aut appellatio ante , vel poſt definitam ſententiam ſuſpendere non poteſt , Sac. Congreg. apud Garz. de benef. 11. *par 2. cap. num.* 186. *declar.* 12.

Imò ex praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ monitio non requiritur ad puniendum Concubinarium notorium , teſte Riccio *deciſ. 239. par. 2.*

Clericus autem notorius Concubinarius , licet poſſit puniri abſque alia monitione , *cap. tua nos, & d. cap. fin. de cohab.* ibique Abb. nõn tamen poteſt abſque ea priuari beneficijs, *cap. ſicut. & cap. ſi autem eodem tit.* Conc. Trid. *in cap.* 14. ac

Pegna

Pegna *d.deciſ.*454. *num.* 1. *ac ſeqq.* quam refert Genuenſ.*in prax.d.cap.*37.*in add. num.*6 qui *nu.* 10. ait, Clericum prò ſimplici fornicatione puniri arbitrio Iudicis; non autem pœna depoſitionis, ex Gloſ. quam appellat ſingularem in *can.Maximianus d.* 81. *& in can. lator* 2. *quæſt.* 7.& ait ità Doctores communiter tenere.

Quamuis igitur multa ſuper continentia Clericorum hactenus emanauerint decreta; nunquã tamen aptius prouiſum eſt, quam decreto Sac. Conc.Trid.*cap.*14.*ſeſſ.*25.*de reform.* Ex quo primum colligitur, Clericis æquè eſſe interdictum retinere Concubinas, & habere conſuetudinem Domi, vel extra cum mulieribus, cum quibus poſſit haberi ſuſpicio, quod etiam apertè probatur *in cap.* 1. 2. *& penul.de cohab.Cler. & Mulier.*& Conſtitutione Leonis X.§.12.

Deindè colligitur, quod Clericus Concubinarius reſpectu ſolius Concubinatus, ante omnem monitionem poteſt puniri pœnis inflictis à Sac.Canonibus, & Statutis Eccleſiarum; Monitio enim requiritur tantum, vt poſſit procedi ad ſubtractionem fructuum, & ſucceſſiuè ad priuationem, aliaſque pœnas ſtatutas à Sac.Conc. vt patet in *§.Vt igitur, & §.Quod ſi à Superiore*, traditque Garz. *de benefic. par.* 11. *cap.*10.*num.*186.

Si agatur contra exiſtentem in Concubinatu, vt puniatur pœnis à Sac.Canon. ſtatutis, Concilium debet intelligi etiam de ijs, qui non ſunt publici, dummodò poſſint tales probari, *vt in d.cap.tua nos*. Si verò, vt puniatur pœnis inflictis à Concilio, debet intelligi tantum de publicis; Tum ex rationibus adductis; Tum quia, cum debeat præcedere monitio, ipſa quidem non poteſt fieri iudicialiter, niſi actus ſit publicus, Abb.*in cap.ex parte num.*5. *de Cler. non reſid.*

Pœnæ autem impoſitæ à Conc. ſunt imponendæ ab Ordinario non cumulatiuè eodem tempore, ſed incipiendo à minori, & mitiori, quæ quatenus non proſit, poteſt ad alias ſucceſſiuè procedi, *can.pœna de penit.d.*1.*can.ſi quis voluntariè*, Abb.*in cap.at ſi Clerici num.*30.*de iudic.* ibique Bero *num.* 165. teſtaturque de communi, Mant.*num.* 55. Quod ſi Epiſcopus cenſeat magis expedire Concubinario totam pœnam remittere, hoc facere poterit, Card.in *d.cap.ſicut de cohab.Cler.& Mulier.* Abb. *num.* 3. Quæ pœnæ intelligũtur de omnibus Clericis, tã minoribus, quàm in ſacris, & ità loquitur Conc. Trid.Bald.*in l.fin.num.*1. *C. ſiuè cenſ. vel relig.* alijque. Ac intelligitur de omnibus Eccleſiaſticis, præſertim in materia incontinentiæ, *Can. vt lex continentiæ* 27. *quæſt.*1. Etiam de Clericis Coniugatis, ſiuè ſint Orientales, ſiuè Occidentales *d.cap. vt Clericorum in fin.de vit. & honeſtat.Cler.* Etiam comprehendunt Regulares, ſiuè ſint initiati, ſiuè non, *l.illud ff.ad l. Aquil.* Crauet.*conſ.*23.*num.*3. Natta *conſ.* 109. *num.* 3. Comprehenduntur etiam Equites Hieroſolymitani, Auendan.*d.par.*2 *cap.*16.*num.*11. Quia ſunt verè Religioſi.

Contra verò Milites S. Iacobi de Spata Concubinarios eſſe procedendum tanquam contra laicos cenſuit Auedan. *d. num.* 8. quia potius laici, quam Religioſi cenſentur.

Porrò Concubinarius ſemel à ſuo Superiore monitus, ſi in delicto cum eadem, vel alia muliere perſeuerer, eſt iterum monendus, & ſi ſecundæ monitioni non obtemperauerit, poteſt ab adminiſtratione beneficiorum arbitrio Ordinarij ſuſpendi, ità diſponente Sac. Conc. Trid. *d.cap.*14.*§.ſin.verò ſeſſ.*25.

Hæc autem ſuſpenſio, tanquam ea, quæ reſultat ex crimine, & contumacia, à quò Concubinarius poteſt ſua voluntate reſipiſcere, operatur, vt neque alimenta illis ex redditibus debeantur; niſi ſit in extrema neceſſitate conſtitutus, Abb. *in cap.paſtoralis §.Verum num.* 16.*de appell.* ibique Franc. ac Dec. *num.* 17. & Quod ſi poſt ſuſpenſionem reſipiſcat, licet Ordinarius non teneatur illicò illi indulgere, ac ſuſpenſionem remittere; nihilominus, ſi non habeat vndè viuat, tenetur alimenta ex fructibus beneficij miniſtrare, Turrecrem.*l.c.*Felin.in *cap. Apoſtolicæ num.* 10. *de except.* Inſuper hæc ſuſpenſio operatur ſuum effectum etiam in ordinato ad titulum Beneficij, Gloſ.*in cap.paſtoralis §.verum de appell.* ibique Abb. *num.* 16.& alij. Etiam ſi ante ſuſpenſionem, fructus eſſent aſſignati Creditoribus, *cap.* 1. *de fideiuſ.* Rota in *Mediolanen. fructuum* 20. Iunij 1597. coram Pamphilio.

Clericus item Concubinarius, ſiuè publicus, ſiuè occultus, quoad ſe eſt ſuſpenſus ipſo iure ab officij executione, text.in *cap.fin.* vbi Gloſ. *v.ad ſe ipſum de cohab.Cler.& Mulier.*Abb.*in* 2. *notab.*Cum enim per mortale peccatum ſit ſeparatus à Deo, *cap.illud, & can.audi* 11. *qu.*3. Occultus verò, licet ſit ſuſpẽſus, quoad ſe, non ideò eſt ſuſpenſus quoad alios, *d.cap. veſtra, & cap.fin.de cohab.Cler. & Mulier.* Item occultus, probato Concubinatu, poteſt ſuſpendi per Iudicem ab officio, *cap.Clericos eodem tit.*Butr. in *cap.ſicut.num.*6. *eodem tit.*Publicus verò ipſo iure ab officio eſt ſuſpenſus, Innoc.in *cap.ſi celebrat num.*1.*de Cler.excom.* & alibi, Butr. *num.* 5.Abb.*num.*6.& alij.

At de iure nouo Clericus Concubinarius publicus, ſi celebret, non efficitur irregularis, Doctores *ſupra alleg.*Salzed.ad Diaz. *cap.*82. *in fin.* Laym.*lib.*1.*tract. de Irregul. cap.*4. *num.*11. & communem ait Sayr.*lib.*7.*ca.*12.*num.*20.

A Clericis itaque atque Præsbyteris, quanquam fornicarijs, inſpecta diſpoſitione iuris communis, quandiù tolerantur, nec habent operis euidentiam, licet diuina miſteria audire, & ſacramenta percipere, definitum eſt *in cap. veſtra §. ſine dubitatione*, vbi notant omnes *de cohab.Cler. & Mulier.* & alibi.

Appellatione etiam diuinorum veniunt, non ſolum Miſſa, ſed etiam officia: cuiuſmodi eſt cantare Euangelium, *Can. præter d.* 32. ibique Præpoſitus, Abb. *in d. cap. veſtra n.* 3. *de cohab.*

A a   A Con-

A Concubinario notorio, neque officia diuina audire, neque Sacramenta percipere poſſumus *d. cap. veſtra & cap. fin. de cohab.* & alibi. Decian. *lib. 6. cap. 21. n. 18.* Quia licet non minus valeat Miſſa Concubinarii, quam chaſtiſſimi Sacerdotis *d. can. pręter §. prohibentur* & pluribus probat Turrecr. *in d. can. nullus n. 2.* Fidelibus tamen ratione interdicitur, vt peccandi licentia à cæteris auferatur, vt dum ipſi ſe à populo contempti viderent, rubore, verecundia facilius ad pænitentiam prouocarentur *d. cap. præter §. fin. & d. cap. veſtra §. aliud* Non ideò reſpuuntur diuina miſteria, ſed perſonæ quippè, quæ indignæ ſunt, vt ea miniſtrent *d. cap. veſtra*

Ex quo deducitur primò, quod ſi quis ſciens iura, nulla ſuadente neceſſitate, notorium Concubinarium inuitet ad celebrandum, aut Sacramenta miniſtrandum, reus efficitur peccati mortalis. Nam præterquam quod contradicit præcepto Eccleſiæ, adhuc prouocat illum ad peccandum, quod fieri ſine peccato non poſſe docet D. Tho. *in quodlibet.* 10. quem ſequitur Turrecremata *l. c. num.* 3. & alii.

In caſu verò neceſſitatis, ſi alij non adſint Sacerdotes, poſſunt ſacramenta percipi, etiam à notorio Concubinario, Boich. *in cap. omnis de pænit. & remiſſ.* Rebuf. *in concord. tit. de concub. num.* 18.

Secundò: Deducitur reum etiam effici peccati mortalis eum, qui audit diuina officia; ſeù recipit Sacramenta à publico Concubinario ex rationibus adductis, Decian. *l. c.*

Tertiò. Non eſſe publicum Concubinarium admittendum in Presbyterio ad cantanda diuina officia cum alijs, *d. can. præter*, ibique Turrecr. *n.* 5. Prępoſit. *num.* 4. ac Decian. *ibidem num.* 9.

Quartò. peccatur mortaliter percipiendo Sacramenta; vt ſupra à notorio Concubinario, etiam ſi à Prælato ſuſtineatur, D. Tho. *ibidem* & Turrecr. *ibidem num.* 5. Nam tolerantia non operatur vbi res habet operis euidentiam.

Quintò. Parochianos poſſe recedere à Concubinarijs notoriis altero ex modis expreſſis *in d. cap. veſtra*, eoſque vitare tam in auditione diuinorum officiorum, quam in ſuſceptione Sacramentorum, non petita licentia Superioris. Ioan. And. *num.* 4. & Turrecr. *ibidem num.* 6. Ac denegare decimas perſonales, & oblationes, quæ dantur ratione diuinorum, Card. *in Can. ſuus* 2. *qu.* 6. Turrecr. *ibidem num.* 7. Decimæ etiam reales debentur, quia dantur Eccleſiæ, cui delictum Rectoris obeſſe nequit. Innocen. *in cap. ſicut de cohab. Cler. & Mulier.* Turrecr. *l. c.*

Et nihilominus, licet prædicta de iure procedant; vigore tamen *Extrau. Ad euitanda* Martini V. non cogimur euitare Concubinarium, niſi ſit nominatim iudiciali ſententia declaratus, & hoc iure Eccleſia vtitur poſt d. Conſt. in Conc. Conſtantienſi latam, de qua nos ſæpè & fusè.

Donata, vel relicta à Clerico Concubinæ applicantur Fiſco. Lup. *in repet. cap. per veſtras §. 39. num.* 7. Marc. *l. c. p. 4. cen. 2. caſ.* 114. *à n.* 14 & alii. Id ex Conſt. B. Pij V. Quia donatum & relictum Concubinæ eſt de iure nullum, *l.* 2. *C. de donat. inter vir. & vxor.*

Tenetur verò Clericus alere filios ex Concubina in Clericatu ſuſceptos, *cap. cum haberet in fin. de eo, qui dux. in matrim. quam poll.* Dec, *conſ.* 312. *num.* 2. Surd. *de alim. tit. 1. quæſtion.* 10. *num.* 1. & alij. Nam alimenta debentur filijs de iure naturæ, *l. 1. §. ius naturale ff. de iuſt. & iur. §. ſed naturalia Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Aret. *in l. 1. col. 1. ff. ſol. Matrim.* Card. Abb. & alij.

Porrò filios illegitimos Clericorum non reperiri iure prohibitum, quominùs poſſint domi parentum retineri, ſcribit Garz. *p. 7. de benefic. cap. 3. num.* 74. Verum ſatis prohibitum videtur in Conſtitutione Leonis X. ædita in Conc. Lateranen. *§.* 23. Honeſtati enim non parum conuenit: Tum quia filij teſtes eſſe ſolent Paternę incontinentiæ, *cap. cum haberet de eo, qui dux* Tum etiam quia procul arcenda eſt memoria incontinentiæ Paternę *cap. pręſentium, cap. conquerente, & cap. quoniam de fil. Præsbyt.*

Concubinarij, tam Clerici, quam laici morientes in tali peccato notorij Concubinatus priuantur Eccleſiaſt. ſepultura. Bermond. *de publ. concub. v. notorium eſt nu.* 17. *qu.* 138. *num.* 63. Neque prò illis orandum, *Can. prò obeunt.* ibique Gloſ. 13. *qu.* 2. Imò ſi fuerit ſepultus in ſacro, exhumandus erit, ſi dignoſci poteſt. per *cap. ſacris de ſepult.* Angel. *v. Sepultura num.* 30. Syln. *eodem v. qu. 9. diſt.* 12. *& alij*. Non tamen per hoc Eccleſia, vel Cæmeterium polluitur, Sylueſt. & Layman *ibidem*; dummodò moriens; non dederit ſigna pęnitentię.

Concubina verò, vt dici poſſit emendata, oportet, quod probet per triennium, ſe abſtinuiſſe à Contubernio. *de Auth. monach. §. ſi verò* Bald. *conſ.* 354. *lib.* 3. Rom. *conſ.* 256. *nu.* 5 *& 6. ac alij.* Rot. coram Seraph. *dec. 46, & 541 & 999.*

Limita primò, vt non procedat, vbi Concubina ingrederetur Monaſterium Mulierum pęnitentium. Secundò ſi abſtineret à Contubernio, quia eſſet ſenio confecta. Tertiò quandò agitur, vt ſit capax legati, ſiuè donationis alterius, quam ipſius Concubini; vel amaſij.

Effata. In *Alexandrina*, Trina monitio tunc neceſſaria eſt, iuxtà *d. cap.* 8. contra Concubinarios, quandò in eos ferenda eſt ſententia excommunicationis, ſi verò pænis pecuniarijs, vel alijs mulctandi ſunt, non requiruntur iſtę ſolemnitates, Sacra Congr. Conc.

In *Panormitana*. Vbi eſt conſuetudo, quod contra Concubinarios procedatur ſub certo modo, & pręfixione certę pænę, poteſt ſic procedi, non obſtante hoc decreto Concilij; niſi tamen in eos ferenda ſit ſententia excommuni-

muni-

municationis. Quia tunc ſeruandum eſt hoc Decretum. Eadem Sac. Congregat.

In Hoſtunen. *Che nel procedere contro i Concubinarij, ſi vaglia prima delle monitioni, & eſortationi. Secondo de precetti penali, e dell' eſecutione di eſſi. Terzo, e vltimo in ſuſsidio delle cenſure cominciando dall' Interdetto ab ingreſſu Eccleſiæ, Sacr. Congregation. ſuper Epiſcop. die* 10. *Iulij* 1590.

In *Mediolanen.* Decretum *cap.* 14. *ſeſſ.* 25. non procedit in ſimplici incontinentia, ſed in Concubinatu. Sac. Congr. Conc.

In *eadem*. Vt habeat locum hoc decretum, requiritur, quod Clericus ſecundò delinquat, & ſpecialiter moneatur.

In Faren. *Leodien. Tergeſten, Louanien.* Si Concubinarius, qui fuit mulctatus tertia parte fructuum ad præſcriptum huius decreti, dimiſerit poſtea beneficium, vel eo fuerit priuatus nouus prouiſus de hac mulcta nihil lucrabitur. Ead. S. Cong.

In *Mechinien.* Quandò iſta tertia pars fructuum ob Concubinatum fuerit applicatà, ſi condemnati beneficia dimittant, pæna non tranſit in ſucceſſores. Eadem S. Congr.

In *eadem.* Illa verba *fructuum obuentionum, ac prouentuum* non includunt diſtributiones quotidianas.

In *eadem*. Illa eadem pęna, quæ poſita eſt *in §. Quodſi* reperitur etiam in *§. Si verò*, licèt ibi deſit verbum *Obuentiones*.

In *Elboren.* Si Clericus modò cum vna. modò cum alia deprehendatur, poteſt Epiſcopus contra eum vti hoc Capitulo. Eadem Sacr. Congregat.

In *eadem*. Trina monitio contra Clericum Concubinarium fieri poteſt omnibus temporibus, & contra eum procedi poteſt omnibus modis. Ead. S. Congr.

In *Mediolanen.* Appellatio interpoſita à ſententia lata iuxta formam huius Decreti non ſuſpendit executionem, nec ante, nec poteſt, nec vllo caſu. Ead. S. Congr.

DE CONCVRSV PAROCHIALI.

An omiſſio examinis vnius, alteriuſque, qui comparuerat in concurſu Parochiali, & proteſtatus fuerat, ſit contra formam ſubſtantialem diſpoſitionis à Sar. Conc. Trident. præſcriptæ; ita vt propterea ex hoc capite concurſus vitietur, poſsitque alter tertius Parochialem impetrare? tom. 1. Conſult. 1.

RESp. quod omiſſio alicuius ad examen non eſt contra ſubſtantialem diſpoſitionem Concilij, ſed debet examinari de iuſtitia, & & ſi non examinaretur, poteſt agere de contemptu, non autem, quod examen ſit nullum, ipſo non reclamante, vt in ſimili de vocatione abſentium ad electionem dicitur, *cap. quod ſicut, & cap. Bonæ.* Abb. *in cap. quia n.* 12. *de elect.* Hęc igitur omiſſiò non eſt de forma Concilij, ſed de iuſtitia. cum de forma illud ſolum ſolum cenſeatur, quod eſt adinuentum ab ipſo Concilio, non autem, quæ ab aliis Canonibus prius diſpoſita erant, ſed remanent in ſuo robore, vt eſt tex. *expreſſus, in Eccleſia veſtra el.* 2 *verſ. deniq. ſtatutum de electione*.

Atqui examen per concurſum debet eſſe de omnibus concurrentibus deſcriptis, venientibus, comparentibus, petentibus, ſeù proteſtantibus ſe velle examinari, vt patet in eodem Conc. *d. cap.* 18. ibi: *Omnes deſcripti* & ex Conſtit. Pii V. ibi: *Præter, & contra formam ab eodem Concil. Tridentin. præſcriptam* in examine prò concurſu faciendo, Paris. *num.* 77. *&* 101. Maſſambr. *in prax. fac. concurſ. req.* 3. *dub.* 10. *à num.* 4. Barb. de Paroc. *cap.* 2. *nu.* 46. Garz *d. cap.* 2. *num.* 9. iniuncta declaratione Sacrę Congregationis per ipſum adducta *num.* 8. firmatque Rot. etiam in *Toletana Parochialis*, & alibi.

Sequuntur reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii.

In *Taraconen.* 2. Decemb. 1634. *cenſuit in concurſu in quo fuit omiſſus vnus ex oppoſitoribus deſcriptus non fuiſſe ſeruantam formam à Sac. Congr. præſcriptam*. Et in eadem 12. *Maii* 1635. cum dubitaretur, an concurſus eſſet nullus, in quo non fuit examinatus vnus ex deſcriptis, qui in tempore comparuit. Eſſe nullum.

Rurſus eadem Sacr. Congregat. cenſuit, Beneficia curata patronatus Eccleſiaſtici eſſe conferenda præuio concurſu, ad eumque om-

nes, qui deſcribuntur eſſe admittendos, tametſi à patronis non fuerint nominati: Ideoque appellationem prætendentium alios ad concurſum admitti non debere, concurſum, dummodò alias legitimè conſtitutus, & habitus fuerit, impedire non potuiſſe.

Epiſcopus, vacante Parochiali, propoſuit edicta ex hoc *cap. 18. ſeſſ. 24. de reſor.* & infra decem dies quatuor camparuerunt, qui adſcripti fuerunt, iuxtà formam Concilij. Sed in die prò concurſu, & examine deputato, duo tantum ex ipſis quatuor comparuerunt, qui examini ſe ſubiacerunt, & idonei reperti ſunt; dubitarum itaque: fuit an examen præſatum ſubſiſteret, ex quo duo alij ſcripti, non fuerunt examinati; Cum Conc. præcipiat, quod omnes adſcripti examinentur, Sac.Cong.cenſuit, examen validè ſubſiſtere: Quia verba Concilij intelliguntur, quatenus veniant ad examen; Alias in poteſtate vnius eſſet nolle venire, impedireque nè vltrà procederetur. Quod dici non debet.

In vna *Peruſina*. Si peracto examine, veniat alius & petat ad examen admitti, non debet audiri Et idem iudicandum eſt, ſi compareat, elapſo termino Edicti. Septembris 1587.

Et in terminis fortioribus ità 6. Martij 1592. in vna *FirmanaParochialis* fuit reſolutum: Non obſtante, quod quidam N. comparuerit in loco examinis poſt decem dies præfixos in Edicto, ſtante legitimo impedimento abſentię, ex quo tempore vacationis Eccleſię morabatur in Romana Curia, & ſtatim habita notitia, profectus fuerit, eſſet admittendus ad concurſum ex communi Doctorum: concluſione, quod comparens poſt terminum, etiam peremptorium, eſt admittendus, quandò res eſt integra, & adeſt iuſta cauſa excuſationis.

Quod cum agatur de interpretatione Sac. Conc. Trid. eius planè S. Cong. declarationibus ſtandum eſt, non verò Rotæ deciſionibus.

An Vicarius Generalis, qui interuenit Examini, poſſit vltrà Examinatores interrogare examinandos, etiam ſi antecceſſores id non fecerint? Vide de Examin. tom. 1. Conſult. 403.

Concurſus in Parochialibus quomodò faciendus? Quis reputetur magis idoneus? Quandò de excluſione appellandum, contraque Epiſcopum præſumendum. tom. 1. Conſul. 118.

PRò reſolutione prænotandum eſt, quod Sacr. Conc. Trid. *cap. 18. ſeſſ. 24. de reſor. S. Peracto*, non ſolum mandat conſiderari ſcientiam, ſiuè doctrinam, cum qua ſæpè vitia, vel aliæ inhabilitates coniunguntur, ſed etiam ætatem, mores, & prudentiam, aliaque ad curam animarum exercendam dignè, & laudabiliter neceſſaria.

Ex quo fit, quod magis litteratus, etiam, doctor, non ideo præferri debet alij; cuius mores, & reliquę habilitates ſunt Ordinario cognitæ, ac probatæ, ex traditis per Gonzal. *ad reg. 3. Cancell. gloſ. 4. n. 100. & ſeqq.* Garz *de benef. p. 9. cap. 2. num. 111. & alij.* Rot. *dec. 654. & 655. n. 1. p. 4. diuerſ. ac alibi.*

Præterea licitum eſt Epiſcopo præferre illum, qui eſt de gremio ſui Cleri, alteri, qui ſit exterus *cap. Nullus d. 61.* cum aliis alleg. per Barb. *de offic. & poteſt Epiſc. alleg. 60. ſub nu. 102.* Rot. *dec. 624. & 677. in prius. in recollect.*, à Farinac Ac pręſertim, ſi talis exterus breui tempore manſerit in loco concurſus, & neſciatur qua cauſa reliquerit propriam Diæceſim, vel ſit aliquali diffamatione, vel defectu notatus ſit Quę aduertere Ordinarius tenetur ad fundandam eius excluſionem. Gonzal. d. gloſ. *nu. 4. num. 132.* Maſſombr. *de requiſ. 5. dub. 2. n. 18. & ſeq.* Quippè quę Ordinarii iudicium eximunt à dolo, & irrationabilitate requiſita ad eius præcluſionis reuocationem, Garz *d. cap. 2* Greg. XV. *dec. 11. num. 1.* Rot. *dec. 654. n. 4. p. 4. diuer.* Quod etiam ſatis explicat Conſtit. Pii V. de conferendis Parochialibus, ac faciunt vt eligentis iudicio deferendum ſit, tanquam magis informati, Gonzal *eodem loc. nu. 132.* Greg. XV. *d. dec. 11. num. 3.* cum ibi alleg. per Addentes,

Et quamuis communi Examinatorum iudicio dicatur, excluſum ſummoperè doctrina antecellere electo, atque etiam à maiori parte declaretur electum eſſe literatura idoneum ad Curam, non idcircò excluſus benè ac rectè appellat, ità vt conſtet de irrationabili iudicio Ordinarii: Quia non ſolum eſt conſideranda doctrina, ſed mores, & aliæ qualitates, vt ſupra diximus. Doctores communiter. & Conc. Trid, *l. c.* Mareſcot *var. reſol. cap. 52. l. 1. n. 21 & ſeqq.* Vndè ſi Ordinarius circa ſcientiam concurrentes ęqualiter inuenerit, non poteſt nunquam de irrationabilitate argui, cum in ęquè idoneis ſit locus gratificationi, Barbos. *vbi ſupra in add. ad d. alleg. 60. n. 104.* maximè accedente voluntate populi, & publica vtilitate. Gonzal *eadem gloſ. 4. n. 24 & ſeq. n. 133.* Mareſcot *ibidem num. 24.* & alii.

Et licet iuxtà plurimorum ſententiam Ordinarius eligens dignum, omiſſo digniori, peccet mortaliter; tamen in foro externo electio non invalidatur Barb. *d. alleg. 60. n. 97.* & Garz. *l. c. n. 226. & ſeq. & n. 235.* Ideòque ſi excluſus obtinere prætendat, debet concludenter docere de dolo, & irrationabili iudicio Ordinarii, Rot. *p. 3. recen. dec. 61.* & Gonzal *d. gloſ. 4. n. 115.* Sac. Cong: Conc. *ad d. cap. 18. n. 25.* die 27. Octob. 1577.

Quin etiam ratione tantum originis iuſtè pręfertur electus, excluſo alienigena, cui debeat originarius minus dignus præferri digniori alienigenę, tex. *in cap. Hortamur d. 71.* & ibi Gloſ. *in cap. Nullus d. 61.* Maſtril. *dec. 2. n. 14.* Præſertim

ſertim ſi alienigenę opponitur aliquo morbo laborare, nec probat, ſe contraxiſſe domicilium in loco concurſus.

Nec obſtat, quod electus eſſet familiaris Ordinarii, quia d. qualitas ex ſe non ſufficit, niſi aliæ qualitates excluſiuę electi, incluſiuæ excluſi concurrant, prout *in d. dec.* 61. adduc. per Gonzal *l. c*, Nec quod in examine excluſus reperiatur Doctor: quia præter, quod non ſufficit, vt ſępè dixi, pręualere in doctrina, niſi doceatur etiam præcellere in alijs requiſitis; non ideircò concluditur verè eſſe doctiorem; Quia id fortè potuit euenire ex quæſtione propoſita vel ex alia cauſa.

Adſunt ſuper dictis reſolutiones Sa. Cong. Conc. pręſertim die 12. Auguſti 1603. *Piſtorien. Concurſus.*

Item die 8. Martii 1614. Parochialis S. Euſebij Nullius *Vrbinaten.* Item *Piſana* 17. Ianuarii 1630. In *Vrbinaten.* 11. Febr. 1629. *Nucerina* 26. Iunij 1635. Et idem firmauit Rota in *Maioricen. Parochialis* 19. Iunij 1646. coram Celſo, & coram eodem 1647.

An Eccleſia Parochialis de Iurepatronatus prò duabus partibus laicorum, & pro vna Iurispatronatus Eccleſiaſtici, ſit prouidenda de Rectore per examen Concurſus, ſeruata forma à Sac. Cong. præſcripta cap. 18. ſeſſ. 24. de refor? tom. 1. Conſul. 375.

AFfirmatiuè. S. Cong. Conc. in vna *Ceſenaten.* 29. Mart. 1653. Quamquam Fagnanus *in cap cum propter de iurepatron. n.* 22. aſſerat partem negatiuam.

An deputatis in Synodo Diœceſana tantum quinque Examinatoribus Synodalibus, ex quibus tres fuerunt adhibiti in Concurſibus Parochialium; An, inquam, huiuſmodi Concurſus ſint inualidi? tom. 1 Conſul. 420.

ESse inualidos cenſuit S. Congr. Conc. in vna *Vmbriaticen.* 4. Septemb. 1655. ad cap. 18. ſeſſ. 24. de refor.

An elapſo anno poſt Synodi celebrationem, morte ſequuta vnius ex dictis quinque, Concurſus habiti cum tribus ex eiſdem quatuor Examinatoribus ſuperſtitibus, fuerint validi? tom. 1. Conſult. 421.

NEgatiuè Sac. Conc. ibidem, vt ſupra. Nullam enim habent iuriſdictionem, ſed celebrari debet noua Synodus: vel obtineri facultas à Sac. Congr. Conc,

An elapſo anno à celebratione dicti Synodi, Concurſus habiti, Sede vacante, per Vicarium Capitularem, Examinatoribus Synodalibus non adhibitis, ſint validi? tom. 1. Conſult. 422.

NEgatiuè Sac. Cong. Conc. in eadem *Vmbriaticen.* die, & anno, quibus ſupra.

1 *An Concurſus, in quo cum Examinatoribus Synodalibus intereſt aliquis, qui non eſt Examinator Synodalis, iſque poſt examen interrogat tantum honoris cauſa, nec dat votum, nec ſe ſubſcribit, ſit validus?*

2 *An Examinatores Synodales compelli poſſint ab Epiſcopo ad accedendum ad examen?* tom. 3. Conſult. 21.

AD 1. Affirmatiuè: Nam eſt habitus iuxtà formam Concilij in ſubſtantialibus obſeruatam, cum ſit factus ex ſolo Examinatorum Synodalium examine, ac relatione, & mutatio circa non ſubſtantialia, non inducat mutationem formæ, Rot. *recent. par. 2. deciſ. 26. nu. 3.* Non enim prohibet Concilium, quin alij materialiter interſint Concurſui, ac proindè cenſetur permittere, *arg. tex. in l. nec non §. Quod eis ff. ex quibus cauſ. maior.*

Atque ità declarauit Sac. Congreg. Conc. 2. Septemb. 1634. nempè: *Cenſuit, concurſum eſſe nullum, quandò Examinator non Synodalis ſuffragium ſuum dat cum alijs Synodalibus, ſecus ſi tantum interroget, & alij ſuffragia ferant in numero debito.*

Ad 2. Ceſſante legitimo impedimento, poſſe: Quia eſt officium neceſſarium: Nam ſine ipſis examen fieri nequit in Concurſu Parochialium, & cum acceptauerint ſuum officium, ſe obligarunt ad illud exercendum, adeò ut quod ab initio fuit voluntarium, fiat poſteà neceſſarium, ex vulgaribus. Et ità declarauit Sac. Congr. Conc. 10. Septemb. 1672.

An Vicarius Generalis in Concurſu Parochialium poſſit legitimè accedere habenti paritatem votorum, omiſſo habente vltra dimidiam? tom. 4. Conſult. 125.

AFfirmatiuè. Sac. Cong. Conc. 1. Decemb. 1604. *in libro* 123. *memorialium fol.* 324. Quia habens vota paria cenſetur approbatus. vt ex Trid. *cap. 18. ſeſſ. 24. de refor.* At Epiſcopus, & eius Vicarius Generalis non ſolum poteſt accedere approbatis, ſed illos eligere ex iam dictis, neque tenetur Epiſcopus indicare, & eligere ex collatione votorum, habita ratione calculorum, ſed approbatum ab omnibus electoribus poteſt relinquere, & eum admittere, qui vix fuit approbatus, etiam ſi fuit approbatus per acceſſum eiuſdem Epiſcopi in caſu, quo vota electorum fuerint paria: Quia omnes approbati dicuntur, quicunque ſunt approbati, ſiuè ab omnibus, ſiuè à maiori parte, & Epiſcopo ſufficit, quod vnum ex approbatis eligat, vt ex Concilijs clarè habeatur, & tanquam deciſum à Sac. Cong. tenet, Garz. *d. par. 9. cap. 2. num.* 109. Maſſomb. *de requiſ. 5. dub.* 21. Barb. *ad d. cap.* 18. *num.* 116. & 122. & *de Paroch. cap. 2. num.* 88. & 93. & alij.

Quoad

Quoad Concurſum in Cathedralibus vnitis. Vide omninò de Synodo 1om.4. Conſult. 132. num. 1. & 2. & in eius parerga per totam.

Appellatio ob irrationabili iudicio Epiſcopi in Concurſibus Parochialibus, quo pacto interponi debeat? Vbi de iuriſdictione Sac.Cong. Conc. ſuper Tribunali Sac.Rot.Rom.& de alijs ad rem. 10.4. Conſult.149.

INterponi debet intra decem dies, *ad cap.concertationi* 8. *de appell. in 6.* ibique Doctores communiter, ſatiſque eſt, quod cauſa committatur intrà annum, vbi appellatio denegata non fuit, *per cap.cum ſit*, ibi: *huiuſmodi appellationibus annus indulgetur, eodem tit.* Scacc. *de appell.quæſt.*54.*num.*1. Licet quandò cauſa cognoſcitur in Sac. Cong. Conc. non ſit opus commiſſione formali, ſed ſufficiat ipſemet recurſus intrà decem dies, vel reſcriptum Pontificis, præſertim emanatum ad inſtantiam partis prætendentis, cauſam non ſpectare ad illam, ſed ad Rotam, iuxtà tex.*in cap. finè de offic.& poteſt. Iudic deleg.*ibique gloſ. *v.priorum literarum*, quamuis reuera iuriſdictio Sac.Congreg. non deſit, etiam abſque reſcripto, dum agitur de materia Conciliari, & in qua pluries prouidit ordinando nouum examen, ac etiam determinando collationem fieri prouocanti, vt ex deductis in noſtro 1.*tom.*

Idque præcipuè, ſi in eadem Sac.Cong. fuerit ſuper hac certatione iuriſdictionis diſputatum, eaque firmata remanſerit cum decreto.

Quod autem Sac.Cong.habeat authoritatem determinandi, cauſam ad ſe ſpectare habetur expreſsè ad Conſtitutionem 64.Sixti V.in primis declarationibus §. 1. vbi ad euitandam confuſionem iudiciorum, determinatur, quod vnaquæque Congregatio, quandò aliqua cauſa ad eam delata fuerit, diligenter perpendat, an ad ipſam propriè eius cauſæ cognitio, & expeditio pertineat, nec eſſe incongruum, quod idem Iudex debeat declarare, an ad ſe ſpectet iuriſdictio, docet Abb. *in cap. ex parte num.*3.*de reſcript.*& patet exemplis inferius ponendis.

Vndè non repugnant vltimæ declarationes poſt Conſtitutionem Sixti V. §. 2. quia ſupponunt cauſam inchoatam fuiſſe coram alio Iudice, & partem coram Sac.Cong. conuentam renuere in illam conſentire, vel per eam introductam fuiſſe cauſam in Tribunali Rotæ, non autem per commiſſionem iactationis iactationum contra tertium, quæ non afficit, ex tradit. à Marcheſ.*tom.*3.*pag.*339.

Minuſque locus eſſe poteſt commiſſioni ad Rotam ex eo, quod oporteat confici proceſſum quia confici non ſolet in Sac. Congregatione, ſiquidem omnia requiſita, quæ deberent attendi ad determinandam maiorem idoneitatem in Parochialibus, iuxtà decretum Sac. Conc. vt ętas, prudentia, mores &c.optimè probari poſſunt abſque vllo proceſſu, ex quibus planè oritur certiſſima probatio idoneitatis, vt fuit dictum in *Ripano Parochialis* 27. Iunij 1608. coram Innoc.X. & in *Calaguritana Beneficij* 4.Iulij 1646. §.*hac verò* coram Veroſpio, & in alia 27.Maij 1648. coram Ghiſlerio. De doctrina verò an ſit ſufficiens, & an ſuperet illam aduerſarij, certiſſimum iudicium fieri poterit ex nouo examine, quod propterea nullo modo euitari nequit ex eo, quod dum omnes fuerint in primo examine approbati, ſuperfluum ſit eis ſe iterum ſubijcere; Nam hic eſt caſus, cui præcisè prouidit Conſtitutio B.Pij V.dum §.7.dat facultatem appellandi ab irrationabili iudicio Epiſcopi, & prouocandi prælectum ad nouum examen coram ipſo appellationis Iudice.

Prętereà grauamen Examinatorum eſſe poteſt, tam ſi reprobent idoneum, quam ſi non idoneum approbent ad præiudicium idonei oppoſitoris, de quo non poteſt conſtare, niſi per nouum examen, vt ex Rota in *Calaguritana Beneficij de Lumbreros* 17.Decemb.1646.coram Peutingerio,& paſſim in alijs. Et quidem nõ ex vno, vel altero experimento deduci poteſt argumentum ſcientiæ per tex. *in proem. inſtit. §.cum hoc.* Vndè Angel. & Io: de Platea ortam conſuetudinem referunt, vt quis tertiò examinetur.

Minus obſtat, ſi prouocans aliam Parochialem renunciauerit: Quia non idcircò minus dignus, ac idoneus dicitur; quinimò eſt habilis, & dignus, non ſolum ad alia beneficia, ſed etiam ad illud ipſum, quod renunciauit, ſi denuò vacauerit, obtinendum, iuxtà Gloſ. *fin.in cap. ſuſceptum de reſcript.* Pariſ.*de reſignat.lib.* 1. *quæſt.*5.*num.*5.

Exempla iuriſdictionis Sac.Congregationis inter alia ſunt, quę ſequuntur.

Die 17.Febr.1629.Sac.Cong. Conc.&c. in Vrbinaten.commiſit Illuſtriſſimo D.Vrbis Vicario, qui faciat proceſſum ſuper moribus, & qualitatibus Hieronymi Galli ad nouum examen admiſſi, & poſteà eundem proceſſum in eadem Congregatione referat prò habenda opportuna reſolutione ſuper adiudicatione Eccleſię Parochialis Talachij, & interim notificet Rotæ in hac cauſa nihil innouari.

In cauſa *Vicen. Iuriſdictionis* inter Epiſcopum Vicen.ex vna, & Archipresbyterum Collegiatę Eccleſię S.Io: de Abbatiſſis ex altera.

Die 15.*Martij Sac.Cong.Conc. cenſuit, ſtandum eſſe in reſolutis ab hac Sac.Cong.die* 2. *Decemb.* 1623. *&* 1.*Decemb.*1640. *ſcilicet appellatione Ordinarij, de quo fit mentio in literis erectionis ſa: mem: Clem. VIII. nullatenus eſſe intelligendum de Archipresbytero Collegiatæ Eccleſiæ S.Io: de Abbatiſſis, ſed tantum de Epiſcopo Vicen. Diœceſano, eique propterea Eccleſiam ipſam, illiuſque Dignitates, Canonicatus, & beneficia prò tempore obtinentes,*

atque

atque alios quoſcumque Clericos, & Miniſtros, non eidem Archipresbytero, ſed ipſius Epiſcopi Vicen. dumtaxat viſitationi, correctioni, & omnimodæ iuriſdictioni ſubiectos eſſe.

Meſſanen. Archipresbyteratus. Commiſsa R.P.D. Viroli, tunc Rotæ Auditori, & reſolutum, dandum eſse mandatum de manutenendo, vt ex *deciſ.* 264. apud Poſt. *de manut.* deindè Sac. Congreg. adita fuit, quæ declarauit, vt ſequitur.

Die 15. Decemb. 1629. Sac. Cong. Conc. &c. ſecundum ea, quæ proponuntur, reſpondit, ſupradictum Concurſum fuiſſe inualidum.

An Archidiaconus vocari debeat ad examen Concurſus? Vide de Ordine tom. 4. Conſult. 181.

1 *An Epiſcopus poſſit abbreuiare, vel prorogare terminum in Edicto præfixum prò Concurſu Parochialis, etiam ad quatuor, vel ſex dies.*

2 *An ex huiuſmodi abbreuiatione, præſertim in illis Prouintijs, & in ijs Epiſcopatibus, vbi ob magnam diſtantiam edicta per Menſem præfigi conſueuerunt, prouiſio nulla dicatur.*

3 *An quandò in duabus Eccleſijs edictum proponitur, currat, ex quo primò affixum ſit, vel an expectandum erit, quod labatur terminus, ex quo vltimò præfixum eſt ità, quod ſi non expectetur, prouiſio ſit irrita, & nulla?*

4 *An Capitulum, Sede vacante, ex eo quod iudicialiter priuauerit Rectorem ſuo beneficio Curato, ob non ſeruatam formam decreti Sac. Conc. Trid.* cap. 18. ſeſſ. 24. de refor. *in examine coram Prælato, aut eius Vicario Generali, & tribus Examinatoribus Synodalibus, prouiſioneque facta, nondum tranſacto ſex dierum numero propoſito in edicto, & quo vltimò affixum fuit, alijſque de cauſis, prædictum beneficium, non ſeruata iterum forma dicti Concilij abſque Concurſu, & examine, conferre potuerit?*

5 *An dato, quod non potuerit, ex huiuſmodi prouiſione, titulus ſaltem coloratus extiterit, non obſtante Conſtitutione Pij V. ſuper obſeruatione dicti decreti?*

6 *Dato, quod non coloratus titulus extiterit, an Matrimonia coram eo contracta ſint nulla?*

7 *An ſic prouiſus cæterorum Sacramentorum adminiſtrationi validè incumbat?*

8 *An incumbens vt Parochus, etiam in caſu neceſſitatis, peccet lataliter?*

9 *An fructus, & obuentiones dicti beneficij Curati reſtituere teneatur?*

10 *An aduerſus Prælatum, eiuſque Promoterem fiſcalem in ſuo beneficio triennali ſe defendere poſſit?*

11 *An præfatus Parochus tolerari poſſit in poſterum?*

12 *An dato, quod non poſſit tolerari, debeat ei reſtitui alterum beneficium Curatum, quo priuatus fuit, ex eo quod ſententia, remota appellatione, fuerit exequutioni mandata, donec appellatio proſequatur?*

13 *Dato, quod fieri debeat reſtitutio, quis eam fieri curabit contra ſententiam Epiſcopi, Capitulumne, Sede vacante, an Epiſcopus ſucceſſor, vel Iudex appellationis, qui iam interpoſita detulit, Apoſtoloſque expediuit?*

14 *An dato, quod appellationem proſequens prædictus Parochus obtineat in cauſa, is, qui præfatum beneficium, ſeruata forma Sacri Concilij, obtinuit, poſſit ea in totum omiſſa per viam compenſations de altero poſt mortem, vel per reſignationem vacante, prouideri?* tom. 6. Conſult. 3.

AD 1. Non poſſe, neque licere. Sententia hæc videtur eſſe ad mentem Concilij Trid. ſi attentius conſideretur. Etenim cum *ſeſſ. 24. cap. 18. de refor.* decernat intra decem dies, vel aliud tempus ab ipſo Epiſcopo præſcribendum, videtur prius determinare tempus decem dierum, itàut arctari non poſſit, deindè per verbum, *aliud*, exprimit aliquid, quod non continetur ſub dictione, *decem*, ſed diuerſum ab expreſſo, *l. ſi fundus ſub conditione §. libertas, ff. de legat. 1.* Vndè cum hic terminus decem dierum datus ſit à lege abſque Iudicis miniſterio, nequit Iudex illum reſtringere, cum non ſit ſupra legem. Secus tamen eſt in illo prorogando: quia datur miniſterio Iudicis, eiuſque arbitrio committitur, Dyn. *in reg. Indultum 17. num. 14. de reg. iur. in 6.* Gloſ. *in cap. ex publico de conuerſ. coniug.* ac alij. Et non poſſe declarauit Sac. Cong. Conc. in *Charienſi* 26. Auguſti 1662.

Ex iuſta cauſa, puta vt ſi periculum Parochiæ graue immineat, crediderim equidem terminum hunc abbreuiari poſſe: quia vbicunque mora periculum allatura videtur, celeri feſtinatione ei obuiandum erit, prudenſque Procopij monitum eſt ſecurum, antequam pericula veniant, cogitare quid agendum ſit. Quippè moras extrema recuſant, Syl. Ital. *lib. 7. de bel. punic. &c.*

Ad 2. Negatiuè, quamuis enim non teneatur Epiſcopus terminum Concurſus prorogare vltra viginta dies, quod tamen benè faciat prorogando cenſuit Sac. Cong. Conc. 17. Maij 1619.

Ad 3. Affirmatiuè iuxtà Conſtitutionem Pij V. quare expectandum, quod expiret vltimus terminus, quod ſi ante elapſum terminum, examen, & Concurſus fieret, erit nullus, Garz. *de benefic. lib. 9. cap. 3. num. 326.* & cenſuit Sac. Cong. Conc. in *Potentina* 4. Maij 1619. & in *Charienſi* 28. Iulij 1662. *ad d. cap. 18. ſeſſ. 24.*

Ad 4. Negatiuè. Quia per Sac. Concil. Trid. & Pium V. prouiſiones omnes, ſeù inſtitutiones, præter formam ab ipſis traditam, factæ, ſubreptitiæ eſſe cenſentur. Et ità etiam cenſuit Sac. Congr. Conc. in *Charienſi* d. die 28. Iul. 1662. *& ad d. locum Conc.*

Ad 5. Etiam negatiuè: Quia collationes, præter formam d. Concilij nullius ſunt roboris, nullumque tribuunt titulum coloratum poſſidendi, ex Trid. & Pio V. Quandò enim peccatur

in

in forma, tunc deficit titulus, Bartol. *in l. Actuarios num.2.C. de num. lib.13.* & cenſuit eadem Sac. Congr. in *d. Charienſi ibidem*.

Ad 6. Quoque negatiuè ex regula illa vniuerſali: Quotieſcumque cauſa publica, bonumque publicum agitur, ſi tamen materia ſubiecta eſt poteſtati Principis, valent ex æquitate in vtroque foro, quę geſta ſunt cum communi errore per Parochum putatiuum, ſiuè habebat titulum à legitimo Superiore, ſiuè non, Sanch. *lib.3. de Matrim, diſp.22. nu.40. & 50.* Filiuc. *tract.10. par.1. cap.6. num.205.* & alij, qui aduertunt, id verum eſſe, etiam ſi contrahentes ſciant, illum carere vero titulo: Nam etiam reſpectu ſcientium nullitatem, valent geſta, dum adeſt communis error. Adduntque maximam animorum perturbationem ſequuturam, ſi Sacramentum Matrimonij eſſet inualidum. Ità eadem Sacra Congreg. *ibidem*.

Ad 7. Affirmatiuè ob eandem rationem, idque donec per Iudicem ab officio remoueatur, Eadem Sac. Congr. *ibidem*.

Ad 8. Non peccaſſe in caſu veræ neceſſitatis, dummodò adſit bona fides, & deſit ſcandalum. Eadem Sac. Cong. *ibidem*

Ad 9. Affirmatiuè: Quia prouiſio fuit nulla, nullumque titulum exhibuit. Eadem Sacra Congragatio *ibidem*.

Ad 10. & 11. Negatiuè. Referendum tamen Sanctiſſimo, cui ſi placuerit, poterit cum ſic prouiſo diſpenſare, tam ſuper perceptis fructibus, quam ſuper retentione Parochialis. Sac. Cong. Conc. in *Cæſarauguſtana* 15. Maij 1582. & in prędicta *Charienſi*.

Ad 12. Affirmatiuè, ſi conſtet de irrationabili iudicio Epiſcopi, Greg. *deciſ.538.* Rot. in *Hieracen. Iuriſpatronatus* 21. Maij 1622. coram Buratto. Quæ quidem appellatio à mala electione admittitur ſolum ad effectum deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum, atque interim prouiſus, appellatione pendente, à Parochiali amoveri non debet, Pius V. Greg. *ibidem* & cenſuit Sac. Congr. in *Piſana* 19. Iunij 1630. & in eadem *Charienſi*.

Ad 13. Spectare ad Iudicem appellationis, quem reiectus docere debet de mala electione Pius V. & Sac. Congr. in *Legionenſi*, & in eadem *Charienſi*.

Ad 14. Negatiuè: quia Tridentinũ omnes ad examen Parochialis, iuxtà formam à ſe preſcriptã, teneri mandat, ſiuè per obitum, ſiuè per reſignationem, etiam in Curia, ſiuè aliter quomodocumque vacare contingerit, niſi tamen reſignario facta fuerit in manibus Sanctiſſimi ad fauorem certæ perſonæ, quo in caſu ſufficit examen in forma dignum. Sac. Congr. Conc. apud Pariſium *lib.10. de reſignat. quæſt.7.* & in *Charienſi*.

De Concurſu Parochialium Regularium ſæculariꝫatarum. Vide de Regularibus tom.7. Conſult.8.

An conſuetudo, vt primo loco nominatus à Patronis ad Parochialem Eccleſiam de Iurepatronatus inſtituatur abſolutè ſine Concurſu, & ſecundo loco nominatus intret ſolum in caſu defectus primi, ſit valida, & ſeruanda? tom. 8. Conſult.32.

An in Prępoſitura, ſiuè Parochiali Regulari, ſaltem habitu, ſeu Vicarijs, ſiuè membris, ac ſubiectis, & vnitis Regularium Monaſterijs, requiratur Concurſus, iuxtà formam cap.18. ſeſſ.24. Conc. Trid.? *Vbi effata aliqua de Concurſu, ac de Beneficijs, alijſque obuiam, ac decreta Sac. Congregationis Conc. Trid,* tom.9. Conſult.77.

NEgatiuè, ſed ſufficere de idoneo tantum illas prouidere, Rot. *deciſ.323. n.6 par.2. & deciſ.102. n.9. par.1. recen.* & ſequendo declarationem Sac. Congr. firmat Gonzal. *ad regul.8. gloſ.6. n.162,* ac decidit Rot. in *Feſulana Prioratus* 14. Ianuar. 1613. coram Innocen. X. Maximè autem quandò Eccleſia ſolet commendari ſęcularibus. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. p.3. alleg.58. n.34.*

Effata de Concurſu ad Parochiales, pręter alia alibi dicta,

In *Meſſanenſi*. Vicarius Capituli, Sede Vacante, debet ea omnia obire, quæ ex hoc decreto Sac. Conc. ſpectant ad Epiſcopum, occurrente vacatione, nec requiritur conſenſus Capituli ad deputandum Vicarium, & proponendum Edicta Concurſus;

In *Cremonenſi*. In Parochialibus vacantibus per reſignationem, Epiſcopus non poteſt eligere ſuum familiarem, vel conſanguineum, licet eſſent magis idonei, ſtante Bulla B. Pij V. imò non debent admitti ad Concurſum.

In *Lucenſi*. Immiſſio in poſſeſſionem alicuius beneficij debet fieri ab inferiori Ordinario, ad quem ſpectat collatio, & non ab Epiſcopo.

Quãdò, & quomodò Epiſcopo liceat erigere Curatam in aliquo beneficio ſimplici vide Rebuff. in *pr. benef. de erect. in Curat.*

Si, vacante Sede Apoſtolica, beneficium vacet in Curia, poterit ab Epiſcopo conferri, dummodò non ſit alias affectum, pręter regulas Cancellariæ: Quia tales regulę extinguuntur per mortem ſui conditoris,

Si in Curia vacauerint, Sede vacante, beneficia Curata, Epiſcopi ea conferre poterint, *c. ſi Apoſtolica de preb. in 6.*

In *Rauennatenſi*. Cuſtodia, & adminiſtratio bonorum Parochialis vacantis, cuius collatio ad infe-

inferiorem pertinet, ſpectat ad Vicatium, quem ſolus Epiſcopus deputabit.

Aſſerenti, beneficium, non eſſe Cutatum, non incumbit probatio: Quia de iure communi nullum beneficium habet curam. Si quis autem illud Curatum dicat, oportet, quod probet.

Nominatus; & electus ab Epiſcopo in concurſu ad beneficium curatum, Sedi Apoſtolicæ reſeruatum, ſi neglexerit obtinere à Papa prnuiſionem, non præiudicat Epiſcopo, quin poſſit aliuni concurſum facere, & aliam perſonam eligere.

Concutſus, non ſolum debet fieri in beneficijs vacantibus per mortem, ſed etiam per reſignationem, & ſeruanda Conſt. *Pij* V.

An Epiſcopus poſſit alteri committete examen ſibi à Papa commiſſum per hęc verba. *In quo oneramus conſcientiam tuam*, non exprimendo nomen proprium. Vide Nauar. *conſ. 2. de offic. deleg.*

Vicarius Epiſcopi habena facultatem conferendi beneficia, non poteſt tecipere teſignationes.

Ætaa, quę tequiritur ad obtinendam Parochialem præfinita eſt *in cap. licet de elect. in 6.* videlicet 25. annorum, & an requirantur incepti, vel completi. Vide Abb. *in cap. cum in cunctis §. inferiora de elect.*

Beneficiotum vacantium fructua accipientes incurrunt pœnas *cap. generali, cap quia ſæpè de elect. lib. 6. & cap. fin. de offic. Ord. pariter in 6.*

Quandò ſucceſſor beneficiarij teneatur ſoluere debita anteceſſoris? Vide Nauar. *de ſpol. §. 10. num. 6.*

In *Legionenſi.* Si Monaſteriũ verè ſit Nullius Diæceſis, itemque Abb. habeat ius congregandi Synodum diœceſanam, & ſolitus ſit eam congregare, poteſt facere ea, quæ continentur in ſequenti decreto *cap. 18. ſeſſ. 24.*

Al Vicario di S. Agata. In riſpoſta vi ſi dice dalla Congregatione, che le riſegne, che ſi fanno in mano dell' Ordinario, etiam nel Meſe Apoſtolico, ſi ponno ammettere, percioche il beneficio permutato primieramente non vaca, e la riſerua di Noſtro Signore, e ſolamente de' beneficij, che vacano. Ma biſogna bene auuertire, che nella permutatione concorrano le circoſtanze della Coſtitutione del B. Pio V.

In collatione Parochialium exigui tedditus, ſi propoſito Edicto per cõcurſum, nemo comparuerit, fiat ſecundum Edictum examinis, ſed ſine concurſu, ſi Epiſcopo prò ſua conſcientia, cum deputatorum conſilio ità expedire videbitur, ſeruatis tamen temporibus præſcriptis à B. Pio V. in Bulla ſuper collatione Parochialium modici valoris, adhibendi ſunt tres Examinatores neceſſariò.

Eorum dumtaxat debent admitti reſignationes, qui vel ſenio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, vel cenſuris Eccleſiaſticis irretiti, nequeunt, aut non debent Eccleſiæ, vel beneficio inſeruire, ſeù qui aliud pluraue obtinuerint beneficia, vel qui Religionem ſunt ingreſſuri. Conſtit. *B. Pij* V. 1. Aprilis 1568.

Archidiaconus à Papa prouiſus, ab Examinatoribus, & à Magiſtro cęremoniarum Romæ approbatus, quod ad ipſius examen attinet ad perceptionem diſtributionum quotidianarum admittendus eſt. Nec Conſtitutio Synodalis, videlicet, quod nemo ad diſtributiones admittatur, niſi fuerit in lectura, & cantu examinatus, Dignitatem Sedi Apoſtolicę reſeruatam, ac literis Apoſtolicis collatam, comprehendit. In *Comenſi* 7. Idus Auguſti 1568. & 8. Nouembris 1569.

In *Vicentina.* Epiſcopus occaſione Eccleſiæ vacantis, ad quam Abbas habet ius nominandi, ad examen illum admittere debet, quem ſibi Abbas nominauerit; vacante tamen Eccleſia, ad quam Abbas habet ius conferendi, tantum nominandi ab Abbate examinandi erunt, & probandi per concurſum, & Epiſcopus magis idoneum Abbati nominabit, cui Eccleſiam conferat 5. April. 1599.

Taruiſana. Cum vacauerint beneficia curata Abbatis prouiſioni ſpectantia, Epiſcopus Ordinarius loci edictum concurſus proponere debet, & Abbas collationem facere approbato ab Epiſcopo, & Examinatoribus ordinarijs. Idemque obſeruandum, ſi Parochiæ, ſeù alij habeant collationem Parochialium exiſtentium in aliena Diæceſi.

In *Aquileienſi.* Et in caſu prædicto deputatio Vicarij, donec prouideatur Parochialis de Rectore, ad Epiſcopum, in cuius Diæceſi Parochialis eſt, cum congrua, arbitrio iuo fructuum portionis aſſignatione, ſpectabit 14. Iunij 1569.

In *Neapolitana.* In hebdomadarijs exiſtentibus in Eccleſia Collegiata, cui animarum cura annexa eſt, vt Collegio, non ſingulis, examen per concurſum non requiritur, ſed in forma dignum. Idibus Aug. 1569.

In *Papienſi.* Ex hoc decreto *cap. 18. ſeſſ. 24.* non tequiritur examen per concurſum ad Parochialem, quæ ſit Iuriſpatronatus laicorum validi, ſed admittendus eſt ad illud, qui intra tempus à Iurepatronia laicis præfixum, fuerit ab ipſis præſentatus, & à deputatis examinatus, & idoneus repertus. 28. Ianuar. 1570.

Cardinali Arminiaco. Reſignans beneficium in manibus Ordinarij, illud amplius recuperare non poteſt, pręſertim ſi talis reſignatio facta fuerit poſt Bullam Pij V. ibidem 6. Auguſti 1567. editam 28. Octobt. 1570.

Item Epiſcopus admittere non debet reſignationem illius, qui Sacro Ordine inſignitus exiſtens, aliud beneficium, quo vitam ſuam commodè ſuſtentare poſſit, non habeat, & ſi Epiſcopus contrà pręſcriptum Bullæ reſignationem admiſerit, ipſum reſignantem alere, ac ipſi alia ratione prouidere tenebitur.

In *Patauina.* In concurſibus Parochialium Eccle-

ſiaſticorum vacantium, ad Examinatores non ſpectat decernere, quis magis idoneus exiſtat, ſed ad Ordinarium.

In *Lucana*. Hoc examen omninò ad Epiſcopum ſpectat, in cuius Diœceſi Eccleſia ſita eſt, collatio fiat ab eo, ad quem de iure ſpectat, & ſi inferior habeat ius præuentionis in conferendo cum Ordinario, tunc debebit, habita notitia vacationis Eccleſiæ, coram Notario declarare, ſe velle d. Parochialem conferre, & ideò rogare Epiſcopum, vt proponat edictum, & hac ratione tuebitur ſuæ preuentionis ius. 27. Octobris 1572.

In *Interamnenſi*. Tres Examinatores omninò adhiberi debent, etiam in Parochialibus modici valoris, Item licet Concilium non expreſſerit, an vota Examinatorum palam, aut ſecretò fieri debeant, magis tamen expedit, vt Examinatores palam inter ſe vota ſua conferant, deindè Notario iubeant, vt in actis ſuis ſimpliciter ſcribat, Titium approbatum idoneum, ſeù verò reprobatum.

Item approbantibus licet Examinatoribus aliquem tanquam magis idoneum in ſcientia, cuius tamen mores ignorantur, & habentibus alium non tam doctum, ſed ab eis cognitum, & approbatum in moribus, hic vltimus eſt præferendus.

Item ſciendum eſt, quod Pius V. per Conſtitutionem datam 15. kal. April. 1566. appellationem conceſſit in fauorem magis idoneorum, quibus alij minus idonei præferuntur, ex quo coram Iudice appellationis, qui ſolet deputari Vicarius Vrbis à Papa, iterum concurſus fieri debet, & qui magis idoneus apparuerit, eſt præferendus. Interim verò non ſuſpenditur collatio Ordinarij, vt in dicta Conſtitutione 20. Decemb. 1572.

In *Mediolanenſi*. Facultas data Epiſcopo ex hoc decreto *cap.* 18. ac Synodo remittendi formam in dicto decreto deſcriptam, non cenſetur reuocata per Bullam Pij V. 24. Ian. 1573.

In *Conchenſi*. Examen concurſus non eſt neceſſarium in Dignitate, quæ Parochialem perpetuò & vnitam habet. 22. Ian. 1575.

In *Meſſanenſi*. Si examen concurſus, de quo in hoc decreto, ab Ordinarijs fuerit factum, non ſeruata forma ibi præſcripta, vt per Examinatores non deputatos in Diœceſana Synodo, tum Datarius in Vrbe examen per concurſum edicere conſueuit. 26. April. 1575.

Sac. Congr. Conc. Trid. in permutationibus Eccleſiarum Parochialium, quæ in manibus Ordinarii fiunt, non requiritur examen, neque edictum, de quo in hoc decreto, cum propriè non dicantur vacare. *Clem* 1. *de rer. permut.* Si autem adeſſet magna inæqualitas numeri Parochianorum, & quod alias iſti permutantes non fuiſſent examinati, tunc examinandi erunt, ſed abſque concurſu. In permutationibus verò quæ fiunt de beneficio ſimplici cum Curato, licet non ſit neceſſarius concurſus, examen tamen neceſſarium eſt, ſi modò talis permutatio coram Ordinario iure fieri poſſit, & tales permutationes non admittantur, niſi prius conſtet de corpore beneficij, quod cum Eccleſia Parochiali permutatur, die 16. Ianuar. 1576.

In *Bergomenſi*. Licet Iurapatronatus laicorum intacta videantur à Concilio, non tamen poſſunt patroni, quacunque conſuetudine contraria non obſtante, ad nutum amouere ſemel præſentatum, & ab Epiſcopo approbatum. 4. Maij 1586. concordat *cap. interea de iurepatron.*

In Mantuana Congreg. Epiſcop. *La riſerua, che fà il Papa de' meſi s'intende di que i beneficij, che vacano per obitum, e non hà luogo nelle riſegne, le quali ponno dall'Ordinario ammetterſi in ogni meſe, ſeruata però nel reſtante la Bolla di Pio V.* 12. *Nouembre* 1577.

In Feſulana, Eadem. *Che non poteua ſorrogare alcuno in luogo degli Eſaminatori deputati nella Sinodo, per li concorſi, i quali erano morti, mà doueua fare la Sinodo, ò deputargli nuouamente. E ſe haueua conferito beneficii Curati ſenza Eſaminatori, almeno ſinche foſſero eletti nella Sinodo, la collatione era nulla. Die* 8. *Martij* 1578.

In Suanenſi. Eadem. *Che per vacare un beneficio per priuatione ſemplicemente, non è per ciò di neceſſità riſeruato, purche per altra circoſtanza non ſia riſeruato, cioè che vacaſſe in vno de' Meſi Apoſtolici, ò per altro delle molte che poſſano eſſere. Die* 8. *Aprilis* 1580.

In Lucana. *Andrea Silueſtri ottenne dal Papa vna Parochiale, e ne ſpedì le Bolle in forma dignum conceſſa la prima all' Ordinario, e la ſeconda à quello di Piſtoia, preſentate le prime all'Ordinario, dagl' Eſaminatori, fù riprouato due volte, & eſſendo ricorſo à quello di Piſtoia con la ſeconda Bolla, non oſtante la detta reiettione, fù approuato, e meſſo in poſſeſſo. La Sacra Congregatione de' Veſcoui, inteſo queſto fatto, ordinò al Veſcouo di Lucca, che ſoſpendeſſe al detto Prete il poſſeſſo, e ſe ſi ſentiua aggrauato, veniſſe alla Congregatione.*

Et in tali caſu Illuſtriſſimi Domini tenuerunt, quod vigore ſecundæ Bullæ Epiſcopus Piſtorienſis non poterat procedere ad executionem, niſi conſtito de negligentia executionis primæ Bullæ, & quod à reiectione ab Examinatoribus debebatur recurſus ad Superiorem via appellationis, & non ad exequutorem datum vigore ſecundæ Bullæ. Et ità audio, Rotam tenuiſſe 15. Septembis 1587.

In Marſicana. Eadem. *Che il Veſcouo non poteua eſeguire vna Bolla commeſſa al ſuo Vicorio dalla Cancellaria, parendo, che foſſe eletta l'induſtria della perſona,* 22. *Septemb.* 1587.

Epiſcopus non poteſt ſolus facere Concurſum, quandò habet Vicarium Generalem ſibi Roma miſſum, ſed aſſiſtere debet etiam Vicarius, qui procurabit, vt omnia canonicè fiant. In *Narnienſi* 2. Octobr. 1655.

Sed ſi Vicarius ſit Apoſtolicus, ad ipſum ſolum, non ad Epiſcopum pertinet facere Concurſum, ſicut,

Digitized by Google

ſicut,& Synodum,& declarare magis idoneum: quia Epiſcopus non habet, niſi adminiſtrationem Ordinis: In *Lycienſi* 9. Iunij 1608. & in *Biſinianen.* 16.Maij 1653.

An, & quatenus in Eccleſia Parochiali vnita Monaſterio Abbatia Regularis, requiratur Concurſus, &c.? Vide de Abbat.tom.10. Conſult.70. & de Regulat.tom.9.Conſul.127.

An, & quatenus in Eccleſijs Parochialibus, quæ membra ſunt Abbatiarum, requiratur Concurſus? tom.10. Conſult.89.Item vide de Regular. tom. 9.Conſult. 77. ac de Abbat. eodem tom. 10. Conſult. 70.

SI Epiſcopus ante prouiſionem Eccleſiæ Parochialis factam ab Abbate Regulari celebrauerit Concurſum, iuxta diſpoſitionem Sac.Conc.Trid.*ſeſſ.*24.*cap.*18. non eſt ei denegGanda manutentio, ſecundum vulgares concluſiones, & in hac ſpecie extat *deciſio* 559.*nu.* 2.*in fine par.*2.*recent.*

Vndè non obſtat, quod Eccleſia ſit membrum Abbatiæ, atque adeò, quod in illius prouiſione non requiratur Concurſus per *deciſ.* 99. *par.*3.*recent.* Quoniam ad hunc effectum eſt attendendus vltimus ſtatus, qui vnioni repugnat. Rot.*in Vicenſi Parochialis* 20. Ian. 1650. coram Bichio §.*Vnionis autem,& in deciſ.*564.*num.*13. *par.*5.*recent.*Lotter. *de re benefic. lib.*1. *quæſt.*28. *num.*104.

DE CONFESSIONE, ET CONFESSORIBVS.

Qua pœna, & à quo ſit puniendus Sacerdos Regularis, qui abſque præuia Ordinarij approbatione, Confeſſiones perſonarum ſæcularium audit, ex eò, quod in Sac. Conc. nulla legitur pœna adiecta, nec à quo ſit inferenda? tom. 1. Conſult. 277.

REſp. poſſe puniri ab Epiſcopo pœnis etiam Cenſurarum. Ità declarauit Sac.Congreg. Conc.in vna *Neapolitana* 14. April. 1646. *ad cap.*15.*ſeſſ.*27.*de reform.*

An Confeſſores, tàm ſæculares, quam Regulares poſſint virtute ſuorum priuilegiorum abſoluere à caſibus, & cenſuris Epiſcopo reſeruatis? tom. 1. Conſ.292.ac vid.de Regular.tom.7. Conſul.8. Summ. num.4.

NEgatiuè declarauit pluries Sac.Congregat. Epiſcop.& Regular.nominatim die 7. Decemb.1646. Quæ Eminentiſſimo Archiepiſcopo Neapolitano in hunc modum reſpondit.

Queſta Sac:Cong: hà più volte dichiarato con ordine eſpreſſo di Clemente Ottauo à di 11. *Genn.* 1601. *& à* 26. *Nouembre* 1602. *de Paolo Quinto à di* 7.*Gennaro del* 1617. *e di Vrbano Ottauo di Nouembre del* 1628. *che tutte le facoltà di aſſoluere da' caſi riſeruati, ò riſeruandi dagl' Ordinarij, onero compreſi, ò da comprenderſi nella Bolla in Cœna Domini implicitè, vel explicitè, & altri riſeruati totalmente alla Santa Sede nel medemo decreto di Nouembre* 1602. *conceſſe à ſecolari, ò Regolari, Congregationi, Confraternità di qualunque prerogatiua, ò ſpecialità, etiam neceſſariò exprimenda, ſono ſtate annullate, & eſtinte, così dal Sac. Conc. di Trento, come dalle ſudette Conſtitutioni: E che in vigore delle confirmationi, eſtenſioni, ò communicationi ottenute doppo, ò da ottenerſi per l'auuenire ſotto qualſiuoglia ampliſſime clauſule, non s'intenda mai rinouata la ſudetta facoltà, riſeruando ſolo gl' indulti conceſſi ſpecialmente fuori d' Italia, ò dentro di Roma, quanto à caſi riſeruati alla Santa Sede non compreſi nella ſudetta Bolla: Onde venendo rappreſentato alla Santità di Noſtro Signore da V.E. con ſua lettera di Agoſto precedente, che in coteſta Città, e ſua Diœceſe alcuni Confeſſori ſecolari, e Regolari, ſenza giuſtificare con quali facoltà, aſſoluano de fatto dalle Cenſure, e caſi ſudetti, & in oltre diſſeminando opinioni erronee, aſſeriſcono, che per potere aſſoluere da' caſi riſeruati validamente all' Ordinario, baſti, d' hauer domandato al medeſimo la facoltà, ancorche ricuſi di concederla. Queſti Eminentiſſimi miei Signori di commiſſione eſpreſſa di Sua Beatitudine mi hanno impoſto di ſcriuerle, che con l' autorità, che à tal' effetto ſe le communica in virtù delle preſenti, e ſotto le pene, che giudicarà eſpedienti, faccia intendere à tutti i Confeſſori di coſtì, ſiano quanto ſi voglia no priuilegiati, & eſenti, che omninamente ſi conformino con i ſudetti decreti, e non ardiſcano di contrauenire ſotto qualſiuoglia preteſto, ò caſo, etiam di precisa neceſſità, fuorche in articulo mortis cum reincidentia, ſi conualuerint; Dichiari ſimilmente annullati tutti gl' oracoli, & indulti Apoſtolici ottenuti in voce da detto tempo in quà, & à gl' altri, che pretendono d' hauerne Breue, ò Bolla in forma ſpecifica, doppo l' vltima Conſtitutione di Vrbano, prefigga vn termine perentorio di* 3. *Meſi ad eſſebirle à queſta Sacra Congregatione; Altrimente vole, e dichiara Noſtro Signore, che s' intendano decaduti, e priuati di eſſi eò ipſo, ſenz' altra intimatione. E finalmente, che doppo d' hauer fatto notificare*

coſtì, doue, e come ſtimarà eſſer di biſogno, che quelli, che domandano all' Ordinario tal facoltà di aſſoluere, e non ottengono, non poſſano valerſene, ei ſa dichiari incorrere nella ſuſpenſione dall' vdir le Confeſſioni Sacramentali quelli, che publicamente defenderanno la dottrina ſadetta, ò vero preſumeranno temerariamente di aſſoluere, ancorche loro ſia ſtata denegata, ò non conceſſa la facoltà da gl' Ordinarij. Così V.E. reſti ſeruita di fare, che puntualmente s'eſeguiſca, con dar quì diſtinto auuiſo dell' operato, e io le bacio humilmente le mani, di Roma 7. Decembre 1646.

Id autem quoad caſus reſeruatos, eſt contra nonnullos Regulares receſioros, nominatim contra Bannium *par. 1. theolog. mor. tract. 4. de Sacram. prait. quaſt.* 33. qui malè prò ſe adducit Rodriquez, Suarez, & Laymanum, cum in his terminis non loquantur. Item contra Brunum *de priuileg. tract. 5. cap. 2. prop. 2.* & alios.

Nequè in propria Eccleſia, ſeù Conuentu: Nam in ipſum pœnitentem non habet iuriſdictionem, aut ordinariam, aut delegatam. Trid. *ſeſſ. 14. cap. 7. de Sacram. pan.*

Quod verò ad cenſuras eſt expreſsè contra Megalam *par. 1. inſtit lib. 1. c. 3: nu: 10:* & Dianam *par: 3: tract: 2: de dub: Regul: reſol:* 13: quorum opinio non eſt amplius tenenda, nec tanquam probabilis haberi poteſt; Nam in decreto Clem. VIII. non venit in conſiderationem caſus, ſiuè cenſura, cum materialiter ſe habeant, ſed ipſa reſeruatio, quæ eſt ratio, ob quam reuocata ſunt priuilegia, tàm Regularium, quàm aliorum, nè poſſint ſe immiſcere, quoad abſolutionem ab ijs, quæ Epiſcopi ſibi reſeruant.

Quarè die 30. Ianuarij 1659. Congreg: Sanctæ Inquiſitionis Romanæ generalis, & vniuerſalis habita coram Sanctiſſimo hanc propoſitionem, *Regulares Ordinum Mendicantium ſemel approbati ab vno Epiſcopo ad confeſſiones audiendas in ſua Diœceſi, habentur prò approbatis in alijs Diœceſibus, nequè noua indigent Epiſcoporum approbatione. Regulares habent poteſtatem abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis, etiam ſi ab Epiſcopo authoritas iſta ipſis indulta non fuerit.* Ità qualificauit, cenſurauit, *Quoad primam partem eſt falſa, & ſaluti animarum perniciosa. Quoad ſecundam partem eſt falſa authoritati Epiſcopi, ac Sedi Apoſtolica iniurioſa.*

Et inter opiniones damnatas in eadem Congregatione generali feria 5. die 24. Septembris 1665. hæc legitur: *Mendicantes poſſunt abſoluere à Caſibus Epiſcopis reſeruatis, non obſtante ad id Epiſcoporum facultate.*

Item vide de Regularibus *tom. 7. Conſult. 8. Sum. num.* 4. vt ſupra citatum eſt.

An Regulares poſtquam ſunt approbati ab aliquo Ordinario prò audiendis Confeſſionibus ſecularium, ſi transferantur ad commorandum de familia in alijs Monaſterijs ſui Ordinis extra Diœceſim, in qua fuerunt approbati, poſſint ibidem audire Confeſſiones Subditorum dictæ Diœceſis, in qua commorantur de familia? tom. 1. Conſult. 314.

N Egatiuè declarauit Sac. Congreg. Conc. in vna *Regularium* 15. Octobris 1644. *ad cap. 15. ſeſſ. 23. de reform.* & Congregatio S. Inquiſitionis die 30. Ianuarij 1659. & contra recentiores, eoſque Regulares, nominatim verò contra vtrumque Rodriquez, Mirandam, Beiam, Peregrinum, Dianam, Bordonum, quos audacter ſectatur Paſqualigus *in qq. moral. can. cent. 2. quaſt. 198. num.* 8.

An Epiſcopus cogere poſſit tam Regulares, quàm Saculares Confeſſarios ad intereſſendum Conferentijs Caſuum conſcientia, & renuentes priuare facultate audiendi Confeſſiones? tom. 1. Conſult. 417.

S I ſint Parochi poſſe cogi de iure. Sic in Vrbe omnes Parochi, etiam Regulares tenentur. Et ità declarauit pluries Sacra Congregationes Concilj, præſertim in vna *Foroſempronien.* die 3. Septembris 1650. *ad cap. 1. ſeſſ. 5. de reform.*

Item *tom. 8. Conſult.* 18. habetur hæc ſimilis quæſtio, cui reſpondetur eodem modo, rationibus, ac diſtinctionibus, & inſuper adduntur ſequentes reſolutiones Sac. Conc. in *Vrbinatenſi* 10. Martij 1663. Sac. Cong. Epiſcop: In *Vigeuanenſi* 7. Ianuar. 1586. In *Lucenſi* 4. Febr. 1602. In *Senogallienſi* 26. Auguſti 1616. & 13. Septembris 1641. ac 22. eiuſdem 1645. & 8. Octobr. 1649. & 8. Ianuarij 1650. *In Paduana* 13. Febr. 1604. Etiam ſi ſint ad nutum amouibiles in *Curienſi* 5. April. 1651. Et ideò ſi renuerint, poteſt Epiſcopus procedere contra ipſos Regulares Parochos; non autem contra eorum Superiores. Eadem Sac. Congreg. Concil. in *Segobienſi* 1. April 1656.

Alia dubia circa Confeſſiones Chriſtianorum apud Turcas. Vide de Miſſionar. tom. 4. Conſul. 144. ſumm. num. 1. 2. & 3.

An Epiſcopus pracipere poſsit Regularibus, quod abſtineant, etiam ſub cenſuris, ab audiendis Confeſſionibus in eorum Eccleſijs à Dominica Palmarum, vſque ad Dominicam in Albis? tom. 4. Conſul. 163.

N Egatiuè: Nam cum ſint ſimpliciter approbati ad Confeſſiones audiendas, non poſſunt abſque noua cauſa, eaque ad ipſam met Confeſſiones pertinente, ab illis de cœtero

exci-

Digitized by Google

excipiendis, ſuſpendi, iuxtà alias tradita, & iuxtà decreta Sac.Congregationis Epiſcoporũ, ac Sac.Conc.apud Lezan.*in ſum. tom.1. cap.19. num.9.*ſubdentem etiam *num.* 10. quod d. approbatio ad ſui validitatem non requiritur, quod detur in ſcriptis, & quod huiuſmodi ſuſpenſio, ſiuè prohibitio non debeat à Regularibus attendi: Quia in tali caſu Regulares excedunt limites ſuarum facultatum; Regulares enim habent iuriſdictionem audiendi Confeſſiones à Pontifice, ab Ordinarijs verò ſimplicem approbationem perſonalem, vt habet *Extrauagans ſuper cunctas de priuil.*Conſtit.Clement.IV.incip. *Exigentibus*, priuilegium Sixti IV.prò Ordine Prædicatorum, Pauli III. prò Societate Ieſu, Pauli IV. incip.*Ex Clementi*, & *Clem.Dudum §.per huiuſmodi de ſepult.*& notant Gloſ.*in cap.ſi Epiſcopus v.Item tertiò de pœnitent. & remiſ. in 6.*Vaſqez 3.*par.tom.4.quæſt.93.artic.3.num.2.*& alij.

Quæ iuriſdictio, ſequuta approbatione, non poteſt per eoſdem Ordinarios, tanquam inferiores impediri, niſi emergat noua cauſa, ob quam poſſint iudicari, quod non ſint amplius idonei. Eòque magis quandò prohibitio ſit vna, & generatim quoad omnes Regulares. Quod fieri nequeat iam pridiem declarauit Sac.Congreg. Conc. decreto ſuo relato à Peyr. *Conſt.2.Sixti IV.* §.11. *num.* 45. ſubdens etiam, quod Regulares ſic ſuſpenſi non teneantur obedire.

An Confeſſores Regulares ſemel ab Epiſcopis, ſiuè Ordinarijs locorum liberè approbati, poſſint ab eiſdem in nouo examine reprobari? tom. 4. Conſult. 174.

NEgatiuè, abſque noua, & legitima cauſa ad Confeſſiones pertinente, pluries declarauit Sac.Congreg. Epiſcoporum, & Regularium, & præcipuè die 20. Nouembris 1615. cuius reſolutionis meminit Barboſ. *de offic. & poteſt.Epiſcop.par.2. alleg.* 25. *num.*3. & alij: At rurſus ad ſupplicationem Epiſcopi Orioleñſis die 30.Auguſti 1629. cum ſubſequenti approbatione Sanctiſſimi die 31. eiuſdem, quod etiam decretum refert Barboſ.*de iure Eccl. cap.* 43.*num.*209 ac Tambur.*quæſt.*12.*num.*9.

Et in *Elboren.* Sac. Cong. Conc. cenſuit, Bullam B. Pij V. dat. Romæ anno 1571. Idus Auguſti, quæ incip. *Romani Pontificis prouidentia* de approbatione Regularium Confeſſorum ab Epiſcopis facienda, non eſſe reuocatam per Bullam Greg.XIII. Sed ſecundum dictam Bullam B. Pij V. non eſſe iterum examinandos Regulares ſemel approbatos ab Ordinarijs, ab Epiſcopo autem ſucceſſore prò maiori quiete ſuæ conſcientiæ poſſe iterum examinari.

In Salernitana 15. *Auguſti* 1581. *Sac.&c.reſpondit, Regularem ſemel ad Confeſſiones ſæcularium audiendas, præuio examine approbatum, poſſe tantummodò à ſucceſſore iterum examinari, ab eodem verò Epiſcopo minimè, ſi noua non ſuperuenerit cauſa.*

In Piſauren. 10 *Decemb.* 1646.*Non obſtantibus adductis prò Epiſcopo,*Sac. Congr. Conc. *cenſuit, vt Confeſſarios Regulares ab eo ſuſpenſos abſque nouo examine approbet.* Quæ declaratio fuit confirmata 15.*Febr*, 1648.

In Nolana.*Epiſcopo:Conquerentibus Superioribus Ordinum Carmelitarum de negata Fratribus d. Ordinis facultate audiendi confeſſiones, Eminentiſſimi Patres Sac. Congreg. Conc. Trid.præpoſiti mandarunt amplitudini ſuæ iniungi, vt ad præſcriptam adiunctorum declarationem eiuſdem Sacræ Congregationis exequi charitate paſtorali non omittat, dum amplitudini ſuæ felicia precor. Romæ 3. Septembr.*1641.

In vna Carmelitarum 1608.*Sac.Cong. Conc. cenſuit, Confeſſores Regulares ad audiendas ſæcularium Confeſſiones, ſemel ab Epiſcopo in Ciuitate, vel Diæceſi ſua, præuio examine approbatos, non eſſe ab eodem Epiſcopo iterum examinandos, approbando declarationem antiquam ſequentem.*

In vna Bobien, 10. *Febr.* 1573. *Sac. Congr. Conc. cenſuit, dandas eſſe literas efficaces Epiſcopo Bobienſi, quibus acriter moneatur, vt idoneos ad audiendum confeſſiones approbet. Quos verò a'ias vti idoneos, præuio examine, admiſerit, alio examine, atque approbatione non indigere, alioquin examen, & approbatio committatur Epiſcopo viciniori.*

Die 20. *Nouembr.* 1616. *Sac. Congr Conc. decreuit, Archiepiſcopos, Epiſcopos, cæteroſque locorum Ordinarios, ad quos approbandi Confeſſarios ius ſpectat, non poſſe ſuſpendere ab audiendis confeſſionibus Regulares Confeſſarios ab ipſis approbatos, niſi noua ſuperueniente cauſa ad ipſas confeſſiones pertinente, vel ob non ſeruatum interdictum ab ijſdem Ordinarijs impoſitum. Inſuper ſtatuit, eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Ordinarios facultatem adimere confeſſiones audiendi omnibus ſimul vnius Conuentus Regularibus Confeſſarijs, eadem Sacra Congregatione inconſulta, nullo pacto admitti poſſe. Quod quidem decretum, vti ijdem Illuſtriſſimi Patres opportunum, & neceſſarium duxerunt, ità inuiolabiliter obſeruari iubent.*

Aliqua circà confeſſiones Chriſtianorum inter Turcas exiſtentes? Vide de Baptiſmo tom.4. Conſult.190.

Aliqua circà Confeſſiones Sacramentales Carceratorum S. Officij? Vide de Carceribus tom.5. Conſult.64. circà finem Conſultationis.

An, & quas Cenſuras incurrat Confeſſarius abſoluens ſine approbatione? Vide de Regul. tom.6. Conſult. 1. Sum. num.4.

Multa circà confeſſiones? Vide omninò de Regular. tom.7. Conſult.8. à n.29.

Pat-

Pœnitentiarius non poteſt abſoluere à caſibus reſeruatis, niſi de licentia Epiſcopi Sac. Congr. Conc. in Veronenſi ad cap.8. Trid. ſeſſ.24. Vide tom.7. Conſult.13. num.5. in Parerga.

De forma, qua vtuntur Græci prò Sacramento Pœnitentiæ, & alia circà Confeſſiones in illis Regionibus? Vide de Miſſionar. tom.7. Conſult.50.

Aliqua dubia circà Confeſſiones, abſolutionē &c. in partibus hæreticorum? Vide de Ritibus tom.7. Conſult.53.

Vt ſeruari debeat ſigillum Confeſſionis Sacramentalis quid requiratur? Et an crimen reuelationis Confeſſionis ſpectet ad S. Officium? Quomodò probetur, & qua pœna de iure communi? Vide de Sigillo Confeſſ. tom.7. Conſult.55.

An Epiſcopus poſſit non admittere ad audiendas Confeſſiones vel Sæculares, vel Regulares Sacerdotes, niſi ij promittant, etiam iuramento, quod à quorundam propoſitionum probabilium praxi ſibi caueant? to. 8. Conſult.14.

NEgatiuè: Nam eiuſmodi cauſa nullo modo dici poteſt iuſta, & legitima, qualis prò comprobanda denegatione licentiæ requiritur, cum alias, Regularibus, præſertim, qui in examine, cui ſe expoſuerunt, fuerunt approbati, de rigore iuſtitiæ debeatur licentia, eaque libera, & abſoluta, non limitata, ſeu reſtricta, niſi concurreret iuſta cauſa, quemadmodum, præ alijs docet Suar. *de Sacramen. pœn. diſp.*28. *ſect.*5. *num.*15. dicens, peccare Epiſcopos aliter faciendo, cui adſtipulatur Card. de Lugo *eodem tract. diſp.* 21. *ſect.* 3. *num.*60. & nos ſupra.

Adducta autem cauſa, inſufficiens, & irrationabilis, cum omnibus innoteſcat, inſolitam, atque inuſitatam in Eccleſia Dei eſſe huiuſmodi iuramenti præſtationem; Vndè certum eſt, Confeſſarios ad id non poſſe conſtringi, cum Epiſcopi non habeant ius, nequè poteſtatem exigendi à Sacerdotibus, & Miniſtris Eccleſiæ iuramenta inſolita, vt ex decreto Cornelij Papæ habetur in *c.*1. *cum tribus ſeqq.*2. *quæſt.*5. quem confirmauit Vrb. II. *in c. nullus Epiſcopus de iur. iur. & in c.vlt.* 22. *quæſt.*1.

Quod ſi procedit in Clericis ſæcularibus Epiſcopo ſubiectis, multò magis procedit in Regularibus, qui ſunt exempti, quos neutiquam eſſe cogendos ad præſtandum vllum iuramentum Epiſcopis dixit Greg. IX. *in cap. unius* 2. *de exceſſ. Prælat.*

Multòque minus videtur hoc iuramentum deferri poſſe ab Epiſcopis, dum agitur de materia grauiſſima, Sedi Apoſtolicæ ſolum reſeruata, vt habetur in *cap. quoties ratio fidei* 24. *quæſt.*1. & comprobat Diu. Tho. 2.2. *quæſt.*11. *ar.*3. & alij.

Vndè tutius remedium eſt vel monere Confeſſarios, vt à ſectandis eiſdem propoſitionibus abſtineant, vel potius legitimè damnari, & reprobari facere, cum alias, donec remaneant in ſua probabilitate, nequè ſunt deſtitutæ Authoribus, qui eas vti probabiles defendunt, nequè etiam ipſi Confeſſarij, quatenus pœnitentes velint ijs adhærere, habent arbitrium eas improbandi, ſed tenentur ſequi pœnitentis opinionem probabilem: Quia prudenter operantur cum idoneo fundamento, licet eam ipſi iudicent falſam, atque peccent mortaliter, ſi nolint abſoluere, quandò de mortalibus fit confeſſio, vt de communi teſtatur Zerola *de pœnit. cap.*22. *quæſt.*3. *verſ. Dico ſecundò*, Azor. *p.*1. *lib.*2. *c.*17. *quæſt.*10. & alij.

Quomodò proſpiciendum ſit conſcientijs aliquorum, qui vſi fuerunt facultatibus Bullæ Cruciatæ, vel alterius Indulgentiæ nulla ex defectu voluntatis Sum. Pontificis, illam concedentis, ob non adimpletas aliquas conditiones? Vide de Indulgen. tom.8. Conſult. 67.

An Chriſtiani militantes prò hæreticis, à quibus non poſſunt exigere ſtipendia, niſi probent frequentaſſe Conciones hæreticas, dum ad Sacramenta pœnitentiæ accedunt, & Conciones vitare non proponunt, valeant abſolui? tom.8. Conſult.103. n.2.

NOn licet ingredi Templa hæreticorum, Principe talem ingreſſum præcipiente ex contemptu Fidei Catholicæ, vel animo peruertendi Catholicos, aut hæreticos in falſa Religione confirmandi, vt in Anglia fieri ſolet: Tunc enim viget præceptum confitendæ Fidei, ad defenſionem honoris Diuini, etiam cum periculo vitæ.

Nequè etiam licet adire Templa Hæreticorum, ex intentione in cultu falſæ religionis cum illis communicandi, cum talis cultus ſit illicitus, vt patet ex dictis; Vndè ille peccaret mortaliter, qui in Templo Caluiniſtarum cœnam ſumeret, aut cum ijs preces funderet, & conſequenter abſolui nequeunt. Et ità declarauit Sacra Congregatio S. Officij, & Catholico Scoto Officiali petenti concedi facultatem, vt à ſuo Confeſſario abſoluatur 22. Ian. 1609.

An edictum Epiſcopale ſuper caſibus reſeruatis, in quo inter cætera mandat, quod (Confeſſarij Regulares confeſſiones audiant in habitu, quo vtuntur in Choro, eiſdemque prohibet pœnitentes auſcultare extrà Confeſſionarium, & extrà cratem ligneam, idque ianuis apertis dumtaxat, & in Confeſſionarijs à ſuis Viſitatoribus intra præfatum terminum approbandis, neuè in proprijs ædibus accedant ad infirmos prò Sacramento pœnitentiæ miniſtrando, abſque licentia Epi-

Epiſcopi, vel Curati, minuſque certas perſonas vtriuſque ſexus ante ortum, & poſt occaſum Solis auſcultent, & ſi feneſtella, vel laſtra fuerit deuaſtata, ſiuè eius foramina dilatata, Confeſſarij ſuſpenſi remaneant, cum impoſitione pęnæ ſuſpenſionis, & pecuniaria cuilibet Confeſſario, ſi talia edicta non recipiat, & illa inuiolabiliter per ſingula capita non ſeruauerit) deroget priuilegijs Regularium, ideòque ſit corrigendum, expurgandumque? tom. 10. Conſult. 71.

S*Ac. Congr. Epiſc. & Regul. cenſuit, præfatum edictum moderandum, & corrigendum eſſe, prout præſentis decreti vigore moderatur, ac corrigit, prout infra. Quoad habitum, quo vti debent Regulares in adminiſtratione Sacramenti pęnitentiæ, declarauit, ſufficere ſi audiant cum habitu eorum ordinario, & ſtola, iuxtà decretum alias emanatum ſub die 20. Iunij 1625. à Sac. Congregatione Viſitationis Apoſtolicæ. Quoad locum mandauit auſcultari in Eccleſia, & intra crates, quandò tamen neceſſitas, vel rationabilis cauſa aliter non ſuadeat, ac etiam in Sacrario, vel alio decenti loco poterunt audiri, ſuper quo & declarauit, non licere Epiſcopis, neque per ſe, neque per ſuos deputatos viſitare Confeſſionaria, ſiuè loca Regularium, vbi Confeſſiones audiuntur, nec etiam ad effectum videndi, an ſint iuxtà ipſorum decreta, ſed hoc relinquendum eſt omninò Viſitatoribus ſuorum Superiorum. Similiter inhærendo alijs decretis ab eadem Sac. Congr. emanatis, & præcipuè 13. Septemb. 1641. noluit, teneri Regulares petere licentiam ab Epiſcopo, vel Curato accedendi ad infirmos prò Sacramento pœnitentiæ adminiſtrando, ſed ſufficere ſi poſtea fidem habitæ Confeſſionis in domo eorundum infirmorum relinquant. Inſuper mandauit, tolli omninò ab eodem edicto verba illa, quibus de certo genere perſonarum fit mentio. Voluit ſiquidem, vt loquatur abſolutè, ac ſimpliciter de omnibus, nulla facta ſpeciali mentione, ità quod ſcilicet nemini adminiſtretur tale Sacramentum ante ortum, nec poſt occaſum Solis, niſi tamen neceſſitas, vel rationabilis cauſa aliter ſuaſerit, in quo caſu voluit & licere, & cum omnibus; Vlterius præcepit, pęnas omnes, tam ſuſpenſionis, quam pecuniarias ab eodem edicto tollendas, caſſandas, & expurgandas eſſe. Et ità vtraque parte informante, hac die &c.*

De licentia à Regularibus petenda prò Confeſſionibus audiendis? Vide de Regularibus. tom. 10. Conſult. 95. & quæ ſupra dicta ſunt.

An Regulares in audiendis ſacris Confeſſionibus dependeant omninò à ſuis Superioribus? Vide de Regular. tom. 10. Conſult. 108. n. 2.

De caſuum reſeruatione in Sacramento pęnitentiæ. A quibus fieri poſſit? Quid de Regularibus? Quid ue de Sacerdote non approbato in articulo mortis, præſente Parocho, vel alio Sacerdote approbato? Quidue ſi Sacerdos eſſet hæreticus, vel Schiſmaticus. Sententia Sac. Congregat. Conc. tom. 10. Conſult. 163.

ESſe in Eccleſia poteſtatem reſeruandi aliqua peccata Superioribus Iudicibus eſt de fide definitum in Conc. Trid *ſeſſ. 14. c 7. & can. 11.* & probatur ex antiquiſſimo vſu, nam in Concil. Carthaginenſi 3. *cap.* 31. & in Conc. Aphricano c. 10. quod habetur 26. *quæſt. 6. c. vlt.* dicitur, vt Præsbyter non abſoluat pœnitentem, inconſulto Epiſcopo, niſi neceſſitate cogente, in ipſius Epiſcopi abſentia, Idque colligitur aliundè.

Et quamuis de hac reſeruatione hæreticus Vuicleph. effutiuerit, id eſſe contrà charitatis regulas, vt refert Vualdenſis *tom. 2. de Sacramen, cap.* 149.

Attamen, vt diximus, certum eſt de fide, eſſe in Eccleſia hanc poteſtatem, non ſolum quoad exterius iudicium, & politiam, ſed etiam apud Deum, ità vt, facta reſeruatione, abſolutio data ab inferiori non ſit valida coram Deo, ex Triden. *loc. cit.*

Ratio autem eſt, quia, cum in hoc Sacramento requiratur, non ſolum Ordinis poteſtas, ſed etiam iuriſdictionis, quę inferioribus à Superioribus communicari debet, conſequens eſt, vt Superior poſſit hanc iuriſdictionem magis, vel minus limitare; Quod non repugnat huic Sacramento.

Difficultas tamen eſt, quomodò poſſit Epiſcopus reſeruare ſibi aliquot caſus, à quibus Parochi abſoluere non poſſunt; Nam Parochi eò ipſo, quod ſunt Parochi, ſunt Paſtores, & habent iuriſdictionem Ordinariam in ſuum populum, quam non videntur omninò habere ab Epiſcopo, ſed ex inſtitutione Summi Pontificis, à quo prouenit Parochiarum diuiſio. Ad hanc difficultatem reſpondent Suarez, Vaſquez, & Nauar. apud Card. de Lugo *de Sacramen. pœn. diſp. 20. ſect. 1. num. 4. & 5.*

Magnoperè igitur ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere, Sanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, vt atrociora quædam, & grauiora crimina, non à quibuſuis, ſed à Summis dumtaxat Sacerdotibus abſoluerentur, Idem cenſuit Sac. Congr. poſſe Prælatos Regulares in Regulares ſibi ſubiectos, & ſæculares inferiores iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in loco habentes.

An autem, præſente proprio Sacerdote, aut delegato, poſſit quilibet Sacerdos abſoluere in articulo mortis? Sac. Coog. Conc. *ad d. c. 7. ſeſſ. 14.* cenſuit, Sacerdotem alioquin idoneum, non

tamen

Digitized by Google

tamen ad audiendum confeſſiones approbatum iuxtà *cap.* 15 *ſeſſ.*23. non poſſe validè à peccatis mortalibus abſoluere pœnitentem in articulo mortis conſtitutum, vbi citrà moræ periculum haberi poteſt copia Sacerdotis approbati, & longè id minus, ſi ipſemet Parochus præſens id prohibeat, paratuſque ſit infirmi confeſſionem audire, illumque abſoluere, nec vlla ſubſit cauſa Parochum ipſum recuſandi. Et omnes Sacerdotes in articulo mortis abſoluere poſſunt;non tamen ſi iſti Sacerdotes eſſent hæretici, aut Schiſmatici ex ſententia Sacræ Congregationis.

An liceat Miniſtris Conſolationis de Vrbe retinere Confeſſarios in Eccleſia ad audiendas populi Confeſſiones? Vide de Hoſpitali to.10. Conſult. ſiuè Reſolutione 201. vel Aliena in fine d.tomi.

De Confirmationis Sacramento. *Vide de Cognatione Spirituali.*

DE CONFRATERNIT. SODALITATVM.

An Confratres Sodalitatum, non electa ſepultura, poſſint ſepeliri in ſepultura ſua Eccleſiæ? Vide de Sepulturæ electione tom.1. Conſult.17.

An cauſa laicorum, qui ſunt adſcripti in Confraternitatibus, etiam Eccleſiaſticis, agitari debeant in foro Eccleſiaſtico? Vide de Immunitate tom.1. Conſult.137.

Suppoſita taxa prò Seminario cum ſolutione vltrà triginta annos continuata. An teneantur Hoſpitalia, & Confraternitates ad illius ſolutionem? Vide de Seminario tom.1. Conſult.294.

An Confratres Ordinum Mendicantium impediri poſſint ab Epiſcopo, quominus eleemoſynas quærant in ipſamet Diæceſi, in qua illorum Conuentus exiſtunt? tom.1. Conſult.296.

RESP. Non poſſe impediri in locis, in quibus habent Conuentus, & ità cenſuit Sacra Congregatio Concil. in vna *Regularium* die 5. Nouembris 1644. *ad cap.* 9. *ſeſſ.*21. *de refor.*

An Epiſcopo, ex eò, quod ex inueterata conſuetudine ſoleat per edictum publicatum monere Confratres Sodalitatum, vt Proceſſionibus publicis interſint, liceat renuentes intereſſe pœnis in edicto publicato expreſſis, punire? tom.1. Conſult.307.

AFfirmatiuè, ſuppoſita conſuetudine, etiam ſi ſimus in facultatiuis. Et ita Sac. Congreg. Conc. in vna *Alexandrina* 3. Febr. 1651. *ad c.*13. *ſeſſ.*25. *de Regular.* Verum, cum in vna *Vrbinaten.* quæreretur, an ſtante obligatione inducta ex Synodo Prouinciali Vrbinaten. quod Confraternitates laicales intereſſe debeant omnibus proceſſionibus ordinarijs, quatenus ab Archiepiſcopo vocentur, & ſtante conſuetudine interueniendi omnibus Proceſſionibus, poſſint ab Archiepiſcopo compelli per edictum ad interueniendum dictis Proceſſionibus, nè alias dicta Synodus, & conſuetudo reddantur eluſoriæ, non ſine maximo Diuini cultus diſcrimine? Sac. Congr. Conc. die 10. Martij 1663. reſpondit non poſſe cogi *ad d. c.*13. Vide Sayr. dec.5. *de offic. Ordin.* & Quarantam *v. præcedentia in fine.*

Circa Iura ſepeliendi defunctos in Oratorijs? Vide de Funeribus tom.1. Conſult.337.

An Confraternitates teneantur contribuere Epiſcopo viſitanti? Vide de Viſitatione tom.1. Conſult.387.

An Poteſtas laica habeat iuriſdictionem in Sodalitates laicorum, auctoritate Apoſtolica, vel Ordinaria erectas, & habentes Eccleſias formales cum omnibus requiſitis? Vide de Immunitate tom. 2. Conſult.47.

De Compromiſſo, & laudo inter Sodalitates, & Parochos in materia Proceſſionum, an requiratur auctoritas Superioris? Vide de Proceſſionibus tom.3. Conſult.47.

An permittendum ſit Confratribus vnius Sodalitatis recens inſtitutæ, ſuas habere ſupplicationes, ſiuè Proceſſiones eodem tempore, atque eodem habitu, quo vtuntur, atque eas facere ſolent Confratres alterius Confraternitatis antiquioris? tom.3. Conſult.69.

NEgatiuè: Momenti enim plurimum ad Religionem facit, propter maiorem populi concurſum, atque ordinis congruentiam, nè plures ſiant eodē tēpore ſupplicationes, vtalias ad fauorem ſupplicationis Roſarij, contrà ſupplicationem Beatæ Mariæ de Monte Carmelo poſteriùs inſtitutam, decreuit Sac. Cong. Rituum in *Hortana* 24. Ianuar. 1615. Idem pluries

Digitized by Google

ries declarauit Sac.Cong.Epiſcoporum, & Regulatium, quod ſcilicet Confraternitas poſterior non debet facere Proceſſionem eadem die, & hora cum antiqua, & ſub die 28. Iulii 1620.& in vna *Cremonenſi* 7. Iulii 1651. & eadem Sac. Congreg. Rituum conquerentibus Fratribus Seruitis loci Summæ Ripanæ Taurinenſis Diœceſis 9. Aprilis 1633. Hinc Minores de Obſeruantia prohibiti ſunt facere eodem die Proceſſionem, vt aiunt Cordonis, vbi Conuentuales eam facere conſueuerant, vt ex Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium 30.Mart. 1653. & 7.Nouembris eiuſdem anni, & Sac. Cong. Rituum cenſuit, manutenendos eſſe antiquiores in Proceſſione facienda, 9.Apr. 1633.

Atque maiori etiam ratione nouis Confratribus prohibenda eſt delatio habitus, quo vti ſolent Confratres antiqui: nam indecorum planè eſt propria inſignia mutare, & maximè ad ſolum effectum, vt aliena aſſumantur. Theſaur *deciſ.*270. *nu.*17. Gulielm.de Benedict.*in rep.cap. Raynucius num.* 49. *extr. de Teſtam.* & alij. Ac cenſuit Sac.Congreg.Rit.in *Brunduſina* 9.Febr. 1608.ac Sac. Cong.Epiſcop. & Regularium in *Anconitana* 20.Febr. 1601. vbi dixit, quod diſtingui debet habitus, addito aliquo coloris ſigno, vt in vna *Nouarien.*13.Maij 1586. Vndè ipſis non licet noua inſignia, præter antiquum, & ſolitum habitum deferre, Sac.Rit.Congreg. in *Adrien.*25.Auguſti 1604.

Quod ſi duæ Confraternitates haberent eadem Inſignia, nec non conſtaret de prioritate illarum, præfertur habens altera, quæ habuit inſignia à Summo Pontifice, *l.ſi duas in princ. ff. de excuſat. tutor.* Ratio enim priuilegij habenda eſt, *l.*3. ibi: *Niſi quis priuilegiarius veniat, ff. quod cum eo, qui in alien. poteſt.* Ac maioris dignitatis, *vt in l.Octauium C.de Teſtib.*

Quod ſi ſint inſignia ſimilia, & non conſtaret de prioritate, liceret eis vti: quia licet ſint ſimilia; tamen non ſunt eadem: nullum enim ſimile eſt idem, *l.quod Nerua*, vbi Bart. *ff.depoſiti, l.ad ſimilitudinem C.de Epiſc.& Cler.* Idque potiori iure, ſi licet eſſent ſimilia, differrent tamen in nomine; Tūc enim viderentur diuerſa: quia nominis diuerſitas inducit diuerſitatem rei, *l.ſi idem C.de condit.* vbi Cyn.& *d.cap. ſunt duo Titij ff.de teſtam.tut.*

An poſſint erigi in eadem Ciuitate, alioue loco plures Confraternitates laicorum cum eiſdem functionibus, habitu, & inuocatione, illaque aggregari Confraternitatibus Vrbis? to.4. Conſult. 18.

NEgatiuè ex Conſtit.Clem.VIII.ſuper reformatione Indulgentiarum, & aggregationum huiuſmodi Confraternitatum edita ſub die 7. Decembris 1604. atque ità pluries declarauit. Sac.Rit.Congreg. die 23.Maij 1639. ac 19. Nouembris 1639. *in Foroliuienſi* die vltima Martii 1640. In *Caſſanenſi* 17. Iulii eiuſdem anni. In *Eugubina* 13.Martii 1641. In *Albeganenſi* 11. Nouembris 1641. In *Caſalenſi* 12.Ianuarii 1647.

Præter declarationes relatas, extat quoque ſententia data ab Auditore Cameræ Apoſtolicæ 13. Iulij 1654. in cauſa Barenſi Confraternitatis Sancti Antonij de Padua ad fauorem Fratrum Minorum Conuentualium Sancti Franciſci contrà Fratres Min. de Obſeruantia de, & ſuper reuocatione, ac ſuppreſſione Societatis ſub eodem nomine Sancti Antonij ſecundò loco inſtitutæ in Eccleſia eorundem Fratrum Min. de Obſeruantia, poſtquam fuerat eadem Societas primò loco erecta in Eccleſia prædictorum Fratrum Conuentualium per acta Io: Baptiſtæ Floridi cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Notarij, vt ibi. Quod tamen non intelligitur de Confraternitatibus Sanctiſſimi Sacramenti; & doctrinæ Chriſtianæ, quæ deberent eſſe in qualibet Parochia, declarauit Sac.Congr.Epiſ. in *Vercellenſi* 3. Februarij 1610. qua de re extant etiam literæ Sacræ Congregationis Indulgentiarum ſcriptæ Vicario Capitulari Piſarum vt ibi &c.

An, & quatenus in alienatione bonorum Oratorij, vel Hoſpitalis requirantur ſolemnitates requiſitæ in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum? Vide de Alienatione rer. Eccleſiaſticar. tom. 4. Conſult.21.

An liceat Confraternitatibus exponere Sanctiſſimum Sacramentum abſque Parocho? Vide de Parocho tom.4. Conſult.84.

An liceat Confratribus ducere ſupplicationem die Dominico infra octauam Sanctiſſimi Corporis Chriſti? Vide de Proceſſionibus, tom. 4. Conſult.85.

De præcedentia inter Sodalitates, & ſæculares? Vide de Præcedentia tom.4. Conſult.86.

Vtrum ad erectionem Sodalitatum, præter licentiam, & aſſenſum Epiſcopi, exigatur etiam beneplacitum Iudicis laici? Vide de Immunitate tom.4. Conſult.116.

An, & qua pęna puniri poſſint, ac debeant Confratres Sodalitatum, vel Conſules alicuius artis, qui deleuerint decreto publico aliquos è libro artis, vel Confraternitatis, vel publicæ plateæ affixo? Vbi de libellis famoſis aliqua? tom.4. Conſult.118.

REſp. non poſſe dubitari, quin deleti à libro ſint ex vtroque graui iniuria affecti: nam quoad primum remotio ab ordine cedit in maximum deductus remoti, cum in eo culpam ſupponat, quæ talem pœnam promeruerat. *l. Teſtamento* 50. *in fin. ff. de manum. teſtam.* per

quem tex. Gloſ. notat *v. negocio* honorem eſſe adminiſtrare, & dedecus remoueri. *Maſtrill. de Magiſtr. cap. 17. n. 19.*

Quod verò ad ſecundum, ſicut ineuitabile eſt, dictam inſcriptionem more prorſus inſueto marmori inciſam, & parieti Sodalitatis infixam ad perennem memoriam infamare nominatos in ea. vt ſupponitur in *l. Conſtitutionibus* 57. *ff. de iniuriis.* Farinac. *lib.* 5. *conſ.* 30. *ſub num.* 91. Ità quoque certum eſt, illam iniuriæ adſcribendam eſſe *l. item apud Labeouem* 15. §. *ait Prætor* 2. *de iniur.*

Atrocitas verò dictæ iniuriæ grauatur primò ratione loci, cum dicta inſcriptio fuerit publico omnium conſpectui expoſita in Sodalium Prętorio. *l. Prætor edixit* 7. §. *fin. ff. de iniur.* §. *Atrox iuſſit eodem.*

Nec quidquam refert, quod emanauerit à Conſulibus artis, ſiuè à Cuſtodibus, ſiuè Prioribus Sodalitatis: Quia, nè Magiſtratibus licet aliquid iniurioſè facere *l. Magiſtrat.* 37. *ff. de iniur.*

Inſuper clari iuris eſt, quod vbi quis per ſcripturam à populo videndam, alicuius famæ, & honori præiudicium infert, libellum famoſum conficere dicatur. Farinac. *conſ.* 30. *num.* 23. Eòque maximè, quandò agitur de ſcriptura, non ità facilè peritura, & re marmorea perpetuò à populo videnda, quo caſu certum eſt, quod famoſi libelli nomen mereatur, cum libellus famoſus nihil aliud ſit, quam iniuria per ſcripturam illata. Farinac. *d. conſ.* 30. *num.* 505. Vermigl. *conſ.* 186. *num.* 4. & 18. & *conſ.* 193. *n.* 5.

Porro nota eſt ſanctio *d. l. vnic. de fam. libell.* quà diſpoſitum eſt, quod ille, qui libellum famoſum componit plectendus ſit capite. Vbi etiam habetur, quod qui propalat libellum famoſum debet haberi prò authore, & puniri ſicut author, donec eum nominee, à quo habeat; nec qui author non eſt libelli famoſi, ſi eum indicet, à quo habeat, immunis eſt, ſi ſcilicet ipſe ſit propalator. Ergò, qui ab alio propalatum emit non tenetur; quia neque author eſt, neque propalator, vt pronunciatum fuit apud Coler. *decif.* 154.

Reus libelli famoſi, ſecuta ſentententia condemnatoria, efficitur de iure infamis: *l. ob carmen ff de teſtib. C. ſi teſtes* 4. *quæſt.* 3. & indè habetur, hanc eſſe duriorem infamiam: quia redditur inteſtabilis actiuè, & paſſiuè. Maiol. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 15. eritque conſequenter irregularis, ob infamiam Iuris. Molin. *tom.* 1. *diſput.* 137. §. *damnatus ob libell.* Malol. *loc. cit.*

Notandumque quod hæc pœna ordinaria libelli famoſi à B. Pio V. Bulla 147. quæ incipit *Romani Pontificis* extenſa eſt ad varios caſus, de quibus ibi: & declarantur à Farinacio *Conſ. Crimin.* 145. inter quos eſt, vt contineantur, non ſolum componentes, dictantes, ſcribentes, ſed etiam retinentes.

Idque facientes in infamiam Regularium incurrunt excommunicationem latæ ſententiæ, & non poſſunt abſolui, niſi Sedi Apoſtolicæ perſonaliter ſe præſentent ex Bulla Alexandri IV. incipiente *Ex alto.* Caiet. *v. excommunicatio cap.* 81. §. 3. Sylu. *excom.* 8. §. 48. & alij.

Quomodò conuincatur. Hoſpitale, vel Confraternitatem non eſſe titulum Beneficiale, & laicos non eſſe incapaces illius adminiſtrationis? Vide de Immunitate. tom. 4. Conſult. 143. Item de Alienat. rer. Eccleſ. tom 4. Conſult. 196.

An liceat Regularibus ſepelire in ſuis Eccleſijs Confratres laicos, qui ſibi in illis ſepulturam non elegerint? Vide de Sepulturæ electione tom. 4. Conſult. 216.

An Cappellani Confraternitatum poſſint deferre Stolam in aſſociatione Cadaueris? Vide de Regularibus tom. 5. Conſult. 54. Sum. num. 2.

De functionibus circa funera in Oratorijs Confraternitatum? Vide de Parocho tom. 6. Conſult. 68.

De Confraternitatibus, quo ad immunitatem earum animalium? Vide de Immunitate tom. 6. Conſult. 71. & alia decreta prò eiſdem ibidem, præcipuè num. 4. 5. & 6.

An Epiſcopus poſſit viſitare Confraternitates habentes Altare in Eccleſijs Regularium ſæculari zatis? Vide de Regularibus tom. 7. Conſult. 8.

De Viſitatione, & redditione rationum Confraternitatum? Vide de Immunitate, vbi multæ reſolutiones, & decreta Sac. Congrg. tom. 7. Conſult. 15. num. 10. & ſeqq. & num. 29. & ſeqq.

An Confratres ſæculares poſſint ſepelire in ſuis Oratorijs Corpora defunctorum, prætextu conſuetudinis?
Quid de Confratribus, qui non elegerint ſepulturam?
Quid de filijs impuberibus, & Vxoribus Confratrum, an poſſint ſepeliri in Eccleſijs Regularium, in quibus habent Capellam?
Quid de ſtipendio prò Parocho? Vide de Sepultur. election. tom. 7. Conſult. 36.

De alienatione bonorum Confraternitatis? Vide de Alienatione rerum Eccleſiaſtic. tom. 8. Conſult. 31. item tom. 4. Conſult. 21.

Et an, & quatenus, ſuppoſita legitima licentia, Confraternitates ſuas Preceſſiones facere poſſint? Vide de Proceſſionibus tom. 8. Conſult. 31.

De Confraternitate Mortis circa funera? Vide de Funeribus multa tom. 8. Conſult. 73.

Vtrum in Eccleſijs, vel Oratoriis publicis Confraternitatum poſſit exponi SS. Euchariſtiæ Sacramentum, & fieri ſepulchrum in feria V. Cœnæ Domini? Vide de Ven. Euchariſtiæ Sacramento. to. 9. Conſult. 79.

An

An Epiſcopus poſſit viſitare Confraternitates in Eccleſiis Regularium inſtitutas? Vide de Viſitatione tom.9.Conſult.127.

An valeat edictum Epiſcopale, in quo diſponitur, quod Congregationes Confraternitatum Eccleſiaſticarum non habeantur abſque interuentu, & aſſiſtentia Vicariorum foraneorum? tom. 9. Conſult.128.

Affirmatiuè; Eſt enim id proficuum bono regimini illarum, & præſertim, ſi in hoc introducta ſit conſuetudo fauore piæ cauſæ, ac boni publici obligatoria,etiam in futurum, vt per Rot.*decif.365.num.4.par.2. recent.* Sperell. *decif.67, num.* 27. vbi firmat idem procedere, etiam in facultatiuis, & hanc ſententiam pluriès approbauit Sac.Congreg. Concil. præſertim in *Mediolanenſi* 27. Ianuarij 1587.& in *Neritonenſi* 27.Nouembris 1609.

Eòque magis ſi emanauerit huiuſmodi edictum ad tollendos abuſus, ac diſſentiones, quæ quotidiè inter Confratres, circa electiones, & rerum adminiſtrationes oriebantur, ac proindè, cum id tendat ad bonum regimen, debet omninò ſeruari. *Cap.fin.de pact.*12. 6. Seraphin,*decif.*590.*num.*3.ac Rot. *dec.*757.*nu.*1. *par.*2.*recent.*prout ex eiſdem rationibus eadem Sac.Congreg. Concil. ſub anno 1640. indulſit ArchiepiſcopoFirmano intereſſentiam eius Vicarij Generalis in actibus Capitularibus Canonicorum Eccleſiæ Metropolitanæ.

De viſitatione Confraternitatum,ſeù Societatū? Vide formam extenſam de Viſitatione. tom.9.Conſult.149.num.85.108.157.187.188.

An Confraternitatibus ſecularibus liceat queſtuare ſine licentia Epiſcopi? An hæc licentia poſſit ad tempus concedi? alia de hac re. An poſſint Confraternitates confirmare ſuum Priorem,aliumuè Officialem,prohibente id decreto Synodali? An conſtitutiones Synodales ſint neceſſariò confirmandæ, vt obligent? De cauſa in Rota cum clauſulis ſolitis,Vbi, an Sac.Congr. Epiſc.habeat iuriſdictionem aliquam poſtquam cauſa eſt legitimè introducta coram alio Tribunali? tom.10.Conſult.8.

Tenendum eſt, non licere Confraternitatibus laicis quæſtuare ſine licentia Epiſcopi, qui etiam ad tempus illam concedere poteſt,& cum onere reddendi rationem, & cum clauſula reſeruatiua Iurium Partium. Et quoad licentiam ad tempus, itàetiam eſt de Iure, cum conceſſio huiuſmodi licentiarum pendeat à libero arbitrio Epiſcopi. Vitalin.*in Clement.* 2.*num.*15.*de pænit.& remiſſ.*

Quod verò ad confirmationem Prioris,ea prohibetur à Statuto Synodali,quod Confraternitas iurauit obſeruare. Nulla igitur eſt illius confirmatio, cum iuramentum ſit ſeruandum,*cap. Clericus* 35.*de Iureiur.* Imò de Iure nulla eſt confirmatio ſine licentia Epiſcopi,vt declarauit Sac.Congreg.teſte Ricciullo *lib.*4. *eluenbr. Eccleſ.cap.*5.*num.*8.

Et quoad Iuriſdictionem Sac. Congregationis; hæc non habet iuriſdictionem aliquam, poſtquam cauſa eſt legitimè introducta coram alio Tribunali.

Ac ità vt non obſtet, quod cauſa ſit commiſſa cum clauſula *ſine præiudicio executionis*: Nam huiuſmodi clauſula præſeruat executionem decretorum iam factorum, ſed non poteſt Iudex à quo, neque alius exequi, niſi decreta prout iacent, non autem alia facere, vt declarat Rota in *Camerinen. hæreditatis* 17. Maij 1621. coram Pirouano; nihil igitur videtur à Sacra Congregatione inſtantibus Confraternitatibus, quandò cauſa eſt legitimè introducta in Rota, cum clauſulis *Quam, & quatenus cum incidentibus, emergentibus,annexis,& connexis,totoque negotio principali.*

1 *An ſit annuendū petitioni Confraternitatis Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorū, vt oblationes ipſi oblatas intuitu dicti Ordinis, conuertat in aliud opus pium? Et*

2 *An id ſaltem ex gratia ſit concedendum?* tom.10. Conſult.52.

Negatiuè, quia prætenſio Confraternitatis tendit ad diminutionem, ac deſtructionem operis Redemptionis Captiuorum, quod ex ſuo Inſtituto, & Regula competit Religioſis Sanctiſſimæ Trinitatis. Cum enim propriè non ſuppetant facultates dicti Ordinis prò Redemptione Captiuorum facienda, indiget eleemoſynis Fidelium, vt in Bulla Clementis VIII. Quarè ſi eleemoſynæ ab ipſis Confratribus oblatæ intuitu Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, ac eius Inſtituti auferantur, nec dentur eius Religioſis, ceſſabit ipſorum proprium Inſtitutum.

Ad hæc ſi huiuſmodi Confratrum petitio exaudiretur, induceretur exemplum alijs Confraternitatibus. Patet id exemplo Archiconfraternitatis Confalonis Vrbis, quæ habet Priuilegium à Sixto V. vt ipſa ſola in ditione Eccleſiaſtica recipiat eleemoſynas, & legata prò Redeptione Captiuorum, & tamen plures anni elapſi ſunt, abſque eò, quod aliquem captiuum redemerit, pecuniaſque collectas expēdit in ducendis Matrimonio Virginibus. Ità pariter poſſent facere aliæ Confraternitates; ſicque nec ipſæ rediment captiuos,& Redemptores ex inſtituto priuabuntur ſuo piiſſimo munere.

Ad 2. Neque quidem ex gratia, nam Sedes Apoſtolica non concedit gratias in præiudicium Tertij, cui quæſitum eſt Ius Io.Andr.*in cap.dub.num.*5. *de priuil.* Butr. *conſ.*19. *num.*9. Natta *conſ.*4. *n.* 6. præiudicium autem euidentiſſimè patet ex dictis.

De Confraternitatibus laicorum, Earum Origo, Progreſſus. De Canoniſſis. Quas functiones Capellani Confraternitatum in earum Eccleſijs peragere poſſint? Deque Iuribus Parochialibus in eorum Eccleſijs. tom. 10. Conſult. 103. Vide, quę dicta ſunt pluribus in locis, præcipuè de Sepult. elect. tom. 1. Conſult. 17. de Proceſſion. eodem tom. conſuit. 307. & de Parocho eodem tom. Conſult. 337. Item tom. 3. tom. 4. & alibi ſæpè.

DE CONGRVA.

An Clerico, cui, ex priuilegio Cap. Odoardus de ſolut. *fuit aſsignata Congrua prò ſua neceſſaria ſubſtentatione, nè cum dedecore Ordinis mendicare cogatur, ſit ei aſsignanda in tot bonis ſtabilibus, an verò bona omnia detrahenda cum onere Creditoribus dictam congruam ſoluendi?* tom. 1. Conſul. 273.

RESp. poſſe aſſignari aliquod ſtabile, eius vita durante. Ita cenſuit Sac. Congreg. Conc. in vna *Romana*: 14. Martij 1648. *ad cap. 2. ſeſſ. 21. de reform.*

Quænam portio annua ſit aſsignanda à Regularibus Vicarijs Curatis perpetuis? Vide de Regularibus tom. 3. Conſult. 31.

An ab aſsignatione Congruæ Parochialis detur appellatio ſuſpenſiua? Vbi de appellatione in cauſa alimentorũ. De Congrua debita Curatis, atq; Epiſcopis nonnulla? tom. 4. Conſult. 127. Item vide tom. 8. Conſul. 60. à n. 12.

NEgatiuè, nam licet de iure in omni caſu appellatio ſit regulariter permiſſa. *l. illum. C. de coll. l. 3. in fin. ff. de prænar. cap. 11. de ſent. excom.* tamen regula in caſu Congruę, quæ datur ratione alimentorum, locum non habet, cum ſit cauſa priuilegiata, & ideò quanquam ordinaria concedatur Commiſſio appellationis, diuerſimodè tamen id fieri ſolet; nam aut agitur de alimentis futuris, vel præſentibus, vel de præteritis; Si igitur de præſentibus, aut futuris datur appellatio, ſed addita clauſula: *ſine retardatione præſtationis alimentorum*: Quia, cum venter dilationem non patiatur, in huiuſmodi alimentis ſimpliciter non admittitur appellatio itàut ipſorum traditio ſit retardanda. Bart. in *l. Mila nu. 5. & in addit. v. appellatio ff. de alim. & cib. leg.* & alij; Si verò agitur de alimentis præteritis, cauſa non eſt, ità ſummaria, quia non militat eadem ratio. Iaſon. *in d. l. de alim. num. 5. & 6.* vbi Barthol. *ſpecul. l. cit. §. in quibus num.* 11. Caputaquen. *deciſ.* 74. *lib.* 1. & proindè, nec eadẽ debet habere priuilegia; Quarè S. Cõg. Cõc. *in Neapol. Cõgruę* die 9. Febr. 1669. reſcripſit: *Parochus vtatur Iure ſuo.*

Enim verò ſiuè intelligamus de Diœceſi, & Epiſcopo, ſiuè de Parochijs inferioribus, Rectori, Curato debetur Congrua, ideſt portio ſufficiens ad vitam ſubſtentandam, iuxtà eius gradum. *cap. extirpandę. cap. de Monachis, de præben. cap. 1. eodem in 6.* Rota apud Farinac. *par. 1. dec.* 420. *num.* 3. quod ſi omninò certum non eſt, nõ habere Congruam, præſumitur habere: quia quodlibet Beneficium Curatum præſumitur Congruum, ſibique imputet, qui tunc acceptauit. Rota ibi *num.* 4. Si verò conſtet non habere Congruam, huiuſmodi acceptatio Parocho non præiudicat: nam iſta Congrua debetur Parochis, nè vacantes quærendo ſibi victum, deſerant curam animarum, vel nè ob nimiam egeſtatem in illa exercenda committant, quæ non deberent committere, neuè ſint ludibrio ipſis Parochianis, quos debent coercere. Et proindè, cum id non concernat præcipuum commodum ipſius Parochi, ſed ordinis Parochorum, & curæ animarum, conſenſus Parochi tacitè reſultans ex acceptatione tenuis Beneficij, in nulla debet haberi conſideratione, cum alias ad prędictum effectum, neque expreſſius quidem ſuffragetur.

Hæc autem Congrua in primis debetur de decimis, quæ tàm Iure Diuino, quàm poſitiuo ſpeciatim deſtinatæ ſunt ad vſum Rectoris ſuſtinentis curam animarum. *cap. cum contingat, cap. cum in tua, cap. Parochianos de decimis, can. reuertimini 16. quæſt. 1. can. omnes decimæ 16. quæſt. 7. cap. fin. de Paroch.* & Rot. *loc. cit.* Quod procedit etiam ſi ex priuilegio Apoſtolico decimæ percipiantur ab alijs; quia intelligitur cum onere, vt Congrua remaneat Rectori. Rot. *ibidem nu.* 7. quod ſi decimæ nullæ, vel exiguæ ſoluantur, debent Parochiani, qui percipiunt Sacramenta, Congruam ſubminiſtrare, vel ſupplere. Eadem Rot. *num.* 8. & Sac. Congr. Epiſc. & Regular. in *Interamnen.* 27. Martij 1601. & 18. Iunij 1602. & 7. Septembr. & 18. Martij 1603, in quam non computantur incerta, quia vitæ ſubſtentatio ab incertis pendere non poteſt. Rot. *ibidem num.* 2. Taxaturque ſecundum conſuetudinem locorum, & qualitatem perſonarum, & taxata à Commendatore, debetur etiam à Succeſſore. Sac. Congregat. Epiſcoporum in *Lauretana* 14. Nouembris 1603 *cap. 3. ad hac de offic.* Prò Curato tamen ordinario ſolet taxari duobus aureis, vel tribus ſcutis monetæ prò quolibet Menſe Sac. Congr. Epiſcop. in *Callien.* 29. Octobris 1616. Congrua verò portio pro Subſtituto Parochialis annui redditus trecentorum aureorum, non debet eſſe minor quinquaginta, nec maior centum aureis prò quolibet anno, conſideratis qualitatibus Perſonæ, temporis, & loci, necnon quantitate fructuum ipſius Parochialis.

Sac.

Sac.Congreg.Conc.in *Aſten.* 28.Octobris 1585 ex Conſtit.B.Pij V, *Ad exequendum* . Quæ tamen intelligitur de Vicarijs poſt Coneilium creatis, nec extenditur ád veteres, qui ſuos certos, & pingniores redditus habent. Alibi fuit reſcriptum pró Congrua Vicariorum, ſi Beneficium non excedat centum, eſſe triginta, ſi excedat, eſſe tertiam partem. Quod ſi pró tenuitate aſſignentur omnes fructus, Monaſterium &c. liberatur ab onere ſoluendi quindennium, ſed Vicarius tenetur Bullas Apoſtolicas expedire, & annatam ſoluere ex dicta Conſtitutione, nequè habenda eſt ratio oblationum: quia ſunt exiguæ, & incertæ: pendent enim ex libera offerentium voluntate; & ideó ad certam ſummam redigi non poſſunt, quod in primitijs dici nou poteſt. Oldra.*conſ.* 118.Anchar.*in Clem.vnica col.pen.de conceſſ.præb.* & alij. Rot.coram Mantic. *deciſ.* 269. *num.* 6.

Archiepiſcopo Tranenſi ſuſpenſo fuerunt aſſignata ſcuta 50.pró quolibet Menſe ex Sac.Cõgreg. ſuper Epiſc. 6. Octobris 1645. Epiſcopo Amiclenſi Coadiutori Archiepiſcopi Alborenſis in Sardinia mille ſcuta annua monetę Romanæ, abſque incertis, quæ cedere deberent Archiepiſcopo.Sac.Congreg.eadem in *Oreſtana* 18. Nouembris 1639. Quod ſi eſt pauper, non poteſt hanc Congruam ſibi in literis Apoſtolicis aſſignatam remittere.Sac. Cong. Conc. 26.Iunij 1621.

Die 11.Iunij 1568. apud Sanctum Petrum in Cõſiſtorio San. Sua decreuit omnes penſiones aſſignatas Suffraganeis ſuper fructibus Eccleſiarum, quibus præficiuntur, tranſire ad Succeſſores, dummodó illi Eccleſijs, quarum ſunt ſuffraganei, deſeruiant, vel ſaltem per ipſos non ſtet, quin inſeruiant, aliás ſtatim cenſeantur extinctæ. Suffraganei veró deinceps dari non poſſint Archiepiſcopis, & Epiſcopis, etiam quibus ſolent concedi; niſi pró eorum ſubſtentatione aſſignentur ſuper fructibus Eccleſiarum, quibus ſuffragari debent, tercenti, vel ſaltem ducenti ducati aurei de Camera. Item Epiſcopis grauatis penſionibus aſſignari ſolent pró Congrua mille ducati annui, de quibus lecuti iam redditi per ſchedulam menſariam, vel alio modo coguntur relinquere Penſionarijs adminiſtrationem bonorum Menſæ, ſeù alterius Beneficij. Sac. Congreg. ſuper Epiſcopis in *Alerien.* 25. Ianuarij 1528. & 29. Martij. & 24.Maij eiuſdem Anni. Prætereà debet Epiſcopus adiutus dare ſuo Coadiutori commoditatem habitationis in Palatio Epiſcopali, & omnia neceſſaria pró exercitio Pontificalium, & alijs Epiſcopalibus functionibus, Sac.Congreg.Epiſcoporum in *Nicoteren.* 27.Iunij 1619. Epiſcopi veró loco Congtuæ, ſi indigeant, ſolent exigere charitatiuum ſubſidium, de quo alibi. De Epiſcopis autem Suffraganeis, ac Titularibus, vide Fagnanum *in cap. Epiſcopalia de Priuileg.*

A quo, & quomodò ſuccurri debeat Eccleſiæ, vel ædibus Parochialibus, ſi refectione indigeant? Vbi quantum Parocho ſit aſſignandum pró ſua Congrua ſubſtentatione. Vide de Parocho tom. 8. Conſult.60.

An aſſignatio Congruæ Parochialis conſtitui poſsit à particularibus hominibus in pecunia numerata? tom.9.Conſult.70.

AFfirmatiuè ex doctrina Zipei *lib.* 3. *reſp.* 3. *de Congrua Parochi, & Vicarij num.* 13. Vbi ex mente B Pij V. aſſignationem fieri poſſe ait in quota fructuum, pecunia numerata fundo, ſeù alia re ſtabili. Ità Sac. Congreg. Viſitationis Apoſtolicæ pró Eccleſia Parochialis Sancti Venantij de Vrbe Iuriſpatronatus Nationis Camertis ex conceſſione Clementis X. reſpondit, ſtipendium præfatæ Parochialis conſtitutum à tribus Ciuibus eiuſdem Nationis in actu emptionis dictæ Eccleſiæ, qui non ſolum ſeipſos, ſed hæredes, & bona ſua obligarunt pró ſubſtentatione Parochi in ſcutis ſex quotquot Menſibus, donec aliter prouiſum fuerit, eſſe congruum, & validum.

1 *An, & quatenus Rector Eccleſiæ Matricis teneatur ad ſupplementum Congruæ Rectori Eccleſiæ filialis?*

2 *Et quid de Congrua Rectoris Eccleſiæ non filialis, vel Vicarij?* tom.9.Conſult. 167.

AD 1. Affirmatiuè, idque ex fructibus Eccleſię Matricis, iuxtà decretum Sac. Concil. Trident.*ſeſſ.* 21. *cap.* 4. *§. In ijs veró de reformat.* Quod etiam eſt conforme diſpoſitioni Iuris communis *in cap.ad audientiam* 1. vbi Card.*nu.* 5.cæterique Canoniſtæ *de Eccleſ.ædif.* & procedi in quacumque Matrice, vt declarauit Sacra Congreg.Conc.*ad.d.cap.*4. vbi quod de omnibus corporibus bonorum Matricis indiſtinctè ſubueniendum eſt Eccleſiæ filiali.

Quod autem Eccleſia ſit matrix conſtare poterit, quod ſit antiquior Parochialis, quòdque ab immemorabili tempore omnia iura Parochialitatis exercuerit in totum populum, etiam Eccleſiæ filialis, atque ex alijs argumentis, de quibus Azor.*Inſtit.moral.lib.* 2. *cap.*3. *in fin. verſ. Matrix*, & nos alibi.

Secus autem dicendum eſt ſi Eccleſia filialis non eſſet erecta ad reſcriptum *cap. ad audientiam* 1. *de Eccleſ.ædif.* Sed eſſet Parochialis ex ſe, haberetque ſuos limites diſtinctos *Can. denique* 14. *quæſt.* 5. Oſtienſ. *in cap.* 2. *num.* 5. *de Eccleſ. ædif.*

Hinc alia extant remedia, quibus paupertas Eccleſiæ Parochialis ſubleuetur abſque fructuum alterius Eccleſiæ diuiſione: nam idem Sacr. Conc.Trident.*cap.*13.*§.in Parochialibus ſeſſ.*24. pręcipit, vt Epiſcopus, ſi non poſſit prouidere inopię Eccleſiæ Parochialis per vnionem Beneſi-

Digitized by Google

neficiorum, iuxtà decretum *cap.5.ſeſſ.21.*curet, vt primitiarum, vel decimarum aſſignatione, aut prò Parochianorum Symbola, & Collectas redigatur, quantum Rectoris neceſſitati ſufficiat.

Ad alia reſponſum eſt ſatis ſupra tom. 4. Conſult.127.quò adi.

An Congrua ſcutorum centum conſtituta Archipresbytero debeat eſſe de iuliis decem prò quolibet ſcuto? Vide de Parocho tom. 9. Conſult. 169. Sum. num.3.

DE CONSERVATOR. REGVLARIVM.

An poſsint eligi in Conſeruatores Regularium Archiepiſcopi, & Cardinales, tom. 1.Conſult. 113.

AFfirmatiuè. Etenim ex Conſtit. Bonifacij VIII. *in cap.fin.de offic. Deleg.in 6.* innouata per Gregor. XV. *in nouis de Conſeruatoribus*, poſſunt eligi in Conſeruatores Epiſcopi, eorumque Superiores, ità poſt Doctores in *dicto cap.fin.*notat Azor.*inſtit.moral.lib.3.cap.3.q.4.*Fuſc.*de viſitat.lib.2.cap.23.num.4.* & alij.

Quo caſu videntur etiam eligi poſſe Archiepiſcopi, & Cardinales, qui ſunt Superiores Epiſcoporum ex *cap.Paſtoralis de Offic.Ordin.* Gloſ. *verb. Superioribus cap. Quia periculoſum de ſent. excom.in 6.*& alibi, quod videtur eſſe de mente Sac.Congreg.Conc.dum declarauit in Conſeruatores poſſe eligi Epiſcopos, eorumque Superiores.

1 *An poſsint eligi in Conſeruatores priuilegiorum Regularium ipſi Regulares, cuiuſcumque ſint Ordinis, aut Societatis?*

2 *An Conſeruatores priuilegiorum Regularium non legitimè electi poſsint in Epiſcopos ferre excommunicationis ſententiam, eoſque Carceribus mancipare, Sede Epiſcopali priuare, aut indè amouere, ſeù in exilium eijcere, aut ab omnibus relegare?* tom.1.Conſult.165.& tom.10. Conſult.96.

NEgatiuè reſpondit, quo ad primum Sacra Congreg.negotijs Regularium propoſita in vna *Vicentina* die 10.Ianuarij 1605. iterum 6.Octobris 1617.apud Fagnan.*ad cap.Sanè 12. de offic. deleg.* Quærenti enim Archiepiſcopo Turritano: An Regulares vnius Conuentus, Monaſterij, vel Domus, aliquem Priorem, ſeù Guardianum, vel quemuis alium, licet dignitate Regulari fulgentem, in ſuum Conſeruatorem eligere, vel deputare poſſint. Sacra Congreg.reſpondit: *non poſſe.* Id quoque etiam cenſuit Sac.Cong.Conc 9.Octobris 1618. decernens, quod non ſolum Regulares eſſe non poſſunt Conſeruatores, ſed etiam eſſe debere Clericos ſæculares idoneos.

Secus dicendum de Abbatibus Regularibus, quia Abbates perpetui habent iuriſdictionem Epiſcopalē in locis ſuis, vt notat Gloſ.in *v.Abbates*, quæ qualitas transferri nō poteſt ad Mendicantes, quamuis ij Prælaturā inter ſuos exerceant: quia non dicuntur propriè in Eccleſiaſtica Dignitate conſtituti, de quibus eſt ſermo in Conc.Trident. *ſeſſ. 24. cap. 5. de reformat.* & in Conſtit.Gregorij XV. de Conſeruatoribus.

Demum ratio præcipuà, cur Regulares Mendicantes, necnon Monachi Congregationum vnitarum non debeant eſſe Conſeruatores ſuorum Priuilegiorum eſt, quod ſi delinquant in Officio non ſubijciuntur correctioni: quia parerato delicto, vel diſcedunt ad alias Prouincias, vel latent irreperibiles. Quod non contingit Clericis ſæcularibus, in Beneficijs ſuis neceſſariam reſidentiam habentibus; Nec competit Abbati perpetuo, de quo in dicto *cap.Statuimus.*

Ad ſecundum reſpondendum eſſe videtur ex Concil. Trident. *ſeſſ.13. cap. 6. & ſeſſ. 24. cap.5. de reform.* non poſſe ob præſtantiam Epiſcopalis dignitatis.

Nequè obſtat *cap.2.de Offic.Deleg.* vbi quod Conſeruatores poſſunt procedere ad ſuſpenſionem, & cenſuras Eccleſiaſticas contra Epiſcopos proteruos,& culpabiles. Nam primò reſpondetur, Textum illum procedere, quandò Conſeruatores ſunt in pari dignitate Epiſcopali. Secundò; Procedere in Conſeruatores à Sede Apoſtolica immediatè electos, vt ibi notat Gloſ. Poſtremò reſpondetur, Textum, quatenus illi locus eſſet, declarari per Conc. Trid. illum non procedere inCauſis controuerſiæ Iuriſdictionis inter Ordinarium, & ipſos Conſeruatores: nam tunc omnis competentia debet à Summo Pontifice declarari, ſolo Iudice competente in Epiſcopos,

An Conſeruatores Regularium in cognoſcendis cauſis eorundem Regularium habeant Iuriſdictionem priuatiuè, quòad Nuntium Apoſtolicum, habentem poteſtatem Legati de Latere? tom.1. Conſ.392.

NEgatiuè. Ità declarauit Sac. Congregatio Concil. in vna *Florentina* 16. Nouembris 1652.

An Conſeruator, qui eſt Presbyter ſæcularis Diœceſanus habitans in domo propria, in cauſis proprijs, tàm Ciuilibus, quàm Criminalibus, ſeù mixtis ſubiaceat Ordinario? tom.2.Conſult.24.

AFfirmatiuè, quia neque in Iure, neque in Conſtitutionibus Apoſtolicis reperitur, quod huiuſmodi Conſeruator ſit exemptus à Iuriſdictione Ordinarij, ac proindè coram eo,

Digitized by Google

eò, & ab eo puniri poteſt, & conueniri, etiam ſi delinquat in Officio. Farinac. *in fragmen. crimin. par. 2. lit. I. num. 973. & ſeqq. ac num. 977.* Barb. *de poteſt. Epiſc. cap. 106. par. 3. num. 37. poſt med.* & in terminis Conſeruatorum Ceſped. *de exempt. Regul. dub. 403. num. 1. & ſeq.* Et ità cenſuit, ac declarauit Sac. Congregat. Conc. 17. Septembr. 1667. in vna *Fauentina Iuriſdictionis.* Nimirum, *huiuſmodi Conſeruatorem ſubeſſe Ordinario.*

An Conſeruator valeat Tribunal erigere, & aſſumere Miniſtros, vtpotè Promotorem Fiſcalem, Notarium, & alios Officiales, ſiuè potiùs vti debeat Officialibus Curiæ Epiſcopalis? tom. 2. Conſult. 25.

NEgatiuè, quoad erectionem Tribunalis, attenta clara diſpoſitione Sac. Conc. Trident. *ſeſſ. 14. cap. 5. de reform.* necnon inſpecta Conſt. 9. Gregorij XV. quæ quoad Conſeruatores, compræhendit etiam Milites Hieroſolymitanos ad eundem locum Conc. *num. 6.* Quod autem habere Tribunal erectum ſit proprium Iudicis Ordinarij ad effectum, de quo agitur. Monet. *de Conſeruator. cap. 8. num.* 112.

Excluſa igitur facultate erigendi Tribunal, ſequitur, quod Conſeruator vti debeat Notario, & Officialibus Curiæ Epiſcopalis, vt reſoluit Sac. Congreg. Epiſc. &. Regul. in *Vicentina* 10. Ianuarij 1605. & alijs allegatis, tradit Gauant. in *Manual. Epiſc. verb. Conſeruatores num.* 17. 19. & 33. eſtque id quod ſpectat ad ſecundam partem; vtramque verò refert deciſam Nicol. *par. 2. lucubr. lib. 1. tit. 29. §. 8.*

An à Conſeruatoribus Regularium detur appellatio ad Delegatum Apoſtolicum in Regno Sardiniæ? Vide de Appellatione tom. 3. Conſult. 1.

An Conſeruatoriæ omnes comprehendantur ſub Conſtitutione Gregorij XV. & Sac. Conc. Trident? tom. 4. Conſult. 162.

AFfirmatiuè. Omnes etenim deputationes Conſeruatorum, authoritate Apoſtolica factæ, abrogatæ fuerunt in dicta Conſtitutione Gregoriana §. 1. & 13. & ad nouas deputationes ibi deueniri mandatum fuit, & quidem in Perſonas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ac ſimul electas in Iudices, aut in Concilijs Prouincialibus, aut in Diœceſanis, vt *ibidē* §. 2. & de comprænhenſione generali dubitari non poteſt, quia Sac. Conc. loquitur per verba vniuerſaliſſima: *Nemini omninò cuiuſcumq; Dignitatis, & conditionis ſit, etiam ſi Capitulum fuerit.* Quæ non poſſunt eſſe latiora, & cum ſint concepta negatiuè, potentiùs negant, quàm ſi affirmatiuè. Gloſſ. *in l. Hoc genus* 105. *in fin. ff. de condit. & demonſt.* Rimin. iun. conſ. 263. *num. 4. & ſeqq.* & alij. Et Conſtit. Gregoriana, etiam loquitur de quibuſcumque Conuentibus, Capitulis, Militijs, Congregationibus, Collegijs &c. quæ pariter ſunt ampliſſima. Archid. *in cap. ſi ſibi num. 4. de præb. in 6.* & alij.

An Superior Regularis Nuncium Apoſtolicum non Iudicem Synodalem, & vltrà duas dietas diſtantem poſſit in Conſeruatorem eligere? Vide de Regularibus tom. 7. Conſul. 10. Sum. num. 2.

An Regulares habentes Conſeruatorem legitimè electū, debeant coram eodem conueniri in cauſis ciuilibus requirentibus diſcuſſionem, & iudicialem indaginem, quandò ſunt Rei. An potiùs coram Ordinario? Vide de Regularibus tom. 8. Conſult. 33.

An, quatenus, & qui Regulares eligi poſſint in Conſeruatores Regularium, & alia? tom. 10. Conſul. 96. Vide ſupra tom. 1. Conſult. 165. vbi ſatis.

De Crimine Læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel Humanæ. Vide de Hæreſi tom. 1. Conſult. 55.

De Cura Animarum Iure. Vide de Parocho.

DE
DECIMIS ECCLESIASTICIS.

An, & quandò Regulares teneantur ad ſolutionem Decimarum? tom. 1. Conſult. 355.

SAC. Cong. in vna *Polonien., ſeu Cracouien. Decimarum*, die 17. Iunij 1645, itccum, atque iterum auditis Regulatibus, & pezcipuè Societatis Ieſu, cenſuit ab eiſdem PP. ſoluendas eſſe Patochis, & alijs Beneficiatis Decimas, quæ ſolnebantur à Laicis, priuſquàm bona in ipſorum Regularium proprictatem fuerint translata, firmis tamen remanentibus tranſactionibus deſuper factis. Quod etiam renonauit iu vna *Ripana* die 19. Martij 1647. ac ſæpè alibi, additque etiam non obſtare Conſtitutionem Gregorij XIII. quæ fuit eedacta ad viam iutis. Et contra Peyrinum, Henriquez, Pottellum, Fagundez, & alios, quorum doctrioam ſæpè etiam hac in re repudiauit Rota, quia ſi, vt ipſi Regulaees aiunt hoc Priuilegium eſt reale, res tranſit cum onere ſuo,

An, & quatenus Regulares teneantur ad Decimas Parochis aliiſque ſoluendas? & qua ratione decima Parochiarum ad Monaſteria peruenerint? tom, 8. Conſult. 8.

AFfirmatiuè ex eiſdem rationibus ſupra adductis, quæ ſententia hiſee temporibus tenenda eſt: quia Parochi habent intentionem fundatam in iuee, etiam, contrà Regulares peó exactione Decimarum eotum bonorum, quæ ad eoſdem Regulares cum hoc onere trãſierunt per text. *in cap. fin. §. pæn. de Decim.* cum alijs, quos congerit *Rebuff. de Decim. quæſt.* 5, *num.* 20,

Neque veró ptiuilegia Regulariom hane ſententiam turbant, nam illa intelligi debent de Decimis, quæ Parochis, atque Eccleſijs de Iure communi debentur, non autem de Decimis, quæ prçter Iuris communis diſpoſitionem, aliquo etiam Iute ſpeciali ſoluuntur, cuius Iuris notitia, cum non præſumantue in Pontifice, omnia Iura habente in ſcrinio pectoris ſui, derogationes, quamuis ampliſſimæ, & ex certa ſcientia, ac motu proprio, ad dictum Ius ſpeciale trahi non poſſunt. Menoch. *conſ.* 36. *num.* 59. *& ſeqq.* Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 40. *num.* 71. Filiuc. Theologus grauiſſimus ex Societate Ieſu *tr.* 27. *par.* 2. *cap.* 8. *num.* 179. Rot. *deciſ.* 1293. *num.* 1. *& ſeq.* coram Seraph. Quam ob rationem licet Sac. Congreg. S. Officij cenſuerit, quod à Decimarum ſolutione S. Officium prò quacumque cauſa impoſitarum ſit exemptum pró bonis eiuſdem S. Officij vt 21. Iunij 1581. & 20. Octobris 1594. & 2. Auguſti 1605. & 13. Septembris eiuſdem anni, & ità Sanctiſſimus mandauit ſeruari perpetuis futuris temporibus, vt 20. Maij 1604. & 12. Octobris, ac 7. Decembris 1621. Nihilominus declarauit, quod ſi prædia; & bona acquiſita S. Officio, antequam acquirerentur erant ſolita ſoluere Decimas, tunc debent ſolui, vt 12 Decembris 1619. alias eſt exemptum, vt 11. Iunij 1620. & in literis Epiſcopo Vicentino, ac Inquiſitori datis 19. Decembris 1587.

Id quod magis aſſerendum eſt in ijs locis, in quiqus Parochi, & Beneficiati ante huiuſmodi Priuilegia erant in continua poſſeſſinne percipiendi Decimas ex bonis ad Regulares tranſeuntibus, itàut propterea extendi non poſſiot in præiudicium eorundem Parochorum, vt firmat Monet. *de decim. cap.* 5. *quæſt.* 2. *concl.* 5. *nu.* 55. *& ſeqq.* Rodtiq. *in quæſt. Regular.* 44. *col. pen. tom.* 2. & alij,

Quod ſi hæc procedunt reſpectu Regularium, quotum intuitu conceſſa videntur peiuilegia, multò fortiùs locum habent contra Colonos, itàut, etiam data exemptione Regularium, nõ ſint exempti eorum Coloni: quia Priuilegia huiuſmodi ſunt perſonalia, uec tranſeunt ad Colonos, *cap. de decim* Seraph. *dec.* 827. *num.* 7. *& in Placentina Decimarum* 20. Decembris 1628. coram Card. Virili, pręcipuè quandò ſunt Coloni pattiarij, & prò ſe accipiunt integram medietatem fructuum, quemadmodum Coloni cuiuſuis laiel, quibus prò ſua tata Colonica ſoluentibus Decimas, nihil depetit Regularibus, Atque ità declarauit ſæpius Sac. Congtegat, Epiſeoporum, & Regularium ſctibens Archiepiſcopo Salernitano 6. Octobris 1617. apud Synodum Caputaquenſem 1628. *ſeſſ.* 3. *cap.* 10. *num.* 2. ſcilicet ad Decimas ptædiales ſolnendas teneotur etiam Regulares poſſeſſores territoriorum, ex quibus antea ſolni conſueuerant. & Sac. Congregatio Conc. præſertim in *Ripana* die 16. Martij 1647.

In executionē igitur relatorum dcctetorum Sac. Congr. Conocilij poſſunt peti à Regularibus etiam Decimæ ante dictum deeretum, non ſolutæ, cum etiam Decimæ ante dictum decretum Sac. Congr. ſint debitæ. Tam quia Sac. Cong. non proceſſit per viam nouæ legis, ſiuè Conſtitutionis, ſed in forma decla-

ra-

Digitized by Google

rationis, vt ſolet interpretando diſpoſitiones Apoſtolicas ſuper priuilegiis à Regularibus allegatis. Rot. *dec.* 50. *ibidem*. Add. *num.* 13. *coram Buratt*. Tùm quia, cum ipſæ decimæ petantur, non vt fructus alicuius ſortis debiti Parochialis, neque acceſſoriè, ſed tanquam ſors ipſa de ſe debentur Iure dominij & veniunt etiam decurſę ante motam litem, vt in fortioribus terminis fructuum dixit *Rota dec.* 3. *num.* 6. *& ſeq. & dec.* 281: *num.* 4. 5. *&* 6. *p.* 7. *rec.* & alibi.

Porrò cũ ab initio pleraque Monaſteria, nihil ferè aliud quã, ſcholę, & Collegia ſtudiorũ eſſent, in quibus Iuuentus piè erudiebatur, ac indè Doctores, & Parochijs præficiebantur, factum eſt, vt Oppida, & Vici ſuas Parochias cum decimis traderent, & prorſus donarent Monaſterijs, vt ex ijs Eccleſiis, & Parochiis, veluti ſuis, & doctos, idoneos homines præficerent. Tãdem ob redemptionem animarum, & ſalutẽ æternam conſequendam decimæ Monaſterijs ſunt contributæ. Alioquin decimæ nullę datæ ſunt ab initio Monachis, cum ſe ſe manuum ſuarum labore alerent, eas autem demùm accipere illis licebat, ſi ad Clericarum promoti, & Parochię alicui præfecti fuiſſent.

An diſpenſari poſſit cum Catholicis, eorumque famililiſs, vt in partibus hæreticorum poſſint pecuniaſibi acquirere decimas, ab ipſis Hæreticis vſurpatas? tom. 7. Conſult. 24.

AFfirmatiuè, etenim, licet laici ſint incapaces Iuris ſpiritualis, non ſunt tamen incapaces fructuum decimarum, qui temporales, ſunt; Pontifex enim eſt ſupremus diſpenſator horum fructuum, ac proindè poteſt illos applicare cuicumque voluerit, ſi ſecundum rectam, & conuenientem cauſam expedire iudicauerit. Suarez *tom.* 1. *de Relig. cap.* 5. *num.* 3. In hoc autem caſu iuſta, & expediens videtur cauſa interuenire: Nam huiuſmodi decimæ hoc pacto deueniunt ad Catholicos cum euidenti Eccleſiæ vtilitate.

Atque ità cum Henriquo Corcagenſi in Hibernia Vrbanus VIII. diſpenſauit, vt bona Eccleſiaſtica ab Hæreticis empta tuta conſcientia retinere valeat, cum clauſulis tamen diuerſis, vt videre eſt ſub anno 1631. & cum alio diſpenſauit 1633. & cum alio 1639. & Greg. XV. ſub die 7. Iulij 1622. cum Hibernus petijſſet ſecum diſpenſari, vt Monaſterium Ordinis Ciſtercienſis à Regibus Angliæ, mediante notabili pecuniarum ſumma acquiſitum, retinere poſſit, cum eo, ac eius ſucceſſoribus diſpenſauit, cum clauſula, durante tantum ſchiſmate in illis partibus, ac interim, tàm ille quàm ſui ſucceſſores teneantur erogare eleemoſynam Catholicis pauperibus iudicio Confeſſarij, meminerintque bona eſſe Eccleſiæ, & cum iuramento coram Ordinario promittant, ſe, ceſſante ſchiſmate, dicta bona ſtatura iudicio Eccleſiæ.

Eadem diſpenſatio cum eiſdem clauſulis conceſſa fuit Viro nobili, & Catholico Hiberno 19. Nouembris 1620. eademque conceſſa nobili Boemo, mandante Paulo V. ſcribi Nuncio Apoſtolico, vt adimpletis per dictum Virum Nobilem conditionibus oblatis, eum in foro conſcientię ſecurum reddat, ſed oretenus tantum, nihil ei dando in ſcriptis, vt ſub die 6. Octobris 1605.

Eleemoſynę verò huiuſmodi aſsignandæ videntur illi Religioni, cuius erant decimę, quemadmodum aſſignatę fuerunt in vſum Religionis Ciſtercienſis, vt eleemoſynę prouenientes ex bonis Monaſteriorum eiuſdem Religionis in Hibernia, quę poſt ſchiſma peruenerunt ad ſeculares Catholicos, aſſignentur in vſum Religionis Ciſtercienſis, nec liceat cuique Confeſſario illas in aliquem alium vſum conuertere, prętextu cuiuſuis indulti Apoſtolici, vt ſub 19. Iunii 1624.

An Eccleſia exiſtens in poſſeſſione percipiendi Decimas frumenti, & aliorum frugum, quæ ex prædijs colliguntur, ſi in eiſdem Prædijs, loco frumenti, & aliorum frugum ſeminetur, vt vulgò dicitur, il grano turco, ò riſo, *poſſit Decimam percipere?* tom. 1. Conſult. 358.

NOn ſolùm poſſe, ſed etiam deberi cenſuit Sac. Cong. Concil. in vna *Ciuitatis* 20, Martij 1649. *ad cap.* 12. *ſeſſ.* 25. *de reſor.* Quandò enim fit mutatio circa fundum decimatorum, decimantur fructus, qui loco priorum ſuccedunt, vt deciditur in cap. *cum in tua, & cap. Commiſſum de decim.* docent Abb. Butr. & alii eo loco, traditque Monet. *de decim. cap.* 4. *num.* 15. Rot. *in Conchen. decimarum de Laxara* 12. *Octobris* coram Iuſto, *& dec.* 66 *n.* 1. *p.* 3. *rec.* & facit, quod quandò fundus ſubiectus ſeruituti quoad quotam fructuum transfertur ab vno genere ad aliud genus fructuum, debetur eadem quota de fructibus, qui nouiter colliguntur; vt tradunt. Gloſ. *in l. certo generi ff. de ſeruitut. ruſticor. præd.* Bart. & alii multi, *ac firmat* Iaſ. *in l. ſi fundum §. qui fundum ff. de legat.* 1. Capoblanc. *de offic. Baron. Pragm.* 11. *n.* 61. quia cenſentur dicti fructus ſubrogati in loco priorum; Quare cum Parochi habeant fundatam intentionem quoad omnes eDcimas cuiuſcumque fundi decimalis exiſtentis intrà limites propriæ Parochiæ, *cap. Quoniam nobilis, & cap. Cum contingat de decimis*, & alibi. Rota in *Hiſpalen. Iuris nominandi* 4. Iulij 1612. & *in Comen. decimarum* 27. Octobris 1606. coram Damaſceno; & *dec.* 667. *part.* 2. *in Poſth.* apud Farinac. ſta-

 tim

Digitized by Google

tim conſurgit in illis ius ad nouos fructus, præſertim cum ſint ſubrogari loco prioris.

Quod adeò certum exiſtimo, vt ſi etiam adſit conſuetudo, quod de certo genere fructuum non ſoluatur decima; ſit tamen ſoluenda, quandò fundus ſubiectus decimis transfertur ad fructus de quibus non ſoluitur, quia conſuetudo eſt ſtricti Iuris *l. 1. §. ſi quis hoc interdicto ff. de itin. actuque priuato* Bart. *ibidem* Alex. *conſ. 122. in fin. vol. 1.* Natt. *conſ. 555. num. 5.* Et proindè non extenditur ad caſum diuerſum, *l. quod meo §. fin. acquir. poſſeſſ.* & notant Becc. cum Iaſone, *&* Natta *conſ. 99. n. 18. ac* Surd. *conſ. 308. num. 6.* eſt enim diuerſa ratio, quandò fundus iam ſubiectus decimis transfertur ad fructus, de quibus conſuetudo obtinuit, quod non decimentur, ac de ſundo ſolito hos fructus ferre: Nam, in hoc caſu conſuetudo fecit fundum de ſubiecto decimationi, non ſubiectum, & ideò fructus non decimantur. At in noſtro caſu fundus eſt ſubiectus decimationi, & ideò fructus ad quos conuertitur non eximuntur à decimatione, ſequuntur naturam ſundi: Conſuetudo enim, quę abrogat vnam legem, non abrogat aliam, eſt autem diuerſa lex, quæ præcipit ſolui decimas de omnibus fructibus ab ea, quę pręcipit ſolui decimas de ſubrogatis fructibus, quandò ſundus de vno genere ad aliud genus frugum transfertur: Nam hoc ſpecialiter ſancitur in dicto *cap. Commiſſum* de decimis. Illud verò in cap. *Non eſt* in cap. *Peruenit* & in alijs, eodem tit.

Et ideò, licet conſuetudo induxerit, quod de aliquo genere non ſoluatur decima, non ob id erit inductum, quod non ſoluatur, quandò fundus decimatorius transfertur ab illo genere frugum, de quo ſoluitur ad aliud, de quo non ſoluitur.

Vtrum ad decimas ab hominibus, & ab Vniuerſitatibus impoſitas ex tranſactione inita cum Baronibus intuitu exemptionum perſonalium, ſub reſeruatione tamen aſſenſus Regij, teneantur etiam Eccleſiaſtici prò prædijs poſt dictam tranſactionem acquiſitis? Vbi de recurſu ad Iudices laicos aliqua. Vide de Immunitate to. 2. Conſult. 48.

An manutenendi ſint aliqui Parochi Vrbis exigendi à Iudæis Pretaticum prò decimis, & oblationibus, quas à Chriſtianorum domibus percipiebant, antequam ad ipſos peruenìſſent? Vide de Parocho to. 5. Conſul. 70.

De Diœceſi. Vide de Epiſc. de Cathedral. ac de Carceribus.

De Defenſione. Vide de Irregular. tom. 7. Conſult. 20. multa à n. 2. & de Bello tom. 9. Conſult. 68.

De Degradatione, & Depoſitione. Vide de S. Officio tom. 8. Conſult. 9. per tot.

De Denunciatione. Vide de Iudicibus tom. 10. Conſult. 199.

DE DIGNITATIBVS ECCLESIASTICIS.

IN quadam Eccleſia ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. [ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.] extant plures Dignitates, ac præbendę Sacerdotales, Diaconales, Subdiaconales inter ſe diſtinctæ hunc in modum. Archipræsbyteralis Dignitas prima Sacerdotalis, Præpoſitura Dignitas ſecunda Sacerdotalis, Archidiaconatus Dignitas tertia Diaconalis, Primiceriatus Dignitas quarta Sacerdotalis; Quoniam autem Archidiaconus in præſens eſt etiam Sacerdos, & in eiuſdem Eccleſiæ ſtatuto iuramento firmato diſponitur, quod functiones Pontificales in Veſperis, & Miſſa magna aliquarum feſtiuitatum exerceantur per Capitulares habentes Dignitates, & Præbendas Sacerdotales. Ideo quæritur:

An ſpectet ad Archidiaconum, qui eſt tertia Dignitas Diaconalis huiuſmodi munia exercere in abſentia primæ, & ſecundæ Dignitatis, an verò ad Primicerium, qui eſt quarta Dignitas Sacerdotalis? tom. 1. Conſult. 6.

AD Primicerium ſpectare cenſeo. Siquidem generalis eſt regula, qua firmatur, diſtinctionem Ordinum in hac materia potiſſimum eſſe attendendam ex *l. 1. & 2. C. vt dignit. ord. ſer. lib. 12.* Quod ſtabiliuit etiam Rota coram Merlin. *dec. 639. nu. 19.* & ſępè alibi atque habetur expreſsè in *cap. Statuimus, de maior, & obed.* ad quem locum Doctores omnes ſuffragantur.

Cum

Cum igitur Archidiaconus habeat Dignitatem, ac Præbendam Diaconalem à ſtatuto Eccleſiæ diſtinctam, & determinatam, non poteſt, nec debet exercere munia, quæ ſpectant ad Dignitatem, ac Præbendam Sacerdotalem, eò vel maximè, quod à ſpeciali Statuto præcisè diſponitur, quod eiuſmodi functiones exerceantur per turnum à Dignitatibus, & Canonicis habentibus Præbendas Sacerdotales; Dignitas enim Archidiaconalis in hac Eccleſia ex dicto Statuto non eſt inſtituta ad dicta munia obeunda, cum non requirat ex ſui inſtitutione Sacerdotium. Quod ſi deindè illud ſuſcipiat, non idcircò poteſt exercere ea, quæ ſunt ordinata Dignitatibus, & Canonicis habentibus Præbendas Sacerdotales: quia qualitas ſuperaddita non eſt habenda in conſideratione in ordine ad has functiones, in quibus attenditur Dignitas, cui ineſt talis Ordo aſſignatus à Statuto, & non perſona. Nequè enim eſt inconueniens, quod vna, & eadem perſona, ob varios reſpectus diuerſo iure cenſeatur, cum hoc ſit concedendum ratione, duplicis iuris, quod vnus, & idem habet, ità vt in vnò caſu poſſit eſſe maior, & dignior, & in alio minor, & minus dignus, *l. miles* §. *prò parte ff. de legat.* 2. Gloſ. *in cap. Quæritur. v. non æquamus* 2. *quæſt.* 6. Dec. *ine. ſanè de offic. deleg.* Tiraquel. *de nobil.* c. 10. *num.* 11. *&* *cap.* 28. *num.* 15. & alij. Firmatque Rota in *Seguntina præcedentiæ* 13. Iun. 1609. coram Pamphilio. Ità quidem Archidiaconus, qui ratione adminiſtrationis Archipræsbytero præfertur; ratione tamen diuinorum poſtponitur, *cap.* 1. *& cap. officium de offic. Archid. & Archipr.* vbi communiter Doctores, traditque Nauar. *conſ.* 636. *n.* 1. Menoch. *conſ.* 51. *nu.* 56.

Ad obiectiones contrarias ſigillatim reſpondetur declarationem *Iuuenacen.* 17. Nouemb. 1607. Sac. Rituum Cong. reuocauit die 9. Maij. 1609. quia attentis Conſtitutionibus præfatæ Eccleſiæ, eadem Congreg. cenſuit Archipræsbytero ſecundę Dignitati, & non Archidiacono, licet primæ Dignitati, competere exercitium Ordinis Præsbyteralis; illam quoque Sanctę Agathę Gotorum 22. Martij 1602. pariter reuocauit, & die 8. Iulij eiuſdem anni dixit: Decanum ex nouiter deductis manutenendum eſſe in exercitio Ordinis, & functionum Præsbyteralium. Ità in Regeſto Sac. Congr. quibus addo declarationem eiuſdem Sac. Cong. in *Landen.* 18. Septembris 1666. ad rem noſtram.

CVm in Dignitatibus Eccleſiaſticis exigatur gradus Doctoratus. Quæritur:

An ſufficiat, quod huiuſmodi gradus ſit ab aliquo collatus vigore particularis priuilegij, an potius requiratur, vt ſit receptus in aliqua publica Vniuerſitate? tom. 1. Conſult. 224.

NEgatiuè. Quam ſententiam magno conſenſu Doctores decidunt, vt apparet ex ijs quos citat Matt. Color. *par.* 2. *cap.* 3. *n.* 13. *de proc. execut.* Bonius *par.* 2. *in proem. priuileg. Iuriſconſul. num.* 6. & Roland. *lib.* 1. *c.* 14. *num.* 8. *de commiſ.* Ratio præcipua eſt, quia hi nō præſumuntur habere talem ſcientiam, quia non ſunt publicè examinati. Requiritur enim examinatio ſuper ſcientia, *arg. d. l.* 3. *C. de profeſſ. & Med.* Menoch. *lib.* 3. *quæſt.* 126. *num.* 18. hinc Iulianus *in d. l.* 7. voluit, vt iudicio Ordinis promouendus decretum Curialium mereatur optimorum conſenſu conſpirante.

Reuocauit B. Pius V. Kal. Iunij 1668. Conſtitutione ſua incipiente: *Quamuis à Sede*. Idque propter omiſſam neceſſariam in gradibus concedendis examinationem, facultates Comitum Palatinorum, & aliorum gradus concedendi, & ſimul voluit ab illis Doctoratos, vel graduatos, non gaudere priuilegijs graduatorum, quoad Dignitates, aut alia beneficia: idipſum & in Conc. Trid. conſtitutum *ſeſſ.* 22. *cap.* 2. *de reform.* & alibi.

Atque hanc ſententiam amplexa eſt Sac. Congr. Conc. in vna *Elnen.* 17. Ian. 1643. in qua declarauit requiri, quod gradus Doctoratus ſit receptus à qualibet Vniuerſitate publica. Quod item cenſuit Sac. Congr. Epiſc. & Regul. prò electione in Vicarium Capitularem 19. Auguſti 1667. Idem declarauit Sac. Cong. Conc. in vna *Papien.* 27. Iul. 1657. vt habetur in hoc eodem *tom. Conſult.* 311.

An in Ordine ad Dignitates, annus inceptus habeatur prò completo? Vide de Regularib. tom. 1. Conſult. 309.

An Dignitates, quę ſunt de corpore Capituli teneantur exactiones, aliaque onera ſubire, ſicut cæteri Canonici? tom. 1. Conſult. 374.

AFfirmatiuè. Ita enim cenſuit Sac. Congreg. Epiſc. & Regular. in vna *Bononien.* 9. Decembris 1625. Imò, cum in Sac. Congr. Conc. in vna *Curzolen.* quæreretur: An Archidiaconus, qui officium Vicarij Epiſcopalis ſiuè Capitularis exercet, teneatur, vti Capitularis, & participans de menſa Capitulari, quandò eſt electus, acceptare officium Procuratoris, ſeù Oeconomi Capitularis prò exigendis liuellis eleemoſynis alijſque redditibus eiuſdem Menſæ Capitularis, & aſſiſtere negocijs eiuſdem Capituli, prout faciunt alij Capitulares electi? Sac. Congr. 26. Martij 1653. cenſuit, teneri: Quia officium Vicarij eſt voluntarium; Procuratoris verò, ſiuè Oeconomi eſt debitum, cum ſit de Capitulo, ac de eius Menſa participet ex *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. *de refor.* Equidem, vbi eſt emolumentum, ibi debet eſſe onus, & qui lucrum amplectitur, onus ſubire tenetur *l. vn.* §. *prò ſo-*

eundo in fin. & §. *ad autem C. de caduc. tollen.* Sicut è contrario, ad quem ſpectat onus, debet ſpectare emolumentum *l. Manifeſtiſſimi* §. *penul. sa fin. C. de furt.*

An autem id procedat in Dignitatibus, quæ ex ſententia in iudicatum tranſacta declaratę fuerint immunes ab huiuſmodi oneribus? Negatiuè reſpondit Sac. Congr. Epiſc. in *Caſtellanoten.* 29. Auguſti 1672. ſed eſſe manutenendas in ſua poſſeſſione, & audiendas in petitorio,

Quoad vſum Mitræ Dignitatibus, & Canonicis? Vide de Capitulo tom. 2. Conſult. 33.

De munere Archidiaconi, & Primicerii, ſiuè Cantoris, quoad Chorum, & quoad Pontificalia exercenda reſpectu Archipresbyteri. tom. 3. Conſult. 27.

SAc. Congr. Rit. in *Caſſanenſi* 5. Martij 1633. ità declarauit: *Cantoris Dignitatis in Cathedrali munus eſt diſtribuere lectiones, antiphonas, & prophetias, Chorum regere, & gubernare, ordinare tabellas, & functiones Eccleſiaſticas per turnum ordine ſucceſſiuo, nec non dicere poteſt, quò, & quà ducenda dirigendaue ſint Proceſſiones.*

Verum, cum Cantor pręfata omnia iuxtà Sac. Congr. præſcriptum obiret, ſe illi oppoſuit Archidiaconus, afferens ad ſuum fauorem ſub die 15. Septembris eiuſdem anni ſequentem declarationem.

Ad 1. Capitulares de Choro exire volentes, Archidiacono primæ Dignitati, & eò abſente, digniori, ordine ſucceſſiuo veniam petere debere.

Ad 2. Tabellam in qua deſcribi debent ij, per quos exercendæ ſunt functiones Eccleſiaſticæ per turnum, ad Archidiaconum primam Dignitatem ſpectare præſcribere, ordinare. Cantoris autem munus eſſe Chorum regere iuxtà præſcriptum in tabello.

Ad 3. Ad Archidiaconum primam Dignitatem ſpectat dare ſignum prò inchoando diuino officio, & prò diſceſſu à Choro, antequam ſignum detur, nulli de Capitulo licet exire.

Id quod etiam fuit declaratum in *Aprutina* die 18. Aprilis 1627.

Quinimmò in Metropolitana, cum Canonici Cathedralis Eccleſiæ ab eadem Sac. Congr. Rit. declarari petijſſent: An abſentibus, vel impeditis Epiſcopo, ac primis Dignitatibus, nempè Archidiacono, & Archipræsbytero, Veſperarum, & Miſſarum ſolemnia ſpectent ad Hebdomadarium, ſiuè antiquiorem dictæ Eccleſiæ Canonicum, an verò ad Primicerios, qui Chori directioni, & aſſiſtentiæ addicti inter Dignitates numerantur? *Et Sac. Congr. inhærendo decreto, alias ſuper hac re edito 6. Septembris 1603. prædictos Primicerios à Chori aſſiſtentia, & directione non eſſe dimouendos, & ad Canonicos immediatè digniores poſt præfatos Primicerios, Veſperarum, & Miſſarum ſolemnia ſpectare declarauit, vt vnuſquiſque proprio muneri incumbat, & ità in caſu præſenti omninò ſeruari mandauit die 8. Ianuarij 1658.*

Nam ad Archidiaconum ſpectant omnia, quæ ad diuinorum officiorum celebrationem pertinent Gloſ. & Doctores *in cap. 2. de offic. Archid.* Sebaſt. Cęſar. *de Eccleſ. Hierarch. par. 12. diſp. 12. §. 1. num. 7.*

An Archidiacono, vel aliæ Dignitati, aut Canonico ſolemniter celebranti debeatur aſſiſtentia duorum Canonicorum, vel Dignitatum, præſertim, vbi præbendæ ſunt diſtinctæ? Vbi, an, & qualiter Epiſcopus poſſit cogere Clericos ſibi ſubditos ad ſuſcipiendum Sacros Ordines? tom. 1. Conſult. 28.

AD primum. Affirmatiuè ex diſpoſitione Cęremonialis Epiſcopi *lib. 2. cap. 17.* & ſequentibus declarationibus Sac. Rit. Congregationis,

Sypontina. *Narratum fuit in Eccleſia Collegiata Sancti Michaelis Archangeli Montis Gargani Sypontinæ Diœceſis, adeſſe quatuor Dignitates, ac duodecim Canonicos, omnes præbendatos, & deputari inter ipſos, in celebrante aliqua Dignitate, vel Canonico, inſeruire debeant prò Diacono, & Subdiacono Canonici, an verò alij inferiores de gremio eiuſdem Eccleſiæ? Et Sac. Rit. Congr. reſpondit, Dignitate, vel Canonico celebrante, pariter Canonico pro Diacono, & Subdiacono, & non alios inferiores inſeruire debere, non obſtante contraria conſuetudine, quam abuſum eadem Sac. Congreg. declarauit die 8. Martij 1631.*

Nucerina Paganorum. *Prò parte Capituli petitum fuit, an ſtante pauco numero Canonicorum in Choro, cum non ſint, niſi octo, celebranti Archipræsbytero, vel alteri Dignitati debeatur aſſiſtentia duorum Canonicorum? Et Sac. Rit. Congr. reſpondit deberi die 17. Martij 1629.*

Notandum verò, quod vbi numerus Canonicorum non eſt multus, non tenentur Canonici ſe cum Dignitatibus parare, & Dignitates ipſæ tenentur accedere ad Anagnoſtorium, vulgò *Leggile*, vt habetur ex Sac. Epiſc. Cong. 20. Auguſti 1601. Si verò eorum numerus ſit competens, tenentur ſe in illis ſolemnitatibus parare, in quibus cantaretur Miſſa Pontificalis, ſi adeſſet Epiſcopus, vt ex eadem Sac. Congr. 17. Aprilis 1602.

Ratio autem eſt, quia Dignitates, & Canonicatus in Eccleſijs, præcipuè Cathedralibus, ad conſeruandam, augendamque diſciplinam Eccleſiaſticam ſunt inſtitutæ, nemoque ad Dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipi poteſt, niſi qui eò Ordine Sacro, aut ſit initiatus, quem illa Dignitas, Præbenda, vel Portio

tio

tio requirit, aut in tali ætate, vel intrà tempus à iure, vel à Conc. Trid. *ſeſſ.24. cap.12. de refor.* ſtatutum, initiari valeat, vt proindè in omnibus Eccleſijs Cathedralibus, omnes Canonicatus, ac Portiones habere debeant annexum Ordinem Præsbyteratus, Diaconatus, vel Subdiaconatus, qui omnes Diuina per ſe, & non per ſubſtitutos compelli debeant, Officia obire.

Cum autem dubitaretur, an Canonici S. Mariæ in Coſmedin de Vrbe, in legitima ætate conſtituti poſſint præcisè compelli ad ſuſcipiendum ſaltem Ordinem Subdiaconatus, & an dicti Canonici, cæteroqui inſeruientes, poſſint quotidianas diſtribntiones percipere, & in qua quantitate? Sac. Congr. Conc. ſub die 18. Mai 1686. in *Romana*, ad primum reſpondit negatinè, ad ſecundum percipere poſſunt omnes diſtributiones.

Quoad ſecundum adi Fagnanum, qui hoc dubium diſertè, ac diſtinctè tractat *in cap. quæris de ætat. & qualit.* cuius tamen dicta à *num.35. ad finem* intelligenda ſunt iuxtà diſtinctiones à nobis ſuperius allegatas.

De præcedentia inter Archidiaconum, & Archipresbyterum, atque alias Dignitates. Vide de Præcedentia tom.4. Conſult.35.

Prima Dignitas in Eccleſijs ex quibuſnam probetur.

1 *An ex inceſſu, vel ſeſſione dextera?*
2 *An ex inceſſu, vel ſeſſione loco primo, vel medio?*
3 *An ex thurificatione ante alios?*
4 *An ex prouiſionibus Apoſtolicis?*
5 *An ex conſuetudine?*
6 *An ex eo, quod ante alios, vel ſubſcribitur, vel denominatur?*
7 *An ex commiſſione cauſarum?* tom.5. Conſult.38.

AD 1. Negari non poteſt, quin ex eo modò ſedendi à latere dextero non oriatur validiſſimum argumentum maioritatis, Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloſ.1. num.39.* & poſt alios Gratian. *cap.103. num.40.* iuxtà accuratam diſtinctionem Rotæ in *Albiganen. præcedentiæ* 20. Iun. 1653. *§. Secundò quia cum ſeq.* coram Bichio, vbi ex Ceremoniali Romano dicitur, dupliciter conſiderari partem dexteram. Vno modo in ijs, quæ ſunt quodammodò pars Altaris, & Presbyterii, & ab Altari regulantur. Alio modo reſpectu Sacerdotis celebrantis verſi ad Altare: & firmatur, quod in conſeſſu circa Altare, & Perſonas illud integrantes, ac per alas ordinibus diſpoſitis ſe inuicem reſpicientibus, pars illa eſt dignior, quæ eſt à latere dextero Perſonæ primariæ in medio, & è conſpectu adſtantium ſedentis. Idem dic de inceſſu.

Ad 2. Quoad locum primum affirmatiuè per tex. in *l.2. de Præfect. Prætor. lib.12.* & alibi. Hoſtien. Innoc. aliique in *cap.1. de maior. & obedien.* Dignior enim cęteris reputatur, qui cęteris præfertur. Rot. *deciſ.618. num.3. p.1. diuerſ. & deciſ.585. num.3. p.4.* Et quoad locum medium etiam affirmatiuè. Luc. de Pen. *in d. l. 2. eodem tit.* & Homer. *lib. vlt. Illiad.* Virgil. *lib. Aeneid.*

Ad 3. Negatiuè: quia quis thurificatur aliquandò ante alios, non ratione maioritatis, ſed reſpectu loci poſiti à cornu dextero, à quo thurificatiò inchoari ſolet, etiam ipſo abſente, vt fuit conſideratum à Rota *dec.866. ſub num.3. & deciſ.867. in fin.* At nihilominus ſignum quoque præeminentię pręberi thurificatione ante alios, etiam, quandò ab vno Acolyto thus adoletur, cenſuit Rota *dec.518. num.2. p.1. & dec.595. p.4. diuerſ.*

Ad 4. Negatiuè ex hoc enim non inſurgit certa probatio, quod ſit prima Dignitas, vt in ſpecie reſpondit Aretin. *conſ.54. num 7. cum ſeq.* quem Rota ſequuta eſt *deciſ.439. n.1. p.9. rec.* Nequè enim cenſetur incompatibile, quod duæ Dignitates, exempli gratia: Archidiaconatus, & Archipræsbyteratus dici poſſunt maiores, ac primæ poſt Pontificalem ex cauſis diuerſis, illa ſcilicet extra Diuina, hæc autem in Diuinis, vt obſeruauit Rimin. iun. *conſ.161. num.21. & 27.* & ità vtraque Dignitas caderet ſub regula reſeruatoria, vt deciſum à Rota refert Garz. *de benef. par.5. cap.1. num.265. & ſeq.* Et dum clarè probatur, alteram eſſe primam Dignitatem, nihil officit, quod illius prouiſio per Epiſcopum aliquandò facta ſit. Garz. *loc. cit. num.261.*

Ad 5. Affirmatiuè, quandò conſuetudo eſt probata cum requiſitis. Gloſ. *in cap.1. de præſcript. in 6.* hęc enim ſufficiens eſt ad probandam primam Dignitatem, cum ante omnia conſuetudo Eccleſiarum attendenda ſit, non autem ius commune. Grammat. *deciſ.64. num.17. & ſeq.* & à nobis, & alijs paſſim.

Ad 6. Reſpondetur, quod qui prius nominatur, maior eſſe videtur, *l. quoties ff. de vſufr.* Ex prioriquè denominatione, maior potiorque Dignitas arguitur. Gloſ. *in can. benè quidem Mediolanenſi 96.* Accedente præſertim ſententia Epiſcopi, in qua diſpoſitiuè prima Dignitas nominatur iuxtà conſilium Baldi 331. *lib.1.* Thomat. *dec. Macerat.38. n.18. & ſeq.* Rot. *dec.34. n.22. p.2. diuer.* & alibi.

Idem dico de ſubſcriptione ante alios. Gloſ. in *d. cap. ſtatuimus 61. Innoc. Hoſtien.* & alij. *in cap.1. de maior. & obed.* Qui enim dignior eſt, is quoque prior debet ſubſcribere per tex. *in cap. notandum* 17. & aſſeruit Gloſ. *in cap. cum olim extra de cenſ.* Rot. *deciſ.295. num.4.* apud Merlin. Item de hoc, vide de Præcedentia tom.1. Conſult.25. & 26.

Ad 7. Negatiuè, quoniam eiuſmodi cauſæ committi ſolent ad libitum Pontificis, vel eius Officialium alicui Dignitati, vel Canonico Cathedralis *cap. ſtatutum de reſcript. in 6.*

At

At monendum arbitror, cum ſint diuerſæ de locatione nobiliori ſententiæ, nihil certi ex hactenus deductis definiri poteſt, illo excepto, quod mores loci, & in qua ſint, ſententia, qui ibi habitent, ſequi oportent, cum etiam eadem reſolutio certò tenenda ſit in ipſis moribus, verborum proprietate, & valore monetæ.

An Dignitatibus, & Canonicis Prothonotariis, titularibus, liceat in Choro, Capitulo, aliiſque Canonicalibus functionibus vti Rocchetto, Mantelletta, &c. Vide de Prothonotarijs to.4. Conſult.76.

An prima Dignitas manutenenda ſit in habitu Prælatitio, tam in Choro, quam in aliis functionibus Eccleſiaſticis? tom.4. Conſult.89.

AFfirmatiuè. Nam ſi in caſu dubio, atque odioſo ſit ſemper benigna, & fauorabilis interpretatio, cum hic agatur de habitu, tanquam de re Eccleſiaſtica non odioſa, neque dubia, ſed clara, & fauorabili: quia eſt honori Eccleſiæ, Epiſcopo, Capitulo, ac Ciuitati, dicendum vtique videtur, quod ſit manutenenda, quod etiam cenſuit Sac. Rit. Congreg. lo *Aſſiſicn.* 4. Maij 1647.

Pręcipuè ſi conenrrant hę rationes, ſi prima Dignitas hoc habitu Prælatitio vſa fuerit ab immemorabili. Gemin. & Archid. *in cap.1. de conſuetud. in 6.* Zabarel. *num.*21. Et quod ſit verè prima Dignitas, quocunque nomine nuncupetur, ratione etiam conſuetudinis ſuæ Eccleſiæ eſt Dignitas, vt adducunt Doctores *in cap. de mulsa, de Praben. & in cap.1. de conſuetud. in 6.* Pariſ. *conſ.*31. *n.*39. *lib.*4. & alij.

An Præpoſiti, aliiuè, qui vulgò Dignitates exiſtimantur, deputari poſſint in Iudices Synodales, & Apoſtolicos? tom.4. Conſul.130.

AFfirmatiuè. Nam Sac. Conc. Trid. *c.*10. *ſeſſ.* 25. *de reſor.* in Iudicibus Synodalibus requirit qualitates præſcriptas *in cap. Statutum* 11. *de reſcript. in 6.* vt ſcilicet ſint Dignitate præditi, aut Perſonatum obtinentes, ſeù Eccleſ. Cathed. Canonici. Ac proindè certum eſt, vnam ex dictis qualitatibus ſufficere, ponderando dictiones illas, *aut*, *ſeù*, quæ ſunt alternatiuæ, & diſiunctiuæ, vt de Prima Portol. *de conſor. cap.1. n.7.* cum alijs per Barboſ. *diſt.*36. *num.*1, de Secunda ſunt tex. *in l.1. §. ſublata ff. ad Trebell. l. ſi quis ità legauerit ff. de aur. & arg. leg. & l. generali,* vbi Bartol. *C. de Sacroſ. Eccleſ.*

An Dignitates in Cathedrali eximantur ab aſſidua reſidentia, vltra tres Menſes? Vide de Reſidentia tom.4. Conſult.131.

An Archidiaconus, ſiuè prima Dignitas debeat vocari ad examen Ordinandorum, & Concurſus? Vide de Ordine tom4. Conſult.181.

1 *An Vicario Chori abſente, ſpectet regimen Chori ad Archidiaconum primam Dignitatem, & eo abſente ad ſecundam?*

2 *An Archidiaconus prima Dignitas, alias non Canonicus debeat deferre Viaticum Epiſcopo ægrotanti, & peragere Officium in eius funere iuxtà* cap.34. lib.2. Cęremonialis?

3 *An Proceſſionibus ſolemnibus, ſcilicet Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & huiuſmodi pretioſiora Eccleſiæ Pluuialia debeant inſeruire Dignitatibus, & illis abſentibus, Canonicis antiquioribus?*

4 *An Archidiaconus prima Dignitas, alias non Canonicus, & ſecunda Dignitas debeant aſſiſtere Epiſcopo Pontificaliter celebranti, vel alias &c. & in omnibus aliis ſolemnitatibus?*

5 *An Vicarius Capitularis Canonicus, Sede vacante, poſſit præcedere Dignitates in aliquibus actibus, in quibus nomine Eccleſię extra Capitulum inceditur, an verò in loco ſui Canonicatus incedere debeat, & Dignitates præcedere teneantur?*

6 *An funera Regis, vel Reginæ, aut Magiſtratuum, impedito Epiſcopo, vel Sede vacante, debeat celebrare Miſſam ſolemnem prima Dignitas, & ea impedita, ſecunda Dignitas, an verò præferendus ſit Vicarius Capitularis Canonicus, vel aliquis alius Canonicus electus à Capitulo?*

7 *An Archidiaconus, alias non Canonicus debeat aſſociare Epiſcopum ad Pulpitum, & illi prædicanti cum aliis aſſiſtere?*

8 *An quandò duo, aut quatuor ab vnoquoque Choro in vigilia Paſchatis Reſurrectionis, &c. aſcendunt ad Pulpitum ad intonandum* Alleluia, *vel huiuſmodi aliquid, Dignitates debeant ire ordine ſuæ præcedentiæ, ſicut generaliter in omnibus aliis actibus, & non ſecundum ordinem Chori?*

9 *An Canonicus Iunior, vel Dignior teneatur ſupplere officium Presbyteri hebdomadarij abſentis, quandò hebdomada ad ſimplicem Sacerdotem, non Canonicum ſpectat?*

10 *An ſpectet ad Archidiaconum primam Dignitatem conuocare Clerum, ſeù conuocationem delegare prò adminiſtratione rerum temporalium?*

11 *An Prælatorum in ſede locatio, & in poſſeſſionem beneficiorum immiſſio pertineat ad Archidiaconum?* tom.4. Conſult.183.

AD 1. Affirmatiuè, nam Archidiaconus ipſo iure, abſente Epiſcopo, & eius Officialibus, Vicarij munus exercet. Eſt enim Vicarius Epiſcopi abſentis, in omnibus ipſo iure con-

ſtitu

ſtitutus,*c.*1.*& cap Ad hæc de offic. Archid* Barboſ. *ad coll. ad d.cap.*1. *num.*1.*& ſeq. & de Epiſc. alleg.*54.*num.*15.*& ſeq.& de Can.& Dign. c.*5. *num.*34. *&* 35. *cum ſeq.* & alij. Igitur ad eum rationeproprij muneris ſpectare debet regimen Chori. Abſente verò Archidiacono, munus iſtud videtur ſpectare ad ſecundam Dignitatem, & ſic deinceps: quia, inter præſentes in Choro ſeruandus eſt Ordo.

Ad 2. Pariter affirmatiuè, quia ità diſponit Cæremoniale *lib.*1.*c.*38.

Ad 3. Non eſt ambigendum eiſdem Dignitatibus deberi apparata precioſiora, cum in omnibus præfeantur, & eis debeatur maior honor.

Ad 4. Archidiaconus prima Dignitas debet exercere officium Præsbyteri Epiſcopo Pontificaliter celebranti,vt ſæpè reſpondit Sac. Rit. Congreg. apud Barboſ. *collect.*40. *nu.*18. vndè eò abſente, aut impedito, ſpectat ad alias Dignitates, & vltimò ad Canonicos, ex eadem Sac. Congr. *coll.*253.*n.*6. *&* 14. *ac ſeq.*

Ad 5. Dicendum eſt, Archidiaconum primam Dignitatem ſemper præcedere Vicario Capitulari, alijs verò Dignitatibus præcedere Vicarium Capitularem. Sbroz. *de Offic.Vicar. lib.*2. *q.*25.*n.*20.Barboſ. *de Epiſc.alleg.*54.*n.*167.& de *Canon.& Dignit.cap.*36. *n.*8. ſed quandò Vicarius Capitularis eſt Canonicus, ſemper ſtare debet, ac incedere loco ſuo, & tunc nulli præcedit. Barboſ.*ad cap.*36.*n.*10.

Ad 6. Ex alibi deductis reſpondetur, has functiones tanquam ſolemnes ſpectare ad Archidiaconum,eo verò abſente,aut impedito,ad ſecundam Dignitatem, & gradatim ad alias; quia iſtæ Dignitates præferuntur omnibus alijs, etiam Vicario in his, quæ ſpectant ad exercitium Ordinis, vti ſunt huiuſmodi functiones Eccleſiaſticæ.

Ad 7. Ex quo Archidiaconus debet exercere officium Præsbyteri aſſiſtentis, etiam debet eidem Epiſcopo prædicanti aſſiſtere. Cæremoniale enim *lib.*2. *cap.*8. *de Miſſ. ſolem. Epiſcopo celebr.* diſponit, quod Epiſcopo prædicante, ad eius dexteram ſedere debeat Præsbyter aſſiſtens, & ſic ille idem aſſiſter celebrationi Miſſæ.

Ad 8. Reſpondetur,Dignitates ire debere ſecundum ordinem, quo vna alteri præcedit, dum enim non habetur legitima diſpoſitio contraria, ſemper ſeruandus eſt ordo præcedentiæ.

Ad 9. Quandò hebdomada non ſpectat ad Canonicum, ſed ad ſimplicem Sacerdotem, alium Sacerdotem eiuſdem Ordinis teneri ſupplere vices abſentis, aut impediti, non verò vnum ex Canonicis antiquiorem, vel iuniorem, quia regulariter, maiores minorum vices non ſupplent, niſi ex neceſſitate. Quandò verò hebdomada pertinet ad Canonicum, tunc eò abſente, aut impedito, alter Canonicus ſupplere debet, & ità etiam ſi ex conſuetudine, aut ex neceſſitate pertineat ad Dignitates, vt diſponit Cæremoniale *lib.*1. *cap.*26. Sed ſi omnes hebdomadarij deficerent,tunc tenentur Canonici, licet maiores, ſupplere vices minorum, ſtante neceſſitate. Verum incipiendum eſſet ab vltimo, ſeù iuniore, vt diſponit Cæremoniale, eò loco inquiens, quod deficiente vno gradu, fiat tranſitus ad ſuperiorem gradum, & incipiatur ab vltimo.

Ad 10. Haud dubitari poteſt, quin Archidiaconus præferri debeat: nam ipſe ſuperioritatem, & iuriſdictionem in perſonas, tam Clericorum inferiorum, quam Præsbiterorum habet, totiuſque Cleri, & Eccleſiarum negocia gerit cum ampla poteſtate, & authoritate, *cap.*1. *de offic. Archid.* Azor. *inſt.t. Moral.p.*2. *lib.*3 *c.*14.

Ad 11. Dico, ad eundem Archidiaconum, tanquam primam Dignitatem pertinere Prælatos in ſede locare, & in poſſeſſionem beneficiorum Clericos immittere *cap. Ad hæc & cap.vt noſtram* vtrobique Barboſ. *in collect. iur. can. tom.*1. *eodem tit.* ac etiam ordinare Proceſſionem, quod Clerici incedant bini, & modeſtè. Io: Audr. *in cap.*2. *de offic. Archid.* niſi tamen prò Archipresbytero probetur poſſeſſio legitimè præſcripta, ſaltem ſpatio 40. annorum, vt requiritur in conſuetudine noui iuris, alteri iam quæſiti. Roc. *deciſ.*225. *num.*2. *&* 4. *& deciſ.*524. *nu.*3. *p.*1. *rec.* & alibi, & firmat Barboſ. *conſ.*5. *nu.*9. *lib.*2.

Scholaſtria, an requirat Doctoratum? Vide de Capitulo, & Canonicis tom.1. Conſult.402. & tom.8. Conſult.21. Miſcellan. num.3. Sum. num.1.

An Primicerius debeat cantum perdiſcere? eodem tom.8. Conſult.21. Miſcell. n.6.

AFfirmatiuè. Quia dicitur primus Cantor, & eius officium eſt præcanere, & alios docere in cantu. *cap. perlectis* §. *ad Primicerium d.* 25. *cap.vn. de offic. Primic.* Quippè, qui non conſonat, nec concinit, nec Cantor, nec Concentor eſt, inquit D. Iſidor. *lib. Ethym cap.*12. relatus *in can. Clero* §. *Cantor autem* 21 *d.* Imò & Canonici tenentur addiſcere cantum. Garz. *p.*3. *n.*2. *n.*113. *de benef.* Nauar. *de orat. cap.*10. *num.*47. *& cap.*21. *ad fin.* Azor. *p.*2. *lib.*3. *c.*16. *quaſt.*1. Alias non debent admitti, & ſi fuerint admiſſi, Epiſcopus eos cogere poteſt ad illum addiſcendum, etiam per ſubtractionem fructuum. Sac. Cong. in *Tropienſi* 9. Maij 1620. & alibi ſępius, niſi eſſent multum ſenes. Eadem Sac. Congr. in *Vlterarienſi* 9. Ian. 1602. cum charitate tamen; Vndè ante ſequeſtrum præfigi debent 4. vel 6. Menſes ad illum ediſcendum. Eadem Sac. Congr. in *Caſtellanatenſi* 10. Septembris 1590. & in *Caſſanen.* 6. Aprilis 1596. & Canonici examinari debent ab Epiſcopo, licet inſtitutio ſpectet ad Abbatem, vel alium inferiorem. Sacra Congregatio Conc. 17. Septembris 1616.

An

An tempus, quod requiritur in aſſequendis Officijs, Muneribus, ac Dignitatibus Eccleſiaſticis, tam Regularibus, quam ſæcularibus debeat eſſe completum &c? Vide de Regular. tom.10. Conſult.11. ac tom.1. Conſult. 309. hoc eodem tract.

An, & quatenus electio ad Dignitates Eccleſiaſticas per abuſum ſæcularis poteſtatis irrita, inſectaque ſit? Quid de electione ad beneficia, & de ea obtinente, vel conferente, vel de eorum pœnis, an electio ſit irrita, ſi fiat hebdomada maiori? tom. 10. Conſult. 16. & tom.9. Conſult.33. de Immunit. & eodem to.9. Conſult. 125. de Vicario.

ABuſus ſæcularis poteſtatis, propter quem electio irritetur, dicitur ſolum, primò, quandò Eccleſiaſtici requirunt laicos, vt electioni interſint. Secundò quandò Principis ſecularis aſſenſum de certa perſona eligenda requirunt. Tertiò: quandò eligunt minis alicuius ſæcularis poteſtatis. Ità Tambur. *de iur. Abb. tom.1. diſp.6. quæſt.22. num.11.* Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.1. cap.19. num.*80. & 234. ac alij. Addo, quod electio facta per abuſum laicæ poteſtatis ab Eccleſiaſticis, dicitur etiam, quandò admiſſus eſt laicus ad actum electionis, & interfuit authoritatiuè. Gloſ. *in cap. quiſquis de elect. verſ. abuſum*, ibique Abbas *num.*4. Azor. *lib. cap.*14, *quæſt.*9.

Secus autem, ſi laica poteſtas interſit electioni prò libertate electorum. De iure namque ſimplex interuentus laici, tanquam conſulentis, vel protegentis, aut prò bono pacis, vel libertate electionis intereſſentis, non eſt prohibitum. Bald. *in cap. Meſſana num.*1. ibique Abb. *num.*3. ac alij.

Quod verò ad Beneficia obtinentes, vel conferentes per abuſum laicę poteſtatis in *can. ſi quis deinceps* 1697. Greg. VII. ita decreuit. *Si quis Epiſcopatum, vel Abbatiam, vel aliam Eccleſiaſticam Dignitatem de manu laicæ perſonę ſuſceperit, nullatenùs inter Epiſcopos, vel Abbates habeatur, & introitum ei Eccleſię interdicimus, quouſque locum talem per ambitionem obtentum deſerat.* Et laici id præſumentes eandem ſententiam interdicti incurrant, ex eodem textu. Vndè prouiſio eſt nulla, & incurrunt interdictum ab ingreſſu Eccleſię ad tempus. Comitol. *lib.*1. *q.*78. *num.*3. & 6. & Turrecrem. *in can. quoniam* 16, *quæſt.*7.

Tales etiam ſunt excommunicandi, tam ſcilicet conferens, quam prouiſus beneficio, *d. can. quoniam, can. ſi quis Clericus*, & alibi. Ipſi autem laici conferentes incurrunt excommunicationem latam contrà vſurpantes iura Beneficiorum, ſeù Eccleſiarum, quæ ſunt Papę reſeruata.

Animaduertendum, quod iſtæ pœnæ ceſſant, quandò laicus habet priuilegium à Summo Pontifice conferendi beneficia. Garz. *de beneſ. p.*1. *cap.*2. *num.*33.

Quod verò ad electionem in hebdomada maiori, illa fieri poteſt, quia eſt actus extraiudicialis, qui nullum ordinem Iudicis requirit. Quod ſine dubio procedit, quandò neceſſitas, ſeù pietas id ſuadet, quo in caſu, etiam actus iudicialis fieri conceditur his diebus ex diſpoſitione *cap. conqueſtus*, ibi: *niſi neceſſitas vigeat, vel pietas ſuadeat*.

An liceat ad Epiſcopatum aſſumi Regularis? Vide de Epiſc. tom.10. Conſult.97.

An expediat Regularem ad Epiſcopatum promouere? Vide de Epiſc. tom.10, Conſult.98.

An liceat Eccleſiaſticas appetere Dignitates &c? Vide de Epiſc. tom.10. Conſult.99.

DE DISPENSATIONIB.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum abſente vigore commiſſionis Apoſtolicæ ad Ordines ſuſcipiendos, vt in caſu poſito in tom.1. Conſult.20.

AFfirmatiuè: Quia diſpenſatio optimè concedi poteſt cum abſenti: nam actus Iuriſdictionis voluntariæ poſſunt extrà territorium extendi, ſeu exerceri. Sangh. *lib.*5. *de Matrim. diſp.*16. *num.*8. atque ità de Diſpenſatione docet Innoc. *in cap. per venerabilem n.*3. *qui fil. ſint legit.* Abb. *num.* 23. & alij. Quæ doctrina procedit, non ſolum ſi ſit Iuriſdictio ordinaria, ſed etiam delegata, vt ex magis communi, & probabiliori firmat Sangh. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.*24. *num.*2. Garz. *de Beneſ. p.*5. *cap.*8. *à num.* 119. Quare poſſe abſolui, ac diſpenſari, vel per literas docent expreſsè Gloſſ. *in cap. de Manifeſta v. Iudicaui* 2. *q.*1. & *cap. quanto v. Epiſtolam.* 2. *q.*5. Aſtenſ. *p.*2. *lib.*7. *tit.*14. *q.*3. & alij, qui omnes ſtatuunt, quod liceat à peccatis non, niſi præſens per Confeſſionem, & abſolutionem Sacramentalem quis abſolui poſſit; ab excommunicatione tamen, & alijs cenſuris, ac pœnis poſſit per literas abſolutionem petere, ac obtinere, vel per Procuratorem tradunt Io: Andr. in *cap. Quid agendum de procur. lib.*6. Archid. *in cap. eos, qui*, & alij.

An poſſit diſpenſari acceſſus Romæ pro abſolutione à Cenſuris cum Officiali Curiæ laicalis? tom.1. Conſult. 98.

AFfirmatiuè; Nè cum graui eius detrimento cogatur deſerere munus publicum Officialis, quod exercet, cum verba generalia, tam

cap.

cap. quod de his 26. vel ab hoc alio impedimento cannonico retrahatur; quam alterius, *cap. Quamuis 58. de ſent. excom. Siue quolibet impedimento canonico retrahatur, quominus Romanum Pontificem poſſit adire.* Doctores exemplificent in gerente aliquod munus publicum, adeòue ſine graui eius detrimento nequeat illius exercitium deſerere. Alter. *de cenſur. tom. 1. diſp. 22. de excomm. Bull. Cœn. lib. 5. cap. 2. ſub lit. D.* & Duard. *in comm. ad d. Bull. lib. 3. §. 2. q. 8. num. 2.* Satiſque regulariter ſit quodlibet impedimentum, quod viri prudentis arbitrio cenſetur legitimum, ſicut poſt Corn. *par. 3. tr. 5. diſp. 11. dub. 2.* reſpondit Diana *p. 5. tr. 9. reſol. 6. & p. 7. tract. 10. reſol. 23.*

Quò verò ad Procuratorem negatiuè, cum non ſit opus aliquem mittere, ſed hoc poſſit alteri Romam acceſſuro, vel alteri demandari. Bonac. *de cenſ. diſ. 1. quaſt. 3. punct. 3. quaſt. 2. num. 4.* Simon Ceruinus Parochus iam S. Nicolai in Carcere de Vrbe *in prax. cap. 53.*

An concedenda ſit diſpenſatio, & abſolutio à tribus votis, Obedientia, Paupertatis, & Caſtitatis coniugalis in profeſſione Ordinis Militaris S. Iacobi emiſſis, cum commutatione in aliud Sua Sanctitati benè viſum? tom. 1. Conſult. 498.

RESP. Poſſe in votis ſolemnibus, ſi adſit cauſa publica, & in votis ſimplicibus cauſa priuata. Hinc in vna N. Cong. Conc. die 12. Decembris 1654. fuit pro affirmatiua cum reſtrictione arbitrio Confeſſarii, qui cauſas examinet. Plerique enim dicunt, quod huiuſmodi vota ſint ſolemnia, ex quo approbata ſunt à Sede Apoſtolica: Alii, quod ſint vota ſimplicia. Omnes, quod requiratur cauſa ad diſpenſandum.

Et quidem, quandò Religio non eſt approbata à Summo Pontifice; eius vota poſſe commutari; etiam virtute Iubilei certum puto: quia, cum . . . lis Religio non ſit vera Religio defectu approbationis, nec etiam eius vota erunt vera vota Religionis.

Quod verò ad vota Religionis Militarium, qui ſolùm ſeruant caſtitatem coniugalem, vt ſunt Ordines S. Iacobi, Sancti Stephani Calatrauæ, Alcantaræ, aliique huiuſmodi, quod ſint reſeruata, & proindè non poſſunt commutari, niſi à Pontifice, & non virtute Iubilei tenent permulti, quorum fundamentum eſt, quia tales Ordines ſunt veræ Religiones.

At ego ſentio vota Religionis, ſeù Ordinis militaris poſſe diſpenſari ab Epiſcopo, & priuilegiatis, atque adeò etiam commutari virtute Iubilei: Nam ſolum votum Religionis veræ, ac propriæ dictæ eſt reſeruatum, atque adeò exceptum in Bulla Iubilei: Ordines autem iſti Militares, vt magis communiter tradunt, non ſunt veræ Religiones. Et dato, quod ſint veræ Religiones; adhuc tamen vota, quæ in eis emittuntur, non ſunt perfecta, cum reſtringantur ad determinatam partem materiæ; vndè vouent ſolùm caſtitatem coniugalem, & ideò non conſtituunt Religionem ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quid; Itaque reſeruatio non ſe extendit ad votum Religionis horum Ordinum: nam non ſe extendit, tanquam ſtrictè accipienda ad votum Religionis imperfectum, & ſecundum quid, quale eſt huiuſmodi; quia non habet prò materia Religionum ſimpliciter, & perfectam, ſed ſecundum quid, & imperfectam.

Hinc, ſi quis vouerit paupertatem, & obedientiam, poſſet ab inferiore diſpenſari, & votum commutari virtute Iubilei, quia tale votum non eſt votum Religionis, cum Religio conſtituatur per tria vota ſolemnia, atque idem dicendum eſt de eo, qui votum emiſerit aſſumendi habitum Religioſorum, qui in aliqua Congregatione viuunt cum aliquibus votis ſimplicibus, aut etiam aſſumendi habitum Oblatorum: quia non eſt votum veræ Religionis, cum tales perſonæ non ſint veræ Religioſæ, ſiquidem non emittunt tria vota ſolemnia.

In Miſcellanea à num. 1. vſque ad 13. [tom. 2. Conſult. 70.] habentur ſequentia quæſita, & reſponſiones:

1 *An cum eo, qui viuente prima vxore in Monaſterium detruſa in pœnam commiſſi adulterij, ſecundam duxit: quia falsò audiuit primam eſſe mortuam; quare coram Ordinario introducta cauſa, fuit declaratum Matrimonium nullum, & ipſe penitùs poſſit ſuper bigamia diſpenſari, vt ad Ordines promoueri poſſit, cum dicta prima vxor fieri velit Monialis?*

RESP. Poſſe habilitari ad Ordines ſuſcipiendos, emiſſa tamen priùs per Vxorem profeſſione.

2 *An Sacerdos Armenus, qui poſt obitum primæ vxoris, quam virginem duxerat, cum ſecunda contraxit, poſſit abſolui, & cum eo diſpenſari, vt Miſſam celebret in Vrbe, ritu Latino?*

RESP. Poſſe celebrare ritu Armeno, dummodò tamen priùs abiuret de vehementi.

3 *An qui exiſtens tantùm Diaconus audiuit Confeſſiones Sacramentales, & Baptiſmum ſolemniter miniſtrauit, deinque ad Presbyteratum ſe promoueri fecit, poſſit abſolui, ac diſpenſari?*

RESP. Poſſe committi Ordinario, qui illum, præuia abiuratione, abſolueret, & cum ſuſpenſione executionis Ordinum per tempus arbitrio &c.

4 *An prouiſus de Canonicatu ob reſignationem fratris ſui, aſſerens, quod niſi hæc reſignatio fiat in manibus Capituli, cuius maior pars eſt hæretica, ipſe non poſſit adipiſci Canonicatum, ſed à dictis Canonicis hæreticis confertur alicui eorum Secta, poſſit cum eo diſpenſari?*

RESp. Poſſe diſpenſari, vt dicta reſignatio ad ipſius fauorem fieret in manibus Capituli prædicti, dummodò poſt adeptam poſſeſſionem petat diſpenſationem à Sede Apoſtolica, & in diſpenſatione narretur nullitas rituli obtenti à Capitulo ex cauſis, de quibus fiat mentio, & hoc concedatur pro foro conſcientiæ tantum.

5 *An cum eo, qui poſt contractum Matrimonium per verba de futuro, ac illud conſumatum iuſſu parentis, Ordines minores, & Subdiaconatum ſuſcepit, poſteà Vxore, & eius Patre inſtigantibus, per decretum Curiæ ſæcularis, fuit damnatus ad ducendam illam in Vxorem, prout, duxit, declarata nulla ſuſceptione Ordinum à Vicario Epiſcopali, deindè Vxore mortua, ad alios Ordines ſe promouere fecit, Canonicatumque obtinuit, poſſit diſpenſari?*

RESp Poſſe committi Ordinario, vt præuia iudiciali abiuratione, ſaltem de vehementi, illum diſpenſet, & habilitet.

6 *Quid cenſendum de Sacerdote ritus Latini, qui Matrimonium cum muliere ritus Greci contraxit?*

RESp. Præuiis examine, abiuratione, & reaſſumptione habitus Clericalis, poteſt reconciliari.

7 *An Græcus ordinatus ab Epiſcopo Schiſmatico poſſit habilitari ad executionem ſuorum Ordinum?*

RESp. Poſſe in ritu Gręco tantùm.

8 *An Diaconus, ſiuè Presbyter Grecus habilitari poſſint: ille ad ſuſcipiendum Presbyteratus Ordinem ritu Latino: iſte, vt tranſeat ad ritum latinum?*

REeſp. Poſſe, dummodò amplius non redeant ad ritum Gręcum.

9 *An cum muliere Græca, mortuo eius viro Presbytero, poſſit diſpenſari, vt cum alio contrahere poſſit?*

REſp. Affirmatiuè, idque etiam non obſtante conſuetudine, quod relicta Presbyteri, alteri nubere non poſſit.

10 *Quid agendum cum Apoſtata à Religione, & à Fide?*

REſp. Accipiatur ad abiurationem, abſoluaturque ab excommunicatione, ac detur ei licentia tranſeundi ad aliquam aliam Religionem Monachorum, ſi inueniat beneuolos receptores; interim maneat in ſæculo in habitu Clericali, & ſuſpendatur ab executione ſuorum Ordinum arbitrio: itaut illos ſine expreſſa licentia exercere nequeat.

11 *Catholicus quidam in partibus Hęreticorum iuuenili ætate cum iuuencula clandeſtinè coram duobus, vel tribus tantùm, inſciis vtriuſque Parentibus, Matrimonium contraxit, ſed ante eius conſumationem, metu, & inductione Patris cum alia in faciem Eccleſiæ contraxit, prolemque ex ea genuit: Quæritur: An ad euitandas cædes, atque exitia, necnon ſcandala inter Catholicos cum irriſione Hæreticorum, diſpenſari poſſit in primo Matrimonio rato, ad fauorem ſecundi conſumati?*

REſp. Conſtito canonicè, ac legitimè de narratis, poſſe diſpenſari.

12 *Cum puellis ab Hebreis vltrà ſecundum gradum trahentibus originem diſpenſatur, vt ingredi Religionem poſſint, & habilitantur ad Officia, & Munia Religionis.*

De Diſpenſatione Matrimoniali facta ab Epiſcopo, vt in caſu propoſito . tom. 3. Conſult. 33.

CAius putans Matrimonium cum Berta in faciem Eccleſiæ contractum eſſe nullum ex defectu conſenſus &c. aliud etiam in facie Eccleſiæ cum Iulia contraxit, & conſumauit, ſobole ſuſcepta. Deindè, declarato valido primo Matrimonio; Caius à ſententia ſimpliciter prouocauit; mortua Berta, cupiens cum Iulia contrahere, diſpenſationem obtinere, ſi qua neceſſaria eſſet; ſed imminente Iuliæ morbo ab Epiſcopo diſpenſationem obtinuere ſub conditione, à Sancta Sede confirmationem, & alia neceſſaria obtinendi, contractum fuit Matrimonium, & illicò Romam miſſum, interim Iulia moritur, Caius, vt ſuæ, & defunctæ Coniugis famæ conſulat, ac familiæ dignitati, petit à Summo Pontifice

matri-

matrimonium ratum haberi, vel per gratiam, vel ob rationes: Vndè

RESp. Æquitatem omninò ſuadere, vt diſpenſationem ab Epiſcopo hiſce circumſtantijs, ac legibus circumſcriptam Sum. Pont. ratam habere velit, idque poſſe faciliſſimè: quia poſt conceſsam ab Ordinario in caſu extremæ neceſſitatis, vice quodammodò Pontificia licentiam, poſt vtriuſque Partis votum recurrendi ad Sanctam Sedem, poſt præſtitum ex lege coram Parocho, & Teſtibus de præſenti conſenſum, intendimus Sacramentum Matrimonii ab initio conſtitiſse, nec quidquam intrinſecum ei defuiſſe, ſed tantum ab extrinſeco ſupereminentem quandam Suæ Sanctitatis approbationem, ac beneplacitum deſiderari: ergò, cum in hoc caſu nouo partium conſenſu opus non ſit, neque Iuliæ obitus, neque aliud quidquam obſtare poteſt, quominùs illud Matrimonium, iam per ſe conſtans, ſupererogato Summ. Pont. beneplacito confirmetur.

An cum hæreſim abiurantibus diſpenſari poſſit à Sum. Pontifice in radice Matrimonij iam ante abiurationem contracti cum impedimento dirimente? Vide de Matrimonio tom. 3. Conſult. 63.

Vtrum in diſpenſatione gradus affinitatis comprehendatur etiam diſpenſatio publicę honeſtatis? tom. 4. Conſult. 14.

DIſtinguas. Si explicetur affinitas ex copula licita, vel intrà tertium, & quartum gradum, non eſt neceſsè explicare publicam honeſtatem. Iam enim ibi intelligitur, & neceſſariò includitur; Si verò explicetur affinitas in genere, non valet, quia in affinitate in genere non includitur publica honeſtas. Quippè neceſſarium eſt explicare, an affinitas ſit ex copula licita, an illicita. Sanch. *de Matrimon lib.* 8. *diſp.* 24. *n.* 38. & alii, quos refert ipſe. Pont. *de Matrim. lib.* 8. *cap.* 17. §. 3. *num.* 30. ac. Perez. *item de Matrim. diſp.* 46. *ſect.* 5. *num.* 11. quibus fauet ſtylus Datariæ, quæ nunquam conſueuit vtriuſque impedimenti mentionem facere, vbi ea tantum adeſt affinitas, quæ neceſſariò, etiam in ſe publicam continet honeſtatem: Quia, cum publica honeſtas neceſſariò comprehendatur ſub affinitate, ſatis eſt de ipſa affinitate mentionem facere. Pirrus Corradus in *prax. diſpenſat. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 24. & declarauit Sac. Congr. Conc. *in Brixienſi diſpenſationis* 30. Martij 1668.

An Epiſcopus poſſit totam Communitatem diſpenſare à ieiunio, & abſtinentia carnium in Quadrageſima ob penuriam piſcium? Vide de Ieiunio tom. 4. Conſult. 221.

De aliquibus Diſpenſationibus Matrimonialibus? Vide de Miſſionarijs tom. 6. Conſult. 16.

CAnonicus quidam Cathedralis Germanicæ, in qua iuxtà concordata pacis Monaſterienſis, vna pars Canonicorum eſt Catholica, alia eſt hęretica, cum fuerit Canonicus Lutheranus, & modò ad fidem Catholicam ſecretò conuerſus, ſitque Dominus, & nobilis, magnæque authoritatis apud Principem hæreticum Lutheranum, vndè ſi ſciretur, quod ad Fidem Catholicam ſit conuerſus, magnum damnum ipſi, alijſque Canonicis Catholicis inferretur ſupplicat:

1 *Cum non benè calleat linguam latinam, & nè obſeruetur in recitando Diuino Officio, ac horis Canonicis, cum eo diſpenſare poſſit Confeſſarius ad pſalmos tantum pœnitentiales, Roſarium, vel huiuſmodi aliud.*

2 *Vt promoueri poſſit ſecretò ad primam tonſuram, quę ipſi collata non fuit.*

3 *Vt abſolui poſſit à Simonia, ob pecuniam acceptam prò ſuo ſuffragio ad Canonicatum Lutheranum dato, & ab obligatione illam reſtituendi? Quæritur?*

An ſit indulgendum? tom: 6. Conſult. 46.

AD 1. Certum eſt, exiſtente hac iuſta cauſa, poſſe Sum. Pont. cum hoc Canonico diſpenſare, certum pariter eſt, obligationem Beneficiati ad ſoluendum Officium eſſe etiam de Iure Eccleſiaſtico. Bellarm. *lib.* 1. *de bon. oper, cap.* 19. atque adeò poteſt in eo Pont. diſpenſare, vt ex communi teſtantur Suarez Bonac. ac alij, & obſeruatur in praxi.

Imò in hac ſpecie non eſt neceſſaria hæc diſpenſatio, quia Officij diuini pręceptum non obligat, quandò illud recitans magnam timet iacturam bonorum, vitæ, vel honoris, vt in hoc caſu; non enim obligat cum tanto incommodo, vt loquendo de aliis Eccleſiæ præceptis, docent Theologi, & in ſpecie firmat Zamburr. *lib.* 2. *in Decal. cap.* 5. §. 8. *n.* 2.

Quare facta prius hęreſis abiuratione, ſaltem in foro conſcientię, poteſt cum illo diſpenſari.

Ad 2. Pariter, præmiſſa abſolutione à ſuſpenſione, & diſpenſatione ab irregularitate: quatenus in ſuſpenſione Ordines exercuit qua de cauſa effectus fuit irregularis, poteſt Sum. Pont. cum illo diſpenſare, vt per Borgas *de irregular. par.* 6. *tit. de Cler. per ſalt. prom. num.* 7.

num. 7. & Sayr. *de cenſur lib.* 7. *cap. num.* 39. quam ſuſpenſionem, & irregularitatem, ſi miniſtrauerit, etiam incurrit recipiens Ordines, omiſſa prima tonſura. Sayr. *l. c. lil.* 4. *cap.* 14. *num.* 26. vbi refert, ità declaraſſe Sac. Congr. Conc. quia ſatis dicitur per ſaltum promoneri, cum à ſtatu laicali, immediatè ad Ordinem Clericalem tranſeat, quod valdè abhorret Eccleſia, vt per Theſaut. *in prax. Eccleſiaſt. v. Ordo cap.* 13. *vbi* §. *fin.* aduertit, quod cum promoto per ſaltum S. Pænitentiaria non diſpenſat; niſi quandò in occultis periculum adeſſet grauium ſcandalorum, niſi diſpenſaret, & tunc concedit literas ad effectum omiſſum Ordinem recipiendi à quocumque Catholico Antiſtite &c. etiam extrà tempora, etiam non ſeruatis interſtitijs, & abſque dimiſſorijs proprij Diœceſani, quod periculum cum in hoc caſu valdè timeatur, ideò diſpenſandum.

Ad 3., licèt diſpenſationes ſuper Simonia remittantur ad S. Pœnitentariam, non autem ad S. Officium, vt declarauit Sac. Cong. eiuſdem S. Officij ſub Anno 1642. nihilominùs facta prius reſtitutione Eccleſię, vel pauperibus, vt per *cap. de hoc &c. audiuimus de Simon*, vel quatenùs ipſe Canonicus ſit pauper, facta eidem per Sum. Pont. applicatione pecunię acceptæ per modum eleemoſynę, vel, erogata per eum parte aliqua eiuſdem pecuniæ pauperibus, arbitrio Confeſſarij, poteſt abſolui ab excommunicatione, ob hanc rem incurſa per *Extrauag. Cum deteſtabile* §. *ſtatuentes* de Simon. & Bull. 8. Pii V. incip. *Cum primum* §. 8. ac etiam diſpenſari ab irregularitate, quam, ſi miniſtrauit, contraxit per tex. *in cap.* 1. *de ſent. & re iud. in* 6. *& cap.* 15. *cui de ſent. excom. pariter in* 6. *& tot. tit. de Cler. excom. miniſtr.* ibiq; Canoniſtæ communiter.

De Matrimonio contracto ab hinc decem annis per Procuratorem vì, & metu, non conſumato, an ſit diſpenſandum, vt Coniuges remaneant in priſtino ſtatu, ex quo neces, & ſcandala imminent in præſenti, & in futurum. tom. 6. Conſult. 70.

RESP. Cum metus cadens in conſtantem virum, vel mulierem non fuerit copula ſpontanea ex affectu coniugali, vel diutina cohabitatione, etiam ſpontanea, quæ talis non eſt, dum non ceſſat metus, quantumcunque temporis interuallum diſtet, & quamdiù cenſeatur cauſa metus durare, vel ijs actibus, qui ſunt indicia ſufficientia conſenſus, vt ſi omninò ceſſante metu, ſe amplexabantur, vti Coniuges, vel ſi tales affectu maritali appellabant, dicendum eſt, hunc contractum Matrimonii eſſe nullum, quia defecit conſenſus ad Matrimonium neceſſarius. Quod etiam habet locum in conſtitutione Procuratoris ad Matrimonium, cum in ea includatur conſenſus contrahentis Matrimonium, cuius virtute operaturus eſt poſtea, & contracturus Procurator, quare ſi per hos actus præſens Matrimonium non fuerit ratificatum, non ſolum petita diſpenſatio concedenda videtur in forma commiſſaria, ſed etiam irritum declarandum. Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 18. Pontius *eodem tract. lib.* 4. *cap.* 14: & ante eos Couar. cenſuitque Sac. Cong. Conc. in *Platenſi Matrimonij* 28. Iulij 1662. *ad ſeſſ.* 24. *de refor. Matrim. cap.* 5. *& cap.* 1. *&* 9.

An, & quatenus diſpenſationes extrà Curiam Epiſcopo committendę, & ab eo examinandæ ſint? & quid de literis abſolutionum, & diſpenſationum in foro conſcientiæ. tom. 6. Conſult. 97.

SAc. Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 5. *de refor.* ità de hac re decernit: *Diſpenſationes quacumque authoritate concedendæ, ſi extrà Romanam Curiam committendę erunt, committantur Ordinarijs illorum, qui eas impetrauerint; eæ verò, quæ gratioſè conceduntur, ſuum non ſortiantur effectum; niſi priùs ab eiſdem, tanquam Delegatis Apoſtolicis, ſummariè tantùm, & extraiudicialiter cognoſcantur, expreſſas preces ſubreptionis, vel obreptionis vitio non ſubiacere.*

In hoc decreto primò ſtatuitur, vt diſpenſationes omnes non committatur, niſi Ordinarijs impetrantium; his verò, vel eorum Vicarijs Greg. XIII. ex ſententia Sac. Conc. decreuit, non licere aliquid accipere ratione taxæ, etiam ex immemorabili tempore, neque ratione ſigilli, vel cuiuslibèt alterius rei prò cognitione huiuſmodi diſpenſationum quapropter decretum illud, quod ſolet poni in literis diſpenſationum Matrimonialium: *Et nihil muneris, aut præmij, etiam ſpontè oblati, accipi poſſit prò illarum executione.* Ità intelligendum eſſe, nequè Ordinarius ipſe, nequè eius Vicarius quicquam prorſus, etiam prò mercede laboris, quem ea in re ſuſciperent, capere poſſint. Notarijs verò prò examinatione Teſtium quartam partem auri, ſiuè ducati licere accipere. Addidit etiam prò literis abſolutionum, & diſpenſationum in foro conſcientię tantùm, nihil pariter à quocumque accipi poſſe; quemadmodum etiam Romę ſeruatur, atque ex his Concilium Prouinciale non poſſe ſtatuere, vt aliquid accipi poſſit, cenſuit Sac. Cong.

Ordinarij autem illorum ſunt Epiſcopi, vel illorum Vicarij Generales non autem Foranei: *cap. Romana* ibique notata *de appellatione in* 6. Quare diſpenſationes factæ à Vicario Foraneo nullæ ſunt ex defectu iuriſdictionis, etiamſi

ſpe-

Digitized by Google

ſpecialiter ab Epiſcopo illi ſubdelegatæ fuiſſent.

Secundò ſtatuitur, quod diſpenſationes in forma gratioſa conceſſę ab iiſdem Ordinarijs de ſubreptione, vt concedentes non decipiantur, cognoſci debent,ex qnibus dixit Sac. Congr. antequam diſpenſationibus in forma gratioſa quæ vulgò dicuntur ſine cauſa, Partes vtantur, debere preſentari Ordinarijs, vt ab eis cognoſci poſſint de ſubreptione, vel obreptione, in quo hęc notanda videntur: Primò; quod hæc poteſtas non eſt data Ordinarijs ſuper qualibet controuerſia, quæ poſſit oriri ſuper diſpenſatione Apoſtolica, veluti: vtrum valeat aut concedi potuerit, vel nè, aut qualem interpretationem recipiat, ſed tantum: an preces ſubiaceant vitio ſobreptionis. Secundò quod dicta poteſtas datur Ordinarijs, tanquam Delegatis Apoſtolicis, propter quam non deſtruitur, ſed conſeruatur regula, quod Sedis Apoſtolicę eſt æſtimare, quemadmodum ſui beneficij eſſe velit, *cap. Ordinarij de offic. Ordin. in 6.* Tertiò; Quod non datur Ordinarijs poteſtas cognoſcendi iudicialiter de obreptione, ſed ſummariè, & extraiudicialiter tantùm, cuius taxatiuę eſt vis, & eiuſdem decreti authoritate cenſeatur prohibita Ordinarijs cognitio iudicialis, & ordinaria de ſubreptione Apoſtolicæ diſpenſationis. Nec immeritò: quia niſi certa, & manifeſta ſit ſubreptio gratię Apoſtolicæ non poteſt Ordinarius de ea iudicare, *c. 2. de confir. vtil. vel inutil.* ibiq; Doctores Bald. *conſ. 95. lib. 2.* & Federic. de Sen. *conſ.* 115. Quartò; Quod dicta poteſtas non datur in diſpenſationibus conceſſis motu proprio Pontificis, qui excludit ſubreptionem, *cap. ſi motu proprio de præb. in 6.* Quintò tandem, quod dicta poteſtas non datur circà quamlibet gratiam, vt priuilegium Sedis Apoſtolicę, ſed tantùm circà diſpenſationem, aut etiam circà commutationes voluntatum, vt *in cap. 6. eiuſdem ſeſſionis* d. Sac. Conc. Trid.

De poteſtate Epiſcopi circa irregularitatum, & ſuſpenſionum diſpenſationes, & criminum abſolutiones Vbi, quandò impedimentum dicatur occultum ad hoc, vt Confeſſarius valeat ſe gerere in vim decreti Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. *& Breuium S. Pœnitentiariæ Apoſtolicę prò diſpenſationibus Matrimonialibus in gradibus prohibitis, & ſuper irregularitate, cum in iis apponatur clauſula* Dummodò impedimentū indè proueniens ſit occultum, vel dummodò præmiſſa occulta ſint. *Vera ſententia de his adducitur, atque defenditur,* tom. 6. Conſult. *99.*

IN Sac. Conc. Trid. loco citato, ità decernitur. Liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis in forum contentioſum, diſpenſare, & in quibuſcumque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcumque ſibi ſubditos in Dioceſi ſua per ſeipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ gratis abſoluere, impoſita pęnitentia ſalutari. Item & in hęreſis crimine in eodem foro conſcientiæ, eis tantum, non eorum Vicariis ſit permiſſum.

Prima opinio eſt eorum, qui exiſtimant occultum accipi, prout diſtinguitur contra notorium, ij ſunt præ cęteris Azor. 1. *p. lib.* 8. *c.* 10. *q.* 9. Molin. *de Iuſt. & Iur. tom.* 3. *diſp.* 79. *num.* 6. & alii multi, ſed hęc ſententia eſt apertè falſa, quia ſi occultum accipiatur prout diſtinguitur contra notorium, omne famoſum, vel manifeſtum diceretur occultum.

Secunda ſententia eſt eorum, qui putant occultum accipi prout contradiſtinguitur à publico, & intelligunt eſſe publicum quod eſt notum in Ciuitate, vel Parochia, ſeu Vicinia, aut maiori parte ipſius, dummodò ibi decem ſaltem perſonę inueniantur. Nauar. *in manual. cap.* 27. *num.* 254 *& ſeq.*

Sed hęc ſententia accipit occultum, prout diſtinguitur à manifeſto, vel famoſo: nam ad manifeſtum inducendum, duo copulatiuè requiruntur: Alterum, vt ſit notum toti Viciniæ, vel maiori parti ipſius: Alterum, vt non ſine ibi pauciores, quam decem homines: quæ duo etiam requiruntur ad inducendum notorium. Abb. *in d. cap. veſtra n.* 16. *de cohab. Cler. & Mulier.*

Tertia ſententia eſt illorum, qui accipiunt occultum prò penè occulto, ac probabili, ad differentiam illius occulti, quod probari non poteſt, vel ex ſui natura, vel ex accidenti. Nauar. *d. cap.* 27. *n.* 255. Quare ſecundum hoc dicitur impedimentum, vel crimen occultum, licet aliquibus ſit notum, puta, quatuor, vel quinque, iuxtà *dictum §. hac ergo ſecreta de pænit. d. l.* & hanc tertiam ſententiam ſeruat S. Pęnitentiaria, eique in terminis Breuium ipſius videtur adherere Garz plurimos citans *de Beneſ. p.* 2. *cap.* 11. *n.* 45. probarique poteſt: tùm quia, cum factum paucis eſt notum, non militat ratio ſcandali: tùm quia non eſt de occulti eſſentia, vt ſuaptè natura, vel ex accidenti non ſit probabile.

Vltima ſententia eſt eorum, qui accipiunt occultum, prout contradiſtinguitur à penè occulto & ex ſui natura, vel accidenti probari non poteſt; Vndè ſi impedimentum, vel crimen ſit notum duobus, vel tribus teſtibus, non erit occultum, nec licebit Maiori Pœnitentiario, vel Epiſcopis ſuper eo diſpenſare: quia etſi occulti vocabulum varijs modis accipiatur, & interdum idem importet, quod penè occultum, ac probabile; quandòque verò occultum dicatur omne id, quod non eſt publicum, aut famoſum, manifeſtum, vel notorium. Alber. *d. v. occultum*: Tamen ex proprietate vocabuli, occulcultum dicitur illud tantum, quod nulla ratione

ne probari poteſt, ſiuè id proueniat ex ſui natura, vt in mentalibus. *Can.erubeſcant* 32. *d.c. tua nos de ſimon.* ſiuè ex accidenti, puta ſi homicidium ſuerit veneno perpetratum, aut paruuli in lecto ſuffocati, nemine præſente, *vt d. Can. conſuluiſti* 2. *quaſt*,5. *cap.vn.* & *Eccleſiaſtica beneſic.* Aliæ verò acceptiones omnes occulti ſunt improprię, & abuſiuæ. Card. *in d. cap. veſtra n.*18. Omneſque Canoniſtę, & propterea, quod per teſtes probari poteſt, ſed difficulter, non dicitur occultum ſimpliciter. Hoſtien. *in d.cap. veſtra n.*15. Io: Andr. *num.*12. Cald. *num.*35. & alij.

Hanc vltimam ſẽtentiam in terminis Conc. Trid. amplectuntur Gutierez. *quæſt. can. lib* 1. *c.*13. *num.*27. Angel. *in ſor. par.*1. *quæſt.*4. *art.*5. *differ.*6. & alij multi, & ſaltem quod pertinet *ad d.cap.*6. *ſeſſ.*24. ab hac ſententia nullatenus eſt recedendum. Tum quia validioribus rationibus eſt fulta, tum quia eam ſępius probauit Sac. Congr. Conc. interpres, cuius declarationes non ſunt ſimpliciter doctrinales, ſeù probabiles, ſed neceſſarię, & habentes legis authoritatem, vt latiſſimè probat Fagnan. *in cap. Quoniam de conſtit.* Quia Conc. vtitur termino occulti, quod propriè loquendo eſt illud, quod probari non poteſt. Abb. *in cap. veſtra de cohab. Cler. & Mulier.*

Si verò delictum alias occultum, deductum quidem ſit ad ſorum contentioſum, non tamen probatum, ſed Reus abſolutus, poſſe Epiſcopum diſpenſare: quia adhuc manet occultum, cum non ſuerit deductum cum effectu, ex quo non fuit probatum, grauiſſimi Doctores Salmaticenſes tenuerunt, vt per Graſſ. *lib.*1. *dec. aur. d. cap.*13. Garx. *de beneſ. p.*7. *d. cap.*11. *num.*48. *& ſeq.* & alij. Eſtque ex mente Sac. Congr. quia ſecuta abſolutione, iam ceſſat cauſa ſcandali, propter quam prohibita eſt diſpenſatio, quod verum eſt, etiam ſi Reus ſalſis teſtibus ſe deſenderit. Auil. *de cenſur. p.*2. *cap.*7. *diſput.* 1. *dub.* 15. *concluſ.* 3. Henrique. *lib.*4. *cap.* 20. *num.* 4. & alij. Idemque dicendum ſi iudicium non ſuerit ſententia finitum, eo quod accuſator per annum deſtiterit: quia tanti temporis taciturnitas arguit defectum probationis, & æquiualet abſolutioni. Sayr. *l. c.* Maiol. *de irregul. lib.*3, *cap.*17. *num.*9. & alij.

Id quoque ſine difficultate procedit, ſi inquiſitus fuerit abſolutus tanquam innocens, & non culpabilis, quod accidit, quandò teſtes fuerint conuicti, aut condemnati de ſalſo, vt ſeruatur in Sac. Trib. S.Offic. vel quandò alias conſtat, delictum non ſuiſſe commiſſum, puta: quia viuit ille, de cuius homicidio quis imputatur, vel quid ſimile: Nam verbum *Innocentiæ* denotat omnimodam immunitatem, & carentiam criminis, ac doli, *l.abſentem, ff.de pœnis.*

Quod ſi Reus ſuerit abſolutus ex hactenus deductis, adhuc delictum cenſeri occultum, ac licere Epiſcopo diſpenſare cenſuit Sac. Congr. Conc. Auil. *d cap.*7. *diſp.*1. *dub.*11. *concl.*3. Sayr. Suarez, & alij, quos ſequitur Sanchez *loc.cit.* Quod ſi Reus non ſuerit abſolutus, ſed relaxatus cum fideiuſſione de ſe repræſentando, tunc non licere Epiſcopo diſpenſare: quia non poteſt negari, delictum deductum eſſe ad ſorum contentioſum, neque adhuc iudicio finitum; vndè intrat exceptio, de qua in *d. cap.*6. *ſeſſ.*24. & hanc ſententiam probauit Sac. Congreg. Conc.

Ruríum certum eſt, delictum adhuc manere occultum, ſi Clericus ſuerit condemnatus à Iudice ſæculari, licet ex eiuſmodi ſenentia ſuborta ſuerit contra eum ſama perpetrati delicti, ex *cap. At ſi Clerici de Iudic.* & aliàs cenſuit Sac. Congreg.

In cauſa autem, quo delictum ſuerit deductum ad forum contentioſum, & in eo punitum, Epiſcopus non poteſt abſoluere, neque diſpenſare in impedimento indè proueniente. Suarez *de Cenſur. diſp.*41. *ſect.*2. *num.*5. Gutier. *can. quæſt. lib.* 1. *cap.*3. & alii. Tùm quia Conc. excipit delictum deductum ad ſorum contentioſum; Tùm etiam quia per ſententiam condemnatoriam delictum efficitur notorium. Text. in *d. cap. Veſtra.*

Si delictum ſit notum complicibus tantum, adhuc dicitur occultum: quia probari non poteſt, vt ſuprà diximus, cum complices in teſtes recipi non poſſint, neque eis receptis creditur. *l. quoniam ſpecul. tit. de Teſtib.* §. 1. *nu.*37. Marſil. *in l. ſi fortè num.*15. & 16. *ff. ad l. Cornel. de Sicar.* & alij.

Si delictum ſit publicum in vno loco, & petatur abſolutio in alio loco, vbi non eſt publicum, neque timetur publicandum, Epiſcopus in hoc loco non poteſt abſoluere, nec diſpenſare: quia delictum illud eſt publicum, contra decretum Conc.

Ad hoc autem, vt liceat Epiſcopo diſpenſare, non ſufficit, vt actus, ex quo incurritur irregularitas, ſit materialiter publicus, ſed oportet, vt ſit publicus formaliter, in quantum eſt delictum, ſcilicet, vt publicè ſciatur illud eſſe delictum. *Arg.* l. *in delictis* §. *ſi extraneus, ff. de noxal. act.* Sayr. *de Cenſur. lib.*7. *cap.*3. *nu.*13. Sà *d. v. Epiſcopus num.*35. & alij multi: Quare ſi occultè excommunicatus publicè celebrauerit, licet Epiſcopo diſpenſare in vim *d. cap.* 6. *ſeſſ.* 24. quia licet actus celebrationis ſit publicus, non tamen publica eſt illius malitia. Nauar. *loc.cit.* vbi refert, ità definitum eſſe in Prætorio S. Pœnitentiariæ. Secus in caſu conuerſo, & ità aliàs declarauit Sac. Cong. Conc. die 9. Septembris 1582.

Porrò Epiſcopi illarum Regionum, vbi non eſt receptum Sac. Conc. Trid. non poſſunt vti hac facultate, cum par non ſit acceptare gratias, & repellere onera. Garz. *d. p.*7. *cap.*11. *nu.*13. Suar. *de cenſur. diſ.*41. *num.*6. & Sanchez *loc. cit.* Neque Prælati Regularium, neque alij Abbates iuriſdictionem habentes, quaſi Epiſcopa-

lem,

tom.; ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecti, ſed tantum Epiſcopi, neque Capitulum Sede Epiſcopali vacante: quia in Capitulum non transeunt ea, quæ Epiſcopo competunt Iure ſpeciali. Innoc. *in cap. in cunct. de elect. num. 7.* Abb. *in cap. Verum de for. comp. n. 9.*

Neque poſſunt Cardinales, qui habent Titulos Eccleſiarum in ſuis Eccleſijs vti hoc decreto: quia licet habeant iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem; tamen veri Epiſcopi non ſunt, quod interpretata eſt Sac. Cong. approbante Pontifice, de qua Fagnan. *in cap. Dilectus, num. 27. de temp. ordin. & in cap. nè prò dilatione num. 42. de pœnit. & remiſſ.*

Neque licet Epiſcopis diſpenſare ſuper irregularitate prò retentione Beneficiorum, ac fructuum perceptorum: uam oportet adire Sedem Apoſtolicam.

Poterit quidem Epiſcopus abſoluere ex hoc decreto, ac diſpenſare ſuper irregularitate, ſeù ad Ordines rehabilitare quoad ſuſpenſiones, tam ab Ordinibus, quam Beneficijs ex Simonia occulta; non tamen diſpenſare quoad Beneficia, quibus priuatus quis exiſtat, neque ad Beneficia obtinenda reabilitare.

An verò Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper irregularitate prouenienté ex mutilatione occulta? Ex hoc decreto, in quo, cum excipiatur irregularitas, quæ prouenit ex homicidio voluntario, videtur excepta irregularitas, quæ prouenit ex mutilatione membri, quæ illi æquiparatur. Gloſ. *in Clem. 1. de homicid.*

Bulla autem cruciatæ dans facultatem abſoluendi à peccatis, & cenſuris, non comprehendit caſum irregularitatis; tùm quia irregularitas non eſt cenſura; tùm quia dat facultatem abſoluendi, non autem diſpenſandi.

Archiepiſcopus non habet facultatem abſoluendi, hoc decreto Suffraganeos, niſi in caſibus in Iure expreſſis. Eſtque contra Suarez *tom. 4. de pœnit. diſp. 30. ſect. 2. num. 8. & tom. 5. diſp. 41. ſect. 2. num. 12.* Henriq. Sayr. & alios.

Verba illa *in Diœceſi ſua*, intelligenda ſunt, Epiſcopum poſſe abſoluere omnes ſubditos, ſiuè ratione domicilij, ſiuè habitationis &c. & vbicumq; exiſtentem. Henriq. Rodriq. & Dian. *loc. cit.* extrà tamen ſuam Diœceſim non licere.

Poteſtas diſpenſandi in irregularitatibus, & abſoluendi à reſeruato conceſſa Epiſcopis, ità eſt conceſſa ipſis, vt poſſint illam delegare, non ſolum ſuis Vicarijs, ſed etiam alteri Confeſſario, aut alijs ab ipſis ſpecialiter deputatis, ac ſimilibus caſibus.

Verba illa, *in foro conſcientiæ*, non reſtringuntur ad Sacramentum Pœnitentiæ, ſed hanc facultatem poſſe exerceri extrà illud, quia forus conſcientiæ non eſt forus Sacramentalis, ſed ſecretus conſcientiam reſpiciens, itàut abſolutio non proſit in foro externo, ſeu non præiudicat foro externo, ſi contingat hæreſim, aut aliud crimen in iudicium deduci. Sanchez *de Matrim. dict. lib. 8. diſp. 34. & diſp. 28. & lib. 2. cap. 11. num. 13.* Ledeſma *par. 2. Sum. tract. 1. cap. 6. concl. 20. num. 8.* & alij. Idque confirmant, quia certum eſt, quod quis abſolui poſſit ab excommunicatione; & tamen non abſolui à peccatis hæreſis. Imò poteſt Epiſcopus nō dum Sacerdos abſoluere ab excommunicatione propter hæreſim incurſa, & facultatem concedere ſubdito, quod propter peccata hęreſis abſoluatur à legitimo Sacerdote: quia quotieſcumque cenſura remouetur à peccato, non eſt amplius reſeruata.

At his minimè attentis, tenenda omninò eſt prior ſententia, quam ſequitur praxis, & Sac. Cong. Conc. ſcilicet: Epiſcopus abſoluens à peccatis reſeruatis occultis vigore prædicti decreti Conc. Trid. poſſit id tantum facere in Confeſſione Sacramentali; non tamen extrà illam.

Licebit tandem Epiſcopo lapſo in aliquod delictum, ex ijs, quæ continentur in eodem decreto, proprium Confeſſarium deputare, vt ab eo abſoluatur, ſecundum eam facultatem, quę ipſi ex eodem eſt conceſſa alteri diſpenſare, & abſoluere, idque etiam extrà ſuam Diœceſim, aut ſi Romæ eſſet. Eadem Sac. Cong. Et hæc ſufficiat pro hac re; atque alia vide de Cenſuris.

Vtrum præcepta de gradibus cognationis, & affinitatis ſint Iuris naturalis, in quo Eccleſia diſpenſare nequeat? Vbi etiam cuius ſit in Matrimonij impedimentis diſpenſare, ac de cauſis diſpenſandi. tom. 7. Conſult. 22.

PRimus conſanguinitatis gradus, tam in linea recta, quàm tranſuerſali iure naturæ vetatur; ſimiliter primus affinitatis gradus in linea recta, Priuigni cum Nouerca, Vitrici cum Priuigna, Generi cum Socru, atque Socri cum Nuru. Ideòque contrafacientes morte mulctantur. *Leuit. 20.* Ruben propter agnitam Patris Concubinam primogenitura caruit. Apoſtolus, nec inter Gentes audiri ſcribit, quod Nouerca quis abutatur. *Cor. 1.* Hinc Antonius Caracalla notatur, quod à Iulia Nouerca non abſtiuuit, Adonias morte punitus fuit, quia Abiſac petiuit in Vxorem. *3. Reg. 2.*

Cęterùm primus affinitatis gradus in linea tranſuerſa minimè Iure naturæ prohibitus eſt: Nam lex Moyſis *Deuteron. 25.* permittit coniugium cum vxore fratris defuncti, ſicuti, & cum ſorore vxoris defunctæ. Et in hoc gradu per Eccleſiam ſæpè diſpenſatum eſſe legimus, vt *cap. fin. de diuort.* Iulius II. cum Catharina Arthuri Principis Vualliæ Coniugis diſpenſauit, vt defuncto marito, Henricum VIII. acciperet anno 1503. Primus ergò affinitatis gradus linea tranſuerſa, & ſecundus, & tertius quoque gradus conſanguinitatis in eadem tranſuerſa linea, non Iure naturæ, ſed Moſayco Iudæis vetabantur. Siquidem Iacob Vir

ſanctus

ſanctus duas ſorores in vxores accepit, *Geneſ.* 29. & alibi. Hi tamen gradus poſtea ſunt Iudæis prohibiti, non ſub mortis pœna, ſed tantum ſterilitatis. *Leuit.* 18. & 20. cum ergò hi gradus, vſque ad quartum tantùm Iure Eccleſiaſtico nunc prohibeantur, ex cauſa in eis diſpenſari poteſt, iuxtà Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 5. *de refor.* & *can.* 3.

In omnibus porrò impedimentis Matrimonii Eccleſiaſtico Iure, vel Chriſtiani populi more conſtitutis Romanus Pontifex diſpenſare poteſt, ad cuius Tribunal, & iudicium cauſæ Matrimoniales ſpectant: puta de Sacramenti partibus de Sacerdotali benedictione, de cognationis gradibus, de diuortijs, de impedimentis contractus: nam hæc omnia ad res conſcientiæ, ac ſpirituales ſpectant. Non enim apud Chriſtianos contractus legitimi Matrimonij, à Sacramento Matrimonii ſeparatur; De Sacramentis autem, rebuſque conſcientię, quæ ex legibus diuinis pendent iudicare Paſtorum Eccleſię eſt, quorum Summus eſt Romanus Pontifex Chriſti Vicarius, qui diuortii, & repudii cauſam, non ad politicum Magiſtratum remiſit, ſed ipſe iudicauit. *Matth.* 5. & 19. ſimiliter Apoſtolus de Coniugis leges tulit, 1. *Cor.* 7, ſemperque vſu in Eccleſia recepto de cauſis Matrimonialibus, non Reges, ſed Pontifex conſulti ſunt, vt meritò Conc. Trid. anathemate dictum ſit eis, qui aſſeruerint cauſas Matrimoniales ad Iudices Ecclesiaſticos minimè pertinere, *ſeſſ.* 24. *can.* 2. Attamen cauſæ Matrimoniales merè politicæ, quales ſunt de dotibus, de ſucceſſione, de hæreditatibus, politico Magiſtratui ſubſunt, mixtæ verò eidem ſubſunt; cum ſubordinatione tamen ad Eccleſiaſticum Iudicem; itàut ſi lex ciuilis Eccleſiaſticæ aduerſaretur, eidem cedere debeat, prout in Iuſtiniani *lege conſobrinorum* permiccente Coniugia, euenisse conſpicimus, quam D. Gregorius in Epiſtola ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum reiecit, vniuerſa comprobante Eccleſia.

De impedimento Voti ſolemnis, & Ordinis, cum ſit indiſpenſabile ex praxi, nihil dicendum, minus etiam de linea aſcendenti, vel deſcendenti, tum in conſanguinitate, quam affinitate, multò minus de impedimento naturali.

Diſpenſationes autem Matrimoniales, aliæ vocantur de maiori, & aliæ de minori. Primæ expediuntur per Cancellariam, & taxam ſoluunt Officialibus, prout materiæ Beneficiales. Secundæ expediuntur per Pœnitentiariam publicam, ſiuè, vt vocant, per Officium minoris gratiæ.

Diſpenſationes ſuper impedimento cognationis ſpiritualis, ſiue ex Baptiſmo, ſiuè ex Confirmatione ſunt de maiori.

Diſpenſationes in ſecundò gradu, aut in primò, & ſecundò expediuntur per Breue, & non per Cancellariam.

Super impedimentis publicæ honeſtatis, & criminis, aut inhabilitatis ex reſcripto diſpenſationes expediuntur per Officium minoris gratię; niſi concurrat aliud impedimentum, cuius diſpenſatio venit expedienda per Officium de maiori gratia.

Super impedimentum inhabilitatis inductæ à Sum. Pont. in aliquo præcedenti reſcripto, ſolet dari diſpenſatio ſine cauſæ expreſſione, & talis diſpenſatio vocatur *cauſa ſuperueniens*, quę expeditur de maiori, & expenſæ ſiunt, ſicut notatur in tariffa ſub clauſula *ſuperueniens*.

Expenſæ, quæ ſiunt in Officio maioris gratiæ variantur ſecundum qualitatem, & quantitatem impedimentorum, nec poſſunt Expeditores excedere tariffam ex Conſtitutione B. Pij V. *ſuper reformat. pœnitent. Apoſtolica.* Non tamen in illis comprehenditur procuratio, ſiuè, vt aiunt, Agentia, neque expenſę literarum cambij, & aliarum ſimilium rerum.

Operæ pretium igitur erit diſtinguere, & narrare cauſas, propter quas Summi PP. conſueuerunt diſpenſare, prout hiſce temporibus admittuntur, & limitantur in Dataria, cum clauſularum reſcriptis, quas reſtrictiuas vocant.

Ob anguſtiam ſolet allegari hoc modo: Quod mulier contrahens in loco, in quo ipſa, & vir contrahens orti ſunt, propter illius anguſtiam virum ſibi, non conſanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere poſſit, inuenire nequit; Si fuerint ex duobus locis, debet aſſeri anguſtia, cum clauſula etiam de vno ad alium ſe transferendo, notandumque quod verba illa, *ſibi non conſanguineum, vel affinem* reticeatur, vbi impedimentum non eſt ſolius quarti gradus, aut tertij, & quarti à communi ſtipite pronenientis, quia cum ſint plures gradus, forſan poſſet reperire virum conſanguineum in inferiori gradu, quam in allegatis: verbi gratia. Si impedimentum ſit duplicis quarti gradus, facilè poſſet reperire virum conſanguineum in vno ſolo quarto gradu, qui tamen ſibi non eſſet æqualis conditionis. Aduertendum tamen quod quandò impedimentum eſt tertij gradus, manente adhuc diſtantia ſecundi gradus, & vt vocant *in ſecundò, & tertiò* à communi ſtipite, cauſa ob anguſtiam non admittitur, niſi illi ſuper addatur, clauſula, quod ſi extra eorum locum, vel loca originis nubere cogeretur, dos, quam ipſa habet, non eſſet competens, aut cum eâ virum paris conditionis inuenire non valet, vel quod ſint nobiles, vel ſaltem ex honeſtis familijs, augentur tamen expenſæ. Ità tamen debet intelligi anguſtia locorum, vt non comprehendantur Ciuitates, quę ſunt inſignitæ Epiſcopali Dignitate, niſi aliquæ in Italia, & Dalmatia, quæ non excedunt 300. foculacia. Et quia id raro euenit, & multa requiruntur ad hoc, vt d. anguſtia admittatur à Dataria, viſum fuit ſufficiens, ſi hoc inſinuetur.

Propter dotis incompetentiam. Quandò mulier non habet dotem competentem, cum qua virum paris

paris conditionis inuenire nequit, & illa cauſa ſolet ſimpliciter admitti in diſpenſationibus minoris gratiæ, ſed in diſpenſatione de maiori illa ſuperadditur, quod vir contrahens teneatur dotare mulierem vſque ad quantitatem competentem. Et ſi Partes inſtiterint, poterit etiam addi in diſpenſatione minoris gratiæ, ſed ad dictum dotis augmentum non coguntur: augmentum autem dotis poteſt fieri ab aliquo, quam à viro contrahente, dummodò tamen ille tertius augens dotem, vel dotans ex integro aliundè ad id non ſit obligatus ad dotandum mulierem, ſiuè ex integro, ſiuè ex ſolo augmento,

Prò indotata. Cauſa hæc in omnibus gradibus ſolet exprimi, vt ſequitur, quod dum ipſa mulier indotata exiſtat, nec habeat actionem, vndè dotari poſſit, & vir ſic indotatam in vxorem ducere, & illam ex integro dotare intendat, quod obſeruatur in omnibus impedimentis etiam ſimplicis quarti, ſed huiuſmodi cauſa parum in vſu, quia difficilis probationis, & vt plurimum reſoluitur in cauſam propter dotem, quæ eſt magis familiaris.

Propter ætatem. Ætas mulieris ſolet admitti prò cauſa, videlicet in diſpenſationibus minoris gratiæ, ſi mulier ſit ætatis 24. annorum, & in diſpenſationibus de maiori, ſi attigerit 25. ſed cauſa iſta non valet, quandò mulier, iam alteri nupſit, & ſolet exprimi ſub verbis, quod mulier 24. vel 25. annum agens, hactenus virum paris conditionis, cui nubere poſſit, non inuenerit.

Propter inimicitias. Ad componendas inimicitias inter parentes, vel conſanguineos, aut affines contrahentium, quæ ſint graues, & ſint aliundè ortæ, quam ex cauſa contrahendi Matrimonij inter ſupplicantes, & ſub reſcripto *facta, prius inimicitiarum compoſitione*,

Ad componendas lites. Cauſa hæc ſolet exprimi, vt ſequitur; Quod cum inter contrahentium Parentes, & conſanguineos, vel affines, graues lites, & controuerſiæ ſuper rebus magni momenti ortæ ſint, & de præſenti vigeant, aliundè tamen, quam ex cauſa Matrimonij prouenientes, & ante illius contractum exortæ, & certum ſit, quod ſi ſupplicantes inuicem ſibi copularentur, lites huiuſmodi extinguerentur, vbi Dataria reſcribit: *Et facta prius litium compoſitione*.

Propter hæreſim. In multis Germaniæ, & Belgij partibus, & aliquibus locis admittitur cauſa, *propter hæreſim*, ſub ſequentibus verbis: Quod cum ſupplicantes ſint orthodoxæ Fidei cultores, & Deo dante, ſub obedientia Romanæ Eccleſiæ viuant, viuereque, & mori intendant, & in illis partibus, in quibus multi adſunt hæretici, difficilè ſit ſingulorum animos explorare, & qui Catholicam Fidem profiteantur internoſcere, & ne contingat, illos cum hæreticis contrahere &c. Et dummodò contrahentes ſint orthodoxæ Fidei cultores, & ſub obedientia S. R. E. viuant, viuereque, & mori intendant,

Ad euitanda ſcandala. Hæc cauſa non admittitur, niſi etiam petatur abſolutio, aut propter inceſtum admiſſum, aut propter ſuſpicionem inceſtus admiſſi inter partes. Propter inceſtum videlicet, quandò ſupplicantes; non tamen data opera, aut non ſub ſpe facilius habendi diſpenſationem, carnaliter ſe cognouerunt. Propter ſuſpicionem inceſtus, quandò in ſimul conuerſati ſunt, vndè orta ſit ſuſpicio, quod ſe carnaliter cognouerunt, & ideò ſi Matrimonium hoc non contraheretur, mulier remaneret diffamata, & innupta. In gradibus verò ſecundo, aut primo, & tertio non ſufficit ſimpliciter, quod orta ſit ſuſpicio, ſed illa debet eſſe grauis, nequè ſufficit, quod ſcandala timeantur, ſed illa etiam debent timeri grauia. Imò prò miſerabilibus ſolet etiam addi, quod niſi Matrimonium contraheretur, ſupplicantium vitæ periculum immineret. Diſpenſationes cum abſolutione, & ſupradicta cauſa petuntur, aut prò diuitibus, aut prò miſerabilibus, Prò diuitibus ſoluitur compoſitio, & expenſæ fiunt, pròut notantur in Tariffa. Prò miſerabilibus verò nulla ſoluitur compoſitio, ſed tantum certa regalia prò Officialibus, & ideò requiritur fides ab Ordinario loci de paupertate, aſſerens illos eſſe pauperes, & miſerabiles, & ſuo labore, & induſtria tantum viuere.

Euenit etiam aliquandò, vt inceſtus ſit emendicatus, & conſultò, ſiuè data opera, ad effectum facilius conſequendi diſpenſationem, quo caſu diſpenſatio conceditur cum maiori difficultate propter talem malitiam, & imponitur pœnitentia grauior.

Aliquandò etiam euenit, vt ex ignorantia contrahant Matrimonium in aliquo gradu prohibito, in quo caſu, ſi partes, habita notitia talis impedimenti, Matrimonium ipſum alias fuerit canonicè celebratum, nulla indiget abſolutione, ſed tantum ſimplici diſpenſatione, cuius expenſæ limitantur iuxtà alias diſpenſationes, *propter anguſtiam, vel dotis incompetentiam &c.* Ità ac ſi ante contractum Matrimonium ſupplicaſſent diſpenſationem, ſed ſi habita notitia d. impedimenti dirimentis, nihilominus partes perſtiterunt in copula carnali, iam facti ſunt rei inceſtus, cum ſit extra ignorantiam facti, & ideò petenda erit abſolutio, & in hoc caſu omnia regulantur, ſicut in diſpenſationibus cum abſolutione, iuxtà Tariffam.

Item quia talis perſeuerantia aliquandò eſt omninò ſecreta, & partes nolunt illam deduci ad forum contentioſum, tunc ſolent exponere in diſpenſatione per Datariam, quod habita notitia impedimenti, abſtinuerunt à copula, & deindè petunt remedium quoad forum internum: quia nemo tenetur detegere culpam ſuam.

Nonnunquam etiam accedit, quod Sponſa fuerit rapta, in tali caſu prius de mandato Ordina-

rij loci debet ſeparari, & in loco tuto, ac libero conſtitui,& conſentire futuro Matrimonio cum raptore. Et ſi Matrimonium fuerit clandeſtinè contractum, omnia obſeruantur, prout in cauſa, *ad euitanda*, niſi quod aggrauantur pœnitentia, aut ſalutari, aut publica.

Conceduntur etiam diſpenſationes ſine aliqua cauſa, quę vocantur ſine cauſa, & fiunt expenſæ iuxtà Tariffam; niſi tamen in gradibus primo, & ſecundo, vel in ſecundo.

Aliquandò etiam admittuntur aliæ cauſę, nempè prò conſeruatione bonorum in familia, prò confirmatione pacis, aut aliæ arbitrio Sum. Pont. & potiſſimum in gradibus ſtrictioribus, ſed ratò:

Prętereà aduertendum, quod nullę expediuntur diſpenſationes in forma pauperum, ac miſerabilium; niſi quandò requiritur abſolutio propter inceſtum commiſſum, aut ſuſpicionem copulæ, & tunc imponitur pęnitentia publica, quæ alios deterreat à ſimilibus committendis, vltrà quam etiam ſolet imponi alia pęnitentia, videlicet, quod vir conferat operam ſuam fabricæ, vel in aliud ſeruitium alicuius Eccleſiæ, vel loci pij per aliquot Menſes, ſecundum impedimenti qualitatem, & hoc obſeruatur in Italia, & in Hiſpania in diſpenſationibus.

Nonnunquam etiam contingit in diſpenſationibus compaternitatum, aut primi gradus publicæ honeſtatis, & aliquandò in alijs impedimentis, vt partes habeant copulam ſcienter, ſiquidem ſe ſuſcepiſſe prolem alterius contrahentis, vel confirmatione, ſed quia exiſtimabant exindè non proueniſſe aliquod impedimentum,& in iſto caſu talis ignorantia iuris illis non ſuffragatur, ſed petenda eſt abſolutio, *propter ſcandala*, & regulantur expenſę iuxtà Tariffam cum abſolutione.

Et licet limitatæ ſint à Sac. Conc. Trid. & Conſtitutione Pij V. perſonæ,ad quas extenditur impedimentum cognationis ſpiritualis; magna tamen ſit differentia in Curia Romana, inter quas perſonas de dicta cognatione ſpirituali petatur diſpenſatio: quia inter baptizantem, & baptizatum, ſeù baptizatam, aut inter leuantem, & leuatam, tale impedimentum non vocatur ſimpliciter Compaternitas, ſed filiatio ſpiritualis, cuius cauſæ, & expenſæ regulantur, ſecundum cauſas, & expenſas in primò, & ſecundò conſanguinitatis, vel affinitatis, quæ vt plurimum pendet ex arbitrio Datariæ.

In omnibus autem diſpenſationibus Matrimonialibus, quoad compoſitionem, vel alias expenſas, nulla habetur ratio, ſuper quo genere ſit impedimentum, videlicet conſanguinitatis, vel affinitatis, ſiuè ſit partim conſanguinitatis, & partim affinitatis. In diſpenſationibus ſuper impedimento cognationis ſpiritualis, videlicet compaternitatis, debet explicari prouenientia impedimenti, videlicet, ſi vir ſuſcepit vnum, vel plures liberos mulieris ex alio viro, vel etiam ex ipſo ſuſceptos, vel è contrà de mulieræ, & ſic hoc euenit in Baptiſmo, aut Confirmatione. Similes etiam prouenientiæ declarari debent, quandò impedimentum prouenit ex actu fornicario, quod impedimentum non extenditur vltra primum,& ſecundum gradum. Idem etiàm in impedimento criminis, ſiuè mors alterius Coniugis euenit,neutra ſupplicantium machinante, ſiuè altero, ſiuè vtroque, explicanda erit ſpecificè, vndè proueniat impedimentum,& ſi altero,vel vtroque machinante mors Coniugis alterius ſupplicantis euenit, gratia erit valdè difficilis. Quod ſi impedimentum criminis ſit occultum, & partes nolint illud publicare, tunc diſpenſatio ſolet expediri per Pœnitentiariam ſecretam.

In diſpenſationibus ſuper impedimento publicæ honeſtatis, deducenda erit ſimiliter prouenientia impedimenti,quomodò euenerit,ex qua ratione ſponſalia, quæ induxerant impedimentum, fuerint diſſoluta, aut de conſenſu, aut per mortem.

Euenit aliquandò, vt ſponſalia fuerint contracta inter vnum ſupplicantium, & aliquem conſanguineum, vel affinem alterius ſupplicantis in primo gradu. Quo caſu aduertendum eſt, quod ſi illis diſpenſari impediebantur aliquo impedimento dirimenti, talia ſponſalia contracta ſine diſpenſatione fuerunt irrita, & ideò nullum inductum impedimentum. Si fuerit obtenta diſpenſatio Apoſtolica inter diſpenſatos per verba de futuro, & illa fuerit executioni demandata,& per conſequens ſublatum impedimentum,tunc ſponſalia erunt valida, & inductum impedimentum publicæ honeſtatis.

Executio verò diſpenſationum Apoſtolicarum, niſi ſibi inter Reges, aut Principes ſupremæ authoritatis committitur Ordinario loci, ideſt Epiſcopo, aut eius Vicario, aut Officiali, neque illas ſolet Papa committere Officiali Capituli, ſed Ordinario viciniori, attenta vacatione Sedis Epiſcopalis loci: quia tamen Dataria non eſt diſtricta legibus communibus, aliquandò ſe accommodat rerum, & temporum qualitatibus, & nouiſſimè etiam ſolet committi Vicario Capitulari. Quandò vero contrahentes, non in ſua, ſed in aliena Diæceſi, iam ab anno, & vltrà, erit liberum, ipſis contrahentibus, vt eorum diſpenſatio committatur Ordinario Diæceſis in qua commorantur. Imò, quandò ſunt miſerabiles ambo contrahentes, admittitur etiam fides paupertatis facta ab hoc Ordinario, ſi vir fuerit vnius Diæceſis, & mulier alterius, diſpenſatio committitur Ordinario mulieris, niſi forſan Sedes vacet, aut non ſit tutus acceſſus, vel Oratrix extrà ſuam Diæceſim, iam ab anno, & vltrà viuat, ſiuè commoratur.

Quandò diſpenſationes reperiuntur in totum expeditæ, & commiſſæ ſuis Ordinarijs,& executioni non demandantur, vel ob vacantem Sedem, vel quia Ordinarius indebitè deneget exe-

exequi &c. petitur per ſpeciale reſcriptum, vel nouam Bullam, vt talis executio committatur viciniori, & hic modus eſt tutior, quam petere executionem à Vicario Capitulari.

Si verò fuerit commiſſus aliquis error in diſpenſationibus, ſolet corrigi per Illuſtriſſimum D. Regentem, ſi error ſit ſubſtantialis, & habeatur Bulla originalis, ſed ſi error occurrat in nomine, vel in aliquo gradu omiſſo, vel in alia re ſubſtantiali, ſi ſupplicatio ſit regiſtrata, & Bullæ nondùm regiſtratæ, ſolet fieri reformatio per nouam ſupplicationem, cum inſertione ſupplicationis primæ, cuius vigore Cancellaria expedit gratiam ſub data vltimæ ſupplicationis, ſi verò Bullæ fuerint in totum expeditæ, tunc ſolet expediri noua gratia. *perindè valere*, in quo Papa ſupplet defectum primę gratiæ.

Impedimenta autem dirimentia ſunt:

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honeſtas,
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis;
Si Parochi, & duplicis deſit pręſentia teſtis,
Raptauè ſit mulier, nec Parti reddita tutę;
Hæc facienda vetant connubia facta retractant.

Sequitur explicatio dictorum impedimentorum, vt ibi videre eſt, at de hoc iam ſatis. Item vide *tom.8. Conſult.* 111.

De diſpenſatione ab Irregularitate ob Simoniam? Vide de Simonia tom.7. Conſult.43.

De facultatibus conceſſis quibuſdam Epiſcopis in partibus? tom.7. Conſult. 43. Et ſunt, quæ ſequuntur:

1 *Conferendi Ordines extrà tempora, & non ſeruatis interſtitijs, vſque ad Præsbyteratum incluſiuè, ſi Sacerdotum neceſſitas ibi fuerit.*

2 *Diſpenſandi in quibuſcumque irregularitatibus, exceptis illis, quæ, vel ex bigamia vera, vel ex homicidio voluntario proueniunt.*

3 *Diſpenſandi ſuper defectu ætatis vnius anni, ob operariorum penuriam, vt promoueri poſſint ad Sacerdotium, ſi alias idonei fuerint.*

4 *Diſpenſandi, & commutandi vota ſimplicia, etiam caſtitatis, ex rationabili cauſa in alia pia opera, non tamen Religionis.*

5 *Diſpenſandi in quacumque Simonia, & in reali dimiſſis Beneficijs, & ſuper fructibus malè perceptis, iniuncta pœnitentia ſalutari, vel eleemoſyna, arbitrio diſpenſantis.*

6 *Diſpenſandi in tertiò, & quartò conſanguinitatis, & affinitatis ſimplici, & mixto tantum, & in ſecundò, tertiò, & quartò mixtis, non tamen in ſecundò ſolo, quoad futura Matrimonia; quo verò ad præterita, etiam in ſecundo ſolo, dummodò nullo modo attingat primum gradum cum his, qui ab hæreſi, vel infidelitate conuertuntur ad Fidem, vt ſuprà, & in prædictis caſibus prolem ſuſceptam declarandi legitimam.*

7 *Diſpenſandi ſuper impedimento publicæ honeſtatis iuſtitiæ ex ſponſalibus proueniente.*

8 *Diſpenſandi ſuper impedimento criminis, neutro tamen coniuge machinante, & reſtituendi ius petendi debitum amiſſum.*

9 *Diſpenſandi in impedimento cognationis ſpiritualis, præterquam inter leuantem, & leuatum.*

10 *Hæ verò diſpenſationes matrimoniales, videlicet 6. 7. 8, & 9. non conceduntur, niſi cum clauſula, dummodò mulier rapta non fuerit, vel ſi rapta fuerit, in poteſtate raptoris non exiſtat, & in diſpenſatione tenor huiuſmodi facultatum inſeratur, cum expreſſione temporis, ad quam fuerint conceſſa.*

11 *Diſpenſandi cum Gentilibus, & infidelibus plures vxores habentibus, & poſt conuerſionem, & Baptiſmum, quam ex illis maluerint, ſi etiam ipſa fidelis fiat, retinere poſſint, niſi prima voluerit conuerti.*

12 *Conſecrandi Olea cum Sacerdotibus, quos potuerit habere, dummodò ad minus ſint quinque, non tamen extrà diem Cœnæ Domini.*

13 *Delegandi ſimplicibus Sacerdotibus poteſtatem benedicendi paramenta, & alia vtenſilia ad Sacrificium Miſſæ neceſſaria, vbi non interuenit ſacra vnctio, & reconciliandi Eccleſias pollutas aqua ab Epiſcopo benedicta, & in caſu neceſſitatis, etiam aqua non benedicta ab Epiſcopo,*

14 *Largiendi ter in anno Indulgentiam plenariam contritis, & confeſſis, & ſacra Communione refectis.*

15 *Abſoluendi ab hæreſi, & Apoſtaſia à Fide, & quoſcumque etiam Eccleſiaſticos, tam ſæculares, quam Regulares; non tamen eos, qui ex locis fuerint, vbi S. Officium exerceatur, niſi in locis Miſſionum, in quibus impunè graſſantur hæreſes, deliquerint, nec illos, qui iudicialiter abiurauerint, niſi iſti nati ſint, vbi impunè graſſantur hæreſes, & poſt iudicialem abiurationem illuc reuerſi, in hæreſim fuerint relapſi, & hos in foro conſcientiæ tantum.*

16 *Abſoluendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis.*

17 *Concedendi Indulgentiam plenariam primò conuerſis ab hæreſi, atque etiam infidelibus quibuſcumque in articulo mortis, ſaltem contritis, ſi confiteri non poterint.*

18 *Concedendi Indulgentiam plenariam in oratione 40. horarum ter in anno indicenda diebus eidem Epiſcopo benè viſis, contritis, & confeſſis, & S. Communione refectis; ſi tamen ex concurſu populi, ex expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti nulla probabilis ſuſpicio ſit ſacrilegij ab hæreticis, & infidelibus, aut Magiſtratu offenſum iri.*

19 *Lucrandi ſibi eaſdem Indulgentias.*

20 *Singulis ſecundis ferijs, non impeditis officio nouem lectionum, vel eis impeditis, die immediatè ſequenti, Miſſam de Requiem in quocumque Altari, etiam portatili, liberandi animam in eius intentionem à Purgatorij pœnis per modum ſuffragij.*

Digitized by Google

21 *Tenendi, & legendi, non tamen alijs concedendi, libros Hæreticorum, vel Infidelium de eorum Religione tractantium ad effectum eos impugnandi, & alios quomodolibet prohibitos, præter opera Caroli Molinæ, & Nicolai Macchiauelli, & libros de Aſtrologia tractantes, ità tamen, vt libri ex illis Prouincijs non efferantur.*

22 *Præficiendi Parochijs Regulares, eiſque ſuos deputandi Vicarios in defectu ſæcularium, de conſenſu tamen ſuorum Superiorum;*

23 *Celebrandi bis in die, ſi neceſſitas vrgeat, ità tamen, vt in prima Miſſa non ſumpſerit ablutionem, per vnam horam ante auroram, & aliam poſt meridiem ſine miniſtro, ſub dio, & ſub terra, in loco tamen decenti; etiamſi Altare ſit fractum, & ſine reliquijs Sanctorum, & præſentibus Hæreticis, Schiſmaticis, Infidelibus, & excommunicatis, ac aliter celebrari non poſſit.*

24 *Deferendi Sanctiſſimum Sacramentum occultè, & ad infirmos ſine lumine, illudque ſine eodem retinendi prò eiſdem infirmis, in loco tamen decenti, ſi hæreticis, aut infidelibus ſit periculum ſacrilegij.*

25 *Induendi veſtibus ſæcularibus, ſi aliter, vel tranſire ad loca eius curæ commiſſa, vel in eis permanere non poterit.*

26 *Recitandi Roſarium, vel alias preces, ſi Breuiarium ſuum deferre non poterit, vel Diuinum Officium, ob aliquod legitimum impedimentum recitare non valeat.*

27 *Diſpenſandi, quandò expedire videbitur ſuper vſu carnium, ouorum, & lacticiniorum tempore ieiuniorum, & præſertim Quadrageſimæ. Ideò quæritur?*

1 *Vtrum in omnibus iſtis facultatibus, & gratijs diſpenſandi in irregularitatibus, Simonia, Votis, abſoluendi à reſeruatis, & quæ ſunt huiuſmodi, in quibus, nec determinantur perſonæ, nec earum ſtatus, ſed loquuntur indefinitè, & vniuerſaliter, ſicuti ſunt plures earum à* nu. 1. *vſq; ad* 13. *incluſiuè, poſſunt, aut debeant, ſeruando in reliquis earum tenorem, & reſtrictionem, extendi ad omnes perſonas, etiam non ſubditas eiſdem Epiſcopis, nempè Peregrini, Exteri, Aduenæ, Religioſi, & Moniales, etiam Societatis Ieſu; ità vt omnes, etiam ſuis Prælatis ignorantibus, aut contrà eorum voluntatem, poſſint à prædictis Epiſcopis abſolui à quibuſcumque Cenſuris, & peccatis, prout in* nu. 16. *continetur, etiamſi ad ſpeciale regimen ſuarum Religionum ſint reſeruata. & eadem ratione diſpenſare in irregularitatibus, Simonijs, & ad eum modum, quo poſſent in anno Iubilei abſolui, vel à Pœnitentiarijs Sum. Pontificis, vel à quocumque Confeſſario approbato ab Ordinario virtute Iubilei; dum tamen prædicti Epiſcopi in proprijs Diœceſibus exiſtant, & prædicti Religioſi, Peregrini, & Aduenæ ſimiliter reperiantur in eiſdem Diœceſibus, maximè ſi non per fraudem, & ad prædictas abſolutiones, & diſpenſationes ſolùm ad eas appulerint, ſeù peruenerint?*

2 *Vtrum ad prædictas gratias conſequendas neceſſe ſit, vt prædicti omnes habeant, vel aſſumant Bullam Cruciatæ in Regnis Hiſpaniæ, in quibus fruuntur Cruciatæ priuilegijs?*

3 *Vtrum prædictæ facultates, & gratiæ ſic abſolutæ, & in quibus non ponitur clauſula reſtrictiua, in foro conſcientiæ tantùm, vt ponitur in fin.* nu. 15. *in his, qui iudicialiter abiurauerunt ab hæreſi, & intelligendæ veniant prò vtroque foro abſolutè, & ſine reſtrictione, dum tamen ſeruentur reliquæ reſtrictiones in eiſdem gratijs, & facultatibus appoſitis?*

4 *Vtrum in Inſulis, in quibus, etſi per Commiſſarios exerceatur S. Inquiſitionis Officium; quia tamen non exercetur per Inquiſitorem Tribunal, quod reſidet in Ciuitate, v. gr. & Inſulæ Canariæ reſpectu huius alterius Diœceſis, poſſit Epiſcopus abſoluere in vtroque foro, aut ſaltem in ſolo interiori, hæreticos, Schiſmaticos, & Apoſtatas, prout in dicto num. 15. conceditur?*

5 *Vtrum in facultate data ad abſoluendum ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, poſſint prædicti Epiſcopi practicè vti opinione illa grauiſſimorum Doctorum aſſerentium, poſſe Confeſſarios in Iubileis vniuerſalibus, quandò prædicta clauſula ponitur abſque reſtrictione, & limitatione hæreſis, etiam virtute huius facultatis* num. 16. *quæ pari modo ſine reſtrictione loquitur, abſoluere ab hæreſi, etiam publica prò foro interiori, prout in prædictis Iubileis? Et quid ſi prædicti abſoluendi à prædictis reſeruatis contentis in dicto* num. 16. *aliàs denunciati fuiſſent excommunicati iudicialiter, & in Cedulonibus appoſiti, quod in percuſſoribus Clericorum enormi, aut enormiſſimo percuſſione non difficilè euenire poterit, vtrum tunc abolendi ſint Cedulones, ipſique criminoſi prò foro externo habendi ab excommunicatione abſolui.*

6 *Vtrum in caſibus periculoſis, & occultis, in quibus inter eos, qui contracturi ſunt Matrimonium, adeſt impedimentum affinitatis orta ex copula illicita fornicaria, aut inceſtuoſa, & difficillimum eſt prædicta Matrimonia impediri abſque ſcandali nota, & infamia eorum, qui turpiter ſic copulam habuerunt, & ad petendam diſpenſationem, etiam ditiſſimi eſſent, non poſſunt Romam adire ob nimiam diſtantiam, Turcarum, & itineris pericula, per Terras, & maria, inſtante tempore, & tunc quàm citiùs contrahere debeant, quia ſic pactum eſt inter Patres, tutores, aut conſanguineos: Immò aliquandò factæ denunciationes Matrimoniales in Eccleſia, ſi in prædictis caſibus infamia, & damnorum ſic occultis poſſint prædicti Epiſcopi ante factum Matrimonium vti opinione Thomæ, Sanchez, & aliorum Doctorum aſſerentium, poſſe Epiſcopos probabiliter in prædictis caſibus, quando timentur conſiderabilia damna, ſi non contrahatur Matrimonium, diſpenſare prò ſolo foro interno, etiam ante factum Matrimonium, & in aliquo Epiſcopatu pluries neceſſaria fuit huiuſmodi gratia,*

& fa-

Digitized by Google

& facultas, vt ex relatione diuerſorum Miſſionariorum ſum edoctus, licet aliqui nunquam in prædicto impedimento ante factum Matrimonium diſpenſauerint?

7 *Vtrum ad diſpenſandum in interſtitijs temporum ad Sacros Ordines, in quibus non ità coguntur nonnulli Epiſcopi; nam facilè expertus ſum, eos in illis diſpenſare, ſatis ſit in aliquo Epiſcopatu diuiſo Inſularum, pericula maris, ampliores ſumptus, quos faciunt Ordinandi, aſperius itineris in terra, vel alia honeſta cauſa, an præcisè ſeruanda ſint à Conc. Trid. tradita de vtilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ, nè cum his Inſularijs poſſint Epiſcopi diſpenſare, maximè cum ad hoc multoties interponantur preces, & aliquandò importuna Magnatum?*

8 *Vtrum facultas data ad impertiendam Indulgentiam plenariam* num. 14. & 18. *intelligi debeat vniuerſaliter, vt tàm in loco, aut Ciuitate, vbi reſideant Epiſcopi, quàm in reliquis alijs locis ſuarum Diœceſum poſſint eiſdem, vel differentibus diebus, dummodò in quolibet loco non excedatur à vice terna prædictam Indulgentiam plenariam ſupplicare?*

9 *Vtrum quinquennium datum currere debeat à principio anni 1687. in quo incipit currere onus viſitandi limina Apoſtolorum, licet anteactæ ſint datæ à die 14 Octobris 1687. vſque ad finem anni venturi 1689. incluſiuè?*

Die 13. Auguſti 1670. relata inſtantia Miſſionariorum, remiſſa à Sac. Congregatione de Propaganda Fide pro declaratione, an tempus præſcriptum in facultatibus incipiat currere à die expeditionis, vel aduentus eorum in Miſſionibus? Sac. Congregatio dixit, quod facultates currunt à die, quo perueniunt ad locum Miſſionum.

10 *Vtrum facultas data* num. 23. *celebrandi per vnam horam ante Auroram, intelligenda ſit in augmentum alterius horæ iam conceſſæ à Sede Apoſtolica anno 1679. ſimul ad aliam horam, quæ Iure, & priuilegio datur itineris cauſa, & alia honeſta recreatione omnibus Epiſcopis?*

11 *Vtrum in facultate conceſſa* num. 20. *ad liberandam animam à Purgatorio cum Miſſa de Requiem ſingulis ſecundis ferijs Officio nouem lectionum non impeditis, aliàs die immediatè ſequenti poſſit Epiſcopus, quando ſequens dies etiam ſit impeditus Officio nouem lectionum, vel dicere Miſſam de Requiem, vel cum Miſſa feſti concurrentis prædictam Indulgentiam applicare?*

AD 1. Affirmatiuè; dummodò non in fraudem, iuxtà Conſtitutionem Clementis X. anno primo eius Pont. §. *Et habentes facultatem abſoluendi.*

Ad 2. Negatiuè; alioquin facultates huiuſmodi eſſent fruſtrà conceſſæ, & ideò cenſentur conceſſæ cumulatiuè.

Ad 3. Prò foro conſcientiæ tantùm, vt declarauit Vrb. VIII. pro facultatibus Bullæ Cruciatæ in ſua Conſtitutione *In Specula* 19. Iunij 1630. *§. 3. & eſt* 115. *tom.* 4. *Bull.* Quia talis facultas conceditur in ordine ad adminiſtrandum Sacramentum pœnitentiæ, atque adeò ordinatur ad amplificandum facultatem, & iuriſdictionem Miniſtri talis Sacramenti, & proindè eſt conceſſa ſolùm prò foro pœnitentiali, & non prò foro externo.

Ad 4. Negatiuè, quia talis poteſtas exercetur per Inquiſitores, vel per eorum Commiſſarios ad hunc effectum deputatos.

Ad 5. Etiam negatiuè. Tùm ex Praxi; tùm ex declaratione B. Pij Anno 1572. Greg. XIII. Anno 1576. tùm ex dicta Conſtitutione Vrb. VIII. prò explicatione ſimilium facultatum Bullæ Cruciatæ; tùm quia crimen hæreſis eſt ſpecialiter delegatum Inquiſitoribus.

Ad 6. Affirmant Sanchez, Vaſquez, & Salas, quos ſequitur Pontius *de Matrim. lib.* 8. *cap.* 13. *num.* 16. tàm ante, quàm poſt contractum Matrimonium: Negant verò Garz. *de benefic. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 357. & alij; quia, vt poſſit Epiſcopus in hoc caſu diſpenſare, debet eſſe bona fide contractum Matrimonium; Si enim mala fide contractum eſt, non poterit Epiſcopus diſpenſare: quia cum ea diſpenſatio detur ab Epiſcopo ex præſumpta licentia, & conſenſu Sum. Pont. non poteſt in eo caſu præſumi, nè faueatur audaciæ, & iniquitati; quod conſtat ex Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformatione Matrimonij, cap.* 5. cum velit carere ſpe diſpenſationis.

Ad 7 Seruanda decreta Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* *&* 11. *&* 14. *de reform.* nimirum in anno ab Ordinibus Minoribus, ad Subdiaconatum, & à Diaconatu, ad Presbyteratum, non poteſt Epiſcopus diſpenſare, niſi Eccleſiæ vtilitas, & & neceſſitas id expoſcat; In anno autem a Subiaconatu ad Diaconatum poteſt ex qualibet rationabili cauſa, ex verbis Conc. ibi: *Niſi aliud Epiſcopo videatur*, vt ex *cap.* 13.

Ad 8. Affirmatiuè; quia hæc iuriſdictio eſt voluntaria, atque adeò poteſt exerceri in quocunque loco, ac tempore, ex Suarez *in* 3. *par.* D. Thom. *diſp.* 55. *ſect.* 3. *num.* 17.

Ad 9. Currere à die acceptationis facultatum, atque adeò à principio anni 1988. in quo viſitauit limina Apoſtolorum.

Ad 10. Hora ante Auroram conceſſa ex priuilegio poteſt tantùm anteponi toti illi tempori Matutino, in quo licet celebrare, ſecluſo Priuilegio. Quia Pontifex concedens Priuilegium, & taxans tempus, intendit concedere totum illud tempus, quod concedit, tanquam alias non conceſſum, ſiuè ex conſuetudine, ſiuè, ſecundum Doctorum opiniones, ſiuè ex quocunque alio capite, & proindè prò Aurora eſt accipiendum totum tempus ante ortū Solis, in quo iuxtà communem extimationem licet celebrare. Quod importat duas horas circiter ante ortum Solis, & his adiungendam horam priuilegij, vt per DD. apud Paſqualig. *de Sacrif. Miſſ. queſt.* 426. *num.* 6. *&* 7. neque extat

priui-

priuilegium, aut Ius aliquod concedens Epiſcopis poſſe celebrare vna hora ante Auroram. Si tamen daretur vrgens cauſa, vt conficiendi Viaticum, vel alius caſus particularis, poterit diſpenſari, vt vna hora ante Auroram poſſit celebrare, vel facere coram ſe celebrare.

Ad 11. Debet celebrare Miſſam feſti currentis cum eadem Indulgentia, vt ex Conſtitutione Clementis IX. quam alibi adduxi.

An ſit concedenda facultas diſpenſandi ſuper impedimentis Matrimoniorum in ſecundo, & ab altero in tertio affinitatis gradu coram Turcarum Iudice contractorum, quæ Epiſcopi illarum partium nullatenus ſoluere poſſunt? tom. 7. Conſul. 56.

Huiuſmodi Matrimonia cenſeo, eſſe denuò contrahenda coram proprio Parocho, ſi in illis locis fuerit publicatum Sac. Conc. Trident. vel coram Miniſtro Catholico, & quatenus timeantur ſcandala, vel diſceſſio à Fide Catholica, poſſe, ſi Sanctiſſimus annuerit, diſpenſari cum ſic Matrimonio coniunctis, ſiuè ſcienter, ſiuè ignoranter, in præfatis impedimentis arbitrio Epiſcopi, declarando legitimam eorum prolem ſuſceptam, & ſuſcipiendam; dummodò tamen ipſi Coniuges, & eorū filij ſint verè Catholici, ac in poſterum inſtruatur circa huiuſmodi impedimenta, iuxtà Sacros Canones, & Conc. Trid.

De diſpenſatione Eunuchorum ad Sacros Ordines. Vide de Ordine tom. 7. Conſult. 66.

An familiaris conuerſatio, ac litium extinctio ſint cauſa ſufficientes ad diſpenſandum in primo, & ſecundo Affinitatis gradu, etiam in non Magnatibus? tom. 8. Conſult. 101.

Licet de hac materia ſatis dictum ſit tom. 7. Conſult. 22. *Attamen aliqua ſubiunguntur, quæ ibi dicta non ſunt, & ad quæſitum reſpon.*

Affirmatiuè, quia licet Conc. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 5. *de Matrimon.* ſtatuat in 2. gradu non eſſe diſpenſandum, niſi inter Magnates Principes, & ob publicam cauſam; attamen praxis obtinuit, vt temperaretur rigor huius Iuris, & diſpenſari ſoleat in fauorem quorumcumq; Nobilium, & ob publicum commodum. Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 19. *num.* 14. & frequētibus exemplis attendit praxis Datariæ.

Præſertim, quia non agitur de impedimento conſanguinitatis, ſed affinitatis, prò cuius diſpenſatione minus vrgens cauſa deſideratur Galleg. *de cognat. ſpirit. cap.* 23. *num* 1. Rodriq, *tit.* 5. *ſum. cap.* 238. *num.* 4. & alij.

Familiaris igitur conuerſatio, etiam in itinere, quę occaſionem præbuit ſuſpicandi de copula, ſufficiens videtur, Sanchez *d. diſp.* 19. *num.* 10. & admittitur de conſuetudine Datariæ. Hæc enim cauſa operatur, vt lex ponens hoc impedimentum, non ſit conueniens his Perſonis, & proindè pooit iſtam cauſam diſpenſandi in lege, vt tradit D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 97. *art.* 4. *in corp.*

Altera quoque cauſa, quod Matrimonium conducet ad ſedandas lites, ſufficere etiam videtur, præſertim, ſi Oratores morentur in loco, vbi ciuiles lites facilè vertuntur in diſcordias perſonales, & proindè diſpenſatio conducere ad pacem, quæ eſt ſufficiens cauſa prò diſpenſationibus Matrimonialibus, vt tradit D. Tho. 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 2. *ad* 2. & eſſe inſtam cauſam conueniunt DD. præſertim Paludanus in 4. *diſtint.* 4. *quæſt. vnica, art.* 3. *dub.* 3. D. Antonin. 3. *part. tit.* 1. *cap.* 14. *§. vlt. in fin.* & alij, & praxis huiuſmodi cauſam admittit.

An concedenda ſit facultas diſpenſandi in Matrimonio rato non conſumato, ad hoc, vt primi Coniuges poſſint ad ſecunda tranſire vota, ſi periculoſa, & impacata præuideatur cohabitatio futura, ſeù lapſus in hæreſim? tom. 8. Conſul. 105.

Reſp. Poſſe eiuſmodi facultatem concedi, quia in Matrimonijs ratis, & non conſumatis, poteſt Pontifex ex cauſa authoritate ordinaria diſpenſare, vt cum Canoniſtis, & Theologis oſtendi *tom.* 1. Hic autem videtur adeſſe cauſa concernens bonum publicum, nempè pax Catholicorum, & ſinceritas Fidei Catholicæ in illis partibus.

At nihilominus Sac. Congreg. S. Officij 1635. reſpondit, Matrimonium ratum, non conſumatum cum Heretico, & Heretica eſſe validum, & idcircò non eſſe concedendam mulieri diſpenſationem alteri nubendi. Ergò multò minus concedenda eſt in Matrimonijs ratis, nō conſumatis Catholicorum; Quarè conſulendam eſſe cenſeo Sedem Apoſtolicam in caſibus particularibus, quæ examinando cauſas diſpenſationis huiuſmodi, ac illas approbando, non, niſi rarò in ijs diſpenſabit, cum non expediat, vt Eccleſia in hac materia relaxet habenas, vt monet Boich. *in cap. fin. de ſponſ. duorum,* & Ioam Andr. *in cap. ex publico de conu. coniug.*

An concedi poſſit, ac debeat diſpenſatio in primo gradu affinitatis, in ſecundo Conſanguinitatis, & in tertio pariter conſanguinitatis cum compaternitate? tom. 8. Conſ. 106.

Cauſæ ſunt, copula inter eos ſecuta, & ſcandalum imminens honoris, & periculum vitæ, niſi vtrumque reparetur Matrimonio; nobilitas, & paupertas mulieris, quæ nullum alium inueniat maritum, periculum incontinentiæ, & fornicationis, cum ambo ſint iuuenes,

nes, & maximo amore inter ſe coniuncti; Ec exindè timor, quod tranſeat ad partes hæreticorum, qui ſunt contermini eorum patriæ, vt ibidem cum honore, & quiete contrahant Matrimonium. Propterea Vir, qui eſt Vir inſignis, & militat contra hæreticos, offert eleæmoſynas ſcutorum prò obtinenda diſpenſatione præfata.

Cenſeo reſpondendum affirmatiuè, ſcilicet cauſas præfatas eſſe ſufficiens, atque adeò committendum Nuncio, ſiuè Ordinario, vt veris exiſtentibus narratis, præſertim, quod Mulier Virum ſibi parem reperire non poſſit, cum huiuſmodi coniunctis ſuper præfatis impedimentis diſpenſet. Ratio dicta eſt ſupra hoc eodem *tom. Conſult.* 101. & corroboratur reſolutione Sac. Cong. S. Officij in ſimilibus caſibus 8. Auguſti 1607. prò Germania, & prò Nobili Cametacenſi 20. Iunij 1628. & Praxi Datariæ.

Sacerdos latinus factus Monachus ritus Greci vniti, petit diſpenſationem celebrandi, & recitandi Diuinum Officium ritu Greco, adducens prò cauſa, quod alias non poterit miniſtrare Officia Religionis, & propterea ab illa recedere tenebitur: Quæritur quid conſulendū? to. 8. Conſul. 122.

RESP. Obſtare Conſtitutionem B. Pij V. incipien. *Prouidentia*, & cauſa adducta non videtur ſufficere. Quam Conſtitutionem religioſiſſimè ſemper curauit obſeruandam Sacr. Congreg. S. Officij præſertim ſub die 4. Iulij 1624. in qua certiores facti fuerunt Ordinarij, vt in hoc inuigilent. Et quoad cauſam non videtur ſufficere, quia concernit dumtaxat bonum priuatum, non publicum, ſibique imputet, quod elegerit Religionem, in qua Sacerdotes ritus latini nequeunt Officia miniſtrare, nequè id tanti eſt, vt propterà teneatur ab illa recedere, cum poſſit permanere abſque Officijs exercendis; vndè cum non exiſtat cauſa legitima in re tàm graui, non poterit rit cum hoc Monacho diſpenſari Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5.

Cuius ſit in Matrimonijs diſpenſare ? tom. 8. Conſul. 111. Vide tom. 7. Conſult. 22. vbi reſponſum eſt ſatis, & abundanter.

An contra porrigentem preces S. Tribunali Pœnitentiariæ ſecreta cum expoſitione ſui criminis, ſuppreſſo tamen nomine, & ab ea remiſſas Ordinario prò expeditione cauſæ, poſſit ipſe Ordinarius in foro externo procedere, etiam ad torturam ? tom. 9. Conſult. 75. Vide de Immunitate.

De Coadiutore Epiſcopi Religionis Heroſolymitanæ ante legitimam ætatem falsò promoto, quoad diſpenſationem. Vide de Equitibus tom. 10. Conſult. 118.

Reliqua. Vide de Matrim., ac de Ordine.

DE DOMINIS VTILIBVS, ET BARONIBVS TEMPORALIBVS.

PLeriſque in locis, Oppidis, Ciuitatibus merum Imperium, & Criminale eſt penes Laicos, Ciuile, & mixtum apud Eccleſiaſticos. Dubitatur:

Quiſnam ipſorum ſit verus Protector, ac Dominus, vocanduſque ſit verus Patronus ? tom. 2. Conſult. 31.

RESP. Quiius dumtaxat gladij habet, nullam incumbere defendendi neceſſitatem, nec ipſum, inuito ciuili Domino, Patroni Ius vſurpari poſſe: Quia homines illi, in quos alius merum impetium tantùm habet, ſubditi non ſunt. Gloſ. in *Clemen. vnica §. eiuſdem etiam v. ſubditus extr. de for. compe* ex qua Gloſ. ſingulariter notant DD. quod licet ratione delicti, forum quis ſortiatur illius Principis, vel Domini, ſub quo delinquit: non tamen proptereà eius ſubditum effici. Dec. in *cap. ad noſtram num. 3. de appell. & conſ. 661. num. 6.* Gig. *tract. de crim. læſ. maieſt. lib. 1. rubr. qualiter, & quibus crim. læſ. maieſt. com. 9. qu. 68. num. 3.* Boſ. *tit de for. num. 46.* nam aliud eſt forum ſortiri, & àliud ſubditum eſſe Gail. *de pignor. cap. 15. num. 6.* & Decius *conſ. 284. num. 9.* & alij. Ità in ſimili Vaſſallus ſortitur quidem forum ratione feudi coram Domino feudi, Text. *in cap. cæterum de Iudic.* Attamen non eſt ſubditus eius, ſi ſub Domino domicilium non habet: nam feudum non dat imperium Domino feudi in Vaſſallum. Text. in *cap. 1. de form. fidelit.* ex quo contractu nullum reſultat imperium. Text. in *Clem. Paſtoralis de re iudic.* Doctores ibidè Capyc. *deciſ. 161. num. 12. cum ſeq.* Rolan. à Valle *conſ. 1. num. 26. cum ſeqq. num. 3.* & alij.

Quod etiam in dè euidentius liquet: quia Domino Criminalem Iuriſdictionem habenti, nullum iuramentum homagij præſtant. Afflict. in *cap. 1. num. 18. qualiter vaſſal. iur. deb. Dom. Fidel.* vbi dicit, quod iſtum merum imperium videatur

tur

tur à Rege conceſſum ſine vtili dominio, ideóque ſubditi Domino ciuili iuriſdictionem cum territorio habenti, ſubdictionem iurent. Leopold. *quæſt.* 5. & alij.

An quandò Imperator, Rex, vel Princeps donat alicui Eccleſiæ Ciuitatem, Terram, aut Pagum, eò caſu cenſeatur à ſe abdicaſſe omnem ſuperioritatem, adeòut nullum penitus alti dominij Ius illi amplius in re donata competat? Vide de Immunit. tom. 5. Conſult. 3.

An Domini locorum cogere poſſint ſuos ſubditos, vt ad ſuum tantum Furnum, Molendinum, Tabernam &c. accedant? tom. 5. Conſult. 68.

NEgatiuè de Iure communi, Hertmannus Piſtorius *obſer.* 200 & alij; quos citat Carpzou. *in Iur. p. for. par.* 2. *conſt.* 4. *de fin.* 9. & alij; idque ampliant, vt licet ſubditi alicuius longiſſimo tempore ad nullum aliud, niſi ad Molendinum Domini iuerint; non tamen ex hoc in futurum cogi poſſunt. Couar. *in cap. Poſſeſſor de reg. iur. in* 6. *in* 2. *p. relect.* §. 4. Bald. *de præſcrip. par.* 4. *quæſt.* 5. & alij, ac Ziegler. *nobil. concluſ.* 3. *num.* 30. 31. & 33. ait, licet per mille annos à Ruſticis aliquod factum proponatur, veluti ſi per 50. 60. 100. & plures annos ad molendinum, aut furnum Domini iuiſſe probetur; non tamen propterea ſeruitutem exindè ſibi vindicare, aut in poſterum eos cogere poſſunt, vt idem faciant: quia hi actus ſunt voluntarij, ex quibus, nec obligatio, nec quaſi poſſeſſio alicui facilè acquiri poteſt: per *l. Lucius* 88. §. *teſtator ff. de legat.* 2. *l.* 2. 2. §. 1. & *l. habet* 15. *ff de precar. l.* 2. Vbi Doctores Carpzou. *loc. cit. num.* 2. & in libero homine ſeruitus cadere non poteſt. Nec enim ex his, quæ gratuitò fiant, vllo tempore Ius acquiritur. *Arg. l. qui iure familiaritatis ff. de acquir. poſſ.* Cyn. *in l.* 1. *C. de ſeruit. & acqu. & l.* 2. §. *quæ ſit longa conſuetudo.*

Limita autem primò, niſi aliud habeat ex conſuetudine, vel priuilegio, Iul. Clar. § *ſecundum quæſt.* 30. & Boer. *dec.* 135.

Secundò; Niſi alibi volentes molere Dominus prohibuerit, & ipſi prohibitioni per legitimũ tempus ad præſcriptionem requiſitum acquieuerint. Scheid. in *epit. Iur. feud. quæſt.* 5. *num.* 4. Afflic. *de dec.* 338. *num.* 3. *cum ſeqq.* & ſemper ad certum molendinum acceſſerint. Nam tunc Iure ſeruitutis acquiſito, compelli, ac cogi poſſunt, nè in poſterum alibi molant: Quia dubium non eſt Ius vtendi certo molendino, vel furno hoc modo præſcriptione acquiri poſſe poſt Cepol. *de ſeruit. Vrb. præd. cap.* 50. *nu.* 3. Boer. *dec.* 125. *num.* 50. & alij: Quarè: Principijs obſta, ſero medicina paratur.

1 *An Dominus Oppidi, Pagi, vel Villæ poſſit in illius Oppidi, Pagi, Villæ paſcuis plura pecora paſcere, quam eius ſubditi?*

2 *An ſubditos ſuos extra operas ſibi debitas, cogere poſſit, vt prò conſueta mercede ipſi præ alijs operentur?*

3 *An idem Dominus habeat Ius prothomiſeos in frumento, cibarijs, vel mercibus adilibus ſubditorum, quas venales ad forum deferunt?* tom. 7. Conſult. 85.

AD 1. Negatiuè; Nam nullum habet dominium in paſcuis publicis illius territorij, intrà quod iuriſdictione criminali, & ciuili vtitur per *l. inta ntum* §. *vniuerſalitatis ff. de rer. diuiſ. l. omnes* 2. *C. de oper. pub.* & alibi. Et paſcua publica regulariter ſunt Communitatum, non autem Dominorum habentium Iuriſdictionem Couar. *pract. quæſt. cap.* 37. Tuſch. *pract. concl. lit. P. concluſ.* 112. *num.* 4. Et licet Dominus Iuriſdictionis poſſit vti paſcuis publicis, ſi vt habitator, & incola illius loci illic habitet, vti tamen debet moderato numero pecudum prò arbitrio boni Viri, iuxtà Territorij, & paſcuorum qualitatem; ità, nè vicini, vel habitatores ibi hac in re lędantur. Couar. *loc. cit.* & Georg. Euerard. *vol.* 2. *conſ.* 34. *num.* 78.

Ad 2. Pariter negatiuè: quia non parum intereſt Ruſticorum, cur potius alteri quàm Domino operas locent: Nam ſeruitijs alteri locandis ad tempus deſtinare ſolent, quod ipſis magis eſt commodum, nec vllus timor ſubeſt, nè inuiti detineantur, at cum Dominis operas ſuas elocant, ſanè, non leue periculum ſubeſt, nè illi prò imperio operis ruſticorum abutantur, quod facilè euenire poteſt, teſte experientia. Carpzou. *par.* 2. *conſt.* 52. *defin.* 9. *num.* 6. & 7. Secundò. Quia locatio eſt contractus, qui ſolo conſenſu conſtat, nemo igitur inuitus cogitur contrahere, vel locare. *l. ſicut.* 5. *C. de O. & A. l. in commodato* 17. §. *ſicut* 3. *ff. commodati*. Nec emere, nec vendere. Tertiò; Quia, vt eiuſmodi operas inuitus aliquis alteri præſtet, id ſpeciem aliqualis ſeruitutis præfefert, ſaltem qualem homines proprijs ſuis Dominis præſtant. Beſold. in theſaur. ſuo *pract. v. leitagne*. Quartò: Quia nè quidem debitores, qui alias ſoluere nequeunt ad operas aſtringi, & ad hoc adigi poſſunt, vt pecunias ſibi creditas deſeruiant. Caſpar Manzius in *patrocinio debitor decad.* 1. *quæſt.* 8. & 9. Idque regulariter, tam in Iure naturæ, quàm rationibus conſentaneum eſſe.

Nihilominus tamen, puto cum Carpzouio *l. c. nu.* 8. quod vinculum Sacramenti, quo Domino ad obedientiam, atque ſeruitia ſubditi obſtringuntur, poſtulet, vt ei præ cœteris inſeruiant, vel ſaltem etiam honeſtatis ratione, ſi ipſorum nihil interſit, cur non magis Domino prò eadem mercede, quàm extraneis inſeruire velint, cum his tamen conditionibus, nempè ſi ruſti-

ci nō proprijs operibus detineantur, ſed eas alij extraneo locare velint, illaſque alteri nondum locauerint, vel promiſerint. Quod Domini à ſubditis vno, eodemque tempore operas exigant, eandemque mercedem promittant: quia iniquum eſt ad id aliquem compelli, vt ſuis neglectis, aliena prouideat. *Arg. l. ſi filius, 8. cum trib. legibus ſeqq. ff. de procur.*

His requiſitis alij addendum iudicant. Primò, vt in potu, ac cibo ipſos æque liberaliter tractent: quia ſæpè à ſtrenuis Dominis, lautiùs Canes, quàm famuli, & operarij tractantur.

Secundò. Vt operæ illæ, non per Miniſtros publicos, & ſimiles apparitores exigantur, ſed per famulos, & domeſticos, vt appareat, non *vi* Iuriſdictionis, ſed priuatæ conuentionis poſtular.

Tertiò. Vt non iiſdem ſemper, ſed diſtinctis temporibus petantur, nè in neceſſitatem, quaſi ex præſcriptione trahantur.

Quartò. Vt iuſta excuſationes quandòque admittantur, concedendum enim eſt aliquid humanitati, iuſtis occupationibus, & impedimentis, *l. ſiuè 3. §. 7. ff. de excuſat. tut.* Vueſembec. *in paratl. ff. in Ius voc. vt caut.*

Quintò. Vt ille Dominus non ſit homo moroſus, & rixoſus, atque beſtialis, qui perpetuò adſtet, ad opus laborantes impellat, ceruicibus operantium inſiſtat, vrgeat, moneat, grunniat, conuitia iaciat, fulmina vibret, plagas, & verbera minetur; quod multis Domicellis familiare eſt, quibuſcum viuere duriùs eſt, quàm cum Baſiliſcis, & Draconibus.

Sextò; Vt Operarij mercedem debitam punctualiter ſoluant, cum ſæpè accidat, hos Dominos: quia cogi non facilè poſſunt coram Iudice, differre, aut etiam denegare ſolutionem pauperibus Operarijs, qui interim interdum, ipſi, & eorum familia fame pereunt.

Ad 3. Adhuc negatiuè: Quippè quæ iuſtitiæ, ac æquitati conſentaneum eſt: Enim, præterquam quod æquum non ſit inuitum quemquam vendere, vel emere, *l. cogi 9. ff. rer. amot. l. non eſt æquum 9.* & alibi Cyriac. *lib. 17. obſer. 9.* vſque adeò, vt nè reſcripto quidem Principis impetrari poſſit, quominus inuitus rem ſuam alteri vendat, aut diſtrahat, *l. inuitum. 11. C. eodem tit.* Iusprotomiſeos hodie generaliter ſublatum eſt, *l. Dudum 14. C. de contr. empt.* exceptis quibuſdam caſibus ſpecialibus, inter quos cibariorum venditionem à ſubditis facta nuſpiam relatam reperies. Atque ità iudicatum eſſe teſtatur Carptzou. *loc. cit.* Rehobar. *par. 2. quæſt. 22. in princ.*

An Barones, ſeù Principes teneantur ſoluere certas regalias Epiſcopis, vt in caſu poſito. Vide de Immunitat. tom. 7. Conſult. 92.

Aliqua ad rem. Vide de Immunitate præcipuè tom. 9. Conſult. 106. & tom. 5. in principio & ſeqq. Conſult.

An, & quandò Principibus, & Baronibus, aliiſque competat ius prohibendi venationem, & piſcationem? tom. 10. Conſ. 15.

Vide iam dicta. *tom. 3. Conſult. 59. de Immunit.*

DE DONATIONE. *Vide de Eccleſiis tom. 9. Conſult. 148. Et de Immunitate tom. 5. Conſult. 11 Ac de Monialibus. tom. 10 Conſult 7. Item de Regularibus. tom. 1. Conſult. 106. & Conſult. 109. & Conſult. 228. & tom 9. Conſult. 119. Ac de Iuramento. tom 6. Conſult. 96.*

DE
DOTE.

Ad ſubſidium Dotis legatum prò maritandis honeſtis Puellis cum reſtitutione Dotis in caſu, quo proles non exiſtat, poſſit dari Virginibus ad Profeſſionem regularem admittendis? Vide de Legatis pijs. to. 5. Conſult. 82.

An Dos eiuſque augmentum reſtitui debeat à Viro Iudæo, ad Fidem Chriſtianam conuerſo, Vxore in Iudaiſmo permanenti? Vide de Iudæis. tom. 8. Conſult. 100.

De quadam Dote legata deſcendentibus pauperibus, vt in caſu poſito, vbi de probanda paupertate, & quis verè dicendus ſit pauper? Vide de Legatis pijs. tom. 9. Conſult. 137.

De Dote puellæ monacandæ deperdita, quis teneatur? Vide de Monialibus. tom. 9. Conſult. 166.

An executor deputatus ad diſtribuendum pauperibus eleemoſynam, dotem puellis, aliauè teneatur exquirere pauperiores &c. Vide de Pauperibus, & alia. tom. 10 Conſult. 72.

Quod primum. Vide de Legatis pijs. tom. 9. Conſult. 137.

Quoad ſecundum. Vide de Pauperibus tom. 9. Conſult. 64. & alia alibi dicta.

D E
D V E L L I S,

Siuè

DE MONOMACHIA.

An cap. 19. de Duellis ſeſſ. 25. de refor. *locum habeat in eò, qui abſque aſſignatione loci ad Monomachiam, & abſque vocatione Patrinorum, in primo iræ impetu, in rixa calore iracundiæ alium vulnerat; itàut propterea hoc caſu is priuari non debeat Eccleſiaſtica ſepultura?* tom. 1. Conſult. 317.

NEgatiuè, & ideò non priuari ſepultura Eccleſiaſtica. Ità cenſuit Sac. Cong. Concil. in vna *Segobien.* 15. Octobr. 1644. Non enim eſt Duellum, ſi non eſt aſſignatum tempus, & locus, etiam in terminis Conſtitutionis Clementis VIII. Vide Cherubin. in *d. Conſtit. ſcol.* 1. ac Bonac. *tom.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 3. *punc.* 48. *num.* 14. Idque etiam, ſi aſſignetur locus; & ſit incontinenti.

De Monomachia, *ſiuè Duello, eius fœditas, & probra. Auctores. Cui virtuti aduerſetur? Quid de Duello authoritate publica inito? Eius exempla varia. Iniquitas Duelli priuati. Quale inter Longobardos? Quid ſit? Eius ſuperſtitio. An illicitum ſemper, & vbique, & quibus conditionibus? Eius vſus. Quibus pœnis Iure Canonico punitur? Quanè Perſonæ puniantur? Quis in eis diſpenſet, & ab eis abſoluat? Et alia.* tom. 9. Conſ. 88.

HÆC rabies tàm multos corripuit, ſuperiori præſertim, ac iſto Sæculo, vt lugendum ſit tàm multis in Chriſtiana pace, dum fortes audire affectant, ità ferinum ad Tartara deſcenſum patuiſſe, ſicuiſſeque in eos intorquere illud apud Philonem *lib. quod omnis probus liber* iam olim in ſui homicidam intortum:

Ah miſer! virtus tetua perdet.

Eſſe autem in deſcenſu ad hoc certamen, fortitudinem, nec vulgarem, communis perſuaſio eſt, non quidem Doctorum, ſed vulgi nobilium, præſertim, qui accepta iniuria ab aliquo, qui quidem eiuſdem conditionis ſit, nec ad fecem hominum pertineat, nam de talibus fuſte ſe vlciſcendos putant, indecorum, & gradu nobilitatis indignum autumant, vel iniuriā condonare, nulla per alterum præmiſſa veniæ petitione, aut ſatisfactione, vel iniuriæ irrogatæ vindictam per poteſtatem publicam quærere; ſed ſibi ipſi Iudices facti Aduerſarium ad pugnam prouocant, conteſtantes, vt ſi honeſtum ſe eſſe, & haberi velit, loco certo, tempore condicto, ſiſtat ſeſe, rationem facti redditurus, vel deprecaturus iniuriam, vel ſanguine ſuo expiaturus.

Sed, & iam olim conſtat receptum hunc duellandi vſum authoribus, vt putatur Mantiozis Grecię populis, vel potiùs, vt rectè ſentit Alciatus *lib. de ſingul. certam. cap.* 2. auctore Stigio Tyranno in hominum exitio iuentiſſimo.

Et quidem nulla fuit quondam frequentior purgatio, quàm Monomachia. Quotieſcumque enim criminis notitia, ſeù probatio obſcura, vel Actor Reum prouocabat, vel Reus ipſe offerebat ſe; aut ſuo loco alium. Inuentionem aliqui volunt antiquiſſimam eſſe. Conſtat enim Paleſtinis in vſu fuiſſe ex Goliæ prouocatione, quem Dauid ſuperauit. Fuit maximè in vſu, poſt Barbarorum in Italiam irruptionem apud Longobardos, & apud Germanos, & Francos, ac etiam Hiſpanos, non ex homicidij tantum cauſa, iuxtà *cap. vnic. §. ſi quis hominem, & §. ſi quis alium de pac. conſtant.* Sed, & ob aliud quoddam graue crimen, vel magni momenti cauſam, vt poſt Bald. *in d. cap. vnic:* communiter Doctores cenſuere. Alciat. & Oroz. ad *leg. ex hoc Iure ff. de Iuſt. & Iur.* & alij.

Sunt, qui velint, quod in Iuſiurandi locum propter crebra periuria hoc fuerit introductum coram Ioanne XIII. per Othonem IV. in Romandiola, ſed prius apud Francos iam Carolus Magnus hoc ſtatuerat, quoad cauſas criminales, poſteà ad ciuiles quoque extenſum, vt, & apud Moſchos, & Danos olim in vſu.

Ritus Duelli poſſunt colligi, tùm ex Annalibus Boiorum, *lib* 4. Tùm ex Ticinenſis hiſtoriæ Bernardi Sacci *lib.* 9. & tùm ex noſtra peculiari Conſultatione *l. c. tom.* 10. Sed in moribus, & armorum genere præſertim; non idem obſeruatum apud ſingulas Nationes.

Nobilem ad pugnam non poteſt ignobilis prouocare, vt voluit Bald. in *d. cap.* 1. *§. Si Ruſticus,* & ibi quoque Alua, & Car. *in verſ. præcedent. eodem titulo,*

Poſſe tamen aliquandò auctoritate publica Duellum cum laude fortitudinis iniri, indubitatum eſt. Sic enim, vt eſt apud Æneam Siluium *cap.* 5. Boemiæ, & apud Dubrauium *lib.* 5. *hiſt. Boemiæ,*

Siquidem priuata pugna, quæ inter duos fit, vel inter paucos, ſi auctoritate publica fiat, non eſt intrinſecè mala, ſed ſi alióquin habeat iuſtas belli conditiones, honeſtari poteſt. Nam potius in eo euentu rationem belli habet, ſaltem partialis, quàm Duelli: Nam occiſio auctoritate publica, & ex iuſta cauſa non ſit intrinſecè mala. Ergò neque medium aggredi ad eam neceſſarium malum erit. Quia bellum inter multos poteſt eſſe iuſtum, ergò etiam inter paucos.

Quod autem in Duello priuato ex parte ad Duellum prouocantis maxima iniquitas admittatur, eſt per ſe manifeſtum. Primò ex multiplici iniuſtitia, quæ in huiuſmodi Barbariæ admit-

Digitized by Google

admittitur: Nam fit in primis iniuria Deo in cuius ſolius peculiari dominio eſt vita hominis; itàut, quamuis Magiſtratus, & Principes dicantur habere poteſtatem vitæ, & necis; tamen, non, niſi ex Dei commiſſione eam poteſtatem nanciſcantur; Deo vices ſuas illi committente, & annuente, vt rem ipſiua Dei iure peculiari propriam, excidant, vt benè ſit toti communitati humanæ; alioquì verò nullo modo liceret Magiſtratui ſæuire in hominem.

Fit deindè iniuria illi ipſi, qui ità impetitur: nam, etſi non eſt ipſe dominus vitæ ſuæ; habet tamen Ius cuſtodiæ, in quo deijcitur, ſaltemque non ſtat per aggreſſorem, quominus homo eo Iure deijciatur. Fit inſuper iniuria propriiſſimè dicta Magiſtratui, vt ait Carbo *lib. de pacific. inimic. cap.* 19. Quia Magiſtratus eſt noxium plectere; nec ſtat per huiuſmodi homines, quatenus ſubuertatur pax publica, & omnia miſceantur confuſione, ſileantque Iura publica. Alciat. *lib.* 1. *de ſingul. certam. c.* 16.

Præter hæc perſpicuè ſe prodit in eodem certamine nequitia odij proximi, & charitatis ei debitæ violatio, & quidem tanta, vt vix poſſit cogitari atrocior.

Et quoad modum quidem pugnandi attinet, humani ſanè, ac mites præ noſtris duellantibus audire poſſint Longobardi gens, cum Ethnicismo adhuc ſorderet, barbara, & immanis, cuius feritati duellorum vſum renouatum adſcribunt, plérique, & ex eo capite maximè Gentem infamant. Vide Baronium Anno Chriſti 658. At enim, vt notat Alciat. *lib.* 6. *de ſingul. certam. cap.* 4. præterquam, quod in vſurpatione Duelli abſtinentiores erant, quam nunc ſimus, longè minori periculo duellabant: Nam apud eos priuati prò furore vniuſcuiuſque qui ſe læſum putaret, non diſcendebant in arenam, ſed dumtaxat interueniente Iudicis aſſenſu, cum aliquid ad integram probationem inſtitutæ accuſationis deficiebat, ac ità necesſè erat ad faciendam plenam fidem in re grauiſſima, & tunc etiam necesſè erat, vt qui rem Duello decidi petebat, iureiurando firmaret, ſe neque dolo, neque calumniæ cauſa eò confugere, ſed neceſſitate adductum eruendæ veritatis. In ipſa verò pugna, ſcutis ſolùm, & fuſtibus res gerebatur; itàut non multum à pancratio, vel colluctatione abeſſet apud illos Duellum, raróque contingeret, aliquem occumbere.

Ac nunc initur Duellum, non modò inconſulto Magiſtratu, verum etiam renitente, ac ſeueriſſima ſupplicia comminante; nec prò cauſis tantùm grauiſſimis, ſed prò nugis, prò meris plerumque ſuſpicionibus, ſæpè, & mera libidine animi impotentis in ſuum, & alienum exitium efferari. Denique non ſcutis, ac fuſtibus, ſed ferro armantur, non ad repellendum, ſed ad feriendum dumtaxat, planèque ad certam mortem. Nec ij dumtaxat, qui latiſſimè, vt læſi eſſe ſupponuntur, Duellum ineunt, ſed quaſi amplificando ſceleri ſtudeant, lites ex litibus ſerunt, imò abſque lite homines, quibus plerumque optimè conueniebat, nec raró cognatione, vel affinitate coniunctos ad Duellum pertrahunt adiutores, ſiuè accenſos, & optiones, vt & ipſi ſecundo loco pugnent, nè videlicet primi illi, quorum res agitur, Tartarum incomitati petant, & vt habeat Satan eodem tempore ex duorum furore multiplicatas infeliciter victimas.

In prouocato autem, cum prouocationi annuit, eadem nequitiæ capita notari poſſunt; nimirum iniuſtitiæ in Deum, cuius bonis vaſtandis ſe accingit, inuito Domino; iniuſtitiæ in prouocantem, quem ità priuare aggreditur, ſi facultas ſuppetat; excidij charitatis in eundem, quin etiam in ſe, ac ſuos. Et quamuis leuior in multis partibus videatur culpa prouocati, quod non ſuo impetu in hoc barathrum ruat, ſed quaſi tractus ab alio; tamen nequaquam crimine eximitur, qui alieno ſcelere ſollicitatur, & vrgetur ad tot mala, cum poſſet, ac deberet iniquiſſimæ pertractationi obſiſtere. Sanch. *lib.* 2. *in decal. cap.* 30. *num.* 9. Ægid. Coninc. *diſp.* 32. *de actibus ſupernatur. num.* 8.

De ſolo itaque honore poteſt eſſe dubium, an ea prouocatione inuadatur, itàut adhibenda ſit acceptatio, tanquam munimentum ad depellendam iniuſtam honoris inuaſionem? Verum ſic rem expedimus; neque honor prouocati inuaditur re ipſa per prouocationem, vt patet ex eo, quod poſita etiam inuaſione perſtare poteſt incolumis, ſi is, qui prouocatur, in ipſo prouocationis puncto generoſitatem ſuam prodat, reſpondendo, ſe duellum quidem, tanquam diuina lege vetitum reſpuere, paratum tamen eſſe, vbicunque inuadetur tueri ſeſe, ac vim repellere, animoſque prodere. Maior. in 4. *diſt.* 15. *q.* 23. *ad* 6. cum perperam conceſſiſſet, fas eſſe duellum admittere ei, quem Iudex habebit pro conuicto, ſi recuſet, aut qui eſt res ſuas amiſſurus; negat tamen id licere pro famæ conſeruatione, ſubminiſtrat hanc honoris tuendi rationem. *Volo iuſtificari per iuſtitiam Regis, & Regni, & ſcio me innocentem in caſu, quem falsò mihi impingis. Et ſi quid mihi habes dicere, aliàs multo præſente, vel pari numero clientum, intelliges, quod reſponſurus ſim, vel conſule Sapientes, an licitè in hoc caſu pugnare poſſim, qui ſi ſic, non recuſabo campum.* Quod magis idoneum erit, ſi prouocatus prouocationis iniuriam proportionato conuitio expellat. Planè enim id poteſtas non ad iniuriæ, iam irrogatæ vindictam quæ priuato non conceditur, ſed ad iniuriæ tunc primum illatæ, ac veluti cadentis repulſam, ac excluſionem. Quod ſi prouocans repenſum conuitium inhonoratione vlteriore aut ferro vlciſci aggrediatur, fas præterea erit prouocato, exertis confeſtim armis malè excipere prouocantem, quo facto honori ſuo conſulet, quantum ſatis eſt abſque noxa duel-

li, Nulla igitut ratione duelli acceptatio eſt medium oeceſſarium ad honorem prouocati retineodum indemnem ab iniuria prouoeantis, vt falsò aſſumebatut, cum honor prouocati ſufficienter immunis retineatur, ſi is excludat à ſe prouocationis iniuriam abſque duelli acceptatione.

Duellum igitut eſt duorum bellum ex vtraque parte ex condicto, & ſtatuto loco, ac tempoee deliberatè ſuſceptum cum periculo necis aut vulneris, ad indagandum alicuius rei veritatem, vel ad aliquam purgationem inducendam. Non enim propriè duellum eſt quodlibet duorum bellum; ſed illud quod ſuſcipitur ad veritatis indagationem, & vt victoria teſtetur, victorem eſſe innocentem, vel qui obtulerit ſe aliquid purgaturum, purgatus eſſe dicatur, ſi vicerit, de quo nos tom. 10. ac ità docent Nicol. de Lyra in 1. *Regum* 17. Henriq. *quodlib.* 9. *q.* 12. & alij.

Eſt autem ſuperſtitioſum ex D. Thom. *l. c.* ibique Caietan. qui ait huiuſmodi duellum ex ſuo genere malum eſſe, ac ſortilegium: quia in propria ratione includit repugnantiam ad rectam rationem. Inducit enim in teſtimonium; quia conſtat, habentes ius, ſuccumbere nonnunquam in duello, vt patet *ex cap. ſignificantibus de purg. vulg.* & contra rationem vita vtriuſque ex propoſito exponitur mortis, ac vulnerum periculo eum Dei tentatione, ac Diuini eſt vſurpatio iudicij, & diabolica inuentio adimpletur. Idem tradunt Valentia 2. 2. *diſp.* 3. *q.* 17. *pun.* 1. Coninch. *diſp.* 23. *dub.* 2. *n.* 13. & Caſtropal. *p.* 1. *tr.* 6. *diſp.* 5. *pun.* 7. *n.* 6.

Eſt ſemper illicitum ad indagandam veritatem, vel iuſtitiam alterius partis, vt dictum eſt. Et ideò damnatur tamquam ſuperſtitioſum, & expreſsè prohibetur in Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 19. à Greg. XIII. in motu proprio edito 9. Decembris 1582. incipiente. *Ad tollendam deteſtabilem.* & à Clemente VIII. pari motu proprio emanato 1592. docentque communiter DD.

Dantur tamen à Doctoribus aliqui caſus, in quibus licitum eſt duellum accipere, vel offerre. Primus eſt, quandò ad vitæ defenſionem alia non eſt via euadendi iniuſtum inuaſorem, niſi accipiendo, vel illi offerendo duellum. Caiet. *ibidem art.* 4. *ad* 3. Nauar. *cap.* 11. *n.* 39. *&* *c.* 15. *num.* 9. & alij.

Secundus. Non ſolùm, ſi quis minatur tibi mortem, ſed etiam ſi tibi minatur falſum teſtimonium, aut grauem iacturam famæ, vel diuitiarum. Caſtropal. *p.* 1. *tr.* 6. *diſp.* 5. *pun.* 7. *n.* 9. Sanchez *d. cap.* 39. *n.* 8. & alij.

Ego tamen aduerto, quod hæc ſententia, etſi ſpeculatiuè probabilis videri poſſit; in praxi tamen non eſt admittenda, ob incommoda, quæ ex ea ſequi poſſunt, facilè enim homines ſibi perſuadent, ſe per calumniam accuſari; & non eſſe effugium, niſi morte accuſatoris, ſicque multæ cædes iniuſtæ patrarentur. Inſuper hæc ſententia videtur proxima ſententiæ damnatæ ab Alexandro VII. *num.* 2. & illi damnatæ *num.* 18.

Si autem iniuſtus aggreſſor tuæ vitæ, vel honoris vel bonorum vellet, ve duellum inires, non ſecum, ſed cum alio tertio innocente, maior eſt difficultas, an poſſis cum illo tertio pugnare, vt ab iniuſta vexatione te liberes? Tenendum eſt cum D. Antonino 3. *par. tit.* 4. *cap.* & 5. *vlt.* Zabien. *v. duellum q.* 3. *n.* 4. & alij, non licere in tali caſu duellum accipere, quia non licet tibi directè interimere innocentem, vt vitam tuam conſerues, neque te excuſare poteris, quod aggreſſor medio illo tertio innocente te impetat: nam ille tertius te non impetit, ſed tu illum impetis, & aggrederis, Ergo &c.

Tertius. Licitum etiam eſt, vt aiunt, duellum accipere, ſi illud tibi oblatum ſit ab accuſatore, & detractore iniuſto, & promittit, ſe ceſſaturum ab iniqua accuſatione, & detractione, ſi duellum admittis, ſecus, ſi reſpuis. Ità cum alijs Caſtropal. *l. c. n.* 13.

At contrarium omninò tenendum eſt, & talis opinio omninò reijcienda, quam etiam reijcimus alibi ex rationibus, quas in ſimili quæſtione adduximus: Nam accuſationi; & detractioni poteſt pluribus modis occurri, ne accuſatori, & detractori fides præſtetur.

Quartus. Licitum eſt Duellum accipere a Militibus, quandò prouocantur ab hoſtibus ad ſingulare certamen, vnius contra vnum, duorum contra duos, decem contra decem; Id enim videtur neceſſarium, nè exercitus prouocantium animoſior fieret, ſi prouocati non acciperent. Huius rei exemplum habemus in Dauide contra Philiſteum. 1. *Reg.* 17. ac vt victoriæ faciliùs: ac commodius in bello iuſto obtineantur. Nauar. *in ſum. cap.* 15. *n.* 28. Azor. *p.* 3. *lib.* 1. *cap.* 5. *quæſt.* 4. & alij; Et ſi reclament, & duellum ex condicto ſemper, & vbique illicitum contendant: Comitolus *lib.* 6. *reſp.* 16. & Pellegrinus *tract. de duello q.* 2. *v.* 16. Quod ego de duello priuato facilè affirmarem, non autem publica auctoritate inito. Secus autem dicendum, ſi hoc duellum ob curioſitatem, aut vanam fortitudinis oſtentationem acceptetur, vt notat Caietanus in *ſum. v. Duellum*, Sangh. Nauar. & alij *loc. cit.* Quia nefas eſt medium, tam periculoſum, & atrox, ob tam vanum finem ſuſcipere. Sicut enim prò huiuſmodi ſolis cauſis non licet bellum ſuſcipere, ità nec duellum.

Quiotus. Licitum eſt ſubſtituere bellum iuſtum duello, poteſt enim vterque Dux paciſci, vt cauſa prælio decidenda paucis ex vtraque parte pugnaturis decidenda committatur; itaùt eius partis ſit victoria, cuius Milites vicerint, quia ſic euitantur plures cædes, pluraque damna; Requiritur tamen, vt ſpes victoriæ non reddatur per duellum magis dubia quàm per bel-

Digitized by Google

bellum, grauiſſimè enim peccaret Princeps aduerſus ſuam Rempublicam; ſi certam victoriam, quam per bellum habere poteſt,cum incerta duelli commutaret. Peccaret etiam aduerſus duellantes, cum eos periculo interitus exponeret abſque cauſa legitima. Secus autem dicendum, ſi Princeps bellum gerens, videns ſe viribus deſtitutum ad bellum, etſi duello bellum terminandum committat; ſpes eſt eius victoriç; Tunc enim prudenter egit transferens ruinam, quaſi certam in victoriæ ſpem. Caiet. *in d. art. 8. ad 3. in 5. conſ. & in ſum. d. v. duellum* Armil. *eodem v. n.* 1

In his autem caſibus, in quibus duellum eſt licitum,eſt quoque licitum conditiones apponere, vt nullus ex circumſtantibus opem alicui ferat: bonum enim commune, quod in omnibus præferendum eſt, poſtulat, fidem hoſtibus ſeruari, maximè in rebus bellicis.

At ego cum Petro Nauarra *lib. 2. de reſtit. dub. & cap. 13. in nou. edit. n. vlt.* rem hanc ſic definio: Si duellum fit ob defenſionem vitæ, vel rem innocentis, & adhuc volens iniuſtè vexare nolit deſiſtere, licitum eſt eam conditionem accipere, & circumſtantes teneantur illi ſuccumbenti opem non ferre, nam ex parte illius duellum eſt iniuſtum, eſſetque peccatum iniuſtitiæ cooperari, quod ſi innocens ſuccumbat,tenentur circumſtantes illi ſubuenire:quia ex parte illius eſt iniuſta conditio; quomodò enim duellum eſt illicitum, illicita quoque eſt conditio, cum potius impedire vtramque partem oporteat.

Si quis enim innocens ab impio Iudice damnaretur, vel ad ſubeundam mortem, vel ad pugnandum in duello, vt ſe ab impoſito crimine purgaret, non licere ei accipere duellum tradunt D. Antonin. *3. par. tit. 4. cap. vlt.* Tabien. *v. duellum q. 3. n. 4.* & alij: Quia duellum cauſa indagandæ veritatis eſt intrinſecè malum, & quia talis innocens non patitur iniuriam ab eo, cum quo pugnaturus eſt, ſed à Iudice.

Verùm in hoc caſu eſſe licitum duellum accipere cenſent Angelus *v. duellum n. 2.* Petr. Nauar. *lib. 2. de reſtitut. cap. 3. in 2. p. dub. 75. 2. 295* & alij: quia talis innocens non accipit duellum ex praua intentione Iudicis ad inueſtigandam veritatem, ſed ſolum intentione ſe defendendi, & vt mortem certam periculoſo duello euadat, videturque habere Ius contra Iudicis iniuriam, etiam cum tertij detrimento, vt ſe defendat. Quia plus ſe ipſum in eo caſu diligere poteſt, quàm illum tertium; qui eſt veluti inſtrumentum iniqui Iudicis. ſententiæ, & iniuſtitiæ.

Si autem ex Iudicis ſententia duo ſint damnati ad mortem, & non eſt licitum Principi duellum ipſis concedere, vt qui victor occidendo alterum euaſerit vitam, ac libertatem habeat: nam videtur prohibitum in Sac. Conc. Triden. ſeſſ. 25. c. 29. ſaltem ex parte Principis, vel Iudicis offerentis, nam habet quandam ſpeciem crudelitatis; Maior. *in 4 d. 15. q. 73.* Filiuc. *tom. 2. tract. 29. cap. 8. n. 159.* & alij. Ex parte verò condemnatorum talis pugna non eſſet illicita, ſi aliud remedium non ſuppeteret, vt ſe à morte liberarent: quia non aliud eſſet, quam tueri vitam propriam, & vterque eſſet conſtitutus Miniſter iuſtitiæ ad alterum occidendum.

Non eſt tamen licitum accipere duellum ad terminandam litem criminalem, aut ciuilem: quia non eſt remedium aptum ad terminandas lites; exponitur enim periculo necis vita innocentis, cum accidere poſſit, vt innocens vincatur, ac pereat occiſus. Sanchez *d. cap. 39. n. 6.* Azor *d. q. 5.* ſi verò innocens certus eſſet, ob fraudes & calumnias iniuſti Actoris, fore in iudicio condemnandus ad mortem, vel mutilationem vel ad amiſſionem notabilis quantitatis rerū familiarium, & non poſſet Iudicis iniuſtitiam impedire, tunc poſſet, non tantum duellum accipere, ſed offerre. Quia, vt docet Valentia. *2. 2. diſp. 23. q. 17. pun. 5.* eiuſdem rationis ſunt ad duellum prouocare, ac accipere, quoties cauſa neceſſariæ defenſionis vtrumq; ſit.

Neque licitum eſt accipere Duellum ad defenſionem proprij honoris; nam etſi liceat inuaſorem ad tuendum ſuum honorem, quandò honori aliter conſulere nequit; nemini tamen licet ad vindicandam iniuriam illatam alterum occidere: Quia non datur defenſio, vbi non eſt aggreſſio; Prouocans autem ad Duellum ad vindicandam iniuriam, non eſt in illo tunc aggreſſus, ſed aggreditur inimicum, neque licet, nè videatur ignauus, ac timidus; non enim crederetur reſpuiſſe Duellum ob vitandam Dei offenſam, ſed ob timorem; nam eſt illicitum alteri mortem procurare, niſi in ſui defenſionem; acceptatio autem Duelli non eſt defenſio, ſiquidem non datur offenſio, vbi non eſt aggreſſio, neque prouocans ad Duellum cogit ad pugnam, ſed ſuadet.

Dum igitur nulla vis prouocato infertur, quam non poſſit repellere, neque ipſe Duellum accipere debet ob ſui honoris defenſionem. In hoc enim caſu, non militat ratio de Viro nobili, quem alius aggreditur: quia ille aggreſſione patitur vim, quam non tenetur fuga ſibi ignominioſa declinare, ſed occiſione poterit auertere; Inſuper etſi apud vulgares, ac improbos duellum reſpuere, ignominiæ tribuatur; apud ſapientes tamen, ac probos viros id honori adſcribitur, dum ad obſeruandam Diuinam legem reſpuitur, quod falſę vulgi opinioni præponderat, neque eſt etiam ſimile de fuga, dum nobilis inuaditur; quia viro nobili militiam profitenti, talis fuga reputatur ignominioſa,etiam apud probos,& ſapientes. Tandem etiam apud mundanos prouocatus ad duellum ſatis conſulet ſuo honori prouocanti reſpondendo. *Paratus ſum ad mei defenſionem, quandocumque inuaſus fuero, ſed Duellum accipere nolo;* quia

quia Legi Diuinæ aduerſatur. Eſſe namque paratum ad ſe defendendum, non eſt peccatum. Atque in his conſentiunt Caietanus *d. art. 8. ſolut. ad 3. caſu* 3. Armilla *v. Duellum nu.* 1. Sotus, Petr. Nauar. Baunes, Valentia, Sanghez, aliijque communiter.

Fuit tamen olim opinio, qua aſſerebant, poſſe virum æqueſtrem, ad Duellum prouocatum, illud accipere, nè timiditatis notam apud alios incurrat, ſitque ſemper inglorius. Et ſicut licet cum moderamine inculpatę tutelæ occidere aggreſſorem inuadentem bona temporalia magni momenti; ità licitum eſt honorem per Duellum tueri.

At hæc opinio falſa eſt, vt ex ſupradictis conſtat. Et licet honor, & fama vitæ ęquiparentur, *l. Iuſta ff. de manumis*, eſt tamen diuerſa ratio de defenſione vitæ, ac de defenſione famę, & honoris, quæ alio modo ſeparari poteſt, quam vita.

Hinc Alex. VII. die 24. Septembris 1665. in ſua Conſtitutione, ſiuè decreto incip. *Sanctiſſimus Dominus noſter*, inter alias opiniones, hanc damnauit ſub pœna excommunicationis incurren. ipſo facto, à qua non poſſit abſolui, niſi à Rom. Pont.

Ac itàut neque quidem licitum ſit prouocato ad Duellum, illud accipere, & exire ad locum condictum, non cum abſoluta voluntate pugnandi, ſed conditionata, ſi ibi iniuſtè prouocatur, quia non ſolum in citato decreto Alexandri VII. prohibetur Duelli pugna, ſed ipſa Duelli acceptatio. Poteſt tamen prouocatus ad Duellum, ad ſua negocia peragendum armatus incedere, ac ſi eſſet cum inimico pugnaturus, dummodò non accedat ad locum Duelli condictum, neque per loca, in quibus certò ſciat inimico obuiam ire: quia non tenetur relinquere illas actiones, quas ſine ſuo notabili damno præterire non valet, & delatio armorum eſt ad ſui defenſionem.

Ex dictis cenſeo cum Abulenſi 1. *Reg.* 16. citante Oſtienſe in *Sum. tit. de Cler.* & alios, aiens eſſe communem in nullo caſu licere acceptare Duellum ex multis rationibus, & præcipuè, illum ſolum dici defenſorem, qui inuitus cogitur ab actuali aggreſſione cum illo pugnare, qui autem prouocatur ad Duellum, quacumque ratione id fiat, non eſt defenſor ſui, ſed ſaltem congreſſor.

Pœnæ autem Canonicæ, quibus Duelli vſus prohibentur primò in *can. Porrò de Cler. pugnant. in Duell.* Si Clericus ſpontè obtulerit, vel oblatum ſuſceperit, ſiuè victor, ſiuè victus fuerit, de rigore iuris eſt meritò deponendus, ſed euadere poterit depoſitionis ſententiam, ſi cum eo Epiſcopus duxerit miſericorditer diſpenſandum, dummodò ex ipſo Duello homicidium, vel membrorum mutilatio non fuerit ſubſecuta: quia ſcilicet tunc eſſet irregularis ex homicidio voluntario à ſolo Papa diſpenſabilis.

Ac licet multi aſſerant, Clericum pugnantem in Duello incurrere ſuſpenſionem latę ſententię, vt Syluelt. *v. ſuſpenſio num.* 11. Angel. *num.* 12. & alij; contraria tamen ſententia eſt communis, quod non ſit ſuſpenſus ipſo iure, ſed ſuſpendendus perpetuò, ſiuè deponendus. Nauar. *cap.* 27. *n.* 156. Suarez. *de cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 4. *num.* 48. & alij. At quicquid ſit de hac decretali, nunc alias etiam cenſuras, & pœnas incurrit Clericus in Duello, vt infrà.

Ex Conſtitutione Pij IV. 21. quę incipit. *Ea, quæ à prędeceſſoribus noſtris*, fertur excommunicatio latæ ſententię Papæ reſeruata, & priuatio Beneficiorum Eccleſiaſticorum, & Dignitatum, & inhabilitas ad illa, vel alia ipſo facto contrà Clericos pugnantes in Duello, aut prouocantes, vel id tentantes, vel locum dantes, aut comitiuam præſtantes, vel chartas Duelli ſubſcribentes, affigentes, publicantes, fauentes, conſulentes, vel adſtantes, & diſpenſatio ſuper his reſeruatur Papę.

Et licet hęc conſtitutio loquatur de Duello formato, tamen hodie eſt extenſa cum ſuis pœnis ad Duellum informe ſiuè minùs ſolemne, per Conſtitutionem Clem. VIII. de qua mox, & ità etiam tradit Nauar. & Sanchez. *loc. cit. num.* 27.

Ex Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 19. Statutum eſt, vt Clerici pugnantes in Duello, non ſolum excommunicationem, ſed & proſcriptionem omnium bonorum, ac iuris infamiam incurrant, & de lata ſententia Doctores aiunt, & interpretatus eſt hunc locum Trid. Greg. XIII. in ſua Conſtitutione, de qua infrà.

Clemens VIII. in ſua Conſtitutione, quæ incipit. *Illius vices*, edita 2. Septembris 1592. Confirmat, & declarat d. Conſtitutionem Greg. & decretum Sac. Conc. Trid. ac etiam decernit locum habere vbicumque gentium, ac Terrarum, inter quaſcumque perſonas, etiam vbi Catholicæ fidei hoſtium furor impunè graſſatur, nec non eiſdem pœnis teneri eos, inter quos pactiones initæ ſunt de dirimendo certamine cum primum alteruter vulneratus fuerit, ſeù ſanguinem effuderit, vel ſi conuenerit, vt non ſinguli cum ſingulis, ſed bini, terni, aut plures hinc indè pugnent. Et excommunicationis abſolutionem, etiam priuati Duelli ſibi, ac ſucceſſoribus ſuis reſeruauit.

Aduerto etiam, quod hodie ex hoc Trid. decreto Clerici pugnantes in Duello, etiam non ſecuta morte, vel mutilatione, ſunt irregulares ratione infamiæ iuris. Eſt tamen verum, quod hęc pœna non ligat in conſcientia ante declaratoriam ſecundum probabiliorem, vt per Filiue. *tract.* 29. *num.* 178. Sanch. *d. c.* 39. *nu.* 33. & alios.

Ex Bulla verò 21. Pij IV. incip. *Ea, quæ à prędeceſſoribus*. Omnes ſubditi in temporalibus Eccleſiæ Romanæ pugnantes in Duello, aut prouocantes ad illud, aut attentantes. Item locum concedentes, comitiuam præſtantes,

chiar.

Digitized by Google

chartas Duelli ſubſcribentes, affigentes, aut publicantes. Item adſtantes, certantes, adhærentes, fauentes, conſulentes incurrunt ipſo facto. Primò pœnam excommunicationis Papæ reſeruatam. Secundò infamiæ iuris perpetuæ. Tertiò ctiminis læſæ Maieſtatis. Quartò damnationis memoriæ, & confiſcationis bonorum, ac deuolutionis feudorum. Quintò loca vbi fuerit Duellum celebratum, ipſo iure remanent interdicto ſuppoſita.

Hæc autem Conſtitutio fuit confirmata in citatis Conſtitutionibus Greg. XIII. & Clem. VIII. Et quamuis loquatur tantum de Duello formato, tamen per dictas Conſtitutiones eſt extenſa cum ſuis pœnis ad Duellum minus ſolemne, ſiuè diſfidationem. Saugh. *d. cap.* 30. *num.* 27. Cherul. ſuper hac Bulla Pij IV. *ſchol.* 1. & alij. Et pęna læſæ Maieſtatis intelligitur quoad pęnas temporales, non quoad ſpirituales latas in *cap. Fœlicis de pœn. in 6.* vt per Comitol. *lib.* 6. *quaſt.* 12. *in* 3. *dub.*

Ex Bulla pręfata Pij IV. omnes Imperatores, ac Regibus inferiores, ſi in Duello pugnauerint, vel prouocauerint, vel irritauerint, auxilium, cōſilium, fauoremuè dederint, vel adſtantes fuerint, ſeù intereſſentes Duello, aut chartas ſubſcripſerint, aut publicauerint, vel de illis ſe intermiſerint, incurrunt excommunicationem Papę reſeruatam, etiam effectu nou ſecuto, etiamſi non ſit ventum ad locum. Filiuc. *d. tract.* 29. *num.* 171.

Priuatio ſepulturæ eſt latæ ſententiæ: tum ex iure communi, cum agatur de Duello formato, atque adeò publico, & moriens in conflictu, moriatur in actuali peccato mortali, ſeù impenitentia finali, vt nullo modo poſſit in ſacro ſepeliri, niſi ſigna dederit contritionis, & pęnitentię: tum quia ex dicta Conſtitutione Clemen. VIII. apertè eſt latæ ſententiæ ob illam particulam: *priuatos eſſe volumus.*

Id autem, quod ait Trid. de moriente in conflictu, ampliant aliqui etiam ex conflictu, ideſt ex vulnere accepto in conflictu, etſi poſt conflictum moriatur. Peregrin. *de Duello quaſt.* 7. *num.* 4.

Ad excommunicationem igitur, & alias pœnas ſupradictas incurrendas requiritur. Primò ex *condicto* ideſt ex pacto, ſiuè ex conuentione fiat Duellum. Vndè aliter pugnans non eſt reus Duelli. Ac ità qui pugnam in Eccleſia inchoarunt, & ob loci reuerentiam foras egrediuntur, ibique pugnę finem imponunt, non ſunt rei Duelli, nam hæc non eſt pugna ex condicto, ſed ex rixa, principium enim huius actionis inſpiciendum eſt; Nec qui eodem tempore offert Duellum, gladio aggreditur, & alter cogitur ſtatim pugnare, eſt Duellum: quia ex parte vnius dicitur potiùs aggreſſio, & ex parte alterius defenſio.

Secundò. Requiritur, vt *fiat Statuto loco, & tempore*, atque ideò, qui ob priuatas inimicitias ſeipſos ad pugnandum inuitant, & alter alterum occidit, non dicitur propriè commiſiſſe Duellum, vndè ſi alicui relatum fuit, quod Petrus de ipſo malè locutus fuiſſet, & Petrum aggrederetur, coarguendò, illum mentitorem fuiſſe, & ſuſtinere voluerit, quod dixit, ad pugnam prouocaret, & ſtatim enſi manum apponeret, hęc pugna non eſſet prouocatio ad Duellum: quia non fit ſtatuto loco, & tempore, ſed potiùs aggreſſio. Bonac. *tom.* 1. *de excom. diſp.* 2. *q.* 6. *pun.* 1. *nu.* 14. contrà Peregrinum *de Duello quaſt.* 25. *num.* 2.

Neque dicitur Duellum, quandò quis prouocat inimicum ad pugnandum, ante illum deambulans torua facie, aut verbis contumelioſis eum afficiens, ex rationibus dictis.

Minùs etiam eſt Duellum, quandò quis armis deſtitutus, cum altero contendens, adit domum ad capiendum enſem, ac rediens inimicum diſfidat, & ſtatim certamen aggreditur. Secus verò dicendum, ſi quis alteri diceret: vade ad capiendum enſem: hic te expecto, aut veni ad talem locum, ibi te expecto, vel inuito ad Duellum. Iſti vtique incurrerent Duellantium pœnas: quia initur pugna ex præuia conuentione, & ſtatuto loco, & tempore. Item ſi quis inimico diceret, cum prima vice mihi occurreris in Vrbe, te inuoco ad pugnam, incurreret in pœnas Duelli: nam adeſt aſſignatio loci, nempè in Vrbe, & temporis, nempè prima vice mihi occurreris. Bonac. *l. c.* Sed in hoc caſu contrarium cenſeo cum Diana, *par.* 5. *tract.* 13. *Miſcel.* 1. *reſol.* 59. & Iacobo Martino *in pr. viſit. inſtr. pr.* 4. *n.* 16. *dub.* 9. Quia tota Vrbs non eſt propria loci aſſignatio, quia cum ſeſe obuiam habuerint eſt tempus incertum, & indeterminatum.

Si quis verò dixerit inimico exiſtenti in platea, vt indè exeat, nè pugna ab ibi exiſtentibus impediatur, eamus ad talem locum, committeret Duellum, quia ſtatuiſſet locum, & tempus, ſcilicet pręſens, dummodò id faceret pręmeditatè, & non ex repentina rixa, & calore iracundiæ. Saugh. *d. cap.* 39. *num.* 28. Peregrin. *quaſt.* 18. & alij. Similiter, ſi quis proponat Duellum, & nutibus indicat locum ad pugnandum, incurrit Duelli pœnas: quia nutus, & ſigna vices verborum ſuſtinent. Peregrin. *q.* 2. *n.* 3. & Bonac. *n.* 16.

Tertiò. Requiritur, vt Duellum fiat cum periculo occiſionis, vel vulneris: Duellum enim prohibetur ſub cenſuris ob graue periculum occiſionis, vel mutilationis, aut vulneris, vt etiam notat Filiuc. *tract.* 15. *cap.* 1. *num.* 113. & Floronus *cap.* 16. §. 3. Vndè, qui alterum inuitat ad Duellum, non animo offendendi, ſed tantummodò cauſa honoris proprij defendendi, etiamſi ex condicto, & ſtatuto loco, & tempore accedant ad pugnam, cum morali tamen ſeueritate, quod nullam offenſam vterque ſuſtinebit, ſed tantummodò inferendo aliquos ictus, vt poſteà pax ſecutura ſit, non incurrunt in foro conſcientiæ excommunicationem: quia

non

Digitized by Google

non eſt pugna cum periculo occiſionis. Diana *p.3. tract.6. Miſcell.2. reſol.1.& p.7. tract.11. Miſcell.2. reſol.44. num.8.* Trullench. *in decal. tom.2. lib.5. cap.2. dub.13. nu.22.* Contrarium tenet Peregrin; Sed primam ſententiam cenſeo probabiliorem, ac tutam, quamuis in foro externo præſumatur verum Duellum: Quia forum externum ſolum intuetur actum externum, non verò interni animi cogitationes.

Excluditur etiam à Cenſuris concertatio, quæ inter Milites fieret euulſione capillorum, vel inter viros, pugnis ſolummodò, aut alio inſtrumento non periculoſo: quia huiuſmodi concertamen eſt ſine periculo occiſionis, vel mutilationis, ſecus autem dicendum, quandò initur in Duello pactum, vt pugna terminetur, cum primum alteruter vulneratus fuerit, ſiuè ſanguinem effuderit, vel certus numerus ictuum, abſque ſecuritate non ſe offendendi vtrinque illatus fuerit: nam in his caſibus Clemens VIII. cit. Conſtitutione decreuit: *incurri omnes Duellantium pœnas, etiamſi non adſit certum occiſionis periculum, ſed tantum dubium.*

Non incidit in excommunicationem prouocans, vel acceptans Duellum; niſi ſequatur pugna, etiam alteruter tempore præfixo ſe ad locum conſtitutum conferat, ibique inimicum ad pugnam expectet, ſed quia non comparet intrà terminum, diſcedit: quia Greg.XIII. requirit, quod ſequatur pugna ad incurrendam excommunicationem. Sanch. *d.cap.39. num.58.* Sentetia *in Bull. Pontif. epiſt.155. Theor.392.* & alij.

Conſulens, ſi efficaciter reuocauerit ſuum conſilium, etiam poſt prouocationem, & ante executionem Duelli, ne ſequatur ipſa pugna, non contrahit excommunicationem: quia Clem. VIII. per verbum illud, *prouocantes*, intellexit ad Duellum, & ad pugnam.

Conſulens item Duellum alicui, qui ante illius conſilium erat determinatus illud committere non ligatur excommunicatione: quia conſulens non ligatur cenſura, niſi verè influat in effectum prohibitum ſub cenſura. Nauarr. *cap.27. num.51. ad fin. & cap. felicis, §. illud de pœn. in 6.* ibique Gloſ. *v. ſimplici.* Auila *par.2. de cenſur. cap.5.* & alij.

Poteſt autem quis cognoſcere, an ſuum conſilium influxerit in Duellum. Primò ex dicto ipſius Duellantis, ſi ſit fide dignus: Secundò, ex coniecturis, vt ſi maiori cum ardore Duellum prouocet, vel acceptet, vel ſi poſt eius conſilium neceſſaria ad Duellum cum ſollicitudine præparet, & ſimilibus. Auila *loc. cit.* Sayr. *lib.7. cap.3. num.2.* & alij. Si adhibita diligentia adhuc dubitat, ligatur excommunicatione: quia poſſeſſio ſtat contra conſulentem dubitantem.

Conſulens Duellum, quod ſi non conſuluiſſet ipſe, certò alius conſuluiſſet, incurrit etiam excommunicationem: quia reuera ſuo conſilio influxit in Duellum, illiuſque cauſa fuit; & ſicut alius conſulendo contraxiſſet excommunicationem, ità contraxit, & ipſe.

Eum, qui non conſulit Duellum, ſed narrat factum, ex quo illud audiens ſumit occaſionem prouocandi, vel accipiendi Duellum non incurrit excommunicationem, ſi narratio facta non fuerit ad finem incitandi ad Duellum, ſecus ſi ad finem incitandi, & inſtigandi.

Si conſulens non poteſt ſuo conſilio, vel authoritate impedire, nè ſequatur Duellum, & iam Duellator eſt determinatus pugnare vſque ad mortem, non contrahit excommunicationem conſulendo, vt pugnet vſque ad primum ſanguinem: quia hoc eſt minus malum conſulere. Sic non peccat, qui conſulit minus malum parato maius committere. Valentia *to.3. diſp.5. quæſt.21. par.4.* Aragon. *2.2. q.62. art.7.* & alij.

Parato committere Duellum, ſed nulla determinatione facta, an vſque ad mortem, an verò vſque ad primum ſanguinem, non poteſt conſulens ſuadere, vt pugnet vſque ad primum ſanguinem: quia tunc ſolùm licet minus malum alteri conſulere, quandò ille eſt omninò paratus committere maius, & à maiore minimè abſtinere vult, nec alia ratione impediri poteſt, vt per Sotum *lib.6. de iuſt. quæſt.1. art.3. col.5.* Molin. *tom.2. eiuſdem tract.2. diſp.335. §. nec tamen*, & alios. In hoc autem caſu Duellator non eſt determinatus omninò ad maius malum, & pugnare vſque ad alterius mortem; atque adeò ſuadens illum, vt pugnet vſque ad primum ſanguinem, verè ad malum conſulit, ac illum ad malum ſe determinare inducit, ac proindè excommunicationem incurrit.

Si paratum ad prouocandum omninò Caium ad Duellum, non terminandum, niſi alterutrius morte, conſulens ſuaderet, vt non prouocaret Caium, ſed Titium, non vſque ad mortem, ſed vſque ad primum ſanguinem tantum, incideret excommunicationem, & pœnas Duelli: quia licet eius conſilium eſſet de minori malo; tamen iniuriam faceret Titio, eſſetque cauſa efficax damni illius; ſi verò paratus eſſet Duellator ad Duellum prouocare, & firmiter decreuerat eorum alteri mortem inferre, ſed ſi anceps diſtrahebatur animus, cuinam illorum mortem eſſet illaturus, tunc ſuadens in genere minus malum, non peccaret, neque excommunicationem, aut aliam pœnam incurreret: quia non induceret Duellatorem ad inferendum damnum huic potiùs, quam alteri, ſed in genere ſuaderet minus malum potiùs, quàm maius, vt in ſimili docet Vaſquez *de reſtit. cap.8. de reſtit. cap.8. §.1. dub.2. num.27.* Petrus Nauar. *lib.7. cap.4. num.29.* & alij.

Quoad Clericos in pœna priuationis Officiorum, & Beneficiorum requiritur ſententia. Sylu. *v. aſſaſſinus num.4.*

Diſpenſare autem ſuper pœna priuationis Beneficiorum, conualidando titulum amiſſum, ob crimen ipſo Iure, vel ſuper pœna inhabilitatis ad Beneficia rehabilitando perſonam, regula-

tiuer

riter pertinet ad Papam, poteſt tamen Epiſcopus, ſiuè Prælatus habens Epiſcopalem iuriſdictionem diſpenſare ſuper hac pœna incurſa ex crimine, non grauiori adulterio, ſi nondum ſit ſecuta actualis depoſitio, ſiuè priuatio. De quo vide de Diſpenſationibus, vbi ſatis dictum eſt.

Conſulens occidi inimicum, ſi poſteà qui conſilium accepit, occidatur in Duello, adhuc incurrit irregularitatem; ità cenſeo cum Suarez *de cenſur.diſp.44 ſect.3.num.8.* Couar.2. *par.§.2.num.1.*& alij, nam ipſe verè eſt cauſa mortalis occiſionis mandatarij, vel conſultarij; quamuis enim ſuo conſilio, vel mandato non intenderit eius mortem; eam tamen indirectè voluit dum eum in periculo voluit exponere.

Demùm habes à quibus Iuribus, ac Conſtitutionibus Eccleſiaſticis Duelli vſus interdictus, ob exitium indè imminens animabus; necnon Imperiales leges, vt *l.Vnica,C.de gladiat.*& varia peculiarium Regnorum edicta, præſertim in Gallicano, Neapolitano, & alibi, atque de hac re non plura. Alia lege *in tom.*10.

DE ECCLESIIS, ET ECCLESIASTICIS.

An Eccleſiaſtici participes debeant eſſe bonorum Communitatis, quorum participes ſunt alij Ciues? Vide de Immunit.tom.1. Conſult.128.

An Epiſcopus poſſit ad rebenedicendum Eccleſiam pollutam delegare Vicarium Generalem? Vbi quid de alijs Sacerdotibus? tom.1. Conſult.156.

NEgatiuè, quandò Eccleſia eſt conſecrata; quandò verò eſt benedicta poteſt. Ità Sac.Cong.Concil. in vna *Placentina* 3.Februar.1652. *ad cap.6.ſeſſ.24.de reformat.*

Et ſanè, quod ſpectat ad primam partem eſt ſententia communis omnium Doctorum, inter quos Sanchez *diſput.* 81.*de Euchar.ſect.4.in fine*; & Card. de Lugo *diſput.* 20. *eodem tit.ſect.2.num.61.* Ea enim, quæ ſunt Ordinis non poſſunt delegari non habenti Ordinem, *cap.quamuis deciſ.68.*

Hinc, ſi Epiſcopus committeret ſimplici Sacerdoti reconciliationem Eccleſiæ pollutæ conſecratæ, non teneret delegatio; Eccleſia igitur conſecrata, ſi polluatur, non poteſt reconciliari, niſi ab Epiſcopo. Ità communiter Theologi, & Canoniſtæ apud Quartum, & alios *in Rubrica Miſſal.par.3.tit.*10.*num.2.dub.*10.

An autem, vbi non ſunt Epiſcopi, aut ſaltem longè diſtantes conſuetudine induci poſſit, quod per Sacerdotem conſecretur Eccleſia? Negatiuè: quia non poſſunt præſcribi, aut conſuetudine acquiri, quorum non adeſt capacitas; Non haberens autem Ordinem non eſt capax actus Ordinis. Quandò autem committitur à Pontifice ſimplici Sacerdoti, denudatur talis functio qualitate actus Ordinis, quæ ei conuenit de iure poſitiuo, & ideò ille committi poteſt, cum accommodetur capacitati ipſius.

Quod autem attinet ad ſecundam partem reſolutionis, eam communiter etiam docent Doctores cum Gloſ. *in cap.fin.v.lauetur de conſecratione Eccleſ.* ac Sayrus *lib.5.de cenſur. cap.16. num.22.* & Pax Iordan. *tom.1.lucubrat. lib.5. tit.12. num.*160. Idem dico de Cœmeterio, quod non ſit ſolemniter ab Epiſcopo benedictum. Et ità etiam reſpondit Sac.Cong.Rituum in vna *Hydruntina* 15.Decemb.1632. Ratio verò, quia non plus requiritur ad reconciliandum, quam ad benedicendum Eccleſiam; quare ſi ſimplex Sacerdos poteſt eam benedicere, poterit etiam reconciliare.

CVM quædam Eccleſia Collegiata ſit merè receptitia, & non numerata, creueritque numerus participantium vſq; ad 50. adeò, vt redditus ſingulorum participantium quotidiè intereſſentium Horis, & Officijs Diuinis, non ſufficiant prò eorum congrua ſuſtentatione ſpatio duorum Menſium; propterea Epiſcopus de conſenſu participantium quærit:

An de Iure poſſit dictum numerum reducere in futurum ad 40. qui ordine antiquitatis in Sacerdotio ſubintrent in locum deficientium? tom.1. Conſult.308.

NIhil eſſe innouandum cenſuit Sac. Congr. Conc. in vna *Conuerſanen.* prò Eccleſia Collegiata Terræ Turi die 3. Febr. 1652. *ad cap.2. ſeſſ.21. de reform.*

Digitized by Google

An in Eccleſia Collegiata poſſit abſque priuilegio, ſeù legitima licentia Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum aſſeruari? Vide de Euchariſtia tom. 1. Conſult. 339.

An Eccleſia exiſtens in poſſeſſione percipiendi decimas frumenti &c. ſi in pradijs ſeminetur oriza, poſſit decimas percipere? Vide de Decimis tom. 1. Conſult. 358.

An in Eccleſia per Communitatem constructa de licentia Epiſcopi, poſſit ab eodem demandari, vt ſepeliantur cadauera Defunctorum abſque conſenſu dictæ Communitatis? Vide de Immunitate tom. 1. Conſult. 393.

An Magiſtratui ſaeculari competat locus, & quidem dignior intra Præsbyterium? Vide de Pręcedentia tom. 3. Conſult. 3.

An liceat amplius facere conuiuia in Eccleſia? tom. 3. Conſult. 17.

NEgatiuè. Nam Concilium Laodicenſe *c. 24. & Conc. 3.* Carthaginenſe *c. 30.* tales Agapas, & Epulas in Eccleſijs fieri vetuerunt, ſicut & Auguſt. *lib. 6. Confeſſ. cit. cap. 2.* Baron. *annal. 337. n. 14. & ann. 384. n. 29. & ann 391. num. 39.* corrigendos, reſecandoſque iudicarunt abuſus quoſdam ſimiles in ſolemnitates Martyrum illapſos. Hęc tamen omnia, minimè obſtant, quominus verus ille mos in locis innumeris ſanctè etiam nunc, ſaltem ex parte obſeruetur, & apud Baron. *ann. 57. num. 142.* videlicet in funeribus, in multis pijs ſodalitijs, nec non in ſtatis quibuſdam ſolemnitatibus, in quibus Egeni conuiuio benigniſſimè excipiuntur inuſitatis eleemoſynis donantur, in Palatijs Sum. Pontificum, aliorumque Prælatorum, Principum, & Magnatum, qui pauperum certum numerum nonnunquam inuitant, & liberaliter tractant.

Conuiuia tamen fieri ſolita, per Confratres in ſuis Feſtis, conniuenter tolerari poſſunt; modò non feria 6. Paraſceues, nec cum redditibus loci pii, nec intrà, aut propè Eccleſiam fiant ex Sac. Congregat. ſuper Epiſc. in *Anagnina* 12. Septembris 1614. Vel ſaltem ſi ſecundum conſuetudinem fiant ante Eccleſiam, tempore conuictus omninò claudantur ianuę eiuſdem Eccleſię, ex eadem Cong. in *Verulana* 10. Ianuarij 1606.

Cui competat ius porrigendi aſperſorium aquæ benedictę Epiſcopis, Archiepiſcopis &c. etiam in Eccleſijs Regularium? Vide de Pręcedentia tom. 3. Conſult. 18.

An, & quatenus deceat Eccleſiam, vti in ſuis Diuinis Officijs, harmoniaca muſica? tom. 3. Conſult. 41.

DEcet Eccleſiam in ſuis Diuinis Officijs harmoniaca muſica vti, ſed cum hac admonitione, nè Cantores ad vſum illicitę voluptatis aſſumant, quod Sancti Patres ad effectum pietatis inſtituerunt. Talis enim debet eſſe ſonus, ac concentus, vt non totum animum ad ſui rapiat oblectationem, ſed eorum, quę cantantur ſenſui, & pietatis affectui, maiorem relinquat portionem, vt rectiſſimè conſulit ſapientia, & Dignitate Em. Card. Bona *cap. 17. diuinę pſalm. §. 2. num. 4. in fin.* Ab Eccleſijs verò muſicas eas, vbi ſiuè organo, ſiuè cantu, laſciuum, aut impurum aliquid miſcetur, quod Caiet. *in Sum. v. Organorum vſus* ait eſſe per ſe loquendo crimen ſuperſtitionis ſacrilegæ, arceant Ordinarij ex decreto Conc. Trid. *ſeſſ. 22. in decretal. de obſer. & euit in Sacr. Miſſ.* à quo approbatus, & admiſſus fuit eorum moderatus vſus, cui concinit Conc. Aquiſgranenſe *cap. 132. & ſeq. cap. in S. Romana 92.* Extrauag. Io: 22. *de vit. & honeſt. Cleric.* quę incipit, *doctam*. Liber cęremonialis Epiſcoporum *lib. 1. cap. 28.* Stephanus Durantus *lib. 3. de rit. Eccleſ. cap. 21. num. 11.* Lindanus *lib. 4. panopl. cap. 78.* Conc. Mediolanen. *p. 1. cap.* de muſica, & Cantoribus, & præ cęteris S. Hyeronimus *cap. 5.* ad Epiſcopus quam etiam in rem extat grauiſſima Conſtitutio Alex. VII. omninò legenda.

Porrò nè Pſalmi vulgari lingua inter Officia Diuina canantur prohibet Conc. Laudicenum *cap. vlt.* Conc. Bracharenſe, ac docet Suar. *de hor. Can. can. l. 4. cap. 7. n. 8.* De hymnis extat *cap. 12.* Conc. Toletani &c. D. Thom. *2. 2. quaſt. 91. art. 2. ad 5.* vbi Caiet. Anacletus *c. 18.* & alij.

An propter reuerentiam Eccleſię poſſint expelli Artifices propè illam obſtrepentes, ac perſona infames, & ſordida, eius Diuina Officia perturbantes? tom. 4. Conſult. 77.

AFfirmatiuè: Cum Eccleſia, eiuſque Præsbyteri, vel Monachi ſint ęquè ac Doctores in hoc priuilegiati. Alciat. *in L. 1. num. 52. ff. ſol. Matrim.* ibique Rom. *num. 34.* & alij. Sicuti igitur Doctores, vel Scholares, ſtudiorum cauſa id poſſunt, ità quoque Eccleſia ratione Diuinorum Officiorum. Deſumitur ex *can. pridem 18. quęſt. 2.* Idemque cenſuit Sac. Congr. Epiſcop. & Regul. in *Interamnenſ.* 25. Mar. 1589. Nimirum, quod in nulla domo Eccleſiæ contigua habitare debeant Caupones, hoſpitio recipientes, gladiatores, Comędi, ſimileſque perſonæ, & B. Pius V. ſeueriſſima Conſtitutione ſua ſanciuit, vt vana, fœda, profana &c. ab Eccleſia arceantur: Sac. item Congr. Viſitationis Apoſtolicę 15. Iulij iuſſit amoueri Tabernam vulgò tabacchi in fumo, & focos ferreos, in quibus caſtanee, & aſilli torreri, vel lixari ſolent iuxta Eccleſiam Parochialem S. Marię de

Plan-

Digitized by Google

Planctu de Vrbe poſitos, nè redoleat fœtorem, racoremque, cum Eccleſia ſummota procul eſſe debeat à balneis, furno, ſterquilinio, immunditijſque tetrum odorem ſpirantibus, & de Meretrice habitante apud, vel propè Eccleſiam, vel Monaſterium Monialium, quod poſſit expelli indiſtinctè, & abſolutè probat tex. *in authen. de lenon §. quaſdam verò & in l.4. C. de ſpectacul. publ: d. lib.* 11. ibique Io: de Plat. & reſoluit ſępius Sac. Congreg. Epiſcop. etiamſi habitet in vijs, quę ducunt ad Eccleſiam, vt in *Maceratenſi* 22. Aprilis 1596 & 14. Nouembris 1601. & 13, Maij 1603. & in *Tudertina* 16, Septembris 1598. & in *S. Seuerini* 19. Auguſti 1604. pręcipuè propè Conuentum Regularium, vt in *Marſicenſi* 14. Iunij 1588. in *Viterbienſi* 6. Septembr. 1593. vel iuxta Monaſteria Monialium, vt in *Interamnenſi* 6. Martij 1618. Quod procedit ſiuè Monaſterium ſit ab antiquo, ſiuè de recenti fundatum, quia diſpoſitio ad *§. quaſdam verò* loquitur abſolutè de venerabilibus domibus. Et hoc quidem ius Romæ indiſtinctè obſeruatur, vt ſcilicet mulieres inhoneſtè viuentes à Monaſterijs Monialium longè arceantur, non ſolum ad partis inſtantiam, ſed etiam ex officio, & ſiuè ſit Monaſterium Monialium, ſiuè Oblatarum, ad quod mulieribus pateat acceſſus, niſi ſint Coniugatæ, quæ non debent expelli è proprijs domibus, niſi cum circumſpectione, & accurata conſideratione, nè infamentur; neuè in ſuſpicionem inducantur apud ſuos Viros, vt in *Maceratenſi* 3. Decembris 1602. & in *Ceſenatenſi* 17 Decembris eiuſdem anni. Ratio autem eſt, quia dum eriguntur Eccleſiæ in ordine ad cultum Dei, oſtenditur ergà ipſum maxima reuerentia. Et ideò prout magis, & minus ſunt ornatæ, mundę, ac liberę ab omni fœtore, ac ſtrepitu, cedunt in maiorem, vel minorem Dei cultum.

An liceat alicui habere feneſtram in ipſis parietibus Eccleſię, ex qua poſſit in Eccleſiam proſpicere? Quid de Patronis Eccleſię? Quiduè de illius benemeritis? Quiduè tandem de Parochis? tom.4. Conſult.129.

NOn licet: Quia nemo poteſt in muro alieno ſine ſeruitute feneſtram conſtruere, & aperire, per tex. *in l. altius C. de ſeruit.* traditque Cępol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.*62. *nu.*6. Quod præcipuè locum habet in Eccleſia propter honeſtatem, ac reuerentiam illi debitam. *Clem.* 1. *de ſent. excom.* ibique Butr. *in fin.* vbi, quod temerariè agunt, qui conſtruunt huiuſmodi feneſtras, & in illis audiunt Diuina, Schel. *in ſelect. Canon. cap.* 3. *num.* 119. & Barboſ. *de iure Eccleſ. lib* 1. *cap.* 11. *nu.* 28. Adeòque vt nè in ſuo quidem pariete Dominus aperire poſſit feneſtram, quæ in Eccleſiam reſpiciat, vt per Gomez. *ad l.*46. *Tauri num.*9. Gauan. *in manual Epiſcop. v. Eccleſia num.*27. & alios. Præterea ſi liceret laicis habere feneſtras, per quas in ſuis priuatis domibus pateret in Eccleſiam proſpectus Eccleſia, quę eſt inſtituta ad publicè orandum, fieret Oratorium priuatum, multaque ſequerentur incommoda, præſertim in materia immunitatis Eccleſiæ. Cumque Eccleſia ſit adeò Sacra vt per 30, paſſuum ambitum immunitate gaudeat. *Can. ſicut antiquitus* 17. *quæſt.*4. Congruum quoque, & vt ſaltem per 15. pedum diſtantiam priuatorum ędificijs non profanetur, ad tex. *in l. ſicut loci C. de ędif. priuat.*

Quare B. Pius V. anno 1560. mandauit claudi omnes feneſtras vicinorum, ex quibus haberi poterat proſpectus in Eccleſias, vt refert Tuſcus *de Viſitatione lib.*1. *c.*11. *num.*10.

Fuit ſemper, ac religiosè ſancitum per decreta generalia Sac. Congr. Epiſc. nè perſonæ particulares proſpectum habeant in Eccleſias, & ſpeciatim in *Veronen.* 15. Iunij 1655. Idem Archiepiſcopo Conſentino ſcriptum fuit die 14. Decembris 1646. & in *Hortonenſi* 11. Iunij 1655. *In Alexanen.* 14. Nou 1659.

Ità vt, nè quidem Ducibus quibuſcumque, Marchionibus, alijſque id permitti poſſe declarauit eadem Sac. Congr. 5. Martij 1619. & quo ad portas, idque etiamſi extaret longa conſuetudo, & eſſent Patroni, vt in vna *Fauentina* 15. Febr. 1619.

Idipſum declarauit Sac. Rit. Congr. vt in *Marſicen.* 28. Martij 1654. & alibi ſæpius.

Claudique debent, maximè ſi proſpectum habeant ſuper Altaria, vt per eandem Sac. Congreg. Epiſc. in *Hiſpalen.* 5. Iul. 1583. In *Meſſanenſi* 29. Octobris 1565. In *Sulmonenſi* 4. Iunii 1602. & 6. Nouemb. 1648.

Vndè non debet Ordinarius permittere, vt ab Eccleſijs ſit ingreſſus, tranſitus, vel proſpectus in priuatas ędes, neque ſuper Eccleſias eſſe Cameras, vel loca ad habitandum, dormiendum, vel deambulandum abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, alias debent interdici, donec hæ ſeruitutes remoueantur, vt ſępè decreuit eadem Sac. Congr. Epiſc. pręſertim in *Hieracen.* 26. Iulij 1613. In *Melphiten.* 2. Octobris 1626. In *Neapolitana* 13. April. 1646. & in dicta *Hortonen.* 11. Iunij 1655.

Excipe nihilominus Patronum Eccleſiæ ex Indulgentia, & Parochum de iure, nam ex eo, quod paries Eccleſiæ fuit erectus ex cauſa oneroſa illius ędificationis, cenſetur tunc factam fuiſſe huius ſeruitutis reſeruationem, eo ferè pacto, quo videmus in antiquis ex appoſitione inſignium in Eccleſia probari eius ſeruitutem, & patronatum, vt per Ric. *dec.*6. *nu.*6. & Coccin. *dec.*230. *n.*1. & alios. Rot. *dec.*13. *nu.*3. *in fin. p.*1. *recen.* Quare ſola immemorabilis poſſeſſio Patronis refragratur. Pariſ. *conſ.*149. *num.*4. *lib.*4. Gratian. *diſcept.*110. *num.*13. *& ſeq. & diſcept.*210. *num.*32. & alij. Et in terminis feneſtræ ad hunc effectum eadem Sac. Congreg.

Digitized by Google

Epiſcop. in *Biſuntina*,& in *Senogallienſi*, ac cenſuit Sac. Congr. Conc. in dicta Hononen. 22. Auguſti 1654. in qua mandauit Epiſcopo hoc ius contrauertenti,vt nihil innouaret,& aequieſceret. Et in vna *Vrbinatenſi* 10. Martij 1663. reſpondit. *Indulgendum Patrono ex gratia perſonaliter, non autem alijs; Parocho verò licere.*

Quanquam enim laici non poſſint, inuito Superiore, ſeruitutem aliquam acquirere in Eccleſia, ex iuris rigore, ex gratia tamen & indulgentia, ſuadente ęquitate, ac meritis, beneficijſque in Eccleſiam collocatis, poſſunt in illam Domini, ſiuè Barones loci ius aliquod acquirere, & ſemel acquiſitum reuocari non poteſt, vt latè pluribus exemplis comprobat Giouagn. *reſp*.8. *an*.18. Gratian. *diſcept*.210. *num*.46, *& ſeq*. & Genuenſ. *in praxi for. Eccleſ. c*.41. *num*.2.

Neque obſtarèt declarationes Sac. Congregationum, quas ſupra retulimus: quia loquuntur, vel de laicis omninò ab Eccleſijs extraneis, nullumque ius, in illa habentibus, vel de Patronis, qui ab initio nullum ius ſibi rreſeruarunt, nulliſque præcedentibus mrritis in Eccleſiam, prætendunt illud ſibi aſſumere, & arrogare. Quod clarè ità videtur declaraſſe Sac. Congr. Conc. in *Hortonen' iuris honorifici* anno 1654. ac ſequenti, dum prius cenſuerat, tolerandam eſſe quandam feneſtram è domo Baronis habentem proſpectum in Eccleſiam, eò quod eſſet Patronus, & Benefactor. Et ideò poſtea receſſit à reſolutione: quia probatum fuit, quod conſtructio feneſtrę non eſſet antiqua, ſed noua, in quo caſu nec Patronis quidem ſine licentia Sedis Apoſtolicę permittitur.

Itàque quoties acceſſerit ſolemnitas, nempè auctoritas, ſiuè licentia Sedis Apoſtolicæ, & euidens vtilitas Eccleſię, id ſaltem indulgendum videtur perſonæ Principis, vel Ducis loci, eius vxoti, & filijs.

An, & quatenus ex conceſſione Regularibus facta, Eccleſia mutauerit ſtatum, & ex ſæculari, effecta ſit Regularis? tom.4. Conſul.173.

Negatiuè; Sed cenſeo quod huiuſmodi Eccleſia ſit ſęcularis ſub totali Epiſcopi iuriſdictione, neque eſſe dubitandum, dum conſtat de ſtatu ſæculari, & collatiuo, tam antiquo, quam moderno, & actuali, per quem excluditur ſtatus Regularis, quia implicat eandem Eccleſiam eſſe eodem tempore ſęcularem, & Regularem ob dictorum ſtatuum contrarietatem, quæ non datur in vno ſubiecto, proindéque dicendum eſt, Regulares in eadem Eccleſia habere ſolum vſum, ſeu facultatem celebrandi, quod non implicat, vt dixit Rot. in *Treueren. vnionis* 29. Maij 1641. coram Veroſpio.

Neque obſtat conceſſio, quę per Epiſcopum facta fuit, quoniam Epiſcopus non poteſt immutare ſtatum Eccleſiæ, vel beneficij, & de ſæculari facere regularem, vel è contrà, ſine beneplacito Apoſtolico, & alijs ſolemnitatibus ad alienationem, ſuppreſſionem, & diſmembrationem Eccleſiarum requiſitis. Canoniſtæ communiter in *cap. cum de benefic. de prӕb. in* 6. Rot. *deciſ*.163. *n*.4. *p*.5. *recen. &* 368. *n*.4. *p*.2. *recen.* Burat. *dec*.635. *n*.9.

Præterea ad immutandum ſtatum Eccleſię duo requiruntur copulatiuè, poteſtas nempè, & voluntas. In hoc autem caſu, non ſolum deficit poteſtas, vt ſupra vidimus, ſed etiam voluntas. Quia nullibi conſtat Epiſcopum voluiſſe immutare ſtatum huius Eccleſię, & de ſæculari facere Regularem, vt obſeruatur apud Burat. *d. deciſ*.635.& in alijs relatis, quinimò conſtat de voluntate contraria, dum Epiſcopus ſemper contulit Rectoriam ſęcularem.

An decretum Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 11. de reform. & Can. 17. Bullę in Cœna Domini *habeat locum, quandò dubitatur, an res in proprios vſus conuerſę, ac vſurpatę ſint Eccleſiæ? Vbi alia ad rem?* tom. 7. Conſult. 11.

Negatiuę: Quia Concilium loquitur de rebus Eccleſię, ac proinde requiritur, vt hoc ſit certum, & clarum ad hoc, vt adſit dolus poſſidentis. Ric. *deciſ*.51. *per tot. par*.4. Caiet. in *Sum. v. excommunicatio cap*.27. *in* 1. *condit.* vbi requirit, quod res Eccleſię, vel eius fructus vſurpentur vti res Eccleſię: quoniam verba formaliter ſunt intelligenda, ideòque apertè vult non comprehendi eum, qui accepit rem, quam propriam eſſe prętendit, eumque ſequitur Nauar. *in manual. cap*.27. *n*.71. *in* 2. *re-quiſ.* Et verbum *vſurpare*, quo vtitur Concilium ſignificat, quod quis vindicet ſibi res, quæ ſuę non ſunt. Quaranta in *Sum. Bullar. v. bona Eccleſiæ vſurpantes §. verum* Bellarm. *in not. ad d. cap. Conc. fol*. 274. vbi addit Eccleſiam probare debere bona occupata poſſediſſe, alias non incurrere illam excommunicationem.

An autem procedat contrà Prelatum, ſeu Rectorem beneficij deſtruentem bona Eccleſię, vt cedentem arbores fructiferas &c. Affirmat Bonac. *de alien. pun*.2. *n*.7. quia hanc etiam ait, eſſe vſurpationem.

Sed contrà Azorius *tom*.1. *lib*.7. *cap*.38. *quæſt*.16. procedere verò ait contrà extraneum vi, aut clam arbores beneficij cedentem, & occupantem. Idem tenet Filiuc. *tract*.15. *num*.117. *& tract*.16. *num*.123. Ac cenſuit Sac. Congr. Conc. in *Feretrana* his verbis: *Hoc decretum non habet locum, quandò Dominus beneficij caedit arbores fructiferas, & illas ad commodum proprium conuertit, ſed procedit in cędentes arbores animo furandi.*

Porrò eadem Sac. Congr. in *Valentina* cenſuit: *quod laici abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ fa-*

cul-

Digitized by Google

ſultate Eccleſias, aut bona Eccleſiaſtica poſſidere non poſſunt, etiamſi eſſent de Iurepatronatus proprij non obſtante etiam quacumque poſſeſſione.

Et in Peruſina, *quod Communitates, & laici iuſpatronatus validum habentes, ſi eos conſtiterit poſſidere Eccleſias, ſeu bona ad dictas Eccleſias iuriſpatronatus ſpectantia, vel fructus, redditus &c. in pœnas relatas in cap.* 11. *ſeſſ.* 25. *v.* patroni *incidunt; ſi autem non conſtiterit eos legitimè iuſpatronatus non habere & Eccleſias, & bona, vt ſupra poſſiderant, pœnas in hoc decreto c.* 11. *ſeſſ.* 22. *relatas, incurrunt.*

Ac in Mediolanenſi: *Quæcumque vſurpatio bonorum, iuriumque cuiuſcumque beneficij, vel loci pij vſurpans anathematizatur, & alijs pœnis in eodem decreto appoſitis ſubijcitur* 22. *Iunij* 1573.

Quin etiam ex *can.* 17. Bullę in Cœna Domini neceſsè eſt ad contrahendam Cenſuram non ignorari, quod fructus vſurpati ſint Eccleſiaſtici: quia non poteſt eſſe formalis malitia vſurpationis, ſi ignoretur, rem eſſe Eccleſiaſticam; non tamen eſt neceſſarium, quod eo animo, ſeu ſub ea conſideratione vſurpentur, quatenus ſunt res Eccleſię, ſeu quia Eccleſię ſunt, vt tenuit Caiet. *in d. Sum. v. Excommunicatio c.* 27. Alter. *c.* 1. *col.* 4. *tom.* 1. & alij. Quia Canon indiſtinctè loquitur, nec oſtendit in verbis formalitatem illam.

Quandò autem titulus dubius eſt, deponendum eſt dubium rationibus probabilibus, alias incidit in excommunicationem. Imò antequam de iuſtitia tituli cognoſcatur pręſumi poteſt incidiſſe.

De Præsbyterio, ſiuè Choro ad excluſionem ex eò Magiſtratus, aliorumque ſæcularium. Vbi alia tom. 7. *Conſult.* 35. Item vide tom. 1. Conſult. 7. de Pręcedentia. Vide tom. 3. Conſult. 3. & tom. 4. Conſult. 16. de Ritibus, Et vide hoc eodem tom. 7. Conſult. 48. & tom 8. Conſult. 54. ac tandem tom. 9. Conſult. 147. hoc eodem tract.

PRęter alias dicta, habent Templa, pleraque omnia duas præcipuas, & à ſe inuicem diſtinctas partes; Pręsbyterium videlicet, ſeu Chorum, & Gremium, vt vocant. Pręsbyterium appellant locum in Templis Pręsbyteris, & omni Clero diſtinatum, Gremium verò, in quo ſtant, aut ſedent laici vtriuſque ſexus, quem locum Gręci Naon, Latini Templum, ſeu Nauem appellarunt; Presbyterium poſtra nominarunt Chorum, à Corona; olim enim in modum Coronæ in eo ſtabant circum aras, & ibi pſalmos concinebant concorditer; quod poſteà Flauianus, & Theodorus immutarunt, alternatim pſallere conſtituentes. Significat enim Chorus propriè multitudinem canentium, aut ſaltantium. D. Auguſt. de Ciuit. Dei *lib.* 22. *cap.* 8. hunc locum appellat Exedram; *inquit enim, quod cum ex Dominico Paſchæ die tertio fieret in gradibus Exedræ, in qua de ſuperiore loquebat loco.* Sic etiam videtur Ludouicus Viui, ſuis in hunc locum annotationibus. Dicta eſt autem Exedra à ſedium frequentia, & ſedendi commoditate. Gręci hanc partem etiam appellarunt Sacrarium, ſiuè Sanctuarium, quæ diuiſa erat à reliquo Templo gradibus, cancellis, & velis, ſiuè aulæis, neque rò penetrabant alij, quam Sacerdotes cum ſuis Miniſtris Clericis.

His duabus partibus, acceſſit progreſſu temporis tertia; Porticus videlicet ante ingreſſum in Templum. Eam Gręci Pronaon, Latini Veſtibulum dixerunt, in qua manſerunt Pœnitentes.

Præsbyterium autem, ſeu Chorus ab initio non vbique in extrema, ſed aliquibus in locis, in media Templi parte ſtetit, ſicut & Altare, quod Choro aſſignatur, quemadmodum cum ad Altaria ventum fuerit, multis comprobatur. Leonardus Rauolfinus in deſcriptione peregrinationis ſuæ in Terram Sanctam *lib.* 3. *cap.* 11. & refert Hieroſolymis hodie adhuc Chorum, quem Græci occupant, in media parte Templi Montis Caluariæ ſitum eſſe: In alijs autem Templis Chorus prima, ſeu extrema pars fuit.

Facta eſt hæc diſtinctio ad imitationem Templi Hiroſolymitani, quod partes tres præcipuas habuit. Prima appellabatur Sanctum Sanctorum: Secunda Sanctum; Tertia Atrium. In Sanctum Sanctorum nulli hominum licebat ingredi; niſi ſemel in anno Summo Pontifici tantùm; Sanctum verò ſolis Sacerdotibus patebat per vices Sacra facientibus, ſeu miniſtrantibus. In Atrio colligebatur populus, qui ad Aram holocauſtorum omni ex parte, proſpectare poterat, cum contemplandorum ſacrorum gratia aduenisſet.

In eo ſolum diſcrimen fuit, quod apud Iudæos, Templorum pars prior, quæ ipſis Sanctum Sanctorum dicebatur, ſtabat Occidentem verſus, quod illi expectabant adhuc Meſſiam. Deindè nè Ethnicos imitari viderentur, qui Orientem verſus adorabant. Quia verò venit nobis ille benedictus Rex Iſrael; ideò Chriſtiani priorem Templorum locum verſus Oriẽtem ædificare progreſſu temporis ceperunt. De Antiochenis verò Syris Socrates in *hiſtor. Eccl.* indicat, quod ipſorum Eccleſia inuerſus habeat ſitum *lib.* 5. *cap.* 22.

Hæc autem Templorum diſtinctio quandò primò cæperit ab Auctoribus non indicatur. Aut ſi maximè Conſtantini Magni, ætate, vel paulò ante eam cum magnificis Templorum ſubſtructionibus cœpit: Illud tamen certò non conſtat, quandò, quo auctore, & cuius mandato Clerus à Populo in Templis fuerit ſeparatus. Extat quidem Clementis Primi decretum, quo prohibet Laicos Presbyterium ingredi, dum Sacerdotes Miſſas celebrant, vt refert Platina; vndè quidam probare volunt, iam tum diſtincta in Templis fuiſſe loca, vbi Præsby-

Digitized by Google

Præsbyteri, & Clerici ſteterint; ſed hoc decretum ſalsò aliqui exiſtimant tribui Clementi.

Ex ea verò narratione, quæ apud Theodoretum *lib.5.cap.*18.& Sozomenum *lib.7.cap.*24. extat, apparet hanc in Templis, Cleri, & Populi ſeparationem Ambroſij tempore in vſo fuiſſe; incertum tamen à quo fuerit inſtituta, cum Theodoſium Imperatorem extra Cancellos in quo Presbyteri exiſtebant exire fecit.

De S.Felice IV. autem, qui Pontificiam Sedem aſcendit anno Chriſti 526.refertur, quod primum Clerum à Populo in Eccleſijs dum Sacra peragerentur, diſcreuerit lege. Idem fecit Bonifacius II. Felicem proximè ſecutus, teſte Sabell ico: Confirmatus hoc etiam in Synodo Turonenſi 2.anno 570. celebrata iuxtà Paouinum *cap.*4. Ideò etiam decreuit Leo IV. anno 847. in Synodo à ſe Romæ habita *cap.* 32. Sigibertus, & Sabellicus *Ennead.9.lib.*1:

In ipſo etiam Choro quædam diſtinctio locorum eſſe cæpit, in quibus Clerici ſederent, vt patet ex *can* 38. Toletani Concilij. 4. Alij enim in primo Choro, vt Presbyteri; alij in ſecundo, vt Diaconi ſeſſiones ſuas habuerunt.

Et in Chryſoſtomi quoque *homil.74.in Matth.*colligitur Conſtaotinopoli locum illum extrà Presbyterium diſtinctum fuiſſe, & mulieres à viris parietes quoſdam ſeparaſſe.

Idem quoque apud Clementem *Conſtitut. lib. 2. cap.*61.

De loco inſuper vbi Virgines à cæteris Fœminis ſeparatæ agerent in Eccleſia D.Ambr. *de Virg. lapſ.*meminit.

Ad conſulendum igitur honeſtati ſacrorum hominum iam olim conſtitutum eſt, nè mulieres ad Præsbyterium, & Altaria accederent, ſed ſeorſim à viris omnibus, procul ab Altaribus in Templo reſiderent. Noluit quidem Eccleſia à ſacris conuentibus arcere mulieres, etiamſi intereſſent mares, quod à Licinio perſecutore tentatum prodit Euſeb. *lib.p.vit. Conſtant. cap.*45. *& lib.*12. *hiſtor. cap.*8. affirmans mandaſſe Licinium, nè viri ſimul cum mulieribus in Eccleſijs intereſſent, neue Epiſcopi Diuina eloquia Mulieribus explicarent.

Sic etiam locus interior Templi Hieroſolymitani muro fuit diſcretus, quo fœminæ tam indigenæ, quàm peregrinę orationis cauſa conuenerunt. Ità etiam Ioſephus *lib.6.cap.6.*de Iudaico bello in deſcriptione Templi ab Herode reſtituti.

Ex quibus, vides, quò hæc mulierum à viris ſecretio pertineret, & ſanè congruè, ac decenter, ità conſtitutum eſt, nè qui in domo virę, mortem quærant, vt D.Auguſtin.loquitur *ſer.* 246.*de temp.*& digno fulminibus ſcęlere Eccleſiarum proſtibulo mutant, vt ait S. Chriſoſtomus *hom.7.in Matth.*& alij.

Neque tantùm mulierum diſcretio loci in Templis erat, ſed etiam velatio. Principium duco iam ab ipſis Apoſtolis inductum, quo mulieres ſiuè nuptæ, ſiuè innuptæ, vt Tertull.*lib. de vel.virg.*demonſtrat, iuſſæ ſunt Eccleſiam ſubire velatæ propter Angelos, qui Miniſtri Sacri interpretantur.

Hinc viri grauiſſimi non poſſunt non concitari in nouum morem ab vſu illo antiquo, & Apoſtolico adeò abhorrentem, quo fęminę pectora indecentiſſimè nudata, & mammas indignè oſtentantes; adde etiam humerorum, & brachiorum partem retectæ, non modò ſubeunt Eccleſias, ſed etiam ad Sacra Tribunalia procidunt; & ad ipſam Diuinam Menſam Cœleſti cibo paſcendæ, procumbunt. Hæc impudentia, quæ quidem Meretriciam petulantiam ſapit, quantum hodiè per omnes ferè oras gliſcit, negligentibus Iis, quorum eſſet tàm indecoram, tàm à religione, & honeſtate auerſam petulantiam cohibere. Non ſic Beatiſſimus, & Religioſiſſimus Innocentius XI. Pater, & Dominus Noſter, qui hoc probrum Romanæ Vrbis excommunicatione alijſque cenſuris, ac pœnis coercuit. Alia ad rem, vide *tom.8.Conſult.*54.

An ſæculares manutenendi ſint in Iure ſedendi in ſuis ſedilibus, ſiuè ſedibus poſitis in Eccleſijs? Vbi alia tom. 7. Conſult. 48.

AFfirmatiuè: Nam licet Laici ſint incapaces ſpiritualium, nullumque habeant ius poſſidendi ſedilia in Eccleſia, imò Ordinarius poſſit illa de facto remouere, vt ex cumulatis per Giouagnon *lib.2.conſ.8.num.*1. *& ſeqq.* Id tamen procedit ſolum in principio appoſitionis ipſorum, non autem quandò in Eccleſia permanſerunt ſpatio alicuius temporis, Epiſcopo tolerante; tunc enim Epiſcopus citrà iniuriam illa nequit amouere. Grat. *diſceptat.* 210.*num.*32. ſed illorum Domini manutenendi ſunt. Giouago. *ibidem num.* 2. *& ſeqq.* Et ſpatio quippè temporis præſumitur, concurriſſe tacita licentia Epiſcopi, dum diù ipſe tolerauit. Rot. *deciſ.*222. *par.*1. *diuerſor.* Sufficitque titulus decennalis ad præſcribendum contra Epiſcopum præſentem, ſcientem, ac tolerantem.

Hinc quamuis Sacra Congregatio ſuper Epiſcopis cenſuerit, quod ſedes eſſe non debeant in Eccleſia extrà tempus Concionum, vt in *Ianuenſi* 17. Aprilis 1583. maximè ſi ſint occaſio ſcandali, vt in *Acheruntina* 24. Septembris 1585. niſi fuerint lapideæ, vel etiam ligneæ parietibus adhęrentes, vt in *Sarzanenſi* 21. Nouembris 1600.& 28. Februarij 1601. Attamen in illis remouendis, vel alterandis declarauit, quod non debeant permitti nouitates, vt in dicta *Acheruntina* 4. Iunij 168. in *Ferentina* 8. Decembris 1645. Præſertim in Sede Epiſcopali, vel Principum laicorum, vt in *Iannenſi* 27. Ianuarij 1597. Et quod poſſint à Dominis ornari, vt in *Andrienſi* 25. Octobris 1602. Et eis etiam inſcriptio, vel aliud ſignum apponi 14. Ianuarij 1603. quodque Superiores Regula-

rium

Digitized by Google

rium non poſſint illa remouere à loco ſolito; niſi cum circumſpectione, maximè ſi ſpectent ad Magiſtratum, vt in *Aſſiſienſi* 22. Martij 1604. illæque remouendæ, quæ adeò Altari vicinæ ſunt, vt celebrantem impediant, vt in *Nullius Caſtridarantis* 10. Nouembris 1623.

De iure acquirendi ſedilia in Eccleſia à laicis, *vide tom.9. Conſult.*147. Item ad rem vide dicta ſupra *tom.4.Conſ.*16. Itẽ vide de Ritibus *to.3.Conſult.3.& tom.7.Conſult.*33.*& tom.*8. *Conſ.*54. De Sedibus Laicorum cum Baldachino, & & alia, vide ibidem de Præcedentia.

QVoniam Sac. Congreg. Conc. ſæpius cenſuit, Eccleſiam, ſiuè Abbatiam, tunc eſſe Nullius, quandò habet temporalem, & Spiritualem iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, proprium territorium, ius congregandi Synodum, & in ea eligendi Examinatores &c. vt in Farfenſi 22. Nouembris 1578. Ideò quæritur:

An loca per Summos Pontifices diſmembrata ab huiuſmodi Abbatiis, & de Diœceſibus aliorumque Ordinariorum effecta, in quibus aliqua Eccleſia exiſtant, quæ ante diſmembrationem erant de iuriſdictione earundem Abbatiarum Nullius, & de illarum territorio, remanſeriat in eodem ſtatu, & qualitate poſt diſmembrationem dictorum locorum? tom. 7. Conſult. 73.

AFfirmatiuè: quia cum dictæ Eccleſiæ non fuerint diſmembratæ, ſed vti prius remanſerint ſubiectæ Abbatiæ, cenſeri debent eiuſdem ſtatus, & qualitatis Nullius, & de eodem territorio, prout ipſa Abbatia cuius membra remanſerunt, dum in ipſa diſmembratione fuerit illius Abbati quoad illas præſeruata iuriſdictio, quoad temporalia, & quoad ſuperioritatem, abſque vllo præiudicio. Rot. coram Seraphin. *deciſ.*1055.*num* 18. & in *Montiſcaſini* 27. Martij 1651. coram Bichio 459.

Idque procedit etiam, ſi hodiè dictæ Eccleſiæ exiſterint in locis ex diſmembratione effectis de Diœceſibus aliorum Ordinariorum. Abb. *in cap. ſuper eo num.6. de Paroch.* Geminian. *in cap. Statutum* §. *cum verò ſub num. 3. de reſcript. & in cap. cum* Epiſcopus *num.4. de offic. Ord. in* 6. & alij. Ac etiam ſi dicta Abbatia redacta fuerit ad ſtatum ſæcularem: nam nõ extinguuntur primeuæ qualitates. Abb. in *cap. dilectus num.9. de capell. monach.*

An, & quatenus in bonis Eccleſiaſticis concordandum ſit cum hæreticis? tom. 8. Conſult. 14.

CEnſeo ob valdè rationabiles, & grauiſſimas cauſas, & præſertim quia nulla ſpes effulget huiuſmodi bona Eccleſ. recuperandi, & quia id exigit maius bonum commune Eccleſiæ, & Reipublicæ, poſſe durante hæreſi in illis regionibus, & cum iuramento de ſe ſiſtendo iudicio Eccleſiæ, petentibus eiuſmodi beneplacitum concedi, ità tamen, vt pecunia tranſacta reinueſtiatur ad effectum illam reſtituendi caſu, quo hæreſis ceſſauerit; vel poſſe à Sede Apoſtolica tolerari abſque aliqua approbatione, ac ſine actu poſitiuo, vt Catholici eo modo ſuper huiuſmodi bonis cum hæreticis concordent, abſque eò, quod contra ipſos in S. Officio aliquid exindè arguatur cum abſolutione à cenſuris.

Legatum orandi in Miſſis prò anima Teſtatoris an ſpectet ad Presbyteros, vel ad fabricam Eccleſiæ? Vide de Legatis pijs tom.8. Conſult. 21.

De differentia inter Eccleſiam Latinam, & Græcam? Vide de Matrim. tom. 8. Conſult. 63.

Ex quibus præcipuè argumentis cognoſcatur, Eccleſiam eſſe Matricem? Deque illius præeminentijs ſuper Eccleſijs filialibus. to.9 Conſ. 109.

PRimum argumentum eſt, ſi vnica ſit Eccleſia formalis in plures materiales diuiſa prò maiori commoditate exercitij curæ animarum ad vtilitatem populi, ità vt re, ac veritate vnicus ſit habitualis Parochus, cui competunt omnia iura Parochialia, & ſuperioritatis, ſiuè præeminentiæ, alij verò ſimplices Vicarij, ſicuti contingit quoties vnica eſt Eccleſia Parochialis Matrix per alias filiales, ſiuè adiutrices conſtituta, vt latè re maturè diſcuſſa firmat Rota in *Nouarienſi Parochialium deciſ.* 284.*par.*14.*recen. & deciſ.* 281. *par.*15. *& deciſ.* 90.*par.*16.*& deciſ.*104.*par.*17. quas comprobauit *deciſ.*7.*num.*10.*par.*18.*recent.*

Hæc autem qualitas, vt tradunt Rebuff. *de decim. queſt.6 num.*19. Suarez *de Relig. lib.*1.*cap.*24. *nu.*1. & alij, ſatis ſuperque probatur ex depoſitione teſtium: necnon ex propria confeſſione aliorum Parochorum, ac etiam ex adminiculis, vt ait Rota *deciſ.*404. *num.* 53. *par.* 19. *recent.*

Secundum eſt, ſi omnes ſupplicationes generales incipiunt ab illa Eccleſia, & in eam terminantur. Quod propriè conuenit ſoli Eccleſiæ Matrici, tex. *in can. quoniam deciſ.*8. Rot. *deciſ.* 196. *num.*23.*par.*19.*recent.* maximè ſi deferatur vnica Crux illius Eccleſiæ.

Tertium. Si exteri aduentantes ad habitandum in loco, vel Oppido recipiunt Sacramenta ab illius Rectore, licet habeant domicilium intrà

limites

limites materiales aliarum Eccleſiarum, & per aliquod tempus ſepeliantur in illa Eccleſia, ſi quæ ſepeliantur in Eccleſijs filiabus, ahuc illius Rector, peragit in illis omnes functiones funebres. Rota *deciſ.*258.*num.*7.*par.*1. *rec. & d. deciſ.*397.*num.*13.*& ſeqq.par.*13.*recent.*

Probata Matricitate, rectè infertur ad illius Rectorem pertinere benedictionem Palmarum, pulſationem Campanarum die Sabbati Sancti, Reliquiarum cuſtodiam, & expoſitionem, & alia huiuſmodi: Quia magis attenditur cauſa, quam ipſius actus exercitium, ità vt etiam per vnicum actum ſingularem, vbi cauſa eſt vniuerſalis, acquiratur poſſeſſio vniuerſalis. Rot. *deciſ.*158. *num.*5. *apud Poſth. de manut. & deciſ.* 290.*num.*3. coram Bichio, & alibi.

Et quod ad benedictionem Palmarum: Hæc quidem ſpectare videtur ad Eccleſiam Matricem, illam namque eſſe ſignum Matricitatis ſtatuit Rot. *dicta deciſ.* 105.*num.*1. coram Seraph. præſertim ſi adſiſtat conſuetudo, quæ attendenda eſt, quamuis non ſit longæua, ſed ſimplex.

Quod verò ad pulſationem Campanarum in die Sabbati Sancti, illæ ante omnes alias Eccleſias pulſandæ ſunt ab Eccleſia Matrice, vt ex Sac. Rituum Congregatione referunt Barboſa, *Apoſt.deciſ.*82.*num.*3. Gratian.*diſcept.*578. *num.* 17.*& ſeq.* & alij præſertim accedente conſuetudine: Nam prior pulſatio præfefert præeminentiam, quæ ſemper debetur Eccleſiæ Matrici ſuper Eccleſias filiales, ſicut in omnibus actibus, & functionibus. Rot. *dec.*397. *num.*2.*p.* 13.*recent.& dec.*7.*num.*11 *par.*18.*recent & in Burgenſi Præeminentiarum* 8. Februarij 1677. coram Bourlemontio.

Ex quibus videtur ſequi, quod cuſtodia, & expoſitio, omnium Sacrarum Reliquiarum in ſola Eccleſia Matrice ob maiorem earum cultum, ac reuerentiam fieri debeat; Nihilominus cenſeo non pertinere ad Eccleſiam Matricem ius priuatiuum, quoad expoſitionem; ſed in omnibus Eccleſijs eſſe licitum illas exponere, quemadmodum etiam declarauit, atque decreuit S. Rituum Congregatio 2. Septembris 1690. Alia ad rem, vide de Congrua *Conſult.*167.

An donatio ſedilis appoſiti in Eccleſia ab eius Patrono laico de conſenſu illius Rectoris, eique donatum per hæc verba: Dono tibi, & Eccleſiæ tuæ meum ſedile, illudque poſt meam mortè tuū eſto ob tua in me promerita. *Cenſeatur irreuocabilis? Vbi de Iure acquirendi huiuſmodi ſedilia in Eccleſia.* to. 9. Conſul. 147.

AFfirmatiuè: Cum enim illud donatum fuerit Eccleſiæ, donatio reddita eſt irreuocabilis, cum hoc ſit ſpeciale in Eccleſia, quod quandò aliquid donatur, efficiatur proprium illius patrimonium, adeò vt amplius reuocari non poſſit. Ricc. ad Tiraquell. *de priuileg. pia cauſa addit ad priuil.*49. Suarez *in defenſ. fidei aduerſus,* Angel. *lib.*9.*cap.*3.*à num.*6.& alij.

Ac ità, vt de illo diſponi non poſſit, nè quidem in Codicillis: nam qui diſponere non poteſt per teſtamentum, nec per alium actum de rebus iam alteri donatis diſponere poteſt, *l. verba C.de teſtam.l.ſi ante* 8.*C.de donat ante nuptias.* Rot.*in recent. deciſ.* 61. *num.* 2. vbi in terminis Codicillorum *par.*9.*tom.*1. & in *Tiburtina donationis* 17. Iunij 1652. coram Cerro, & alibi.

Interludituque perfugium, quod in donatione mentio facta fuerit de morte. Nam ex illis verbis, non arguitur, quod donatio ſit cauſa mortis: quia non ſunt oppoſita ſubſtantiæ donationis, quæ eſt puta, ibi: *Dono tibi, & Eccleſiæ tuæ meum ſedile,* ſed executioni, ibi: *Illudque poſt meam mortem tuum ſit.* Quandò enim in Donatione mentio mortis non reſpicit illius ſubſtantiam, ſed executionem, donatio dicitur inter viuos. Mantic. *de coniect. vlt.volunt.lib.*1.*tit.*13. *num.*12. Menoch. *lib.*3. *præſump.*35.*num.*4.& alij.

Quæ fortiùs in hoc caſu locum habent, ſi concurrant coniecturæ, quæ attendi debent, ad digno ſcendum, an donatio ſit inter viuos, Mantic. *l.c.num.*16.& alij.

Prima; Reſultat ex præſumptione iuris, inxtà, quod Donatio in dubio præſumitur inter viuos, ſiuè dubietas ſit iuris, ſiuè facti. Roland. *conſ.*61.*num.*29.*lib.*4. Mandel. Alban. *conſ.*78. & *num.*19.& alij.

Secunda elicitur: quia hic donator ad hunc actum deuenit, motus ex promeritis Rectoris ergà ſeipſum, quę cauſa eſt vrgentiſſima, vt donatio dicatur inter viuos. Roland. *dicto conſ.*61.*num.*41.*lib.*2. Magon. *deciſ. Lucen.*87. *num.*5.& alij; Donatio quippè ob merita non dicitur ſimplex donatio, ſed quædam naturalis debiti perſolutio, aut permutatio nuncupatur, *l. Aquilius* vbi Gloſ. *v. ad meum ff. de donat* & alii.

Tertia coniectura. Vera probatio reſultat ex reſeruatione vſus dicti ſedilis ad eius vitam; Ex hac enim probatur, donationē eſſe inter viuos. Pariſ.*conſ.*90.*num.*24.*lib.*3. Alex.*conſ.*14. *num.*3. *lib.*1.& alij.

Quarta eruitur ex eò, quod donatio facta fuit Rectori, & Eccleſiæ, quæ eſt Rectoris hæres. Quandò enim donatio fit donatario prò ſe, & hæredibus, dicitur donatio inter viuos, cum donatio cauſa mortis, præmoriente donatario, non tranſeat ad eius hæredes, vt firmant Cravet. *Conſ.*214 *num.*18. Rimin. Iun. *conſ.*436.*nu.* 3. Rot. coram Durano *deciſ* 84. *num.*14. & coram Molino *d.deciſ.*664.*num.*5.*&* 8.*& c.*

Ceſſatque omnis difficultas; quia nullum ius acquiritur à laicis, retendo huiuſmodi ſedilia in Eccleſia; vndè poſſunt ad eiuſdem Eccleſiæ Rectoris libitum amoueri. Certum enim in iure

iure eſt quod nulla ſeruitus perpetua, & irreuocabilis poteſt imponi Eccleſiæ abſque Summi Pontificis conſenſu; atque adeò, nec minus hæc tenendi in ea ſedile imponi poteſt, ità vt ſit perpetua, ſed ex permiſſione Rectoris Eccleſiæ acquiritur tantum vſus facti, qui de ſui natura eſt reuocabilis, ac proindè ad Rectoris libitum poteſt reuocari, vt in terminis huiuſmodi ſedilium tradunt Vgolinus *de poteſtate Epiſcopi cap.17. num.7.* Tuſc. *de viſit. lib.1. cap.26.* & alij permulti. Ac declarauit Sacra Congregatio Epiſc. in *Ianuenſi* 28. Iunij 1583. in hæc verba -- *Non ſi deue permettere quella proprietà de' luoghi, che alcuni ſi perſuadono d'hauere nelle Chieſe, quaſi che foſſero loro hereditarij, come ſono le caſe, e le poſſeſſioni, che ſi comprano.* Idem reſolutum fuit in *Anagnina* 5. Septembris 1665.

Etenim certum eſt, quod laicis licitum eſt ad ſuum libitum huiuſmodi ſedilia tollere, aliòue trasferre; Pariter ergò licitum eſſe debet Prælato Eccleſiæ illa tollere, vt ſeruetur æqualitas, quemadmodum aduertit Paſſerin. *De hom. ſtat. tom.2. quaſt.187. num.379.* & firmat Rot. *de Confraternit. laic. admiſ. in Eccleſijs*, quod ſicut ipſæ poſſunt diſcedere, ità poſſunt ab eius Prælato, ſiuè Rectore expelli, coram Cocc. *deciſ.470.* ſignatè *num.7.* & 8. ac Ricciul. *Lucubrat. Eccleſ. lib.4. cap.3. num.* Alia ad rem vide *tom.7. Conſul. 35. hoc eodem tractatu.*

De forma viſitationis Eccleſiarum Baſilicarum Vrbis, Cathedralium, Collegiatarum, Parochialium, ac Regularium, Monialium, Hoſpitalium, & aliorum piorum locorum. Vide de Viſitatione. tom. 9. Conſult. 146. *præſertim* num. 78. & ſeqq. 81. 82. 85. & ſeqq. 121. 123. & ſeqq. 158. & ſeqq. 163. & ſeqq. ac per totam.

DE ELECTIONE. *Vide de Capitulo, & de Vicario, præſertim de omnibus electionibus Eccleſiaſticis* tom.9. Conſult. 125. *& de Conclaui Cardinal.* to.8. Conſult. 9. *ac tandem de Regular. præcipuè* tom.10. vbi per plures Conſultationes.

DE EPISCOPIS.

An Epiſcopus præcedere debeat quoſcumque etiam Principes ſæculares in ſua Eccleſia, & Diœceſi? Vide de Præcedentia. tom.1. Conſult. 7.

An Epiſcopus vigore commiſſionis poſſit cum abſente diſpenſare? Vide de Diſpenſationibus. tom: 1. Conſult. 20.

An Epiſcopus poſſit Monialibus præſcribere locum, & & tempus percipiendi Sac. Communionem? Vide de Monialibus. to.1. Conſult. 36.

An Epiſcopus teneatur indiſtinctè iurare omnia Statuta Eccleſiæ, vel ea tantùm, quæ ſunt conformia iuri communi, & Sac. Conc. Tridentino, vel alias à Sede Apoſtolica confirmata? tom.1. Conſult. 57.

RESpondendum eſt, eſſe exhibenda Statuta, vt videatur quid contineant, & iudicetur, an ſint contra ius commune, vel contra Sac. Conc. Trident. vel præter vtrumque, vel vtriq; conformia, & an valeant, cum diuerſimodè diſtinguatur per Bart. & alios in *l. omnes populi de Iuſtit. & Iur.* Aut enim ſunt ſuper iis, quæ nullo Iure ſunt diſpoſita, & valent. Aut ſuper ijs, quæ diſpoſita ſunt Iure naturæ, vel gentium, & etiam valent, quatenus in aliqua parte derogant, vel addunt illis Iuribus, non autem ſi in totum tollant: Aut ſunt ſuper ijs, quæ ſunt diſpoſita à Iure Diuino, & tunc, aut ſunt merè ſpiritualia, & non valent, aut ſunt temporalia, & valent, vt alias diſtinguitur à Bart. *loc. cit. num.21.6. & ſeq.* Vndè circumſcriptis ijs, quæ ſunt contra Sac. Conc. Trident. quæ non valent propter decretum irritans, & Conſtitutionem Gregor. XIII. quam refert, & ſequitur Rot. apud Mantic. *dec.52. num.6. &* 8. reſponderi poteſt, quod Epiſcopus non teneatur ea iurare, niſi ſint confirmata à Papa poſt Concil. vel facta ſint ex cauſa concordiæ, non ſunt ſublatæ per Concilium. In reliquis verò non videtur poſſe dari certa reſolutio niſi illis exhibitis, & examinatis; maximè, cum regulare ſit, quod Statutum, vt aliquid operetur, nec ſit omninò ſuperfluum, aliquid addat iuri communi, vel minuat; quarè ſi reſtringeretur hæc obligatio iurandi ad ea tantum, quæ ſunt conformia iuri communi, eſſent ſuper non ente: quia vt plurimum Statuta Eccleſiarum, & populorum continent aliquod contra ius, addendo, vel minuendo. Et ideò captioſa eſt hæc interrogatio, cui non eſt reſpondendum ac inſtar propoſitionũ, quandò captioſæ ſunt.

An prò generali viſitatione indicenda , poſſit Epiſcopus ſolus facere edicta generalia , abſque conſenſu , & conſilio Capituli ? Vide de Viſitatione. tom. 1. Conſult. 58.

An in huiuſmodi edictis generalibus poſſit Epiſcopus præcipere in virtute Sanctæ Obedientiæ , vt quilibet de populo teneatur reuelare ea, quæ correctione, vel emendatione digna iudicauerit ? tom. 1. Conſult. 59. Vide de Viſitatione.

An Epiſcopus teneatur accedere ad locum Capitularem prò viſitandis Canonicis ? Vide de Viſitatione to. 1. Conſult. 60.

Translatio ad alterum Epiſcopatum , quoad vacationem primi , quo tempore perficiatur ? to. 1. Conſult. 61.

VErior , & magis communis opinio eſt, quod perficiatur ab eo tempore , quo per Papam in Conſiſtorio translatus à vinculo primi Epiſcopatus abſoluitur, præſertim ſi concurrat conſenſus ipſius translati. Io. And. *in cap. ob gratiam num. 5. & 6. de reg. iur. in 6.* Abbas *in cap. fin. num. vlt. de poſtul. Prælat.* & alij.

Ratio eſt , quia in Epiſcopatu contrahitur Matrimonium ſpirituale; vndè Papa abſoluendo in traslatione translatum à vinculo, remanet prima Eccleſia libera , & vacans. Quam opinionem ſequta eſt Rota in vna *Placentina* coram Lancellotto , & coram Coccino , quæ eſt 475. *par. 1. recent.* approbauitque Sac. Congregatio Conc. in vna *Meſſanen* 2. Septembris 1917. In *Albarazinen.* 18. Iunij 1622.

An Epiſcopus ad rebenedictionem Eccleſiæ pollutæ poſſit delegare ſuum Vicarium Generalem ? Vide de Eccleſijs. to. 1. Conſult. 156.

Beneficia, & Officia electi in Epiſcopum quandò , & quo pacto vacent ? Vide de Beneficijs , tom. 1. Conſult. 160.

De poteſtate Ordinarij in exemptos , ac de eorum priuilegijs. Vide de Regularibus , to. 1. Conſ. 162.

An Epiſcopus poſſit demandare monitionem excommunicationis, & alia facere Commendatoribus Ordinum Militarium &c. Vide de Equitibus. to. 1. Conſult. 173.

An, & quomodò ſit neceſſarius conſenſus Epiſcopi in erectione Monaſterij ? Vide de Regularibus. to. 1. Conſult. 181.

1 *An præſentia , ſeù cooperatio trium Epiſcoporum ſit de forma ſubſtantialis conſecrationis Epiſcopalis , vel ſaltem ſit ritus, vel ſaltem ſolemnitas eiuſmodi, cuius ommiſſio actum inualidum reddat ?*

2 *Et quatenus talis conſecratio valida non fuerit: quid circà geſta per Epiſcopum , præcipuè in ſpectantibus ad Ordines , & Sacramentalia dicendum ſit , ac quomodò conſulendum animabus, atque conſcientijs ?* tom. 1. Conſult. 182.

AD primum certum eſſe, ac extrà opinionem, quod præſentia , ſeù cooperatio trium Epiſcoporum non ſit de forma ſubſtantiali conſecrationis Epiſcopalis , neque ritus , aut ſolemnitas huiuſmodi , cuius omiſſio actum inualidum reddet.

Probatur primò ex verbis D. Pauli *ad Thimoteum* 4. vbi ait : *Noli negligere gratiam , quæ eſt in te , quæ data eſt tibi per prophetiā cum impoſitione manuum Presbyterij* Vndè Doctoribus non paucis viſum eſt, Ordinationem Timothei in Epiſcopum , non à ſolo Paulo , ſed à cætu Presbyterorum , ſiuè Epiſcoporum factam fuiſſe: Verum ij conuincuntur ; Nam Apoſtolus ſcriptum clarè explicans 2. *Timoth.* 1. ait — *Admoneo te, vt reſuſcites gratiam], quæ eſt in te per impoſitionē manuum mearum;* vbi ſolas ſuas manus nominat , & addit particulam *per* , vt ſignificaret per impoſitionem manuum Pauli , tanquam per cauſam ſacramentalem inſtrumentariam Deum contuliſſe gratiam Timotheo; quandò verò loquutus fuit de impoſitione manuum Presbyterorum non appoſuit particulam *per* , ſed dixit *cum impoſitione manuum Presbyteri* , vt acceſſoriam ſolemnitatem , & non Sacramenti miniſterium demonſtraret ; hinc Theodoretus in eundem locum ſic dicta verba explicat. *Excites gratiam , quam accepiſti per meam Ordinationem,* ac Theophilatus ibidem — *Cum imponerem ego tibi manus , quandò Epiſcopum te ſeligebam , & conferebam,* & Vgo Card. *Quia Miniſter fui tuæ conſecrationis.* Item D. Tho. in comm. ad prīnē illū locum Timoth. 4. reſpondit — *Hoc ideò dicit : quia etſi conueniant multi, tamen vnus eſt principalis , & alij coaſſiſtentes .*

Ex quibus ſatis liquet iuxtà Apoſtolum, ſolemnitatem hanc aſſiſtentiæ plurium Epiſcoporum non fuiſſe ab eodem adhibitam, tanquam Ordinationi eſſentialem , ſed ipſum Paulum ſolum Miniſtrum fuiſſe Ordinationis Epiſcopalis , & collationis gratiæ in conſecratione Timothei .

Probatur inſuper ex multis rationibus , & præcipuè ex Pontificali Romano , qui loquens de conſecratione Epiſcopi nominat vnum Conſecratorem, & alios Aſiſtentes.

Cum ergò Aſſiſtentes Epiſcopi non cooperentur ad dictas vnctiones , nec proferant vlla verba , nequit dici , illos eſſe huius conſecrationis Miniſtros, & miniſterium , quod exhibuerunt, imponendo manus, conſequenter dici debet , non fuiſſe ab eiſdem exibitum tanquam à Miniſtris Sacramenti , ſed quale exhibere ſolent ſimplices Sacerdotes Aſſiſtentes in Ordinatio-

ne

ne Presbyteri, quandò poſt impoſitionem manuum Epiſcopi, ipſi etiam Sacerdoti recentiſſimo manus imponunt: quod ſolemnitatem certum eſt, non eſſe neceſſariam ad valorem Ordinationis.

Ne igitur in hunc malorum, & inconuenientium abyſſum demergamur, cogimur fateri, veram, & certam eſſe doctrinam, quam ſequutus eſt Pius IV. nempè conſecrationem ab vno Epiſcopo factam, eſſe validam.

Conſentaneè ergò ad hanc doctrinam reſpondendo ad ſecundum, non videtur in præſenti caſu vrgere aliquod rationale dubium, propter quod reiterari debeant, vel Ordinatio Epiſcopi, vel Ordinationes aliæ ab eodem habitæ. Nam totum hoc dubium fundari deberet ſuper opinione Doctorum aduerſus prædicta ſentientium. Quæ opinio quamuis comparatione facta ad alios Doctores, inter ipſos probabilis haberi poſſit; tamen facta comparatione ad Eccleſiæ Tribunal, quod doctrinæ noſtræ adhæſit, noſtra doctrina certiſſima eſt. Etenim ex dictis ſatis apparet, quod Pontifices facto videantur approbaſſe eorum ſententiam, qui tradiderunt plurium Epiſcoporum aſſiſtentiam non eſſe de neceſſitate Sacramenti; & per conſequens omne dubium amputarunt, quod ex opinione contraria oriri potuiſſet.

An Epiſcopus poſſit delegare Vicarijs Foraneis facultatem concedendi litteras Monitoriales prò rebus deperditis? Vide de Vicario. tom. 1. Conſult. 256.

An Epiſcopus ex pœnis, & mulctis poſſit aſſignare portionem aliquam Monaſterio Lectoris Regularis, qui Clero Diœceſis Theologiam legit? Vide de Regularibus. tom. 1. Conſult. 270.

An Epiſcopus, qui nunquam exegit Cathedraticum, poſſit prò præterito tempore, & in futurum illud exigere? Vide de Cathedratico. tom. 1. Conſul. 283. & to. 6. Conſul. 8. Som. num. 1.

In qua quantitate, & qualitate monetæ poſſit exigi Cathedraticum. Vide ibidem tom. 1. Conſult. 284. & tom. 6. Conſult. 8.

An exactio Cathedratici ſit facienda à toto Clero; an verò à Beneficiatis tantummodò? Vide ibidem. tom. 1. Conſult. 285. & tom. 6. Conſult. 8.

An facultas Epiſcopis conceſſa à Sac. Conc. Tridentino cap. 6. ſeſſ. 24. de reform. *ſit per Bullam Cœnæ Domini reuocata, ità vt non poſſit amplius ſuos ſubditos à delictis in eadem Bulla comprehenſis abſoluere?* Vide de Cenſuris. to. 1. Conſ. 291.

An admitti poſſit Regularis prò viſitandis Sanctorum Apoſtolorum Liminibus? tom. 1. Conſult. 304.

NEgatiuè. Ità etiam Sac. Congreg. Conc. 24. Februar. 1652. in vna *Colonienſi*.

An liceat Epiſcopo eodem die conferre quartum Ordinem Minorem, & Subdiaconatum; & quid ſi dictos Ordines ſuſcipiens in ijs miniſtrauerit? Vide de Ordine. tom. 1. Conſult. 319.

An Epiſcopus, qui ob tenuitatem redditaum, etiam de conſenſu Sac. Congreg. Epiſcop. non retinet Vicarium, poſſit exequi litteras Apoſtolicas Vicario directas? tom. 1. Conſ. 342.

NEgatiuè. Ità Sac. Congreg. Concil. in vna *Aquilana* 14. Nouembris 2643. ad *cap. 5. ſeſſ. 22. de reform.* Eſt contra Sbrotium *de Officio Vicarii quæſt. 136. num. 6. lib. 2.*

An ea, quæ decernuntur ſpectare ad Epiſcopum antiquiorem, abſente Metropolitano, cenſeatur ſpectare ad Epiſcopum antiquiorem ex Suffraganeis? tom. 1. Conſult. 354. Vide de Suffragan.

An Carceres Epiſcopales poſſint ab Epiſcopo fabricari, & fabricati reſtaurari ex pœnis, & mulctis? Vide de Carceribus. tom. 1. Conſult. 357.

An *Menſæ Epiſcopali debeatur pars legatorum, quæ fiunt Eccleſiæ Cathedrali?* Vide de Legatis? to. 1. Conſult. 368.

An Epiſcopus poſſit præcipere, quod proceſſio in die Corporis Chriſti fiat in Eccleſia parochiali, non autem in Eccleſia Regularium? Vide de Proceſſionibus. tom. 1. Conſult. 371.

An Epiſcopus poſſit cogere Clerum ad intereſſendum proceſſioni Corporis Chriſti? Vide de Proceſſionibus? tom. 1. Conſult. 385.

Quid agere debeat Epiſcopus, ſi maior pars Canonicorum, ſeù omnes prætendant exemptionem à ſua Iuriſdictione, prætextu Officii Subcollectoris Spoliorum? Vide de Capitulo, tom. 1. Conſult. 389

An à S. Congregatione prohibeatur Cathedratici ſolutio Epiſcopo facienda? Vide de Cathedratico. tom. 1. Conſult. 345.

An *Epiſcopus, vel eius Vicarius teneatur dare litteras approbationis iis, qui fuerunt ab Examinatoribus ad Ordines, Confeſſiones, & ad Curam animarum approbati, quamuis certus in conſcientia cedat huiuſmodi approbatos eſſe minus idoneos?* Vide de Examine. tom. 1. Conſult. 405. ac de Concurſu.

An Epiſcopus, qui poteſt punire, & corrigere delinquentes circà clauſuram Monialium, etiam Regularibus ſubiectarum, poſsit, ad effectum probandi huiuſmodi delicta, examinare Moniales intrà ſepta degentes ex officio? Vide de Monialibus tom. 1. Conſult. 406.

An Epiſcopus prò cauſis Diæceſanorum vnius Diæceſis deputare debeat Vicarium Generalem in illa Diæceſi? Vide de Cathedralibus to. 1. Con. 414. & tom, 9. Conſult. 135.

Epiſcopo ſuſpenſo, an Capitulum poſsit dare litteras dimiſſoriales? Vide de Ordine tom. 1. Conſul. 423

An Epiſcopus vti Sedis Apoſtolicę delegatus poſsit viſitare Eccleſias Parochiales Religionis Hieroſolymitan? Vide de Equitibus tom. 2. Conſ. 26.

De Vicario Generali, creato Epiſcopo, circa exercitium Vicariatus, & reſidentiam. Vide de Vicario. tom. 3. Conſul. 22.

De electione Prædicatorum in Eccleſijs Regularium? Vide de Regularibus tom. 3. Conſult. 31.

De validitate cuiuſdam diſpenſationis Matrimonialis factæ ab Epiſcopo, vt in caſu propoſito. Vide de Diſpenſationibus tom. 3. Conſult. 33.

Quid ſi Epiſcopus celebret miſſam in domo priuata prò aliqua neceſsitate in aliena Diæceſi? Vide de Miſſæ Sacrificio tom. 3. Conſult, 39.

Ex quibus præcipuè probentur confines vnius Diœceſis? tom. 3. Conſult. 43.

PRimò ex fama probata per teſtes. Rota in *Conſtantien. Iuriſdictionis* 18. Februarij 1603 coram Ortembergo, & *d.* 683. *n.* 1. *p.* 1. Gratian. *diſcept.* 918. *n.* 18. *& ſeq.*

Secundò, Ex viſitatione Eccleſiarum ab Epiſcopis facta. Rot. de 168. *n.* 2. *ad med. d.* 394. *n.* 1. *&* 4. *& d.* 681. *n.* 4. *p.* 1. *rec.* Seraph. *d.* 475. *n.* 1. & 2. Et de his actibus non datur ignorantia Epiſcopi Aduerſarij.

Tertiò. Ex Pontificalium exercitio in locis controuerſis: quia ſunt de Iuriſdictione Ordinaria. *Can, miniſtrante* 26. *q.* 6. *& c. conuenit de conſecrat. d.* 5.

Quartò, Ex deſcriptione in Synodo facta Eccleſiarum, quæ contrauertuntur, atque ex ſolutione ab eis facta onerum, ac Iurium Cameralium Menſæ Epiſcopali. Rot. *in d. dec.* 683. *n.* 4 *p.* 1. *recent.* & de ſolutione collectarum eſt conſilium Alex. 75. *n,* 4. *lib.* 1.

Quintò. Ex decretis ab Epiſcopo emanatis contrà poſſidentes beneficia in ſua Diæceſi, vt oſtenderent eorum Bullas, & prouiſiones, iuxtà formam *cap. Ordinarij de offic. Ordin. in* 6. Præſertim ſi in illis adſint enunciatiuæ, quod beneficia ſint in Diæceſi, quæ ſi ſint antiquę & adminiculatæ ex aliis actibus plenè probant in hac materia. Rot. *loco citato n.* 4. *ad fin. & d.* 360. *n.* 3. *&* 4. *p.* 1. *rec. & d.* 374. *n.* 3. *p.* 2. *recent.*

Sextò. Ex pluribus collationibus beneficiorum, etiam Iuriſpatronatus & Eccleſiarum factis ab Epiſcopis. Nec Epiſcopus poteſt allegare ignorantiam vacationis, & collationis. Rot. *d.* 6. *de Iurepatronatu in nou*, & coram Seraph. *dec.* 306. *n.* 1. *& ſeq.* præſertim. *n.* 4.

Semptimò, Ex licentia miniſtrandi Sacramenta in locis controuerſis conceſſa ab Epiſcopis vnius Diœceſis. Couar. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 10 *num.* 11.

Octauò. Ex confeſſionibus Epiſcopi Aduerſarij, quæ benè probant contrà confitentem, & ſucceſſores. Seraph. *d.* 436. *n.* 6. Rot. *d.* 334. *n.* 2. *&* 3. *p.* 1. *recent.*

Nonò. Ex exercitio Iuriſdictionis contentioſæ in territorio controuerſo. Id namque optimè probat, territorium eſſe in Diæceſi: Mantic. *dec.* 361. *per tot.* & fuit deciſum in cauſa *Montis Regalis iuriſdictionis* coram Coccino *dec.* 26. *n.* 2. *&* 3. quæ loquitur de carceratione, & excarceratione. Et cum iſti actus ſint reiterati, & geſti à Miniſtris Epiſcopi Aduerſarij contrà ipſum benè probant; quia præſumitur de illis ſcientiam habuiſſe, præſertim ſi nonnulli fuerint geſti à Vicario, qui cenſetur eadem perſona cum Epiſcopo, in quo non poteſt cadere ignorantia. Rot. *dec.* 166. *n.* 3. *p.* 1. *diuerſorum.*

An Epiſcopus poſſit ſibi puluinar, & pannum ſternere, & ſic orare in Eccleſiis alienæ Diæceſis, & in ijs habere illas præminentias, quæ proprio Epiſcopo in ſua Eccleſia & Diœceſi debentur? tom. 3. Conſult. 54.

NEgatiuè. quia hæc ſunt de reſeruatis proprio Epiſcopo, qui ex adminiſtratione, & iuriſdictione maior, & dignior alieno Epiſcopo cenſetur in propria Diæceſi. Iſta enim ſtrati præeminentia in Eccleſiis diſtinguit proprium ab alieno Epiſcopo & radicata dignoſcitur non in titulo Epiſcopali, ſed in ipſo Epiſcopatu ratione Iuriſdictionis actu exercitæ, quæ de ſui natura habet dignitatem annexam, *cap. licet* 15. *de procur. in* 6. Vndè Epiſcopus in aliena Diæceſi, & in proprijs Eccleſijs duplicem, nempe Epiſcopalis, & Iuriſdictionis. Et ità ſepè cenſuit S. Rituum Cong. precipuè in vna *Policaſtren* 21. Auguſti 1604. nempè: *Epiſcopo extra ſuam Diæceſim, & in loco, in quo non habet iuriſdictionem non conueniunt ea, quæ proprio Epiſcopo in ſua Eccleſia, & Diæceſi debentur.* Et in vna Iadren 12. Octobris 1618. *Epiſcopus in aliena Eccleſia non poteſt ſibi puluinar, & pannum coloris violacei ſternere, & extrà ſuam Diœceſim, non competit illi deoſculatio Textus Euangelij.*

An

An, quo iure, & quatenus Epiſcopi teneantur perſonaliter reſidere in ſuis Eccleſiis, præſertim tempore peſtis. Vide de Reſidentia tom. 4. Conſult. 17. & tom. 10. Conſult. 150.

An Epiſcopus in proceſſionibus poſſit incedere ſolus, quandò cum pallio, ſiuè Cappa, & pileo Sacerdotali incedit, vel incedere debeat medius inter Dignitates? Vide de Proceſſionibus tom. 4 Conſult. 29.

De excipiendo Epiſcopo, & aſſiſtendo in aliquibus functionibus. Vide de Ritibus tom. 4. Conſult. 94. & Conſult. 102. & Conſult. 186. Item tom. 5 Conſult. 83.

An, & quatenus Epiſcopus in cauſis ſuæ Menſæ poſſit eſſe Iudex, præſertim in perſonas non ſubditas, & in bona extrà propriam Diœceſim? tom. 4. Conſ. 128.

NEgatiuè ex defectu iuriſdictionis dum agitur de bonis propriæ Menſæ. Sutd. *conſ.* 50. *per tot. et ſignatè n.* 9. quod in ſpecie ſequuta eſt Rot. *in Crotonen. Cenſurarum* 4. Martij 1667. *§. duplicis enim* & 16. Nouembris eiuſdem anni coram Eminen. Gaſpare Carpineo. Tum etiam ex eo, quod prætenſi occupatores bonorum eius Eccleſiæ non ſunt ſubditi ratione originis, nec domicilij, neque delicti, vt ad validitatem cenſurarum, de quibus ſopponitur, requiritur ex neceſſitate, cum iuriſdictio non egrediatur fines propriæ Diæceſis, *text. in can. nullus &c. qu.* 2. Rot. *in d. Crotonen. §. Alter &* Gratian. *dec. Mauhia* 98. *n.* 12. & *ſeq.*

Et in Sac. Cong. Immunit. in *Mediolanenſi* 18. Februarij 1659. decretum fuit, Epiſcopum non poſſe procedere ad tuitionem ſuorum bonorum Menſæ Epiſcopalis ad formã aliorum, niſi habita facultate à Sanctiſſimo, & in *Conſentina Cenſurarum* 2. Octobris 1667. Cenſuras huiuſmodi ſuſpendit.

At in *Roſſanenſi*, ſiuè in *Conſentina* 24. Ianuarij 1668. decreuit, eſſe validas cenſuras ab Epiſcopo prò tuitione iurium ſuæ Menſæ vim vi repellendo, & ſeruatis ſeruandis, latas contrà Eccleſias ob damna ab eis illata bonis eiuſdẽ Menſæ, ſitis in aliena Diœceſi.

An & quatenus concedatur exemptio ab Epiſcopi iuriſdictione? Vide de Immunitate tom. 4. Conſ. 136. & vide de Capitulo tom. 10. Conſult. 124.

An, & quatenus Archiepiſcopis, & Epiſcopis concedendus ſit Coadiutor, vel Suffraganeus? & quid de reſignatione Epiſcopatus, & translatione Epiſcopi? rom. 4. Conſult. 137. & vide tom. 10. Conſult. 119.

COadiutoriæ procuratio inducta eſt de Iure Canonico, vſu antiquiſſimo Eccleſiæ, vt in exemplis à Paris. adductis *de reſig. l.* 7. *q.* 22. *n.* 1. *& ſeq.* Lottet *de re be. ſ. lib* 2. *q.* 25. *n.* 8, & conſtat ex *cap. vnico de Cler. ægrot. l b.* 6. Rot. in *Argentinen. Coadiutoriæ p.* 6. *rec. nt. d.* 133. *n.* 14 ac etiam ex Sac. Concilio Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 7. *de refor.* permittente Coadiutorias, etiam in Eccleſiis Cathedralibus, ſi quandò vrgens neceſſitas, aut euidens vtilitas poſtulat, reſeruata ſolum cognitione cauſæ Sedi Apoſtolicæ Gambar *de auctoris. Legat. tit. de Coadiut. n.* 4. & alij.

Debent tamen concurrere cauſę, ex quibus Sum. Pontifex mouèri conſueuit ad dandum Coadiutorem cum futura ſucceſſione.

Prima eſt Senectus Epiſcopi, qui petit Coadiutorem, ſufficitque ętas 60. annorum. Veral *d.* 311. *p.* 12. & de hac cauſa habetur *in d. cap. vnic. de Cler. ęgrot.* vbi Archidiac. Gemin. & alij communitèr. Secunda eſt infirmitas perpetua, ex qua impeditur etiam in feſtiuitatibus ſolemnibus celebrare Miſſæ Sacrificium, abſtinet à collatione Ordinum, & conſecratione Eccleſiarum, & nequit amplius viſitare Diœceſim, qua ex cauſa magnum imminet periculum diminutionis cultus Diuini, & Religionis Catholicę, adeò vt omninò debeat dari Coadiutor, etiam inuito, ſi illum non peteret, vt habetur in *d. cap. vnic. d. Cleric. ægrot. & in can. ſcripſit n.* 5. *eadem q.* 1. Paris. *conſ.* 49. *vol.* 4. *& de reſign. d q.* 20. *n.* 7.

Ratio eſt, quia deputatio Coadiutoris fit in contemplationem Eccleſiæ, nè pro defectu Paſtoris, gregem Dominicum inuadat Lupus rapax, vel in facultatibus ſuis, quaſi viduata detrimentum patiatur, vt ait Tex. *in cap. nè prò defectu de elect.* Gomal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 5 *§* 9. *num.* 31. Quod præcipuè periculoſum eſt in Eccleſiis in longinquis partibus poſitis. Gloſ. *in d. cap. vnic. de Cler. ægrot. v. in remotis*. Ac etiam in contemplationem Epiſcopi, nè remoueatur ab Epiſcopatu. Card. *in d. can. ſcripſit nu.* 2. Abb. *in cap. ex parte n.* 3. *in fine de Cleric. ægrot.* Licet enim pergrauetur morbo incurabili, non idcircò debet priuari, neque remoueri. Anchar. *in d. cap. vn. n.* 3. *&* 4. Paris. *locis alleg.* Neque cogi poteſt ad renunciandum, vel cedendum, nè afflicto addatur afflictio, quin potius eſt eius miſeriæ miſerendum, præcipuè quandò vir probus extitit, & Eccleſiam ſibi commiſſam rectè gubernauit, tex. *in d. c. ex parte*. Vbi propterea Innoc. III. mandat dari Coadiutorem, prouidendo tam Epiſcopo, quam Eccleſiæ. Gloſ. *in d. cap. vn. de Cler. ægrot. v. perpetuò in* 6.

Concurrere etiam debent qualitates in perſona quæ petitur deputari in Coadiutorem: nempè honeſtas natalium, idoneitas vitæ, ſcientię, ætatis, prudentia tam in exercitio ſpiritualium, quam temporalium, quæ ſunt requiſita de Iure, & de conſilio. Paris. *d. q.* 20 *n.* 15. *& ſeq.*

Poteſt etiam Epiſcopo, qui pluribus, & quidem gra-

grauiſſimis ex cauſis dudum abeſſe cogitur à ſua Eccleſia, concedi Suffraganeus, eo plenè modo, quo Epiſcopo inhabili propter Eccleſię vtilitatem, datur Coadiutor ad tempus, & ſine futura ſucceſſione, *c. ex parte extrà de ægrot. d. cap. vn. eodem tit. in 6.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 9. n. 19. cum binis ſeqq.* Sicuti datur & Epiſcopo exuli, vel ab hoſtibus capto, donec durent impedimenta. Rebuff. *in tract. nominatim q. 5. n. 27.* Gonzal. *vbi ſupra nu. 28.* & alij. Rot. *dec. 602. n. 1. p. 5. recent. tom. 2.*

Quod adeò verum eſt, vt quandò Coadiutoria eſt vtilis Eccleſiæ, & Coadiuto, non poſſit idem Coadiutus, variando dicere, ſe non indigere Coadiutore, vt in *Clem. 1. de renunc.* & Rot. *in d. Argentin. Coadiutoriæ n. 7.* Vndè quo ad gratiam Coadiutoriæ ſufficit ſola vtilitas Eccleſię tradit Rot. *dec. 913. n. 24. & ſeq. par. recent.* & alibi. Buratt. *dec. 78. n. 1.*

Præſertim ſi extent exempla, quod eidem Eccleſiæ deputetur Suffraganeus; obſeruationem enim in hac materia, in qua nemo læditur, cultuſque Diuinus augetur, attendendam eſſe firmauit eadem Rot. apud Buratt. *dec. 379. n. 9. & 547. n. 7. & alibi*,

Ac præcipuè, ſi Epiſcopus ſit magnus Princeps ità vt ob grauiſſima negotia non poſſit ſine magno damno, & incommodo aſſiduè reſidere in Diæceſi; ac onera ſubire neceſſaria; cum nihilominùs ſufficiat, quod Epiſcopus commodè nequeat Eccleſiæ inſeruire. Alciat. *in l. 2. n. 3. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Add. *ad deciſ. 617. n. 187. & ſeq. p. 8. recent.* & ponderatur in *Eugubina Coadiutoria* 3. Iunij 1650. coram Cerro.

Prò reſignatione verò conſtare debet de infirmitate Epiſcopi ex fide authentica Medicorum, in quo caſu plenè probat Dec. *conſ. 51. n. 100 lib. 2.* Rot. *dec. 525. n. 5. p. 2. recent.* & alij. Quæ infirmitas debet eſſe continua.

Potiſſimum autem ſi accedat aeris intemperies contraria naturæ Epiſcopi, quod probandum eſt à Medicis, & teſtibus. Quam eſſe iuſtam cauſam renunciandi Epiſcopatum tradit Paris. *vbi ſupra n. 244.* Eſtque caſus in ſpecie *in cap. ad ſupplicationem de renunc.* Oſtien. *in cap. 1. de renunc. n. 3.* & alij.

Maximèque ſi nequeat Epiſcopus ſe conferre ad reſidendum in alio Oppido ſuæ Diæceſis, vbi aer eſt temperatus, vt ſi eſſent loca parua, & Villę, vbi non ſunt habitationes capaces prò illo, ac eius familia. Si non eſſent medicamenta, & Medici quibus Epiſcopus ob ſuas infirmitates continuas opus habet; Prætterquam quod Epiſcopi non debent reſidere in Villis, Caſtellis, aut Municipijs; ſed tantum in maioribus, & frequentioribus Ciuitatibus, *tex. in cap. illud & in cap. Epiſcopi* 80. *d. & in cap. 1. de priuil.* Ac de hoc nos alibi.

Ex quibus omnibus colligitur, huiuſmodi Epiſcopum non ſolum habere iuſtam cauſam reſignandi, ſed debere reſignare, ac poſſe cogi ad reſignandum. Paris. *cit. q. 3. n. 2.* adducens Oſtienſem ab omnibus receptum.

Secundò colligitur, Epiſcopum teneri ſub pœna peccati mortalis cedere Epiſcopatui, ſtante cauſa ſupradicta. Valentia, Sotus; D. Thom. *locis allegat.* ac Tolet. *lib. 5. inſtit. Sacerdot. cap. 4. num. 11.*

Neceſſitati iam probatæ accedit æquitas, & congruentia, vt ſi per multos annos dictus Epiſcopus omnia munia Epiſcopalia laudabiliter geſſerit, congruum videtur, vt admittatur eius reſignatio: Paris. *d. q. 3. n. 215.* & nè in dedecus Epiſcopalis Dignitatis mendicare cogatur, debetur ei penſio ex redditibus Epiſcopatus, vel aliundè, vt commodè alatur. Valentia *vbi ſuprà* & facit S. Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de refor. 17. in fin. & d. Cap. ad ſupplicationem de renunc.*

Quod verò ad translationem probari etiam debent cauſæ, ob quas Epiſcopus translationem petit, quibus probatis, non videtur deneganda, cum in his caſibus Sum. Pontifex ſoleat moueri ad gratiam concedendam, *cap. 5. de Cleric. ægrot.* & in ſimilibus terminis Rot. in *Eugubina Coadiutoriæ* 3. Iunij 1652. *§. Ex tamen* coram Celſo.

Cauſæ ſunt pariter aeris intemperies, vt dictum eſt de renunciatione; Item perpetua infirmitas ex intemperie aeris cauſata; ità vt, niſi cum maxima difficultate ſit curabilis extrà Diœceſim, à Medicis probata, *d. cap. ad ſupplicationem.* Boer. *deciſ. 228. num. 11.* & Peguer. *deciſ. 8. n. 5.*

Multòque magis ſi concurrant vrgentiſſimæ cauſæ inimicitiæ, aliaque pericula cum machinationibus, aliiſque calumnijs contra Epiſcopum per ſubditos illatis, cum famæ, ac vitæ periculo. Quæ cauſæ debent eſſe iuſtæ ad gratiam obtinendam. *l. ſi eum per abſentem, C. quibus non obijcitur temp. præſcript.* Concurrente quippè populi malitia, quæ etiam probanda eſt, ſatis ſuperque cauſa ſufficiens videtur, vt Epiſcopus cogi poſſit inuitus ad relinquendum Epiſcopatum. Barboſ. *d. allegat. 113. num. 9.* Bellett. *diſq. Cler. p. 1. de diſciplina Cleric. §. 15. num. 20.* & alij. Etiam ſi nulla in Epiſcopo culpa dignoſcatur, ſed tota ſit populi, Bellett. & Barb. *loco cit.* Quia conſulendum eſt, nè ſcandala oriantur, nec vtilis eſt continuatiò illius Epiſcopi, quem ob inimicitiam cum populo conſtat non eſſe illi profuturum. Ad quod concludentes, ac rigoroſę probationes requiruntur. Quia tunc materia eſt obiectiua, & pœnalis.

Cauſæ verò inhabilitatis ad exercenda munia Epiſcopalia debent concludenter probari per confectionem proceſſus, & debent eſſe tales, quæ vel reddãt omninò inhabilem Epiſcopum, vel ſaltem prò maiori parte temporis, moraliter tantum intelligendo, alias non datur Coadiutor, neque admittitur reſignatio.

Et aduertendum, quod ſi Coadiutor habeat beneficium curatum, debet illud dimittere, vel ſi ha-

ſi habeat reſidentiam, quamuis diſpenſatur, amittit diſtributiones quotidianas.

Epiſcopus melius faciet ſi ad Sac. Ordines promoueat pauperes, quam diuites. Vide de Ordine to. 4. Conſult. 182.

An Epiſcopo liceat viſitare omnes locos pios? Vide de Viſitatione tom.4.Conſult.204.

An ſcriptura publica, & Apocha in ditione Eccleſiaſtica ſint aſſeruanda in Archiuio Apoſtolico, ſeù Communitatum, an verò in Curijs Epiſcopalibus. Vide de Immunit.tom.4.Conſult.210.

An Epiſcopus poſſit totam Communitatem à carnium abſtinentia abſoluere in Quadrageſimali ieiunio ob charitatem, vel penuriam piſcium? Vbi quibus in caſibus diſpenſare poſſit, & quo pacto? Vide de Ieiunio tom.4.Conſult.221.

An, & quatenus concedenda ſit manutentio Epiſcopis in quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem Epiſcopalem in Territorijs Abbatiarum?
tom. 5. Conſult. 85.

TEnendum eſt, & conſentaneè ad ea, quæ *tom. 2.* diximus, quæſtiones ſuper iuriſdictione inter Epiſcopos, ac inferiores Prælatos eſſe potius facti, quam Iuris; Recepta ſiquidem ab omnibus propoſitio eſt, iuriſdictionem à Sac. Conc. Trid. & à Conſtitutionibus Apoſtolicis Ordinarijs delegatam in concernentibus curam animarum, Sacramentorum adminiſtrationem, & huiuſmodi alia ibi expreſſa, procedere in Eccleſijs exemptis intrà Ordinariorum Diœceſibus exiſtentibus, non autem in habentibus territorium ſeparatum, quæ Nullius diei ſolent: quia in iſtis inferior Prælatus dicitur Ordinarius; Vndè quæ à Concilio, & à Conſtitutionibus de Ordinarijs dicuntur, huic Prælato, non autem Epiſcopo viciniori conueniunt, vt ſæpius firmauit Rot. præſertim apud Marc. Andr. *deciſ.* 54. Eminentiſſimum Card. Ottobon. *deciſ.* 82. *Montis Caſini Iuriſdictionis* 27. Martij 1651. coram Bichio. *Canenſi collationis Ordinum* 26. Iunij 1654. coram Veroſpio, *Montis Virginis, ſeù Nullius Iuriſdictionis* 12. Iunij 1656. & 8. Iunij 1687. coram Dunozetto S. *Seuerini Parochialis* 12. Iunij 1660. coram Beuilaqua, & in alijs.

Ex alia parte recepta etiam propoſitio eſt, hanc qualitatem Territorij ſeparati, ſeù Nullius non præſumi; niſi de illa doceatur per priuilegium Apoſtolicum, vel per immemorabilem canonizatam per tres conformes, ac interim Epiſcopus manutenendus eſt in exercitio iuriſdictionis delegatæ, vt ſæpius declarauit eadem Sac. Congreg. vt diximus *tom.* 2.

An Epiſcopus poſſit viſitare Reliquias Sanctorum exiſtentes in Eccleſijs Regularium? Vide de Canonizatione tom.6.Conſult.61.

Inter Ordinarios Eccleſiaſticos, quis nam ſit competens? An Ordinarius domicilij delinquentis, an verò loci commiſſi delicti? Et quid ratione contractus? Vbi ad rem alia in praxi tutiora. Vide de Iudicum Iuriſdictione tom.6.Conſult.94.

De poteſtate Epiſcopi circa diſpenſationes extrà Curiam exequendas. Vide de Diſpenſationibus tom.6.Conſult.97.

De poteſtate Epiſcopi circà diſpenſationes, & abſolutiones ad Irregularitate, ſuſpenſione &c. Vide de Diſpenſationibus tom.6.Conſult.99.

An Epiſcopus in Eccleſijs Parochialibus exemptis tempore viſitationis, poſſit etiam inuitis Regularibus, conferre ſacros Ordines, ac Chriſma, aliaque Pontiſicalia exercere?
tom.7.Conſult.7.

AFfirmatiuè. Prò quo aduertendum eſt, locum exemptum ab Epiſcopi iuriſdictione poſſe trifariam dici.

Primò impropriè, & per accidens cum ratione tantum perſonarum exemptarum dicitur exēptus, vt ferè omnia Monaſteria Regularium; Verè enim loca illa ſunt in, & de Diœceſi Epiſcopi, & Prælatus Regularis habet iuriſdictionem in perſonas ſine territorio: Rodriquez *quæſt. Regul.* 59. *art.* 1. *tom.* 2. Suarez *de cenſur diſput.* 5. *ſect.* 4. *num.* 6. In multis tamen caſibus, etiam in Regulares exemptos iuriſdictionem habet, vt dictum eſt *in tract. de Regularibus.*

Secundo modò dicitur locus propriè exemptus, quandò Prælatus Epiſcopo inferior, habet in eo loco plenam iuriſdictionem Epiſcopalem, vt plurimum eam cum temporali coniunctam, ſed eſt intrà fines Epiſcopatus alicuius, ſeù Diœceſis. Rot. *par.* 1. *rec. deciſ.* 683. Epiſcopus tamen habet etiam ibi iuriſdictionem in multis caſibus. Seraph. *deciſ.* 311. Rot. *diuer. par.* 1. *deciſ.* 744. Gonzal *gloſ.* 43. *num.* 190.

In loco igitur exempto ſiuè primo, ſiuè ſecundo modo Epiſcopus dicitur eſſe, vt in propria Diœceſi ſua. Gonzal. *d. gloſ.* 45. *num.* 187. & poteſt ibi exercere Pontificalia, & Cathedram habere, iuxtà tamen Clementinam 2. *de priuil.* Cathedram tamen ad modicum tantum tempus ibi habere debet: quia non debet mutari ſine cauſa, *C. placuit vt nemini* 7. *quæſt.* 1. Gemin. & Franch. *in cap. cum Epiſcopus de offic. Ord. in* 6. Gonzal. *num.* 192.

Non poteſt autem Epiſcopus in loco exempto, ſecundò modo exercere iuriſdictionem contentioſam, ſeù Tribunal erigere per *cap. cum Epiſcopus de offic. Ord.* Rot. *diuer. deciſ.* 145. *nu.* 1. *p.* 1. *tom.* 1. Secus in loco exempto, primo modo

do Rodriqu. *l.c.* Salas, & Filinc. & communem ait Suarez. *l. c.*

Tertio tandem modo dicitur locus Nullius Diœceſis, quandò ſcilicet Prælatus loci habet Epiſcupalem iuriſdictionem in ſubditos Clericos, & laicos loci, & locus non eſt intrà fines alicuius Diæceſis, ſed inter diuerſas Diæceſes, vel in extremo, v. gr. ad littus maris, & dicitur habere propriam, ſeù particularem Diæceſim, vt declarat Rota *deciſ.683. per tot.* Et quidem in fauorabilibus venit nomine Diæceſis, & Prælatus continetur nomine Diæceſani, ac in odioſis non venit, ſed venit nomine Ordinarij loci. Cochier. *lib.1. quæſt.1. n.7. & ſeqq.* Epiſcopus ergò in hoc territorio nullam habet iuriſdictionem, niſi in tribus caſibus, ſcilicet quoad viſitationem; nàm viſitatur talis locus à viciniori Epiſcopo Trid. *ſeſſ.24. cap.9. de reform.* & quoad licentiam, & cognitionem ſuper cauſa extractionis reorum à loco Sacro ex Conſtitutione Gregor. XIV. Et tertiò in caſu præſcriptæ iuriſdictionis, vel priuilegij. Rot. *diu.p.2. tom.1. dec.207. num.5.*

Ex quibus apparet, quod ſi Epiſcopus ſe ingerat contrà iura in loco Nullius, primò incidit in ſuſpenſionem latam à Trid. contrà exercentem Pontificalia in aliena Diæceſi, & in excommunicationes latas in Concil. Lateran. in Bulla Cœnæ Domini, & Trid. ac ità in terminis de ſuſpenſione tenet Cochier. *lib.2. q.1. num.7.*

Si autem ſe ingerat in loco exempto, primo, vel ſecundo modo contrà iura, tunc ſecundò incurrit in excommunicationem latam à Trid. & in Bulla Cœnæ contrà vſurpantes iuriſdictionem Eccleſiarum. Si tamen ſe ingerat, non vt ad illum actum tantùm, ſed animo acquirendæ, vel prætendendæ iuriſdictionis talis in genere, ſeù ad vniuerſitatem cauſarum, nullam ſuſpenſionem incurrit, exercendo Pontificalia in illis locis, imò licitè poteſt exercere.

Ratio autem huius reſolutionis deſumitur *ex arg. cap. reſponſio 43. de ſent. excom.* Atque ità declarauit Sac. Congr. Conc. Cum enim quæſitum fuiſſet:

1 *An Epiſcopus Brixienſis in Eccleſia Parochiali Monachorum exemptorum poſſit adminiſtrare Sacramentum Confirmationis, inuitis ipſis Regularibus?*

2 *Et quatenus poſſit, an contrà eoſdem Regulares impedientes dictam adminiſtrationem, valeat cenſuris procedere?*

Sacra Congregatio, re pluries propoſita, & maturè examinata; vtraque parte informante, affirmatiuè ad vtramque dubitationem reſpondit 9. Iun. 1657.

Eadem videtur eſſe ratio quoad Ordinationes, nam cum Epiſcopus, tanquam vniuerſalis Parochus ſuæ Diæceſis, poſſit ſuo gregi Sacramenta miniſtrare, poterit quoque Ordines conferre in Eccleſia Parochiali Regularium, quæ ratione adminiſtrationis Sacramentorum, ac populi, illi ſubiecta eſt, ſaltem in ordine ad Sacramenta.

An Epiſcopus in Eccleſijs Regularium ſæculariʒatis poſſit exercere iuriſdictionem, Pontificalia &c.? Vide de Regular. tom.7. Conſult.8.

Qua pęna puniendus ſit Epiſcopus committens ſtuprum cum Monialibus? Vide de Monial. tom.7. Conſult.38.

An, & quatenus Epiſcopus poſſit celebrare Pontificaliter, vel celebrari facere in Eccleſiis Regularium, alijſque exemptis, ſiuè eo præſente, ſiuè abſente? tom.7. Conſult.45.

AFfirmatiuè. Muſcon. *de maieſt. milit. Eccleſ. p.1. lib.1. cap.8.* in quo recenſet inſignia Epiſcopalia, quę ſunt Mitra Baculus, Paſtoralis, Annulus, Sandalia, Chirotecæ, Crux pectoralis, Tunicella, Dalmatica. Ratio autem eſt, quia hoc modo non exercet Pontificalia, ſed ijs vtitur; In priuilegiis autem Regularium prohibetur Epiſcopis exercitium Pontificalium, quatenus continent iuriſdictionem, quod ſi quoque prohibeatur illorum vſus, prohibetur quatenus eſt informatus exercitio, vel actu aliquo iuriſdictionis. Quippè differt vſus Pontificalium ab exercitio. Gloſ. *in d. cap. Clem. v. celebrare de priuil.*

Deindè in Eccleſia Regularium Epiſcopus celebrare poteſt abſque licentia: quia non celebrat tanquam ſimplex Sacerdos, ſed tanquam Epiſcopus; Ergò poterit etiam celebrare cum ornamentis Pontificalibus; nam habet facultatem celebrandi vti Epiſcopus. Ornamenta enim connexa ſunt cum perſona, cui inſunt tanquam ſuo principali, iuxtà *l. ex diuerſo ff. de rei vindic.* Et ideò conceſſio celebrationis, vt principalis ſe extendit etiam ad ornamenta, vt acceſſorium, *l. Aurelius §. legatum.* Anchar. *conſ.291. num.1.* & Merlin. *deciſ.35. num.5.* Quod præcipuè dicendum eſt de Mitra, quæ non eſt ſignum iuriſdictionis, ſed tantum Dignitatis, ac ſpectat ad decorem, atque ornatum. Duran. *lib.2. de Ritibus Eccleſ. cap.9. num.11.* patetque ex eo, quod Epiſcopi illa vtuntur coram Summo Pontifice, in cuius præſentia deponuntur ſigna iuriſdictionis. Vndè etiam Cardinales deferunt Rochettum coopertum, quod detectũ geſtant, Sede vacante, quod deſumitur ex *cap. vt Apoſtolica de priuil. in 6.*

Prætereà id planum, ac manifeſtum fit ex Concil. Viennenſi ſub Clemente V. relato *in d. Clem. 2. de priuil.* in quo conceditur Archiepiſcopis, & Epiſcopis, vt etiam in locis exemptis poſſint benedicere populo, diuina officia priuatim, vel publicè audire, & in Pontificalibus celebrare, ſeù celebrari facere, ſine tamen Pontificalibus, quouis priuilegio non obſtante, ità tamen quod prætextu conceſſionis huiuſmodi in locis ipſis exemptis nullam aliam iuriſdictionem

nem

nam extreeant, nec perſonis exemptis, vel priuilegiatis moleſtiam inferant, vel grauamen, nullumque exemptionis, vel priuilegij eorumdem aliud præiudicium generetur, nec ipſis Archiepiſcopo, vel Epiſcopo ius aliquod quomodolibet acquiratur. Per quem tex. DD. id firmant nominatim Vital. *ibidem n.* 15.

Poſſunt itaque Epiſcopi in Eccleſijs Regularium diuina officia priuatim, & publicè audire, & ea quoque in Pontificalibus celebrare, ſolemniter populo benedicere per illa verba: *Sit nomen Domini benedictum &c.* ac Baldachino vti, vbique facere cotam ſe celebrati, ſed ſine Pontificalibus.

An Epiſcopus in Proceſſionibus poſſit poſt ſe deferre ſellam geſtatoriam? tom.7. Conſult.47.

Affirmatiuè: Quia eſt de Ritibus, & illius vſus arbitrarium Epiſcopo in quocumque loco magis apto, & per Concilia, Canonicaſque ſanctiones deſignato adminiſtrandum, præſertim quandò eſt eadem, qua vtitur in Eccleſia, & quam Cæremoniale, Concilium, & Canones dicunt, eſſe de Dignitate, & de Pontificali, *c. Epiſcopus in Eccleſia* 95. *d.* ex Conc. Carthagin.4. & vſus illius in ſtationibus reputatur, ac ſi eſſet in Eccleſia ipſa: quia proceſſio ab exitu vſque ad reditum vnicus dicitur actus, non minus, ac ſi in ipſa Eccleſia perficeretur; ideòque omnia loca, per quæ Proceſſio tranſit, tanquam Eccleſia conſiderantur. Hinc reſpondit Rot. inter contendentes de præcedentia locum ſemper eundem ab vnoquoque tenendum in itinere, & ſtationibus, quem in ipſa Eccleſia habet, vt in *dec. Cæſarauguſtana præeminentiarum*.

Sequitur ergò, quod vſus eiuſdem ſellæ, quoad locum debere eſſe idem, quod in Eccleſia, in loco ſcilicet magis apto ad miniſtrandum, cum Epiſcopus ſedens aſpicere poſſit rectà linea mediam Altaris partem; iuxtà librum Cæremonialem 1. *cap.*13. vndè Conc. Trid. *c.*6. *ſeſſ.*25. *de refor.* relinquit arbitrio Epiſcoporum locum in Proceſſionibus, & ſanè medius debetur Epiſcopo miniſtranti, exemplo Saluatoris.

Atque ità declarauit Sac.Rit. Congreg. in *Granatenſi*, in qua iuſſit ſeruari decretum emanatum anno 1608. 10. Maij, etiam in Proceſſione Sanctiſſimi Corporis Chriſti die 15. Septembris 1657.

De quibuſdam facultatibus conceſſis, quibuſdam Epiſcopis in Partibus. Vide de Ritibus tom.7. Conſult.53.

An Epiſcopus, qui abeſt à Ciuitate ſua Cathedrali, & reſidet in Diæceſi, conſtituere, vel relinquere in illa debeat Vicarium Generalem, & Tribunal Epiſcopale? Vide de Reſidentia tom.7. Conſult.64.

An, & quatenus ſit locus partitioni Epiſcopatuum? tom.7. Conſult.71.

IN *Extrauagan. Salvator de Præben.* tria requiruntur, vt ſit locus diſmembrationi. Primum eſt amplitudo Diæceſis, à qua partitio facienda eſt. Secundum eſt qualitas loci, in quo facienda eſt erectio, vt nimirum talis ſit, quod in eo decenter Cathedra collocetur. Tertium vtriuſque Eccleſiæ congrua prouiſio, vt ſcilicet antiqua Eccleſia non remaneret redditibus deſtituta, & vt noua redditibus, ac populo prouideatur, eiuſque rationibus proſpiciatur, nè in vtraque Dignitas Epiſcopalis vileſcat.

Nihilominus ſolet Pōtifex huiuſmodi partitiones ad Sac. Congr. Conſiſtorialem remittere, quæ in illis procedit, iuris ordine ſeruato; Iuris autem ordine ſeruato non proceditur ad partitionem, niſi concurrentibus cauſis vrgentiſſimis, & niſi citatis, & auditis in iuribus ſuis, quorum intereſt. Gloſ. *in cap. cauſam, quæ v. aſſenſu verſ. fit. & Prælatus extrà de iudic.* Mandoſ. *de ſignat. grat. v. erectiones verſ. Vndè Epiſcopatus*.

Imò aliquo ex præfatis requiſitis deficiente, ſemper excluditur partitio, iuxtà diſpoſitionem Sac. Conc. Trident. *ſeſſ.*7. *c.*6. *& ſeſſ.*24. *c.*15. *de reformat.* Petr. de Perus *de vnione cap.*5. *n.*1. Garz. *de benef. d. par.*12. *cap.*2. *num.*203. Rot. *deciſ.*133. *num.*4. *p.*2. *diuerſ.* & alibi, Et quandò allegatis, & adductis cauſis alia via prouideri poteſt, nunquam permittitur partitio, Lap. *alleg.* 66. *ſub n.*6. Rot. *dec.*239. *ſub num.*4. *par.* 1. *& deciſ.* 223. *num.* 10. *&* 11. *par.*6. *recent*.

Itàque faciendæ ſunt formiter probationes ab vtraque parte, tam prò erectione, quam prò eius reiectione: Quia hæc eſt iuridica praxis in cauſis ciuilibus, præſertim de maioribus, in quibus proceditur iuris ordine ſeruato.

Atque ità ſæpè, ac demum Sum. Pontifex proceſſit in *Burgenſi diſmembrationis*, remittendo cauſam ad Sac. Congreg. Conſiſtorialem, quæ cenſuit, non eſſe locum diſmembrationi, & facta relatione, Sanctitas Sua ſententia probauit Dat. Romæ die 27. Septem. 1669.

TEſtator legauit, quod Epiſcopus eligat pauperes Virgines ad Dotes à ſe relictas prò monachandis. Mittitur ad Diæceſim Epiſcopi Vicarius Apoſtolicus. Quæritur:

An electio ſpectet ad Epiſcopum, an ad Vicarium Apoſtolicum? Vide de Legatis tom.8. Conſult.11.

Digitized by Google

De Sportulis iudicialibus, ſiuè de mercede, ac erogatione fori Eccleſiaſtici à Sac. Congregatione ſuper Epiſc. olim taxata & nuper à taxa Innocentiana omninò ſeruanda. Vbi an, & quatenus liceat Epiſcopo Cancellariam vendere, vel locare ſub annuo cenſu? Et an emolumenta Cancellariæ vtriuſque iuriſdictionis, & ſigillorum ſint de Menſa? tom.8. Conſult.11. Vbi affertur taxa Innocentiana.

TRibunalium corruptio potiſſimum ex hac parte hodie oritur, quod Principes habent venales Magiſtratus, & ex venditione eorum compendium facientes, non audent finem ſportulis liberè imponere: neceſſarium enim eſt, aiebat Alexander Cęſar, vt is, qui emit, vendat. Omnis autem illa negotiatio in detrimentum Principis, & Reipublicæ conuertitur. Princeps enim malè audit, quod prò Iuſtitia diſtribuenda, ad quam ipſe tenetur, negoeiatur in ea.

Melius igitur conſulendum omninò eſt Reipublicæ, ſi Princeps, aut populus, ſuis Magiſtratibus ex publico ſalarium conſtituat ſufficiens, ex quo commodè viuere, & lucrari poſſint, & abſtinere à ſubditorum loculis, ſi gratis ità merentibus concedant dignis, poteſtates, & adminiſtrationes: Sic enim fiet, vt lites citius, & ſine aliqua ſpe lucri dirimantur.

Porro licere Epiſcopo Cancellariam vendere, vel locare ſub annuo cenſu aſſerendum eſt, ſi fructus, & emolumenta Cancellariæ vendantur, ſiuè locentur, non Officiali, ſeù Actuario, ſed Extraneo, qui nullatenus debeat ſe ingerere in negocijs Tribunalis. In hoc enim caſu, ceſſante omni fraude, venditio, ſeù locatio non eſt illicita: quia etſi fructus, & obuentiones huiuſmodi proueniant ex iuriſdictione; tamen non eſt prohibitum illos vendere iuriſdictionem non exercenti, vbi contractus non permiſcentur, neque vegent pericula extorſionum, cum cōductor in Tribunali nullum habeat miniſterium. Et hoc propriè non eſt locare Cancellariam, ſed illius obuentiones temporales dumtaxat, ſeorſim à iuriſdictione.

Si verò locetur Cancellaria, ſiuè illius fructus, & obuentiones vendantur Cancellario, ſiuè Actuario, vel Notario, aut Magiſtro actorum, tunc locatio, aut venditio prohibita eſt: quia cum creantur Tabelliones, communiter etiam creantur Iudices Ordinarij, & tales communiter ſe intitulant, vt teſtatur Angel. *conſ.93. n.2.* & Paul. de Caſtro *conſ.74.lib.1.* Eò autem ipſo quod Notarius conſtitutus eſt Iudex Ordinarius eſt Magiſtratus inter conſentientes, & habet iuriſdictionem habitu, licet non actu, vt notatur in *l.1.ff. de iuriſdict. omnium Iudicum, & in l.fin. C. vbi, & apud quem.* Caſtr. *d.conſ.84. ſignatè num.4.*

Ad hanc autem Iudicum, & Notariorum auaritiam refrenandam Sac. Congreg. ſuper Epiſcopis, & Regul. ac nuper Innoc. XI. taxam fori Eccleſiaſtici fieri curauit, ediditque.

Inſuper eadem Sac. Congreg. ſemper exclamauit ſuper hac re, vt liquet ex reſolutionibus, & literis & præcipuè Epiſcopo Interamnen. 22. Iunij 1621. & 19. Iul. 1622. Epiſcopo *Anglonen.* 15. Nou. 1641. Epiſcopo *Triuentino* 13. Decembris 1613.

Quinimò ex Conc. Trid. *cap.1. ſeſſ.21. de reform.* colligitur, non licere Epiſcopis vendere Notariatum, ſeù Cancellariam, eum ità participent de emolumentis Dimiſſoriarum, & collationum Beneficiorum. Et propterea Sacra Congr. Epiſc. decreuit, & mandauit, prout ex infraſcriptis litteris apparet.

Archiepiſcopo Neapolitano. *La Santità di Noſtro Signore col parere di queſti miei Signori Illuſtriſſimi della Sagra Congregatione hà riſoluto, che i Prelati non habbiano d'affittare le Cancellarie de i loro Tribunali, mà quelle debbano far eſercitare da Miniſtri proprij da eſſi prouiſionati, ſenza dar loro partecipatione alcuna degl emolumenti, e prouenti di eſſa, confidandoſi che con queſta i popoli habbino da rimaner più ſicuri da eſattioni indebite, & i poueri da conſeguir più gratie di quelle, che ponno far loro l'iſteſſi affittuarij. Et accioche ſij lecito ad ogn'vno veder, che non ſij loro fatto aggrauio, vuole anche Sua Beatitudine, che ciaſcun Tribunale habbi la ſua pandetta, e taſſa delle mercedi degl'Offitiali ſteſa, & attaccata in publico nella ſtanza della reſidenza de Notari, di maniera, che colui, che tratta nel Tribunale, poſſa a ſua poſta chiarirſi di quanto dee pagare. Di che hora dò auuiſo a V.S. d'ordine della Santità Sua, affinche ella per quel, che a lei tocca, così eſeguiſca, e per ſue lettere commandi a tutti i ſuoi Suffraganei di commiſſione di Sua Beatitudine, che facino il medeſimo ſenza replica, e quanto prima, perciòche contro a negligenti ſi mandarà Commiſſario con ſpeſa, e poca loro reputatione. E ſe pareſſe ad alcuno eſſergli ciò dannoſo, habbia patienza, perche il guadagno conſiſte ſolo nel ſeruitio di Dio, e nella ſalute, e buona ſodiſfattione de' popoli à 26. Agoſto 1592.*

Et ad rem, ſimilis tenoris in *Hortunenſi* Epiſcopo 3. Septembr. 1593. Idem decreuit in *Auerſana* 13. Februarij 1593. In *Recinetenſi* 10. Ianuarij 1594. & 25. Iunij 1597. & in *Hydruntina* 22. Ian. 1601. ac alibi.

Hinc Sac. Congr. Conc. in *Melphiten.* 1590. 13. Iunij reſpondit, quod Notarius, qui prò litteris Dimiſſorijs à quodam Clero certum quid vltrà taxam à decreto Sac. Conc. Trident. *c.1 ſeſſ.21.* conſtitutam acceperat, pęnas contrà ſimoniacos à Sac. Canonibus impoſitas incurriſſet, de quo Nauar. *conſ.58. de ſimon. p.2.* Et ità ſententiauit Vicarius Melphitenſis, quod confirmauit Sac. Congr. Epiſc.

Item Sac. Congr. Conc. cenſuit in *Rauennatenſi*, quod Ordinarius in collatione Beneficiorum prò ſigillo nihil poteſt accipere, etiamſi ab immemorabili tempore fuerit obſeruatum, vt certum quid recipiat, licet contrarium ſenſerit Gloſ. *in cap. cum olim de maior. & obed.* Etiam

Bur-

Digitized by Google

Burgenſi cenſuit, Officiales Ordinarij, ac Ordinarios ipſos prò diſpenſationibus ad eos remiſſis, nihil poſſe accipere, non obſtante contraria conſuetudine,

Decretum verò Concilij Trident: *cap.3. ſeſſ.13.* in quo dicitur, quod acta poſtulanti gratis exhibeantur, intelligitur de Iudice, ac de Cancellario, illo qui prò officio exercendo habent ſalarium conſtitutum, alijs autem Notarijs ſoluenda ſunt iuxtà locorum conſuetudinem, *ex cap.20. ſeſſ 24.* At hodie iuxtà taxam Sacrę Congregationis Epiſcoporum, & Innocentianam.

Notarij verò in ijs locis, in quibus non vigeet laudabilis conſuetudo nihil accipiendi prò ſingulis litteris dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, decimam vnius auri partem accipere poſſint, dummodò eis nullum ſalarium ſit conſtitutum prò officio exercendo, nec Epiſcopo ex Notarij commodis aliquod emolumentum directè, vel indirectè prouenire poſſit. Conc. Trid. in *cap.1. ſeſſ.21.* & Sac. Congr. eiuſdem Conc. ſepius declarauit, Cancellarium poſſe prò qualibet ſcriptura collationis, vel inſtitutionis accipere mercedem ſuo labori conuenientem, quę tamen ſcriptura, ſigillo, & cęteris omnibus computatis, vnum aureum non excedat, & dummodò ipſi Cancellario ſalarium vllum prò officio ſuo exercendo præſtitum ſit, & ex pecunia, quam recipit, nihil prorſus emolumenti collatores, aut inſtitutores, etiam occaſione ſigilli vllo modo directè, vel indirectè percipiant.

Item declarauit Greg. XIII. in cauſa *Burgenſi* in collationibus beneficiorum.

An autem emolumenta Cancellariorum vtriuſque iuriſdictionis, & ſigilli ſint de Menſa? Affirmatiuè reſpondit Rota in *Mauriaren penſionis 12.* Iun. 1625. coram Pirouano.

TASSA INNOCENTIANA.

Del foro Eccleſiaſtico nelle materie ſpirituali, ouero dichiaratione ſopra quelle cauſe, e materie Eccleſiaſtiche, e ſpirituali, nelle quali nel foro Eccleſiaſtico, e Veſcouale non ſi può, nè ſi deue eſiggere emolumento alcuno, e tutto quello, che ſi dichiara per il ſolo Cancelliero con la riforma dell'abuſi contrarij.

Eſſendoſi hauuto ricorſo alla Santità di Noſtro Signore Innocenzo XI. per molti Veſcoui, & Arciueſcoui, & altri Prelati zelanti, acciò per ſicurezza della loro coſcienza, e per togliere ogni occaſione di dubio, che poteſſe naſcere dalle diuerſe conſuetudini delle Diocesi, & anche acciò non ſiano ingannati dalli loro Vicarij, Cancellieri, & altri Miniſtri, e familiari, ſi ſtabiliſca vna Taſſa generale, & vniforme per il foro Epiſcopale, onero Eccleſiaſtico, nè mancando i ricorſi de' Cleri, e de' Popoli, hà perciò la Santità Sua deputato vna Congregatione particolare de' due Signori Cardinali Prefetti delle Congregationi del Concilio, e de' Veſcoui, e di quattro altri Signori Cardinali delle medeme Congregationi, e di due Monſignori loro Segretarij, e delli Monſignor Datario, & Auditore della Santità Sua, e da queſta ſi è riſoluto non poterſi nelle cauſe contenzioſe ciuili, e criminali, e miſte venire alla ſudetta Taſſa generale ſenza la precedente notitia delle Taſſe particolari di ciaſcheduna Dioceſi, ò Prouincia, potendo giuridicamente quella eſſere varia, ſecondo la diuerſa conſuetudine regolata dalla diuerſità de' Paeſi, e de' luoghi. Bensì douerſi con qualche maggiore chiarezza, per togliere tutti i dubij, e gli equiuoci dare fuori le dichiarationi, che in più tempi, e diuerſe occaſioni ſi ſono fatte dalle Sacre Congregationi del Concilio, e de' Veſcoui nelle materie Eccleſiaſtiche, ouero meramente ſpirituali, acciò in tal modo ſappia ciaſcuno quello, che ſia illecito, e ſi tolga ogni ſcuſa, ò preteſto d'ignoranza, ò di conſuetudine, douendo in sì fatte materie l'oſſeruanza eſſer da per tutto vniforme per la generalità de' Canoni, e Concilij, e particolarmente del Tridentino in modo, che deue dirſi reproba, & illecita ogni contraria conſuetudine, ò Taſſa diuerſa in qualunque modo per l'addietro fatta, conforme dalla medema Congregatione ſi è ſtabilito, in modo che le ſeguenti dichiarationi debbiano oſſeruarſi da pertutto ſenza eccettuatione alcuna, ſotto le pene contenute ne' Sacri Canoni, e Concilij, ed altre ad arbitrio de' Sommi Pontefici, che ſarà *pro tempore*, e naſcendo qualche dubio in contrario ſe ne debbia conſultare detta Sacra Congregatione del Concilio, e non altrimente.

Nella materia degl' Ordini Sagri, e Minori, e Prima Tonſura, così per la Collatione, come per la facoltà, che ad altri ſi dia di conferirli, & anco per il loro eſercitio, e per la facoltà di eſercitarli in qualunque luogo, e qualunque tempo, ſi ſtabiliſce la regola generale da non riceuere altra eccettuatione, che quella ſi darà di ſotto; e che nè il Veſcouo, ò altro Prelato, nè il ſuo Vicario Generale, ò Foraneo, Cancelliere, & altro Officiale qualſiuoglia, nè parenti, ò familiari, ò ſeruitori poſſano eſiggere, e riceuere emolumenti, e coſa alcuna ſotto qualſiuoglia colore, ò preteſto di atti per la giuſtificatione de' requiſiti, ouero di touaglia, forbici, pettine, & altro, nè ſotto titolo di regalo, ò di mancia, anche ſe ſpôtaneamente s'offeriſſe, e deſſe, eccetto che i Ordinante poſſa riceuere l'oblatione della Candela, ſecondo che diſpone il Pontificale à libero arbitrio dell'Ordinato circa la qualità, e peſo. Et il Cancelliero ſecondo la diſpoſitione del Sa-

Sacro Concilio di Trento per le lettere teſtimoniali della collatione dell'Ordine già dato, ò vero per le lettere Dimiſſoriali per la collatione da farſi da vn'altro Veſcouo, poſſa riceuere ſolamente la decima parte d'vn ſcudo di moneta Romana, cioè vn giulio, ò vero l'equiualente nella moneta del paeſe, e non più, da perſone, le quali habbino l'vſo del denaro, non già da quei Religioſi, li quali non ne hanno l'vſo, come ſono i Cappuccini, e i Minori Oſſeruanti, eccetto che nella collatione del Suddiaconato per gl'atti che ſi deuono fare per la giuſtificatione della verità, e ſufficienza del patrimonio, ò vero del Beneficio, al titolo del quale ſi deue promouere, poſſa eſiggere quell'emolumento, che ſia proportionato alla mera fatiga perſonale per la ſcrittura, e carta, ſenza che il Veſcouo, ò Vicario, ò altro Offitiale, nè direttamente, nè indirettamente, ne poſſa partecipare in modo alcuno, perche detto emolumento non poſſa, nè debba eccedere vn ſcudo d'oro: mà ſe la fatiga richiede minore mercede, ſi debba eſiggere ſolamente quel meno. Ma riſpetto a gl'Ordini, & alla prima tonſura, non poſſa eſiggere coſa alcuna ſotto preteſto di regiſtratura de'Breui, e diſpenſe, e d'altre ſcritture, ò di preſentata, e di qualunque altra giuſtificatione, e ſolennità, ò remotione d'impedimento.

Con dichiaratione, che le ſudette lettere teſtimoniali, ò dimiſſoriali contengono più Ordini, tuttauia non ſi poſſa eſiggere altra mercede, che la ſudetta d'vn giulio, ſiche non ſi poſſa multiplicare, a raggion di ciaſchedun'Ordine; non ſia però tenuto il Cancelliere a fare vna ſola ſcrittura per più Ordini, quando queſti ſiano ſtati conferiti in diuerſi tempi, e diuerſe Ordinationi, ma volendo poſſa farle ſeparare, non già riſpetto a quegl'Ordini, che ſi conferiſcono in vn'iſteſſo giorno, come ſegue ne' Minori, ne'quali douerà farſi vna ſola ſcrittura, e nelle lettere dimiſſoriali, che ſi diano per l'Ordinatione da farſi per vn'altro Veſcouo, à più Ordini parimente non ſi poſſano moltiplicare ſcritture, nè poſſa eſiggere coſa alcuna per il rogito della collatione degl'Ordini, ò vero per l'acceſſo al luogo dell'Ordinatione, con altro preteſto anco di mancia, e di regalo.

Nella materia de Beneficij Eccleſiaſtici, quando ſi tratta di quelli, che come di libera collatione, ouero come deuoluti ſi conferiſcono dal Veſcouo, ò altro Ordinario collatore parimente ſi ſtabiliſce la regola generale, che nè il Veſcouo, o altro Collatore, nè il ſuo Vicario, ò altro qualſiuoglia Offitiale, nè il Cancelliere, ò parenti, familiari, ſeruitori, poſſono eſiggere, e riceuere emolumento alcuno, ò altra coſa ſotto qualſiuoglia colore, preteſto, anche di mancia, ò regalo, e volontario donatiuo, così ſe ſiano Curati, o Reſedentiali, come ſemplici, ò non Reſedentiali, & anche ſe ſiano Cappellanie manuali, ma ſolamente il Cancelliere per le lettere della collatione, compreſa carta, ſigillo, corde, & ogn'altra coſa, poſſa eſiggere la mercede propottionata alla ſcrittura, e materia, pur che non ecceda la ſomma di giulij dieci di moneta Romana, ouero l'equiualente nella moneta del Paeſe, ſenza che ſi poſſa pretendere altra mercede ſotto qualſiuoglia preteſto, e particolarmente per l'approuatione, e per elettione nel concorſo alle Chieſe Parochiali. E per il poſſeſſo il Veſcouo, ò Vicario, ò altro Offitiale non poſſa eſiggere coſa alcuna, & il Cancelliere, ſe ſarà dentro la Città, poſſa per il rogito, & ogn'altr'atto eſiggere giulij trè, ſe ne'Borghi, ouero Suburbij, giulij quattro, e ſe in altro luogo, i medeſimi giulij quattro il giorno, e le ſpeſe di vitto, e viatico. Bensi, che ſe nel luogo del Beneficio vi ſarà il Cancelliero del Vicario foraneo, ò altro Notaro, ſi dourà il poſſeſſo commettere al Vicario foraneo, e ſuo Cancelliero, ſenza la neceſſità del viaggio del Cancelliero Epiſcopale.

Quanto a Beneficij di prouiſione Apoſtolica, perche ſiano riſeruati, ouero affetti auanti la loro prouiſione; così ne'Beneficij Curati, ne'quali per l'Ordinario ſi danno le lettere teſtimoniali alla Dataria dell'approuatione, e della prelatione nel Concorſo, ſecondo la forma del Concilio di Trento, come anche nell'altri Beneficij non curati, e particolarmente ne'reſedentiali, per li quali ſi ſogliono dare l'atteſtationi alla Dataria ſopra la vita, coſtumi, & idoneità de'concorrenti per le dette lettere, non ſi poſſa eſiggere, ò riceuere mercede, ò emolumento alcuno in denaro, ò in altre coſe ſotto qualſiuoglia preteſto, ò colore, anche di volontario donatiuo, ma ſi debba dare affatto gratis.

E doppo la prouiſione per l'eſecutione delle lettere Apoſtoliche, quando ſiano nella forma graſioſa, non poſſano il Veſcouo, ò altro Prelato Ordinario del luogo, o ſuo Vicario, e Cancelliero, & altro Offitiale pretendere di douerne eſſere per neceſſità eſecutori, ma ſia in arbitrio de'prouiſti l'eleggerſi l'eſecutore, & il Notaro per il poſſeſſo: ma ſe il prouiſto eleggeſſe l'ordinario Offitiale, e ſuo Cancelliere, ò veramente le lettere foſſero nella forma, che ſi dice *dignum* dirizzate all'Ordinario, ouero al ſuo Vicario, il quale perciò ne fuſſe neceſſariamente l'eſecutore, così come nell'vno, come nell'altro caſo, non eſſendoui legitimo contraditore, in modo che l'eſecutore ſia mero, parimente il Veſcouo, o altro Prelato, & il ſuo Vicario, ò altro Officiale, e ſuoi familiari, ſeruitori, & attinenti non poſſano, nè debbano eſiggere, e riceuere emolumento alcuno in quell'iſteſſo modo, che di ſopra ſi è detto ne'Beneficij d'ordinaria collatione, mà il Cancelliero poſſa per la copia, ò regiſtro delle lettere Apoſtoliche, & altri atti riceuere la mercede proportionata alla fatiga per la

ſcrit-

ſcrittura, purche non ecceda il tutto vn ſcudo d'oro: Et eſſendoui Contradittore, ſiche conuenga di far proceſſo giudiciale, la mercede del Cancelliere per la ſua fatiga ſi poſſa ſtendere a due ſcudi d'oro, e non più, ſenza che il Veſcouo, ò Vicario, ò altro Officiale poſsa eſiggere, e riceuere emolumento alcuno, mentre nelle cauſe Eccleſiaſtiche, e ſpirituali ordinano gli Sagri Canoni, che non oſtante qualſiuoglia conſuetudine, il giudit o ſi debba interporre gratis. E per il poſseſso s'oſserui quell'iſteſso, che s'è detto di ſopra ne'Beneficij conferiti dall'Ordinario Collatore.

Ne' Beneficij di Patronato naſcendo dubio ſopra l'eſiſtenza del Padronato con il Procuratore Fiſcale, ouero col prouiſto, che ne pretenda la libertà, ſi debba in tutto, e per tutto oſseruare quell'iſteſso, che di ſopra s'è detto ne'Beneficij di libera collatione col Contradittore. Mà ſe non cotrauertendoſi l'eſiſtenza ſia la controuerſia tra Compatroni, ouero præſentati da eſſi ſopra la pertinenza, in tal caſo ſi reputi come cauſa ciuile profana, e per conſeguenza s'oſserui la ſolita taſsa di ciaſcuna Curia, fin a tanto che ſi facci l'altra taſsa delle cauſe profane, ciuili, criminali, e miſte.

Generalmente così nelle Cappellanie manuali, come nelle nuoue fondationi, & erettioni de' Beneficij, Cappellanie, Confraternità, Congregationi, ouero fondationi, benedizzioni, e conſegrazioni, e reſpettiuamente viſite, & approuazioni di Chieſe, e d'Oratorij, così con l'autorità Apoſtolica come con l'Ordinaria il Veſcouo ò altro Prelato, e ſuo Vicario, e qualunque Officiale; non poſsa eſiggere, e riceuere emolumento alcuno, ma ſolamente il Cancelliero poſsa eſiggere quella mercede, che ſia proportionata alla fatiga per la ſcrittura, pur che non poſsa eccedere in tutto vn ſcudo d'oro, ma ſia meno, ſe minore ſara la fatiga.

Nelle cauſe, e materie, che riguardano il Matrimonio, & i ſponſali, così per l'eſecutione delle diſpenſe Apoſtoliche Matrimoniali, come per la giuſtificatione dello ſtato libero, e che non vi ſia Canonico impedimento, & anche per la diſpenſa alle publicationi, ò per la licenza di poterſi contrarre in caſa, ò in altro luogo, ò tempo inſolito, e prohibito, ò che ſi poſsa contrarre in preſenza d'altri, che del Parocho, & ogn'altr'atto occorreſse fare, il Veſcouo, & il ſuo Vicario, & ogn'altro Officiale, ò Miniſtro, ò familiare non poſſa ſotto qualſiuoglia proteſto ò colore, anche di mancia, e di volontario donatiuo, eſiggere, e riceuere emolumento alcuno, nè in denaro, nè in altre coſe, ma ſolamente il Cancelliero poſſa eſiggere la mercede proportionata alla fatiga della ſcrittura, cioè nell'eſecutione delle diſpenſe giulij trè, e per i teſtimonij ſopra lo ſtato libero, ò che non vi ſia impedimento vn giulio per teſtimonio, pur che tutto non s'ecceda, vn ſcudo di moneta Romana, cioè diece giulij, ouero il loro equiualente nella moneta del Paeſe: non comprendendoſi le cauſe cōtentioſe trà i Coniugi ſopra la validità del Matrimonio, ouero ſopra la ſeparatione del toro, ſtimandoſi queſta cauſa giuditiale profana, nella quale s'oſſeruarà la taſſa di ciaſchedun Tribunale, ſinche ſi proueda.

Generalmente in tutto, quello, che riguarda i Monaſterij delle Monache, & i Conſeruatorij di quelle donne, le quali a guiſa di Monaſterij, e Monache reſpettiuamente viuono ritirate il Veſcouo, ò altro Prelato, il Vicario così generale come particolare, e qualunque altro Officiale, ò Deputato, & il Cancelliero, & anche i parenti, e familiari del Veſcouo, ò Prelato, e de'ſuoi Officiali non poſſano eſiggere, e riceuere emolumento alcuno in denaro, & in altre coſe, eccetto che quelle comeſtibili, che ſiano proportionate all'vſo, e conſumo proprio dentro trè giorni anche con titolo di donatiuo per l'ammiſſione all'habito Monaſtico, per l'approuatione del depoſito della Dote, per la profeſſione, per l'ammiſſione dell'Educande, & altre donne ſeculari, e per le renuntie, che ſi fanno dalle Nouizie, per l'elettione dell'Abbadeſſa, ò altra Superiora, per licenze de'Medici, Chirurghi, & Operarij, per licenze di parlare alle Monache, & altre che ſono nel Monaſtero, per la deputatione del Confeſſore, Cappellani, Procuratori, Fattori, & altri Miniſtri, e generalmente per ogn'altr'atto, che riguarda il gouerno, mà ſolamente il Cancelliero per il rogito delle renuntie, e per gli atti, che conuenga fare ſopra la giuſtificatione del depoſito delle Doti, poſſa eſiggere la mercede proportionata alla fatiga della ſcrittura, pur che non ecceda in tutto giulij cinque moneta Romana, ouero l'equiualente nella moneta del Paeſe.

Parimente per vna regola generale da non ſoggiacere a limitatione alcuna, il Veſcouo, ò altro Prelato, ſuo Vicario Generale, ò particolare, Cancelliero, e qualunque altro Officiale, Miniſtro, e familiare, anche ſotto nome di mancia, ò volontario donatiuo non potrà eſiggere, e riceuere emolumento alcuno, così in denaro, come in qualunque altra coſa in tutto quello, che riguarda l'amminiſtratione de'Sagramenti del Batteſimo, della Creſima, della Penitenza, dell'Euchariſtia, e dell'Eſtrema vntione, anche per l'eſame, & approuatione, ò licenza d'amminiſtrarli, anzi s'incarica a Veſcoui, e Prelati, e loro Vicarij, e loro Officiali, che non lo permettano a Curati, & a Confeſſori, & altri Miniſtri, e particolarmente nel pretendere il piatto, ò altro vaſe, nel quale ſia ripoſto il vaſe dell'Oglio Santo per l'Eſtrema vntione, ò del Criſma nel Batteſimo, ouero touaglie, fazzoletti, & altre coſe, dichiarandoſi tuttociò illecito, come anche a non chiedere, nè eſiggere coſa alcuna per la benedittione delle don-

ne

Digitized by Google

ne Infantate, quando dopo il parto, ſecondo il Rito Eccleſiaſtico, per la prima volta, che in Chieſa entrano.

In quelle Dioceſi, nelle quali regna l'antica conſuetudine, che il Veſcouo, ò altro Prelato, & Officiale faccia il teſtamento, per l'anima di quelli, i quali moiono ab inteſtato di quella ſomma moderata, nella quale ſecondo i decreti della Sagra Congregatione, può eſercitare tal facoltà, non poſſano eſſo, e ſuoi Offitiali, Miniſtri, parenti, e familiari partecipare in modo alcuno, ſotto qualſiuoglia colore, ò preteſto, anche di ponertà, mà il tutto ſi debba effettiuamente applicare ad vſi, & opere pie, nè per l'adempimento di tale diſpoſitione ſi poſſano in modo alcuno impedire, ò ritardare la ſepoltura, e l'eſequie, ò funerale al defonto, douendoſi eſercitare giuridicamente l'attioni ſopra i beni ereditarij, e ſi debba oſſeruare la lettera circolare della Sagra Congregat. de' Veſcoui ſotto li 19. Agoſto 1678.

Come anche in modo alcuno ſi poſſano impedire, ò ritardare la ſepoltura, e l'eſequie, ò funerali à defonti, così Cittadini, come foraſtieri per il pagamento di quegli emolumenti che dal Veſcouo, ò dal Capitolo, ò dal Curato, e qualunque altro per la conſuetudine del Paeſe ſi pretendano; mà parimente rimangano illeſe l'azzioni giuridiche nè beni, ſopra i quali ſi douranno eſercitare, ſenza che in modo alcuno ſi faccia repreſaglia al Cadauere, ò verò che ſi diano moleſtie perſonali, à figli, moglie, e parenti. Et ancora non ſi poſſa eſiggere coſa alcuna per la licenza di traſportare i Cadaueri, ò verò di ſepellirgli più in vno luogo, che in vn'altro.

Si dichiara ancora illecito ogni emolumento diretto, & indiretto, e per conſequenza ſe ne prohibiſce al Veſcouo, ò Prelato, e ſuo Vicario, e Cancelliero, & ogn'altro Miniſtro, e famigliare ogn'eſattione ſotto qualſiuoglia preteſto, anche di mancia, ò donatiuo nelle infraſcritte coſe cioè:

Per la licenza, ò patente di predicare così nella Quadrageſima, nell'Auuento, come in tutti gl'altri tempi, & in qualſiuoglia luogo.

Per la licenza di lauorare nelle Feſte, anche per applicarſi ad'vſi pij, ſiche ſi dia gratis omninamente, e quanto alle contrauentioni di hauere lauorato, le pene tutte ſi applichino effettiuamente ad'Opere, e luoghi pij ſenza partecipatione alcuna, benche minima: eccetto che agl' Eſſecutori, e Miniſtri inferiori, volgarmente Sbirri per la cattura, ſi dia la mercede proportionata alla diligenza, e fatica, purche non ecceda tre giulij in tutto.

Per la reuiſione de conti de luoghi pij.

Per la recognitione, & approuatione, e publicatione dell' Indulgenze, & Altari priuileggiati.

Per le licenze di queſtuare.

Per l'atteſtatione della ponertà, ò altro requiſito, eccetto che il Cancelliero poſſa eſſigere in tutto, e per tutto vn giulio di moneta Romana, ò l'equiualente.

Per la licenza d'eſſer eſente dalla reſidenza, e generalmente per le dimiſſorie che ſi ſogliono concedere à quegli, che partono di caſa per andare in altro Paeſe.

Per le monitoriali: per le reuelazioni di ſcomuniche, così quando ſi diano da eſſa Curia, & Ordinario, come quando ſi publicano le lettere Apoſtoliche, eccetto che il Cancelliere poſſa per la mercede della ſcrittura eſiggere vn giulio ſolamente.

Per la dichiaratione dell'incorſo nelle Cenſure per la percuſſione de Chierici, & altre ſomiglianti cauſe, e per la loro aſſolutione; eccetto che il Cancelliero per la fatica della ſcrittura, poſſa eſigere due giulij; eccetto che nell' eſecutione de Breui della Penitentiaria, nel quale caſo, per quello che appartiene all' aſſolutione, ne anche il Cancelliero poſſa eſiggere coſa alcuna.

Per la facoltà d'eſercitare Pontificali.

Per l'eſecutione de Breui Apoſtolici, ò verò licenza della Sac. Congregatione nell'alienatione de beni di Chieſe, e luoghi pij, ò verò impoſitione de Cenſi, ſolamente il Cancelliero poſſa eſiggere la mercede proportionata alla fatiga della ſcrittura, purche non ecceda in tutto giulij dieci di moneta Romana, ò ſuo equiualente, come anche per tutto quello, che appartiene alla difeſa dell' Immunità Eccleſiaſtica così perſonale, come reale, e locale; e particolarmente di queſt'vltima non ſi poſſa in modo alcuno, ſotto qualſiuoglia preteſto riceuere, & eſiggere mercede, o verò emolumento, mà il tutto ſi debbia fare gratis.

Le pene, le multe, e le compoſitioni s'applichino per intiero ad vſo de luoghi pij, ſenza che il Veſcouo, ò Vicario, e ſuoi Officiali direttamente, nè indirettamente ne habbino participatione alcuna.

Il ſuſſidio caritatiuo in quelle Dioceſi, nelle quali ſia ſolito eſiggerſi, e non altrimente ſi eſigga ſolamente per vna volta nel primo ingreſſo del Veſcouo, ſecondo la Taſſa ſolita antica d'anni quaranta indietro, ſi che non ſi attenda il ſolito più moderno da detto tempo in giù, nè ſi poſſa più eſiggere, ſotto qualſiuoglia preteſto, anche di voluntario donatiuo.

Quanto alla viſita ſi oſſeruino inniolabilmente il decreto del Sac. Concilio di Trento, e le dichiarationi della Sac. Congregatione, e particolarmente da quelli, i quali concorrono alle ſpeſe de cibarij, nè mediatamente, nè immediatamente ſi poſſino riceuere regali, e donatiui, anche di coſe commeſtibili: & ancora non ſi poſſa eſiggere emolumento alcuno per gl'atti della viſita, decreti, e preſentate di ſcritture, ò verò per la reuiſione de decreti delle viſite antecedenti, e della loro oſſeruanza

za mentre da quelli, i quàli ſono viſitati ſi riceuano le ſpeſe del vitto. Die prima Octobris 1678. facta per me infraſcriptum iſtarum reſolutionum, ſeù declarationnm relatione S. D. N. Innocentio XI. mediante illarum lectura de verbo ad verbũ, Sanctitas ſua laudauit, approbauit, ac ſeruari mandauit, earumque obſeruantiam, & publicationem iniunxit Sac. Congregationi Concilij.

Io: Baptiſta de Luca præfati SS. D. N. Papæ XI. Auditor & Secretarius memoralium.

Die 8. Octobris 1678. S. Cong. Eminen. S.R.E. Cardinalium Conc. Trident. Interpretum inhærendo mandatis S. ſuæ cenſuit prømiſsam Taxam, ſeù declarationes Typis dandas eſse, & per litteras ad quoſcumque locorum Ordinarios tranſmittendas, vt eas in Cancellaria in loco omnibus patenti retineri faciant, eaſdemque adamuſſim obſeruent, ac faciant obſeruari. F. Card. Columna Præfectus.

Loco † Sigilli.

S. Archiep. Brancaccius Epiſcopus Viterbien. Secret.

Die menſe, & anno, quibus ſupra, dicta taxa affixa fuit, & publicata ad valuas Curiæ, & Aciei Campi Floræ, ac in alijs locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Gregorium Staggium Apoſtolicum Curſorem:

Prò D. Magiſt. Curſ. Thomas Orlandus SS.D.N. Papę Curſ.

An licitum ſit Epiſcopis, & eorum Officialibus ex Conſtitutione Synodali percipere ſalaria prò executione legatorum &c? *Ad rem* Vide de legatis to.8 Conſ. 17. *Vbi de applicatione pœnarum, & mulctarum locis pijs facienda multa declarationes Sacrarum Congregationum d.* num. 12. & ſeqq.

Epiſcopus rogatus à Teſtatore prò aſſiſtentia, & declaratione eius teſtamenti, an poſſit mandare executoribus, vt pecunias non poſſint inueſtire in cenſibus ordinatis à teſtatore abſque ſua approbatione? tom. 8. Conſult. 12. Miſcellanea n. 4.

AFfirmatiuè ex Trident. *ſeſſ. 22. cap. 8. Clem. quia contingit de relig. Domibus cap. Tum,* v. *et cap. Ioannes de teſtamen.* Cum Epiſcopi ſint executores omnium piarum diſpoſitionum Rot. coram Cocc. 28. Iunij 1631. Et in dubio ad ipſos ſit recurrendum, *l. 1. ff. de leg. 2. l. fin. §. ſed ſi quis* Afflic. *dec. 371. n. 10.* Accedente præſertim voluntate Teſtatoris. Dec. *in l. in perſonam §. generaliter.* Quinimò poſſunt compellere executores teſtamentorum ad eorundem executionem, dato, quod Teſtator id Epiſcopis interdixerit, *d. cap. tua de teſtam.* & voluntas Teſtatoris non prędominatur niſi ſit legitima *l. cum quæſt. in fin. ff. de legatis*: quia priuata diſpoſitio non poteſt diſpoſitionem legis immutare *l. nemo poteſt ff. de leg. 1.* Et prędordinatio Eccleſiarum, & locorum piorum eſt officium proprium Epiſcopi. Rot. *in Comen. iuris conferendi* coram Ghiſlerio 8. Iunij 1637.

De Epiſcopo Suffraganeo, qui in ſuum Metropolitanum aliqua peregit. Vide de Suffraganeis tom. 8. Conſ. 22.

An liceat Epiſcopo ſupprimere Beneficia, Canonicatus, Dignitates &c? Vide de Capitulo &c. to. 8. Conſ. 30.

An ad conſtituendum Epiſcopum Reum, requirantur Teſtes omni exceptione maiores? & alia de teſtibus. Vide de Teſtibus tom. 8. Conſul. 135. & to. 10. Conſul. 161.

An Epiſcopus poſſit interdicere Reges? Vide de Immunitate tom. 9. Conſult. 16.

An auferens Galerum è capite Epiſcopi, & in terram proijciens, vt in caſu poſito, incurrat pœnas Canonis Si quis ſuadēte 17. *& cogi poſſit ad canendum palidoniam, & quid ſi Epiſcopus eſſet Miniſter Regius?* Vide de Cenſuris tom. 9. Conſilio 56.

An conſecratio Epiſcopalis ſit valida, præſertim in Regionibus remotiſſimis: ſi fiat, non præſentatis litteris Apoſtolicis electionis, & confirmationis? to. 9. Conſ. 72.

COmmuniter Doctores aſſerunt, quod non eſt neceſſaria ſcriptura ad ſubſtantiam, & valorem gratię, ſed quod ſtatim ac conceſsa fuit per verbum *fiat* valida ſit in ſe, & perfecta quoad ſubſtantiam, eaque quis validè vti poteſt in foro conſcientiæ. Ad probationem autem, vt ex ea poſſit agi in iudicio, requiritur expeditio litterarum. Sanghez *lib. 8. de matr. diſput.* 29. Gonzal *ad reg. octauam Cancellaria gloſ.* 12. *n.* 47. cuius effatum eſt:

In lingua Principis ſtat gratia, in ſcriptura teſtimonium, in executione commodum. Videturque ſancitum in Pontificali Romano per hæc verba. *Nemo conſecrari debet, niſi prius conſtet Conſecratori de commiſſione conſecrandi.* Vbi verbum *debet* ſignificat quidem obligationem præcepti, ſed non neceſſitatem eſſentialem Sacramenti; nam ſtatim ſubiungit: *ſtatuta die, qua debet eſſe Dominica.* Certum tamen eſt, quod ſi quis conſecraretur die feriali, validam fore conſecrationem, quamuis illicitam: quia neque ad valorem legis, neq; ad valorem priuilegij neceſsaria eſt ſcriptura, imò neque ad valorem cuiuſuis actus: niſi vbi ad eius valorem requiritur de iure poſitiuo,

uo; nam iure naturali nulla talis neceſſitas oſtendi poteſt. Baſil. Ponc. *l.* 8. *de Matrim. cap.* 15. *n.* 2. Imò in Iure docetur, non requiri ſcripturam. *Clemen. Dudum de ſepult.* ibiq; Gloſ. & Imol. *n.* 5. & alij.

Regula verò Cancellariæ, quæ eſt Gregorij XIII. & altera 53. vel 56. diſponentes nullam diſpenſationem ſuffragari cuicumque in iudicio, vel extrà; niſi litteris expeditis, non ſunt intelligendæ de foro conſcientiæ, ſed de externo. Sanghez *d. diſp.* 29. *n.* 11. alijs annexis.

Et cum *Extrauagans Iniunctæ de electione* non dicat eſſe irritam conſecrationem, ſed irritat geſta à talibus Epiſcopis non habentibus litteras Apoſtolicas ſuę promotionis, ſcilicet nè Epiſcopi ſic conſecrati hoc pręſumerent ſine litteris, prohibuerunt autem duo, nè accederent ad ſibi commiſſas Eccleſias, nène bonorum adminiſtrationem accipere præſumerent: irritat proindè ſolum ea, quæ in acceſſu ad Eccleſias, & bonorum adminiſtrationem præſumpta fuerint, ab alijs verò geſtis, ſiuè poteſtate Ordinis, ſiuè Iuriſdictionis ſpiritualis prudens abſtinuit Summus Pontifex Bonifacius VIII. propter inconuenientia, quæ ab horum irritatione proueniunt. Adhuc tamen ſi illa irrita declararet, intelligenda eſſet ea vox, vt in Ordinum collatione, conferret quidem characterem; non autem exercitium: quia Papa non poteſt plus operari ſua poteſtate, quam efficere nequit, vt Ordines ab Epiſcopo ritè conſecrati collati non imprimant characterem & iuriſdictio exercita eſſet nulla in foro externo, vt illam Extrauagantem intelligunt Nauar. *repet. cap. accepta de reſtit. ſpol. oppos.* 8. *n.* 3. Valent. *de differ. vtriuſ for. v. obedientia difficul.* 4. non tamen in foro conſcientiæ, tamen peccarent fortè in eo foro conſcientię ſic exercentes iuriſdictionem. Quod ſolum voluiſſe exiſtimo P. Theſaurum *in praxi v. Gratia cap.* 2. *§ aduertè tertiò Sarnenſem in regul. de non indicando iuxtà formam ſupplicat. q.* 9. ac alios.

Et quatenus Bonifacius VIII. voluiſſet hæc irritare etiam in foro conſcientiæ, ac geſta per poteſtatem Ordinis eſſe irrita quoad exercitii collationem, adhuc ab ea pæna excuſaret neceſſitas, ob quam diſtans à Romana Curia dietis 30. propter vrgentē Eccleſię ſuæ neceſſitatem adminiſtrans, non incurrit pænas, vt dixit Oldrad. *allegatus in additione ad Gloſ. de extrauagantis electione*, ſed corrigit quo ad alia.

Quæ autem ſit neceſſitas, ius adminiſtrandi tribuens etiam non confirmato tradit Innoc. III. *in d. cap. nihil*: eſſe ſcilicet neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſię in partibus valdè remotis vltrà Italiam, & Gloſ. *d. Extrauag. Iniunctæ v. non præmant* ait, neceſſitatem excuſantem à pæna illius extrauagantis, eſſe quando Epiſcopus ob Papæ obitum non potuit litteras expedire, ac proindè expeditio in longum tempus differtur. Neceſſitas igitur eſt ſiuè ob Papæ obitum, ſiuè ob diſtantiam loci, & vt ait Oldradus, quandò ob diſtantiam non potuit litteras accipere. Denique, ſi neceſſitas non excuſet, proderit error communis vigore *l Barbarius ff. de Offic. Prętoris*. Qui error, accedente titulo colorato, tribuit iuriſdictionem, & multò magis cum titulo vero, etſi non dum cognito, aut pręſentato, imò, & ſine vllo titulo, vt ex *d. l* probat concludenter Pontius *lib.* 5. *de Matrim. cap.* 20.

An in porrigentem preces S. Tribunalis Pænitentiariæ Secretæ cum expoſitione ſui criminis, ſuppreſſo tamen nomine, & ab ea remiſſas Ordinario prò expeditione cauſæ, poſſit ipſe Ordinarius in foro externo procedere, etiam ad torturam? Vide de Immunitate tom, 9. Conſul. 75.

De Ambitu in electionibus Eccleſiaſticis omnibus. Vide de Vicario tom. 9. Conſult. 125. *per totam prò pertinentibus ad Epiſcopos.*

De Epiſcopo duarum Cathedralium vnitarum, multa diſceptantur. Vide de Cathedralibus tom. 9. Conſult. 135.

De Charitiuo ſubſidio, vbi hæc breuiter diſputantur:

1 *An Epiſcopi habentes pingues redditus, quia ſcilicet nedum congruam ipſis iuxtà formam S.Conc. Trid. aſſignatam, verum etiam longè maioribus habent, poſſint exigere Charitatiuum ſubſidium à ſuis Clericis Diœceſanis?*

2 *An Epiſcopi, quibus prò exigendo Charitatiuo ſubſidio non obſtant exuberantes redditus, poſſint illud exigere, nulla vrgente cauſa, & inconſultis ſuis Capitulis?*

3 *An, ſuppoſito, quod conſultis ſuis Capitulis, dictum charitatiuum ſubſidium exigere valeant, poſſint illud exigere à ſuis Clericis beneficiatis non habentibus alios redditus, quam diſtributiones quotidianas?*

4 *An poſſit illud exigere à Clericis* Beneficiatis, *qui licet aliquos redditus habeant non conſiſtentes in diſtributionibus quotidianis; nihil tamen eis ſupereſt vltrà honeſtum victum? Imò tales redditus vix ſufficiunt ad victum?*

5 *In caſibus, in quibus Epiſcopis eſt permiſſum exigere Charitatiuum ſubſidium, quanta debeat eſſe illius quantitas?* tom. 9. Conſul. 142.

AD primum quamuis videatur reſpondēdum affirmatiuè, ſi agatur de ſubſidio charitatiuo dari ſolito Epiſcopis occaſione expeditionis Bullarum, ac itineris tempore adeptę poſſeſſionis, ad extinguenda debita contracta, cum redditus Epiſcopatus ſtatim non exigantur, ſed plerumque pluribus elapſis Menſibus; ſi tamen agatur de ſubſidio poſtmodum imponendo, alijs de cauſis in abſtracto, & non pręcedentibus probationibus, non poteſt firmari certa regula, cum congrua ſcutorum mille

le in vna Regione ſit ſufficiens Epiſcopo, in alia ſit renuis, etiamſi aſcendat ad ſcuta quatuor millia. Interim verò ſeruanda eſt declaratio Sac. Congregationis Epiſcoporum in *Hydruntina* 22. Ianuarij 1601. per hæc verba — *Charitatiuum ſubſidium exigi non poteſt ab Epiſcopis Eccleſiarum habentibus redditus pingues. Ab Epiſcopis, autem illarum Eccleſiarum, quæ habeat redditus tenues, exigi poteſt in ingreſſu prò neceſſitate. expeditionis Bullarum; niſi illas gratis obtinuerint.* Quod firmant Barboſ. *allegat.87.num.2.ac 3.*

Ad 2. Negatiuè. Exigi enim debet ex cauſa, & conſenſu Capituli, & Cleri, id tamen ſuppleri poterit per Synodum Diœceſanū, in qua huiuſmodi ſubſidium ſolet decerni.

Ad 3. pariter Negatiuè ex Bonac. *de bonis canonicis diſputatione 2.quæſt.2.punc.2. num.9.* & Barboſ. *allegat.87.à num.36.*

Ad 4. Id pendere videtur ex facto, cum, vt diximus, ſumptus varient varietate locorum; Vndè hoc dubium videtur diſputandum in concreto, factis antea probationibus. Interim ſeruanda eſt declaratio ſupradicta in *Hydruntina*, & videndus Barboſa *loco citato num.44. & 49.*

Ad 5. videtur illam remittendam eſſe, vel arbitrio Iudicis, cum in Iure non reperiatur taxata, vt per Menoch. *de arbitr.caſ.179.num.4.* Barboſ. *cit.allegat.87.num 37.* Vel conſuetudini loci, pariter probandę, cum nemo cogatur vltrà ſolitam contributionem, prout ex mente Sac.Congreg. ſuper Eiſcop. tradit Barboſ. *de Iure Eccleſ.cap.21.num.6.ac 7.* Attamen charitatiui ſubſidij nomine non poteſt exigi; niſi quantum aſcenderent ſingulæ procurationes tempore viſitationis, *d. extrauagant. Vas electionis d.§. præmiſſis de cenſibus*, & Barboſ. *d. allegat.87.num.37.*

De Epiſcopo proprio prò Ordinibus. Multa vide de Ordine. tom. 9. Con-ſult.189.

De variis ſuſpicionibus, ex quibus Epiſcopus cenſeatur inimicus ſuæ Ciuitatis, quodque ideò recuſari poſſit? tom.10. Conſult.4.

EX eò, quod Epiſcopus more maiorum certiorem non reddiderit Ciuitatem de ſua promotione ad Epiſcopatum, quinimmò ſalutatus ab ea per literas congratulationis, noluerit ei ſalutationem reddere, illamque ingreſſus nom admiſerit Syndicum, vel Magiſtratum ad ſolita obſequia exhibendum, vtiq; declarauit ſe Ciuitatis inimicum, Gratian. *diſcep.284.num.26.* Guazzin. *defenſ.1.cap.21. num.37.* alijque. Attenta præcipuè cauſa inimicitię præcedente, Maſcard. *de probat lib.2.concl:857.* & alij. Ideòque iuſtà illum poterit Ciuitas recuſare, ac iurare ſuſpectum, proponendo formiter capita ſuſpicionum in petitione Arbitrorum, & appellatione ab vlterioribus, vt alias ſeruatum refert Rota coram Merlino *dec.561.num.1.* Nam etiam Epiſcopus, & Archiepiſcopus recuſari poteſt, Farinac. *in pragm.par.2. v. Iudex num. 750.* Guazz. *defenſ.1.cap.19. num.22.* ac alij.

An Epiſcopus incurrat aliquam pęnam, promouendo ad Ordines Alumnum Seminarij, vt in caſu poſito? Vide de Ordine. tom.10. Conſult.13.

An, & quatenas iuriſdictio, & collatio beneficiorum in locis Abbatiæ ſpectet priuatiuè quoad Epiſcopum ad illius Abbatem? Et quid quoad cognitionem cauſarum Criminalium? Vbi decreta Sac. Congregationis Conc. Vide de Abbat. tom. 10. Conſult.67.

1 *An, dum Epiſcopus eſt in poſſeſſione iuriſdictionis in Clerum, & Populum alicuius loci, cuius exemptio controuertitur, poſſit punire, nèdum cenſuris Eccleſiaſticis, ſed etiam carceribus prætenſos exemptos, de facto Epiſcopum in ſua iuriſdictione turbantes?*

2 *Et ad quem Iudicem pertineat cognitio huius cauſæ, aliarum huiuſmodi, an ad Sac. Congregationem ſuper Epiſcop. & Regul. an ad Sacram Congregationem Concil. an verò ad Sacram Rotam?* tom.10. Conſult.93.

AD 1. Affirmatiuè: Quia nulla datur exemptio, quæ ſuffragetur ad hunc effectum Iudicis turbati, ſiuè cuius aures offenſæ ſunt, cum defenſio propriæ poſſeſſionis, & iuriſdictionis ſit etiam de iure naturæ; Vndè Epiſcopus rectè procederet, ſe defendendo aduerſus turbatores. Excepto enim caſu exemptionis ab omnimoda incompetentia iuriſdictionis, qualis eſt illa Iudicis laici in Clericos, non datur priuilegium exemptionis, quod ſuffragetur aduerſus iuriſdictionem Iudicis; alioquin incompetentis à iure conceſſum ob eius offenſionem, *cap.1.de Offic.deleg.cap.tam litteris de teſtib.* cum alijs apud Farinac. *quæſt.114.nu.67.& ſeqq.* vbi, quod nemine diſcrepante, id omnes admittunt, eſtque juris principium abſolutum, vt per eundem Farinac. *conſ.134. num.4. & 5.vol.2.* vbi de familiaribus Cardinalium, quos certum eſt habere amplam exemptionem à iuriſdictione Ordinariorum, Imò licet aliquis in rebus indifferentibus eſſet exemptus à iuriſdictione Epiſcopi; attamen ob turbatam Epiſcopi iuriſdictionem, eumque offenſum, efficitur eius ſubditus, ac iuſtè puniri poterit.

Et ſanè, cum Epiſcopus habeat aſſiſtentiam iuris in omnibus locis, & Eccleſijs ſitis intra ſuam Diœceſim, *Can.omnes Baſilicæ 27.quæſt.7.* Conc.Trident. *cap.8.ſeſſ.7.de reform.* ac Rot. *dec.501.num.1.par.2.recent.*

Quod quidem habet locum tàm in delegato, quā in Iudice Ordinario, Farinac. *de crim.laſ.maieſt. quæſt.114.num.75.cum ſeqq.* Prout etiam poterit procedere criminaliter per carcerationem, idē Farin. *l.c.n.1.& ſeqq.*

Ad 2. Spectare ad Rotam, in qua formiter tractari debet cum probationibus, & formali proceſſu, quem ex præſcipto Conſtitutionis 74. Sixti V. quam Decreto ſuo innouauit, & declarauit Sanctiſſimus D. N. Innoc. XII. ſub die 9. Augusti 1693. Sac. Congregtiones nō conficiunt, prout in ſimilibus controuerſijs perpetuò ſeruatum eſt, vt ex cauſis S. *Angeli Longobardorum, Nullius, ſeù Beneuentanæ Iuriſdictionis*, de quibus extant deciſiones, & ex *Toletana Iuriſdictionis* 9. Maij 1659. 21. Maij 1660. Ianuarij 1662. coram Beuilacqua, & in eadem 20. Iunij 1661. coram Taya; Vndè Pars aduerſa deducere debet in Sac. Rota ſuas rationes, quibus approbatis per conformes, aut per rem judicatam, Epiſcopus abſtinebit ab exercitio ſuæ iuriſdictionis, in qua ſemper fundatam habet iuriſdictionem, & manutenendus eſt, donec per tres conformes, aut per rem iudicatam firmata fuerit qualitas *Nullius* cum Territorio ſeparato, vt pleniſſimè probatur in allegata *Toletana* coram Beuilacqua, & Taya, de quo nos alibi, & quotidie ſeruatur in Sac. Congregatione Conc. præſertim ſub anno 1660. & 1662. in *Vulturarienſi* contra Religionem Hieroſolymitanam, & in *Anglonenſi*.

An, & quatenus Monachi, & Regulares omnes fuerint olim ſubiecti iuriſdictioni Epiſcoporum? Quis eos exemerit, & in quibus hodie ſint iis ſubiecti? Vide de Regular, tom. 10. Conſult. 94.

An, & quatenus Regulares omnes approbari debeant ab Ordinario prò audiendis Confeſſionibus vtriuſq; ſexus, prò Concionando &c.? Vide de Regular, tom. 10. Conſult. 95.

De Epiſcopo Regulari. An liceat ad Epiſcopatum aſſumi Regularis? A quò promouendus? Vbi de Rom. Pontificis. authoritate in promouendis Epiſcopis. An expediat promoueri? Quomodò promouendus. Alia tom. 10. Conſ. 97.

AB ipſis ferè Apoſtolorum temporibus Eccleſia Religioſos Viros à Monachali inſtituto ad Epiſcopatum aſſumpſit, vt clarè notum eſt. Id comprobant Sacri Canones, vt *Can. de Monachis* 26. *quæſt.* 1. *Can. Monachos* 18. *quæſt.* 1. *cap. Statutum de elect. in* 6. ac alibi; Vndè illud, quod effutiuit Io. Andr. celebris aliòquin Canoniſta, quod ſcilicet tranſitus à ſimplici Religioſi ſtatu ad ſtatum Epiſcopalem ſit quædam ſubtilis apoſtaſia, falſum eſt, irreligioſum, ac contra iudicium Sedis Apoſtolicæ.

Quoniam verò ad Sum. Pontificem Iure Diuino pertinet aſſumere omnes Epiſcopos, eoſque Eccleſijs in toto Orbe præficere, atque adeò etiam Regulares, vt probatur ex collata Petro, ac Succeſſoribus poteſtate, *Matth.* 16. & *Io.* 21. *ex can. quis neſciat diſt.* 11. & alibi.

Nam hoc ferunt tituli illi: *Romana Sedes Mater Dignitatis Sacerdotalis, & Romana Eccleſia Matrix, & radix totius Catholicæ Eccleſiæ*. Item *Petrus auctor nominis, & honoris Epiſcopalis*. Leguntur iſta apud varios antiquos Pontifices, qui, cum eruditiſſimi, ac Sanctiſſimi fuerint, nec falſi ſunt per ignorantiam, nec fallere voluerunt per malitiam. Ità ergò Anacletus *epiſt.* 1. Iul. 1. *epiſt. item* 2. *ad Orientales*, ac alij.

Hinc reſpondetur, poſſe à Sum. Pontifice Regularem promoueri ad Epiſcopatum ex eius ſuprema in omni Eccleſiaſtico munere deſignando poteſtate, quam luculenter expreſſit Nicolaus II. & habetur in *Can. omnes d.* 22.

Eòque præſertim, quia Summi Pontificis authoritas maior eſt illa, quam alijs communicauit, *ex reg.* 79. Iuris Canonici. Conceſſit autem quod Regulares eligerentur in Epiſcopos. Ergò multò magis poteſt ipſe Regulares ad Epiſcopatum aſſumere.

Vndè Pontifex poteſt Regularem cogere ad accipiendum Epiſcopatum, vt communiter tradunt Theologi, quos adducit Card. de Lugo *lib.* 3. *reſponſ. moral. dub.* 5. *num.* 7.

An expediat Regularem ad Epiſcopatum promouere? tom 10. Conſult. 98.

EXpedit Summo Pontifici, cęteriſque, qui ad id ius habent, eligere, poſtulare, ſeù præſentare Regulares ad Epiſcopatum. Expedit quidem, ſi aſſumantur, non qui ambitione, vel honoris appetitu, aut Religioſæ vitæ faſtidio ad Epiſcopatum ducuntur, ſed qui futuri ſunt populis ſcientia, & exemplo conſpicui, ſi ſperetur, quod pauperum inopię proſpicient, Cleri mores, Sacrorum Canonum inſtitutis informabunt, cæteraque facient, quibus Sanctos Epiſcopos Regulares æmulentur, de quibus dixit Sulpitius in vita S. Martini *Quæ eſt Ciuitas, aut Eccleſià, quæ non ſibi de Martini Monaſterio cuperet Sacerdotem*.

Hinc ſi Summus Pontifex ſuo motu proprio, ex ſua ſcientia, & voluntate promoueat Regularem ad Epiſcopatum, aut ille eligatur, ſeù præſentetur, aut vrgeat præceptum charitatis, expedit Religioni, vt eius Religioſus ad Epiſcopatum aſciſcatur. Ex hac enim promotione Religio decus acquirit, & finem, propter quem inſtituta fuit, adequatè conſequitur.

Si autem Regularis vocetur ad munus Epiſcopale ex mera illius voluntate, qui hoc ei poteſt iniungere, vel ſi ad id obliget charitatis neceſſitas, cum ipſe Dignitatem non quæſiuerit, expedit ei, vt Epiſcopus fiat. Expedit namque Religioſo, vt accipiat opus ſibi iniunctum, quod laudabiliter exerceri poteſt in Eccleſiæ vtilitatem.

Nec abnuimus, quin poſſit Summ. Pontifex præficere Eccleſijs ſęculares Sacerdotes moribus, & doctrina inſignes, ad forenſes lites terminandas,

Digitized by Google

das, doctrina tamen potiſſimum, & Religionis curam Summo Paſtori Moyſi commiſſam video, litium verò, & cauſarum ſæculi contentiones, veluti tantò indignas Præſules, ad inferiorum iudicia relegaeas.

Ceterum Religioſi in ſtatu Epiſcopali remanent eſſentialiter Religioſi, poſſuntque perfectiores euadere, quam in Religione, ſicuti perfectior eſt forma, quam diſpoſitio illam introducens.

An liceat Eccleſiaſticas appetere Dignitates, vel refugere? tom. 10. Conſult. 99.

CVm votum ſit ſolum promiſſio maioris boni, optimum autem ſit Epiſcopatus deſiderium continere, & primatus cupiditatem frenare, ad eumque niſi volentem accedere rationabiliter quidem Deo vouere quis poteſt, ſe Epiſcopatum nec appetiturum, nec libenter ſuſcepturum. Quia tamen tum ex naturali dictamine rationis, tum ex diuino iure, vnuſquiſque, neceſſitate Eccleſiæ vigente, Epiſcopatum tenetur ſuſcipere, nemò rationabiliter Epiſcopatum in eo caſu ſe recuſaturum vouet. Imò nec ſine Sacrilegij crimine id vouere poteſt, nè læthalem omiſſionem voti Sanctitate confirmet. Addo etiam nec vllum vouere poſſe; ſe, Eccleſiæ vtilitate exigente, præcepto Superioris in Epiſcopatu ſuſcipiendo, ſi dignus euadat, minimè pariturum. Neque enim melius eſt in eò caſu. Epiſcopatum renuere, quam acceptare: Nam, vt Patres oſtendunt, magis meritorum eſt in eo caſu, quod volentes, nolentes ad Epiſcopatum ſuſcipiendum feramur, quam vt pertinaciter renuamus. Cum ergò non poſſit voueri, niſi quod melius eſt, profectò, nec iſto caſu Epiſcopatus fuga voueri poteſt. Vndè apparet rectè in libro modeſtæ diſcuſſionis aſſertionem Kelliſoni, qui Nicolao Siactheo tribuitur propoſitionem iſtam, *quod votum non acceptandi Epiſcopatum ſit validū, & ſanctum, tanquam ambiguam reprehenſam. Et quatenus extenditur ad recuſationem Epiſcopatus, tàm impoſiti, quàm oblati, tàm vrgente, quā ceſſante neceſſitate, falſam, temerariam, & ſtatui Epiſcopali contumelioſam à Pariſienſibus Doctoribus iudicatam fuiſſe anno* 1530.

An vigore Decreti Clementis VIII. in quo mandatur erectio Baldachini, quandò Epiſcopi i Eccleſijs Regularium, etiam exemptis Pontifical a exercent, vel Pontificalibus functionibus aſſiſtunt, in quo etiam eiſdem Epiſcopis conceditur facultas puniendi Regulares inobedientes cenſuris, ac pœnis Eccleſiaſticis, poſſint Epiſcopi cogere Regulares ad ſedendum in ſcamno parato, & dimittendum Sedes ligneas, & in caſu contrauentionis punire eos cenſuris? tom: 10. Conſult. 106.

NEgatiuè. Conſtat id ex ipſo Decreto, in cuius proemio ſolum narratur, quod Epiſcopis fuerat controuerſa erectio Baldachini in locis exemptis. Vndè clariſſimè patet, quod huic ſoli erectioni Sum. Pontifex, & Sac. Congreg. intendebant prouidere; Proemium enim declarat mentem, & voluntatem diſponentis. Rota coram Gregor. XV. *dec.* 537. *num.* 5. & coram Buratto *deciſ.* 377. *num.* 3. & *deciſ.* 658. *num.* 6.

Vbi verò in diſpoſitione circà modum ſedendi de ſolis Epiſcopis loquitur, ſic ait: *Liceat eiſdem Epiſcopis &c. erigi facere, atque ſub eo ſedere, & ſtare, quemadmodum in proprijs, & Cathedralibus eorum Eccleſiis ſtare, & ſedere ſolent.* Ex hoc autem diſcretiuo loquendi modo planiſſimè ſequitur, quod ſi aliquid circà Sedes Miniſtrorum, & celebrantium Regularium in eorum Eccleſijs Sac. Congreg. diſponere voluiſſet, pari modo dixiſſet per regulam *l. vn. §. Sin autem C. de caduc. tollen.*

1 *An Epiſcopus eligere poſſit Regularem in ſuum Vicarium Generalem ſine licentia ſui Superioris?*
2 *An Regulares in audiendis Sac. Confeſſionibus dependeant omninò à ſuis Superioribus?*
3 *Anne prædicare poſſint abſque licentia ſuorum Superiorum?* Vide de Regular. tom. 10. Conſult. 108.

An, & quatenus iuriſdictio, ac iura etiam Epiſcopalia præſcribi poſſint? Et quid de iuriſdictione Epiſcopi viſitandi ſuos ſubditos? to. 10. Conſult. 116.

IVriſdictionem, ac iura etiam Epiſcopalia poſſe conſuetudine legitimè præſcripta à non Epiſcopis acquiri manifeſtum eſt *ex cap. auditis de præſcrip. & ex cap. Cum olim eodem tit.* ac vtrobique Gloſ. & Doctores, *& ex cap. cum perſonæ*, vbi Doctores *de priuil. in* 6. & nominatim Innoc. *num.* 2. & alibi.

Et ſanè duo ſunt, quæ iuriſdictionem tribuere poſſunt, priuilegium, & conſuetudo. Roe. *dec.* 577. *num.* 10. & *dec.* 584. *num.* 34. *par.* 5. *recent.*

Idem probatur *ex cap Irrefragabili de Offic. Ord'n.* vbi hęc habentur: *Exceſſus tamen Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ, qui conſueuerunt corrigi per Capitulum, per ipſum in illis Eccleſiis, quæ talem hactenus conſuetudinem habuerunt, ad commonitionem, ſeu iuſſionem Epiſcopi corrigantur.* Ex his clariſſimè liquet, quod Capitulum contrà Epiſcopum potuit conſuetudine acquirere ius corrigendi Canonicos.

Certum igitur eſt, quod iura Epiſcopalia præſcribi poſſunt etiam à Subditis, qui licet conſuetudine non poſſint obtinere, nè vlli ſubſint, vel ſi ſubſint Epiſcopo, nè ab Epiſcopo corrigantur, aut reformentur, aut viſitentur; poſſunt tamen conſuetudine aſſequi, vt ſubſint alij non autem Epiſcopo, vel, vt ſint immediatè ſub cura Sedis Apoſtolicæ. Oldrad. *conſ.* 172. *num.* 5. & *conſ.* 254. *num.* 1. Et hæc conſuetudo eſt rationabilis; nam eſt approbata à iure.

An, quatenus, & quâ Eminentiſſimi Cardinales in Eccleſiis ſuis Titularibus habeant iuriſdictionẽ Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem? tom. 10. Conſult. 117.

STatuenda eſt, tanquam certiſſima, & indubitata concluſio, quod S.R.E. Cardinales in Eccleſijs ſuorum Titulorum iuriſdictionem Epiſcopalem habent, quæ deſumitur à ſententia Honorij III. regiſtrata *in cap. his, quæ de maior. & obed.* vbi Abb. *num. 1.* Felin, *ibidem in princ.*

Et hanc ſententiam ſequuntur Doctores tàm antiqui, quàm Moderni, nempè Card. *in Clem. nè Romani §. Irritum num. 4. de elect.* Abb, *in cap. dilectus de Capell. Monach.*

Et hoc ius Epiſcopale, ſeù quaſi, non ſolum habent Cardinales Presbyteri in d. Eccleſijs ſuorum Titulnrum, ſed etiam Cardinales Diaconi in ſuis Diaconijs, Pariſ. *de reſign. lib. 2. qu. 12. num. 10.* Barboſ. *tr. iur. vniu. cap. 4. num. 33.* Quod etiam ſtatuit Sixtus V. ſua *Conſtitutione* 55. & ex ea Fagnan. *Cap. his quæ num. 18. & 19.*

Et hoc procedit ſiuè Tituli, vel Diaconiæ ſint Clericorum ſæcularium, ſiuè Regularium, cum Sixtus V. in dicta ſua Conſtitutione pariformiter loquatur de Eccleſiijs ſæcularibus, & Regularibus.

Hiſce ſic firmatis, Primò infertur, Cardinales in Eccleſijs ſuorum Titulnrum poſſe promulgare, & ferre leges obligantes in conſcientia. Caſtropal. *tom. 1. tr. 3. diſp. 1. pun. 23. num. 12.* Acugna *in cap. 1. diſt. 2. num. 4.*

Secũdò. Habere ius corrigendi, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententiam ferendi, *d. cap. his quæ de maior. & obed.* & ibi Canoniſtæ.

Tertiò, Ius viſitandi, ſicut habent Epiſcopi in ſuis Diœceſibus. Felin. *ibidem in princ.* Panuin. *de viſit. par. 2. q. 2. nu. 29*

Quartò. Habere ius inſtituendi, & deſtituendi, *cap. querelam de elect.* Ideò poſſunt conferre beneficia ſita in dictis Eccleſiijs. Felin. *d. cap. n. 1.*

Aduertendum tamen eſt, quod hoc intelligitur, dummodò Cardinales ſint præſentes in Curia, Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 13. num. 20.* & alij.

Quintò. Infertur ad Cardinales Titulares, curam animarum Parochianorum ſuis Titulis ſubiectorum ſpectare. Sunt enim ſuæ oues, & de eis in diſtricto Dei iudicio rationem reddituri ſunt, vt benè loquitur Concil. Baſilienſe *ſeſſ. 23.*

Sextò. Poſſe vti inſignibus Pontificalibus in dictis Eccleſijs, & Solemnem benedictionem impertiri more Epiſcoporum, licet Epiſcopi non ſint. Hoſtien. & Io. And. *in cap. 1. de ſupplen. negl. Prał.* ac alij.

Septimò. Poſſe ibidem ſuis Subditis, & familiaribus primam Tonſuram, & Minores Ordines conferre Doctores *cit. ibidem.*

Octauò. Poſſe cum ſuis Subditis diſpenſare in omnibus caſibus, in quibus poſſunt Epiſcopi diſpenſare de iure, Didacus, Antonius, Frances *in paſtorali interno tr. 3. q. 2. num. 11.*

Nonò, Poſſe Indulgentias centum dierum concedere ibidem, cum id habeant à conſuetudine, etiam quod non ſint Epiſcopi: Nauar. *de Iubil. not. 21.*

Decimò. Secluſa Summi Pontificis reſeruatione, ſeù prohibitione, poſſe vltimas commutare voluntates. Monet. *cap. 5. num. 44.*

Vndecimò. Poſſe exigere charitatiuum ſubſidium, Dian. *tr. 2. reſ. 55.* & alij.

Duodecimò. Poſſe Card. Titularem Eccleſiæ Collegiatæ ſaltem vnum Canonicũ ad ſui ſeruitium, ſiuè obſequium tenere, Nauar. *conſ. 2. de Cler. non. reſid. per tot.*

Poterit etiam Sacriſtam, Concionatorem, Confeſſarios, & alios Eccleſiæ Miniſtros deputare, cum ad Cardinalem Titularem ea omnia ſpectent, quæ tendunt ad cultum Diuinum, & ad ſalutem animarum procurandam, *cap. cum inter cætera §. præcipimus de offic. Ord.* Sylueſt. *in Sum. v. Epiſcopus num. 11.* ac alij.

De Coadiutore Epiſcopi Religionis Hieroſolymitanæ ante legitimam ætatem falsò promoto, quoad diſpenſationem, Vide de Equit, tom. 10. Conſult. 118.

An, & quatenus conſtare poſſit de ſufficienti cauſa renunciandi liberè Epiſcopatum in manibus Summi Pontificis? tom. 10: Conſult. 119.

PLures ad id afferri ſolent cauſæ, quas prudenti iudicio Sac. Congreg. examinandas relinquo, generatim verò nunc aſſero, Cæli grauitatem, ſiuè Aeris inclementiam ſufficienrem renunciandi cauſam habitam ſemper fuiſſe, vt diximus in *hoc tract. tom. 4. Conſult.* 137. quo adi,

An, & quatenus exemptio à iuriſdictione Ordinarii concedenda ſit, etiam toti Capitulo, aliiſque &c.? Vide de Capitulo tom. 10. Conſult. 124. & to. 1. Conſult, 189. & de Immunit, tom. 4. Conſult. 136.

De Reſidentia Epiſcoporum, Vide de Reſidentia tom. 10. Conſult, 150.

De munere prædicandi Epiſcopis iniuncto, ac etiam Parocho, & de Concionatoribus, tàm in Eccleſiis ſæcularibus, quàm Regularibus? tom. 10. Conſult. 151. *Et de Concionator.* tom. 4. Conſult. 206.

DE prædicationis munere habetur in *ſeſſ.* 24. Conc. Tridént., & in Sac. Canonibus multis. Eſt enim munus neceſſarium: quia finis lectionis Sac. Scripturæ eſt prædicatio Euangelica, cum in ipſa præcipua parte Cura animarum conſiſtat, *cap. quia nonnulli verſ. in his præſertim de Magiſt.* Adde, quod fides ex auditu, auditus autem

autem per verbum Chriſti, quomodò autem audient ſine prędicante, *ad Rom.* 10. *& diſt.*47. *per tot.*

Sunt enim, vt plurimum Epiſcopi docti, & Sacris litteris, Pontificioque iurę eruditi, tamen ad concionandum ità parum apti, vt ludibrio, & deriſui potius eſſent auditoribus.

Si prędicatio eſt neceſſaria, ergò pariter deputatio Miniſtrorum, ac cęteri legitimi Miniſtri prędicationis aſſignandi ſunt.

Prędicatio non competit iure proprio, niſi ex paſtorali officio, cęteris ex delegatione Superioris authoritate, *cap. Excommunicamus §. Quia verò de hæret.* Vndè ſolus Papa non habenti curam animarum, ſiuè ſęculari, ſiuè Regulari Clerico, vt vbique terrarum, & locorum poſſit prędicare, poteſt licentiam concedere, cum ſolius Papę Paſtoralis Cura totum Orbem reſpiciat, Epiſcopus in ſua tantum Diæceſi. Curatus in ſua tantum Parochia, qui non, niſi de licentia Epiſcopi, & approbatione prædicet, vt in *cap.*2. *ſeſſ.*5.

Mulier huius muneris eſt incapax, *Can. mulier, Can. quamuis de conſecr. diſt.*4. Card. *in Clem. dudum de ſepul.*

Notandum, quod mortaliter peccant, qui ex negligentia non idoneos eligunt, cum diſtrictè ſubiaceant vltioni, Doctores in *cap. inter cętera de offic. Ordin.*

Parochi diebus ſaltem Dominicis prędicare tenentur, ex *d.cap.*2. *ſeſſ.*5. *& in can.*19. *de ſcrip.*6. *Synod.*

Docere autem Concionator debet ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem ex *d.c.*2. *ſeſſ.*5.

At vide latius *de Concionator. tom.* 4. *Conſult.* 206. Et de Regular. *tom.*3. *Conſult.*31. & alibi.

De facultate conceſſa Epiſcopis, alijſque maioribus Prælatis viſitandi Eccleſias quaſcumque, quibuſcumque non obſtantibus? Vide de Viſitatione tom.10. Conſult.152.

Quomodò exceſſus ſæcularium Clericorum, & Regularium, degentium extrà Monaſteria, ab Ordinario loci corrigenda ſint? Quę requirantur in corrigendis exceſſibus? Quomodo Ordinarius agere poſſit contrà profeſſos Militiarum, etiam Religionis Hieroſolymitanæ. Reformatio, & correctio an idem? tom. 10. Conſul.153.

ISta duo in corrigendis exceſſibus requiruntur, Prudentia in obſeruando modo, quam præſcribit Conc. *ſeſſ.*13. *cap.*1. Diligentia, & tantò diligentius Prælatus aſſurgat, quantò damnabilis eſt offenſas deſerere incorrectas, *c. qualiter, & quandò de iudic.*

Et nemo ſæcularis Clericus, cuius perſonalis, vel Regularis reſidentia requiritur extrà Monaſterium degens, etiam ſui Ordinis priuilegij prætextu, tutus cenſetur.

Reliqua vide, quæ dicta ſunt *in tract. de Regular.* pręcipuè *tom.*1. *Conſult.*162. Et de Equitibus, ac alibi.

De Epiſcopo in aliena Diæceſi, an poſſit Pontificalia exercere, Ordines conferre &c. tom.10. Conſult.154. Vide etiam de Regular. tom.7. Conſult.7.8. & 45. ac etiam de Abbate, & de Cognat. ſpir. eodem tom. & tom.6. Conſult.11. & tom.7. Conſult.93.

CEnſuit Sac. Cong. Conc. licere alieno Epiſcopo exercere Pontificalia in aliena Eccleſia, & miniſtrare Chriſma, & ordinare Clericos, tum eiuſdem Diæceſis, de licentia tamen Ordinarij, tum extraneos cum litteris Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum, & hoc ipſum de licentia Capituli, Sede Epiſcopali vacante, licere, non obſtante *cap.*10. *ſeſſ.*7. Trid. quod voluit coarctare tantum hanc facultatem intrà annum. Hinc idem Epiſcopus ex eadem Sacra Congregatione ordinare poterit familiares triennales, tam Epiſcopi, in cuius Dięceſi exercet Pontificalia, quam alterius, ſi expreſſa adſit ſuorum licentia.

Licentia verò debet eſſe expreſſa. Hinc, Vicarium non poſſe præbere hanc licentiam, niſi habeat ſpeciale mandatum, cenſuit Sacra Congregatio.

Eſſata. In *Mediolanenſi* 15. April. 1575. Epiſcopus in alterius Dięceſi de licentia Ordinarij loci eos tantum ordinare poterit, qui à ſuis Ordinarijs Dimiſſorias generales habent.

Nec idem Epiſcopus in alterius Diæceſi Chiſma miniſtrare poteſt, *eadem*.

Non licet Epiſcopo extraneo in aliena Dięceſi, etiam in Eccleſijs prætendentibus iuriſdictionem Epiſcopalem ab immemorabili tempore citrà, Sacramentum Confirmationis, & Ordinis abſque licentia Epiſcopi, vel aliud Pontificale munus exercere.

Nec etiam poterit Prælatus inferior, etiam exemptus hanc licentiam concedere, ſed Ordinarius loci intelligi debet Epiſcopus ille, in cuius Dięceſi locus eſt conſtitutus.

In *Aquileienſi* 14. Iun. 1569. Non poterit etiam huiuſmodi licentiam concedere Patriarcha in locis alienæ Diæceſis, vbi aliquas Eccleſias ſibi immediatè ſubiectas habet, nec Pontificalia munia ibidem obire.

In *Biſinianenſi*. Per decretum *cap.*5. *ſeſſ.*6. non excluduntur Clerici aliarum Diæceſum, ſi ſuas litteras dimiſſorias habent, quominus poſſint ab Epiſcopis extraneis in aliena Diæceſi de licentia Ordinarij Pontificalia exercentibus ordinari.

Qui

Qui nam ſit Sacramenti Confirmationis Ordinarius Miniſter &c.? Vide de Cognat. ſpir. tom.10. Conſult.155.

De retinentibus plures Cathedrales Eccleſias, vbi an comprehendantur Cardinales? Vide de Cathedral. tom.10. Conſult.156.

Teſtes deponentes contrà Epiſcopum quales eſſe debeant? Vide de Appellatione tom. 10. Conſult. 161. Et de Teſtibus tom. 9. Conſult.135.

DE EQVITIBVS, ET EORVM COMMENDIS,

1 *An Commendatores Ordinum Militarium poſſint retinere, & carcerare Sacerdotes ſeculares ad Curam Animarum à ſe deputatos cum approbatione Ordinarij in Eccleſijs Parochialibus ſuorum Ordinum, ob cauſas ad ipſam Curam animarum concernentes?*

2 *An eis Epiſcopus poſſit demandare monitionem, vt tanquam excommunicati abſtineant?*

3 *A quo nam delicta ob dictas cauſas cognoſci debeant?* tom.1. Conſult.173.

AD 1. Non poſſe, idque facientes incurrere in Cenſuras: Nam huiuſmodi Capellani deputati ad animarum Curam ſunt Sacerdotes ſeculares. Ex retentione autem, vel carceratione Clerici, etiam facta in loco priuato, & ſine læſione incurritur excommunicatio per tex. in *cap. nuper de ſent. excom.* Barboſ. *n.2.* Farinac. *in prax. quæſt.27. num.10.* & in puncto de Oſtio cubiculi clauſo, itàut egredi non poſſit. Innoc. in *c. nuper ſub princ.* Nauar. *in man. cap.27. n.77.* ac alij.

Neque poteſt ſuffragari prætextus iuriſdictionis Commendatoris. Quia nullam poteſt habere iuriſdictionem in Sacerdotem ſecularem deputatum cum approbatione Epiſcopi ad Curam animarum, nec prò prætenſo delicto commiſſo in prædicatione, vel alio munere Parochiali, ſed iuriſdictio ſpectat ad Epiſcopum Diœceſanum, ex *c. inter cætera de offic. Ordin.* ex *Clem. Dudum §. Verum de ſepult.* ex Sac. Conc. Trid. *in cap.3. ſeſſ.5. de refor.* & clarius in Conſtitutione Greg:XV. *de exempt. priuil.*

Ratio autem eſt, quia, vt Sacerdos ſecularis, præſertim ad Curam animarum deputatus, retineri, ac puniri, poſſit, requiritur nedum, quod ſit ſubditus, verum etiam, quod criminis commiſſi correctio ſpectet ad detinere, ſeù punire volentem, iuxtà theoricam Hoſtien. *in cap. vt famæ n.4. ante finem,* vbi etiam Abb. *n.5. de ſent. excomm.* ac alij. Et ideò iuriſdictio Commendatoris cotrà eos, qui intrà ſepta Commendæ reſident, locum habet, vel in profeſſis in eodem Ordine militari; vel in deſeruiente ipſi militiæ, & ſub obedientia exiſtente, Ric. *in prax. p.2. tom. 1. reſol.41. num.3.* Et magiſtraliter cenſuit Sac. Congr. Conc. in illa celebri *Venuſina* die 22. Auguſti 1609. in terminis Ordinis S. Io: Hieroſolymitani, quam ſæpius eadem Sac. Congr. approbauit. Iſti autem Sacerdotes inſeruiunt Eccleſijs in Cura animarum adminiſtranda, cuius ratione ſubijciuntur Ordinario approbanti: Quod perſpicuè habetur ex Trid. *cap.15. ſeſſ.24. de refor.* & ex probo, atque alijs notat. Lotter. *de re benef. lib.5. q.33 num.119.* Ac cenſuit eadem Sac. Congr. Conc. in ſeqq. declarationibus, & alijs ſæpè.

In Tranen. *Sacra &c. cenſuit, Archiepiſcopum poſſe tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatum ex decreto* cap.11. ſeſſ.24. *& ex Conſtitutione Greg. XIII. procedere in criminalibus, & circa morum correctionem contrà inſeruientes in Eccleſia* S. Sepulchri *Militiæ* S. *Io: Hieroſolymitani.*

Die 8. Iunij 1624. Sacra &c. ad 2. reſpondit, Sacerdotes, tam Sæculares, quam d. Ordinis S. Io. Hieroſolymitani Regulares Curam animarum perſonarum ſæcularium exercentes in ijs, quæ ad dictam Curam; & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent ſubeſſe in omnibus iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, neque poſſe, etiam quemcumque ad nutum amouibilem ad eandem Curam à prædicto Commendatore deputari, niſi de ipſius Epiſcopi conſenſu, ac prauio examine per eum, vel eius Vicarium faciendum, quemadmodum ſtatuitur eiuſdem Sac. Conc. *decreto, non obſtantibus priuilegijs quibuſcumque.*

Ad 2. Reſp. quod Epiſcopus poteſt demandare monitionem, vt eiuſmodi Commendatarij, tanquam excommunicati abſtineant, quinimmò & poteſt eos denunciare facere. Probatur ex tex. *in Clem.1. de priuil.* ibi: *Quos etiam locorum Ordinarij excommunicatos denunciare faciant.* Et poſt Card. Zabarel. & alios de communi teſtatur Lauret. de Franch. *de contron. inter Epiſcop. & Regular. quæſt.7.* Et ità etiam cenſuit eadem Sacra Congregatio in ſeq. declarationibus.

Die 24. Maij 1621. Sacra Congregatio Conc. cenſuit, Regulares quoquomodo exemptos, qui ob delictum in excommunicationem incidunt, poſſe ab Epiſcopo denunciari excommunicatos, vt ab alijs euitentur.

In Limana *die 29. Iannar. 1633. Sacra &c. reſpondit, Regulares quoquomodo exemptos, qui ob delictum in excommunicationem incidunt, poſſe ab Ordinario denunciari excommunicatos, ad hoc, vt ab alijs euitentur.*

Ad 3. Pariter dicendum eſt, cognitionem huiuſmodi cauſarum ſpectare ad Epiſcopos, quia

ſunt

Digitized by Google

ſunt circà Curam animarum, vt ſuprà dictum eſt.

Atque ità etiam Sac. Congr. Conc. cenſuit in vna *Eyſteren.* 28. Auguſti 1649.

Sacra &c. vtraque parte informante, & facto prius inter Partes concordato, ac iuribus per manus Eminentiſſimorum Patrum tranſmiſſis, cenſuit, ſtandum eſſe in decretis ſub die 14. Martij 1648. Scilicet *Commendatorem Oppidi Minzani Ordinis Theutonici vna cum complicibus incidiſſe ipſo iure in cenſuras ob retentionem, & carcerationem Martini Sacerdotis ſecularis ad Curam animarum deputati cum approbatione Epiſcopi Eyſterenſis in Eccleſia Parochiali eiuſdem Oppidi Mingani, illoſque potuiſſe ab Epiſcopo, nedum moneri, verum etiam denunciari excommunicatos, vt ab alijs euitarentur. Vlterius cognitionem cauſæ delicti, vt prætenditur, à dicto Sacerdote commiſſi, priuatiuè ad ipſum Epiſcopum ſpectare. Eidem autem Epiſcopo committendam eſſe facultatem ſupradictos excommunicatos abſoluendi cum pœnitentijs ſalutaribus, facto verbo cum Sanctiſſimo.*

An Fratres Sacerdotes profeſſi Ordinum Militarium poſſint conſequi, & retinere beneficia ſecularia cum Cura, & ſine Cura, nec non Canonicatus in Eccleſijs Cathedralibus, abſque diſpenſatione Apoſtolica? tom. 1. Conſult. 254.

NEgatiuè: Ex Trid. *cap. 10. & 11. ſeſſ. 14. de refor.* Sicque reſoluit Sac. Cong. eiuſdem Conc. 15. Iun. 1652. in vna *Portugallen.* in qua cenſuit, Fratres Sacerdotes Profeſſos Ordinum Militarium Chriſti S. Iacobi, & de Auis in dicto Regno exiſtentium, eſſe incapaces abſque diſpenſatione Apoſtolica eiuſdem beneficij, atque Canonicatibus; Sunt enim veri Religioſi, atque adeò eiuſmodi Beneficiorum incapaces. Quare indigent diſpenſatione Apoſtolica, vt alibi copioſè probauimus.

An Clerici penſiones Eccleſiaſticas obtinentes, ſi adſcribantur Militijs Regularibus, tempore Nouitiatus, vt penſionibus frui valeant, teneantur incedere in habitu Clericali, ad formam Conſtitutionis 92. Sixti *V. an verò ſufficiat geſtare inſignia, ſeù numiſmata prædictarum Religionum?* Vide de Penſionibus tom. 1. Conſult. 229.

An liceat Epiſcopo in Viſitatione Eccleſiæ Parochialis Religionis Hieroſolymitanæ decreta facere circa Curam animarum? tom. 1. Conſult. 305. Item vide de Viſitatione tom. eodem Conſult. 253. & tom. 4. Conſult. 155.

REſp. Licere in concernentibus Curam animarum. Ità declarauit Sac. Congr. Conc. die 24. Febr. in vna *Vulturarienſi ex c. 8. ſeſſ. 7. de reform.* & ex Conſtitutione Greg. XV. *de priuil. exemp.*

An Epiſcopus poſſit etiam pœnis cenſurarum punire, & corrigere Equites Hieroſolymitanos degentes extrà Clauſtra in proprijs domibus, ſi tempore Paſchali non communicent? tom. 1. Conſult. 427.

POſſe tanquam delegatum reſoluit Sacra Congregatio Conc. in vna *N.* 4. Aug. 1654. *ad cap. 3. ſeſſ. 6. de reform.*

An eoſdem Equites corrigere, & punire poſſit Epiſcopus, ſi eodem tempore Paſchali retineant in proprijs domibus mulierculas amicorum, illas poſt dictum tempus dimittendo, nè dicto tempore Paſchali moleſtentur? tom. 1. Conſult. 428.

ETiam poſſe tanquam delegatum. Quod declarauit Sacra Congregatio Concil. ibidem.

An Equites SS. Mauritij, & Lazari, ac S. Stephani gaudeant exemptionibus? tom. 1. Conſul. 441.

HAc in re variant declarationes, Concilientur ſi tempora diſtingues, ac priuilegia, eorumque reuocationes, iuxtà rerum, locorum, ac temporis circumſtantias conſiderabis. Etenim in vna *Camerinen. Communitatis* S. Quirini, & Equitis Marcelli Religionis SS. Mauritij, & Lazari 13. Auguſti 1644. Sac. Congreg. Immun. reſpondit, dictum Equitem non gaudere exemptione quoad bona patrimonialia; ex reuocatione B. Pij V. ſed tantummodò quoad bona Commendæ.

In vna *Fanen.* 21. Iunij 1664. Sacra Congr. cenſuit, priuilegium exemptionis Religionis S. Stephani non ſuffragari, attento Breui Sanctiſſimi compræhenſiuo etiam perſonarum Eccleſiaſticarum.

In vna *Mantuana* 6. Octob. 1626. Sacra &c. Epiſcopo, qui iuxtà præſcriptum Sac. Canonum tueatur immunitatem Equitis Mondini S. Stephani à collectis, & impoſitionibus laicalibus.

Et in eadem *Mantuana* 22. Nouembr. 1626. Epiſcopo, qui omninò curet reſtitutionem ſoluti d. Equiti, cum expreſſione, quod indebitè fuit ſolutum, vti ab exempto, qui non poterat grauari prò ſuis bonis, & huiuſmodi declarationem inſerat in actis Curie Epiſcopalis.

Et die 2. Septemb. 1656. Sac. Congr. in cauſa ſępius propoſita cenſuit, Equites S. Stephani quoad bona patrimonialia gaudere exemptione ab oneribus laicalibus.

Sequuntur literę eiuſdem Sacræ Congregationis prò obſeruationę dicti decreti ſub die 4. Septembris 1657.

Vrbino.

Vrbino. All'Arciueſcouo hauendo altre volte queſta Sagra Congregatione dichiarato, che i Caualieri dell'Ordine di S. Stefano habbia da godere l'eſentione de' peſi laicali, quanto a i loro beni patrimoniali, ſarà cura di V. S. di procurare, che il medeſimo decreto s'oſſerui a fauore di Girolamo Stauolo Caualiere del medemo Ordine, defendendolo da ogni moleſtia, che perciò poteſſe patira, ne' ſuoi beni patrimoniali, e mell'offero di cuore.

Ac in vna *Tudertina* 7. Martij 1651. Sac. Cong. ſæpius cenſuit, Milites SS. Mauritij, & Lazari ex Conſtitutione Pij V. gaudere exemptione ab omnibus oneribus, & impoſitionibus.

Tandem die 28. Septembris 1666. reſpondit, Equites S. Stephani non gaudere.

An concedenda ſit abſolutio, ſiuè diſpenſatio à tribus votis, Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis coniugalis in profeſſione Ordinis Militaris S. Iacobi emiſſis, cum commutatione in aliud ſuæ Sanctitati benè viſum? Vide de Diſpenſation, tom. 1. Conſult. 498.

An Clericus, ſiuè Miles Regularis penſionarius, qui ex diſpenſatione poteſt retinere penſionem in ſtatu Matrimonij, & ſine habitu Clericali per aſſecutionem officij laici cum poteſtate ſanguinis, illam amittat? Vide de Penſion, tom. 2. Conſult. 2.

An Vicarius, ſeù Capellanus amouibilis, Sacerdos ſæcularis, adminiſtrans Curam animarum, annexam Commendæ Hieroſolymitanæ, habitam in domo eiuſdem Parochialis, tam in ijs, quæ Curam concernunt, quam in quocumque delicto, ſubiaceat iuriſdictioni Ordinarij ex decreto Sac. Trid. Concil. ſeſſ. 24. de ref. c. 11. & ex *Conſtit. Gregor. XIII.* §. *Idcirco?* tom. 2. Conſult. 21.

QVoad primam partem dubij certum eſt, Ordinarium, vti delegatum Apoſtolicum in vim Sac. Conc. & per Conſtit. Greg. in ijs, quæ reſpiciunt Curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, poſſe, etiam extrà viſitationem huiuſmodi Vicarios, ſeù Capellanos ſæculares, & Regulares adminiſtrantes Curam animarum annexam Commendæ Hieroſolymitanæ, corrigere, punire, & coercere, ac aliter, vt opus fuerit, prouidere. Paſſerin. *de homin. ſtat. quæſt.* 189. *ar* 10. *diſp.* 10. *ſub n°* 955. *tom.* 3. Sperell. *dec.* 31. *n.* 79. & Rot. *in Toletana iuriſdictionis* 27. Ian. 1662. §. *Non abſtat* coram Beuilacqua.

Sub iſta autem cognitione veniunt, non ſolum ea, quæ directè, & immediatè concernunt Sacramentorum adminiſtrationem, ſeù ipſius Curę exercitium, ſed etiam ab eiſdem dependentia, quomodò ſcilicet Sacramenta conſeruentur, vaſa ſacra, Eccleſiaſtica ſupellex, et id genus alia, ſicque etiam quoad dependentia, iuxtà deciſionem 1076. Seraphini *nu. vlt.* et Doctores relatos à Barboſa *de Epiſc. alleg.* 74. *n.* 20. & *ad Conc. Trid. ſeſſ.* 25. de Regul. *cap.* 11. *num.* 15.

Et ex hac ratione omninò verius cenſeo, ſub huiuſmodi iuriſdictione venire etiam illas cauſas quæ circà vitam, et mores verſantur quęque influunt etiam in exercitium Curæ, ac præiudicium ſalutis animarum ob ſcandalum, quod Paſtor plębei ouibus ſuis, quas ſuo exemplo paſcere debet. Non poteſt enim aſſignari congrua ratio, cur Epiſcopus poſſit cognoſcere, et punire exemptum ex eò, quod teneat Calices, et Pyxides parum decenter, vel Sacramenta in loco minus tuto, quorum omnium nihil populo innoteſcit, et quod nequeat cognoſcere, ac prouidere, nè ille incedat perſonatus, nè meretricum domos, vel tabernas cum populi offenſione frequenter; Nam licet delegata iuriſdictio ſit ſtricti iuris, ità quod non compręhendat, niſi expreſſa in reſcripto, *cap. cum ſuper de offic. deleg.* Panurm. *ibidem in princ.* et alibi tamen hoc non procedit in connexis, et acceſſorijs, *cap. Prudentiam* §. *ſexta nobis,* & §. *Si verò de offic.* & *poteſt Iud. deleg.* Panorm. *in cap. cum olim n.* 7. *de reſcrip.* Felin. *in cap veniens* 2. *de teſt. n.* 16. Atque ità elicio ex mente eiuſdem Concilij, & ex Conſt. Greg. ob rationis identitatem. Et cenſuit Sac. Congreg. Conc. 17. Septemb. 1667. in vna *Fauentina,* vbi imitata eſt Magna Tribunalia, quæ ſolent, ac debent potius iuxtà rationes, quam iuxtà doctrinas iudicare. Franch. *deciſ.* 30. *n.* 2. Rot. *deciſ.* 136. *num.* 6. *p.* 7. cum alijs.

Quoad 2. verò partem tenendum eſt, Capellanum, ſiuè Vicarium huiuſmodi in quocumque delicto ſubeſſe Ordinario: Quia Ordinarius in his cauſis habet de iure fundatam intentionem. Rot. *dec.* 78. *num.* 1. & 2. *ac tota p.* 1. *diuerſ.* abſque eò, quod ipſi fuerit præiudicatum per Sac. Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 11. & Conſt. 67. Greg. XIII. §. *Idcircò.* Quoties tamen non concurrant tria requiſita neceſſaria prò exemptione. Quod ſcilicet ſeruitio Eccleſiæ, ſeù alterius loci Militum addictus ſit; Intrà illorum ſepta, & domos reſideat; Subque eorum obedientia viuat. Id quod aduertit Rot. in dicta *Toletana eo* §. *Quibus non aduerſatur,* In pręſenti autem deficiunt duo poſteriora, vel ſaltem vltimum: Nam Vicarius ſæcularis huiuſmodi non viuit ſub obedientia Equitis Commendatarij, à quo poſſit corrigi, & viſitari, dum iſte in longingua regione commoratur, & proindè ſubiacere debet iuriſdictioni delegatæ Ordinarij, Paſſerin. *de homin. ſtat. d. q.* 189. *ar.* 8. *ſub num.* 492. *tom.* 3.

Rurſus, cum præfatus Capellanus non ſit profeſſus in Militia Hieroſolymitana, eſſe non poteſt ſub obedientia Commendatarij, Cocchier. *de iuriſd. in exemp. par.* 1. *quæſt.* 30. ratione muneris, ex quo cura animarum, nec actu, nequè habitu exiſtere poteſt penes Commendatarium,

rium, vti nullum habentem Ordinem Sacrum. In defectum autem huiuſmodi particularis ſubiectionis, firma remanet regula prò Ordinario, Rota *cit. deciſ.*78. *num.* 1. & 2. *par.*1. *diuer.*

Declaratio verò Sac.Congr.Conc.27.Iunij 1665. in vna *Ciuitatis Plebis* exaduerſo producta minus commodè affertur. In illo enim euentu Vicarius deliquerat extrà Diœceſim Ciuitatis Plebis, & proindè mirum non eſt, ſi Sac.Congreg.cenſuit, illum Ordinarium non potuiſſe procedere, & fortè concurrebant conditiones prò exemptione requiſitæ; Illa verò, & apta reſolutio eſt, quæ in fauorem Ordinarij extat in vna *Tranenſi* ſequentis tenoris:

Archiepiſcopus poteſt, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus ex hoc decreto cap.11. ſeſſ.24. de reform. *& ex ordine Greg.III. procedere in criminalibus, & morum correctione contra inſeruientes, & Clericos Militiæ S. Io: Hieroſolymitani in Eccleſia S.Sepulchri d.Diœceſis.*

Ità referunt reſolutum Leo *in theſaur. for. Eccleſ. par.2.cap.*18. *num.*106. & Monet. *de Conſeruat. cap.6. n.*52. & praxis confirmat.

Atque adeò Sac.Congr.Conc.17.Septembr.1667. in eadem *Fauentina* cenſuit prò vtroque caſu; *Capellanum, ſiuè Vicarium huiuſmodi ſubeſſe Ordinario quoad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, ac etiam circà ea, quæ Curatus committeret; vndè ſcandalum oriri, & hoc tam in viſitatione, quam extrà, eundemque Capellanum non habere tertium requiſitum; nempè, quod viuat ſub obedientia; ideòque etiam in alijs cauſis indifferentibus ſubeſſe Ordinario.*

Quod eſt decretum antiquum in eadem, & in *Fauentina* ſub die 28.April.1586. in quo ità habetur.

Capellani ſæculares, qui exercent curam animarum in Eccleſijs Commendarum Equitum Hieroſolymitanorum, ſi non ſunt ex ijs, qui Militiæ Hieroſolymitanæ actu deſeruiunt intrà eius ſepta, ac domos reſident, ſubque Militum eorum obedientia viuunt, ſiuè ex ijs, qui ſecundum eiuſdem Religionis Regulam profeſſionem fecerint in omnibus, perindè ac Parochi Epiſcopo ſubiacent.

An Miniſtri ſeruientes adſcripti, Procuratores, & familiares, qui habitant in Ciuitate, & domum Commendæ Religionis Hieroſolymitanæ, *ſubiaceant iuriſdictioni Ordinarij, tàm in Ciuilibus, quàm in Criminalibus, & mixtis, vigore Conc.*Trid.ſeſſ.24. cap.11.de reform.*& Conſt.Greg.*XIII. §.Idcircò? tom.2.Conſult.22.

Certùm eſt, ſubiacere iuriſdictioni Ordinarij, tanquam Delegati Apoſtolici: quia non habent comulatiuè tria illa requiſita, quæ à Trid. & Greg.*locis allat.*deſiderantur, quorum duo abſque dubio in hac ſpecie deficiunt: Nam habitant in Ciuitate extrà domum Commendæ, nec viuunt ſub obedientia Commendatarij. Et tamen ad hoc, vt non intret exemptio defectus vnicus ex dictis requiſitis ſufficit, Rot. *in Toletana Iuriſdictionis* 27. Ianuar.1662. §.*Quibus non aduerſatur* coram Beuilacqua.

Neque obſtat, quod in huiuſmodi familiares, atque inſeruientes non poſſit Ordinarius authoritate delegata procedere, niſi cumulatiuè, non priuatiuè quoad Superiores Religionis: Nam obiectio forſan procederet in viuentibus ſub obedientia Superioris Regularis; non autem in Sacerdote ſæculari non ſubdito Equiti Commendatori. Item procederet in caſu, quo Superior Regularis non conueniret cum Ordinario; tunc enim iſtius decreta deberent executioni demandari, juxtà deciſionem Pegnæ 26. quam ſequutus eſt Seraph.*deciſ.*1067. *num.*3. Et ita cenſuit Sac.Congr. Conc.17. Septemb.1667. in *Fauentina Iuriſdictionis.*

An Coloni, aliique habitantes in domibus ruralibus Commendæ Hieroſolymitanæ, *ſi deliquerint, poſſint ab Ordinario puniri?* tom.2. Conſult. 23.

Affirmatiuè: Quia iſti in Conſtitut. Gregor. ſimul cum alijs Miniſtris ſeruientibus, & adſcriptis declarantur ſubiecti iuriſdictioni Ordinarij in ſpecie quoad delicta, & exceſſus, de quibus nunc agimus, abſque eo, quod ipſis conuenire poſſit limitatio ibidem adiecta: *Exceptis tamen ijs, qui Eccleſijs, aliſque locis dictorum Militum actu ſeruiunt, & intrà eorum ſepta, & domos reſident, ac ſub eorum obedientia viuunt.* Conſiderandum enim eſt, quod Coloni non viuunt ſub obedientia, nec reſident intrà ſepta, nempè intra Clauſuram; minuſque inſeruiunt Eccleſijs, vel alijs locis Militum; quibus requiſitis deficientibus, vel altero illorum, illæſa remanet Iuriſdictio Ordinarij tanquam Delegati Apoſtolici. Quod etiam reſoluit Sac. Congreg.Conc.17.Septemb.1667. *in Fauentina Iuriſdictionis*, nempè: *Huiuſmodi Colonos, ac alios habitantes in domibus ruralibus Commendæ ſubeſſe Ordinario ijs, quæ ad forum Eccleſiaſticum ſpectant.*

An Epiſcopus poſſit, vti Sedis Apoſtolicæ Delegatus viſitare Eccleſiam Parochialem Commendæ Hieroſolymitanæ, *etiam ſi prætendatur, quod ſit Nullius Diœceſis, vt in territorio ſeparato eum iuriſdictione quaſi Epiſcopali, & in viſitatione decreta edere in concernentibus curam animarum adminiſtrationi Sacramentorum, executionem onerum Miſſarum ex pijs diſpoſitionibus prouenientibus?* tom.2. Conſult.26.

Hac in re illud in primis notandum eſt, huiuſmodi controuerſias inter Epiſcopos, & inferiores Prælatos circà iuriſdictionem, præſertim à Sac.Congr. Conc. Trid. & Apoſtolicis Conſtitutionibus Epiſcopis delegatam, in cauſis Matrimonialibus, & Criminalibus, in collatione Ordinum, & in concernentibus curam

animatum, & adminiſtrationem Sacramentorum, & id genus alia, non conſiſtere amplius in iure, ſed in facto. An ſcilicet conſtet de territorio ſeparato per priuilegium Apoſtolicum liquidiſſimum, vel per immemorabilem canonizatam per rem iudicatam, vel tres conformes, vt animaduertiſſe memini Io: Baptiſtam de Luca celebre fori Romani ingenium in ſuis voluminibus non ſemel.

Equidem, cum Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.23. de reform. cap.10.* prohibeat Abbatibus, alijſque Prælatis inferioribus, licèt exemptis, ac Nullius collationem Ordinum Minorum, & conceſſionem dimiſſoriarum prò Sacris, reſeruetque iu Epiſcopis, Sac. Congr. ſæpè dubitauit: an hoc decreto comprehendantur Prælati, qui habent plenam iuriſdictionem Ordinariam cum territorio ſeparato. Qua diſcuſſione pendente, per modum prouiſionis, ac ſine præiudicio, ſolita fuit committere Epiſcopo viciniori eiuſmodi Ordinum collationem, & ſpeciatim anno 1613. id reſoluit cum Ordinario Carpenſi, committens d. collationem Epiſcopo Mutinæ viciniori in hunc modum:

Reuerendiſſime Pater vti Frater. *Nè ſubditi Archiepiſcopi Terræ Carpenſis Nullius Diœceſis ordinari cupientes, Ordinatore careant*, Sac. Congreg. *Card. Conc. Trid. Interpetr. Amplitudini Tuæ facultatem tribuit, vt donec huius iuris, quod Archipresbyter ad ſe ſpectare ex Apoſtolicis priuilegijs, aliſuè iuribus contendit, cauſa in ipſa Congregatione finem acceperit, eoſdem ſubditos ad primam tonſuram, alioſque Ordines, etiam Sacros, atque etiam Presbyteratus, alias tamen ritè, & rectè, & omnibus requiſitis plenè concurrentibus, promouere poſſit, ſicut eiuſmodi Ordinum collatio perindè valida habeatur, ac ſi ab eorum Diœceſano Epiſcopo eam obtinuiſſent; abſque tamen Archiepiſcopi, atque cuiuſuis alterius præiudicio, atque ità, vt ex huiuſmodi conceſſione ſit prò deſiderio ordinari volentium conſultum, ſed ius cuiuslibet quoad ordinandi facultatem ſaluum, illibatumque permaneat. Romæ 15. Ian. 1613.*

Idque decreuit prò Abb. S. Stephani de Boſco, prò Archipresbytero Altamuræ, & alijs. At eadem Sac. Congr. maturè conſiderans, Concilium loqui expreſsè de Abbatibus alijſque exiſtentibus intrà fines alicuius Diœceſis, ſæpius declarauit, decreta contra Prælatos inferiores edita non comprehendere eos, qui habent territorium ſeparatum, ſuntque veri Ordinarij cum plena iuriſdictione quaſi Epiſcopali; quare dictas ſuſpenſiones, atque commiſſiones reuocauit, & ſpeciatim prò d. Abb. S. Stephani de Boſco ſub 18. Iunij 1652. ac prò alijs ſæpè.

Sed demus aliquandò, quod doceatur per immemorabilem, eiuſmodi Eccleſiam eſſe Nullius, & in territorio ſeparato, cum iuriſdictione quaſi Epiſcopali, adhuc non ſufficeret. Quia requiritur, immemorabilem eſse canonizatam per rem iudicatam, vel per tres conformes, & interim Epiſcopus manutenetur, vt declarauit Sac. Congreg. Conc. in *Vulturarienſi* die 5. Iunij 1655. per hæc verba: *In cauſa Vulturarienſi inter Epiſcopum Vulturarienſem, & Priorem Baruli Religionis* Hieroſolymitanæ *Sac. Congr. &c. cenſuit, vtraque parte informante, Epiſcopo Vulturarienſi competere ius approbandi Confeſſarios in Eccleſijs Prioratus Baruli Religionis* Hieroſolymitanæ *nec non benedicendi, & reſpectiuè licentiam impertiendi Prædicatoribus in eiſdem Eccleſijs concionantibus, donec conſtiterit per rem iudicatam d. Prioratum eſſe Nullius, & habere territorium ſeparatum cum iuriſdictione quaſi Epiſcopali.*

Dum igitur Eccleſia huiuſmodi eſt intrà fines Diœceſis, dubitari non poteſt, quin Epiſcopus habeat ſuam intentionem fundatam illam viſitandi, nèdum ex diſpoſitione iuris communis per tex. in *cap. de Xenodochijs de Relig. Dom.* Rot. *deciſ.166. nn.1. par.4. diuer.* Sed etiam ex diſpenſatione Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.7. cap.8. & ſeſſ.21. cap.8. de reform.* etiam quod eſset exempta, & Nullius Diœceſis, *ſeſſ.24. cap 9. de reform.* & tradunt Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.3. cap.40. in fin.* Merlin. *deciſ.101. n.5. & deciſ.396. n.3. par.1. rec.* Et prò Eccleſia Parochiali Hieroſolymitana firmat Rota *in d. deciſ.396. n.5.*

Idque tandem perſpicuè expreſsit Sac. Congreg. Conc. in *Vulturarien.* 24. Febr. 1652. in qua cenſuit, Epiſcopum Vlturarien. potuiſse, vti Sedis Apoſtolicæ delegatum viſitare Eccleſiam Parochialem S. Mariæ Terræ Alberonæ Religionis Hieroſolymitanæ, & in viſitatione decreta edere in concernentibus curam animarum, adminiſtrationem Sacramentorum, implementum onerum Miſsarum ex pijs diſpoſitionibus prouenientium, illaque eſse exequutioni demandanda, Quod verò ad reſtaurationem Eccleſiæ præfigendum eſse ab eodem Epiſcopo authoritate huius Sac. Congr. terminum competentem Priori eiuſdem Eccleſiæ, quod ſi infra d. terminum reſtaurationem diſtulerit, certiorandam eſse eandem Sac. Congregationem, quæ opportunè tunc prouidebit.

Et inter alia decreta emanata in Viſitatione Sacrorum Liminum anno 1654. ſub die 13. Ian. extat infraſcriptum, videlicet:

Prò cura animarum Terræ Alberonæ iniungit Priori Ordinis Hieroſolymitani, *vt & Vicarium perpetuum prò ea deputet, & congruam eidem ſuſtentationem aſſignet. Et ſi d. Prior in facultatibus habeat, vt Vicarius huiuſmodi excommunicare poſſit, & interdicere, talem ſtudeat* Sacerdotem *ibidem ordinare, qui doctrina, & diſcretione idoneus prudenter ſciat vti huiuſmodi iuriſdictione.*

Quæ omnia tertiò confirmauit 7. Ianuarij 1663. in eadem Vulturarien. in qua dixit, ſtandum eſſe in decretis, monendumque Epiſcopum, nè ſe ingerat in ijs, quæ non pertinent ad curam animarum, prout & nos monitum eſse volumus.

Et

Et in vna *Perusina*. Epiſcopo. Sacr. Congregat. Epiſcop.

Eſſendoſi conſultato il negotio con la Congregatione del Concilio, ſi dice à V. S. che le Chieſe Curate ſottopoſte in qualſiuoglia modo alla Religione Geroſolimitana in coteſta Diocese, poſſono eſſere viſitate da lei, come Ordinario in ijs, quæ pertinent ad exercitium, & curam animarum, *come vuole il moto proprio di Pio V. le quali parole ſi hanno da intendere, che non ſolo può viſitar il Curato circa la ſufficienza in amminiſtrare il Santiſſimo Sagramento, il quale trouato inhabile può leuare, mà anche i Sacramenti ſteſſi, e vedere ſe ſono tenuti con quella decenza, e nel luogo, che ſi conuiene. Può anche V. S. far riſtaurare la Chieſa, vedendo, che non ſia decente, e commoda per l'amminiſtratione ſudetta, e le altre coſe, che hanno dependenza con eſſa amminiſtratione, come paramenti Sacerdotali, Baldacchino per portare la Santiſſima Eucariſtia à gl'infermi, & altre coſe ſimili à queſto fine. Et occorrendo la vacanza di queſte Chieſe, il Caualiere deue preſentare vn Sacerdote idoneo à V. S. che l'iſtituiſca, e mentre egli prouede à queſto, ella vi metterà vn Vicario, che eſerciti la cura dell'anime, & aſſegnerà breue termine al Caualiere di preſentare detto Sacerdote idoneo, paſſato il qual termine, ella prouederà al beneficio, ſecondo la natura di quello in titolo perpetuo, ò amouibile. Del reſto V. S. douerà oſſeruare i priuilegij conceſſi nel detto moto proprio, come ſtanno ad litteram chiaramente. Di* Roma 11. *Gennaro* 1578.

Et Epiſcopo Papienſi eadem Sac. Congr. *Il medeſimo Veſcouo può inuentariare, e viſitare le coſe ſagre, e diſtinate all'amminiſtratione de' Sagramenti. Del meſe di Agoſto* 1681.

De Lucenſi Collegiata S. Michaelis iuriſpatronatus exempta à fundatione, & dotatione quæſitum eſt: an per *cap.* 8. *ſeſſ.* 7. *de reform.* viſitari poſſit ab Ordinario? Et dicendum, poſse, non tanquam ab Ordinario, ſed tanquam à Sedis Apoſtolicæ delegato. Hinc etiam orta differentia inter Archiepiſcopum Tranenſem, & Sypontinum ſuper Eccleſia ſæculari S. Iacobi Terræ Baruli Tranenſis Diœceſis, quæ repetitur per viam vnionis ſubeſse Eccleſiæ Sypontinæ, Menſe Octobris 1581. cenſuit Sac. Congreg. Archiepiſcopum Tranenſem, tanquam Ordinarium poſſe eam viſitare, præſuppoſito, quod ſit exempta, ex *d. cap.* 8. *praced. cap.* 7. Similiter poſſe Parochos, qui in eadem curam animarum gerunt examinare, *cap. per extractionem de priuil. lib.* 6. & *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. Item, quod examinare debeat præſentatos ad d. Capellas, *cap.* 13. *ſeſſ.* 7. & *cap.* 9. *ſeſſ.* 25. Item, quod Clerici Tranenſis Diœceſis d. Eccleſiæ ſeruientes promoueri non poſſint ad Ordines ab alio Ordinario, quam Tranenſi, vel de eius licentia, *cap.* 10. *ſeſſ.* 25. Item quod Clerici d. Eccleſiæ curam animarum gerentes Synodo Tranenſi accedere tenentur, *cap.* 13. *ſeſs.* 25. *de Regul.* Item, quod Archiepiſcopus Tranenſis eoſdem Clericos S. Iacobi punire, & corrigere poſſit, etiam extrà viſitationem, vti Sedis Apoſtolicæ Delegatus *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. Item, quod nullus in eadem Eccleſia confeſſiones audire poſſit, niſi ab Archiepiſcopo Tranenſi examinatus, & approbatus exiſtat, *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. Item, quod Clerici S. Iacobi non poſſint publicare indulgentias, *cap.* 9. *ſeſſ.* 21. neque monitoria, & excommunicationes concedere, *cap.* 3. *ſeſſ.* 25. Neque alia animarum curam concernẽtia facere *d. cap. per exemptionem*, vbi Gemin. *num.* 5. & Franc. *num.* 3. *de priuil. in* 6. Ratio eſt: quia, cum d. Eccleſia ſit in Diœceſi Tranenſi, Archiepiſcopus Tranenſis habet fundatam intentionem ſuam, vt ipſe ſit illius Eccleſiæ Ordinarius, *cap. cum Epiſcopus de offic. Ordin. lib.* 6.

In *Cremonenſi*. Per eundem *tex. cap.* 8. *ſeſs* 7. cenſuit Sac. Congr. poſſe Epiſcopum viſitare Præpoſitum, qui ab immemorabili tempore prætendit ſe ſubiectum S. Sedi Apoſtolicæ, & receptum ſub protectione B. Petri, iuxtà *cap. ſi Papa de priuil. in* 6. Quia tex. in locis ſupracitatis dat hanc facultatem Epiſcopis, etiam vt Sedis Apoſtolicæ Delegatis, non obſtantibus conſuetudinibus, etiam immemorabilibus. Die 1. April. 1574.

In *Lucana*. Epiſcopus viſitare poteſt omnes Parochiales ſuæ Diœceſis, in quibus ſunt Sacerdotes ſæculares, licet Eccleſiæ ſint Regularibus ſubiectæ.

In *Veronenſi*. Exemptibus in caſibus in quibus Concilium eis abſolutè non ademit iuriſdictionem, ſed tantum, ſi Ordinarij velint, Ordinarijs volentibus, poſſunt illam exercere. Quandò verò Concilium abſolutè ademit, & Epiſcopis præcepit, vt ipſi ſoli exerceant, non poſſunt exercere, etiam Epiſcopis volentibus.

In *Salernitana*. Per d. decretum *cap.* 8. *ſeſſ.* 7. non permittitur Ordinarijs viſitare Eccleſias Regularium, licet Monaſterium Regularium non ſit ſubiectum alicui Epiſcopo, ſeù Patriarchæ, nihilominus beneficia curata d. Monaſterio vnita ſunt viſitanda ab Epiſcopo loci, in cuius Diœceſi ſunt, & non ab eo, cui ſubeſt Monaſterium.

An pueri ætate legitima minores ex diſpenſatione tamen à Religione Hieroſolymitana recepti, & cum fide receptionis, ad paruam auream Crucem admiſſi, quique viaticum conſuetum exoluerint, ad hoc, vt ætate ſuperueniente ad 25. *vſque annum, poſſint Nouitiatum agere, ac Regularem profeſſionem emittere, eo medio tempore, fori priuilegio fruantur?* tom. 2. Conſult. 43.

AFfirmatiuè. Quia quicumque in ſacra Religione Hieroſolymitana ſunt recepti gaudent priuilegio fori, quamuis non habeant ætatem ad peragendum Nouitiatum requiſitam, Ambroſ. Marchin. Archiep. Calagur. *in reſol. prò Ord. Milit. art.* 6. *n.* 58. vbi quod reputan-

tur Eccleſiaſtici, & gaudent ptiuilegio tàm Canonis, quàm ſori. Idem aſſerunt Peregr. in *conſt. par. 2. cap. 5. lit. R. §. 6.* Ricc. *in pr. cap. 4. reſol. 243. num. 3.* & alij. Et quidem huiuſmodi impuberes pertinent ad perſonas exemptas: quia ſunt deſtinati ad habitum religioſum, & in via ad ipſum ſuſcipiendum, vt alibi diximus, ſuntque verè, ac legaliter admiſſi ad Religionem, & proindè, licèt non ſint propriè Nouitii, quatenus non ſunt intrà annum probationis; ſunt tamen coapti ad communicandum cum Religione, & verè Deo dicati.

Id quod faciliùs affirmandum eſt: qnia hic articulus ſub anno 1626. in Sac. Congr. Immun. affirmatiuè decisus fuit prò Equite Arconati, qui tertiò anno ætatis ſuæ ſuerat in bac Religione cum diſpenſatione receptus: quæ reſolutio, licèt in caſu particulari, nihilominus habet vim legis vniuerſalis. Sales *de legib. tr. 14. diſp. 21. ſect. 12.* Narb. *de appell.* Vic. *ad Epiſcop. p. 1. n. 189.* & alij.

Et confirmatur: quia iſti impuberes antequam recipiantur, faciũt nobilitaris legitimas brobationes, ſoluunr Religioni ſolitum, ceù dicunt, panagium, litteraſque patentes receptionis, ac licentiam deſerendj Crucem auream recipiunt, & ſic efficiuntur de corpore ipſius Religionis, ac fiunt Eccleſiaſtici; cum tamen ad effectum gaudendi priuilegio ſori ſufficiat etiam ſola habitus aſſumptio, Barboſ. *in remiſſ. Doctor. ad l. Luſit. lib. 2. tit. 12.* vbi in Hiſpanijs deciſum teſtatur, ac Ricc. *in pr. to. 4. reſol. 250. n. 2. & 3.* Imò ſola animi deſtinario. Peytin. *in addit. ad Conſt. Sixti 4. cap. 3. ſub n. 3.*

Neque obſtat, quod non ſunt in Conuentu, & in Clauſura, nam in his terminis affirmatiuè reſoluit Sac. Cong. Immun. in prædicta cauſa Eqnitis Arconati: qnia ſufficit, quod deferant habitum Religionis abſque clauſura, cum Religio Hieroſolymitana clauſuram non requirat, vt in hac ſpecie Carleual. *lib. 1. tit 1. diſput. 2. quæſt. 6. ſect. 3. ſub nu. 442.* Nouat. *quæſt. for. 42. num. 7. lib. 1.*

An Serui Equitum Hieroſolymitanorum gaudeant priuilegio fori? Vide tom. 2. Conſult. 51. num. 14. de Immunitate.

AFfirmatiuè cenſuit Sac. Congreg. Immun. in Aquilana die 10. April. 1628.

An Equites Portugalliæ priuentur priuilegio fori, & immunitatis à vectigalibus, ſi bigamiam contraxerint? tom. 2. Conſult. 61.

CEnſeo, non ptinari, quod ipſi Equites connumerentur inter perſonas Eccleſiaſticas, & ſic gaudeant prinilegio ſori, & immunitatis, quemadmodum gaudent aliæ Militiæ, conſtat ex Conſtit. 32. Greg. XIII. & tradit Mandoſ. *ad reg. Cancell. 16. quæſt. 51. num. 2. & 4.* Garz. *de beneſic. par. 1. cap. 4. num. 8. & ſeqq.* vbi quod, quamuis ex habitu videantur laici; nihilominus ſunt verè perſonę Eccleſiaſticę, & *n. 13.* & quod non per extenſum, ſed quia verè tales ſunt: Atque adeò, quod gaudeant iiſdem priuilegiis, & immunitatibus non ambigitur: tum ex Conſtitutionibus Pontificum: tum quia ità reſpondit Sac. Congr. Immun. tàm reſpectu fori, quàm immunitatis Eccleſiæ *in vna Tudertina* 23. Nouemb. 1647. Et cum ipſi Equites militent ſub Regula S. Auguſtini, quæ eſt ex Mendicantibus, eximuntur etiam ab oneribus, pedagijs, & huiuſmodi. Confect. *de priuil.* & Mandoſ. *in Conſtit. 2. Pij V.*

Non obſtat, quod ſint bigami, in quibus Conſtitutiones non loquuntur, & ſic neque gaudent priuilegijs: nam ſatis eſt, quod ex dicta qualitate, ſeù bigamia priuilegia non limitantur, neque tolluntur, & ſic cum dicta priuilegia concedantur Militi, eò ipſo quod potuit eſſe, atque actù eſt Miles, per conſequens gaudebit priuilegijs omnibus, quibus gaudent alij Milites, ſicuti eò ipſo quò quis efficitur Clericus, conſequitur omnia priuilegia, quæ competunt Clerico, alias ſeparatur qualitas à ſubiecto, & accidens à ſubſtantia. Neuiz *conſ. 87. num. 14.* Gratian. *cap. 418. n. 12. & cap. 460. n. 26.*

1 *An Parochi Religionis Hieroſolymitanę curam animarum ſæcularium exercentes, in ijs, quæ dictam curam, & Sacramentorum administrationem concernunt, ſubſint abſolutè viſitationi, correctioni, & iuriſdictioni Epiſcopi?*

2 *An Epiſcopus præfatorum Parochorum Eccleſias viſitare poſſit, & ab ipſis procurationem exigere?*

3 *An ius deputandi, & amouendi huiuſmodi Parochos in Eccleſijs dependentibus, vel annexis Præceptorijs, ſiuè Commendis eiuſdem Religionis liberè competat ipſis Commendatariis, ſeù Præceptoribus, reſeruata ſolummodò Ordinario loci facultate eos examinandi, & approbandi?*

4 *An poſſit Epiſcopus Presbyterum, quem tanquam idoneum ad curam alicuius ex prædictis Eccleſiis approbauit, iterum nouo examini prò eadem cura ſubiicere?*

5 *An prædicti teneantur ad contributionem Seminarii, & Cathedratici, ſiuè Synodatici, & Charitatiui ſubſidii?* Et

7 *An teneantur accedere ad Synodum?* tom. 3. Conſult. 58.

AD 1. Affirmatiuè vt ſatis reſponſum eſt ſupra, præcipuè tom. 2. Conſult. 21. & 26.

Ad 2. Poſſe, vt ibidem dictum eſt, ſed abſque vlla procuratione. Ità Pius V. Coſt. 136. incip. *Expoſcit*, & declarauit perſæpè Sac. Congreg. præſertim in vna *Peruſina* 11. Ianuar. 1578. & in vna *Senenſi* 8. Martij; Conſtitutio verò Pij V. non habet locum, quandò Ordinarius in conceſſione Eccleſiæ facta Hieroſolymitanis, ſibi & ſucceſſoribus ſuis ius procurationis expreſsè re-

re-

Digitized by Google

re ſeruaſset, vt declarauit eadem Sac.Congreg. in *Eluen.*27.Iulii 1604.

Ad 3. Tenendum eſt, quod, ſi d. Parochi non ſunt perpetui, ſed tantum amouibiles, prout regulariter ſolent eſſe in Eccleſijs, de quibus agitur, iuxtà Conſtitut. Pii IV. *§.67.* per eum debent amoueri, à quo deputantur; ità tamen, quod non prohibentur Epiſcopi), eos amouere, quos ad curam exercendam minus idoneos repererint, ſeruata forma præfatæ Conſtitut.136. Pij V.

Ad 4. Nulla poteſt fieri difficultas, quandò Epiſcopus huiuſmodi Parochos à Commendatariis deputatos ſimpliciter apdrobauerit, prout quatenus abſolutè idonei ſint ab eo ſimpliciter approbandos eſſe cenſuit Sac.Congreg. Conc. in vna *Auguſtana* ſub die 14. Decemb. 1630. Non tamen controuertitur, quin ſi noua legitima cauſa ſuperuenerit, propter quam ſecundum rationabilem iudicium dubitari poſſit de eorum habilitate, tunc poſſit Epiſcopus eos iterum, atque iterum examinare; ſecus autem ceſſante huiuſmodi cauſa, vt diffusè alibi præſertim in *cit.tom.* 2.

Ad 5. Reſp. à Cathedratico, ſiuè Synodatico, & Charitatiuo ſubſidio Eccleſias Regularium eſſe exemptas, etiam de iure communi *cap.*1. *de Monach.*Rot,apud Cenc. *addit.decis.*110. *nu.*2. Et etiam Parochias, quæ ſpectant ad Religionem Hieroſolymitanam, vt declarauit Sacra Congr.Epiſc. in *Aſcalana* 11.Iul.1581.

Ad 6. Exemptio non accedendi ad Synodum eſt contra decretum Sac.Conc.Trid. *ſeſſ.*24. *cap.*2. *de reform.* vbi expreſsè decernitur, quod omnes etiam exempti, qui aliàs ceſſante exemptione, intereſſe deberent, accedere teneantur ratione Parochialium; aut aliarum ſæcularium Eccleſiarum, etiam annexarum, Rot.coram Seraphino *deciſ.* 190.*per totam*; cum enim huiuſmodi Eccleſiæ ſint de Diœceſi, debent eorum Rectores accedere, *cap. quod deſuper de maior.* & *obed.* Fruſtraque viſitarentur; niſi prius in Synodo monerentur, & de agendis inſtruerentur ex eodem Trid.*ſeſſ.*24.*cap.*9.& eius Sac,Congr. 18. Auguſti 1589. Vndè cum die 21. Martii 1594. Epiſcopus Bituntinus conſuluiſſet Sac. Congreg.an ex d.decreto Sac.Conc.tenerentur Monachi Oliuetani cuiuſdam Monaſterii, cui reperitur annexa quædam Eccleſia ſæcularis ſimplex? Sac. Cong. reſpondit, non teneri, ſi Eccleſia eſt ſimplex, nec accedere, nec aliquem eorum nomine mittere. Sed ſi eſt Parochialis teneri eum, qui curam exercet ad Synodum accedere.

De funeribus Equitum Hieroſolym. *decedentium extrà Clauſtra, & quid ſi ſepulturam elegerint Malta.* Vide de Funer.tom.4.Conſult.199.

An Milites Religionis Hieroſolym. *ſint verè Religioſi?* tom.5.Conſult.12.

OMninò dicendum eſt, hos milites Clericos veros, & Religioſos eſſe *arg.cap.*50. *de ſent. excom.* Vaſq. *illuſtr. contron cap.*105. *n.*49. Decian.*conſ.*51. *n.*9 *vol.*3. Dauth.*de teſt.pr. n.*178. *in fin.* ac innumeri alii, & communiter Doctores, Theologi, ac Canoniſtæ, Rot.*deciſ.*177.*n.*1. apud Farinac. *p.*1.*rec.*& coram Puteo *dec.*382. *num.*2 *lib* 1. & coram Greg.XV. *dec.*87. *nu.*2. ac alibi ſæpè. Tum, quod Religio Militum Hieroſolym. eſt vera Religio: quia emittunt tria vota eſſentialia, Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, quæ conſtituunt ſubſtantiam Religionis, vt conſtat ex formula profeſſionis ipſorum in *lib. ſtabilim. tit.*2. *conſuet. ſeù ſtabilim.*1. Tum quod gaudeant Clericorum Priuilegis. Dec.*conſ.*51. *nu.*9. *vol.*5. & ſub B. Auguſtini Regula conſtituti ſint, bona, & titulos Eccleſiæ poſſideant, dignitatemque Eccleſiaſticam habere dicantur. Pariſ. *conſ.*44. *per tot. vol.*4. Pacian. *de probat. lib.*2. *cap.*34. *num.*98. Tum, quod Eccleſiaſticæ, non ſæculari ſubiaceant poteſtati; Caſſan. *de glor. mun. p.*9. *in* 4. *conſid.* Tum denique, quod in eorum ſucceſſione ſit ordo, vt Eccleſia proximis præferatur agnatis, *auth. ingreſſi C.de Sacroſ. Eccleſ.* ſecundum quam alias iudicatum eſt defuncti Militis Hieroſolymitani hæreditatem non ad familiæ hæredes, ſed ad Supremum Ordinis Magiſtrum pertinere.

Atque hinc eſt, quod emittens votum Religionis ſatisſaciat, aſsumendo habitum horum Militum. Aragon.2.2.*de iuſt.* & *iur.quaſt.*88. *art.*11. Azor.*par.*1,*lib.*13. *cap.*4.ac alij.

An Milites S.Iacobi de Spatha, Calatrana, & Alcantara, qui emittunt tria vota Religionis, gaudere debeant priuilegio fori quoad perſonas, & immunitate ab oneribus quoad bona? Vbi quid de Equitibus Hieroſolymitanis, *S.Stephani, Militia Chriſti S.Mauritij, & Portugalliæ?* tom.6.Conſul.72.

TEnendum eſt, huiuſmodi Milites connumerandos eſſe inter perſonas Eccleſiaſticas, ſi, & quatenus profeſſionem expreſſam emiſerint. Atque ita declarauit ſæpius Sac. Congr. Immun.præſertim in *Reatina* 5. Martij 1652. prò Michaele Vincentio Equite S. Iacobi, quibus adiicio has declarationes.

Equites Heroſolymitani gaudent immunitate iuxtà eorum priuilegia. Sac. Congreg. Immun. In Nouarienſi 28.*Martij* 1626.

Gaudent exemptione prò bonis patrimonialibus. Eadem In Tudertina 19. *Ianuar.*1638.

Gaudent immunitate à collectis, & gabellis, exceptis ijs, in quibus comprebenduntur à Sede Apoſtolica. In Antonitana 13.*Iulii* 1637.

Nouitij huius Religionis gaudeat priuilegio fori. In Meliten. 12.Ianuar.1649.

Noa

Non comprehenduntur in contributionibus, niſi fuerint in ſpecie expreſſi. In Cęſarauguſtana 20. *Iunij* 1671.

Equites *S.Stephani gaudent immunitate à collectis, & alijs oneribus*. In Mantuana 27. *Nouemb.* 1626. & 19. *Aprilis* 1627.

Gaudent exemptione, à quibuſuis impoſitionibus. In Vrbeuetana 24. *Ianuar.* 1646.

Equites Militię Chriſti gaudent exemptionibus in eorum priuilegiis expreſſis & à Sede Apoſtolica confirmatis. In Reatina 10. *Febr.* 1632.

Gaudent priuilegio fori. In Aſſiſien. 28. *Februarij* 1640.

In eorum erectione non requiritur Exequatur Regium, ſed ſufficit authoritas Apoſtolica. In Salernitana 11. *Iunii* 1627.

Equites S.Mauritii *gaudent immunitate prò bonis patrimonialibus*. In Aſſiſien. 13. *Auguſti* 1626.

Gaudent immunitate quoad bona Commendæ. In Camerinenſi 13. *Auguſti* 1647.

Gaudent immunitate ab oneribus. In Tudettina 7 *Maii* 1651.

Gaudent priuilegio fori. In Neapolitana 10. *Septembris* 1629.

Equites Portugallię gaudent priuilegio fori, & exemptione Eccleſiaſtica. In Tudettina 12. *Nouembris* 1647.

1 *An Milites Regulares ſint capaces penſionum Eccleſiaſticarum? Et*

2 *An per exercitium iuriſdictionis ſæcularis, abſque tamen ſententia ſanguinis, penſionem amittant?*

3 *Et quid, ſi ſententiam ſanguinis cum effectu pronunciauerint?*

4 *Quidue ſi damnatus ad mortem veniret in poteſtatem Curiæ, & morte afficeretur?* tom.7. Conſult 72: & *de Penſion.* tom.2 Conſult.2.

AD 1. Affirmatiuè; Quia licet non ſint Clerici, ſunt tamen perſonæ Eccleſiaſticæ, vt in proxima Conſultatione probauimus. Et declarauit Sac.Cong. Conc. 10. Decemb. 1600. vt ſequitur,

Sac.Congreg.Conc.cenſuit, Milites Regulares Militię S.Iacobi, & Spathæ, aliosque huiuſmodi non emittentes omnia tria vota ſubſtantialia, videlicet paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ eſſe capaces beneficiorum ſæcularium, ſiuè ſimplicium, ſiuè curatorum, ac etiam penſionum.

Ad 2. & 3. Negatiuè: Quia communis ſententia tenet, quod irregularitas non habeat locum quandò effectus non ſequatur; Nam fundamentum huius irregularitatis eſt homicidium; Siquidem homicidium, licet iuſtum, infert defectum lenitatis; Si ergò defecit fundamentum, non habet locum irregularitas; Vndè neque habet locum irregularitas ex delicto ob homicidium, niſi ſequatur effectus. Hiſten. *in cap. ſignificaſti de homic.* vbi Soccin. *nu.* 4. Syluest. *v. homicidium num.* 3. & alij multi, & communiter.

Quin etiam ſi eſſet Clericus, & non ſolũ dictaſſet ſententiam ſanguinis, ſed etiam eſſet verus homicida; non idcircò penſione priuaretur: quia Doctores, & iura agentia de hac materia ſeper loquuntur de beneficijs Eccleſiaſticis, non de penſionibus reſeruatis ſuper prouentibus beneficiorum. Certum eſt autem in materia odioſa, qualis eſt cauſa priuationis, appellatione beneficiorum non venire penſiones. Creſcen. *deciſ.* 296. *alias deciſ.* 14. *tit. de re indic.* Pegn. *dec.* 311. *num.* 39. & *ſeq.* Vndè neque in Conſtitutione pœnali priuante, vel inhabilitante continerè penſionem nomine beneficij tenent expreſsè Nauar. *conſ.* 12. *num.* 26. & declarauit Sac. Congreg. Conc. in ſequenti declaratione.

Propoſito dubio: *An homicida voluntarius, eiuſque Socius poſſit obtinere, & obtentas retinere penſiones abſque diſpenſatione, non obſtante* cap. 7. ſeſſ. 14. *quod de beneficijs tantum loquitur? Die* 11. *Iul.* 1577. Sac.Congreg.Conc. *omnium ſententijs cenſuit* d.cap.7. *non comprehendi penſiones; Tamen faciendum verbum cum Sanctiſſimo, et in memoriam reuocandum, quod Cancellaria in Bullis dicit, cum retentione quorumcumque beneficiorum alias compatibilium, et penſionum. Referentibus die* 19. *Iul.* 1577. *Cardinalibus* Marono, *et Alciato, Sanctitas Sua non habuit prò bono argumento, quod Cancellaria ità exprimat. Id enim fit ad maiorem declarationem; Tamen dixit in materia fauorabili, vt illa priuilegij fori appellatione beneficii venire penſionem; non autem in materia odioſa. Die* 8. *Auguſti* 1577. *Congreg. Generalis, cum hæc eſſent relata, dixit, ſeruandam eſſe hanc doctrinam, & ità reſcribendum.*

Quod præcipuè procedit in huiuſmodi Militibus, vt decidit Rota in *Tiraſonenſi penſionis* coram Seraphino 11. Decembr. 1570. ea ratione, quia Milites regulares non comprehenduntur in odioſis.

Quo verò ad priuilegium fori Sanctiſſimus audita relatione Congregationis die 18. Decembr. 1576. declarauit, penſionarium cenſeri beneficiatum ad effectum gaudendi priuilegio fori Eccleſiaſtici, de quo Concilium loquitur, idque duabus rationibus. Primò, quia Cancellaria habet penſionarium prò beneficiato; vndè vult exprimi in Bullis penſiones, ſicut beneficia, vt alibi dictum eſt. Secundò quia Pius V. Conſtitutione ſua coegit penſionarium ad recitandum Officium ſaltem Beatæ Mariæ. Quarè poſteà Sac. Congr. conſulta: An Clericus primæ Tonſurę, qui in habitu incedit, haberque tanquam Clericus penſionem, ſed non beneficium, nec Eccleſiæ iuſſu Epiſcopi deſeruit, gaudeat priuilegio fori? Cenſuit gaudere ad inſtar obtinentium beneficium.

Ad 4. Videtur effici irregularis: quia tunc punitur effectus, atque adeò irregularitas. Verum exiſtimo, quod neque tunc fiat irregularis, ſi prò inferenda morte ſit neceſſarius nouus proceſſus, & noua ſententia, quæ ſe non habet in genere efficientis reſpectu mortis, ſed

in

in genere obiecti qualificantis reum, reddentis dignum morte. Idem quoque cenſeo, ſi per ſententiam damnatus ad mortem contingat, tanquam proſcriptus, interfici ab aliquo tanquam Miniſtro iuſtitiæ; niſi vltrà ſententiam, qua adiudicatus fuit morti, ſequatur etiam ſententia proſcriptionis, & ſolum in virtute huius proſcriptionis interfici poteſt.

Aliqua de Equitibus Hieroſolymitanis, quoad ſubiectionem Ordinario. Vide de Regulat. tom. 7. Conſult. 68.

An Religioſi Ordinum Militiarum, qui exercent curam animarum, iiſdem Ordinibus annexam, apponi, ac remoueri ſoliti ad nutum ſuorum Magni Magiſtri, faciant tuta conſcientia fructus ſuos, inſpecto. Sac. Conc. Trident. cap. 1. ſeſſ. 23. de reform. *quandò dimiſſo ſubſtituto, ab eorum Magno Magiſtro de eius licentia, & mandato alibi inſeruiant Ordini?* tom. 8. Conſult. 29.

Affirmatiuè. Quamuis enim Sac. Conc. *loc. cit.* iniungat onus reſidendi habentibus curam animarum ſub pœna etiam amiſſionis fructuum; hoc tamen non procedit, dum ipſi ex cauſa ab Ordinario cognita, & approbata abſunt, dimiſſio Vicario pariter per Ordinarium approbato, aſſignata competenti mercede. Igitur ſi Rectores Parochialium illius in titulum retinentes tempore abſentiæ de licentia Epiſcopi, faciunt fructus ſuos, eò facilius hoc affirmandum eſt in iſtis Vicarijs amouibilibus habentibus exercitium Curæ, abſque titulo, & inſtitutione ſeruitoribus, etiam nuncupati, ſolitis. Seraph. *dec. 923. in princ. & Hiſpalen. iuris amouendi Curatos* 21. Iun. 1641. coram Peuringerio.

Non officit, quod Conc. loquatur de licentia concessa per Ordinarios, cum ſub tali nomine, ad effectum, de quo agitur, veniant etiam Abbates, atque alij iuriſdictionem habentes. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 53. num. 95. & 96. par. 3.* & conſequenter ſuffragatur etiam huiuſmodi Magnis Magiſtris, omnimodam iuriſdictionem habentibus, vt ex eorum priuilegijs.

An Conſtitutio Vrbani VIII., quæ incip. Secretis æternæ prudentiæ conſilijs *edita* 11. *Decembris* 1624. *qua ſtatuitur, Italos Clericali charactere inſignitos cum falſis dimiſſorijs ab alieno Epiſcopo fori priuilegio minimè gaudere, & ſæculari iuriſdictioni plenè in omnibus ſubiacere, comprehendat etiam Melitenſes?* tom. 8. Conſult. 37.

Dicendum, Conſtitutionem non comprehendere Melitenſes. Primò, quia Inſula Melitæ eſt extrà Italiam, vt ex Chirographia apparet, & declarauit Sac. Rota *par. 11. recent. deciſ. 327.* Si igitur eſt extra Italiam, & Pontifex ſolum Italos priuare intendit priuilegio fori, quandò cum falſis dimiſſoriis ad ſtatum Clericalem promouentur; certum eſt in dicta Conſtitutione Melitenſes minimè comprehendi.

Secundò: Quia in dicta Conſtitutione nulla ſit mentio de Inſulis adiacentibus, inter quas dubium eſt Melitam comprehendi, nec habetur aliquod ſignum vniuerſale, vt *omnis*, ſeù *vniuerſa &c.* adeòque cum diſpoſitio limitata, limitatum patiatur effectum, vt in *l. in Agris 6. de acquir. rer. dom.* dicendum videtur, prædictam Conſtitutionem non comprehendere Melitenſes, de quorum comprehenſione dubium etiam eſſet, ſi de Inſulis adiacentibus mentio expreſſa fieret.

Tertiò: Quia Conſtitutio illa eſt inflictiua pęnæ, vti patet, ac proindè odioſa, pœnæ verò ſunt reſtringendæ, & Melita in odioſis non venit ſub nomine Italiæ, Tambur. in ſuo method. Confeſſ. *lib. 3. cap. 7. num. 16. & lib. 7. de ordinat. cap. 8.* Ideòque cum nulla expreſſa adſit declaratio, Sac. Congreg. Conc. aut Immun. de Inſula Melitæ ſpeciatim loquens, de qua mihi non conſtat, dicendum exiſtimo, in dicta Conſtitutione non comprehendi Melitenſes.

Quod ſi certum non erit, dictam Conſtitutionem non comprehendere Melitenſes, erit ſaltem probabile. In dubio autem ſtandum eſt prò Reo, & immunitate, & ad pietatem propenſum iudicium Iudex habere debet, vt poſt Bald. *conſ. 26. in fine lib. 1.* docent Tuſc. *tom. 6. concluſ.* 447. Santarell. & alij.

An, & quatenus Græci Schiſmatici poſſint fieri captiui, & ſuis bonis ſpoliari à Chriſtianis, præſertim à Triremibus Religionis Hieroſolymitanæ? Vide de Hæret. tom. 8. Conſul. 99.

1 *An, & quatenus Epiſcopus poſſit declarare excommunicatum Equitem Hieroſolymitanum, ex eo, præcipuè, quod extractioni Rei ab Eccleſia Religionis Hieroſolymitanę ſe oppoſuit in caſibus exceptis à Conſtitutione Gregoriana, eãdemque Eccleſiam interdicto Eccleſiaſtico ſupponere? Et*

2 *Quid de Equite S. Iacobi, qui in loco publico Vicarium Generalem Epiſcopi in exercitio ſuæ iuriſdictionis verbis iniurioſis affecit?* tom. 9. Conſult. 52.

Ad 1. Tenendum omninò eſt, in delictis certis, ac notorijs, prò quibus in iure feruntur cenſuræ, poteſt Epiſcopus procedere contrà Equites Hieroſolymitanos, & quoſcumque alios exemptos, non obſtante defectu iuriſdictionis. Nam in his caſibus non agitur de excommunicatione inflicta ab homine, ſed à iure, ad cuius declarationem poteſt Epiſcopus procedere, etiam contrà illos exẽptos, qui expreſſum habent priuilegium, nè poſſint cenſuris inundari, per tex. *in Clem. 1. de priuil.* Ibique Zabarell. Abb. & alij. Eamque ſententiam maturè diſcuſſo articulo, inhęrendo pluribus

alijs

alijs declararionibus æditis, præſertim anno 1620. & 1633. comprobauit Sac. Congreg. Conc. in *Eyſtetenſi* 28. Auguſti 1649. quam tom. 1. retuli cum alijs.

Ratio autem eſt, quia Epiſcopus non excommunicat, ſed tantum deonciat. Deonciatio autem vti inducta fauore animatum, eſt actus, qui exerceri poteſt, etiam à non habente iuriſdictiooem. Io. And. in *cap. 1. de priuil. in 6.* quem cœteri ſequuntur.

Præſertim ſi Epiſcopus ioiuria fuerit affectus, & offenſus in ſua iuriſdictiooe ab exemptis, Farinac. *quæſt. 114. num. 67. ac ſeqq.* Eòque magis in materia immuniratis, in qua Epiſcopos non ſolum procedit iure Ordinatio, ſed etiam delegato priuatiuè quoad omnes, & contrà quoſcumque, etiam exemptos vigore Gregorianæ; Vndè Sac. Congreg. Immun. in *Meſſanenſi* ſub die 6. Maij 1653. declarauit: *Epiſcopnm ex Conſtitutione Gregoriana poſſe extrahere delinquentes, etiam ab Eccleſiis Religionis Hieroſolymitanæ.*

Et hac de cauſa poteſt Epiſcopus procedere ad interdictū Eccleſiæ, cuius cauſa delictū, & ſcandalum publicum exottum eſt, ità & illius ponitio. Nequè obſtat, quod delictum non committitur ab Eccleſſa, ſed à perſonis: Tum quia Eccleſia fuit occaſio delicti, ob iniuſtam illius prætenſæ exemptionis defenſionem. Tum quia interdictum locale nunquam apponitur ob delictum loci, qui tanquam inanimis delinquere ooo poteſt, ſed ob delictum perſonarum.

Ad 2. Poteſt puniri ab Epiſcopo, non ſolum, quia Equites Sancti Iacobi non ſunt exempti à iuriſdictione Epiſcopi, vt probat Sperell. *dec. 2. num. 97. in fin.* Sed etiam quia, cum agatur de contumelijs Vicario Generali illaris in vſu, & exercitio ſuæ iuriſdictionis, non poteſt ei ſuffragari exemptio aliqua, etiam ſi deferret habitum illorum Militum Regulariom, qui gaudeot exemptione, vt rè maturè diſcuſſa declarauit Sac. Congreg. Conc. in *Panormitana* apud Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 43. num. 154.*

Certum enim eſt, quod Iodex Eccleſiaſticus, etiam delegatus, poſſit turbantes de facto exercitium ſuæ iuriſdictionis, ac inobedientes compeſcere, etiam per Cenſuras, quia tales efficiuutur de eius foro, tanquam ipſum offendentes. Conceſſa eoim iuriſdictione, cenſentur conceſſa ea omnia, ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt, *cap. ſuſcipiens de offic. deleg.* Rot. *dec. 199. num. 3. par. 3. recent.*

An Miles Magiſtralis obedientiæ in Religione Hieroſolymitana teneatur ad integrum annum probationis, ac itàut, ſi aliter profeſſio fiat, illa ſit irrita? tom. 9. Conſult. 123.

CEnſeo, Fratres Hieroſolymitanos comprehendi *cap. 15. ſeſſ. 25. de Regul.* Conc. Trid. in quò expreſsè cauetur, quod in quacumque Religione, tàm Virorum, quàm Mulierum nullus ad profeſſiooem admittatur, niſi poſt annum integrum probationis, aliòquin profeſſio nulla ſit, oullamque alicuius Regulæ, vel Ordinis, vel Religloois obligationem inducat. Hæc autem diſpoſitio, eum ſit vniuerſalis, ad omnes Religiones extendi debet.

Atque ità pluries declaratum à Sac. Congreg. Conc. teſtatur Barboſa *ad d. cap. 15.* Gouzal. *ad reg. 8. gloſ. 8. num. 62.* ac alij. Vidique ego, ac legi declarationem eiuſdem Congregationis Sac. Conc. qua declarator, Milites Hieroſolymitanos comprehendi in *d. cap. 15.* Idque oon obſtaotibus Cooſtitutionibus ipſorum, & quorum tenore in ipſo ingreſſu, & habitus ſuſceptione profeſſionem emittunt: Nam cenſuit eadem Sac. Congreg. hodie comprehendi, tametſi alias aliter cenſuerit, cum eorum Conſtitutiones uon dum ad diſpoſitionem Concilii eſſent relatæ, oequè à Sede Apoſtolica confirmatæ.

Quam iuriſdictionem habeant Priores, eorumque Vicarii Religionis Hieroſolymitanæ in ſuos ſubditos? tom. 10. Conſul. 30.

HAbeot priuilegium exercendi iuriſdictionē temporalem, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſubditos ſuorum Prioratuum, ex Conſtitutione 9. Pij IV. §. 20. *&* 21. Ideòque iuſtè poſſunt approbare Confeſſarios ad Confeſſionem audiendam, quod eſt præcipuus effectus dictæ iuriſdictionis. Ideòque Pius IV. ibidem §. 29. tribuit facultatem audiendi Confeſſiones omoibus Capellanis Hoſpitalis. Quod de iure, vt habeotes quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, poſſint approbare Confeſſarios, Zabarel. *in Clem. Dudum §. Statuimus nu. 7. de ſepul.* ibique Anchar. *num.* 12. Immol. *num.* 27. & alij. Ac vide quæ ſupra dicta ſunt.

De Ordine Militum S. Sepulchri, deque priuilegiis, exemptionibus, gratiis conceſſis à Sum. Pontificibus Guardiano, ac Fratribus Terræ Sanctæ. tom. 10. Conſ. 48.

PRobabilior eorum videtur opinio, qoi putant cepiſſe hos Milites originem poſt captam demum à Chriſtianis Hieroſolymam, Gottifredo Bulioneo Duce, cum paulò ante Ioannitæ etiam emerſiſſeot.

Qui tamen in hac ſont Sententia indicant, hunc Ordioem Patriarchæ Hieroſolymitano ſubiectum

Digitized by Google

ctum fuiſſe, atque normam viuendi illi datam, quam Canonicam appellant amplis prædijs dotatum à Gottifedo, alijſque Regibus. Rubram, & geminam Crucem holoſericam togis adſuiſſe.

E Syria autem pulſi, Ordinis totius caput Perusium conſtituerunt, ſed tandem ab Innocent. circà annos Chriſti 1485. Militiæ Rhodiorum Equitum agglutinati, ſui iuris eſſe deſierunt, Hieroſolymis verò electis, indè Militibus Sacris, Sepulchri Dominici cuſtodia Soldani aſſenſu, & iuſſu, Franciſcanæ familiæ Monachis tradita, & commiſſa fuit.

Et quidem anno 1336. Pontificis Romani venia octo Monachis Franciſcanis Sepulchrum hoc commendatum fuit, qui ei in hodiernum vſque diem præſunt.

Ab anno igitur 1304. vſque ad hunc annum 1695. tantum bonorum operum, ac frugis animarum in Paleſtina, Syria, Ægypto, alijſque in partibus Orientis Ordo Minorum protulit, vt Summi Pontifices Religioſos in illas partes proficiſcentes, in eiſdemque commorantes varijs priuilegijs, gratijs &c. proſequuti fuerunt.

Clemens IV. conceſſit, & confirmauit Minoritis loca Sancta. Item facultatem ad ea mittendi idoneos Ordinis ſui Fratres, qui tranſacto Mari, ſubſint Præfecto, ſeù Guardiano Terræ Sanctæ. Incipit eius diploma: *Gratias agimus omnium largitori*. Dat. Auenione 11. kal. Decemb. Pontif. anno 1.

Innoc. IV. Hoſpitalem in Monte Syon fundatum per Sophiam Florentinam ſubiicit regimini Guardiani pró tempore Montis Syon. Incipit: *Piis fidelium ſtudiis*. Datum apud Villam Nouam Auinionenſis Diœceſ. Nonis Septembris Pont. an. 3.

Vrbanus V. approbat conceſſionem Innocentij VI. quod Fratres Minores ferrum, ligna ad Infidelium partes prò locorum ſuorum reſtauratione, & Conſtitutione deferre poſſint, & conſtruere Monaſterium propè Eccleſiam B. Virg. Mariæ in Valle Ioſaphat. Incip. *Rationi conuenit*. Dat. Auenione 6. Idd. Nouembris Pontif. an. 1.

Gregor. XI. concedit Fratribus Min. facultatem ædificandi Eccleſiam, & Domum apud Bethlem propè Capellam S. Nicolai, & quod Religioſi in ea habitantes gaudeant priuilegiis toti Ordini conceſſis. Incip. *Inter cunctos Ordines*. Datum ibidem 7. kal. Octobris Pontificat. anno 5.

Idem conceſſit Fratribus Minor. poteſtatem dandi facultatem piis fidelibus vtriuſque ſexus manendi in Terra Sancta ad tempus, vel perpetuó, ſi illuc ſe contulerint cum Apoſtolicæ Sedis licentia. Incip. *Dilectis Filiis Miniſtro, & Cuſtodi Terræ Sanctæ, ac Guardiano loci de Monte Syon*. Dat. ibidem 7. Kal. Decemb. Pontificat. anno 5.

Item facultatem reconciliandi Eccleſiæ Catholicæ illos, qui ab ea receſſerunt, & adhæſerunt Mahumeticæ, vel alteri Sectæ. Incip. *Sicut de damnabili*. Dat. ibidem 7. Kal. Decembris Pont. an. 5.

Idem in Syria inſtituit Inquiſitorem Minoritam. Incip. *Inter ſollicitudines*. Dat. ibidem 4. kal. Ianuar. Pont. an. 5.

Boniſac. IX. inſtaurauit ſocietatem Fratrum peregrinantium in fidei obſequium, magnis per Sedem Apoſtolicam facultatibus ornatam. Incipit *Exultat cor noſtrum*. Dat. Romæ apud S. Petrum 8. Idus Ianuar. Pontif. anno 10. Præfecit Antonium Salpenſem Minoritam Claſſi mittendæ in Tartariam. Incip. *Animarum ſalutem*, Dat. Romæ apud S. Petrum 7. Idus Ianuarij Pont. anno 12.

Ioannes XXII. confirmauit priuilegia Pontificum, & aliorum Principum Fratribus Terræ Sanctæ conceſſa. Incip. *Cum à nobis* 4. Kal. Iulii Pont. anno 5. Item, quod poſſint Minoritæ in illis partibus exiſtentes excipere omnium Confeſſiones, & ab omnibus reſeruatis, etiam Epiſcopis, abſoluere.

Martinus V. conceſſit Guardiano Montis Syon, ſeù aliis Minoritis in Terra Sancta degentibus, facultatem, vt ab excommunicatione abſoluere poſſint alios Fratres proficiſcentes ad prædicta loca, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ. Incip. *Votis veſtris*. Dat. Florentiæ 7. Kal. Septembris Pont. an. 3.

Et alii alia priuilegia eiſdem, quæ breuitatis gratia omittuntur conceſſerunt.

Quænam potiſſimum requirantur, vt quis verè ſit Religioſus Religionis Hieroſolymitanæ? tom. 10. Conſult. 76.

Requiritur, quod ſit profeſſus, alias enim ſine profeſſione non eſt cenſendus Religioſus, *cap. Religioſo de ſent. excomm. in 6. cap. ex parte de regul.*

Hinc de profeſſione expreſſa conſtare debet, ſaltem ex atteſtatione Præceptoris Religionis in aliquo Prioratu, ſub quo fuit receptus, qui atteſtari debet ipſum peragiſſe Nouitiatum, ac profeſſionem, cui atteſtationi in ſpectantibus ad eius Officium adhibenda eſt fides.

Reliqua Vide *hoc eodem tractat. tom. 5. Conſult. 12., & tom. 9. Conſult.* 123. Ac etiam Vide *de Regularibus*, vbi ſatis.

Torquatus, Vir Nobilis, deſtinauerat Religioni Hieroſolymitanæ duos ſuos filios, quos in libro Baptizzatorum, quem vocant Natalium, tanquam plures annos anteà natos deſcribi fecit, vt citius Commendam conſequi poſſent. Patre defuncto, Sempronius

N n eius

eius Primogenitus, paternæ conſcius fraudis alterum fratrem Coadiutorem Epiſcopalem à Principe nominari obtinuit, & nouo confecto Natalium libro, ſub prætextu eum redigendi in meliorem formã, noui Coadiutoris ætati aliquot Mẽſes adiunxit, vt eò facilius in Romana Curia Coadiutoriæ obtineret confirmationem, quominus à legima ætate Coadiutor abeſſet, qui fraudis huiuſmodi nec auctor, nec approbator ſuaſus à Doctoribus, quod nihil in eſſet mali, ex quo nemini fiebat iniuria, ad Sacerdotium bona fide promotus, irregularitatem timens, minimè celebrauit, Teſtes ſuper Coadiutoris vita, moribus, & ætate examinati, ſiuè in Primogeniti obſequium, ſiuè creduli, vitiatis, & corruptis Natalium libris fidem habentes, Coadiutorem ætatis eſſe legitimæ depoſuerunt, licet reuera 23. annum adhuc non attingerit. Hiſque malis artibus ſub falſi expoſitione nominatus à Principe, & à Sede Apoſtolica confirmatus Coadiutor, inſtante ſuæ conſecrationis die, ſupplicat prò conualidatione ſubreptitiæ cõfirmationis, prò facultate celebrandi, ac conſecrationis, & Coadiutoriæ munus obeundi, præuia diſpenſatione ſuper ætatis defectu, cum alias immineant toti Regno ſcandala, ſibi infamia, Epiſcopo Coadiuto ſenio confecto, & ad paſtoralia munia inhabili afflictatio, Diœceſis ingens detrimentum. Ex quibus queritur:

An, & quandò in his omnibus cum Oratore ſit diſpenſandum? tom.10. Conſult.118.

RESp. Licet Epiſcopus debeat eſſe ætatis 30. annorum. *Cap. Cum in cunctis de electìon.* In hoc tamen caſu diſtinguendum eſt. Aut enim quæritur: An Summus Pontifex poſſit in prædictis diſpenſare, eaque conualidare? Et certum eſt eum poſſe: Nam Papa validè ordinare poteſt etiam infantem in Epiſcopum, vt docent Auctores, quos congerit Dian. *de poteſt. Pontific. reſol.* 32. ergò facilius in hoc caſu. Aut quæritur: An id expediat? Et ſtantibus prædictis, vt ſcandalis, infamiæ, ac Diœceſis neceſſitatibus occurratur, quatenus tamen pręfata omnia ſint occulta, cenſeo diſpenſandum.

Quomodò exceſſus profeſſorum Militarium, etiam Religionis Hieroſolymitanæ corrigenda ſint ab Ordinario? Vide de Epiſcopo. tom. 10. Conſult. 153.

DE VENERABILI EVCHARISTIAE SACRAMENTO.

An, & quomodo Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum, nec non Sacramentum Extremæ vnctionis adminiſtrandum ſit damnatis ad triremes, dum ad mortem infirmantur? Vide de Sacram. adminiſtr. tom 1. Conſult. 310.

An Epiſcopus poſſit Monialibus præſcribere tempus, & locum recipiendi Sacram Communionem? Vide de Monial. tom. 1. Conſult. 36. Vbi decretum Sac. Congr. Conc. de quotidiana Communione valdè neceſſarium.

An in Eccleſia Collegiata poſſit abſque priuilegio, ſeù legitima licentia præcedente, Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum aſſeruari? tom. 1. Conſult. 339.

NEgatiuè: Abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, niſi fuerit Parochialis. Ità declarauit Sac. Congr. Conc. in vna N. 7. Septembris 1652. *ad cap. 3. ſeſſ. 13. de Sanctiſ. Euchar. Sacramen.* Quare licentiam Ordinarij in eiuſmodi Eccleſijs aſſeruandi eſſe nullam declarauit eadem Sac. Congr. anno 1509. apud Genuen. *in prax. cap.* 92. Deſumitur *ex cap. Tribus §. tanta, & ex cap. Præsbyter de conſecr. dcciſ.* 2. & tradit Abb. *in cap. officium de offic. Archipræsbyteri* Gloſ. in *cap. Permittimus de ſent. excom.* Epiſcopus enim nequit diſpenſare ſupra Canones *cap. quod ſuper his de maior. & obed.*

An

An Epiſcopus poſſit puniri, etiam cenſuris Equites Hieroſolymitanos non communicantes tempore Paſchali, dum degunt extrà Clauſtra in proprijs domibus? Vide de Equitibus tom. 1. Conſult.427.

An in caſu neceſſitatis prò Sacro Viatico miniſtrando, celebrari poſſit Miſſa in domo priuata à ſimplice Sacerdote, & quid ab Epiſcopo etiam in aliena Diœceſi? Vide de Miſſæ Sacrific. tom.3. Conſult.39.

An Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuper Altare Maiori aſſeruandum ſit, pręcipuè in Parochialibus Eccleſijs? tom.4. Conſult. 31.

AFfirmatiuè: Etenim conſuetudinem aſſeruandi Euchariſtiam adeò antiquam aſſerit Conc. Trid. *ſeſſ.13. cap.6.* vt eam ſæculum Niceni Concilij agnouiſſe doceat. Idque comprobatur ex ijs, quæ recenſuit S. Clemens *epiſt.2. ad Iacobum fratr. Dom.* ibi: *Diaconi Reliquias fragmentorum Corporis Chriſti cuſtodire debent, & lib 8. Conſt. Apoſt. cap 13. Sumant Diaconi Reliquias, & inferant in Tabernaculum*. Et teſtatur Leo IX. ſcribens ad Michaelem Imperatorem Hieroſolymis Euchariſtiam in Pyxide prò aduenis, & quotidiè eam ſumere volentibus aſſeruari ſolitam. Quæ Pyxis quandòque Arcula, & Tabernaculum appellata eſt à Clemente *l.c.* Ciborium à S. Germano *in theor. rer. Eccleſ.* Turris à Greg. Turonenſi *lib.1. de glor Martyr. cap.86.*

Noſtra Templa Cęli imagines nulli dubium eſſe poteſt, vt dicit in *Apocal.7. & 15.* In quo omnes Angeli, & Sancti Chriſto Domino aſſiſtunt. Cum igitur neceſſarium eſſe putemus, exemplum reſpondere exemplari, imaginemque ſimilem eſſe ipſi rei, cuius eſt imago, in eam ſententiam venire debemus, vt ſicut Chriſtus Dominus in Cœlo primum locum tenet, ità in Eccleſia in Altare Maiori, mediante admirabili Sacramento Euchariſtiæ, non verò in alio inferiori eſſe debet.

Illud verò animaduertendum puto, non poſſe in pleriſque Eccleſijs aſſeruari. Non poteſt enim Tabernaculum aptè, congruenterque collocari ſuper Altare Apoſtolorum Baſilicæ Vaticanæ; Nam ſi poneretur in Meditullio ſub titulo Crucis, impediret Populum adſtantem Miſſis ſolemnibus, nè videant incruenti Sacrificij oblationem, quæ ibi fit à celebrante. Si verò eleuetur, erit in ordine imaginatio, vel loco appenſionis Columbæ aureę, contrà decretum Conc. Turonenſis; Atque adeò Altaria Maiora quinque Patriarchalium Vrbis, ſemper quibus ſolemniter celebrat, ac diuina Officia peragit Sum. Pontifex, non adhærent parieti, ſed in medio collocata ſunt, vt tunc vndique poſſit ab omnibus adſtantibus videri. Quod profectò ſuadet, nil prorſus in illis collocandum eſſe, quod hunc finem valet quoquo modo impedire.

His additur primò, quod cum ſolus Papa celebret ſuper dicto Altare Apoſtolorum, ſicut teſtatur Bertachin. *in repert. v. Miſſa*, Et Cęremoniale ęditum ſub Leone X. *lib.3. ſect.1. tit. de Bull.* prò celebrando ſuper Altare S. Petri non poterit ſine ſpeciali indulto alter ibi exercere munera concernentia adminiſtrationem, & renouationem Sacramenti, quod ibi aſſeruabitur.

Secundò. Id monente Cęremoniale Epiſcoporum *lib.1. cap.12.* non decet, quod Miſſæ etiam priuatæ celebrentur in Altare, vbi aſſiduè manet Tabernaculum immobile Sacramenti Euchariſtiæ, quod repetit Gauant. *in com. ad rub. Miſſal. Rom. p.1. art.20. lit.V.* Ideòque non poterit talis indecentia euitari, collocato ibi Tabernaculo Euchariſtico, cum omnes Miſſæ Pontificiæ celebrandæ ſint ſuper eodem Altare, iuxtà decretum Diu. Greg. Magni, cuius meminit Io: Diaconus in eius vita apud Surium die 11. Martij.

Tertiò. Quod genuflexiones eſſent multiplicandæ à Pontifice ibidem celebrante ob præſentiam Sacramenti, & forſan aliæ cęremoniæ.

Quartò. Quod locus vndique claudendus eſſet cancellis marmoreis, vel æreis, vt congruant reliquæ ſtructuræ Altaris, idque impediet, nè familia Pontificia poſſit amplius ſedere in illius gradibus: Quia tunc ſolis Clericis inſeruientibus Altari aditus intra illos patebit.

Et nihilominus declaratum reperio à Sac. Congr. Epiſc. in hunc modum: *Tabernaculum Sanctiſſimi Sacramenti in Cathedralibus non debet eſſe in Altari maiori propter functiones Pontificales, quæ fiunt verſis renibus ad Altare. In Parochialibus verò, & Regularium Eccleſijs, debet eſſe in Altare maiori regulariter, tantum digniori*. In *Lucenſi* 10. Februar. 1579. In *Aquilana* 29. Aug. 1594. In *Caſertana* 28. Nouemb. eiuſdem.

Exciperet aliquis etiam Eccleſias Collegiatas, nè ab ijs, qui Cœleſti dape refici voluerint, perturbetur Chorus, ſiuè ante, ſiuè poſt Altare maius ſit collocatus. Sed huic incommodo poterit occurri, collocando diebus feſtis tempore antemeridiano Tabernaculum Euchariſtiæ Portatili in alio Altari decenter ornato, ex quo Chriſti Corpus impertietur. Quod etiam obſeruari poterit in Cathedralibus tempore, quo munera Pontificalia explentur.

An liceat ſolum Parochis exponere in die feſto Corporis Chriſti Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in ſuis Eccleſijs, & an etiam id liceat Confratribus in ſuis Oratorijs? Vide de Parocho tom.4. Conſult.84.

De confugiente ad Sacerdotem deferentem Sacram Euchariſtiam, vel Oleum Sanctum? Vide de Immunitate tom.6. Conſult.27.

Quidam Monachus Baſilianus, Græcus, Schiſmaticus ad triremes damnatus in ditione Latinorum Catholicorum in articulo mortis communicauit in fermento, quod penes ſe conſeruabat alium pariter Schiſmaticum concaptiuum in eadem trireme, ſuis præciſis verbis : N. Mangia il Corpo, & il Sangue di Criſto, *Quæritur* : *An talis Communio ſit delictum? Et an ſpectet ad S. Officium, & qua pæna puniendum?* Vide de S. Officio tom.6. Conſult. 45.

An Clauis Capſulæ, in qua Sanctiſſimũ Corpus Chriſti fer.5. in Cœna Domini ſeruatur, tradenda ſit laicis? Vide de Immun. tom.6. Conſult.87. ac tom.10. Conſult.59, & 63.

An nocte Natiuitatis Domini, Chriſtifidelibus Sanctiſſima Euchariſtia miniſtrari poſſit? Vide de Miſſæ Sacrific. tom.7. Conſult.25.

An in Eccleſijs, vel Oratorijs publicis Confraternitatum poſſit exponi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & fieri Sepulchrum feria 5. Maioris Hebdomadæ? tom.9. Conſult.79.

QVod attinet ad expoſitionem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ vti præiudicialem Eccleſiæ Matrici, ſiuè Parochiali, nihil eſt innouandum, atque adeò non eſt permittenda. Siquidem non aliter tribuitur licentia conſtruendi huiuſmodi Eccleſias, & Oratoria, niſi ſub hac expreſſa, vel tacita conditione, quod iuxtà Sacros Canones illæſa ſemper remaneant iura, quomodolibet Eccleſiæ Parochiali competentia; itàut per eam facultatem non intelligeretur irrogatum aliquod, nè minimum quidem præiudicium iuribus Parochialibus, vt conſtat ex litteris Sac. Congr. Epiſc. Epiſcopo Caietan. 12. Dec. 1631. & 7. Septembris 1663.

Vndè poſtquam conceſſa fuit licentia huiuſmodi Eccleſias, & Oratoria conſtruendi ſub hac conditione, non debet permitti, eam in aliquo violari, ſed religiosè ſeruanda eſt, Rot. *decis.252. in princ. p.6 recent.* & in *Fauenſi præcedentiæ* 1. Iulij 1648. *§. Vltimus quia Capitulum* coram Arguelles.

Nequè dubitari poteſt, quin expoſitio huiuſmodi ſit præiudicialis Eccleſiæ Parochiali, dum ex ea pernecesſè tolleretur populi concurſus ad illam, atque adeò inferret ei maximum detrimentum, præſertim in locis exiguis, Conſiſtit enim præcipuè ius Parochiale in loco, quod Parochiani in ſuas Eccleſias conueniant, ibique Sacramenta, & benedictiones recipiant, vt ex Innocentio *in rub. de Paroc.* tradit Fuſch, *de viſit. lib.2. cap.2. n.8.*

Atque hinc eſt, quod in Eccleſijs, ſiuè Oratorijs ſitis intrà limites Parochiarum non poſſint fieri aliquæ functiones ſolemnes per Capellanos earundem Eccleſiarum abſque expreſſa licentia Ordinarij, & ipſius Parochi, ad quos eædem functiones pertinent, & inter alias prohibita fuit expoſitio Sanctiſſimi Sacramenti à Sac. Rit. Congr. in *Neapolitana* 18. Maij 1602. cuius decretum refertur à Quaranta in *Sum. Bull. v. Miſſa in fin.* à Paſqualig. *de ſacrific. nouæ legis quæſt.353. n.1.* à Nicolio *v. Confraternitas num.19. & v. Parochus num.18.* et à nobis alibi.

Cumque in hac functione Sacerdos ante repoſitionem Sanctiſſimi ſolemniter benedicat Populo cum Euchariſtia, hic actus, veluti iuriſdictionalis, fieri non poteſt intrà limites Parochiæ ab alio, quam à Parocho, Gauant. *in rub. Miſſal. p.4. tit. 19. n.1. & 20.* & ex eò Nicolius *d. v. Parochus n.17.* inquiens, diſtinguendum eſſe inter benedictiones priuatas, & publicas, cum iſtæ cuique alij Sacerdoti, præterquam Parocho prohibitæ ſint, refertque decreta Sac. Congregationis.

Igitur abſque interuentu Parochi, vel de eius licentia Confratres non poſſunt in ſuis *Eccleſijs*, ſiuè Oratorijs has functiones ſolemnes à ſuis Capellanis celebrari facere; Sed quatenus expoſitioni eſſet locus, vocari debet Parochus, vt Miſſam cantet, & Sanctiſſimum ſolemni ſupplicatione deferat, iſque ſolus populo benedicere, vt aſſerunt citati Doctores, et habetur expreſsè in adducto decreto Sac. Rit. Congregationis.

Eòque minus permitti debet, ſi talis expoſitio fiat frequenter in Eccleſia Parochiali per Parochum, vel per Confraternitatem Sanctiſſimi Sacramenti ad id in ea inſtitutam ſingulis ſcilicet tertijs Dominicis cuiuſlibet Menſis cum ſolemni Proceſſione.

Longèque minus eſt permittenda celebratio Miſſæ cum Sepulchro fer.5. Cœnæ Domini ratione præiudicij, quod inferretur Eccleſiæ Parochiali, vt in ſpecie, quod ea non debet permitti in Eccleſia, ſeù Oratorio Confraternitatis decreuit Sacra Rit. Congregatio in dicta *Neapolitana*.

Quare conſtituo hanc regulam: In Eccleſijs, ſiuè Oratorijs publicis, in quibus non aſſeruatur Sacroſancta Euchariſtia, non poteſt, nequè debet illa exponi, nequè in Sepulchro feria 5. Cœnæ Domini condi, ſeruandumque omninò hac in re decretum Sac. Rit. Congregationis in d. *Neapolitana*, & in *Cæſarauguſtana*, quod etiam alibi retuli, non autem opinio Doctorum.

1 *An feria 6. Paraſceues liceat Euchariſtiam Populo adminiſtrare? Vbi.*
2 *Inſtitutio Cęremonialis circà cultum Euchariſtiæ, ac*
3 *De Altaribus priuilegiatis pro defunctis?* tom. 9 Conſult. 90.

AD 1. Saluis his locis, in quibus extat conſuetudo præſcripta, non licet communicare fer. 6. paraſceues, *Can. Sabato de conſecr. diſt. 3.* Nam dicitur: *Sacramenta pęnitus non celebrari*: Dictio autem, *pęnitus*, ſignificat totaliter, vt aduertit cum Gloſſa, & Doctoribus Rot. *deciſ. 305. num. 24. p. 7. recen.* Quare ſi Sacramenta pęnitus, ſiuè totaliter non celebrantur, remanet exluſa integra, & plena celebratio, Gloſ. *in cupientes v. totaliter de elect.* & Merlin. *dec. 800. n. 10.* Diſtributio autem Euchariſtiæ, eiuſque ſumptio eſt quędam pars celebrationis Myſteriorum, quia importat communicationem, & participationem Sacrificij, quæ eſt pars integralis, quamuis non neceſſaria, quoad alios, qui non offerunt.

Deſumitur id etiam ex Rubrica Miſſalis Romani in feria 5. Maioris Hebdomadę verbis hiſce: *Reſeruat etiam aliquas particulas conſecratas, ſi opus fuerit, prò infirmis.* Non igitur prò ſanis, Dictio enim *prò* importat cauſam finalem, Doctores apud Surdum *conſ. 245. num. 29.* Et ideò, cum iſta reſeruatio Euchariſtiæ non fiat prò ſanis, iam conſtat de intentione Eccleſiæ, quod non ſit ſanis miniſtranda,

Rationes autem ſunt. In feria 6. Paraſceues prohibetur Sacerdotibus celebrare ab Innocen. I. *ep. 1. ad Decentium cap. 4.* relata *in d. can. Sabato de conſecr. diſt. 3.* Ergò etiam laicis ſumere Euchariſtiam. Tum quia militat eadem ratio. Et tum quia ex prohibitione celebrandi pluries in die infertur prohibitio etiam ſumendi Euchariſtiam pluries in die, quod ità conſuetudo interpretatur. Et ita quoque pluries declarauit Sac. Rit. Congregatio 9. Maij 1606. & 19. Februar. 1622. ac ſub Vrbano VIII. dixitque ſeruandam eſſe conſuetudinem vniuerſalis Eccleſiæ non miniſtrandi feria 6. Paraſceues Sac. Communionem, niſi infirmis.

Ad 2. Inſtitutio cęremonialis circà cultum Euchariſtiæ legi poterit in eodem Cæremoniali,

Ad 3. Quoad priuilegium Altaris prò Miſſis defunctorum adeſt ſub die 4. Maij 1688. conceſſio, & decretum Innoc. XI. declarans alias conceſſiones Alexandri VII. in forma Breuis ſub die 12. Ianuar. 1667. expedit. & Clem. X. Quod lucrentur Indulgentiæ prò defunctis, etiam celebrando Miſſas currentes in diebus, in quibus non poteſt celebrari de Requie, vt in Miſſali Romano, etiam prò Altaribus priuilegiatis ad tempus, & prò aliquibus diebus hebdomadæ, vt ibi videre eſt.

An omnibus tam relapſis, quam aliis de hæreſi crimine pęnitentibus, & Curiæ ſæculari tradendis, danda ſint Sacramenta Pęnitentiæ, & Euchariſtiæ. Et quid de Sacram. Extremæunctionis? Vbi quomodò Euchariſtia ſeruari ſolita?
tom. 9. Conſult. 91.

AFfirmatiuè: Iuxtà *cap ſuper eo de hæret. in 6.* & tradunt Symanch. *de Cathol. inſtit. tit. 65. num. 7.* Soarez. *de fid. diſp. 23. ſect. 2. n. 12.*

Quod verò ad Sacramentum Extremæ vnctionis, ſi damnati ad mortem ſint infirmi, poteſt adminiſtrari; Secus autem ſi non ſint infirmi: Nam, vt docet D. Tho. *4. ſenten. diſp. 23. p. 2.* Soli infirmi ſunt huius Sacramenti capaces. Sic enim Statutum fuit in Conc. Florentino his verbis: *Hoc Sacramentum, niſi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet.* Ait namque D. Iacobus *cap. 5. infirmatur quis in vobis;* Vndè non confertur prælium gerentibus cum periculo mortis in bello, nequè exiſtentibus in periculo naufragij, nequè mulieribus cum periculo parientibus, Dicaſtil. *de Sacram. tom. 2. tract. 7. diſp. 2. nu. 261.* Pegna *par. 2. com. 101. verſ. non tamen,* Symanch, *tit. 57. n. 16.* & alij.

Si autem ſint infirmi, debet infirmitas eſſe talis, vt quantum eſt de ſe periculoſa ſit, itàut poſſit ex ipſa probabiliter mors timeri: Nam ſtante periculoſa infirmitate, ſecluſa ſententia mortis, eſſent capaces Extremæ vnctionis: quia haberent qualitatem requiſitam prò capacitate Sacramenti, nempè grauem infirmitatem, atquè adeò ſunt capaces, etiamſi per ſententiam Iudicis ſint morte afficiendi: Quia ſententia mortis non tollit ab ipſis capacitatem, quam alias habent, cum non tollat qualitatem, quę reddit capacem, nec ab eis tollit ius, quod habent ad Sacramenta. Et quidem ſi Iudex condonaret pœnam mortis, & perſeueraret eadem infirmitas periculoſa, poſſet ipſis miniſtrari Extrema vnctio. Ergò poterit miniſtrari etiam ſecluſa condonatione; Nam condonatio non mutat intrinſecè ſubiectum, nec ponit in ipſo capacitatem, & ideò ſi eſt capax, poſita conditione, erit capax non poſita.

Atque ex his infertur, quod ſi infirmitas contracta ex horrore mortis, ſi talis, vt quantum eſt de ſe, inducat periculum vitæ, poterit tunc miniſtrari Extrema vnctio: Nam licet habeat cauſam extrinſecam, afficit tamen intrinſecè infirmum, & conſtituit in ſtatu periculoſo, ac proindè inducit illam qualitatem, ratione cuius ſubiectum ſit capax huius Sacramenti.

Infertur ſecundò, quod damnatis ad perpetuum carcerem ſit à fortiori miniſtranda Extrema vnctio, ſi incidant in morbum periculoſum: quia pœna carceris non ponit impedimentum Sacramenti, nec priuat iure, quod carceratus habet ad ipſa, & ideò nulla ſubeſt ratio, ob

quam

quam non debeat miniſtrari extrema vnctio.

Portò Venerabilis Euchariſtia publicè, ac priuatim decenter habebatur. Publicè in Templis, & ad eam rem hierothecæ, Columbæ aureæ. Apertè id ex amphilochio diſcimus in Baſilio, quæ imminebant ſupernè Altari, quo ſitu Calices in Gallia pendulos eſt videre.

In *Ciborio*. Paulus Diaconus in Gregorio eius meminit, & Germanus Conſtantinopolitanus in theoria illius dat etymon *Cib.* ideſt arca, *orium* illuminatio Domini, aut lumen Dei. Sed latina vox eſt ſic dicta, quod Panis Sacer, qui cibus eſt animarum, ideſt Corpus Chriſti eo in loculamento ſeruetur.

In *Pyxide*. Acta Martyrum Nicomedienſium Iudæ, ac Domnę apud Mathaphraſten. 26. Ianuar. In Pyxide verò, ſiuè arcula prò Sacrificio Hoſtia ponebatur, & in ea conſecrabatur. Canon vniuerſalis, ſeù Miſſa Æthiopum.

In *Tabernaculo*. *Clem. lib. 2. Conſtitutionum cap. 13.*

In *Secretario*. Apud Liberatum Diaconum in breuiculo, & Hubertum de fermentato, & azymo. Sacriſtia erat, quam Sacrarium vocat Euagius *lib. 2. cap. 3.* Idemque ſignificare ex Laodicenſi Concilio videmus.

Poſtophoria bina erant, erantque latera, quæ Crucem committebant. Clemens *lib. 2. Conſtitutionum cap. 17.*

Turris. Greg. Turonenſis *de glor. martyr. cap. 86.* vt alibi diximus.

Honorato ſemper loco, eoque reconditiori, qui venerationi omnibus erat, Chriſtoll. epiſt. ad Innocentium Papam de graſſatione agens.

In Altari verò ſi quandò locabatur, eximium erat à Conc. Turonen. 2. *cap. 3. Corpus Domini in Altari, non imaginario ordine, ſed ſub Crucis titulo componatur*. In medio ſcilicet, & eminenti, de quo *to. 4.* Conſult. 3 ſadictum eſt.

In *Naui*. Greg. *lib. 3. dialog. cap. 36.*

In *Sepulchro*. Antoninus *2. par. tit. 15. cap. 13. §. 5.* ex d. Greg. *lib. 3. dialog. cap. 24.*

Priuatim ſeruabatur, & ferebatur decenti loculamento, ſumenda in tempore.

In *Arca*, Cyprianus *ſerm. de lapſis*.

In *Ara domeſtica*, eam Gorgonia Gregorij Nazianzeni ſoror ſimpliciter eſt venerata.

In *Oratorio* inuolutam habebat S. Satyrus S. Ambroſij frater, & cum illa pendente de collo naufragus inſilijt in Oceanum, & enarrauit.

In *Palla*. Acta S. Birini Epiſcopi apud Surium 3. Decembr.

Parerga. Euchariſtia prohibetur ſuſcipi ſub vtraque ſpecie laicis ritus Græci in Italia.

In locis, in quibus Italogræci conſueuerunt illam ſuſcipere ſub vtraque ſpecie, roleratur. Debet tamen diſponi ad illam ſuſcipiendam ſub vna tantùm ſpecie.

Tolerantur etiam laici Latini ſuſcipere communionem à Sacerdotibus Ruthenis Catholicis, qui illam adminiſtrant ſub vtraque ſpecie; Non tamen Latini id expoſcant, aut faciant deuotionis cauſa.

Nuncij Apoſtolici, & Epiſcopi curare omninò debent, vt laici ſumant Euchariſtiam ſub vna ſpecie. Semper enim Sedes Apoſtolica eiuſmodi communionem denegauit, eique ſemper diſplicuit conceſsio Pij IV. Quod ſi hoc impedire non poſsint, curent ſaltem obſeruari decretum Pij IV. quod nondum reuocatum eſt.

Nullo modo deferri poteſt ſuper Nauibus, nè in illis quidem, quæ ſingulis annis nauigant in Indias Orientales.

Poteſt à Parocho, vel ab alio illius nomine deferri prò Viatico tantùm infirmorum exiſtentium in triremibus, aut nauibus prius tamen viſo loco triremis, aut Nauis, in qua infirmus iacet, & quam decentiſsimè fieri poteſt, præparato, inſpectaque ſcala lignea, vt ſine periculo ad Nauem aſcenſus, & deſcenſus pateat, et ſi potuerit, expectata maris tranquillitate.

Ob diſtantiam Parochialium Eccleſiarum, conceditur ex Breui Apoſtolico Capellanis exiſtentibus in triremibus, vt in ſcopulis, vel in littore maris ſuper Altare portatili, Miſſam celebrando, poſsint infirmis Sacrum Viaticum miniſtrare, et quod poſsint in eiſdem deferre Oleum Sanctum. Vtrumque conceſſum triremibus Ianuenſibus 26. Martij 1620. & Hiſpanis 3. Martij 1622.

Poteſt miniſtrari Reis S. Officij, qui facta ſuorum criminum confeſsione, nondum tamen publicata ſententia, in mortis periculum conſtituuntur, ſi illam petant per modum Viatici, & ſigna pœnitentiæ oſtendant, 14. Septemb. 1617.

Prohibetur pueris ob periculum eiectionis.

Non permittitur ſuſceptio Euchariſtiæ Militibus, qui Turcis inſeruiunt, niſi prius deſiſtant à ſeruitio.

Si quis ſuſceptam Euchariſtiæ particulam ex ore extraxerit, & in ſudariolo poſuerit, aſſerens id faceret ob debilitatem ſtomachi, moderatè torquendus eſt ſuper intentione. Quod ſi nihil fateatur, dimittitur cum monitione, ac pœnitentijs ſalutaribus.

Qui Particulam conſecratam ab ore extractam domum detulerit, non punitur in S. Officio, niſi habuerit aliquam malam credulitatem.

Eam ſumens non ieiunus non punitur in S. Officio, ſed ab Ordinario. Quatenus autem aliquandò puniatur in S. Officio, alibi diximus.

Communio, quam faciunt Inquiſitores feria 5. Maioris Hebdomadæ, non ſuffragatur familiaribus Officialibus, & Miniſtris S. Officij, ad ſe ſubtrahendum ab obligatione communicandi in ſuis Eccleſijs Parochialibus prò adimplendo præcepto Paſchali.

Reliqua vide de S. Officio *tom. 8. Conſult. 97.* Item de Carceribus, & Carcerat. *tom. 5. Conſult. 66.* Ac de Immun. *tom. 6. Conſult. 27.*

Digitized by Google

1 *Quoties Communicatum olim?*
2 *Quoties communicandum?*
3 *Ex cauſa data communio; maximè morituris. Vbi an aliquandò liceat Sacerdoti miniſtrare Hoſtiam non conſecratam? Et an Iudas fuerit excluſus Cœna Euchariſtica?* to. 9. Conſult. 93.

AD 1. Quotidie, ineunte primum Eccleſia Chriſtiani communicabant, vt *Actor.* 2. videmus. Idque confertim teſtantur Ambroſ. *lib. 4. de Sacram. cap. 6. Quotidie communicare debeo: quia quotidie pecco &c.* Cyprian. *ſerm. in orat. Dom. Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus.* Hieron. *Apolog. prò libris aduerſus Iuſtinian. Scio Romæ hanc eſſe conſuetudinem, vt fideles ſemper Chriſti Corpus accipiant*, & alij.

Deindè quater in hebdomada, & feſtis. Baſil. ad Cæſaream Patritiam: *Nos quater in hebdomada communicamus, Dominico, quarto die hebdomadæ, paraſceuæ, & Sabbatho, alijs diebus, ſi qua memoria alicuius Sancti fuerit.*

Tertiò ferijs 4. & 6. ad Nonam, & Dominica poſt Matutinas. Epiphan. *lib. 3. contra hæret.*

Secundò Dominico, & Sabbatho. B. Onuphrius apud Euagrium.

Semel Auguſt. *epiſt.* 18. ad Ianuarium pleraſq; has dierum obſeruationes recenſet, & alij.

Apud Græcos inquit Vualfridus *cap.* 20. *Qui duas Dominicas, vel tres ſine communione tranſierint, excommunicati dicuntur.*

Non licuit vltrà tertiam hebdomadam differre. Photius *in nouocanone tit. 3. cap.* 11. De ijs, qui in Ciuitate verſantur, & tribus hebdomadis non communicant Synodus Sardicenſis *can.* 11. Sinodus 6. *can.* 8. Quinque ſeptimanas obtinuerat quædam, & punitione in tardam, & ſegnem Deus animaduertit, ex Palladio *vit.* 14. & alijs.

Decies octies, plus, minus per annum Theodulphus Epiſcopus Aurelianenſis *epiſt. ad Compresbyteros.*

Ter in anno, Fabianus Papa *de Conſecr. diſt. 2. Si non frequentius, ſaltem ter in anno homines communicent in Paſcha, Pentecoſte, & Natali Domini.* Card. Turrecrem. *diſt.* 55. *decreti*, indè laicam communionem dictam putat: *Laica communio dicitur multis modis, ſcilicet acceptio Euchariſtiæ poſt Clericos cum laicis, vel acceptio Euchariſtiæ ter in anno, ſicut faciunt laici, ſcilicet in Natiuitate Domini, Paſcha, & Pentecoſte.*

Tandem, cum refrixiſſet charitas, & communio in plures etiam annos differretur, Lateran. Conc. ſub Innoc. III. *cap. Omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.* Paſchæ tempus præſcripſit.

Ante hęc tempora præceptum de Communione nullum fuit, vt ex Petro Bleſenſi conſtat *ſerm.* 16.

Ad 2. Apud Adalredum in vita S. Margaritæ Reginæ Scoti tardiores erant, & nec vel Paſchate communicabant: quia 1. *Corinth.* 2. dicitur: *Qui manducat, & bibit indignè, iudicium, ſibi manducat, & bibit, non diiudicans Corpus Domini.* Peccatores ſumus, inquiebant, veremur iudicium, quibus Margaritha ſubtiliter intulit. Ergò nemo debebit ſumere: quia nemo ſine labe, non infans, cuius vnius diei vita ſuper terram. Cur igitur *Io:* 6. Chriſtus nos aduocat: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c.*

Chryſoſtomus inquit: *Quid ergo? Quinam erunt nobis accepti, ij nè, qui ſemel, aut ij, qui ſępè, an ij, qui rarò? Sed ij, qui ſunt cum munda conſcientia, ij, qui ſunt cum vita, in quam non cadit reprehenſio. Qui tales ſunt ſemper accedant, qui non tales, nè ſemel quidem &c.*

Quid autem Sac. Conc. Trid. eiuſque Sac; Congr. decreto ſuo ſtatuerit alibi diximus.

Ad 3. Alijs de cauſis fidelibus præſcripta, vel conceſſa communio: Nam cum vicini ſunt morti, prò Viatico eſt. Paulin. ad Auguſtinum, & Auctor in vita Ambroſij. Auctor vitę S. Ebrulfi Confeſſoris. Rogerius in annalibus Anglorum de Henrico Secundo Rege inſigniter pœnitente, & alij ex multis exemplis.

Diſcernerūt alij Sacrum panem à prophano apud Antoninum 3. *p. cap. 1. tit.* 18. de Hugone à S. Victore Cæſarius Heiſterbachenſis *diſt. quæſt. cap.* 34. De Mauritio Epiſcopo Pariſienſi Io: Baptiſta Montanarius *in art. & poſit.* Neapoli impreſſis anno 1627. *fol.* 11. *num.* 9. de Ven. Matrę Vrſula Benincaſa.

An autem liceat Sacerdoti miniſtrare aliquandò Hoſtiam non conſecratam? Alij definiant. Ego cum communi ſententia cenſco abſque graui peccato ſacrilegij non poſſe, etiam peccatori ſiuè occulto, ſiuè publico, quantumcumque inſtet ad vitandum ſui infamiam, vel ob alium finem. Conſtat *ex Sapientia 1. Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum*, ideſt Spiritus Sanctus diſciplinę auctor effugiet hominem aliud efficientem, quam apparentem efficere, vt ibi explicat Gloſſa interlinearis, & Lyranus, & D. Tho. docet *opuſc. 65. §. de Euchar. num.* 70. *& p. 3. quæſt. 80. art. 6. ad* 2. ibique Caiet. Richardus *in 4. diſt. 9. art. 3. quæſt. 1.* & alij paſſim.

Probant primò ex Chriſti exemplo, qui Iudæ proditori Euchariſtiam porrexit, quamuis ſciret illam ſacrilegè eſſe ſuſcepturum. At hæc ratio non eſt conſtans. Dedit quidem Chriſtus Corpus ſuum Diſcipulis, ſed an etiam Iudæ?

Alij affirmant, alij negant, quibus ego adſtipulor. Concęnauerat ſcilicet Iudas ſacra, ideſt Paſcha cum azymis, et lactucis, ſubtrahit à Cęna Dominica, ſacroque ſuo Corpore non impertit. Quid Clarius? Tamen, vt certius conſtet iungam interpretem Græcum S. Maximum ad verba S. Dionyſij, *Iudam intelligit, & ſignificat, quod & ipſi impertierit miſticum panem, & poculum; myſteria verò Diſcipulis poſt Iudæ à Cœna diſceſſum, quaſi eorum indignus ille extiterit.* Quaſi dicat myſticorum particeps

fuit

ſuit Iudas, et legalium, interſuit Cœnæ Agni, edit, bibit in communi Cœna, ſed à Myſteria Sacroſanctis, inſtitutione Auguſtiſſimi Sacramenti excluſus eſt. Ita quoque eadem verba commentatur Gregorius Paclymerus, et alij. Innocentius Papa *de Sacro Altaris Myſterio lib. 6. cap. 13.* quæſtionem hanc diſcurit, cenſetque nobiſcum, omninò ſcilicet ab Euchariſtia Traditorem excluſum.

De Iudę Epiſcopatu ſic habeto, concedere nos, Epiſcopum Iudam fuiſſe, ſed non inſignitum Ordine, verum Apoſtolum tantum, ſicque quod *Actor. 1.* dicitur *ex pſalm. 108. Et Epiſcopatum eius accipiet alter*, de Apoſtolatu intellige, et deſignatione ad perfectum Epiſcopatus Ordinem, quem ille, niſi defeciſſet, quam mox fuerat conſequuturus.

Alia ratio, cur non liceat Sacerdoti miniſtrare Hoſtiam non conſecratam prò conſecrata, eſt ad euitandam Idolatriam, quæ committeretur adorando Creaturam prò Creatore, Suarez *par. 3. quæſt. 80. art. 6. diſp. 67. ſect. 4. ſub finem.*

1 *Quibus cæremonijs, ritu, ſitu Communio olim percepta?*
2 *Quis porrigere Sacram* Euchariſtiam *ſolitus?*
3 *Ordo, ac ſeries in communione.*
4 *Priuatim à certis, vt percepta?*
5 *Quomodò à Viris, quomodo à Mulieribus?*
6 *Qui apti, qui inepti communioni?* tom. 9. Conſult. 94.

AD 1. Inuitat Chriſtus Diſcipulos, vt de Sacroſancto Corpore participent. Debebant enim parati eſſe, qui ſe ad eſum Agni, non veteris, non mortui, ſed viuentis, et cum Patre regnantis Filij Dei comparabant. Chriſti vicem poſteà Diaconi functi ſunt, qui proclamabant *Sancta Sanctis*, vt apud Clementem eſt *lib. 8. Conſtitutionum cap. 13.*

In Oriente, vt Curopalates *de Eccleſiaſt. offic. quin. 5.* erat perfectus anteceſſui Menſę, adducens eos, qui erant venturi ad Sac. Communionem. Curopalatę etiam audicenſor eſt, qui ante menſales, qui ad Sac. Synaxim primum recipiebantur, ſolebat poſtquam ante Sanctam Menſam Eccleſiæ ſe ſtetiſſent, præcedere ad Communionem, vt palam teſtatum faceret, illos ſuos comites in vnum Corpus cum Chriſto, et Eccleſia coaluiſſe.

In Miſſa S. Marci Sacerdos ipſe proclamabat *Sancta Sanctis.* Addit Nicolaus Cabaſilas in expoſitione Liturgiæ *cap. 36.* ea verba proferre, elenata Hoſtia, tum, vt *cap. 37.* aqua calida in Calicem iniecta, Sacerdos, quique eiuſdem Ordinis communicant, indè ad populum conuerſus, oſtenſis Sanctis, vocat eos, qui participare voluerint, et iubet accedere cum timore Dei, et fide, et tum profit ipſe: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & apparuit nobis.* Populus ſubſequitur, et communicat poſteà Sacerdos *cap. 40.* Oratione bene dicit: *Serua Deus populum tuum, & benedic hæreditati tuæ.* Et cantu quidem id fiebat. Cyrill. *Catechiſ. 5. Audiſti deinceps Diuina melodia pſallentem, atque ad Sacrorum Miſteriorum communionem vos adhortantem, guſtate, & videte, quod Chriſtus eſt Deus?*

Qui verò accedunt componere ſe debent, vt Maieſtati ſummæ reuerenter placeant. Primò quidem placendum Diuinis oculis, etiam habitu corporis, monet Cyprianus expoſitione in orationem Dominicam.

Ideòque Dionyſius Alexandrinus *ad Baſilidem can. 2.* apud Photium nomocanone. *Ad Sancta Sanctorum, qui animo, & corpore purus non eſt, accedere prohibetur.* Lauabant ſe ergò, vt puri eſſent. Ex quo diſcimus, lotiorem ſignum communionis, et ſtatrem impediendum fuiſſe, ſi ieiunus non fuiſſet.

Ieiuni ergò pariter, vt ſint requiritur. Petrus Bleſenſis *ſerm. 13. Sacerdotum Miniſterium eſt diſpenſare Corpus Chriſti, & Sanguinem Domini accedentibus poſt ieiunium. Quod antiquum in Eccleſia eſt.* Tertull. *lib. 2. ad vxorem cap. 5. Non ſciat Maritus quid ante omnem cibum guſtes.* Iſidor. *lib. 1. de offic. Eccleſiaſt. cap. 18.* traditionem Apoſtolicam vult eſſe: *Placuit Spiritui Sancto per Apoſtolos, vt in honorem tanti Sacramenti, in os Chriſtiani prius Dominicum Corpus, quam cæteri cibi, intraret, & ideò per vniuerſum Orbem mos iſte ſeruatur.*

Verum de ieiunio Communioni præmittendo, traditionem eſſe, præter Concilia, & dictos Patres vnà adſtruunt Nazianzenus *orat. 40. de baptiſmo.* Baſil. ad Cæſaream Patritiam, Cyprian. *epiſt. 63.* Ambroſ. *ſerm. 8. in pſal. 118.* & alij multi.

Reuerentia requiritur in ſitu, & corporis poſitione. Damaſcen. 4. 4. *fid. Orthodox. cap. 14.* Sexta Synodo *cap. 1.* præſcribitur, quod Damaſcenus innuerat, nempè, vt antequam fiat communio Euchariſtiam percepturus, manus in Crucis ſignum figurans accedat, & gratiæ communionem accipiat. Idque exprimitur Rothomagenſi Concilio *cap. 2.* vbi iubentur manus in Crucis figuram ponere, & tranſuerſarias eas habere, ijſque excipiebant S. Euchariſtiam.

Curam, quam adhibere deceat, docet Cyrill. *Catechiſ. 5.* loquens, vt ibi: *Viris, quia fœminæ Chriſti Corpus Dominicali excipiebant*, Auguſt. linteamina vocauit *ſerm. 152.* De tempore Concil. Antiſiodorenſe ſub Amachario Epiſcopo tempore Gregorij Magni *can. 36.* prohibet Mulieri nuda manu Ven. Euchariſtiam ſumere, & *can. 42.* mandat, vt quæque mulier habeat Dominicalem ſuum, alias non communicet.

Viri ergò ſuis ipſi manibus, ſed prius Corpus Chriſti magna veneratione excipiebant, eaſq; quaſi prò conſecratis habebant, vt nefas eſſet eas polluere. Ideòque Greg. Nazianz. *orat. 1.* in Iulianum Apoſtatam, quem, vt docuit publicè,

Digitized by Google

blicè, ſolemniterque à fide deſciuiſſe, exagerat manibus, quibus Sacratiſſimum Chriſti Corpus acceperat, abuſum.

Ad 2. Stephanus Educnſis *de Sacram. Altar. cap. 15.* à Cœna Chriſti ſumit exordium: *Cum Dominus*, inquit, *Diſcipulis ſuis dixiſſet: Accipite, & manducate: quæritur ſi acceperint, & ſibi miniſtrauerint? Ad hoc dicamus quia, qui miniſtrare venit, & non miniſtrari, & qui conſecrauit, ipſe miniſtrauit. Nec eſt intelligendum, quod ex manibus eius acciperent, & ſibi miniſtrarent, ſed Dominus de manu ſua miniſtrauit, & manducare præcepit.*

Ex Baſilio ad Cæſaream Patritiam habetur, neceſsè habere aliquem, ſi non adſit Sacerdos, communionem propria manu ſumere, ac non eſſe graue:

Subditi ab Epiſcopo libentes ſumebant. Euſtach. in S. Eutichio Epiſcopo Conſtantinopolitano.

Sacerdos alteri adminiſtrabat, idquè ſæpè inuicem. Nicephor. *lib. 14. cap.* Diaconi Presbyteris: Sed hoc Eccleſiæ diſplicuit, vetitumque Nicena Synodo. Angeli id myſterij non ſemel obiuere. Octauianus de Martinis orat. coram Sixto IV. de B. Bonauentura. Franciſcus Sacchinus in vita B. Stanislai à Coſtka Societatis Ieſu.

Ad 3. Syntaxis in Synaxi erat, ordinem ſeruabant, vt confuſio omnis tolleretur. In Miſſa Diu. Iacobi fratris Domini. Dicit Diaconus: *Domine benedic. Sacerdos, Dominus benedicet, & dignos nos faciet, qui puris forcipibus accipiamus igneum carbonem, & imponamus in ora fidelium ad purgationem, & renouationem animarum ipſorum, & corporum, nunc, & ſemper. Deindè quod ſequitur: Guſtate, & videte, quod benignus eſt Dominus, qui in partes diſtributus, ac non diuiſus, & fidelibus impertitus, nec conſumptus eſt in remiſſionem peccatorum, & vitam æternam, nunc, & ſemper, & in ſæcula &c.*

Poſtea Sacerdos communicat, & deindè impertit Clero, ac deindè populo. Cum autem attollunt Diaconi diſcos, & Calices ad impertiendum populo, Diaconus ait, tollens primum diſcum. Domine benedic. Sacerdos reſpondet: Gloria Deo, qui ſanctificauit, & ſanctificat nos omnes. Diaconus ait: Exaltare ſupra Cœlos, & ſupra Terram vniuerſam, gloria tua, & Regnum tuum permanet in ſæcula ſæculorum. Et cum Diaconus depoſiturus eſt in menſulam, ait Sacerdos: Benedictum nomen Domini Dei noſtri in ſæcula. Diaconus: Cum timore Dei, & fide, ac dilectione accedite. Populus: Benedictus qui venit in nomine Domini: Et rurſum cum attollit diſcum de menſula, ait: Domine benedic. Sacerdos: Serua Deus populum tuum. & benedic hæreditati tuæ. Sacerdos rurſus: Gloria Deo noſtro: quia ſanctificauit nos omnes. Et cum deponit Calicem ſuper ſanctam Menſam, Sacerdos ait. Sit nomen Domini benedictum in ſæcula ſæculorum. Tunc ab omnibus Deo gratiæ referuntur.

Alibi alia lex fuit, addita, dempta, mutata prò loco, & tempore, & opportunitatibus.

Ad 4. Priuatim Sancti quædam communicaturi obſeruarunt, idque monente, aut approbante Deo. Apud Palladium in *hiſtor. Lauſiaca ſect. 35. Præſcribit Angelus Pachomio, vt Monachi ingredientes ad Chriſti communionem Sabbatho, & Dominica Zonas ſoluant, & pellem ouinam deponant, vt cum ſola cuculla ingrediantur. Fecit autem eis cucullas molles tanquam pueris, quibus etiam iuſſit imponi figuram Crucis purpuream.*

Beata Mechtildis *lib. 1. viſionum cap. 68.* quinquies Salutationem Angelicam ſolita eſt recitare ante Communionem, quam conſuetudinem Virgo Mater collaudans, eſt amplexa &c.

Ad 5. Mulieri eam legem Apoſtolus imponit, vt caput velet, viro, vt aperto ſit, 1. *Corin.* 2. Et Conſtitutiones Apoſtolicæ, cum ordinem ſeruari debere docuiſſent, etiam huius meminerunt *lib. 2. cap. 58.*

Paulinus *epiſt.* 4. de Sampſonis, & peccatricis capillatio. *Fœminis tantum comam Apoſtolica reliquit authoritas, quia etſi ipſis vna nobiſcum fides velamentum cordis amouet, tamen tegumentum capitis, & frontis vmbraculum verecundum decus poſtulat. Et ideò perfectus fidei, ac diſciplinæ magiſter docet indecorum viro crinem, quia abſcondi non poteſt caput viri Chriſtus, quod eſt illa ſupra montem ædificata Ciuitas in Eccleſia, quæ Corpus eſt Chriſti &c.*

Ad 6. Grauis monitio Apoſtoli 1. *Corin.* 11. *Quicumque manducauerit panem hunc, vel Calicem Domini biberit indignè, reus erit Corporis, & Sanguinis Domini &c.*

Adituro ergò Sacram Synaxim, ante omnia munditia originalis recuperanda, quod per Baptiſmum neceſſariò fieri debet; Ianua enim eſt & primus aditus ad cœtera Sacramenta; manere ſiquidem eum oportet in Chriſto, & Chriſtus in eo; Quod doctè in rem præſentem Paſchaſius Corbcienſis *lib. de Corpore, & Sanguine Domini* explicat *cap. 6.*

Secundò. Ab omni læthali crimine purus debet eſſe. Guitmundus Auerſanus de Humanitate Chriſti. *Indignè ſumitur, ſi in mortiferis peccatis maneat anima &c.*

Tertiò. A' luxuria maximè alienus: quia impurus odio eſt Creatori, qui cum ſit Virginis Filius, ſin Virgines, minimum caſtos omnes vult. Ad Sacerdotes, & ad Dominicam Menſam accedentes *ſermo eſt 38.*

Quartò. Vt ſcientia inſtructi accedamus: Nam Damaſcenus *lib. 4. fidei cap. 14.* ad reliqua eam requirit. *Summo cum metu, pura conſcientia, fideque haudquaquam dubia accedamus, ac profectò ſic nobis fiet, quemadmodum firmè, ac conſtanter credimus, ipſum porrò omni puritate colamus, hoc eſt ſpirituali, & corporea ſiquidem, duplex ipſe eſt.*

1 *De mutatione, quæ in Euchariſtia fit. Vox Tranſubſtantiatio, an nupera?*
2 *Speciebus ſub quibus occulitur, quę apud Patres nomina?*
3 *Quomodò tranſubſtantiatio fiat? Anne benedictione?*
4 *Quibus verbis fiat conſecratio?*
5 *Vndè ea vis verbis ſiſtendi Chriſtum in Ven. Euchariſtia?*
6 *Quæ inducere hominem ad credendum tranſubſtantiationem poſſint? Vbi an ergò plures Chriſti? Ante, & quomodò idem numero Corpus poſſit eſſe ſimul in diuerſis locis? Et ad id exempla Sanctorum?* tom.9. Conſult.95.

AD 1. Clarè admodum mutationem, quæ in Ven. Euchariſtia fit Sac. Concil. Triden; *ſeſſ.3. cap.4.* fatetur, creditumque ſemper Catholicis tranſubſtantiationem fieri docet, vt ibi. Deindè *can.1. & 2.* anathema contrà ſentientibus dicit.

Ante Concilium annis aliquot, tanquam vulgari prò tritaque voce Tranſubſtantiatione eſt vſus Petrus Bleſenſis Cantuariæ in Anglia quondam Cancellarius, vt eam Scopius repetit *ſerm.38.*

Gregor. in homil. Paſchali. *Eodem momento, & in Cęlum rapitur miniſterio Angelorum conſecratum Corpus Chriſti, & ante oculos Sacerdotis in Altari videtur. Sicut autem Diuinitas Verbi totum implet Mundum, ità Corpus illud in pluribus conſecratur, nec ſunt multa Corpora, ſed vnum Corpus, & vnus Sanguis, ideòque ſiuè plus, ſiuè minus quit indè percipiat, omnes æqualiter Chriſti Corpus integerrimè ſumunt.*

In Aphrica Tertull. *lib.5.* carminum in Marcionem ità cecinit.

Ante diem, quam cum pateretur, Paſcha celebrans;
Diſcipuliſque ſuis tradens memorabile factum,
Acceptum panem, pariter vitiſque liquorem,
Corpus. ait. Sanguiſque meus, qui funditur, hic eſt,
Prò vobis, fieri ſemper quod poſtea iuſſit.
Quare Creatura panem, vinumque putatis,
Eſſe ſuum Corpus cum Sanguine? Quanè fatenda?
Non ſe Factorem Mundi per facta probauit,
Et portare ſimul de carne, & Sanguine Corpus.

Ad 2. Fugit panis, & pignori accidentia relinquit, quaſi veſtem. Sub ijs Chriſti Corpus latet. Vocarunt Antiqui ſpecies. Cyrillus Hieroſolymitanus *Cathecaſi Myſtagogica 4. de Myſter. comm.* Lanfrancus *cap.8.* Indèque myſterium Auguſtinus dici vult *lib. de Cathechiz. rudib.* quod myſterium, & ſecretum idem ſint.

Apparentem panem Macarius Ægyptius *homil.27.* & Cyrill. *cathec.4.* qui ibi loci *typos* etiam vocat.

Antitypa, quæ Plotino contrà Gnosticos *cap.6. rerum imagines, non res ex ipſa* Clemens *lib.3.* Dionyſius Areopag. *cap. de Commun.* Hilargus *can.30.* Epiphanius *homil. de Reſurrectione* Typus Nazianzenus *orat.42.*

Effigiem Iodocus Clictoneus *lib.4. cap.14. Damaſceni de Fide.*

Figura. Damaſcenus 4. *fidei cap.14.*

Similitudinem. Ambroſ. *lib.4. Sacram. cap.4.*

Velamen. Martinus V. contrà errores Ioannis Vuicleſi.

Symbola. Maximus de Eccleſiaſtica myſtigogia Andreas Hieroſolymitanus Epiſcopus Cretenſis *homil. in Dominica Palmarum.*

Senſibilia. Odo Camerati Epiſcopus expoſitione Canonis.

Qualitates. Hugo Epiſcopus Lingonenſis, qui ſub anno Chriſti 1050. floruit inſigni doctrina.

Ad 3. Quoniam Apoſtolus 1. *Cor. 10.* ait. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonnè communicatio Sanguinis Chriſti eſt, & panis, quem frangimus, nonnè participatio Corporis Domini eſt.* Et quia Patres in eum ferè modum loquuntur. Cyprian. *De Cœna Domini*, Ambroſ. *lib. de ys, qui initiantur*; Quidam putarunt, conſecrationem benedictione à Chriſto factam. Ità Innocen. Papa de Myſterio Miſſę: *Sanè dici poteſt, quod Chriſtus virtute diuina confecit, & poſteà formam expreſſit, ſub qua poſteri benedicerent. Ipſe namque virtute propria per ſe benedixit, nos autem ex illa virtute, quam indidit verbis.* Et Diu. Tho. eum locum explicans. *Cui benedicimus idem nos Sacerdotes conſecramus.* Odo Epiſcopus Cameracenſis *expoſit. Can. Benedixit, ſuum Corpus fecit, qui prius erat panis, benedictione factus eſt caro, modò caro iam non panis.* Deindè pergit: *Patet, quod panis accepta benedictione, factus ſit Corpus Chriſti, non enim poſt benedictionem dixiſſet: Hoc eſt Corpus meum, niſi in benedictione fieret Corpus ſuum.*

Eò tandem progreſſum, vt putarent quidam ſignum Crucis expreſſiſſe, & traditionem Apoſtolicam cenſuerint.

Sed reſpondeo ex Alberto, ſine authore, & pondere hęc dici, adeòque gratis, admittoque ſignum Crucis adhiberi meritò: non tamen manifeſto Chriſti exemplo. Amalius Fortunatus *lib.3. de offic. Eccleſiaſt. cap.24. Si Dominus quandò benedixit panem, feciſſet Crucis ſignaculum, ipſi norunt, qui præſentes fuerunt, pręſertim quia nondum erectum Vexillum S. Crucis, at modò neceſſaria eſt, dicente Auguſtino in expoſitione Euangelij* Io. homil.64. *Hoc ſigno Crucis conſecratur Corpus Dominicum, ſanctificatur fons baptiſmatis, initiantur etiam Præsbyteri, & cęteri gradus Eccleſiaſtici, & omnia, quæ ſanctificantur hoc ſigno Dominicæ Crucis cum inuocatione nominis Chriſti conſecratur.*

Videretur profectò benedictione ſigno Crucis expreſsè conſecrationem addicere, niſi ſe ipſe *ſerm.19. de Sanctiſ.* explicaret.

Cum eiuſdem Crucis charactere Baſilicæ dedicantur, Altaria conſecrantur, Altaris Sacramenta cum interpoſitione Dominicorum verborum conficiuntur, & in vniuerſum omnia Eccleſiæ Sacramenta in huius virtute perficiuntur.

Quaſi

Digitized by Google

Quaſi dicat, Crucis quidem ſignum adhiberi, ſed interpoſitis verbis confici Sacramentum. Plauius *tract. 118. in Io. Quod ſignum niſi adhibeatur, ſiuè frontibus credentium, ſiuè ipſi aquæ, ex qua regenerantur, ſiuè oleo, quo chriſmate vnguntur, ſiuè Sacrificio, quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur.* Aduerte B. Auguſtinum dicere: *Nihil eorum ritè perficitur*, atque adeò conſecrare quidem, qui verbis ſine benedictione vteretur, ſed quia prætetiret benedictionem, non ritè facere, ſed peccare.

Ad 4. Conc. Florentinum definiuit, & Eccleſię Catholicæ mentem protulit: *Forma huius Sacramenti ſunt verba Saluatoris, quibus hoc conficit Sacramentum. Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens, hoc conficit Sacramentum.* Vbi duo docet, Chriſtum, Sacerdotemque, qui Chriſti vice conſecrat iiſdem verbis facere.

Gregorius Niſſenus in oratione Catechetica apud Euthymium in panoplia *tit. 21.* Panis ſtatim per verbum in Corpus mutatur, vt dictum eſt à verbo: *Hoc eſt Corpus meum.* Ità, & Chriſoſtom. *homil. de prod. Iudæ & homil. 2. in epiſt. ad Timoth. 2. Vt verba, quæ loquutus eſt Chriſtus, eadem ſunt, quę Sacerdotes nunc quoque pronunciant, ità & oblatio eadem eſt*, Ambroſ. *lib. 4. de Sacram. cap. 4. & 5*, ac alij.

Ad 5. A Chriſto, & Spiritu Sancto. Chriſoſt. *l. c.* A Spiritu Sancto Auguſtinus *lib. 3. de Trinit. cap. 4. Non ſanctificatur, vt ſit tam magnum Sacramentum, niſi operante inuiſibiliter Spiritu Sancto.*

Baſilius in anaphora Spiritus Sancti operationem graphicè exprimit, Diaconi, Sacerdotiſque munera referens: *Quam veneranda eſt iſta hora, & hoc tempus dilectiſſimi, cum Spiritus Sanctus viuus, & ſupremis Cælorum Sedibus deſcendit, atque incubat, manetque ſuper hanc Euchariſtiam propoſitam, eamque conſecrat*, & alij.

Ad 6. Altius myſterium eſt, quam quod à nobis penetrari poſſit; Fides tamen eò ducet. Guitmundus Aderſanus *lib. 1. de verit. Euchariſt. Non præcepit tibi Chriſtus, intellige, ſed crede, quod quicquid omninò fieri vult, fiat; Non enim prius intelligendum, vt poſtmodum credas, ſed prius credendum, vt poſtmodum intelligas; Nec Propheta Iſaias dixit* Iſaiæ 7. *Niſi intellexeritis, non credetis; Sed niſi credideritis, non intelligetis.*

An ergò plures Chriſti? Quæſtionem hanc Beato Samone Achmed ante annos propè mille propoſuit, & hæc ratio dubij erat: Cum Chriſtus in omnibus hoſtijs ſit, et ſingulæ diuidi adhuc poſſint, et ipſe ſub minimo fruſtulo maneat difficillimum intellectu videtur vbique eundem eſſe, et crudele diuidi membra, quæ certè nullo modo tot hoſtijs, partibuſque reſpondere poſſint.

Si quæris modum, inquit Lanfrancus Cantuarienſis *lib. de Euchariſt. quo id fieri poſſit, veſtigari vtiliter non poteſt.* Similia lucem dant, quæ pulchra habet. S. Samonas: *Quiſpiam habens ſpeculum alliſit terræ, & in multa fragmenta comminuerit, in ſingulis tamen fragmentis vmbram ſui ſaluam quis videre poſſit. Sic intelligat oportet, ex hac vmbra, carnem Chriſti eſſe ſaluam, atque integram in vnoquoque fruſtro, quocumque tempore, quoties, & vbicumque frangitur &c.* Alterum. *Omne verbum, quod homo proferendo emittit, & qui loquitur ipſum audit, atque intelligit, & qui circumſtat, etſi multi ſint, qui audiant, non tamen diuiſum, ſed integrum audiunt. Eodem modo ponendum eſt, & affirmandum in Corpore Chriſti: Illud Chriſti Sacroſanctum Corpus aſſidens Patri, apud eum manet, quin etiam panis conſecratus per Sacerdotem in verum Chriſti Corpus transformatus, potentia diuina per acceſſum Sacroſancti Spiritus, licet diuidatur, tamen integrum, & ſaluum in vnoquoque fruſtro ſeruatur, vt etiam oratio eius, qui loquitur, omnibus, qui audiunt, integra, nec diuiſa auditur. Cum igitur panis ſanctificatus in partes diuiditur, qui Sacroſanctum Chriſti Corpus eſt, nè exiſtimes, quod particulatim diducatur, aut auellatur, aut more membrorum à ſe auulſorum diuidatur incontaminatum illud Corpus. Nam immortale eſt, & incorruptibile, quodque nunquam exhauriri, & conſumi poterit, ſed quod partitio ea eſt accidentium, quę ſub ſenſum cadunt, duntaxat poſt Sanctificationem, ad fidei robur, & exhibitionem ſigni viſibilis rerum, quæ permanent ſimul, & in arrhabonem, & viaticum parandæ nobis vitæ ęternæ.*

Eadem de verbo habet Innoc. *lib. 4. de Myſterio Altaris cap. 27.*

Accedunt exempla hominum, qui diuerſis in locis ſimul eodem in tempore viſi. Beatus Seuerus Sulpitius epiſt. ad Baſſulam Socrum ſuam *cap. 28.* et Gregorius Turonenſis *lib. 1.* Miraculum S. Martini *cap. 5.* Eo tempore, quo ſcilicet è vita D. Martinus exceſſit, Beatus Ambroſius, cum Mediolanenſi Ciuitati pręerat Epiſcopus, et feſta Dominici diei in Templo peragebat, eodem tempore funus B. Martini perſoluit.

Apud Laurentium Surium 1. Februarij de S. Senero, qui Rauennæ Epiſcopus, dum ibi functiones Eccleſiaſticas perageret Coepiſcopo ſuo Geminiano in Mutinenſi Eccleſia animam commendauit, et alibi aliorum plurimorum.

Porrò non poſſe per virtutem naturalem idem numero corpus ſimul eſſe in diuerſis locis, omnes conueniunt. Nam quantitas eſt ratio formalis occupandi locum; Quantitas autem cuiuslibet corporis eſt finita, et limitata ad vnum effectum adęquatum, ſicut cęteræ formæ; Ideòque ſolum ſe extendit ad occupandum vnum locum, intrà cuius terminos clauditur; Quare non poteſt plures ſimul occupare. Solum ergò quæritur: An id poſſit fieri per potentiam Dei abſolutam?

Affirmatiuè. Cauſa poteſt in quocumque loco vbi eſt, producere ſuum effectum, quem continet, & ſi ſit libera poteſt producere in extremis, non producendo in medio. Deus autem eſt

 vbi-

vbique, & totus in qualibet parte, cui correſpondet, ſecundum ſuam virtutem; Atque adeò virtutes ipſius, vt continet hunc numero effectum. Ergò cum poſſit producere hunc numero effectum in hac parte loci, poterit etiam hunc ipſum numero producere in alio ſimul; nam poteſt, vbi eſt.

De materia, & forma Calicis, deque apparatu Cœnico Menſæ Chriſti. Qui Calices olim in vſu? Quot Calices in Cœna Chriſtus habuit? An vino puro impermixto vtendum? Cur vino Chriſtus aquulam immiſcuit? Calidam an Græci rectè in Calicem infundant? Vide de Miſſæ Sacrificio tom. 9. Conſult. 96.

De pertinentibus ad Sacrificium Miſſæ? Vide de Miſſæ Sacrific. tom 9. Conſult. 97.

An Conſtitutio Innocentij XI. contrà ſurripientes Hoſtiam conſecratam, comprehendat Clericos ſæculares, & Regulares &c. Vide de Regular. tom. 9. Conſult. 124.

Alia quoad Euchariſtiam? Vide de Miſſæ Sacrific. ac de Canonizatione Sanctor.

DE EXAMINE, ET EXAMINATORIBVS SYNODALIBVS.

An Examinatores Synodales teneantur emittere iuramentum in Synodo? tom. 1. Conſult. 13.

CОncil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reform.* vbi agit de Examinatoribus Synodalibus, inquit, debere eligi, & approbari ab ipſa Synodo, ſubdens autem ibidem de iuramento ab eis præſtando, abſolutè loquitur, nec determinat, quod præſtetur in eadem ſynodo.

Tenendum igitur eſt, poſſe etiam præſtari extrà Synodum, Garz. *de benefic. p.* 9. *cap.* 2. *nu.* 356. quem ſequitur Gauant. in *prax. Synod. cap.* 31. *num.* 8. Et confirmatur: quia cum idem Conc. concedat, poſſe eligi in Examinatores etiam Regulares, qui non interueniunt in Synodo, manifeſtè colligitur, quod extrà Synodum poſſint iuramentum præſtare.

Nec obſtat deciſio *Foroſempronien.* coram Mantica, quam refert idem Garz. *loc. cit. nu.* 133. Nam in ea tantum dicitur, concurſum fuiſſe nullum: quia coram Examinatoribus factum fuerat, qui non præſtiterant iuramentum, ſed nihil in ea dicitur, quod ſit præſtandum in Synodo.

QVidam Ordinarius obtinuit à Sac. Congreg. licentiam nominandi extrà Synodum ſex Examinatores, accedente conſenſu Capituli. In vim d. facultatis nominauit tres Canonicos Eccleſiæ Metropolitanæ, duos alios Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ, & vnum Archpresbyterum, quos cũ propoſuiſſet Capitulo, requirendo illius conſenſum, ille fuit à maiori parte Canonicorum denegatus prætextu, quod dicti nominati eſſent amici ipſius Ordinarij. Quæritur:

An eiuſmodi nominatio ſit confirmanda? tom. 1. Conſult. 119.

AFfirmatiuè. Ex quo enim Ordinarius nominauit Examinatores, & inſtitit penes Capitulum, vt præſtaret conſenſum, quod illud ſine cauſa præſtare recuſauit, habentur prò legitimè deputatis, etiam d. conſenſu non interueniente, Abb. in *cap. nullus num.* 1. Anchar. *num.* 3. & Butr. *num.* 2. *de iurepatr.* vbi quod in tali caſu Pontifex, ad quem habetur recurſus, vel dat licentiam, ſupplendo d. conſenſum, vel cogit ad conſentiendum, Zabarel. in *Clem.* 2. *§. vlt. num.* 4. *de appell.* Iſte enim conſenſus debet concedi ex iuſtitia, & ideò prò conceſſo habetur, ſi præſtari differatur, Burſat. *conſ.* 45. *num.* 2. *& conſ.* 57. *num.* 8. *lib.* 1. Surd. *dec.* 220. *num.* 44. *& ſeq.* ac alij.

Eóque magis, quod in dictis Examinatoribus concurrant requiſita à Concil. Trident. *cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *de reform.* ſcilicet inter alia, quod ſint inſigniti Eccleſiaſtica Dignitate.

Neque obſtat allegata amicitia Ordinarij: quia ſufficit, quod ſint præditi qualitatibus requiſitis, præſertim quia illorum partes ſunt approbare concurrentes, & ad Epiſcopum eligere; vndè non obeſt amicitia. Ac proindè etiam ſi eſſent inimici, non ideò Ordinario eriperetur facultas eligendi, quem voluerit ex approbatis. Hinc Sac. Congr. in vna *Meſſanen.* huiuſmodi nominationem approbauit, confirmauitque die 20. Septemb. 1645.

An, & quatenus Epiſcopus poſſit Parochos ritè, ac rectè ſemel approbatos, iterum, ac pluries ad examen vocare? Vide de Parocho tom. 1. Conſult. 133.

An

An examen factum ſine Examinatoribus Synodalibus, in collatione Parochialium Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, ſeù laicalis, vel mixti, quandò plures præſentaatar, ſit contra diſpoſitionem Sac Conc. Trid. ſeſs.24.de reform. tom.1.Conſult.260.

EXamen eſse nullum reſoluit Sac.Cong.Conc. in *Vercellen.*21.Martii 1643.

An electio, ſeù approbatio Examinatorum Synodalium ſuſtineatur, ſi non fiat per vota ſecreta? tom. 1. Conſult.288.

SVſtineri arbitrio Epiſcopi declarauit Sacr. Congr. Conc. in vna *Fulginaten.*3. Decembr. 1644. *ad cap.*18.*ſeſſ.*24. *de reform.*

An Examinatores, tam ex Capitulo, quam ex Clero deputati ia Synodo, qui non ſunt Doctores, debeant denuò deputari ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid? tom.1.Conſult.331.

ELectionem ſuſtineri, tanquam de magis idoneis cenſuit Sac. Congr. Conc. in vna *Fulginaten.* 18. Nouemb.1645. *ad cap.*18. *ſeſſ.* 24. *de reform.*

An Vicarius Generalis, qui interuenit Examini, poſſit, præter Examinatores, interrogare Examinandos, etiam ſi anteceſſores fortè id non fecerint? tom. 1. Conſult.403.

AFfirmatiuè Sac.Congr.Conc. in vna *Ianuen.* 14.Auguſti 1643.

An Examinatores Synodales poſſint, etiam non vocati accedere ad examen, an potius diſpoſitio Sac. Conc. Trid. ſeſſ.24. cap.18. de refor. *quod tres ex ipſis, per Epiſcopum eligantur, locum habeat, etiam in examine ad Confeſſiones, & ad Ordines?* tom.1.Conſult.404.

AD 1. Non poſſe. Ad 2. Non habere locum cenſuit Sac.Cong.Concil. in eadem *Ianuen.*14.Auguſti 1643.

An Epiſcopus, vel Vicarius Generalis teneatur dare litteras approbationis ijs, qui fuerunt ab Examinatoribus ad Ordines, Confeſſiones, & ad Curam animarum approbati, quamuis certus in conſcientia credat, huiuſmodi approbatos eſſe minus idoneos? tom.1. Conſult.405.

NON poſſe reprobare approbatos, ſed ex illis eligere quem maluerit, ad præſcriptum Concilij. Ita cenſuit Sac.Congr.Conc.in dict. *Ianuen.* eodem die, & anno.

An in Diœceſi, in qua ſunt duæ Cathedrales vnitæ fiat deputandi in qualibet Examinatores diſtincti ab alijs alterius Cathedralis? tom.1.Conſult.413.

AFfimatiuè cenſuit Sac.Congr. Conc. in vna *Valuen.*& *Sulmonen.* 3.Septemb.1650.Idem vide de *Cathedralibus tom.*9. *Conſult.*125.

An deputatis in Synodo Diœceſana tantum quinque Examinatoribus Synodalibus, ex quibus tres fuerunt adhibiti in concurſibus Parochialium, an huiuſmodi concurſus fiat inualidi? tom.1.Conſul.420.

ESſe inualidos cenſuit Sac Congr.Conc in vna *Vmbriaticen.* 4. Septemb.1655. *ad cap.*18. *ſeſſ.*24.*de reform.* & vide de *Concurſu ibidem.*

An, elapſo anno poſt Synodi celebrationem, morte ſequuta vnius ex dictis quinque Examinatoribus, concurſus habiti cum tribus ex eiſdem quatuor Examinatoribus, ſint validi? Vide de Concurſu,to.1. Conſult.421.

An, elapſo anno à celebratione Synodi, concurſus habiti per Vicarium Capitularem, Examinatoribus Synodalibus non adhibitis, ſint validi? Vide de Concurſu tom.1. Conſult.422.

An concurſus, in quo cum Examinatoribus Synodalibus intereſt aliquis, qui non eſt Examinator Synodalis, iſque poſt examen interroget tantum honoris cauſa, nec dat votum, nec ſe ſubſcribit, ſit validus. Et an Examinatores compelli poſſint ab Epiſcopo ad accedendum ad examen? Vide de Concurſu tom.3.Conſult.21.

Circa ius examinandi Parochos Religionis Hieroſolymitanæ. Vide de Equitibus tom.3. Conſul.58. Sum.num.3.& 4.

An Archidiaconus euocari debeat ad examen Ordinandorum, & concurſus? Vide de Ordine to.4. Conſul.181.

De prorogatione, & abbreuiatione examinis multa. Vide de Concurſu tom.6. Conſult.3.

Multa circa examen. Vide de Concurſu to.9.Conſult.77.

DE EXEMPTIONE *à Iuriſdictione Ordinarij.* Vide de Epiſcop. tom.1. Conſult.93. & de Immunitate tom.4. Conſult.136. ac de Viſitatione tom.7.Conſul.16.& præſertim tom.9.Conſult.129. ac etiam de Capitulo tom.10. Conſult.124. & de Monial.tom.eodem Conſul.54.

DE

DE
FESTIS DIEBVS

An detur appellatio à denegatione licentiæ laborandi Feſtis diebus? Vide de Appellation. tom.1. Conſult. 3.

An poteſtas ſæcularis poſſit ſubditis ſuis indicere, ac præcipere obſeruationem alicuius diei Feſti; nec non præſcribere modum incedendi in proceſſionibus, abſque Epiſcopi authoritate? Vide de Immunit. to.1. Conſult.8.

An Epiſcopus poſſit abſque conſenſu Cleri, & populi præcipere obſeruantiam alicuius diei Feſti? tom.1. Conſult. 11.

TExtus in *cap.final. de fer.* præcipit in ferijs introductis in honorem Dei, & Sanctorum, niſi ob neceſſitatem, vel pietatem iudicium exerceri non poſſe, & poſt enumeratos dies feriatos in honorem Dei, & Sanctorum conſtitutos, ſubdit, idem ſeruandum eſſe in cæteris ſolemnitatibus, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis Diœceſibus cum Clero, & populo duxerint ſolemniter ſeruandas.

Textus quoque in *cap.1.de cenſur. diſt.3.* diſponit populo denunciandum, vt ſciat tempora feriandi, & nominatim enumeratis diebus, addit generaliter eas Feſtiuitates, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis Epiſcopatibus cum populo collaudauerint.

Ex quibus iuribus Doctores in *d.cap.fin.* vbi præſertim Abb. *nu.4.&* 5. determinant, Epiſcopum non poſſe in ſua Diœceſi ſolemnitatem Feſti diei introducere abſque conſenſu Cleri,& populi, licet Butr. *ibi num.*17. recedendo ab hac opinione, quam dicit olim ſe tenuiſſe, velit, Epiſcopum id poſſe cum Clero, aut Capitulo. Et Abbatis, aliorumque ſententiam ſequitur Sayr. in *Clau.reg.lib.7.cap.3.n.*16. Suar qui de Relig. *tom* 1. *cap.*11.*n.*7. latè tractat hanc quæſtionem, & primò affirmat in rigore iuris non ſolum, ſed cum Clero, & populo poſse præſcribere leges peculiaribus Feſtis in ſuo Epiſcopatu ſeruandis: Quia eius poteſtas circà hunc actum expreſsè limitatur per iura ſuprà allegata. Et ibi *num.*8. examinando dicta Abbatis in *allegat. cap.fin.* quatenus ait Abb. quod ſi populus ſine ligitima cauſa cōtradicat, non obſtabit eius diſceſsus, concludit contra ipſum Abbatem, imò requiri conſenſum populi: quia cum talia præcepta ſint potius ad quendam maiorem ornatum, & deuotionem, quam ad ſalutem populi neceſsaria, & è contra populus poſset inde grauari, meritò potuit iure ſtatui, vt ſine ſuo conſenſu, ad id ſeruandum cogi non poſſit.

Id tamen temperat *num.*18. vt intelligatur, quandò populus vnanimi conſenſu contradiceret, ſed ſi Epiſcopus cum Clero conueniret, & aliqui de populo conſentirent, licet plures contradicerent, tunc fortè huiuſmodi contradictio non eſset attendenda, iuxtà Abbatem.

Tandem aduertit, ſupradicta locum habere, inſpectis terminis iuris communis: Quia per conſuetudinem videtur huic iuri derogatum, cum ſoleant Epiſcopi cum conſilio Cleri, vel aliquorum de Clero huiuſmodi præcepta populo indicere, eò minimè vocato, quam conſuetudinem, inquit ſeruandam eſſe, vbi introducta eſt.

Hinc enim, cum idem quæſitum fuiſſet à Sac. Rit. Congregatione die 15. Decemb. 1629. Sac. Congr. Concil. reſpondit, decretum Sac. Conc. Trid. *cap.*12. *ſeſſ.* 25. *de Regul.* non tribuiſſe Epiſcopis maiorem facultatem dies Feſtos indicendi, quam habeant à iure communi.

An populus tempore peſtis, vel alterius neceſſitatis cum conſenſu Epiſcopi, confugiendo ad protectionem B.Virg. Montis Carmeli, vel Roſarij, poſſit ſe obligare ad celebrandum quotannis illius Feſtum, nec non ad ducendum eo in Feſto publicam proceſſionem? tom.4. Conſult. 184.

AFfirmatiuè. Neutrum enim apparet prohibitum. Non primum: quia Epiſcopus poſſet de iure communi, vt ſupra diximus *tom.* 1. *Cnſult.*11. Nequè ſecundum: nam Epiſcopus poteſt, occurrente publica neceſſitate, ſolemnes, & extraordinarias proceſſiones indicere, vt pluribus relatis comprobat Barbos *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.*78. *n.*2. *& ſeqq.*

Ex quibus ſequitur, quod, excluſa neceſſitate aſſenſus populi nihil refragetur, quod aliqui ex Magiſtratu poſt publica comitia priuatim diſſentiant: Nam quatenus eſſet neceſſarius huiuſmodi conſenſus, ille non deſideratur, cum electio facta in publicis conſilijs, in quibus omnes fuerunt vocati, non poſſit tolli ex ſubſequenti contradictione aliquorum particularium, *l. non diſtinguemus* 37. *§. complures ff. de receptis arbitr.* Rot. coram Buratto *dec.*225.*n.*4. *& dec.*351. *n.*6. Sicuti idem dicitur de diſſenſu quorundam Eccleſiaſticorum: quia ex dictis liquet, non eſſe neceſſarium, & in omnem euentum habetur prò præſtito, cum in re tam laudabili & pia nullam habeant cauſam contra-

Digitized by Google

tradicendi,vt in ſimilibus terminis notat Abb. *in cap.Conquaſtus n.5. in fin.*& Genuen. *cap.*5 t. *num.*1.

Nequè obſtat decretum Vrb. VIII. præſcribens ſolemnitates adhibendas in electione Protectoris: Quia non verſamur in vera, & formali electione Protectoris.

An poſſit celebrari Feſtum de aliquo Sancto Veteris Teſtamenti? Vide de Canonizat. tom.5. Conſult.39.

An ex omni licentia laborandi Dominicis, ac Feſtiuis diebus, poſſit exigi aliqua eleemoſyna eroganda locis pijs,vel pauperibus? tom.5. Couſult. *69*.

AFfirmatiuè per tex. *in cap.licet de for.* vbi decernitur, quod poſt factam capturam, Eccleſijs circumpoſitis congruam faciant portionem, vbi Gloſ. inquit: *& nota, quod neceſſitas facit licitum, quod alias erit illicitum*, & Abb. *num.*4. ait, quod quandò ex neceſſitate quis intendit circà opus ſeruile, debet in compenſationem facere aliquam eleemoſynam, *& n.6. ac.7.* dicit vltimò quæro de qua neceſſitate intelligitur iſte textus, & ſequitur, quod prima expoſitio eſt nimis ſtricta; vndè intellige de qualibet neceſſitate alimentorum,quę poſſunt, non ſolum in præſenti, ſed etiam in futurum contingere. ſi dilatio eſt allatura damnum.

Hoſtiens, *in ſum. lib.*2. *de fer. n.*4. vbi inquit, quid in eis agi debeat, ait. Item ea, quæ pertinent ad agriculturam, vel putationem vinearum, prout de Epiſcopali authoritate dicit *§. Ruri ergò* hoc autem intelligas, neceſſitate inſtante, quandoquidem licet piſcari in diebus Dominicis, & cum facta collectione,& captura congrua,portio Eccleſijs circumpoſitis, vel Chriſti pauperibus fiat,vt infra, *cap. licet de fer.*

His adſtipulatur Genuenſis *in man.paſtor.cap.*18. de auaritia euitanda ab Epiſcopis in exigendo, quod ſibi non competit, nec debetur ratione officij Paſtoralis, vbi *num.*7. quærit: An Epiſcopus poſſit concedere licentiam laborandi, metendi, ac ſeminandi in diebus Feſtis ſine neceſſitate, dummodò aliquid ſoluant fideles Eccleſię Cathedrali prò oleo lampadis? Et reſpondet,Epiſcopum,qui hoc faceret, grauiter errare, & non aliud eſse, quam vendere Feſta, & pecuniam accipere prò offenſis Dei: quia talis licentia non debet concedi ſine neceſſitate, & conſideratur neceſſitas in rebus tranſitorijs, vel propter pluuiam, vel propter aliam iuſtam cauſam,vel neceſſitas alimentorum, vt notat Abb. *in cap.licet de fer.* Sed an quandò conceditur licentia laborandi propter neceſſitatem, poſſit aliquid exigi? Abb. *in d. cap. licet n.*4. ait, quod ſic, conuertendum tamen in vtilitatem Eccleſiæ. Quod cenſet verum, dummodò non exigatur ante labores, & fructus perceptos, iuxtà terminos *d. cap. licet*. Sed ſi adeſſet timor litis in exigendo,puto,poſſe exigi ante labores, ex Caiet. *l.c. v. ſimoniia*, & Nauar. *cap.* 23. *nu.*166. *manual*, ac Bonac. *diſp.*5. *§. vlt. dediſpenſat*.

Votum Sac.Cong. Conc. cenſuit, licere diebus Feſtis operam dare rebus ad vitam neceſsarijs, ac tempore perituris, præſertim tempore vindemiarum, ac meſſium, & recollectionis fructuum, vel vbi neceſſitas vrget, ac pietas ſuadeat. Cæterum quoniam verendum eſt, nè priuatis affectibus, domeſticarumque rerum ſtudio, eò perducantur, vt hac ſacrorum Canonum indulgentia, etiam in alijs caſibus abutantur, ijdem Illuſtriſſimi Patres adijciunt ad Ordinarij cuiuſcumque iudicium acceſsurum ſpectare, vt dignoſcat, num verè vlla ex prædictis cauſis ſubſit, propter quam liceat dictis Feſtis diebus operibus ſeruilibus operam nauare, vt nec dierum Feſtorum obſeruantia vlla in re violetur,nec opera illis diebus ſumma ratione permiſsa impediantur 12. Martij 1601. Quod ſi hæ cauſæ verè ſubſint, Ordinarius tenetur dare licentiam Sac. Cong. Epiſc. in *Beneuentana* 12. Maij 1645. Et quidem gratis ex Coſtitutut. Vrbani VIII. quæ incipit *Vniuerſa* edita 1642.

An diebus in honorem Dei, ac Sanctorum dicatis, præcipuè die Dominico,fieri poſſit executio bonorum prò Viaticis Commiſſariorum, aliorumque,illaque eiſdem diebus vendere? Vbi alia tom.8.Conſul.10.

NEgatiuè. Ratio petenda eſt à fine, vt ſcilicet multitudo à curis profanis feriata,cultui diuino det operam, *l.omnes 7. l.fin.C. de fer.* iuxtà præceptum Decalogi: *memento, vt diem Sabbati ſanctifices*; Quod etſi non ad ſpeciem cœremoniæ certæ diei ex lege Moſayca; tamen in genere ad cultum Deo certo tempore præſtandum omnes ex lege naturæ obligat. Verum hoc præceptum de Sabbato ſanctificando, partim eſſe morale, partim cæremoniale, Diu.Thom.1.*quæſt.*100.*art.*3.*ad* 2.*&* 2.2. *quæſt* 122. *art.* 4. Quoad vacationem ſcilicet morale, quoad diem verò cœremoniale. Couar. *reſol. cap.*19 Nec procedit argumentum, quod ante legem in Sina datam viguerit præceptum de ſanctificando Sabbato, *Exod.*16. *&* 25. & per hoc inferatur morale, ſic enim etiam de circumciſione præceptum morale eſſet, quod falſum eſt. Ideòque in locum huius diei iam ſurrogatus eſt Dominicus dies, *Can. Apoſtol.*7. quo tempore, vt & alijs Feſtis diebus ſacrificio Miſſæ intereſſe iubemur. Sacris Canonibus *cap. Omnes* 62. *&* 64. *de conſ. d.*1. qui legis habent vigorem, *l. Sacris* 45. *C. de Epiſc. & Cler.* Miſſæ autem mentio fit *in l.* 42. §.1. *&* 10. *C. de Epiſc. & Cler.* ac alibi

Ideò tempore feriato in honorem Dei eſt interdictus actus Iudicis, & Nuncij, ſiuè Executoris, Bald. *in l. vlt.*& ſemper recepta fuit illa Abbatis

latis diſtinctio *in cap. fin. nu. 20. de iudic.* firmantis in honorem Dei non licere, ad quem ſe refert Pignan. *in d. cap. Conqueſtus num. 22. de for.*

Idque præſertim quandò ſuccedit mandatum, de quo Abb. *loc. cit.* vel executiò realis, de qua cæteri Doctores, vel incantatio per vocem præconis, de qua *in d. l. fin.* Guidop. vel violenta exactio, de qua pariter *in d. l. fin. C. de fer.* Ac ita quidem, vt nec ſuſtineatur actus ſic initus per clauſulas *arbitrio tuo, de facto,* & forſan *manu regia ſine ſtrepitu, & figura iudicij*: nam efficacia harum clauſularum tribuit facultatem procedendi prçter legem, non contra legem, vt poſt Lap. *alleg.* 128. *num.* 4. Rub. *clauſ.* 570. *clauſ.* 764. *num.* 1. Barboſ. *clauſ.* 173. *n.* 19. ac alij, cenſerique tantum derogatum ruſticis ferijs, non autem ſolemnibus.

Quare Sac. Congr. ſuper Epiſc. in *Neocaſtrenſi* 17. Septembr. 1595. cenſuit, capturas, & executiones prò debitis, & cauſis ciuilibus diebus Feſtiuis fieri poſſe, ſi debitores fuerint ſuſpecti de fuga. Exactio verò priuata abſque Miniſtris iuſtitiæ fieri poteſt diebus Feſtis, etiam abſque licentia, vt cenſuit eadem Sac. Cong. 16. Maij 1589. & 2. Aprilis 1561. in *Nullius Faſanellæ.* At in cauſis criminalibus Ordinarius prohibere non poteſt, nè quis ob aliquam cauſam criminalem carceretur die Feſto ex eadem Sacra Congr. in *Crotonenſi* 9. Septembris 1593. & in *Acheruntina* 17. Maij 1604. Multò, minus nè pro eiſdem cauſis capiatur informatio, vt in *Larinenſi* 5. Iul. 1565. Pauperibus verò, qui Ruri commorantur permitti debet, vt diebus Feſtis ſuos contractus facere poſſint, vt in *Gallipolitana* 26. Iunij 1591. Excipe tamen ab hac indulgentia duos caſus. Feſta ſolemniora, & contractus, in quibus decretum Iudicis requiri contingerit, vt ex eadem Sac. Cong. in *Caietana* 23. Auguſti 1658. Sic quoque ſubhaſtatio farinæ, & id genus alia, quæ difficulter fieri poſſunt diebus ferialibus, permittenda ſunt diebus feſtis, & Ordinarius debet eſſe facilis ad præſtandam licentiam, ſiuè conniuentiam, vt declarauit eadem Sac. Cong. in *Nicoterenſi* 20. Octobris 1597.

Conceſsio licentiarum laborandi diebus feſtis ſpectat ad Epiſcopum Sac. Cong. Immun. in *Rubenſi* 1. Maij 1635. Debetque eas dare in ſcriptis eadem Sac. Cong. in *Caſtrenſi* 2. Maij 1629. ſic etiam licentiæ vendendi in diebus feſtis ſunt dandæ à ſolo Epiſcopo, non autem à Gubernatoribus, eadem in *Alatrina* 11. Martij 1648. Et Birruarij Gubernatoris abſtinere debent à pignorationibus prò obſeruatione feſtorum, eadem in *Senogallienſi* 9. Nouemb. 1634. Nequè diebus feſtis permittitur vendi frumentum, nequè fieri, vt dicitur *la Dogana.* Eadem in *Auellina* 6. Febr. 1635. Nequè publicari poſſunt edicta, in *Theatina* 20. Septemb. 1639. Hæc tamen, huiuſmodique, et paruitates rerum, et magnitudines, atque has omnes officiorum, ac licentiarum eſtimationes, aliam nonnunquam momenta extrinſecus, atque aliæ quaſi appendices perſonarum, et cauſarum, et temporum, et circumſtantiæ ipſius neceſſitates, quas includere in prçcepta difficilè eſt, moderantur, et regunt, et quaſi gubernant, et nunc ratas efficiunt, nunc irritas; Quare Ordinarius in his, ac ſimilibus ſatis cautè, et ſolicitè, ac religiosè ſe gerere oportet.

De citatione controuertitur, poſsit nè illa die in honorem Dei feriato à Iudice decerni? Et affirmatiuam ſententiam complectimur cum Boet. *claſ.* 6. *diſp.* 16. *theſ.* 29. dummodò non ità fiat, vt citatus ad diem ſimiliter feriatom in iudicio ad agendum, vel reſpondendum compareat, *l. 2. in fin. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* Gloſ. *ad cap. complacita* 15. *q.* 4. Quin etiam citationes executionem eiuſmodi die feriato poſſe rectè negatur per tex. *in d. l. vlt.*

Quæritur etiam: num teſtes, qui die non feriato iuramentum de veritate dicenda præſtiterunt, in ferijs diuinis examinari poſsint? Negatiuè, tex. *in d. l. 2. & d. l. vlt. §. 1. Clem. ſçpè de verb. ſignif.* Diſſentiunt verò Specul. *de fer. §. ſequitur,* alijque plures.

Sed quid de libelli oblatione, an fieri poſsit huiuſmodi die? Affirmatiuè Iudici, *l. Miles* 11. *§. Sexaginta* 6. ibi: *Quoniam de plano quoque libellus dari poteſt*, vbi Doctores *ff. ad l. Iul. de adult. l.* 2. Non verò Parti aduerſæ libelli oblationem eiuſmodi die fieri poſſe cenſeo per *d. l. vlt. C. de fer.* cum Bocer. *d. claſ.* 6. *diſp.* 76. *theſ.* 23.

Nequè ſententiam à Iudice proferri, et publicari; Nequè ſententiæ executionem fieri poſſe eodem die rectè ſtatuitur ab ijs quos refert, ac ſequitur, Bocer. *d. claſ.* 6. *diſp.* 16. *theſ.* 25. ac nos etiam diximus.

An nè verò amicabiles compoſitores, ſeù arbitratores laudum ſuum die huiuſmodi pronunciare poterunt? Affirmatinè: Nequè enim procedunt in forma iudicij, Gail. *obſeru.* 53. *n.* 10. *lib.* 1. Quidni ergò eiuſmodi quoque die litigantibus concordiam ſuadere, & tranſactione potius controuerſiam finire, quam iudicio terminare poſſunt? *cap. querelam* 18. *extr. de Simon,* Harprecht *in proceſ. iudic. decad.* 5. *concluſ.* 9. *num.* 6. licet diſſentiat Vmmius *diſp.* 7. *de proceſ. iudic. theſ.* 10. *n.* 41.

De appellatione minus dubitandum videtur, quin ea die feriato fieri poſſit? Tum quia tempus decennij ad appellandum conceſſum continuum eſt, adeòque omnes iſtius temporis dies prçſumuntur vtiles, in quodcumque anni tempus incidant. Tum quia coram Iudice, etiam extrà iudicium appellatio interponi poteſt: Tum etiam quia non ſtatim requiritur, vt Iudex cognoſcat, appellationi deferendum ſit, nec nè. Facit *l. 1. §. vlt. l. 3. ff. de fer. & l. 1. C. eodem,* adde Bocer. *d. claſ.* 6. *diſp.* 16. *theſ.* 27.

Cum ad receptionem Kalendarij Gregoriani in vicinis locis ſæpè numero feriæ diſcrepent, an nè feriæ Actoris, an Rei, an verò Iudicis obſeruandæ

uandæ

uandæ ſint? Et hoc poſtremum veritati conſentaneum eſſe deprehendo, *arg. l. teſtium 2. §. vlt. ff. de teſtib. l. 1. §. in honorarijs 10. ff. de var. & extraord. cognit.* Harprecht *in proceſ. indic.* de *cad. 5. concluſ. vlt. n. vlt.* Veruntamen Rei quoque rationem habeudam eſſe non ineptè cenſet Hun. *in reſol. diſp. 5. in fin. theſ. 9. vol. 1.* & Bacou. *ibidem in not. pag. 209.*

Prçter autem declarationes Sac. Congregationum, quas hac in re alibi adduximus, iſtas quoque adijcimus.

Non pertinet ad Principem, vel Iudicem laicum facere edicta circà feſtorum obſeruationem. Sac. Cong. Epiſc. in *Vmbriaticenſi* 2. Mar. 1621. Quod ſi illa fecerint, Epiſcopus debet edictum publicare, cuius proemium ſit: Eſſe proprium officium Epiſcopi edicta, & præcepta facere circà feſtorum obſeruationem, & dare licentiam laborandi in ipſis, vt ſic abſque turbis Iudex ſæcularis quietè ſuam falſam opinionem, qua tenebatur, ſentiat. Eadem Sacra Congreg. in *Monopolitana* 13. Auguſti 1578.

Multò minus Princeps laicus poteſt inſtituere, vel indicere dies feſtos, vt per ſuas litteras in forma Breuis declarauit Innocent. X. 6. Octobris 1653. & nos alibi.

In puniendo prò tranſgreſſione feſtorum eos, qui contraueniunt ſine licentia Epiſcopi, datur locus præuentioni inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem. B. Pius V. *Conſtit. cum primum Apoſtolatus* §. 7. & eadem Sac. Congreg. in *Theatina* 29. Maij, & in *Neapolitana* 22. Iunij 1621.

Quare Epiſcopus, vel Vicarius dare debent huiuſmodi licentias in ſcriptis. Eadem Sacra Congregat. in *Ciuitatis Caſtellana* 25. Auguſti 1615.

Licentiç laborandi dictis feſtis non ſunt exibendæ Iudicibus laicis neque toleranda huiuſmodi præſumptio. Sac. Congr. Immun. in *Caſtrenſi* 2. Martij 1629.

Pœna prò tranſgreſſione feſtorum imponenda debet eſſe moderata, & ſi fuerit exorbitans, reduci debet ad arbitrium Ordinarij, & reliquum ſi fuerit exactum, reſtitui, Sac. Congr. Epiſc. 1. April. & in *Recinatenſi* 16. Ianuar. 1601. & in *Bellicaſtrenſi* 1. Septembris 1603. & in *Cornetana* 12. Decemb. 1642.

Neque debet excedere 5. vel 6. Iulios in loca pia diſtribuendos, deducta tertia parte prò Executoribus, licet quis depreheuſus fuerit in flagranti poſt publicatum Edictum. Eadem Sacra Congregatio in *Terracinenſi* 14. Decembris 1594.

Neque prò pœna debent bona confiſcari. Eadem Sacra Congregatio in *Termolenſi* 29. Aprilis 1603. & in *Crotonenſi* 21. Iun. 1604.

Nam citata Conſtitutio B. Pij V. de amiſſione animalium, vti rigidior, non fuit quoad hanc partem vſu recepta; Vndè Sac. Congr. Epiſc. merces ſimul cum animalibus prò tranſgreſſione feſtorum confiſcatas, ſeù ablatas, reſtitui mandauit, vt in *Camertina* 11. Auguſti 1617. data tamen idonea cautione de ſoluendo quod ordinatum fuerit ab eadem Sacra Congregatione, vt in *Bouinenſi* 11. April. 1645. & 14. Decemb. 1646. & 11. Ianuar. 1647. Non obſtante, quod animalia fuiſſent vendita, & eorum pretium diſtributum: quia ea iuſſit redimi, ac Domino reſtitui, retenta aliqua modica pœna locis piis applicanda 15. Iulij 1606.

Nundinarum, Mercatorum, & Feriarum prætextu præceptum de Dominicis, & feſtis diebus ſanctificandis licet Agaſonibus, & alijs iumentorum vectoribus, ſeù mercium conductoribus, baiulis, & alijs huiuſmodi ſeruientibus, ac miniſtris ſarcinas, & onera nundinarum exonerare, & deponere, inceptumque iter, Miſſa prius audita, tranſeundo proſequi, & continuare, non autem debent ſarcinas componere, & iumenta onerare, ad iter denuò incipiendum, neque mercatoribus, aut alijs, etiam viatoribus ijs diebus, etiam clauſis apothecis, merces vendere, emere, aut aſportare licet, niſi tantum ad victum neceſſaria, aut alia minuſcula, & modici valoris, & momenti opera iam conflata, atque laborata prò tranſeuntium hoſpitum aduenarum, & cœterorum, vrgenti, & præſentanea neceſſitate, & opportunitate, in quo partes erunt Epiſcopi propoſitis edictis prouidere, vt ipſi dies feſti debita obſeruatione colantur, ſimulque populorum, eò confluentium, neceſſitatibus, quantum ſine dicta offenſione fieri poteſt, conſulatur. Quoad Iudicia autem, quæ Dominicis, & feſtis diebus ſilere debent, id obſeruari poterit, quod iure communi permittitur in quibuſdam vrgentibus caſibus, qui moram, & dilationem non patiuntur, in quibus, & alijs iuriſdictionum Conſulum nundinis prçpoſitorum concernentibus, Conſtitutiones, & Sum. Pontificum, ſi quæ habent priuilegia, et allegatum Breue B. Pij V. ſeruandum eſt. Sac. Coug. Rit. in *Recinatenſi* 9. Decembr. 1600.

An, & quatenus Regulares ſçcularibus in obſeruatione cenſurarum Epiſcopalium, & feſtorum Diœceſis conformari teneantur?
tom. 8. Conſult. 53.

SAc. Concil. Trid. *cap. 12. ſeſſ. 25. de Regul.* ità decernit: *Cenſurç, & interdicta, nedum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinarijs promulgata, mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſijs publicentur, atque ſeruentur. Dies etiam feſti, quos in Diçceſi ſua ſeruandos idem Epiſcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus, ſeruentur.*

Et cum Archiepiſcopus Neapolitanus diem feſtum S. Ioſeph ſolemniter celebrandum decreuiſſet, illum curare debere, vt ab omnibus etiam exemptis obſeruaretur, cenſuit Sacra Congr. Sed num Epiſcopus poſſit in Diœceſi ſua nouos dies feſtos inſtituere vigore huius decreti,

Digitized by Google

et ex hoc decreto? Sac. Congr. cenſuit, non eſſe hanc facultatem datam Epiſcopo. Et cum quæreretur: an exempti teneantur accedere ad alienas Eccleſias prò 40. horarum oratione ex præſcripto Epiſcopi celebranda, vel ſaltem teneantur orationem in proprijs Eccleſijs recipere. Sacra Congregatio cenſuit: ad primum non teneri: ad ſecundum teneri.

Hoc autem decretum Sac. Congr. declarauit, ità eſſe intelligendum, vt Regularium ritus illis diebus feſtis ſemper permaneat quoad Miſſas celebrandas, et cætera Diuina Officia, tam publicè, quam priuatim ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſijs perſoluenda. Nec circa hunc ritum ab Epiſcopis quoquo modo quicquam in contrarium eiſdem Regularibus præcipi poſſe. Quod ſi de facto præceperint, Regulares neutiquam ipſis Epiſcopis obedire teneri. Verum quoad Conciones, et lectiones, quas ijdem Regulares ad populum habuerint, debere ſe conformare Euangelijs, et Epiſtolis, quibus vtitur Clericus ſæcularis illis diebus feſtis.

Parerga. *Meliuetana, & Squillacen.* etiam Equites Hieroſolymitani cenſuras ab Epiſcopo publicatas in ſuis Eccleſijs publicare debent, ac etiam alij quomodolibet exempti, etiam Carthuſienſes.

Eadem. Epiſcopus etiam cenſuras à Superioribus Hieroſolymitanis ritè latas publicare debet.

Mediolanenſi. Interdicta, non ſolum generalia, ſed etiam particularia vnius hominis Regulares ſeruare, et publicare poſſunt, *Clem.*1. *de ſent. excom.*

Cæſaraugustana. Rector Parochialis Eccleſiæ Religionis Hieroſolymitanæ, ſi nolit publicare edictum, ſeù cenſuras, aut alia mandata Epiſcopi, poteſt ab eo puniri.

Feretrana. Dies feſti, quos Epiſcopus ſeruandos præcepit ab omnibus, etiam exemptis ſeruari debent, dummodò in Diæceſi ſint.

Rubenſi. Non eſt data facultas Epiſcopo inſtituendi in ſua Diæceſi nouas feſtiuitates, contradicente populo, et ſuper hoc ſeruanda eſt Bulla B. Pij V. et nos alibi diximus.

An liceat Catholicis non obſeruare dies feſtos, & alia facere, conſtitutis ſub poteſtate hæreticorum, quandò alias opera ſua locare nequeunt, vt in caſu poſito? Vide de Ritibus tom.8. Conſult.102.

DE FIDEI PROFESSIONE EMITTENDA? Vide de Immunitate tom.5. Conſult.56. ac de Beneficiatis, et de Capitulo.

DE FORO COMPETENTI INTER ORDINARIOS? Vide de Iudicibus to.6. Conſ.94.

DE FORI PRIVILEGIO? Vide de Immunit.

DE FVNERIBVS.

An Cadauera punitorum Medicis ad anatomiam ſint concedenda? tom.1. Conſult.131.

AFfirmatiuè. Primò quia facit ad perfectionem artis Medicæ cognitionem, quam habere magni Reipublicæ intereſt. Secundò: quia quæ vtilitas publicè cauſa fiunt, etiam ſi in alterius vergant iniuriam, non ſunt culpanda, cumque omnibus proſint, præferuntur vtilitati priuatæ, *l.vn. §.fin. C.de caduc. toll.* Neque iniuriarum Magiſtratus corpora punitorum petentibus concedentes tenentur, *l. Quod Reipublicæ ff. de iniur.* vbi habetur, Iudicem non inferre iniuriam, ſi aliquid faciat intuitu Reipublicæ, licet tendat ad contumeliam alicuius priuati. Dec. *in l. Imperium ff. de iuriſd. omn. iudic. n.*17. Ant. Gomez. 3. *tom. var. cap. fin. n. vlt.* Tertiò quia nullum honorem meruerunt viui, vtpotè pœnæ ſerui, et eorum corpora abijci, vel in furca relinqui poterant; Quidni igitur ad anatomiam vſurpari poterunt. Quartò quia ſcelerum forma larualis ab Apuleio dictum, quod plerumque conſeruari ſolet, conducit nos ad ardentiorem fragilitatis noſtræ conſiderationem, et vehementiorem microcoſmi, eiuſque Architecti ſapientiſſimi adminiſtrationem. Hinc fertur, Carolum V. Imperatorem conſuluiſſe ſuper hac re Vniuerſitatem Salmaticenſem, et reſpondiſſe Vniuerſitatem, licere; Licet Bart. *in l. fin. ff. de cadauer punit.* id reliquerit indeciſum, quod etiam fecit Anan. *in cap.*2. *de furt.* Vide Ripam *de peſt. p. vlt. num.*142. *& ſeq.* Boer. *dec.*287. *n.*6. et alios.

Et licet apud veteres Chriſtianos non videatur receptum fuiſſe; Conſuetudo tamen in cadaueribus punitorū hoc permittit, quæ quidē conſuetudo, cum ad publicam vtilitatem pertinere videatur, ſatis poteſt exiſtimari rationabilis, atque idcircò toleranda.

An liceat Confratribus Societatum, abſque præcedente legitima facultate iuris ſepeliendi, & abſque interuentu ipſius Parochi ſepulturam defunctis dare in ſuis Oratorijs? tom.1. Conſult.137.

REſp. Non licere. Ità declarauit Sac. Congr. Conc. tum alias, tum præcipuè in vna *Nullius* 17. Aug. 1652. *ad cap.*13. *ſeſſ.*23. *de reform.* Conceſſa enim Capella, vel Eccleſia, non intelligitur conceſſum ius funerandi, niſi expreſsè fuerit conceſſum. Archid. in *cap.*1. *de pact. in* 6. Bonifac. *in Clem. dudum §. huiuſmodi n. vn. de ſepul.* Quare tam ipſi Sodales, quam alii ſepelien-

liendi ſunt in Parochia, ſi non eligant ſepulturam, Petr. de Vbald. *de Canon. Epiſc. cap.* 11. Nec poſſunt aliquid ſtatuere in præiudicium Parochiæ, nempè, quod Sodales ſepeliantur in ſuo Oratorio. Siquidem nec priuilegium Principis intelligitur cum præiudicio tertij *l.* 2. *ff. ſi quis à Principe ff. nè quid in loco publico, & ex regula. Id quod noſtrum ff. de reg. iur.* Ità quod niſi Parochiani eligant expreſsè ſepulturam, vel eam habeant de familia, ſepeliendi ſunt in Parochiali Eccleſia.

An verò ſufficiat facultas, ſiuè licentia tacita ſepeliendi in eiuſmodi Oratorijs? Affirmat Rot. *p.* 1. *diuerſ. dec.* 122. *&* 123.

An Archipresbyter Cathedralis Parochus, ſi ſuo Parochiano vita functo Sacramenta non miniſtrauit, ius ei competat cantandi Miſſam, & alias functiones funerales faciendi, ac emolumenta ex eis percipiendi? tom. 1. Conſult. 399.

Affirmatiuè ex declaratione Sacræ Congregationis Conc. 23. Iulij 1650. in *Tragurienſi*.

An occurrentibus duobus funeralibus eodem tempore, dictus Archipresbyter eligere poſſit Sacerdotem ſibi beneuiſum, qui in altero ex dictis functiones celebret? tom. 1. Conſult. 400.

Affirmatiuè. Eadem Sac. Congr. in dicta *Traguriensi*, die quo ſupra.

An Clerici prò ſui Ordinis gradu veſtibus Sacris ſepeliendi ſint? Vide de Ritibus tom. 3. Conſult. 35.

De Compromiſſo, & Laudo quoad funera? Vide de Proceſſionibus tom. 3. Conſult. 47.

1 *An Parochis in aſſociatione cadauerum defunctorum liceat ingredi Eccleſiam Regularium cum Cruce, ſuperpellicio, & ſtola, ibique aſſiſtere, donec ab ipſis Regularibus officium peragatur? Vbi de eorum præcedentia.*

2 *Quid ſi prò Parochis extet conſuetudo immemorabilis officium peragendi?*

3 *Quidnè dicendum de Capitulo Cathedralis?* tom. 3. Conſult. 48.

Reſp. ad 1. Licere Parochis ingredi Eccleſias Regulariũ cum Cruce Superpelliceo, et Stola occaſione aſſociationis funerum, ac ibi ſuper cadauere ſui defuncti Parochiani officium peragere. Primum in hanc ſententiam mouet iuriſdictio voluntaria, quam habet Parochus in ſuos Parochianos, ex qua poteſt confeſſiones illorum, dum eſt extrà Parochiam, imò etiam in aliena Diœceſi audire, vt communiter docent Ripa *de remed. ad cur. peſt. §. ſed quia n.* 53. *&* 63. Ledeſma 2. *p. quæſt.* 7. *ar.* 5. *dub.* 9. paſſimque alij: Quia Parochus adhuc extra Diœceſim retinet ſuam iuriſdictionem quoad ſuos Parochianos. Ergò etiam poteſt officium ſuper illorum cadauere peragere in Eccleſijs Regularium, etiamſi Eccleſiæ ſint de aliena iuriſdictione, cum hoc non impediat, ſicut non impedit eorum confeſſiones audire, atque abſoluere, quandò ſunt in aliena Diœceſi.

Confirmatur: Quia Parochus habet iuriſdictionem in ſuum Parochianum in ordine ad ea omnia, quæ ad ſuum officium pertinent, quod poteſt independenter in quocumque loco exercere, atque adeò in hoc, vel in illo loco: Nam hæc iuriſdictio eſt in ordine ad bonum ſpirituale, ac proindè in quocumque loco illam exercere poteſt, tanquam Paſtor ſui ſubditi, in cuius officio gerit vices Christi, atque adeò non circumſcribitur loco, ſicut non circumſcribitur iuriſdictio Chriſti. In eo enim loco, in quo poteſt principalis iuriſdictionem exercere, poteſt etiam Vicarius ipſius: Quia eſt ius perſonale, quod non eſt affixum loco, ſed ſequitur perſonam ipſam, & proindè poteſt illo vti in omni loco *l.* 1. *§. illud ff. quod leg. & l. fin. §. fin. ff. de contr. empt. l. in omnibus ff. de reg. iur.*

Deindè prò eadem ſententia pugnat, quod habent iuriſdictionem tantum quoad perſonas, non autẽ quoad loca, *c. per exemptionem de priuil. in* 6. ibique Gemin. *n.* 5. Anchar. *n.* 3. Rota in *Aretina, ſeù Montis Politiani iuris viſitandi* 9........ 1596. coram Rubeo, & in *Taraconenſi Iuriſdictionis de tutela* 5. Iun. 1593. coram Ottembergo; Vndè non eſſe Monaſteria, et Eccleſias Regularium loca plenè exempta, etiam ratione ſui, ſed ſolum ratione perſonarum ſtatuunt Vgolin *de cenſur. tab.* 1. *cap.* 9. §. 3. Suarez. 3. *p. tom.* 5. *de cenſur. dub* 7. *num.* 63 et alij. Aſſerentes, quod communis vſus ità videtur accipere exemptionem Monaſteriorum, et Eccleſiarum Regularium. Patetque ex eo, quod Epiſcopus exercere poteſt aliquos actus iuriſdictionis in Eccleſijs Regularium. Poteſt enim in illis erigere Baldachinum. Ergò etiam poterit Parochus peragere officium ſuper cadauere ſui Parochiani defuncti in Eccleſia Regularium, quę ratione ſui non eſt exempta.

Et hæc ſententia fulcitur ex declarationibus Congregationis Epiſc. et Regul. in vna *Brixien.* 18. Iunij 1591. et in *Nicoteren.* 4. Iun. 1615. quatenus declarauit, quod Parochus teneatur vſque ad ianuam Eccleſiæ Regularium funus ducere, et proſequi, non autem inquit, quod non poſſit ingredi, ac officium peragere, ſi velit, et in vna *Barnabitarum* 20. Mar. 1604. *Sac. Rit. Congr. cenſuit, Parochum defuncti facere debere officium in Eccleſijs Clericorum Regularium Vrbis; & præſertim Barnabitarum.*

Verum quia Regulares ſuis quibuſdam priuilegiis hanc ſententiam elidunt, idcircò ſtatuo, id Parochis licere; cum hac tamen limitatione; dummodò in Eccleſias Regularium cum

Cruce Superpelliceo, & Stola ingreſſi, nullum officium ſuper Cadauere peragant. Itâ ſtatuendi fiduciam præbent declarationes expreſſæ Sac. Congregationis ſuper Epiſc.& Regul. in hunc tenorem.

Cathacen. 8. Maij 1595. *Parochi, ſi velint, poſſunt exequijs aſſiſtere, etiam in Eccleſijs Regularium, dummodò non faciant officium, nec prætendant præcedentiam.*

In *Firmana* 29. Nouem. 1641. *Parochi occaſione funeris poſſunt ingredi Eccleſias Regularium Superpelliceo, & Stola, dummodò officium ſuper cadauere peragant ipſi Regulares, niſi adeſſet concordia, vel conſuetudo immemorabilis in contrarium.*

In vna *Gallipolitana* 20. Nouembr. 1601. *E ſtato altre volte dichiarato da queſta Sagra Congregatione, che i Parochi poſſano interuenire alle ſepolture de' morti, che ſi portano alle Chieſe de' Regolari, e poſſano arriuare in ſino alla Chieſa, & entrandoui, aſſiſterui ſenza far coſa alcuna. E così ordini, che ſi faccia trà i Frati di S. Domenico, e gl'altri Regolari, e coteſti Curati.*

In *Cernien.* Cardinali Beuilacquæ 26. Iunij 1615. eiuſdem tenoris, Ac in *Grauinen.* 22. Ianuarij 1616.

In *Rauennaten.* 28. & 31. Auguſti 1615. *Parochus, ſi ſit in quaſi poſſeſſione faciendi Officium ſuprà defunctos ſuæ Parochiæ in quacumque Eccleſia Ciuitatis, ſiuè Regularium, ſiuè Sæcularium, vel Abbatialium manutenendus eſt.*

In *Caſinen.* Abbati Montis Caſini. *Dalle ſue, che la P.V. mi hà mandato con auuertire, acciòche non ſucceda altro ſcandalo trà i Frati, & il Clero Secolare ſimile all'occorſo à 27. Luglio paſſato con dar ordine, che nella preſente Chieſa de' Frati, & altre di qualſiuoglia Ordine, in occaſione di ſepellire i morti, debbano far l'Officio ſopra il corpo i medeſimi Regolari, aſſiſtendo il Clero, officiando gli altri, ſenza voler guidare, ò gouernar l'Officio, poiche è ſtato altre volte dichiarato dalle Signorie loro Illuſtriſſime, che ſe bene la cura de' corpi, e di ſepellirli, e così anche di cominciar l'Officio, ſpetti al Parocho, nondimeno, gionto il Cadauere alla Chieſa de' Regolari, ad eſſi tocca proſeguir l'Officio, eccettuato però il caſo, ſe vi fuſſe conſuetudine preſcritta à fauore del Clero Secolare da oſſeruarſi inuiolabilmente 20. Settembre 1594.*

In vna *Montis Peluſij* 15. Nouemb. 1580. *Il Clero Secolare può far l'Officio ſopra i morti nelle Chieſe de' Regolari, ſe così è conſuetudine antichiſſima.*

Et 16. Auguſti 1560. *Altrimente il Corpo morto, mentre è fuori della Chieſa, tocca al Curato del defonto in tutto &c. mà gionto il Cadauere dentro alla Chieſa de' Regolari, ad eſſi ſpetta far l'officio, ſe bene il Paroco, volendo, può entrare.*

In Neritonenſi 16. *Maij* 1588. *E i Regolari non Parochi della Parochia del defonto non debbono far l'Officio ſopra i Morti, che non ſi portano à ſepellire nelle loro Chieſe, nè in caſa, nè per ſtrada, mà ſolo dentro la propria Chieſa.*

In Nicoterenſi 5. *Iulij* 1615. *Parochi defunctorum in Regularium Eccleſijs humandorum corpora vſq; ad eaſdem Eccleſias aſſociare, ac etiam in illis permanere poſſunt, abſque tamen eo, quod in Officio decantando vllatenus ſe intromittant, niſi contraria adſit conſuetudo.*

In Turritana 24. *Nouemb.* 1617. *Clerus ſæcularis poſtquam Chriſti fidelium cadauera in Fratrum Religioſorum Eccleſijs ſepelienda aſſociauerit, in eiſdem Eccleſijs ſuper huiuſmodi cadaueribus Officium defunctorum, cum ſtola, & pluuiali Pſalmos, Reſponſoria, aliaſque preces, vel orationes recitare, aut pſallere non poteſt, ſed ab ipſis Fratribus dumtaxat hæc omnia peragenda ſunt.*

Et in *Cremonen.* 9. & 16. Auguſti, ac 6. Septemb. 1604. & 1. Iulij 1606. & 31. Iul. 1646. cenſuit, *licere Capitulis, quoties defunctorum funera ad Eccleſias quaſcumque, etiam Regularium, comitantur, ingredi Eccleſiam, atque in illa ſuper ipſo corpore pſalmum* Miſerere, *vel* De profundis, *cum Verſiculo, Reſponſorio, & Oratione ſuper defuncto, ſine tamen ſtola, & pluuiali recitare, vel decantare.*

Ac demum in vna *Placentina* Menſe Iunio, & 9. Nouemb. 1663. vbi luculentiſſimè ſic cenſuit: *Parochis in aſſociatione, ſiuè occaſione aſſociationis cadauerum licere ingredi Eccleſiam Regularium, etiam cum Stola. & ſuperpelliceo, dummodò Eccleſiam ingreſſi nullum ſuper Cadauere Officium peragant.*

Idem cenſuit, re maturè diſcuſſa, & quibuſcumque in contrarium non obſtantibus, in eadem *Placentina* 7. Decemb. 1668.

Idipſum cenſuit Sac. Rit. Cong. in vna *Engubina* 12. Maij, & 5. Iulij 1613. & in *Placentina*, & *Licien* 23. Maij 1619. & in *Catanien. Ciuitatis Platiæ* 12. Octobr. eiuſdem anni, ac ſæpè alibi.

Vndè falſum eſt, quod aſſerit Paſqualigus, & alij, quod iſtæ declarationes ſint intelligendæ de ingreſſu abſque propria Cruce, Superpelliceo, & Stola: Nam contrarium manifeſtiſſimè euincunt. Deindè quis vnquam Parochis interdixerat ingreſſum in Eccleſijs Regularium ſine Superpelliceo, & Stola, ità vt illam ingredi poſſint; vndè fuerint neceſſariæ tot declarationes Sac. Congregationum.

Decreta verò Sac. Congreg. tam Rituum, quàm Epiſc. & Regul. quæ videntur eſſe contraria, nihil aliud decernunt, niſi quod Parochus non teneatur, neuè poſſit ingredi cum Stola, Cruce, & Superpelliceo Eccleſiam Regularium, ibique etiam Officium peragere ſuper Cadauere defuncti; Non verò quod nequeat ingredi, ſi velit cum eadem Stola, Cruce, & Superpelliceo, dummodò Officium non peragat.

Minus obſtat aſſertum priuilegium Eugenij IV. prò Caſinenſibus, Sixti IV. prò Prædicatoribus, & alia, ſi quæ ſint; nam ſunt reſtricta ad actus iuriſdictionis ciuilis, & criminalis, & ad Officiorum celebrationem, quam Paro-

chi

chi in Eccleſias Regularium ingreſſi, exercere non prætendunt ex declarationibus adductis. Et tanquam odioſa paſſiuam recipiunt interpretationem à iuris diſpoſitione, & ex inuiolabili obſeruantia.

Quod verò ad præcedentiam in Eccleſia ſic ſcripſit Sac. Congr. Epiſc. & Regul. Epiſcopo Alexandrino: *E'diſpiaciuto à queſti miei Signori Illuſtriſſimi lo ſcandalo nato tra coteſti Canonici Regolari di Santa Maria, e Preti Regolari di S. Siro per cauſa della precedenza de' Funerali. E per prouedere hanno riſoluto, che io ſcriua à V.S. che fino à tanto non ſi ordinarà altro in contrario, ella ordini per commiſſione della Sagra Congregatione, che quando i due Curati delle Chieſe predette vanno inſieme a' morti, ſtijno tutti e due dietro alla Proceſſione con le Stole al pari, e quanto al tenere la mano dritta, la ceda il Canonico Regolare al Prete Regolare nella Parochiale di S. Siro, e faccia il ſimile il Prete all'altro in quella di Santa Maria* 9. Ianuarij 1592.

Ad 2. Dicendum eſt, poſſe Parochos Officium peragere. Conſtat ex adductis reſolutionibus Sac. Congregat. in quibus præſeruatur huiuſmodi immemorabilis. Idque iure, meritòque nam habet vim tituli, ac priuilegij, *cap. ſuper quibuſdam §. propterea de verb. ſignif.* Gabr. *tit. de præſcript. concl.* 1. *num.* 1. & 2. Caputaq. *deciſ.* 355. *par.* 2. Pegn. *deciſ.* 103. *num.* 3. Et probata poſſeſſione, ſeù quaſi, eſt concedenda manutentio, Poſth. *de manut. num.* 31. *cum ſeqq.* Gratian. *diſcep.* 492. *à num.* 1. Garz. *de benef. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 109. Rot. coram Seraph. *deciſ.* 585. & declarauit Sac. Rit. Cong. 10. Martij 1597. et alibi ſæpiſſimè.

Hinc non obſtant aſſertæ declarationes, quod Officium ſuper Cadaueribus ſpectet ad Regulares in eorum Eccleſijs; non autem ad Sacerdotes ſæculares: Quoniam ex illis non cenſetur derogatum, conſuetudini immemorabili. Rota in *Salamantina Iuriſdictionis* 23. Octobr. 1579. et 27. Iun. 1582. coram Seraphino: Nam habet vim legis in caſibus præcipuè reſeruatis.

Neque obſtat, quod iidem Regulares habeant liberam ſepulturam ex *d. Clem. Dudum*: quia hæc facultas conſiſtit, vt poſsint recipere omnes, qui elegerint in eorum Eccleſijs ſepulturam, non autem tollitur ex ea ius alijs debitum de iure communi, vel de conſuetudine. Gloſ. *in d. Clem. loc. cit.* cum valdè ſint priuilegiati Regulares, habendo ius funerandi, quo antea carebant: quia non habent populum. Hoſtien. *in cap.* 1. *de Sepul.*

Quod verò attinet ad Conſtitutionem B. Pij V. 190. ex qua Regularibus dabatur facultas leuandi corpora defunctorum abſque interuentu alicuius, illa fuit redacta ad terminos Sac. Conc. Trid. à Greg. XIII. *Conſtit.* 15. à quo etiã fuit reuocatum Mare Magnum, vt ipſi vocant, quæ reuocatio renouata fuit à Clemente VIII. Ideò Sac. Congr. in eiuſmodi controuerſijs 12. Ianuar. 1604. ſtatuit, vt tam Parochi, et Presbyteri, quam Regulares vnanimiter Officia defunctis præſtent, vt ex decreto impreſſo apud Gratian. *diſcep.* 492. *num* 45.

Ad 3. Decreta prohibentia Clero ſæculari, nè Officium faciat ſuper defunctis in Eccleſijs Regularium, ſpeciatim etiam loquuntur de Capitulo, et Clero Cathedralis, vt præter iam adducta, ſic fuiſſe reſolutum cum Capitulo Andrien. ſcribit Barboſa *de poteſt. Paroch. par.* 3. *cap.* 26. *num.* 80. & 82 *vtrobique in fin.* Et ratio ipſa ſic decernendi æquè militat reſpectu Cleri Collegiatarum, ac reſpectu Cathedralium, ea enim tota conſiſtit in eo, quod Eccleſiæ regulares ſunt exemptæ, Tambur. *de iur. Abb. to.* 1. *diſp.* 15. *quæſt.* 18. ac alij.

Neque vrget ſimilitudo præcedentię: quia differt à iure funerandi. Præcedentia enim ſupponit concurſum exemptorum, & non exemptorum, ius verò funerandi in Eccleſijs Regularium præcisè excludit Presbyteros ſæculares.

Itáque probanda eſt etiam per Clerum Cathedralis conſuetudo immemorabilis, & donec probetur, ſeruanda ſunt decreta, vt expreſsè in illis ſancitur.

1 *An Regulares ad funus accedentes conuenire debeant in Eccleſiam Parochialem cum alijs pariter acceſſuris, & indè omnes vna cum Parocho ad domum defuncti efferendi proceſſionaliter procedere.*

2 *An diſtributio Candelarum, occaſione funeris inter Clerum Sęcularem, & Regularem debeat eſſe æqualis?* tom. 3. Conſult. 49.

AD 1. Affirmatiuè, ſecluſa legitima conſuetudinę: Quia qui eſt magis dignus trahit minus dignum, vt alibi diximus. Parochus autem in funeribus, & exercitio Curæ animarum eſt magis dignus: Nam gerit vices Epiſcopi, qui dicitur Rector Parochialis *cap. bonę rei* 12. *quæſt.* 2. & *cap. ad Apoſtolicam de donat.* Boer. *de auctor. magn. conſil. in addit. num.* 16. & alij: ac proindè præfertur omnibus in Cura animarum. Ergò debet etiam præferri in loco in quem Regulares, omneſque alij conuenire debent occaſione funeris eius Parochiani: quia ſubrogato debetur idem honor, ac ſubroganti in actibus, in quibus illum repreſentat. Deindè ille debet præferri in loco, qui ibidem plus iuriſdictionis habet. Flam. Rub. *conſ.* 15. *n.* 131. *vol.* 2. At Parochus plus iuriſdictionis habet: Nam ob iuriſdictionem, quam Parochus habet in ſua Parochia, non poteſt funus leuari ſine illius licentia, antequam dicat *Subuenite.* Imol. in *Clem. Dudum n.* 6. *de ſepul.* Card. §. *huiuſmodi in fin.*

Cuius rei ecce aliquas Sac. Congregationum declarationes, præter alias innumeras. In *Placentina* 16. Decemb. 1661. *Sac. Congr. Epiſc. & Regul. cenſuit, declarauit, & decreuit, quoad pri-*

mum

num Monachos huiuſmodi accedentes ad funeralia defunctorum conuenire debere in Eccleſiam Parochialem defuncti cum alijs pariter acceſſuris, & indè omnes vna cum Parocho ad domum defuncti efferendi, ritualiter procedere.

In *Viglicuanen.* 12. Nouemb. 1600. *Regulares vocati ad ſepeliendos mortuos, etiam in ſua propria Eccleſia, debent accedere ad Eccleſias Parochiales, ex quibus cadauera amouentur, & indè cum Clero ſęculari diſcedere, non autem expectare extrà ianuam Eccleſia, & alijs ſe poſtea aſſociare.*

In *Senogallien.* 26. Auguſti 1616. *Regulares cum alicui funeri conuocari contingerit, debere ad Parochialem accedere, & exindè cum Parocho ad domum, ex qua cadauer extrahendum eſt, ſe conferre. Caſu autem, quo dictum cadauer in aliqua Eccleſia deponi contingat in eandem Eccleſiam, vbi depoſitum erit, conuenire debent.*

Idem quoque cenſuit Sac. Congreg. Epiſc. ſiuè Rit. in vna *Bononien.* 9. Decembr. 1617. *Vocatos omnes ad funus debere conuenire in Parochialem Eccleſiam defuncti.* Et in *Tropicu.* 8. Februarij 1631. & in *Theleſina* 12. Februar. 1633. *Regulares, vel alij ad funus comitanter non permittantur expectare per viam, nequè ad domum defuncti, ſed tantum in Eccleſia Parochiali, non obſtante contraria conſuetudine expectandi per vias vel ad domum defuncti.*

Quod ſi concurrat legitima conſuetudo conueniendi in aliam Eccleſiam, obſeruanda eſt, ex Sac. Congregatione Conc. quæ die 6. Iannar. 1649. cenſuit, Regulares, quandò vocantur ad aſſocianda funera, teneri accedere ad Parochialem Eccleſiam, aut concurrente legitima conſuetudine ad aliam Eccleſiam, ſed nullo modo poſſe per viam expectare, aut in domum defunctorum conuenire, non obſtante contrario vſu allegato.

Imò non obſtante, quod non intereſſet Clerus, ſed ſolus Parochus, ex declarationibus Sacræ Congregationis Epiſcopor 23. Martij 1646. & 29. Maij 1648. & 28. April. 1651. quæ etiam in vna *Neritonen.* 16. Maij 1588. declarauit in hoc attendi debere conſuetudinem, vt Clerus conueniat quò ſolet conuenire, & vbi non eſſet conſuetudo, in Eccleſiam Parochialem.

Et Sac. Rit. Congregat. in *Limana* 15. Decembris 1632. cenſuit, Regulares vocatos ad funus conuenire debere in Parochialem, aut aliam Eccleſiam, iuxtà loci conſuetudinem, & in *Bononien.* 2. Iunij 1620. aut vbi Clerus congregari conſueuit.

Abſolutis verò exequijs, Regulares rectà, ſi velint, ad ſuos Conuentus redire poſſunt, nequè tenentur comitari Capitulum ad Cathedralem, vel ad Collegiatam, nequè Parochum ad ſuam Parochialem, ex d. Sac. Congr. Epiſcop. in *Andrien.* 20. Iannar. 1657.

Ad 2. Reſp. diſtributionem Candelarum, quoad differentiam quantitatis pendere ab arbitrio hæredum, aut ab aliorum diſtribui mandantium. Ità cenſuit Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular. *in Placentina* 16. Decemb. 1661.

Et 5. Maij 1617. vbi declarauit hæredes defunctorum poſſe vocare numerum Sacerdotum ſibi benè viſum, & ceram prò libitu dare. Ratio decidendi indè manifeſta eſt, quod vnuſquiſq; rei ſuæ liberrimum vſum habet, *l. in re mandata. C. mand.*

At enim ego puto arbitrium huiuſmodi coercendum eſſe à decore perſonarum, loci temporis, actionis; Si namque hæc ceræ quantitas, qualitaſque relinqueretur arbitrio diſtribuentium, vel hæredum potentijs, qui minore dignitate conſtituti ſunt, diſtribui maior quantitas, & qui maiori, minor, Clero Regulari Cereus, ſæculari, qui Regulari præfertur candelula. Quod quidem ſcandalo, vel ſaltem indecoro non caret. Quapropter, vt euitetur inuidia, ideſt occaſio turbarum, cenſeo in hac re ſtandum eſſe conſuetudini hactenus ſeruatæ, vel ceram æqua lance diſtribuendam. Si tamen ipſi hæredes maiorem quantitatem ceræ Regularibus donare voluerint, poterunt id facere poſt publicam functionem, licet in huiuſmodi caſibus æquabile ius ſeruandum foret cum æqualitate tamen proportionabili prò qualitate temporum, locorum, perſonarum.

An Regulares poſſint concordare cum Parochis, vt ij peragant Officium in Eccleſiis Regularibus ſuper cadauere defuncti parochiani? Et quo pacto concordia probetur. tom. 3. Conſult. 50.

AFfirmatiuè cenſuit Sac. Congr. Epiſcop. in *Firmana* anno 1606. quæ huiuſmodi concordiam confirmauit, & anno 1642. declarauit, Regulares teneri ad obſeruantiam dictæ concordiæ,

Siquidē concordia fieri poteſt ſuper ijs omnibus, quæ poſſunt in controuerſiam deduci, Greg. *dec.* 149. *num.* 4. & facta, parit exceptionem litis finitæ, & impedit alterius litis ingreſſum, idem Greg. *dec.* 354. *num.* 1. & 2. Sicuti, & poſt concordiā inter perſonas Eccleſiaſticas non licet amplius allegare contrariam diſpoſitionem legis, pręſcriptionis, nec priuilegii, ſed omninò pacta conuenta obſeruanda ſunt, per tex. *in cap. 1. de tranſact.*

Porrò adhoc, vt Clerus ſęcularis, & regularis validè poſſit inire contractus, pręcipuè tranſactionis, requiritur copulatiuè interuentus Prioris, & Capituli legitimè congregati in loco ſolito, & quod interueniat; nedum maior, & ſanior pars, ſed etiam, quod nullus contradicat, ſi ex tranſactione remittatur ius clarum competens ipſi Capitulo, vt per plures deciſiones firmatum fuit in *Burgen. pręeminentiarum p. 3. recent. dec. 623. num. 1. & p. 4. dec. 328. num. 1. & ſeqq.*

Huiuſmodi autem concordia probatur per ſcripturam, vel ſaltem per legitimum numerum teſtium formiter examinatorum, tex. *l. in exercen-*

ercen-

Digitized by Google

ercendis C.de fid. inſtrum. alijſque relatis firmat Rota *dec.133.num.7.p.5. recent.*Item ſatis, ſuperque probatur ex illius in eius confirmatione inſerto, vt in puncto eſt *deciſ.* Seraph. 466. *num.*2.& Rota *inter recent. dec.*388. *num.*2. *&* 5. *par.*2. vbi ſubdit nulla alia verificatione opus eſſe.

Dum igitur adeſt concordia, non oportet diſputare, an ſuffragetur Parochis, ac Clero ſeculari ſola cõſuetudo; licet dum eſt cõſuetudo immemorabilis illã ſuffragari, & nunquã, excluſa cõſuetudine in genere, cenſeri excluſã immemorabilẽ, tanquã maximè priuilegiatã in puncto funeralium contrà Regulares plenè reſpondit, Gratian.*diſcept.*472.*per tot.* & ſignanter *num.*5. *cum tribus ſeqq.& ſub num.*17. *cum ſeqq.* ad Conſtitutionem Pij V. à Regularibus aſſignari ſolitam.

1 *An Canonici, & Præbendati, qui vtuntur Almutio, poſſint illud deferre, cum vti ſinguli inuitantur ad aſſociandum funera, atque adeò præcedere Parochis?*

2 *Et quid ſi ſub ſua Cruce conueniant ad funera, etiam cum Parochis, iuxtà formam Statuti Synodalis?* tom.3.Conſult.51.

AD 1. Negatiuè. Primò, quia Parochus procedit Canonicis, ſaltem vti ſingulis, cum cura ſit dignior Canonicatu, *arg.cap. cum in illis de præb.* Io.de Sylu.*de beneſic. quæſt.*61.*n.*2.Molan.*tract.de Canon.lib.*2. *cap.*12. Repugnat autem iuri, ac honeſtati, quod Parochus in officio ſuo, Sacerdotali habitu indutus, alios ſequatur, qui funeri extrà ſuum officium, & ſic, vt priuati interſunt: nam minor præferretur maiori; Abb. *conſ.*21.*num.*4. *lib.*1. Rocch.de Curt.*in tract.de conſuetud.nu.*100.ac alij. Et cenſuit Sac. Congregat.Rit. in *Nullius* 12. Maij 1612.

Secundò, Quia vti ſinguli non erigunt propriam Crucem, & ideò non incedunt Collegialiter, nec faciunt Capitulum, Collegium, vel Vniuerſitatem, ſed tantum in actione funerali prò Miniſtris, ac ſeruis Eccleſiæ reputantur, Rota apud Cauler.*deciſ.*57.*num.*1.*&* 4.Barb. *de Canon.& Dignit.cap.*73.*num.*17.

Non obſtat priuilegium deferendi Almutium: Quia cum in eo non dicatur, quod poſſint illud deferre, quandò incedunt vti ſinguli, id recipit paſſiuam interpretationem à iure communi, cui non derogat, vt reſpondit, Rota *d.dec.*57.*num.*6.coram Caual.

Atque ità ſemel, ac iterum cenſuit Sac. Congreg. Epiſcop.*in Placentina funerum*, nempè: *Memoratum Cadauer ſpectare ad Eccleſiam Parochialem SS.Fauſtini, & Iouita, & eidem propterea eſſe reſtituendum; necnon Præbendarios poſſe vti Almutio in caſibus, quandò incedunt Collegialiter vnà cum Capitulo* 2.*Maij* 1659.Item die 10.Nouembris 166. decreuit, *Præbendarijs ſupraſcriptis licere tantum deferre Almutia in ijs caſibus, quandò incedunt Collegialiter cum Capitulo.*

Ad 2. Non videtur poſſe denegari eiuſmodi delatio Almutij; Conſtat enim Epiſcopum in Synodo Statuta condere poſſe, quæ vim legis habeant inter eius ſubditos, *cap. vt animarum de conſt.in 6.* vbi Gloſ. *v. Statuto* notat, ea eſſe perpetua, Sperell.*dec.*14 *num.*21. *par.*1. & in materia funerum Rota in *Barchinonen. Statuti deciſ.*107.*recen.*vbi ſupra *num.*16. Habentque locum, etiam ſi continerent aliquod præiudicium perſonarum inferiorum; Sufficit enim ſtatuentes moueri ex rationabili cauſa, prout hic, ad effectum ſolemnius ducendi funera, vt Statutum teneat, & in præiudicium aliquorum, Iaſon.*in l.omnes populi num.*12.*ff. de iuſt. & iur.*Rota apud Seraph.*dec.*707.*num.*8.& in his terminis *dicta deciſ.*107.*num.*19.*&* 2. *par.*7. *recent.*

Nequè obſtat, quod Præbendati quandò incedunt ſine Capitulo, non debeant deferre Almutia: Nam id procederet, niſi adeſſet Statutum concedens, vt Præbendati ad funera conueniant cum Almutijs ſub ſua Cruce. Quod facilius admittendum eſt, accedente diuturna obſeruatione, ex qua præſumitur, quod hæc Conſtitut.Synodalis fuerit à Sede Apoſtolica confirmata, vt per Rot.apud Seraph. *dec.*506.*n.*3. *& in recent. d.dec.*107.*num.*14. *par.*7. Et hoc etiam caſu præcedentia debetur Parocho, per ea, quæ alibi diximus.

Cui nam competat præcedentia in funeribus inter Parochum proprium defuncti, & Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ in locis, vbi non eſt Cathedralis? tom. 3. Conſult.52.

COmpetere Parocho prolixè, ac eruditè firmat Gratian.*tom.*2.*diſcept.for.cap.*2298.cum Theodoſio, Rubeo, & Barboſa *in paſtoral.allegat.* 78.*num* 38.& refert ità deciſum à Rota Romana in vna *Calagurritana Præeminentiarum de Victoria* 15.Nouembris 1592.

Et quidem attenta diſcrepantia decretorum haud facilè eſt, hanc controuerſiam reſoluere. Videntur enim prò Parocho ſtare decreta antiqua Sac. Rit.Congr. nominatim in *Nucerina* 24. Octobr.1609.& in *Præneſtina* 13. Iulij 1619. ac Rituali Rom.*tit.de Exeq.* §. *Exequiarum Ordo in fin.*Prò Cathedrali vero, ac Collegiata videntur ſtare decreta recentiora cum opinione Rotæ apud Seraph.*dec.*1445. & adducta per Barb. *de Offic.Paroch.cap.*9.*per tot.*

Verùm hac in re, quoad præcedentiam in Ordine ad locum nobiliorem ſeruanda eſt conſuetudo, ità quidem, vt Parochus ſemper retineat ſua iura iuriſdictionalia, in quibus præferendus eſt Capitulo, ſiuè Cathedrali, ſiuè Collegiali. Ità reſoluit Sac.Congreg.Rit.in vna *Oſtienſi* 18 April.1607. quæ ità ſe habet: *Et quandò contingit aſſociare funus alicuius defuncti ad aliquam Eccleſiam Parochialem, in quam ſimul Capitu-*

pitu-

Digitized by Google

pitulum Eccleſiæ Collegiatæ cum Parochis aliarum Eccleſiarum d.loci conueniunt, præcedentiam dandam eſſe Archipresbytero, & Canonicis Eccleſiæ Collegiatę, etiam ſupra proprium Parochum, cui tamen ius faciendi Officium in propria Eccleſia reſeruetur.

Et in alia *Præneſtina: Præcedentiam ſemper, & vbique competere Archipresbytero, & Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ ſupra prędictum Parochum, & in aſportandis funeribus defunctorum propria Parochia; Ius tamen faciendi Officium in propria Eccleſia proprio Parocho reſeruatur.*

Idipſum diſertè firmatum fuit à d. Sac. Congreg. 14. Maij 1643. *In aſſociatione funerum, ſalua legitima loci conſuetudine, deberi præcedentiam Capitulo Collegiatæ ſupra Parochum, etiam proprium defuncti, ſine tamen præiudicio in reliquis iurium, & præeminentiarum eidem Parocho de iure, vel de conſuetudine competentem.*

Quoad Canonicos Cathedralis extant ſequentes declarationes: *Canonici Cathedralis præcedere debent Parochum, etiam in funere, non autem alij: Inter Canonicos autem præcedentia datur Archipresbytero, ſi Stolam deferat, Sac. Rit. Cong. in* Viterbienſi 25. *Iunij* 1611. In *Nullius* 12. Maij 1612. & in *Præneſtina Canarum* 14. Auguſti 1618. Vide Mancinum *in pr. Viſitat. infirm. tit. de praecd. dub. 9. & 12.*

An liceat facere octauas prò Defunctis, præcipuè inter octauam omnium Sanctorum ſine ſpeciali indulto Sedis Apoſtolicæ? tom. 3. Conſult. 53.

NEgatiuè. Primò quia octaua omnium Sanctorum ponitur inter maiores, ac proindè non poſſunt abſque particulari priuilegio ce-celebrari infrà dictam octauam Miſſæ prò defunctis; Inſtituere enim, ac celebrare octauas vltrà præſcriptas à Sac. Canon. Conſtit. Apoſtolicis, Miſſali, ac Rituali Romano, nemini eſt permiſſum ſine authoritate Pontificis. Gauant. *in rub. Breuiar. ſect. 3. cap. 8. num. 1.* Quarant. *ad rub. Miſſal. cap. 5. num. 2. in fin.* & alij.

Verùm non negatur, quod in octaua omnium Sanctorum dici non poſſint Miſſæ priuatæ prò Defunctis, nec quod non applicentur prò illis ſuffragia, ſed quod poſſit celebrari octaua prò Defunctis: Nam priuatæ non continent illam publicam, & ſolemnem commemorationem Defunctorum, quàm continet octaua ſolemnis; Quare eò ipſo, quod à rubricis demandatur celebrari octaua omnium Sanctorum, neceſſariò ſequitur ſuum contradictorium, nempè eſſe prohibitam octauam defunctorum. Rectè igitur conſtitutum eſt, id non licere ſine Sedis Apoſtolicæ priuilegio.

Et ità, diſſentiendo à Rota, cenſuit, ac declarauit Sac. Rit. Congr. *in Romana Commemorationis Defunctorum* 3. Iunij 1665. coram Otalora, & iterum 9. Iunij coram eodem, nempè: *Sac. Rit. Congreg. ad inſtantiam Monachorum Camaldulentium S. Gregorij de Vrbe declarauit, nemini licere facere octauas prò Defunctis præſertim intrà octauam omnium Sanctorum, ſine ſpeciali indulto S. Sedis Apoſtolicæ, neque intuitu alicuius Altaris priuilegiati in aliqua Eccleſia licere exponere tabellam ſuper ianuam ipſius Eccleſiæ cum inſcriptione* Indulgenza per li Morti, *ſed tantum ſuper ipſo Altari priuilegiato conſuetis verbis:* Altare Priuilegiatum prò Defunctis. *Et propterea vtraque parte plenè informante, non licuiſſe, neque licere cenſuit S. Maria ſuper Rotundam quacumque conſuetudine in contrarium non obſtante, hac die 13. Auguſti 1667.*

Hinc fit, quod ſi aliqua Eccleſia habeat priuilegium celebrandi cum octaua commemorationem omnium Defunctorum à Summo Pontifice conceſſum, potuit vigore huius priuilegij prohibere alijs Eccleſijs, nè eandem octauam celebrent: Nam quod alicui conceditur per priuilegium, ſine illo fieri non poteſt, *l. ius ſingulare 15. ff. de leg.* Bald. *conſ. 382. nu. 7. lib. 5.* At præcipuè ex eo, quod ſi permitteretur aliis Eccleſijs octauam celebrare eandem, orirerur æmulatio, & ſcandalum, quæ ſunt euitanda.

An in funeribus, quæ fiunt in Eccleſijs Collegiatis, etiam prò illarum Canonicis defunctis, Capitulum, & Canonici Cathedralis præcedere debeant Capitulum, & Canonicos earundem Collegiatarum? tom. 4. Conſult. 97.

AFfirmatiuè. Idque ex iuris aſſiſtentia ratione dignitatis, & conſortij cum Epiſcopo, vt largiter probat ex deciſionibus impreſſis poſt tractatum Cathedræ Epiſcopalis Cęſarauguſtanæ In: de Arruego §. 37. *in Cæſarauguſtana Synodi* 13. Febr. & 28. Iunij 1626. coram Coccino, quarum prima eſt *p. 5. recen. deciſ. 3.*

Quam quidem aſſiſtentiam iuris procedere etiam quandò functiones fiunt in alijs Eccleſijs, etiam ad effectum pręcedendi Canonicos Collegiatę, Prælatum, & Clerum earundem Eccleſiarum, non obſtante conſuetudine in contrarium, reſolutum fuit à Sac. Rit. Congr. in *Tuſcanen.* 29. Auguſti 1619. in *Fundana* 2. Octobr. 1597. Et in hac ſpecie funerum in ipſa Collegiata in *Leodicenſi Præcedentiæ* 10. Martii, & 21. Aprilis 1668.

Nam quæcumque conſuetudo contraria dicitur abuſus, & corruptela minimè ſeruanda, cum regula, quod in pręcedentia attendatur conſuetudo, intelligitur quatenus ſit rationabilis, Rot. coram Otthobono *deciſ. 4. num. 36.* & coram Otalora 4. Martii 1668. *§. vlt. ex cap. 1. de maior. & obed.* Non eſt autem rationabile, quod minor præcedat maiorem, eſt enim contra honeſtatem, atque contra regulas rectæ rationis.

De funere Epiſcopi, Regis, ac Reginæ &c. Vide de Dignitat. tom. 4. Conſult. 183. ſum. n. 2. & 5.

I An

1 *An Equites Hieroſolymitani defuncti, idem dico de quibuſcumque alijs Religioſis, poſſint, irrequiſito Parocho, in cuius Parochia decedunt, & abſque eius licentia, ab alijs Equitibus deferri in propriam Eccleſiam, ibique tumulari?*

2 *An id procedat, etiam ſi elegerint ſepulturam in aliena Eccleſia, quam propria, & ideò, an diiudicandi ſint inſtar aliorum Regularium, qui ſepulturam eligere non poſſunt, ſed in propria Eccleſia ſepeliendi ſunt, etiam ſi extrà Clauſtra decedant?*

3 *An iſti Equites deferri poſſint ad ſepulturam in Curru clauſo, tam diù, quam noctù, Parocho non comitante?*

4 *An Frater Capellanus in Eccleſia dictorum Equitum poſſit miniſtrare Sacramenta laicis infirmis, qui ex cauſa æris alieni, vel delicti confugiunt ad domos annexas dictæ Eccleſiæ, ità vt etiam poſſint d. adminiſtrationem intrà ſupra præfata Eccleſiæ Parocho prohibere, licet antea permiſſum fuiſſet Parocho dictorum infirmorum confeſſiones audire?*

5 *An hæc omnia procedant eodem modo, qui ſeruatur reſpectu Regularium, qui habent peculiaria priuilegia, cum d. Equites ſint propriè Regulares, ſiuè Religioſi?* tom.4. Conſul. 199.

AD 1. Negatiuè: Quia propter iuriſdictionem, quam Parochus habet in ſua Parochia, non poteſt funus leuari ſine eius licentia, & antequam per ipſum dicatur antiphona *Subuenite*. Imol. *in Clem. Dudum col.* 16. *nu* 66. & ibi Card. *in* §. *huiuſmodi de ſepul* & alii. Ità quod Regulares in aliena Parochia non poſſunt proceſſionaliter efferre Defunctum, qui elegit ſepulturam in Eccleſia extrà Parochiam, & ſi aliter faciant, licitum eſt Parocho eripere illis Cruces, aliaque proceſſionalia, vt ait Oldrad. *conſ.* 82. *an fratres n.* 2. vbi addit multa licere prò ſui iuris defenſione. Et in hac ſpecie generaliter cenſuit Sac. Rit. Cong. *in Teleſina* 18. Auguſti 1629. & expreſſius in *Audrien.* 29. Nouemb. 1641. ad 1. & declarauit Sac. Congreg. Concil. in *Collen.* 11. April. 1609. quatenus iuſſit puniri tanquam notoriè, & extrà Clauſtra delinquentem quendam Regularem S. Franciſci de Paula, qui alteri Regulari Minimo ſui Conuentus in domo Paterna ægrotanti, Sacramentum Extremæunctionis adminiſtrauerat, eiuſque Cadauer extulerant, irrequiſito Parocho. Vbi aduertendum, quod fuerit punitus duplici ex capite: Quia nimirum Extremæunctionis Sacramentum Regulari huiuſmodi adminiſtrauerat, & quia illius Cadauer, irrequiſito Parocho extulerat. Ex quo elicitur, quod ſicuti non poſſunt Regulares hoc Sacramentum, neque etiam Sac. Viaticum Regularibus infirmis extrà Monaſteria ſine licentia Parochi adminiſtrare, ità quoque non poſſunt eorum Cadauera, ſine ipſius licentia deferre.

Quod maximè locum habet, ſi huiuſmodi Cadauera proceſſionaliter deferant per alienas Parochias ſine Pacocho, vt cenſuit Sac. Congr. Epiſc. & Regul. in *Senogallien.* 17. Maii 1604. Non tamen prò illis debetur Parocho quarta funeralis, vel aliud, vt etiam cenſuit eadem Sac. Congr. in *Tranen.* 10. Iun. 1594. & 2. Maii 1615. & confirmatur ex Rituali Rom. *in rub. de exeq.* §. *Parochus verò &c.*

Et ſanè ſi Regulares non poſſunt cum Cruce ingredi Parochias alienas ad leuanda corpora Defunctorum, apud ſuas Eccleſias ſepelienda, niſi præmonito prius, ac requiſito Parocho, vt reſoluunt Villalob. *in ſum. par.* 2. *tract.* 31. *diff.* 5. *num.* 3. Gratian. *diſcep.* 429. *à num.* 45. & alii; Nec quidem poterunt ingredi ad leuanda Cadauera Regularium in eiſdem Parochiis decedentium, niſi velimus dicere, quod ſine Cruce, ac ſine luce illa deferre valeant; Vndè cum dubitaretur in Sac. Congr. Conc. ſub eadem dic 2. Iulii 1620. An quandò moritur aliquis Superiorum Religioſorum, vel Magiſter, aut Cathedraticus, poſſint Regulares Corpus illius portare per Ciuitatem, per plateas, & alias Parochias cum muſica, & ritibus extraordinariis, aut illi imponere Pluuiale ſine interuentu Parochi? Sac. Cong. ceſpondit, non poſſe, vt referunt Lezana, & Bordonus, aliique Regulares, illo in *ſum. quæſt. regul. cap.* 12. *num.* 41. hic *contr.* 43. *num.* 40.

Inſuper tollitur omnis dubitandi anſa ſequenti decreto Sac. Congreg. Epiſc. & Regul. tenoris ſequentis:

Licet in Sac. generali Lateranen. Conc. ſtatutum, & ordinatum fuerit, vt Fratres Ordinum Mendicantium, cæterique Religioſi non poſſint intrare Parochias cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud Eccleſias domorum, & locorum eorundem elegerint ſepulturam; niſi prius, præmonito, & requiſito, ac recuſante Parocho, & tunc ſine eius, & Ordinarij præiudicio; ſignificatum eſt tamen Sac. Congreg. S. R. E. Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, nonnullos Fratres, præſertim Minorum de Obſeruantia, cuiuſdam conſuetudinis prætextu, quam neque antiquitate valeat, neque obſeruantia viridi niti, neque pacifica, & non interrupta poſſeſſione firmatam eſſe conſtat, contendunt ſibi licere Defunctorum funera, proprio eorum Parocho abſente, eoque irrequiſito, leuare, & efferre, idque haud leues controuerſias, & altercationes aliquibus in locis, non ſine populi ſcandalo, & Dei offenſione excitaſſe. Ideò volens eadem Sac. Congr. omnem huiuſmodi diſſentionum, & ſcandalorum materiam, occaſionemque præcidere, & tam Parochi, quam Fratres ipſi vnanimiter ſe voluntate, & ea qua par eſt caritate, vltima hæc Chriſtianæ pietatis officia Defunctis præſtent, declarat, & huiuſmodi decreti tenore ſtatuit, prædictis Fratribus Ord. Min. Obſeru. aliiſque quibuſuis Regularibus quorumcumque Ordinum, & Congregationum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium exiſtant, nullo modo licere, etiam ſpecialis alicuius conſuetudinis prætextu, Parochias cum

Digitized by Google

Cruce proceſſionaliter, aut alias ad leuanda, & efferenda defunctorum Cadauera, intrare, vel illa leuare, & efferre, niſi vocato, & expectato proprio Defuncti Parocho, eóque ibidem intereſſe, ſi tamen ipſe aliter fieri non conſentiat, vel niſi requiſitus venire omninò expreſsè recuſet. Atque ità obſeruari mandat, & diſtrictè præcipit; Firmis cęteróque & in ſuo robore permanentibus ijs omnibus, quæ ſuper quarta funerali, & canonica portione, aliiſque iuribus ad ſepulturam pertinentibus à Sac. Canon. & Conciliorum decretis, Summorumque Pont. Conſtitutionibus hactenus ſancita, & ordinata ſunt, aut alias ex particulari conſuetudine, vel alio iure obſeruantur, Romæ 12. Ianuar. 1604.

Ad 2. Id quidem procedere, etiam ſi elegerint ſepulturam extrà propriam Eccleſiam. Pró quo ſciendum eſt, Milites Hietoſolymitanos ſepulturam eligere poſſe, ſi à Religione eius concedendi facultatem habeant, ſine tamen præiudicio Religionis, & quatenus exiſtant, etiam Parochialium, vt declarauit Sac. Cong. Epiſc, & Regul. die 4. Septemb. 1634. quod ſi hanc facultatem non habeant, & aliter in eorum Ordinationibus, ſiuè ſtatuti non decetnatur, iudicandi ſunt inſtar aliorum Religioſorum, qui ſi decedant extrà Clauſtra, ſepulturam ſibi eligere non poſſunt, *ex cap. fin. de ſepul. in 6*, cum non habet proprium velle, aut nolle. Id quod etiam ibi extenditur, quandò moriuntur extrà Clauſtra, ità tamen, vt commodè ad Monaſterium deferri poſſint; Vndè ſi commodè ad Monaſterium deferri nequeunt, poſſe ſibi eligere ſepulturam, tenendum eſt cum Gloſſa *in d. cap. fin. v. commodè* Monachi *ibi in fin*. Archid. *v. eligere*, Anchar. *in fin*.

Si igitur Religioſus moriatur extrà proprium Monaſterium, & ad ipſum commodè deferri non poſſit, neque eligat ſepulturam, debet ſepeliri in Eccleſia Parochiali, in cuius Parochia moritur, inſtar ſæcularium, qui moriuntur in itinere, Gloſ *in d. cap. fin. de ſepul. in 6. v. Nota primò*, Anchar, & Franch. *in fin.* aliique, quia ſequitur tunc locum, in quo reperitur tanquam participans ius ad ſpiritualia, quæ communicantur in illo loco; Omnis enim fidelis habet ius ad Sacramenta, & annexa ſpiritualia, in quocumque loco repèriatur, & proindè, vt ea recipiat in illo loco, in quo eſt.

Si verò in eodem loco adſit Monaſterium ſuæ Religionis, adhuc tenet Gloſſa *loc. cit.* ſepeliendum in Eccleſia Parochiali, niſi ibi adſit cauſa perpetuæ. Vndè videtur, hoc velle etiam, quandò reſidet in illo Monaſterio; dummodò tamen ibi nõ habeat perpetuam reſidentiam. At melius ſentit Butr. *in cap. 1. num. 9. de ſepult.* quem ſequitur Sanch. *d. cap. 14. num. 4.* ſepeliendum eſſe in Monaſterio. Quia cum omnia Monaſteria eiuſdem Religionis ſint vnita ſub vno capite, ratione talis vnionis, licèt in cæteris non communicent, debent communicare in ſpiritualibus. Hoc enim exigit charitas, qua inuicem copulari debent, vt membra eiuſdem capitis.

Et in his terminis non poteſt ſibi eligere ſepulturam, ſi in illo loco ſit aliud Monaſterium ſuæ Religionis, & manet ſub illius Prælati obedientia, itàut ipſum agnoſcat prò Superiore; quamuis ibi ſit per modum Hoſpitij: quia vigent rationes ſupra allegatæ.

At ſi ſubditur Prælato illius Monaſterij tùc habet libertatem ſibi eligendi ſepulturam: Quia res eodẽ pacto ſe habet, ac ſi nullum adeſt Monaſterium: Quia ſicuti non ſubditur Prælato Monaſterij, nec ipſum habet jus, ità nec Prælatus habet ius ſupra ipſum, & proindè Religioſus habet propriuñ velle, & nolle in ordine ad ea, quæ pertinent ad diſpoſitionem ſui ipſius.

Quæ quidem intelligenda ſunt, niſi Conſtitutiones Religionis, aut conſuetudo, quæ haberet vim legis, aliter ſtatuerunt; ſi tamen eſſent ex certa ſcientia approbatæ à Sum. Pont.

Ad 3. Negatiuè. Conſtat ex Rituali Rom. *in d. rub. de exeq.* Hinc Sac. Congr. Epiſc. & Regul. cenſuit in *Caietana* 28. Ianuar. 1650, *abuſum* ſepeliendi Defunctos priuatim *ſine lumine*, Cruce, ac Parocho, non debere permitti, multóque minus tolerari debere abusũ, quod mortui Curru clauſi deferantur ad Eccleſiam, vt in *Mutinen.* 1658. & 13. Iulij 1646. & 26. Febr. 1649. & 17. Martij 1650. ac alibi, reſcripſitque Epiſcopo Cremonenſi 30. Iunij 1640. vt abuſui ſepeliendi mortuos ſine Religioſis Viris, & luminibus, aliquo oportuno remedio prouideret.

Ad 4. Pariter negatiuè: Nam in *Clem. 1. de priuil.* fertur excommunicatio Papæ reſeruata contrà Religioſos præſumentes Clericis, aut Laicis Sacramentum Extremæunctionis, aut Euchariſtiæ miniſtrare, vel Matrimonia ſolemnizare, non habita ſuper his Parochialis Presbyteri licentia ſpeciali. Et additur, vt locorum Ordinarij, poſtquam de tali tranſgreſſione conſtiterit, eos excommunicatos faciant publicè denunciari, donec de abſolutione ipſorum eis fuerit facta fides, nullo Religioſis eiſdem ſuper hoc exemptionis, vel alio priuilegio ſuffragante; Vndè poterunt Regulares citari in tali caſu ab Epiſcopo ad inſtantiam Parochorum ad dicendum cauſam quare non debeant declarari excommunicati, Rodriq. *tom. 1. quæſt. regul. 56. art. 2. in fine.* Sub qua cenſura comprehenduntur tantum, qui propriè ſunt Religioſi, inter quos numerantur Fratres Milites Hieroſolymitani, vt alibi probauimus, & infrà dicetur.

Id quod in articulo mortis neque licitum eſt: quia Eccleſia ſemper cenſetur reſeruare Parochis omnem communionem, qua præceptum dininum adimpletur, quod in articulo mortis adimpleri tenent ex Theologis doctiſſimi; Vndè Paulus III. illam expreſsè excepit in priuilegio conceſſo Societati Ieſu, de quo apud Bullarium, & eius compendium. Adhuc tamen in caſu neceſſitatis, articulo mortis inſtante,

Digitized by Google

ſtante, & deficiente Parocho, poſſont Religioſi, aliique Sacerdotes Viaticum, atque Extremamunctionem infirmis miniſtrare, vel ex præſumpta voluntate Parochi, vel Epiſcopi, aut Pontificis, quod expreſsè declaratur in d.Bulla Pauli III. prò Societate. Idem ius erit, quandò Parochus præſens iniuſtè denegat licentiam ad huiuſmodi Sacramenta miniſtrandum, nec vult ipſe miniſtrare, tunc enim abeſſe cenſendus eſt, præſumiturque in tali caſu, Eccleſiam dare huiuſmodi licentiam ad huiuſmodi Sacramenta miniſtrandum, eamque ad omne dubium tollendum expreſsè conceſſit Sixtus IV. Minoribus apud Bullarium *Conſt.* 33. *num.* 47. *& Conſt* 34. *num.* 47. *& Conſt.* 37. *n.* 64. Eandemque conceſſit Prædicatoribus, Eremitis S. Auguſtini, & Carmelitis, apud Rodriq. *reſol.* 126. *num.* 5. Quoniam, cum ad incurrendam eam cenſuram requiratur præſumptio, vt omnes docent, & exprimitur in textu verbo illo, *præſumpſerit*, quod importat dolum, ac temeritatem, Card. *in eadem Clem. quæſt.* 39. in eo caſu, neque temeritas apparet, cum rationabiliter, & ex neceſſitate ſubueniatur extremæ neceſſitati morientium, quod excludit temeritatem, & dolum, *l. eum, qui merè ff. de iudic.* Vndè non incurrere miniſtrantes hæc Sacramenta in caſu neceſſitatis docet etiam Suar. *de Sacram. diſp.* 72. *ſect.* 2. *§. ſed quæres* Rodriq. *loc. cit.* & alii; Quamuis contrà de Viatico teneant nonnulli: quia non eſt ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem, Nauar. *cap.* 21. *num.* 25. Sylueſtr. *verb. excommunicatio* 7. *caſ.* 15. *§.* 3. & alii.

Secluſo igitur priuilegio, non poſſunt Regulares extrà caſum neceſſitatis miniſtrare Sac. Viaticum, & Extremamunctionem, niſi ſuis familiaribus, & continuis commenſalibus intrà Clauſtra degentibus, ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 11.

Ad 5. Affirmatiuè: Quia Religio Equitum Hieroſolym. eſt vera Religio: nam emittunt tria vota eſſentialia Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, quæ conſtituunt ſubſtantiam Religionis, vt conſtat ex formula profeſſionis ipſorum, quæ habetur in eius libro *ſtabiliment. tit.* 2. *ſtabil.* 5. *& ex cap. cum & plantare extr. de priuil.* & tradunt communiter Doctores, nominatim Monet. *de conſeruat. cap.* 10. *num* 387. Caual. *tract. de cognit. per viam viol. p.* 2. *qu.* 148. *num.* 19. & alii. *De quo* vide de Equitib.

1 *An prætenſio Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ vel Parochialis ſæcularis quoad aſſociationem Cadauerum, quæ ſepeliuntur in Eccleſijs Regularium, debeant intereſſe tot Presbyteri de ſuo Clero, quot Regulares, habeat aliquam iuris aſſiſtentiam? Vbi*

2 *Quid ſi hoc ex Synodo Diæceſana, vel Prouinciali à Sede Apoſtolica confirmata, diſponatur?*

3 *Quidue ſi ex conſuetudine? Et vtrum ad probandam huiuſmodi conſuetudinem concedenda ſit remiſſorio?* tom. 4. Conſult. 205.

RESP. quoad 1. Prætenſionem huiuſmodi nullam habere iuris ſubſiſtentiam, cum id pendeat ab hæredum arbitrio, vt planè firmatur apud Barboſ. *de offic. & poteſt. Paroch. cap.* 26. *n.* 57. vbi refert reſolutionem Congreg. Epiſc. in *Caſſanen.* 5. Maii 1617. *& in ſum. Apoſtol. dec. v. defunctus n.* 5. *& v. hæres nu.* 3. Lezan. *in ſum. d. v. defunctus n.* 4 *&* 7. vbi adducit decretum S. Congr. Rit. ſub die 14. Ianuar. 1640. per hæc verba. *Electionem, & numerum Religioſorum prò aſſociandis Cadaueribus ad libitum hæredum defunctorum ſpectare, & pertinere, & ità vbique ſeruari debere declarauit.* Quod decretum refert etiam Paſqualig. in obſeru. ad Lauret. de Franch. *p.* 1. *num.* 1591. *& par.* 2. *in add. ad quæſt.* 95. *num.* 2. Fuitque confirmatum ab Alexan. VII. ſub anno 1660. & demandata præcipua eius obſeruatio cum decreto irritante, & clauſula ſublata vigore Breuis. Et Parochus ſi ſecus fecerit, tenetur ad reſtitutionem, vt per Io: Sanch. *in ſelect. diſp.* 48. *n.* 24.

Neque quoad 2. Obſtare poteſt Synodus Prouincialis. Primò: quia ex ea læderetur libertas electionis ſepulturæ, cum dari poſſet caſus impotentiæ, & violarentur priuilegia Regularium, nempè Alexand. IV. Martini V. Vrbani IV. Clem. IV. & Innoc. IV. vt in hac ſpecie Peyrin. *ad Conſt.* 10. Leonis X. § 2. *n.* 2.

Secundò. Ex defectu poteſtatis: Epiſcopus enim non poteſt ſtatuere contrà ius, vt per Add. ad Burat. *dec.* 572. *litt. B.* eòque minus contrà decreta Sac. Congregationum, Barboſ. *in collect. ad Conc. ſeſſ.* 1. *nu.* 2. neque contra priuilegia Regularium, vt in his terminis probat Azor. *inſtitut. moral. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 11. Caſtropal. *tom.* 2. *tract.* 12. *diſp. vn. pun.* 8. *n.* 5. & alij: Imò ſimoniacum eſſe vult Sylueſtr. *in ſum. v. ſimonia n.* 11. quem ſequitur Ceſped. *de exemp. Regul. quoad ſepulturam cap.* 2. *n* 19. *&* 20.

Neque ſuffragatur confirmatio Sac. Congreg. Conc. ſiuè Sum. Pontificis; niſi illa fuerit in forma ſpecifica, non autem in forma communi, aliòquin ſequeretur abſurdum, quod Epiſcopus ſtatueret contrà ius, & Conſtitutiones Apoſtolicas, & Sac. Congr. ſiuè Sum. Pontifex ſtatuta confirmaret ſub inuolucro verborum, quod nunquam *præſumendum* eſt, ſed potiùs facienda quæcumque interpretatio, quamuis alias eſſet impropria, & extranea, vt egregiè Gemin. *in cap. ex parte* 2. *n.* 15. *de offic. deleg. & conſ.* 38. *n.* 7. & alij.

Et quidem ſi negaretur hæredibus Defunctorum libertas euocandi quos, quotue voluerint ad comitandum funus ad Eccleſiam Regularium ſequeretur abſurdum, quod hæredes ad euitandum ſumptus funeris, non euocarent, niſi vnum Regularem cum Parocho, qui iuxtà reſolutiones Sac. Congr. alibi adductas, non poterit dare mortuo, niſi vltimum vale, & diſcedere, & conſequenter defunctus remaneret ſolum cum vno Regulari, qui ſolus celebraret exequias ſuper Cadauere. Et ideò huiuſmodi decreta Sy-

nodalia non poſſunt habere locum in hoc caſu ſed tantum in caſu, in quo celebrarentur funera in Eccleſijs Parochialibus, quo in caſu indecorum eſſet quod interuenire debeant in Eccleſijs proprijs Parochialibus Regulares, & Presbyteri ſæculares exteri ad excluſionem proprij Cleri, cui in hoc fieret iniuria, ſicut fieret iniuria Eccleſiæ Regulari, ſi non poſſent Regulares intereſſe funeri in ſuis Eccleſijs, niſi intereſſent tot Presbyteri ſeculares, vel Clerus, & Capitulum Eccleſiæ Parochialis.

Vndè eadem Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular. rè maturè conſiderata, ſub die 23. Nouembris 1663. cenſuit, *Synodum præfatum non comprehendere Regulares in caſu, de quo agitur, ideòque eſſe ad libitum diſponentium, vel ipſorum hæredum conuocare numerum Clericorum, & Fratrum, quos ipſi maluerint, non attenta præfata concordia, cæteriſque in contrarium allatis, non obſtantibus quibuſcumque*. Quod decretum fuit poſtea ſub die 27. Martij 1664. ab eadem Sac. Congregatione confirmatum his verbis: *Sacra &c. attentis narratis, reque denuò, auditis partibus, Eminentiſſimo Ilcio referente, maturè diſcuſſa, ſtatuit, ac decreuit, ſtandum eſſe in deciſis, quibuſcumque non obſtantibus*.

Ex quibus reſoluendum eſt, poſſe hæredes ad ſuum arbitrium euocare ad funus comitandum quoſcumque, & quemcumque numerum voluerint; dummodò non excludatur proprius Parochus defuncti.

Quo verò ad conſuetudinem innumerabilem. Ad illam probandam debet concedi remiſſoria: Quia per Conſtitutiones Apoſtolicas, & decreta Sac. Congregationum prò Regularibus non eſt ſublata immemorabilis, & prerogatiua, quod in aſſociatione funerum ad Eccleſias Regulares euocetur Clerus Parochiæ defuncti ſimul cum Regularibus, poteſt introduci ex conſuetudine quadragenaria, vt quæ certè perſonæ ad funera euocentur, cum non ſit impeditiuum liberæ ſepulturæ ſicut aduertit in hac ſpecie Gratian. *diſcept. 492. num. 2. & ſeqq.* Ergò multò magis poterit ex conſuetudine immemorabili, ex qua poteſt allegari priuilegium, etiam in reſeruatis Principi, quandò non concurrit incapacitas ex parte allegantis, Butr. *deciſ. 365. num. 5.* & *Add. n. 10*.

Maximè quia eſt rationabilis; Non enim eſt merè coactiua hæredum defunctorum, vt præciſè euocent Clerum, ſed ſolum indueit prælationem eiuſdem Cleri in caſu, quo hæredes velint funus aſſociari per alios extraneos. Quæ quidem prælatio eſt in iure fundata ex eo, quod Clericus inſeruit Eccleſię Parochiali, & Parocho in adminiſtrando Sacramenta Parochianis ad text. *in can. Nullus, & cap. obitum 61. d. cap. inter* vbi Gloſ. *v. aliam de elect.* Rot. *deciſ. 413. num. 1. par. 1. diuerſ. & deciſ. 337. num. 12. par. 4. tom. 2 recent.* Preterquam quod in funere defertur Crux Parochialis; Ideò conueniens eſt, vt quilibet Clerus ſuam Crucem comitetur, nec indecenter deferatur, & reuertatur cum ſolo Parocho.

1 *An Parochi, præter ſolitam eleemoſynam, cogere poſſint hæredes eorum, qui ſepeliri volunt in Eccleſia Regularium ad ſoluendũ aliquid aliud? Et alia circà electionem ſepulturæ, vt ibi*. Vide de Sepult. elect. tom. 4. Conſ. 208.

An Parochi poſſint à Regular. præſertim Vrbis nomine quartæ funeralis exigere medietatem omnium, & ſingulorum, quæ in funere, eiuſque occaſione deferuntur, offeruntur que? to. 4. Conſult. 215.

AFfirmatiuè: Quia licet Regulares habeant liberam ſepulturam illorum fidelium, qui in eorum Eccleſijs ſepeliri elegerint, vt ſuprà diximus, veriſſimum tamen eſt eoſdem Regulares ſoluere debere integram quartam funeralium Curatis proprijs defunctorum, ſicuti verbis clariſſimis diſponitur in *Clem. §. Verum*; Quæ quidem Clementina potius dici deberet Bonifaciana: quia ex illius lectione patet, Clementem V. approbante Conc. Viennenſi, innouaſſe Conſtitutionem editam à Bonifacio VIII. integrè in ea relatam, & abrogantur etiam conſuetudines, conuentiones, & pacta contraria. Quibus concinunt tradita per Barboſam *de Paroch. par. 3. cap. 25. nu. 3. & 4.* vbi firmat diſpoſitionem d. Clem. locum habere contrà omnes Regulares, etiam Mendicantes.

Quæ Conſtitutio eò magis ſeruanda eſt, cum paulò poſt illius promulgationem à dicto Bonifacio factam, Regulares illius obſeruationem ſubterfugere conarentur ſub varijs figmẽtis, & cautelis, idem Bonifac. maximè redarguens auaritiam Regularium, *Qui*, vt ipſemet Pontifex ait, *ſpontè renunciauerunt proprijs, & auarè aliena concupiſcunt*, ſimulque recenſendo dictas cautelas, & cauilloſas inuentiones, illaſque improbando, eos damnat de ingratitudine: *qui nempè ipſi recuſant perpendere, quod de magna gratia Sedis Apoſtolicæ de Parochiali iure ipſorum Curatorum, ipſi Regulares habent ſepulturam*; Quæ ſunt verba eiuſdem Pontificis, qui propterea mandauit obſeruari ſuam Conſtitutionem datam Auenioni Pontific. an. VIII. qui fuit annus Domini 1294.

De quibus verò ſolui debeat? Dicimus, eſſe ſoluendum ex omnibus obuentionibus, tam funeralibus, quàm alijs quibuſcumque relictis diſtinctè, vel indiſtinctè ad quoſcumque certos, vel determinatos vſus, nec non ex datis, vel qualitercumque donatis in morte, ſeù mortis articulo in infirmitate donantis, vel dantis, de qua ipſe deceſſerit, quomodocumque directè, vel indirectè Fratribus ipſis, vel alijs prò eiſdem, iuxtà verba relata in *d. Clem. dudum eò §. Verum*, ibique Gloſ. *v. obuentionibus*, Bart. *d. par. 3. cap. 25. à num. 36.* vbi, quod dicta quarta portio debetur ex omnibus, quæ obueniunt ratione

ne funetis in die eiuſdẽ funeris, & tàm ante humationẽ, & ſepulturã, quã poſt illã. Item ex ijs, quæ dãtur pró eelebrandis Miſſis, nec nõ ex relictis, ſiuè toti Monaſterio, ſiuè vni ex Regularibus, ac etiam ex candelis, & cereis accenſis, quæ circà Crucem, & Cadauerà defetunt, ex pannis, & Culcitra, ac omnibus alijs, quæ deferuntut in feretro. De qua tantum quarta legatotum alias diximus, & dicemus.

Eiuſmodi igitur quarta à diuetſis Sum. Pontificibus conſtituta fuit diuetſa, nimitum pars dimidia, tertia, & quarta, vt habetut *in cap. certificati de ſepultura*; Quarè conſuetudini cuiuſque tegionis, hac in patte ſtandum eſt, vt ibi decernitut. Romæ eſt pars dimidia ex Statuto Cleri Romani *cap.* 4. Frequentius tamen ſolet eſſe quarta, atque idcitcò quarta Eccleſiæ Parochiali, Gloſ. *in d. Clem. Dudum*, quam ſequitut Panorm. *in cap. de his num.* 9. *eodem tit.* & habetut *ex arg. cap. fin. de teſtam.* & declarauit ſępius Sac. Congreg. Epiſcop. & Regul. præſertim 9. Iunij 1928. 19. Iulij 1641. & Sac. Congr. Conc. in *Eugubina*. 3. Auguſti 1658. in *Vicentina* 9. Nouemb. eiuſdem anni, & in *Montiſpolitiani* 24. Martij 1668. in qua dixit, manutenendos eſſe Parochos d. Ciuitatis in exactione medietatis funeralium à Fratribus Conuentus Montis Caſtelli. Qua de re extat etiam prò Parochis Vrbis Dectetum Sac. Congr. Pręſectorum, habitæ coram Card. Millino, tum tempotis Sum. Pontificis Vicario contrà omnes Vrbis Eccleſias, tàm Regularium, quantumlibet priuilegiatorum, quam etiam Nationalium ſub die 26. Febt. 1629. & à San. Mem. Vrbani VIII. die 21. Martij eiuſdem anni confirmatum, ac iniunctum ſeruari omni appellatione remota, & alijs quibuſcumque non obſtantibus, cuius meminit idem Barboſa *d. cap.* 25. *num.* 42. Extantque etiam in eiuſdem decreti Sententiæ obtentæ in contradictorio iuditio, quæ ſunt huiuſmodi,

Chriſti nomine innocato &c. per hanc noſtram &c. quam de Iuriſperitorum Conſilio ferimus in his ſeriptis in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeù alia veriori verſæ fuerunt, ac vertuntur inſtantia inter RR DD. Parochos, Rectores, & Vicarios perpetuos Eccleſiarum Parochiarum ſæcularium, & Regularium Vrbis nominibus, vt in actis actores ex vna, & RR. Fratres domus Sanctæ Mariæ de Ara Cæli de Vrbe Minores de Obſeruantia nuncupati, eorumque Guardianum Reos conuentos, partibus, ex altera de, & ſuper præſtatione, & traditione quartæ funeralis, de omnibus, quę obueniunt ratione funeris, & cum funere portantur, vt infra rebuſque alijs &c. dicimus, ſententiamus &c. dictos Fratres, & domum S. Mariæ de Ara Cæli, eorumque Guardianum, Sacriſtam, & alios Miniſtros, ad quos ſpectat, teneri, & obligatos eſſe liberè, & abſque vlla mora præſtare, tradere, & conſignare dd. RR. Parochis Eccleſiarum Vrbis quartam funeralem, hoc eſt medietatem omnium intorticiorum, facularum, cereorum, & candelarum, quæ circà Cadauera mortuorum per viam deferuntur, quandò ipſa Cadauera extrà eorum Eccleſiam Parochialem aſportantur, & reſpectiuè aſſociantur ad Eccleſiam, & domum de Ara-Cęli, ſiuè ibi habeant ſepulturam, ſiuè inibi elegerint. Item medietatem omnium intorticiorum, etiam circà Altaria, cereorum, & aliorum prædictorum, quæ opponuntur circà ipſa Cadauera, & quandò in prædicta Eccleſia permanent, ſeù deponuntur. Item medietatem omnium, & quorumcumque Calicum, librorum, veſtium Sacrarum, banderiarum, Culcitrum, et aliarum quarumcumque rerum, quæ occaſione funeris Eccleſiis debentur, et reſpectiuè in Feretro deferuntur, ſeù medietatem eorum pretij, et valoris, aut alterius ſummæ concordatæ, ſeù concordandæ, reſeruatis vtrique parti iuribus ſuper quarta legatorum &c. Item pari noſtra ſententia pronunciamus &c. dd. RR. Curatis, et Parochis circà præmiſſa priuilegium, ſeù Indultum fel. rec. Innoc. PP. VIII. non obſtante, et ipſis RR. Fratribus, et domus de Ara Cæli non ſuffragari debere, mandatumque, ſeù mandata executiua, et alia neceſſaria, et opportuna prò paritione huius noſtræ ſententiæ, ac prò præſtatione, et traditione huius quartæ, tàm in præteritum debitæ, quàm in futurum, prout caſus euenerit, debendæ, decernenda, et relaxanda forè, et eſſe, prout decernimus, et relaxamus, victoſque victoribus in expenſis in cauſa factis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de iure in poſterum reſeruamus. Et ità dicimus &c. Ità pronunciaui. Ego Aſcanius Rinaldus Viceſgerens, & Iudex Ordinarius. Quæ lecta lata &c. die 20. Decemb. 1650. per acta D. Io. Garzia Valentini Not. Eminentiſſimi Card. Vicar.

Quoniam verò ijdem Fratres appellatunt à dicta Sententia, cauſa commiſſa fuerat tribus Eminentiſſimis D. Card. ab Innoc. X. ſpecialiter deputatis, ij dictam Sententiam in omnibus confirmarunt in hunc modum.

Chriſti nomine inuocato, &c. Per hanc, &c. quam de, &c. ferimus in cauſa, et cauſis, quæ primò, et in prima coram R. P. D. Viceſger. Eminentiſſimi Card. Vicar. Vrbis, ſecundò, et ſecunda ſeù, etc. coram nobis vigore commiſſionis Sanctiſſimi, de qua in actis fuerunt verſæ, et vertuntur inter RR. DD. Parochos, etc. Actores, etc. et RR. Fratres, etc. eiuſdem S. Mariæ de Ara-Cæli etc. reos etc. et ſuper præſtatione, et traditione quartæ funeralis, etc. dicimus, etc. benè, ritè, et rectà fuiſſe, et eſſe per d. R. P. D. Viceſgerentem ad fauorem dd Parochorum, etc. ſententiatum, etc. malèque, &c. per Fratres appellatum &c. et proindè dictam ſententiam in omnibus, et per omnia confirmandam, &c. forè, et eſſe, prout confirmamus, &c. victoſque victoribus in expenſis, &c. Et ità dicimus, &c. Ità pronunciaui. Ego Dominicus Cecchinus S.R.E. Card. Iudex, etc. Ità pronunciaui. Ego Franciſcus S.R.E. Card. Cherubinus Iudex, etc. quæ lecta, lata, etc. fuit die 2. Auguſti 1651 per Acta D. Maximi Righæ Archiuij Not.

Verùm aduerſarij Regulares, licet dictam medietatem non denegent, conantur nihilominus

illam

illam ſaltem diminuere, iu intorticijs, candelis, quæ in ipſo funeris tempore apponi ſoleur, atque accendi in Altaribus, eo prætextu, quod in dictis ſententijs id non fueiir expeeſſum, nec contenrum, quodue inſeruiant, non funeri, ſed celebrationi Miſſarum, ſicque non poreſt Parochus prætendere quartam de Inſignibus, quæ in Eccleſia apponuntut: Nam Inſignia ſolent apponi ab hæredibus prò ornaru funeris. Item, quod de cereis, & intorticijs, quę ab Eccleſia dantur prò aſſociatione pauperis, vel alterius de gremio Eccleſiæ ad ſepulturam, nulla quarta debetur: Quia ſunt eiuſdem Eccleſiæ, nequè dantur ab hęredibus defuncti &c.

Sed hæc oppoſitiones fruſtrà fiunt: Nam virtualiter in ipſa ſenrentia comprehenduntur in illis verbis: *Et aliarum quarumcumque rerum, quæ occaſione funeris* &c. Hæc enim eſt virtus illius dictionis vniuerſalis *quarumcumque*. Rota *decif.36.num.4.&.4. rec.* Et efficacia dictionis, *occaſione*, quę ex natura ſua comprehendit omnia, quæ etiam remotiſſimè, ac per accidens reſpicerent funeralia, Bald. *conſ.119.nu.7.vol.2.*Corn *conſ.153.num.6.vol.2.*& alij. *Item medietatem omnium* Intorticiorum *etiam circà Altaria* &c. ponderata dictione *etiam*, quæ eſt ampliatiua, & augmenratiua, operaturque expreſſionem eius, quod poſſet deficere, ſeù exponit caſum magis dubium, & implicat comprehendit caſum, in quo minus eſt dubitatio, Card.Martic.*dec.173.num 3.et deciſ.352.num.2.*

Itàque de iure non poteſt denegari, quin hæc veniane appellatione funeralium, & ex cauſa funeris præſtari ſolent, ſicuti fuit reſolutum in decreto emiſſo in Congregarione Præfectorum Vrbis, confirmato ab Vrbano VIII. & ſequendo dictum decretum, docent Bonac. *diſp.3.de controu.quæſt.21.pun:6:prop:4:* Barboſ: *l.c.et de iur.Eccleſ.cap.24.num.24.lib.3.* Idem diſponitur in *Clem. Dudum loc.cit.* Idem dicendũ de armis, ſiuè Inſignibus familiæ.

Quę omnia locum habent contrà quoſcumque, tàm Regulares, quàm ſęculares non citatos, nequè nominatos in Sententia: Nam ſententia facit ſtatum contrà omnes, tanquam emanata ſuper quarta funerali, ad proindè ſuper iure vniuerſali debito Parochis, ex *Clem. dudum*.

An liceat Regularibus ſepelire in ſuis Eccleſiis Confratres laicos, qui ſibi in illis ſepulturam non elegerint? Vide de Sepult. elect. tom. 4. Conſult. 216.

ILluſtris Mulier Hieronyma Mancina de Theophilis, habitans cum ſuo Viro in Parochia S.Io: de Malua Vrbis, infirmatur, condit Teſtamentum, in quo mandat ſepeliri in ſepulchro Dominorum de Theophilis apud Eccleſiam Aracęlitanam Fratr. Min. Obſeru. cum illa minori pompa, quæ Viro ſuo videbitur. Moritur, & Dominus Theophilus eius vir, donec Corpus defunctæ Vxoris ſuæ nocte ſequenti ad dictam Eccleſiam deferretur, interim illud exponit per modum depoſiti in Eccleſia Parochiali cum 16. Intortitijs, cumque miſſa ſolemni in die obitus. Nocte adueniente, Cadauer delatum ad Aram Cœli ſepultum fuit in electo ſepulchro, abſque vllo funerali: Quæritur:

An dictis Fratribus debeatur medietas totius ceræ, quæ in hac expoſitione ſuperfuit? tom. 4. Conſult. 217.

NEgatiuè. Ità decernitur in libro Statutorum Cleri Rom. *cap.4. de Canonica portione §.3.* Et ad excludendum Eccleſiam, ad quam defertur Cadauer in §. 4. tollit omnem ambiguitatem, vt ibi. Iuxtà quod Cadauera Cardinalium deponuntur in tertia Eccleſia, ex receptiſſima conſuetudine, & iuxtà 7. §. ceræ diuiduntur inter dictam Eccleſiam, & Parochum, in cuius Parochia Cardinalis mortuus degebat, & Eccleſia, in qua Cadauer ſepeliendum eſt Cadauer, ex illa Cera nihil accipit. Clariſſimè autem in §. 5. Rario autem eſt, quia depoſitum non eſt Sepultura, vt traditur *in d. §.3.* ac præ cœteris docet Rodriq. *in quæſt. Regul. reſol.18. num.16.*

Idipſum dicendum eſt, ſi id conſideretur tanquam funerale. Quia quarta funeralis non debetur ab Eccleſia Parochiali alijs Eccleſijs, in quibus eligitur ſepultura, ſed ipſi Eccleſiæ Parochiali debetur ab alijs Eccleſijs: Quia Parochus renetur adminiſtrare Sacramenra, non autem alij, *cap. cum ſuper de ſepult. & cap. noſtra eodem, & cap.3. eodem tit. in 6.* Quarè nullam actionem habenr ſupradicti Fratres contrà Parochum, ſed ſi aliquid poſtulare voluerint, agant cum hærede defunctæ.

OBijt in Parochia S. Mariæ in Via lata, in qua degebat Comes Mons Martinus, & ſepultus eſt ſine pompa funebri in Eccleſia Nominis Ieſu Patrum Ieſuitarum. Poſt aliquot dies Eminentiſſimus Card. Chiſius, cuius ſtabulo dictus Comes erat præfectus, in Eccleſia SS. Apoſtolorum exequias funeris proſequutus eſt, ea cum lege, vt medietas cereorum ex eius liberali munificentia Parocho ante dictæ Eccleſię S. Mariæ dederet. Quindecim exindè diebus, quidam Equorum domatores, quos ipſe Comes formauerat, in eadem Eccleſia Nominis Ieſu Magiſtro ſuo iuxtà funeris magnificè ſoluerunt. Quæritur:

An ex hoc funere præfato Parocho Canonica portio, ſiuè quarta funeralis debeatur?
tom. 4. Conſult. 225.

AFfirmatiuè. Ex rationibus adductis, & docet Alberic. *in l. ſeruo alieno 16 §. ineptus n. 13. de leg. 1.* Frid. de Sen, *can. 6 num. 2.* Subdens, etiam ſi obuenerint præter voluntatem morientis, idque ſiuè antequam corpus fuerit ſepulturæ traditum, ſiuè poſtea, & vſque ad 30. diem, & quandiù ſit memoria de funere, Calder. *conſ. 4. de ſepul.* & alij, quos alias adduximus,

Quod adeò verum eſt, vt ſi fiant exequiæ vna die, qua intortitia, & candelæ dentur, & die ſequenti corpus ſepeliatur, adhuc de dictis prima die elargitis quarta debeatur, Petr. de Vbald. *cap. 4. de Canon. Paroc. num. 18.* Vel ſi facto funere vna die minus ſolemne, de quo etiam Parochus ſuam quartam habuerit, ſi die ſequenti aliæ exequiæ celebrentur cum diſtributione, aut expoſitione pariter candelarum, & intorticeorum, ſiuè circa feretrum, ſiuè in Altaribus, ſiuè alibi, ex ijs quoque Parocho eodem integro iure quarta debeatur, ſicut reſoluit ſemel, atque iterum, partibus auditis Sac. Congregat. Epiſcop. & Regular. per hæc verba.

Quæſitum fuit: Vtrum ſi Parocho in die funeris data ſit ſola candelarum, & facum quarta, & deindè ſequenti die ſolemniori pompa, magna ſcilicet adbibito Religioſorum, Confraternitatum, & Præsbyterorum numero in alia Eccleſia, vbi mortuus ſepultura mandatus fuerat heſterna die, prò eius anima ſolemnis Miſſa cantetur, cum diſtributione candelarum, & intorticeorum in maiori quantitate diei præcedentis, debeatur ex his quoque Parocho quarta? In qua controuerſia Sac. Congr. &c. die 3. Auguſti 1621. ſemel, ac iterum partibus auditis, nemine diſcrepante, cenſuit, deberi quartam Parochoe ex funeralibus ſecundò loco factis. Quam declarationem referunt etiam Lauor. *var. lucubr. cap. 3. an. 179.* & Barboſ. *de offic Paroch. p. 3. cap. 25. n. 38.* & deſumitur *ex cap. fin. de teſtam* & aliundè. Quam doctrinam ſequuta eſt Sac. Rot. coram Eminenentiſſimo Carpineo in *Caſalem quartæ funeralis* 18. Iunij 1660. *§. Itaque* vbi firmatur, quod ad hunc effectum non attenditur abſolutè præſentia Cadaueris, ſed occaſio oblationum, ex quibus, ſi in memoriam funebrem tendant, quarta debetur vſque ad 30. diem. Idque licet animus fraudandi non interuenerit: Nam fraus in propoſito non contingit ex machinatione, ſed ex ipſo damno, *l. 1. §. Si quis ff. ſi quid in fraudem.*

Vndè cum funeralia dicantur, ſiuè celebrata fuerint expenſis hæredum, ſiuè aliorum quorumcumque, & quarta funeralis debeatur Eccleſiæ Parochiali de omnibus obuentionibus ratione funeris ab Eccleſia ſepelienda, nihil refert, an ab hærede factæ ſint expenſę funebres, vel ab alijs, quibus competeret actio funeraria contrà ipſum hæredem, *l. & ſi quis 14. §. hac actio ff. de relig. & ſump. fun.*

Et ità tamen hiſce rationibus, tum ex alijs adductis à Cleri Rom. tunc temporis Camerario, Parochus prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ obtinuit medietatem totius funeralis, ſiuè exequiarum huiuſmodi per acta Pini Notar. Eminentiſſimi Domini Cardinal. Vicar. ſub Menſe Octobris 1673.

An cultus funerum, & exequiarum fieri debeat iuxtà qualitatem, & qualitates defunctorum?
tom. 4. Conſult. 229.

AFfirmatiuè: Equidem inter cæteros Chriſtianos ritus, quos de funeribus recenſet Stephan. Duran, *lib. 1. de ritib. Eccleſ. Cathol. cap. 23. à n. 10.* ex Sac. Scriptura, Concilijs, et Patribus, illi præcipui ſunt, quod mortui ſepeliantur diligenter, ex D. Clemente *ep. 1. ad Iacob. Fratr. Dom.* ex Origene *lib. 5. & 8. contra Celſum*, et ex alijs.

Quod corpora cum pompa deferantur ſcribit S. Greg. Nanz. *orat. 7. in Laud. Cæſarij*, Buchiarius, qui tempore Auguſtini floruit ad Ianuarium, et D. Tho. 2. 2. *q. 32.*

Quod in Nobilibus aureum velamentum ſuper ferertum, quo corpus obtegitur, apponatur, tradit D. Hieronym. *lib. 1. epiſt. 25.* Quod ornentur etiam pretioſis veſtibus cadauera teſtantur Origenes *lib. 1. com. in Iacob.* Euſeb. *lib. 7. cap. 16.* et alii.

Circum funus, vt accenſa ſit multitudo luminum ſplendoremque ſibi etiam per diem vendicans, reper-

repercuſſo ſolis radio, affirmant Euſeb. *de vit. Conſtant. cap.2.* Nazienz. *inueſt.2.contrà Iulian.& orat.10. in laudo Caſans &c.*

Quod Clerici ordine progredientes accenſos cereos geſtantes manibus, funus deducant, aſſerit Greg. Niſſen. *ep. ad Olymp.* S. Hieronym. *ad Euſtoch. de obitu Paulæ*, & Nouell. 59. *de debit. impenſ. in exeq. defuncti.*

Hos ritus antiquiſſimos conſtat eſſe ex Pontio Diacono in actis S. Cypriani de ipſo S. Cypriano, & ex S. Greg. Niſſeno.

Atque hinc Rituale Rom. à Paulo V. approbatum præcipit in ſua Conſtitutione eidem Rituali præfixa *in rubr. de exeq.* vt ibi:

Conuenientes igitur & gradui, & qualitatibus, facultatibuſque defunctæ perſonę funus & exequias celebrandas eſſe firmat Lauor. *var. lucubr. cap.16. n.24.* Quod eſt de iure, ac priuilegio nobilitatis, vt per Bon. de Curt. *par.5. n.82. de nobil.* Tiraquel. eodem tract. *cap.20. n.194. & ſeq.* Sicque debet ſubueniri proprijs defunctis, quibus tanquam in extrema neceſſitate conſtitutis debita eſt eleemoſyna cereorum, & obſeruatio Sacrarum Cœremoniarum, ac rituum ex præcepto, vt ait D. Tho. *2.2. quæſt.2. art.2.* ibique Bagnes *concluſ.1. & 2.* inquiens eſſe de Fide, quod ſit opus pium mortuos ſepelire cum debito honore, Duran. *l.c. num.17.*

Et quoad quartam funeralē diſponitur in *cap. ex parte 3. §. Cum igitur de verb. ſignif. cap. de his de ſepul.* vbi dicitur: *Hæc tua volumus prudentiæ innoteſcere, quod ſi in ægritudine ipſa ad Religionem tranſeant, dummodò de ægritudine illa decedant, de bonis ſuis Eccleſijs, à quibus aſſumpti fuerint, Canonica debeat portio exhiberi.*

Ex quo manifeſtè oſtenditur, id non pendere à diſpoſitione, ſiuè voluntate teſtatoris, ſed à iure, & quod ſicut teſtator, nè filium ſuum exhæredet, non debet egredi iuſtam ſuptus rationem, vt ex D. Auguſt. *in can. placuit §. Sed non videtur libera teſtatoris voluntas, & in can. ſi quis iraſcitur 13. quæſt.2.* Sic quoque non debet exhæredare ſuam Matrem Eccleſiam Parochialem, ſed debet ad illius fauorem competenter diſponere, atque id mandare, quod conueniens eſt, & conſuetum ex conditione ſuę perſonæ, alias enim illi parendum non eſt, nequè eius diſpoſitio attendenda, Florian. à S. Petro in *d. l. at ſi quis §. funeris cauſa*, Lauor. *c.16. num.18. & ſeq.*

Vndè ſi quis iuſſerit poſt ſuam mortem Indui habitu alicuius Religionis, & ſic ſepeliri cum modico funere, adhuc Eccleſiæ Parochiali conuenientem portionem eſſe debitam tradit Gloſ. *in cap. officij v. deceſſerit de teſtam.* reddens rationem, quia etſi teſtator tranſierit ad eandem Religionem in ægritudine, in qua decederet, debita eſſet dicta quarta, ſcilicet medietas omnium ſuorum bonorum Eccleſiæ Parochiali *d. cap. de his eodem tit.* Petr. de Vbald. *de quarta Canonica p.4. n.19.* Syluel. *v. Canonica portio quæſt.19.* & alij.

Hæc autem iuſtitia conſiſtit, aut nè omittatur in funeribus, & exequijs honeſtus modus, qui ſemper ſeruandus eſt, Lauor. *cap.1. n.86.* aut niſi fiant, ſiuè ex teſtatoris, ſiuè ex hęredis voluntate, ſiuè ex quauis alia cauſa, ſit abſque aliena iactura, cum qua non debet ipſe hæres locupletari, *l. nam hoc natura ff. de condit. indeb.* cum vulgò alijs.

Itaq; nō ſunt reprehendendi Parochi, ſi iuxtà laudabilem conſuetudinem inſtant prò funeribus, & exequijs celebrandis ſecundum qualitatem, & facultates defunctorum, eamque curant obſeruari ad præſcriptum Ritualis Rom. *& d. cap. ad Apoſtolicam de Simon.* ac exigi illas eleemoſynas, quas Ordinarij, & in Vrbe Eminentiſſimus Card. Vicar. qui eſt loco Ordinarij, conſtituerint per Camerarium Cleri Romani ſuum Miniſtrum, vel ſuos Officiales: nam quod ſuum eſt vſurpant, iureque ſuo vtuntur.

An Regularibus liceat cadauera defunctorum aſſociare cum Stola? Et quid, ſi ſint Capellani Confraternitatum. An poſſint pulſare Campanas peculiari ſigno, & alia ad rem, & præter rem? Vide de Regularibus tom.5. Conſult.54.

An funeralia præſertim Epiſcoporum debeant iterum celebrari in Eccleſia, etiam Cathedrali, in qua transfertur Cadauer ſepeliendum, & cuius ſumptibus?
tom. 5. Conſult.58.

NEgatiuè. Siquidem iterationi huiuſmodi expreſsè repugnant, nedum iuris diſpoſitio, & conſuetudo vniuerſalis, ſed etiam voluntas defuncti, atque hæredis ab eo inſtituti, cum non cenſeatur hoc onus iniunctum in hæredis præiudicium, *cap. verum de condit. appoſ.* Peuting. *deciſ.358. n.8. & dec.450. n.7. & in recen. dec.210. n.2. ac ſeq. p.19.*

Reſiſtit planè diſpoſitio iuris: quia certiſſimum eſt, hæredem non poſſe cogi ad iterandum funerale, & Exequias ſemel legitimè celebratas, Rot. *dec.85.* apud Tambur. *de iur. Abb. tom.3.* & apud Dian. *p.7. reſol.*---- & alibi. Et in terminis Epiſcopi duarum Cathedralium vnitarum, quod in eius obitu non debeant iterari exequiæ, ſed debeat vtriuſque Eccleſiæ ſumptibus ſepeliri notat Tuſc. *lit. S. concl.189. n.15.* Franceſ. *cap.8. nu.498. & cap.17. n.10. & 240. cum ſeq.* Itaque iteratio multò minus neceſſaria eſt in caſu, quo alia Eccleſia defuncto Sacramenta non miniſtrauit, ob quorum adminiſtrationem debentur funeralia emolumenta, Ventrigl. *in pr. annot.52. §. vn. nu.26.* Merlin. *dec.480. n.9.*

Aduerſatur pariter conſuetudo; Nullibi enim id obſeruatum eſt, non ſolum in translatione Cadauerum Principum, & Epiſcoporum, vt teſtatur Marchet. *in pr. Vic. Capit. tract. de ſepul. tit.38. §.2. num.94. & ſeq.* Vghel. in Ital. Sac.

tom.1. v. Tarraciuenſes Epiſcopi n.55. Sed etiam Sum. Pontificum, vt temporis noſtri in tranſlatione Cadaueris Innocentij X. ab Eccleſia Vaticana ad S. Agnetis, Clemen. IX. ab eadem Vaticana ad S.Mariæ Maioris. Quæ ſanè conſuetudo fundatur in iure, nè propter iterationem funeralium fideles auerterent à libera ſepulturæ electione, vt arguit Rot. in *d.deciſ.*85. apud Tambur. *d. tom.*3.

Similiter obſiſtit voluntas defuncti; Siquidem ſicut ipſe grauauit hæredem ad ſumptus tranſlationis ſui cadaueris, quamuis ad illos teneretur Eccleſia Cathedralis, cuius forſan erat Epiſcopus, dum in ea ſepulturam elegit, & mandauit, ad eam transferri cadauer, vt in ſpecie diſtinguunt Abb. in *quaſt.*3. *n.*8. *poſt ſua conſilia* Bellett. *diſp. Cler. p.*1. *de Cler. deb.* §.3. *n.*4. et alij; Itá etiam illum grauaſſet exequiarum iteratione, ſi voluiſſet.

Reclamat deniquè expreſſa hæredis voluntas, quæ in celebratione funeralium præcisè ſeruanda eſt, vt ſępè reſpondit Sac. Rit. Congr. prǽſertim in vna *Ferrarienſi* 7. Septemb. 1613. quam rafert Aldan. in *compen. can. reſol. lib.*2. *tit.*8. *n.*26. et alij.

An debeatur Parocho S.Dorotheæ de Vrbe quarta Canonica cuiuſdam legati à pia muliere dictæ Parochiæ relicti ad fauorem Parochię S. Caroli ad Quatuor fontes? Vide de Legat. tom. 8. Conſult.3.

Vtrum in Proceſſionibus vna tantum Crux deferri debeat, & quid in funeribus? Vide de Proceſſionibus tom.6. Conſult. 58. Item tom.8. Conſult.73.

An Canonici Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ poſſint leuare cadauera defunctorum ex alienis Parochiis ſine proprio Parocho? tom.6. Conſult. 59.

NEgatiuè: Quia cum de iure non liceat tam regularibus, quam ſæcularibus, irrequiſito Parocho, leuare de domo cadauera, imò nec Parochiam cum Cruce ingredi ſine licentia Parochi ad leuanda corpora defunctorum in eorum Eccleſijs ſepelienda, *c.Nullus* 9. *quæſt.*2. Oldrad. *conſ.*82. *n.*2. Gratian. *diſcep.*492. *n.*28. *& ſeq.* & nos alibi; Huiuſmodi Canonici, qui id contrà iuris diſpoſitionem prætendunt, vel debent exhibere priuilegium clarum, & indubitatum, vel probare immemorabilem, aut ſaltem præſcriptionem quatragenariam cum titulo.

Atque itá, non poſſe declarauit Sac. Rit Congr. in *Nouarienſi*; *Capitulum, Archipresbyter, & Canonici Cathedralis Nouarienſis conquæſti ſunt de Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ S. Gaudentij eiuſdem Ciuitatis, quod auſi ſint proceſſionaliter ingredi limites Parochiæ Cathedralis prò efferendo quodam cadauere, intrà cuius fines deceſſerat, ad eorum Collegiatam, abſque licentia, & interuentu proprij Parochi, ſupplicantis mandari reſtitui cadauer, vnà cum emolumentis funeralibus, & prouideri in poſterum, ad euitanda ſcandala, & prò bono pacis.*

Sac. Rit. Congr. reſpondit in caſu propoſito, nullo modo licuiſſe Canonicis Collegiatæ S. Gaudentij ingredi fines Parochiæ Cathedralis, irrequiſito, & non expectato proprio Parocho, & cadauer fuiſſe ſepeliendum in Parochiali, in qua deceſſerat, ſed non propterea, iuſtis de cauſis exhumandum; Omnia verò emolumenta funeralia eſſe per Canonicos dictæ Collegiatæ reſtituenda Parochiali Cathedralis abſque vlla replicatione, prout cum effectu integraliter reſtitui, & à ſimilibus abſtinendum in poſterum omninò præcepit, & mandauit die 15. Ianuarij 1633.

Et in Valuenſi. *Archipresbyter Terræ Raiani conqueſtus eſt de Regularibus S. Franciſci de Obſeruantia, quod non obſtante decreto alias per hanc Sac. Congregationem Rituum emanato audeant, ſepelire cadauera defunctorum in eorum Eccleſijs, ſub prætextu, quod in vita mandauerint teſtatores ſe velle ſepeliri cum habitu S.Franciſci, & hoc etiam ſine interuentu proprij Parochi. Et Sac. Rit. Congreg. reſpondit, ſeruanda eſſe decreta per Sacram Congregationem edita, & cadauera non poſſe extrahi de Parochia ſine interuentu, aut de conſenſu proprij Parochi die* 12. *Iun.*1638.

In Auerſana, *Eminentiſſimo Pallotta referente, dubia exhibita prò parte Parochorum Ciuitatis Auerſanæ prædictis dubijs ſic reſpondendum cenſuit. Ad primum vocato ad funus Capitulo Cathedralis, non aliam Crucem, quam ipſius Capituli, deferendam eſſe. Ad* 2. *Capitulo interueniente, vt ſuprà proprium Parochum defuncti, etiam quod ſit ſtola indutus, incedere debere ante Canonicos Cathedralis. Ad* 3. *Ad ſolum Parochum ſpectare aſpergere aqua benedicta cadauer, antequam leuetur de domo, & ad eundem pertinere intonare Antiphonam* Si iniquitates, *& Officium ſuper cadauere in ſua Eccleſia peragere die* 15. *Septembris* 1640.

Iterum in Nouarienſi. *Vicario. Reu Pater. A Parochis Ciuitatis Nouariæ ſupplicatum fuit Sacræ Congregationi, iuxtà decreta alias lata, declarari, Capitulum, & Canonicos S. Gaudentij non poſſe, Parocho inconſulto, cadauera defunctorum ex vlla Parochia leuare, & ad vnumquemque Parochum ſpectare munus benedictionem faciendi ſuper eadem cadauera, & illa aqua benedicta aſpergendi, Antiphonam* Exultabunt Domino *intonandi, quandò efferetur cadauer, & officium defunctorum peragendi, omniaque alia ad funus pertinentia; Eminentiſſimi verò Patres eorum decretorum exemplar adiunctum tibi remitti voluerunt, cuius partes erunt eorum obſeruantiam curare. In quo, ſi aliqua difficultas orietur, mandabis, vt in hac Sacra Congregatione iura deducantur, non ſuſpenſa tamen dictorum decretorum executione. Dat. Romæ* 21. *Septembr.* 1551. *Alexan.Card. Capponius.*

Quod eſt decretum generale, non ſolum Sac.

Digitized by Google

Rit. Congregationis in declarationibus recenſitis à Barboſ. *in Sum. decret. v. defunctus* vt in *Thelesina* 18. Auguſti 1619. et in *Nonarienſi* 12. Iunii 1626. Sed etiam decretum generale Sacræ Congregationis Epiſc. et Regul. contrà omnes Regulares editum anno 1604. 12. Ianuar. cum abrogatione quarumcumque contrariarum conſuetudinum apud Quarant. *in Sum. Bullar. v. priuilegia Regularium verſ. ut liceat*. Extatque hac in re decretum Conc. Lateranen. ſub Leone X.

Ex quibus probè colligitur, quod ad proprium Parochum, non autem ad alios ſpectat peragere Officium ſuper Cadauere in eius propria domo, illudque aſpergere aqua benedicta, intonare Antiphonam, quandò effertur, ac peragere omnes alias cœremonias funeris, vt ſpeciatim, vltrà diſpoſitionem Ritualis Rom. *tit. Exequiarum ordo*, habentur quoque declarationes Sac. Congregationis Rit. in *dicta Auerſana* 15. Septembr. 1640. In *Pientina* 1. Martij 1636. et 8. Aug. 1637. in qua requiſita fuit probatio immemorabilis temporis ad firmandum contrariam conſuetudinem.

1. *An Parochus poſſit peragere functiones Sacerdotales, & ſolemnes in Capellis, aut Eccleſijs, vel Oratorijs &c.? Et*

2. *An peractis per Parochum exequijs, poſſint Capellani Sodalitatum reiterare in eiſdem Eccleſijs, vel Oratorijs Officium ſuper Cadauere cum Stola, & aſperſorio?* Vide de Parocho tom. 6. Conſult. 68.

An in funere, cui Capitulum Cathedralis intereſt, poſſint Regulares ſuam erigere Crucem? tom. 6. Conſult. 74

NEgatiuè: Sed omnes incedere debent ſub Cruce Cathedralis, quæ omnium matrix eſt, & præ omnibus debet honorari, vt notant Gemin. in *cap. quamuis §. Quanquam not. 3. de prab. in 6.* Felin. *in cap. Poſtulaſti de reſcrip. & in cap. Meminimus de accuſat.* & alij. Atque ità cenſuit Sac. Rit. Congr. in *Andrienſi* 12. Nouembris, & in *Piſaurenſi* 22. Martij 1631. & in *Aretina* 1664. Idque competere etiam Eccleſiæ Collegiali cenſeo: Nam eſt dignior, ac proindè debet præcedere, *l. Omnes C vt dignit. Ord. ſeru.* & tradit Gloſ. *§. Aliam inſtit. de bonor. poſſeſ. & in l. Quamuis C. de poſtul. & in cap. licet 2. dec. 45. Laro. de alim. n. 24.* & alij paſſim; Reſoluitque eadem Sac. Congregatio 14. Maij 1644.

Sacra &c. cenſuit, ac declarauit in funeribus vnicam Crucem adhibendam eſſe illius Eccleſiæ, ad quam cadauer defertur, niſi Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ funeri interfuerit, quo caſu Crux Capitularis priuatiuè adhibenda eſt.

An autem, ſi fauore Regularium concurrat immemorabilis conſuetudo circà delationem propriæ Crucis, ipſis ſuffragetur? Affirmat, relatis declarationibus eiuſdem Sacræ Congregationis Paſſerinus *de homin. ſtat. quæſt. 187. ar. 4. n. 185. cum ſeq. tom. 2.* Non grauabor tamen adducere quædam decreta eiuſdem Sac. Rit Congregat. quæ huc ſpectant, ſuntque huiuſmodi.

1 *An Parochus, & Clerici Parochiali Eccleſiæ Matrici addicti ſint præferendi Capitulo, & Canonicis Collegiatæ?*

2 *An Parochus vti Prothonotarius poſſit vti Almutio?*

3 *An Parochus vti Prothonotarius Apoſtolicus poſſit vti habitu Prælatitio in Proceſſionibus, & functionibus Eccleſiaſticis?*

4 *An Capitulum quamuis non inuitatum, intereſſe poſſit generalibus Proceſſionibus?*

5 *An Parochus Matricis Eccleſiæ poſſit ad ſuum libitum inchoare generales Proceſſiones, non expectatis Canonicis Collegiatæ, vel potius, eligenda ſit conueniens hora?*

6 *An decreta alias per dictam Sac. Congreg. emanata, quod Capitulum Collegiatæ in omnibus ſit præferendum Archipresbytero Matricis Eccleſiæ, quamuis Archipresbyteralis Eccleſia ſit vnica Parochialis, & Collegiata animarum cura penitus careat, & cum Capitulum inuitatum fuerit ad leuanda funera, debeant omnes, tam ſæculares, quam Regulares conuenire in Eccleſiam Collegiatam, & ſub vnica Cruce Capituli incedere, debeant ſeruari, etiam in Proceſſionibus generalibus, in quibus inceditur, etiam ſub Cruce Parochiali, & nullum afferri poteſt præiuditium iuribus Parochialibus, & Parocho? Et quis debeat facere functiones benedicendi Campis, & maledicendi animalia, & à quo debeat præſcribi, & intimari hora eiuſmodi Proceſſionum?*

7 *An Archipresbyter in propria Parochia aſſiſtens, tam in Veſperis, & Miſſis decantatis, quam in Concionibus vti poſſit habitu Prothonotarij?*

8 *An dum Capitulum fuerit inuitatum ad funus, & illud renuat Parochus leuare, poſſit idem Capitulum ab hæredibus requiſitum illud leuare, prævia tamen proteſtatione Parocho facienda?*

9 *An Capitulum Collegiatæ, dum non habet ius funerandi, & corpus eſt ſepeliendum in eius Eccleſia ex electione defuncti, poſſit erigere Crucem intrà limites Parochiæ, cuius iuriſdictio, & territorium ſpectat ad Archipresbyterum?*

10 *An Officium faciendum in Eccleſia Archipresbyterali circà funus ad eandem delatum prò ſepultura, ſpectet ad Archipresbyterum, & Capitulum, poſtquam illud aſſociauit ad portam Eccleſiæ, teneatur recedere?*

11 *An Officium faciendum in Collegiata circà funus ad eandem delatum prò ſepultura, ſpectet ad Parochum, vel potius ad Dignitatem Collegiatæ?*

Sac. Rit Congreg. ad 1. reſpondit anno 1666. Menſe Auguſti, Capitulum, & Canonicos Parocho Ma- tri-

Digitized by Google

trieis Eccleſiæ in omnibus eſſe præferendos.
Ad 2. Non poſſe.
Ad 3. Non poſſe vti habitu Prælatitio in Proceſſionibus, & functionibus Eccleſiaſticis?
Ad 4. Non ſolum poſſe, ſed etiam eſſe laudandum.
Ad 5. Non poſſe, ſed ſpectare ad Collegiatam, & indicenda eſt hora conueniens.
Ad 6. Affirmatiuè. Et functiones benedicendi ſpectare ad Parochum, & hora debet præſcribi, & intimari à prima Dignitate Collegiatæ.
Ad 7. Poſſe.
Ad 8. Poſſe, requiſito, & expectato Parocho, & renuente venire.
Ad 9. Poſſe.
Ad 10. Spectare ad Archipresbyterum, Capitulum verò poſſe expectare, vel recedere.
Ad 11. Spectare ad Dignitatem, vti in propria Eccleſia.

An Eccleſia Regularium, & aliæ quæcumque vllum habeant ius, vllaque eis competat actio ſuper quarta funeralium eorum, qui in eis ſibi eligunt ſepulturam, quandò in eiſdem Eccleſijs dicta funeralia non fiunt? tom.6. Conſult.88.

NEgatiuè: Sed actionem omnem petendi integrum funerale non factum pertinere pleno iure ad ſolam Eccleſiam Parochialem.

Primò ex Conc. Viennenſi in *Clem. Dudum §. Verum de ſepult.* vbi poſtquam Regularibus conceſſum fuit, vt in Eccleſijs, vel locis ſuis liberam habeant ſepulturam, itàut omnes ad eam recipere valeant, qui in illis ſepeliri elegerint, ſubditur, vt ipſi Regulares de funeralibus relictis, datis, donatis Fratribus ipſis, vel alijs prò eiſdem, quartam partem Parochialibus Sacerdotibus, ſeù Curatis largiri integrè teneantur. Solum igitur quartam funeralium, quæ in ipſorum Eccleſijs fiunt, relinquuntur, dantur, donantur, ſibi retinere poſſunt, non autem petere quartam funeralis non facti, non relicti, non dati, non donati. Quare cum iſte Textus concedat ſolum ſepulturam in Eccleſijs Regularium ex electione defuncti, & oblationes ab eo factas, vel legata ab eo relicta, non autem ex eius actione obuenientia, ideò non eſt à verbis legis recedendum, *l.1. §.19. qui nauem ff. de exercit.* Hinc Petr. de Vbald. *de can. port. Paroch. cap.4. num.15*, animaduertit, quod ea, quæ gratioſè Regularibus conceduntur, tanquam à iure exorbitantia, ſunt reſtringenda. *Cap. Odia de reg. iur. in 6.* Ea verò, quæ conceduntur in fauorem Curatorum, vt ſunt emolumenta ſepulturæ, cum ſint à iure communi conceſſa, imò in eis ius commune limitetur, ſunt etiam ad conſequentiam tradenda per *d. Clem. Dudum §. Verum.*

Deindè clariſſimè id probatur: quia funeralia ſunt ius Parochiale, atque adeò Parochis tantum ius competere illa petendi; non autem alijs. Illa enim inter iura Parochialia Romæ connumerari, tradit Lauor. *var. elucubr. tit.2. cap.10. n.21.* & generatim pluties firmauit Rota coram Merlino *deciſ.480. num.8. ac 9.* his verbis:

Oblationes, & eleemoſynæ, quæ prò defunctorum ope, vel ad cohoneſtandum eorundem funus Chriſtifideles elargiri conſueuerunt, ac ipſa funeralium emolumenta debentur Parocho, debita ſunt in recompenſationem laborum, quos ſuſtinet in celebrando Diuina Officia, & in adminiſtrando Sacramenta, dum viueret, nequè id propter ſe (notandum) hoc eſt ratione ſalarij, ſeù laboris humandi corporis, ſed propter Eccleſiam, cui præſidet, quæ ſuper eis habet intentionem fundatam, tam ratione Curæ ſpecialis, quam ratione ipſius immediatæ Parochiæ.

Idipſum breuius firmauerat anteà coram Mantica *dec.294.* Idem decidit coram Caualer. *dec.101. n.1.* coram Coccino in *Auerſana funeralium* 23. Iunij 1634. & alibi.

Tertiò. Quia in Vrbe maximè funeralia ſurrogata ſunt loco decimarum, vt per Romanum *conſ.344. §. hoc autem*, Tuſc. *v. ſepultura concl.105. num.5.* & alij. Decimæ autem debentur ſolis Eccleſijs Parochialibus iure Diuino, naturali, poſitiuo, de quibus D. Auguſt. *in can. decimæ 16. quæſt. 1.* Eſtque tex. *in can. Quæſti, & in can. ſtatuimus 16. quæſt.1.* & alibi. Et alijs rationibus ſuprà adductis cum de Decimis diximus.

Solus igitur Parochus actionem habet petendi funerale non factum, Iudicis Officio implorato ad tex. expreſſum *in cap. ad Apoſtolicam de Simon.* vbi Gloſ. *v. laudabilem*, & *in cap. abolendæ v. exigere*, tradieque Abb. *in cap. ſuam nobis eodem tit. à n.5.* De quo etiam Diu. Tho. 2.2. *quæſt.100. ar.3.* & Rituale Rom. *in rubr. de exeq. §. Caueant.*

ORta controuerſia ſuper ſolutione quartæ funeralis inter Parochos, & Moniales Monaſterij S. Claræ, Apoſtolica authoritate poſt Conc. Trid. erecti ſub regimine Fratrum Reform. S. Franciſci; Quæritur:

An dicta quarta ſit à dicto Monaſterio ſoluenda? tom.7. Conſult.70. Item vide tom.9. Conſult.145.

NEgatiuè: Niſi adſit legitima conſuetudo in contrarium. Ità pluries declarauit Sacra Congt. Conc. præcipuè in *Albiganenſi* 16. Martij 1652. *ad cap.13. ſeſſ.25. de reſor.*

Siquidem quamuis de iure communi dicta quarta ſpectet ad Epiſcopum, aut Parochum, vt in *Clem. Dudum §. Verum de ſepul.* ſtantibus au-

autem ampliſſimis priui'egijs Religioni Franciſcanæ conceſſis, in quibus expreſsè Fratres S. Franciſci eximuntur à ſolutione cuiuſcumque quartę funeralis, illa nullatenus debetur, vt in Conſtitutione 4. Clem. IV. Conſtitut. 6. Sixti IV. *Bullar. p. 1. Conſtit.* 11. Pij V. *Bullar. p.* 2. nec non in Conſtit. Iulij II. cum expreſſa derogatione *d. Clem. Dudum*, ſecundum quas fuit ità prò Fratribus prædictis pluries in Rota reſolutum, & præcipuè in *Licienſi quartę funeralis* 25. Ianuar. 1618. coram Coccino, & 27. Iunij 1642. coram Royas. Certique iuris eſt, per priuilegium Papæ Religionem poſſe eximi ab omni ſolutione quartæ funeralis, *cap. priuilegia 3. d. cap. officij de teſtam.*

Illa autem priuilegia ſuffragari etiam Monialibus nullo modo dubitari poteſt: Quia vltrà quod omnia priuilegia Regularibus conceſſa, eiſdem Monialibus communicantur, verba generalia Regulares, & Religio, per quæ loquuntur præfatæ Conſtitutiones, ęquè conueniunt etiam Monialibus ſub eadem Regula viuentibus, & in eadem Regula exiſtentibus. Atque in his terminis etiam Monialibus competere exemptionem prædictam, expreſsè dicta Conſtitutio B. Pij V. diſpoſuit *in §. Quartam autem funeralem*, ibi, *alijs Fratribus vel Monialibus relictis*.

Non obſtare videtur Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 13. de refor.* quia loquitur de Monaſterijs, & locis fundatis 40. annos ante Conc. & à quibus ante tempus prædictum quarta funeralis Epiſcopo, vel Parocho ſolui conſeuerat; Atque ideò non applicatur huic caſui, cum Monaſterium, de quo agitur fuerit fundatum longè poſt Conc. Tolliturque omnis difficultas ex declarationibus eiuſdem Sacræ Congregationis Conc. in quibus etiam prò Fratribus S. Franciſci ſemper fuit declaratum *in d. c. 13. ſeſſ. 25. de refor.* non comprehendi Monaſteria ędificata 40. annis citrà Conc. & quę in dies ædificantur. Suppoſito tamen, quod ſint eius Religionis, cui à Papa indultum fuit dictam quartam non ſoluendi, Ità in *Hieracenſi*, *Tricaricenſi*, *Tarraconenſi*, non Regularibus, qui ſunt in quaſi poſſeſſione non ſoluendi quartam, ſed Epiſcopo, aut Parocho incumbit onus probandi ante 40. annos ſolui ſolitam ab eorum Monaſterijs, & prò Fratribus Obſeruan. Meſſanenſibus 9. Decembris 1609. Sac. Congreg. Epiſc. & Regul. generaliter declarauit, quod ſunt exempti à quarta omnes Conuentus erecti à 40. annis citrà illarum Religionum, quæ indultum habent à Sede Apoſtolica non ſoluendi, Et Paulus V. Conſt. 4. prò Carmelitis Excalceatis, & prò omnibus Monialibus; non tamen Tertiarijs declarauit eadem Sacra Congregatio in *Tarentina* 30. Iul. 1630. Licet in erectione Monaſtarij fuerint referuata iura Parochialia Eccleſiæ, Sacra Congregat. Conc. in *Eſyna lib. 62. fol.* 100. *Archiuij*.

De Canonico decedente extrà Canonicam quoad quartam funeralem, & alia. Vide de Sepult. election. tom. 8. Conſult. 5.

AD euitandum rixas, quæ occaſione funerum ſæpè à Confraternitatibus laicorum excitantur, humillimè Vrbis Parochi ſupplicarunt Sac. Rit, Congregationi, vt infraſcripta dubia declararet:

1 *An Confraternitas Mortis, atque adeò quæcumque alia Confraternitates ſæculares Vrbis poſſint in Funeribus erigere ſuam Crucem, quandò defuncti à proprijs illorum Parochis tumulandi efferuntur ad ipſarum Eccleſias, in quibus ſepulturam elegerant?*

2 *An eædem Confraternitates poſſint ſuam Crucem erigere, tam per viam, quam in Eccleſia Parochiali, quandò Cadauer non effertur à proprio illius Parocho ad ipſarum Eccleſias ſepeliendum, ſed ad ipſam Eccleſiam Parochialem?*

3 *An Rectores, ſiuè Sacriſta, alijuè Capellani earundem Confraternitatum, quandò non incedunt cum ſuis Confratribus, ſed ſeorſim ab illis, poſſint in Funeribus ducendis Stolam deferre?*

4 *An ijdem Rectores, ſiuè Sacriſta, qui cum ſuis Confraternitatibus ad funus euocatis incedunt, poſt abſolutum à Parocho Officium funeris in ſua Eccleſia Parochiali, in qua Cadauer delatum ſepeliendum eſt, poſſint ſuper dicto Cadauere iterum funebre Officium peragere?*

5 *An Parochi poſſint ſuper Cadauere, preſertim ſui Parochiani, qui in Eccleſia, ſiuè Oratorio Confraternitatum intrà fines ſuæ Parochiæ poſitas ſepulturam elegit, Officium funeris peragere?* tom. 8. Conſult. 73.

AD 1. Negatiuè. Primum, quia deferre ante ſe Crucem eſt ſignum Dignitatis, ac iuriſdictionis per tex. *in cap. 1. vt lit. pend. in cap. Antiqua de priuil. & in Clem. Archiepiſcopo eodem tit*, Confraternitates autem ſæculares nullam habent Dignitatem, aut iuriſdictionem in alienis Parochijs, vt proindè non potuiſſe Regulares, ſaltem abſque priuilegio ſpeciali ingredi alienas Parochias cum Cruce veriſſimè conſuluit Oldrad. *to. conſ.* 82.

Deindè quia in Confraternitatibus expreſsè prohibetur, non ſolum decreto huius Sac. Congr. in *Adrienſi* 22. Nouembris 1631. his verbis: *Confraternitates laicorum in actu aſſociationis Cadaueris nullo modo Crucem erigere poſſunt*, ſed etiam ſpeciatim in Statuto Cleri Rom. *cap. 7.* §. 4. ibi: *Nulla ratione Confraternitates Crucem erectam in ipſo funere portare præſumant*. Cumque tam in ſupradicto decreto, quam in ipſo Statuto dicatur: *Nullo modo, nulla ratione*.

Con-

Confraternitates in funeribus Crucem erigere poſſe, certum eſt, quod nè tunc quidem illam erigere poſſunt, quandò defunctus effertur ad ipſarum Eccleſias: quia ſi tunc illam poſſunt erigere, aliqua profectò ratione, & aliquo modo illam erigere poſſent contrà mentem huius Sac. Congr. & Statuti Cleri Rom.

Non obſtat prò Confraternitate Mortis Bulla Pij IV. in qua illi conceditur priuilegium deferendi Crucem in Oratorio, ac in proceſſionibus per Vrbem: quia intelligi debet de proceſſionibus, quæ fieri ſolent à Confraternitatibus ſine prejudicio Parochorum, non autem de proceſſionibus funerum in illorum prejudicium, cum in illis derogetur eorum dignitati, ac iuriſdictioni, atque adeò de illis fieri debuerat expreſſa mentio: nam priuilegium Principis non intelligitur cum præiudicio tertij, *l. 2. §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco pub. & l. id quod noſtrum ff. de reg. iur.*

Ad 2. Etiam negatiuè. Ità ſæpius declarauit Sac. Congreg. Rit. ſpeciatim in *Barenſi* 2. Auguſti 1631. & in *Meſſanenſi* 12. Febr. 1635. ſuperius alleg. & Sac. Congreg. Epiſc. in *Caſtellenatenſi* 1593. & in *Barenſi* 28. Iulij 1616. & in *Pientina* 14. Iunij 1647. in quibus declarationibus habetur, quod vnica tantum Crux in funeribus deferatur, quod etiam elicitur ex Rituali Rom. *in rub. de exeq.* ac diſponitur in Statuto Cleri *cit. cap. 5. §. 7.*

Et quoniam delatio Crucis eſt ſignum præminentiæ, ac iuriſdictionis, & Confraternitates nullam habent præeminentiam, ac iuriſdictionem, nullumque ius Parochiale in alienis Parochijs, vt ſuprà probatum eſt, atque adeò multò minus in Eccleſijs ipſis Parochialibus. Idcircò illam deferre debent Parochi, ad quorum Eccleſias funus perducitur, & ad quos de iure ſpectat mortuos ſepelire. Quibus accedit inconcuſſa conſuetudo deferendi in hac ſpecie Crucem Parochialem tantum.

Ad 3. Pariter negatiuè. Solumque illis ſtola conceditur à Statuto Cleri Rom. *dict. cap. 7. num. 7.* Quandò interſunt vnà cum ſuis Confratribus: quia vſus ſtolæ, præſertim in funeribus eſt ſignum iuriſdictionis Parochialis, ac proindè ſpectat priuatiuè ad Parochos, Rot. *in Romana iurium funeralium* 14. Iul. 1653. *§. quibus conſequens, & §. ſeq.* coram Vallisoletano, traditque Leauua *in ſum. quæſt. regul. cap. 12. a. 41. vbi num. 3.* ſubdit, fuiſſe declaratum à Sac. Congr. Conc. 20. Iul. 1620. Non poſſe Regulares deferre pluuiale, aut ſtolam extrà Eccleſiam, aut Clauſtrum per alienas Parochias, ea quidem ratione: quia ſtola eſt ſignum propriè denotans iuriſdictionem, & officium Sacerdotale, per Gloſ. *in l. vn. v. fibulis C. nulli licere*; Vt proindè ſi Epiſcopus interſit funeri non liceat Parocho eam deferre: quia, Epiſcopo præſente, ceſſat ejus iuriſdictio, & non fungitur officio Sacerdotali, Gratian. *diſcept. 298. num. 74.* Atque ità ſemel, ac iterum cenſuit Sac. Congr. Rit. in *Nucerina* 24. Octobr. 1609. & in *Præneſtina* 13. Iulij 1619. vbi declarauit, Parochum tantummodò ſtolam deferre debere, ac omnes alios præcedere, & habetur ex d. Rituali Rom. *loc. cit.* Cum enim ſolus Parochus in aſſociandis funeribus fungatur munere proprio, debet etiam ipſe ſolus ſtolam deferre, quatenus illa eſt proprius habitus Sacerdotalis, *Can. cum Eccleſiaſtica diſt. 23.*

Ad 4. Poſſe, abſque tamen ſtola, & aſperſorio; Porrò officium funeris non eſt velut baptiſmatis Sacramentum, quod nequeat reiterari, ſed cum ſtola dicimus, non poſſe: quia cum ſtola eſt munus Parochiale, Gloſ. *in cap. quia ex eo v. Parochialibus de pact.* & ita declarauit hæc Sac. Congr. Rit. tum alias, tum in vna *Canarum* anno 1665. nimirum, *poſſe Capellanos ſodalitatum reiterare officium Defunctorum ſuper Cadauere Parochiani abſque tamen ſtola, & aſperſorio.*

Ad 5. Secluſa legitima conſuetudine, vel priuilegio Apoſtolico, affirmatiuè reſpondendum eſt: Nam Eccleſia Parochialis habet intentionem fundatam ex iure communi ſuper omnibus Eccleſijs, ac Oratorijs ſitis intrà fines Parochiæ, vt colligitur ex Conc. Cabilonenſi relato à *Can. Eccleſiæ 16. quæſt. 1.* & ex Concil. Vuomacenſi *in Can. Quicumque eadem, & quæſt.* atque ex *cap. ad Audientiam 3. de Eccleſ. ædific.* traduntque Canoniſtæ ad hos locos, eſtque conſtans huius Sac. Congreg. ſententia, vt in *Neapolitana* 18. Maij 1602. & in *Cæſarauguſtana* 14. Ianuar. 1612. & in *Mediolanenſi* 29. Nouemb. 1631. Idipſum etiam declarauit Sac. Cong. Epiſc. in *Senogallienſi* 5. Iul. 1583. ſcilicet: *Parochus, ſi velit, poteſt perſoluere officium funeris in Eccleſia Confraternitatis.* Et in *Laudenſi* 20. Auguſti 1601. & 2. & eiuſdem 1647. vbi declarauit, *poſſe Parochum interuenire in funeribus, quæ fiunt in Eccleſiis Confraternitatum, licet Defuncti non ſint de ſua Parochia, ac debere eiuſmodi functiones Capellanis Confraternitatum permittere, ſi vocatus, nolit accedere.* Ac alibi ſæpius, præcipuè in *Bergomenſi* anno 1587. in qua propoſito dubio: *Se hauendo priuilegio le Compagnie di ſepellire i loro Fratelli, il Rettor ſolo della Parochiale, e non altri dee recitare l'officio ſopra i Cadaueri, come ſi vſa nelle Chieſe Parochiali.* Sac. Congr. reſpondit: *Obſeruetur in ſepeliendis ſodalibus in ſocietatis Oratorio priuilegium illi ſuper ſepultura conceſſum. Et quamuis in huiuſmodi ſepulturæ officio Rector Parochialis ſolus ſtola indutus debeat peragere officium, iuxta ritum Eccleſiæ, & ſepelire mortuos quoſcumque intrà limites ſuæ Parochiæ, non arceatur ſocietatis Capellanus, ſi is quoque velit Rectori aſſiſtere, & ſimul cum eo officium ſepulturæ prò defuncto ſodali ſuæ ſodalitatis, in illo tamen Oratorio recitare*, firmatque Barboſ. *de offic. Paroch. par. 3. cap. 26. nu. 80.* & Lauor. *var. tit. 2. cap. 11. n. 106.*

Vndè Confratres, aliique, qui prætenſo iure, quaſi hoc officium peragere ad ſe pertineat, nolunt

Paro-

Digitized by Google

Parochum fungi officio ſuo, iuraque ſua Parochialia in eiuſmodi Eccleſiis, vel Orarorijs exercere, incurrunt excom. 17. in Bulla Cœnæ Domini 'inflictam contrà vſurpantes iuriſdictiones, ſeù fructus, redditus, ac prouentus ſpectantes' ad Eccleſiaſticas perſonas rarione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum, Nanar. *in Manual. cap. 27. n. 21.* Caiet. *in ſum. v. Excommunicatio 5. cap. 27.* Bonac. *de Cenſur. diſp. 1. qu. 18. pun. 2.* & Burdon. *deciſ. Miſcell. 42.*

Atque ità reſpondi his dubijs prò Parochorum tum ex munere Camerarij Cleri Roman. quo tunc temporis fungebar, tum ex propria, & communi obligarione tuendi iura Parochialia. Et omnia præſata dubia eadem Sac. Congr. ad fauorem Parochorum reſoluit 27. Ianuar. 1679. quinto delato.

Verùm non acquieſcentibus Confraternitatibus, fuerunt ſecundò propoſita in eadem Sac. Congreg. quibus iterum reſpodi his, & alijs rationibus.

Et eadem Sac. Cong.' vtraque parte informante dubia præfata prò Parochis declarauit. Sed habita à Cõfraternitatibus noua audientia, fuerunt tertiò in eadem Sac. Congr. propoſita, & ego tertiò reſpondi præfatis, & alijs rationibus:

'Anditis partibus, Sac. Rit. Cong. tertiò præfata dubia, excepto dubio quinto, cuius reſolutionem diſtulit, prò Parochis reſoluit. Sed quia Confraternitates recurſum habuerunt ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum, qui cauſam remiſit ad Sac. Cong. Conc. ego quartò eiſdem dubijs reſpondi nouis, & prædictis rationibus.

Sac. Congr. Conc. diſtulit reſolutionem, & Card. de Luca edidit ſuper primò dubio eruditiſſimum diſcurſum, vt ibi.

Die 17. Ianuarij 1683. Sac. Congr. Concil. declarauit, Crucem deferendam in funeribus eſſe debere illius Eccleſiæ ad quam funus ducitur, illamque deferendam eſſe à Clerico eiuſdem Eccleſiæ poſt Confratres ante Clerum, & ità ſeruari mandauit, &c.

Vnica igitur Crux in funeribus deferenda eſt ac etiam in translationibus Cadauerum, vt obſeruatum religioſiſſimè fuit in translatione Corporis B. Pij V. Idus Ianuar. 1588. in qua puerorum Orphanorum familia, Confratrum, pia Collegia, & quatuor Mendicantium, ac Seruitarum, item & Minimorum, prȩterea aliorumque Ordinum Regulares frequentiſſimi, ſuo quique loco, atque ordine procedere incœperunt, perlata vna Cruce Baſilicæ S. Mariȩ Maioris, ad quam Corpus è Baſilica Vaticana efferebatur, vt conſtat ex ordine translationis authoritate, ac iuſſu Sixti V. factæ apud Bzouium in Pio V. propè finem. Idem obſeruatum in funere Card. Farneſij ad Eccleſiam Ieſu dictam, & ab ipſo conſtructam, claro. Alia ad rem. Vide de Proceſſion. tom. 6. Conſult. 58.

An, & quatenus Regulares teneantur ſoluere Parochis quartam, quæ funeralium dicitur? Vbi Conſtitutiones Pontificum decreta Sac. Cong. ac Rotæ deciſiones adducuntur, præſertim in Romana funeralis non facti. tom. 9. Conſult. 145. Item Vide hoc eodem tract. de Funeribus, loquens prò Monialibus. tom. 7. Conſult. 70.

RESp. Regulares habentes priuilegium Iulij II. non ſoluendi quartam funeralem, non comprehendi decreto Sac. Concil. Trid. *cap. 13. ſeſs. 25. de refor.* & ideò non teneri dixit Sac. Cong. eiuſdem Conc. quemadmodum etiam dixit, manutenendus eſſe in poſſeſſione, qui ex immemorabili tempore exigebant dimidiam partem ceræ, quæ in funeralibus apponitur, dum Cadauera tumulantur in Eccleſijs Regularium.

Contrà Archiepiſcopum, ac Presbyteros Terræ Lequilarum tantum informantes fuit hodie reſolutum, non conſtare de bono iure Eccleſiæ Parochialis d. Terræ prò conſequenda quarta funerali ab Eccleſia Fratrum Reformatorum S. Franciſci de Obſeruantia eiuſdem loci.

Confirmatur ex decreto eiuſdem Sac. Congreg. 2. Auguſti 1607. quæ cenſuit: Si Religioni Fratrum S. Franciſci de Obſeruantia; ante 40. annos ante Trid. Conc. à Sede Apoſtolica indultum fuit, vt quartam huiuſmodi ſoluere non teneatur, non teneri ad eam ſoluendam hanc Eccleſiam poſt Concilium Religioni acquiſitam; tametſi antequam Religioni prædictȩ acquireretur, eam ſoluere d. Eccleſia conſueuiſſet; Vndè Sac. Congr. Epiſc. ità ſcripſit Epiſcopo Militenſi,

Illuſtre, e Molto Reu. Signore, come Fratello.

ESſendoſi doluti à queſta Sagra Congregatione i Frati Oſſeruanti del Conuento di cinque Frondi di coteſta Dioceſe, che quei Preti tentino introdurre nouità in pregiuditio loro intorno alla quarta funerale. Queſti Eminentiſſimi miei Signori mi hanno ordinato di ſcriuere à V. S. che non laſci d'innouare coſa alcuna, e frà tanto informi l'EE. loro. Il che le piacerà d'eſeguire, e N. S. la proſperi. Roma 30. *Settembre* 1644.

Di V. S. come Fratello

M. Card. Ginnetti.

Nec refragatur Parochis conſuetudo; nam ex diſpoſitione Conſtitutionum Apoſtolicarum habentium clauſulam ſublatam. & decretum irritans, excluditur, ac inficitur quicumque titulus, ac quæuis poſſeſſio, quæ poſſit prætendi acquiſita à Parochis, Rot. *par. 7. recen. deciſ. 44. num. 3.* & apud Viuiao. *de iurepatr. dec. 86. n. 41.* Ac ità, vt etiam ſi ipſi Regulares velint, non poſſunt renunciare iuribus ſuȩ Religionis, vt in *d. Licienſi* coram Royas, vbi ſic ait *in* §. In omnem caſum dicti Fratres non poterunt renun-

ciare

ciare priuilegijs toti Ordini conceſſis, *cap.cum acceſſiſſet*, ibique Dec.*col pen.& num.*18.*de conſt.* alijsque.

Sic quoque prò Parochis Vrbis, me conſulente, emanauit deciſio Rotæ, quam his ſubiicio in *Romana Funeralium* coram Caprata 24. April. 1690. Et eſt huiuſmodi.

Patres S.Auguſtini de Vrbe, in quorum Eccleſia R.P.D.Rita ſepulturam elegerat, & abſque vlla funebri pompa fuerat ſepultus, vt mandauerat, prætendebant ſibi deberi medietatem illius quantitatis, quam loco funeralis, ab hæredibus ſoluendam taxauerat Camerarius Cleri; Verum ſeſe opponente Io: Franciſco Topino Rectore S.Saluatoris de Cupellis, perſonæ defunctæ Parocho, Eminentiſſimus Card.Vicarius ad quem res fuerat delata, Patrum inſtantiam reiecit, & ad fauorem Parochi prò integra quantitate, iam ab hærede depoſita, mandatum relaxauit, quod hodiè in gradu appellationis Domini dixerunt, exequendum.

Viſa eſt enim, & ipſius ſubſiſtens Patrum prætenſio, cum actio ad funeralia ſoli Eccleſiæ Parochiali competat, vtpotè de illius iuribus tantum, et firmatis per Rotam *deciſ.*194. *num.*1. coram Mantica, *& deciſ.*480. *num.*8. *&* 9. coram Merlino.

An liceat Miniſtris Conſolationis de Vrbe aſſociare Cadauera alibi tumulanda cum Cruce, & ſtola ab Hoſpitalibus ad locum Catena, & impedire Parochum, nè accedat prò illis ad iannas Hoſpitalium? Vide de Hoſpital.tom.10. Reſolutione vltima ſiuè *Aliena* Sum.num.4.

DE FVRTO. Vide de Immunit. tom.4. Conſult.211.

DE HÆBREIS. Vide de Iudæis.

DE HÆREDITATIBVS. Vide de S.Offic.tom.6. Conſult.75.

q

DE

DE HAERESI. ET HAERETICIS

Vtrum in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel humanæ reatus Patris nocere debeat liberis? Siuè an iuſtè filij innocentes cum parentibus puniantur? tom. 1. Conſult. 54.

AFfirmatiuè. Noſtram ſententiam quoad crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ confirmat tex. expreſſus in *cap. Vergentis de hæreticis*: vbi Innoc.III. hæc habet: *Quum enim ſecundum legitimas ſanctiones reis læſæ maieſtatis punitis capite, bona confiſcentur eorum, filijs ſuis vita ſolummodò ex miſericordia conſeruata, quantò magis qui aberrantes in fide, Domini Dei Filium IESVM offendunt, à capite noſtro, quod eſt Chriſtus, Eccleſiaſtica debent diſtrictione præcidi, & bonis temporalibus ſpoliari, cum longè ſit grauius æternam, quam temporalem lædere Maieſtatem?* Idem ſtatuit Alexan. IV. *in cap. Quicumque §. Hæretici autem*, ac Bonifac.VIII. *in cap. cum ſecundum leges, & cap. vt commiſſi §. priuandi de hæret. in 6.* Atque habetur ex Conſtitutione Friderici Imperatoris, quę incip. *Catharos*, ſiuè *Gazaros* apud Pegnam inter litteras Apoſtolicas, et in *Auth.C. de hæret. & manich.*

Quod verò ad crimen læſæ Maieſtatis humanæ, confirmat primò tex. in *l.quiſquis 5. §.filii C.ad l.Iul.maieſt.* in qua Imperatores Archadius, et Honorius, poſtquam reſcripſiſſent bona Fiſco adducenda eſſe, vlterius ſic ſanciunt: *Filij verò eius, quibus vitam Imperatoria lenitate concedimus (paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt hæreditarii criminis exempla metuuntur) à materna, vel auita, omnium etiam proximorum hæreditate, ac ſucceſſione habeantur alieni, teſtamentis extraneorum nihil capiant, ſint perpetuò egentes, & pauperes, infamia eos paterna ſemper comitetur, ad nullos prorſus honores, ad nulla Sacramenta perueniant, ſint poſtremò tales, vt his perpetua egeſtate ſordentibus ſit & mors ſolatium, & vita ſupplicium.*

Secundò tex. in *l.quandò C.de bon.proſcrip.* vbi ſtatuitur, condemnatum, ſi liberos habeat, ad ipſos poſſe bona traſmittere, excepta ſola Maieſtatis quęſtione. Tertiò text. *in nou.134. cap. vlt.* Quartò *tex. in cap. Felicis de pæn. num.6.* Quintò *tex. in cap. vn. quæ ſint regal. in vſibus feud.*

Ratio eſt, vt ſubtrahatur filiis materia idem ſcelus committendi, et ob periculum imitationis, S.Thom. quem allegat Matth.Steph. *de art.iuris cap.19. num.119.* Hinc timendum eſt, nè vitia trahant à parentibus, *d.cap10.* ſicuti trahuntur à ſociis *cap. peruenit par.2. qu.7. cap. literas 14. extr. de fil. presb.* Nam iuxtà ipſius Saluatoris noſtri effatum: Arbor mala non ſolet ferre fructus bonos. Alia ratio eſt, vt dum puniuntur. Farinac. *quæſt. 116. §.2. n.73.* Et vt hoc modo magis parentes abſterreantur à criminibus, non ignari, tam ſe, quam prolem ſuam pœnæ ſubiiciendos, & ex aliis rationibus.

Vtrum Principes Catholici iure poſſint permittere in ſuis Regionibus negotiationem cum hæreticis?
tom.1. Conſult.143.

DVplici ex capite, & duplici item iure Catholicis conſuetudo, & conuerſatio cum hæreticis prohibetur. Primum quidem ratione excommunicationis, deindè præcisè ratione hæreſis. Vtroque enim nomine, tum iure Eccleſiaſtico, tum iure Diuino naturali, conſuetudo cum hæreticis cenſetur interdicta.

Et vt incipiam à iure Eccleſiaſtico: Alex. III. in Concil. Lateranenſi *Can.27.* qui proximè Lucium anteceſſit, definit in hanc ſententiam: *Sub anathemate prohibemus, nè quis eos (ideſt hæreticos) in domo, vel in terra ſua tenere, vel fauere, aut negotiationem cum eis exercere præſumat.* Quod ad omnes hæreticos pertinere monet eo loco Panorm. *verſ. Sed quæro*; Iure autem optimo id Pontifex prohibuit: Quia etiam de iure naturali tribus de cauſis cum hæreticis coſuetudo damnanda eſt. Primò propter ſcandalum. Secundò propter participationem erroris. Tertiò propter periculum ſubuerſionis.

Ante Concil.Coſtantienſe hęretici omnes vitandi erant. Quomodò etiam loquitur Innoc.III. *in cap. Excommunicamus 1. §. Credentes*, & Alexand.IV. qui etiam fuit ante Conc. Coſtantienſe *in cap.quicumque de hęret.in 6.* qui excommunicat eos, qui hæreticos credentes, receptatores, & defenſores, vel fautores eorum Eccleſiæ ſepulturæ tradiderint. Accedit, quod in iure Ciuili, nulla habita ratione excommunicationis Archadius, Honorius, & Teodoſius *l.Manichæos C.de hæret.* conſuetudinem cum hæreticis prohibent.

Verum in Germania, Polonia, Flandria, Gallia, cæteriſque Prouincijs infectis, in quibus hæreſis palam graſſatur, & hæretici impunè tolerantur, non ſolum excuſantur fideles, qui paſſim cum hæreticis negotiantur: quia non coguntur eos, vt excommunicatos vitare, cum non ſint denunciati, ſed etiam quia hæreticorum multitudo, & rerum neceſſitas facit, vt ea lege,

quæ

quę habetur in *d. cap. ſicut & in d. l. Manichæos*, cenſeantur ſoluti; Neque enim fieri poſſet, vt in illis Prouinciis, & Regnis, in quibus tanta eſt hæreticorum multitudo, abſque ingenti perturbatione Catholicis omnes ab hæreticorum conſuetudine abſtinerent. Quod non facilè admittendum videtur in aliis Regionibus, in quibus hæretici non tolerantur. Atque idcircò non video qua ratione excuſari poſſint quidam Principes Catholici, qui in ſuis Regnis, ac Prouinciis paſſim permittunt negotiationes hęreticorum mercatorum; Quare Palud. *in 4. d. 13. quæſt. 3. concluſ. 7. num. 13.* & Syluestr. *v. hæreſis 1. quæſt. 7.* Archidiaconi, hos aiunt eſſe receptatores hęreticorum atque ſubijci cenſurę iure latę in Concil. Lateran. decreto de hęreticis *cap. excommunicamus §. Credentes de hęret. cap. nouerit de ſent. excom.* & in Bulla Cœnę Domini. Quod etiam non obſcurè inſinuat. Corrad. Brun. *de hæret. lib. 1. cap. 4. num. 34.* Quamobrem, vt ait Simanch. *inſtit. Cathol. tit. 11. num. 11.* Non licet in Contractibus communicare cum hęreticis, *leg. Manich. C. de hęret. & l. 8. 30. 39. 49. 50. C. Theodoſ. de his, qui ſuper religione contendunt.* Idemque *tit. 15. num. 5.* ex ſent. Archid. in *cap. Quicumque de hęret. lib. 6.* Tu recremata *2. par. de Eccleſ. lib. 4. cap. 2* t. Alphonſ. à Caſtro *lib. 1. de iuſt. hæret. pun. cap. 17.* Corrad. Brun. *loc. cit.* Zanchin. *de hęret. cap. 3.* Colligit, hos contrahere ſuſpicionem hęreſis quam ſententiam ſequitur Menoch. *lib. 5. præſumpt. 6. num. 17.*

Quid agendum ſi Magnus Princeps hæreticus tranſiturus ſit per Vrbem? tom. 2. Conſult. 70.

RESp. Per conniuentiam diſſimulandus erit eius acceſſus ad Vrbem, liberaliter, & ſplendidè cum eo agendum à Sanctiſſimo; alieno tamen nomine, et quod ſi inſtiterit admitti ad deoſculandum pedes Sanctitatis Suæ, poterit admitti, ſecretò tamen. Sic olim actum cum Palatino Rheni ſub Paulo V. Alias conniuendum, vt per aliquot dies morari poſſit in Vrbe; dummodò abſque ſcandalo, ſecretò, et priuatim viuat. Quod oretenus eſt ei ſignificandum, vt actum ſub Vrbano VIII. cum quadam Principe hæretica.

Quid agendum de tradito Curiæ ſæculari, in cuius carceribus hæreticum ſe oſtendit? Ibidem num. 16.

POteſt reduci ad carceres S. Officij, ibique examinari, ac conſtitui breuis terminus ad reſipiſcendum arbitrio Inquiſitionis, adhiberi viros Religioſos, qui procurent eum reducere in viam ſalutis: Si autem reſipuerit, conſignetur iterum Curiæ ſæculari prò executione ſententiæ contrà eum iam latæ. Si verò non reſipuerit, feratur ab Inquiſitore contrà illum ſententia, vti contrà impœnitentem, & tradatur eidem Curiæ, quæ eam omninò exequatur.

An filij infantes mulieris, quæ apoſtatauit à fide, & illos genuit cum patre Turca, poſſint baptizari? Vide de Baptiſmo ibidem.

An Doctores Catholici poſſint in cauſis Eccleſiaſticis conſilium dare Officialibus hęreticis, illud petentibus? Ibidem?

REſp. Hoc eſſe contrà Sac. Canones, atque adeò non poſſe.

An mulieri ad fidem Catholicam, à qua apoſtatauerat, conuerſa, poſſit concedi, vt incedat in habitu Turcico ad mortis pericula euitanda? Ibidem.

NEgatiuè; Cum talis habitus ſit proteſtatiuus ſectę Turcarum. Vide latius de Turcis.

Blaſphemare audientes, & non denunciantes, quandò incurrant excommunicationem? Vide de Cenſuris ibidem.

An abſolutio ab hæreſi cenſeatur comprehenſa ſub clauſula generali poſita in Iubilæis, videlicet, quod quilibet poſſit abſolui ab omni cenſura, etiam contenta in Bulla Cœna Domini? Ibidem.

NEgatiuè; Vndè ſolet fieri ſpecialis reſeruatio.

Illud tamen admoneo, quod clauſula præſeruatiua poſita in Iubilæo, ſcilicet, excepto peccato hæreſis, intelligitur de hæreſi formali, non autem de peccatis continentibus ſuſpicionem hæreſis.

Circà Matrimonia hæreticorum. Vide de Matrim. præcipuè tom. 4. Conſult. 167. & 188.

De veſte, vt dicitur, Virgine, nempè indumento fatus naſcentis, poſita ſub mappis ſuper lapide Sacrato Altaris, eiuſque abuſu ad ſortilegia, & de probatione huiuſmodi delicti. Vide de S. Offic. tom. 6. Conſult. 35.

De inſordeſcentibus in Cenſuris. Vide de Cenſur. tom. 7. Conſult. 18.

An falſus calumniator in materia S. Officij, veluti ſollicitationes in Confeſſione, ſit de hæreſi ſuſpectus, & tanquam talis debeat abiurare, & quomodò? Et an gaudeat immunitate, & quomodò? Et an idem dicendum ſit de teſte deponente falſum in S. Officio, & in materia ad S. Officium ſpectante, vt ſupra? Vide de S. Officio tom. 7. Conſult. 37.

1 *An Catholicis in partibus hæreticorum permitti poſſit citrà Religionis iniuriam, offerre liberos baptizandos à Miniſtris hæreticorum? Quod alii* qui

qui facere conſueuerant in quibuſdam Religionibus, in quibus acrius vrgent leges contrà Catholicos?

2 *Quid faciendum illis Catholicis, qui propter fines humanos, & motiua temporalia, aut ipſi domi enutriunt filios ſuos in hereſi, aut ſinunt à cognatis, aut alijs eoſdem educari, imò, qui interdum eos dehortati fuerint, aut deterruerint ab amplectendo vera fide, cum tamen ipſi parentes in fide vera ſibi videantur perſeuerare?*

3 *An Sacerdos debeat excipere in Eccleſiam illos, quos nouerit ſubiacere cenſuris Proteſtantium, vel an debeant eos differre, donec ſatisfecerint ſtatutis Proteſtantium Eccleſiæ?*

4 *An eos liceat Matrimonio iungere, qui dictis obnoxij ſunt publicis pœnis, non quod licitas arbitramur, ſed quod eæ vim, quam à iure non habent, à facto, & conſuetudine gentis ſibi dudum vendicant, atque præſumunt. Hæretici verò indulgentiam noſtram, & officij rationem in diſciplinę vertunt accuſationem, atque defectum. Prætermquamquod hinc nacti occaſionem, eaſdem, quas memorauimus minas, & mala intentant?*

5 *An Sacerdos interpellatus debeat, & in conſcientia, & ratione officij teneatur, ſtantibus dictis cenſuris, etiam extrà periculum mortis, baptizare nothos hereticorum, quibus Miniſtri baptiſmum denegant, donec ſolitam parentes impleuerint publicam pœnitentiam?*

6 *Eſt vir Catholicus, qui cum heretica cupit inire Matrimonium, aut vice verſa, vel etiam vtraque pars contrahenſium ſunt Catholici. Quæritur an permittere poſſit Sacerdos eoſdem iam in facie Eccleſię Catholicę Matrimonio iunctos, coram Miniſtro denuò contrahere, ſeù, quod idẽ eſt, apud Conuentum Proteſtantium contractum ciuilem confirmare, hoc ſolo fine, vt euitent mulctam, & incarcerationem irrogandam, iuxtà leges patrię?*

7 *Quid illis faciendum, qui obtinendę vxoris gratia, aut alia de cauſa, frequentant, aut frequentauerint hereticorum Templa, quemadmodum & illis, qui ſępius fuerint in hereſim relapſi?* tom. 7. Conſult. 41.

AD 1. Negatiuè: Quia vrget peculiare periculum, nę debitus ritus ſeruetur, & ſic ritui, ac ceremonię prauitatis hereticę cõmunicetur, nec abeſt periculum infectionis, aut concipiendæ certæ cuiuſdam animi procliuitatis ergà ritum talem, vt per Beccan. *in compen. contr. fid. lib. 5. cap. 8.* & dixi alibi: Quod confirmatur: Quia ſi ex declaratione Clementis VIII. prò Græcis; non licet à ſchiſmatibus Sacramenta accipere, multò minus licebit ab hæreticis. Quare putat Palaus huiuſmodi Catholicos peccare mortaliter in tali adminiſtratione, ob irreuerentiam Sacramento factam, vt *to. 4. tract. 19. diſp. vn. pun. 10. n. 12.* Vbi Vaſq. Suarez. Conich. & Lyman,

Ad 2. Quod verò ad illos Catholicos, licet à cenſuris videantur excuſari: quia non receptant, vel fauent directè in fauorem hæreſis, ſed propter lucrum humanum; peccant tamen contrà charitatem, & contrà iuſtitiam, & officium proprium, quo tenentur enutrire ſuos filios in pietate, ac fide Catholica, imò videntur indirectè ſuos filios in pietate, ac fide Catholica, imò videntur indirectè fauere hæreſi; atque adeò tanquam fautores ſint habendi. Ideòque acriter, ac ſeriò monendi ſunt, vt reſipiſcant, aliòquin denegentur ijs Sacramenta, cum ſint in ſtatu peccati mortalis.

Ad 3. Affirmatiuè, dummodò ipſos pœniteat, non ſint criminoſi publici, vel aliquod Canonicum ijs non obſtet impedimentum. Nam agit rem licitam, nullaque eſt Proteſtantium iuriſdictio circà huiuſmodi cenſuras. Quidquid exindè mali, vel infamiæ immeritò eueniat; Eccleſia enim nunquam gremium ſuum claudit redeuntibus ad ipſam, vt in *leg. vlt. C. de Summ. Trin & fid. Cath.* & vt habetur in *Can. Dico 23. quæſt. 4. Peccatores nunquam deſerendi, quia homines ſunt perſequenda in eis propria iniquitas, ſed miſeranda, & ſubleuanda communis natura.*

Ad 4. Pariter affirmatiuè ex eadem ratione: quia nempè rem licitam faciunt, et pœnæ illæ non obligant tanquam illicitæ & iniuſtæ.

Ad 5. Similiter affirmatiuè, vt euitetur irreuerentia, qua afficeretur Sacramentum baptiſmi, ſi à Miniſtris hereticis adminiſtraretur.

Ad 6. Etiam affirmatiuè, ſi Miniſter adſiſtat tanquam Magiſtratus politicus.

Ad 7. Quod frequentantes hereticorum Templa, non licet illa ingredi ob finem adductum: Tum quia generatur in Catholicorum animis offenſio: Tum quia videtur fieri aliqua communicatio ritus, ceremonię, ac impietatis cum hereticis: Tum quia imminet periculum proprię perfidię, ac ſubuerſionis, & Catholicę Religionis contemptus: Tum denique, quia id ſpecialiter prohibetur, tanquam illicitum Catholicis Angliæ, atque adeò Scotiæ aliarumque Regionum à Paulo V. anno 1606. vt per Suar. *in Reg. Angl. lib. 6. in præm.* & Ricciul. *de iur. perſ. lib. 1. cap. 6. n. 3.* licet ipſe Ricciul. id declaret *num. 4.* vt procedat, quandò aditus ad Templa hæreticorum ſit cauſa Religionis, ſecus autem ſi fieret ob ciuile negotium, vt in pręſenti: quia, inquit, ingreſſus regulatur à cauſa, vt per Bald. Socc. & Surd. quos adducit. Eſt tamen reijciendus: quia id eſt periculo ſubuerſionis, & ſcandalo obnoxium.

Quò verò ad relapſos abſoluendi ſunt poſt pœnitentias ſalutares, iuxtà facultates Miſſionarijs conceſſas. Porrò heretico relapſo adminiſtranda eſſe Sacramenta tradit tex. *in cap ſuper eo de heret. in 6.* ibique Gloſ. *in v. deneganda,* Io: And. *num.* 3. Io: Menoch. *num.* 5. Et declarauit ſępius Sac. Cong. S. Offic. pręſertim anno 1588. 13. Febr. anno 1615. 27. Septem. alibi: Relapſi tamen non dicuntur, qui in hereſes reincidunt, poſt illas abiuratas in foro conſcientię tantum, ſed ij, qui poſt abiurationem

ſa-

Digitized by Google

factam in foro exteriori, coram Iudice, Notario, & Teſtibus, in hæreſes reincidunt. Et iſti, niſi ex ſpeciali mandato Sanctiſſimi, & Sacr. Cong. S. Officij non poſſunt abſolui. 31. Martij 1613. Et ſi carcerati pœniteant, licet tradantur Curiæ ſæculari; admittuntur tamen ad Sacramenta ex *d. cap. ſuper eo de hæret. in 6.*

Aliqua circà Matrimonia inter Catholicos, & hæreticos, Vide de Matrim. tom. 7. Conſult. 51.

Dubia 27. diuerſa prò regionibus hæreticorum. Vide de Ritibus tom. 7. Conſult. 53.

Dubia 13. diuerſa prò eiſdem regionibus. Vide ibidem tom. 7. Conſult. 55.

1 *An quilibet Apoſtata à fide, qui ſe iudicat diſpoſitum Martyrio, debeat induci ad proteſtandum publicè fidem Chriſtianam, nihilque curandum de corporalibus perſecutionibus proprijs, vel aliorum, vel ſaltem permittendum ſit, vt exequatur ſuam inſpirationem quicumque ad id faciendum exponatur, aut quiſque diſſuadendus ab huiuſmodi actione ob generales cauſas quarundam Regionum, ſaltem quandò, ac vbi timetur periculum grauis perſecutionis Chriſtianorum?*

2 *Quomodò ſe gerere debeat miniſter Eccleſiaſticus cum iis, qui ſe non ſentiunt ſufficientes ad ſuſcipiendum Martyrium, & cupientes confiteri fidem Chriſtianam ſine Martyrio, viuunt quoad fieri poteſt, iuxtà fidem internam, ſperant corporalem libertatem, & interim deſiderant, & poſtulant reconciliationem ſecretam, & participationem Sacramentorum?*

3 *Quomodò etiam ſe gerere debeat idē miniſter cum ijs qui nullam fugiendi ſpem habent, neque animi fortitudinem profitendi fidem externam cum probabili periculo crudelis necis; imò eum humana certitudine illius, neque poſſunt abſque eodem periculo omittere partem aliquam rituum apoſtaticorum, ſed queruntur de Eccleſia Chriſti, quoad velit eos condemnare in vita, eum erudant, & faciunt quidquid ipſa præcipit, abſque eo, quod ſe exponant mortis tyrannidi?*

4 *An prò cauſa ſimili ſupradictis, ſiuè abſque cauſa peculiari, ſed ſolum prò fidei ardore, ac zelo, cum maximè videant illam collapſam, & tot animas, non ſolum ſine luce Euangelica, ſed etiam ſine ſpe illius, liceat cuicumque Catholico Eccleſiaſtico, vel ſæculari publicè illam prædicare, aut defendere, atque adeò exponere ſe Martyrio?* tom. 7. Conſult. 58.

AD 1. Reſp. Apoſtatas à fide, redeuntes, non teneri ad abiurandum publicè coram infidelibus, ſed ſufficere ſi abiurent in balneo (hoc nomine appellant carcerem, ſiuè locum, in quo retinentur) coram fidelibus, abſtinendo ab actibus infidelitatis, ac deponendo habitum infidelium, quatenus ſit proteſtatiuus falſę Religionis, ſi verò ſit æquiuocus, poſſunt illud deſſerre. Quod ſi ex illa delatione, ratione perſonę aliqua oriretur ſuſpicio tenentur aufugere cum poterint.

Ad 2. & 3. Iſtis eſt permittendum viuere Chriſtianè, & Catholicè in occulto, modò nullum actum Idolatriæ, aut Fidei Chriſtianę contrarium committant. Sacramenta verò pœnitentiæ, & Euchariſtiæ non ſunt ijs adminiſtranda. Ea quidem ratione, quia qui Fidem negat metu mortis, ſed tamen erroribus non credit, licet verè hęreticus non ſit, eum non habeat, neque habuerit errorem in intellectu; tamen iudicio Eccleſiæ, quæ per exteriora de interioribus iudicat, hæreticus eſt habendus. Hęretici autem non ſunt admittendi ad Eccleſiæ Sacramenta.

Ad 4. Affirmatiuè Rodriquez *tom. 1. in 2. edit. cap.* 197. Idem docet Aragona 2. 2 *quæſt. 3. art. 2. dub. 2. poſt 2. concluſ* & alij, quos ſequitur Leander *p. 1. in decal. tr. 2. diſp. 3. q. 62.*

Bona Hæreticorum quandò, & quomodò Fiſco addicantur? tom. 8. Conſult. 68.

RESP. Bona Hęreticorum cum effectu non publicantur, neque actu apprehendi poſſunt, niſi ſequuta ſententia Iudicis Eccleſiaſtici vti ſit in crimine lęſę Maieſtatis, *l. quiſquis, & l. fin in princ. C. ad l. Iul. Maieſt. & in auth. vt nulli Iudices §. ſi facit l. 1. & 2. & l. fin. C. de ſent. paſſ. & reſt. l. Arianus C. de hæret. & Cap. cum ſecundum leges in fin. eodem tit. in 6.*

Ex quo ſequitur, quod dominium bonorum hæreticorum non pertinet ad Fiſcum, neque ad Eccleſiam, niſi ſequuta damnatione ſuper crimine, quam fert Iudex Eccleſiaſticus, cuius condemnationis effectus retrotrahitur à die commiſſi delicti; Vndè confiſcatio bonorum quæ ſit ipſo iure contrà Hæreticum, nihil aliud operatur, quam prohibitionem alienandi, cum nullum dominium transferat, niſi ſequuta ſententia, per tex. in *l. fin. C. ad l. Iul. Maieſt.* Quarè à die commiſſi delicti interdicitur Hæreticis adminiſtratio ſuorum bonorum, vt in *cap. Vrgentis de hæret. & in d. cap. cum ſecundum leges eodem tit. in 6.* Quin etiam, accuſatione pendente, interdicitur Hęreticis eadem adminiſtratio, vt per *Repert. Inquiſ. v. adminiſtratio*, Salel. *vol. 3. fol. 291. nu. 144. & ſeqq.* & Sanctarel. *de hæreſ. cap. 16. dub. 2.*

An poſſint baptizari à Parocho Catholico Hæreticorū filij, etiam domi, & ſine cæremonijs Eccleſiæ, ad effugiendum periculum mortis, ſi differratur baptiſmus, donec pueri habeant vſum rationis, iuxtà mores dictorum hęreticorum? Vide de Batiſmo. tom. 8. Conſult. 69.

An Carceratis in S. Officio ob crimen hæreſis concedi debeat Confeſſarius? Vide de S. Offic. tom. 5. Conſult. 66.

An Bulla B.Pij V. Si de protegendis *habeat locũ in ijs, qui ſine fractura Carceris S.Officij,ſed clauibus adulterinis, non odio fidei, ſed pretio eduxerunt è Carcere de hæreſi vehementer ſuſpectum; non tamen confeſſum,nequè conuictum,& de pœnis,vt ibi?* Vide de S.Officio. tom.8. Conſult.98.

An, & quatenus Græci Schiſmatici poſſint fieri captiui ac ſuis bonis expoliari à Chriſtianis,præſertim à Triremibus Religionis Hieroſolymi*tanæ?* tom.8. Conſ.99.

NEgatiuè: Quia ſunt Chriſtiani,atque adeò proteguntur a Conc.Lateranenſi ſub Alex: III,relato *in cap.Excommunicationi de raptoribus,*quo ſolis Chriſtianis expreſsè proſpicitur, quod etiam in antiquioribus Bullis Cenę Domini *cap.3.* ſeruabatur, quare niſi fuerint hoſtes nominis Chriſtiani, non poſſunt fieri captiui, nequè ſuis bonis expoliari. Et ità declaraſſe videtur Sac.Cong. S.Offic. tum alias, tum pręcipuè 12.April.1612 & 10.ac 17. Nouembr. 1611. prò Inquiſitione Militenſi his verbis: *Inquiſitor curet dimitti deſcendentes à Chriſtianis nonis captos à Triremibus Religionis Hieroſolymitanæ, quia ſi Chriſtianè viuunt, & non fuerint capti pugnantes contrà Chriſtianos, vel pyraticam exercentes, non poſſunt retineri tanquam ſerui,*

An liceat Chriſtianis inter H*æreticos degentes, quia alias opera ſua locare nequeunt, laborare diebus feſtiuis, & veſci carnibus temporibus prohibitis?* Vide de Ritibus: tom,8.Conſult.102.

Aliqua circà baptiſmum hæreticorum,& Sacramentum pænitentię? Vide de Baptiſmo, & de Confeſſione. tom.8.Conſult.103.

Alia circà Matrimonium inter hęreticos, & Catholicos, & vſum Sacramentorum? Vide de Matrim, tom.8 Conſult.104.

An *concedenda ſit facultas diſpenſandi in Matrimonio rato non conſumato ob timorem relapſus in hęreſim?* Vide de Diſpenſation. tom.8, Conſult, 105.

SVppoſito priuilegio, quod prò maleficijs non confiſcentur bona delinquentium; niſi prò delictis lęſæ Maieſtatis Diuinæ, vel humanæ, Quæritur:

1 *An fautoribus, qui ex Conſtitutione B.Pij V.*Si de protegendis, *declarantur rei lęſę Maieſtatis in primo capite,poſſint confiſcari bona?*

Difficultas exindè eſt, quod huiuſmodi pœna non prouenit ex iure communi, ſed ex Conſtitutione ſpeciali. Et in huiuſmodi difficultate Vermigl.*conſ.*1. conſuluit prò negatiua.

2 *An dicti fautores declarati excommunicati, ſi per annum inſorduerint in excommunicationem, efficiantur hæretici, ità vt eorum bona confiſcari valeant?*

3 *Et an,pendente anno excommunicationis, poſſit Fiſcus deſcribere bona dictorum fautorum,vt elapſo termino inſordeſcentię, eorum bona confiſcare valeant?* tom.8.Conſult.107.

AD 1. Affirmatiuè. Ità enim luculenter habetur in Conſtitutione B.Pij V. cuius verba iſta ſunt perſpicua, vt nullam dubitationem admittant.

Oportet tamẽ,quod hęc Conſtitutio fuerit publicata, nam vbi non eſt publicata non ità afficit, quoad omnes pœnas in ea contentas, vt declarauit Sac. Congregt. S. Offic. 8. & 12.April.1604.& 12.Maij eiuſdem anni.

Ad 2. Etiam affirmatiuè. Debent enim *ipſo Iure* haberi per tex. *in cap.Vt* Inquiſitionis *§.prohibemus de hęret.in 6.* Et per *auth.Gazaros C de hęret.* Gloſ, *in cap. Excommunicamus* 1. *eodem tit. v.condemnetur*, vbi Hoſtien.*num.7. &* 8. Abb.*n.* 11.& alij. Ac diſponitur in dicta Conſtitutione Pij V.Requiritur tamen ad hunc effectum Sententia declaratoria, pręuia citatione ad ſe purgandũ de vehementi,Pegn. *in direct.p.3.tit. de 13.modo termin.proc.*& Gonzal.*gloſ.*15.*n.*101.

Ad 3. Pariter affirmatiuè. Fit enim hæc deſcriptio, vt notitia rerum habeatur, atque ideò fieri poteſt, lite pendente,vt inquit Angel. *in leg. Si quis C.de honor.pręſcrip.* Caſſan. *ſuper conſuetud.Burgund. rubr.2.de confiſcat.num.*12.&Guazzin.*de Confiſcat.concl.*5. *nu.2. & ſeq.* Item nè in detrimentum Fiſci bona aliqua occultentur, aut ſurripiantur, Gomez *ad l.76. Tauri num. 7.& ſeqq.*Et ideò fieri poteſt in omnibus ijs caſibus, in quibus confiſcatio locum habitura eſt, vt per Souſam *in aphor. lib. 3. cap. 9. num.2.*

An *Iudæus, qui profert blaſphemias hęreticales in* C*hriſtum, vel Beatiſſimam Virginem confugiens ad Eccleſiam, gaudeat illius immunitate? Vbi Effata de blaſphemis, & blaſphemijs.* tom. 8. Conſ. 143.

NEgatiuè ex Conſtitutione Greg.XIII.incip. *Antiqua Iudęorum imbrobitas* edita ad cognoſcendum Iudæorum blaſphemias, & ſcelera, *quibus Dominum Noſtrum* Ieſum *Chriſtum,* ſunt eius verba, *in Cœlo triumphantem, adhuc in Synagogis ſuis,& vbique perſequuntur,* etc. In ea enim ſtatuitur, quod Inquiſitores hæreticæ prauitatis liberè procedant in omnibus cauſis, & caſibus in ipſa contentis, inter quos

eſt

Digitized by Google

eſt hic, qui ſequitur: *Si Saluatorem, et Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum purum hominem, vel etiam peccatorem fuiſſe, Matremuè Dei non eſſe Virginem, et alias huiuſmodi blaſphemias, quæ per ſe hereticę dici ſolent in Chriſtianę fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impiè protulerit, etc.* In quibus caſibus delegat Iudices Inquiſitores hęreticę prauitatis, vt ſuper his contrà Iudęos, atque infideles quoſcumque ſimul, vel ſeparatim, *prout in cauſis fidei, iuxtà Sac.Canonum formam, etc.* inquirat, & procedat.

Certum autem eſt, proferentem blaſphemias hęreticas eſſe vel hæreticum, vel ſuſpectum de hęreſi, atque adeò non gaudere immunitate Eccleſiaſtica, vt per Conſtitutionē Greg.XIV. *de Eccleſ.immunit.* & per Farinac. in append. dę *imm.Eccl.cap.13.num.175.*

Effata.

Contrà blaſphemos extat grauis Conſtitutio B.Pij V. quam lege.

Blaſphemus hęreticalis non poteſt à Confeſſarijs abſolui, & qui eum audit tenetur illum denunciare S.Officio.

Eſt denunciandus S. Officio ab auditoribus.

Proferens *Malanaggia Dio* poteſt puniri in S. Officio.

Contrà proferentes *Puttana di Dio*, ò *Puttanazza di Dio*, ò *al diſpetto di Dio*, procedit S. Officium.

Proferens blaſphemiam in Beatam Virginem, vel alium actum irreligioſum in eam committens, dummodò illi corde non conſenſerit, pœniteus, aut confitens poteſt à Confeſſarijs abſolui, nec eſt cogendus ad denunciandum, niſi habeat complices.

Blaſphemus hæreticalis magis exemplariter punitur in S. Officio pœna permanendi diebus feſtis prę foribus Eccleſiæ cum candela accenſa in inſcriptione, quam pęna publicæ torturæ.

Audientes blaſphemum, & non denunciantes, tunc incurrunt excommunicationem, quandò per illius blaſphemias credunt, vel dubitant, illum eſſe hæreticum, vel ſuſpectum de hęreſi.

Qui fugiens è Carceribus moritur, poteſt ſepeliri in Eccleſia, & contrà eius bona non proceditur nec minus contrà illius fideiuſſorem ob controuentionem præcepti eidem facti de ſeruando locum ipſi aſſignatum prò tuto carcere.

Recidiuus hęreticalis, prò prima vice, dum apparet de illius pertinacia, & incorrigibilitate, damnatur ad triremes per quinquennium, præuia tortura ſuper intentione, & abiuratione de vehementi.

Si quis, vt carceribus Curiæ laicalis ſe liberet, protulerit blaſphemias hęreticales, de quibus inquiri deber, & ad Carceres S.Officij tranſmitti, ſi fateatur, ſe dictas blaſphemias protuliſſe non malo animo, ſed vt effugiat mortem, poterit abſque vlla abiuratione, præmiſſis tribus ictibus torturæ, ob malam, & temerariam loquutionem, & ad exemplum aliorum, remitti ad eoſdem Carceres laicales cum præcepto, quod abſtineat à ſimilibus ſub pœna triremium.

Qui euaginato gladio, Imaginem Crucifixi, vel Beatæ Virginis, aut Sanctorum percuſſerit, manere debet, lingua prius perforata, prę foribus Eccleſiarum inſignium pluribus diebus feſtis, poſteà tranſmittendus eſt ad triremes perpetuas.

Blaſphemia hæreticalis punitur in S.Officio, cæteræ verò non hæreticales à Curia ſęculari, ſi præuenerit, cuius Iudices tenentur mittere ad S.Officium.

Illæ: *Al Corpo di Dio, Può far Dio, Puttanazza d' Antichriſto, non ſunt hæreticales.*

Iſtæ. *Puttana di Dio, Potta di Dio, Puttanazza di Dio, Al diſpetto di Dio,* ſunt hæreticales, & vti tales puniuntur à S. Officio cum abiuratione de vehementi; Siquidem prima verba ſunt contra puritatem Dei, ſecunda verò continent ſenſum, quod omninò debeat fieri, quod blaſphemus imprecatur, etiam ſi Deus ſua omnipotentia id nolit.

Negantes Sanctiſſimam Trinitatem, Virginitatem Beatæ Virginis, & Diuinitatem Chriſti, traduntur Curiæ ſęculari iam prò prima vice.

Qui blaſphemias hæreticales protulit, & abiurauit de vehementi, quam abiurationem neglexit, & denuò protulit blaſphemias, ſi petierit abſolui in foro conſcientiæ, poterit Pontifex annuere, vt abſoluatur.

Bis ſententiatus ob blaſphemias hæreticales, tertiò deprehenſus, & confeſſus, ſe protuliſſe alias blaſphemias hæreticales, poterit præuia abiuratione de vehementi, damnari ad triremes per decennium abſque ſpe gratiæ.

Blaſphemia hæreticalis eſt: *Renego Deum Chriſtum*, quia denegatur Dei exiſtentia.

Blaſphemia item hæreticalis eſt: *Denego Crucem, Sacramenta, Chriſma, Euangelia*, vel aliam fidei veritatem infallibilem, quæ in his, prout ab Eccleſia propoſita ſunt, relucet.

Blaſphemia quoque hęreticalis eſt, quæ profertur ſub conditione, nimirum, *Non credo in Deum, niſi te percutiam, te occidam &c:* aut *niſi veritatem dico:* quia ſub hac forma non allegat Deum in teſtē, ſed potius eius nomen blaſphematur. Vel quia hæc blaſphemia conditionalis continet in ſe puram implicitatem affirmatiuam, ſcilicet, quod ſi ad occidendum illum opus fuerit in Deum non credere, paratus eſt, id libenter facere.

Blaſphemiam hæreticalem non eſſe, quandò de Sanctis renegatur, vt *Renego Diuum Petrum* ait Sanchez *lib.2.oper. moral.cap.32.num.36.* Quia non negatur de illis aliqua veritas pertinens ad fidem, ſed tantum eſſe verbum contumelioſum in Sanctos. At eſſe blaſphemiam hæreticalem, ait Caſtropal.*tom.3. oper. moral. tr.*

17.*diſp.*

17.*diſcep.*2.*pun.*2. §.3.*num.*5. Quia hoc denegans, denegar, eos exiſtere, eſſeque beatos, quod eſt negare quandam Fdei veritatem, cum de fide ſit, Petrum, ex.gr.exiſtere, eſſeque Beatum, quòd puto probabilius.

Blaſphemia hæreticalis eſt, ex ſe Sanctum appellare Diabolum. In Regnis tamem vtriuſque Siciliæ hæc verba: *Santo Diauolo* propter communem vſum, & cum proferantur ex iracundia, non habentur prò blaſphemia hæreticali In maleficijs verò, quandò à Maleficis Dęmon Sanctus appellatur, habetur prò blaſphemia hæreticali: quia verè malefici Sanctitatem Dœmoni tribuere intendunt.

Blaſphemia hæreticalis eſt aſſerere ex feruore iracundiæ, etiam abſque errore intellectus: *Non eſt Deus, quod ſi Deus eſſet, talia non pateret.*

Proferens iocoſa hæreticalia, & contra Fidem Catholicam, puniri poteſt in S.Officio. Non Non eſt tamen, vt hęreticus, puniendus, niſi in ſuo dicto perſiſtat, ſed mulctati poteſt pæna pecuniaria.

Blaſphemans pluries, & ex conſuetudine, tàm in ludo, & ira, quàm extrà, ad omnemque animi motum, eſt de hæreſi vehementer ſuſpectus, debetque abiurare vehementer hæreſis ſuſpicionem, attenta vita, & conditione perſonæ, ſi verò blaſphemus non peieret ex habitu, ſed raro, & in ludorantum, vel in ira ſolum, tunc redditur rantummodò de leui ſuſpectus de hæreſi. Vt quis autem dicatur blaſphemus ex conſuetudine requiruntur plures, quam tres reiterationes.

De adminiſtratione Sacramentorum damnatis ad mortem ob hæreſim. Vide de Sacrament.adminiſtrat.tom.9.Conſult.91.

Quas pœnas incurrat Chriſtianus negans anima rationalitatem? Vide de S. Officio.tom.8.Conſult. 152.

De Saluo Conductu hæreticis dando. Quid continere debeat? Vide de Saluo conductu. tom. 10. Conſult.162.& tom.5.Conſult.67.

Reliqua. Vide de S.Officio.

DE HOMICIDIO PRODITORIO. Vide de Immunitate. tom.9.Conſult.18.

DE HORIS CANONICIS. Vide de Capitulo, & de Ritibus, & præcipnè de Beneficiat. tom. 9.Conſult.69.& tom.4.Conſult.105.Ac de Canonizatione. tom.6.Conſult.9.

DE HOSPITALIBVS.

An Patres Viſitatores Apoſtolici Vrbis poſſint Venerabile Hoſpitale, & Eccleſiam SS. Iacobi, & Idelphonſi Inclitæ Nationis Hiſpaniarum de Vrbe, facultate ſibi demandata, viſitare? Vide de Viſitatione. tom.1.Conſult.114.

An ſuppoſita taxa prò Seminario cum ſolutione continuata vltrà 30. annos, teneantur Hoſpitalia, & Confraternitates ad illius ſolutionem in futurum? Vide de Seminario. tom. 1. Conſult. 294. *Et quoad Archioſpitalem Sancti Spiritus.* Vide tom.7.Conſult.9.

An ab Epiſcopo huiuſmodi Hoſpitalia, Confraternitates compelli poſſint cenſuris, ſequeſtratione fructuum & cenon obſtantibus Inhibitionibus Iudicum eorundem locorum piorum? Vide eodem tom.1. de Seminario Conſult.295.

An ſint valida Matrimonia celebrata coram Sacerdote Hoſpitalis puellarum proiectarum? Vide de Matrim.tom.1.Conſult.396.

An, & quatenus in alienatione bonorum Confraternitatum, vel Congregationis, vel Oratorij, vel Hoſpitalis requirantur ſolemnitates, quæ de iure requiruntur in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum? Vide de Alienatione rerum Eccleſ. tom. 4. Conſult.21.

An, & quibus præcipuè conuincatur, Hoſpitale, vel Confraternitatem non eſſe titulum beneficialem, & laicos non eſſe incapaces illius regiminis, & adminiſtrationis? Vide de Immunitate. tom.4. Conſult.143.

De Hoſpitalibus. & Hoſpitalarijs, *quoad immunitatem, & priuilegium fori?* Vide de Immunitat. tom.6.Conſult.40.& Conſult.84.

De Viſitatione, & redditione rationum Hoſpitalium, & aliorum piorum locorum. Vide de Immunit. tom.7.Conſult.15.*Vbi multa reſolutiones, & decreta Sac.Congreg.*

Item de Viſitationis forma Hoſpitalium. Vide de Viſitatione. tom.9.Conſult.146.num.84.152. 166. 184. 189. & ſeqq. ac 206.& ſeqq.

1 *An liceat Miniſtris Conſolationis Vrbis benedicere Mulieres poſt partum, & vna tempore Paſchali?*

2 *Retinere Confeſſarios in Eccleſia ad audiendas Populi Confeſſiones?*

3 *Facere Proceſſionem per Parochiam intrà Octauam*

uam Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & præſertim die, quo fit per Eccleſiam Parochialem?

4 *Aſſociare cadauera alibi tumulanda cum Cruce, & ab Hoſpitalibus ad locum Catena, & impedire Parochum, nè accedat prò illis ad ianuas Hoſpitalium?* tom. 10. Reſolutione vltima, ſiuè Aliena.

QVoad 1. Dubium non eſt, incumbere Parocho priuatiuè quoad omnes Clericos, tàm ſæculares, quàm Regulares: quia eſt quid Sacramentale dependens à Sacramento Matrimonij, fitque publicè cum ſuperpelliceo, Stola, & Aqua benedicta, quæ ſunt iuriſdictionis, & ſecum fert oblationem candelæ benedictæ, ideò ſpectat ad Parochum, qui eſt Miniſter Sacramenti Matrimonij, de quò vide latè *de Regular. tom. 5. Conſult. 76.*

Idemque videtur dicendum de benedictione ouorum, quæ ſimiliter fieri conſueuit cum oblationibus fidelium, ac proindè ſoli Parocho incūbit, non autem alijs, niſi de Parochi licentia, vt videre eſt in cit. Conſult. 76.

Ad 2. Quicquid ſit in Regularibus reſpectu Confraternitatum, fuit ſępè deciſum, non poſſe in eorum Eccleſijs per ſuos Capellanos confeſſiones audire, vel alia Sacramenta miniſtrare, & ſimilia, quæ ad ſolum Parochum ſpectant, abſque expreſſa licentia Ordinarij, & ipſius Parochi, vt poſt Decretum Conc. Lateran. in *cap. Omnis vtriuſque ſexus de pœnit.* reſpondet Sac. Congr. Rit. in *Cæſaraguſtana* 14. Ianuar. 1612. & in *Neapolitana* 18. Maij 1602. apud Lezanam *tom. 2. cap. 15. num. 22. verſ. ſeptimus, & num. 29. verſ. tertiò.*

Ad 3. Licet Confraternitatibus permittatur intrà ambitum Eccleſiæ, exeundo ab illius ianua, & per eam redeundo, non tamen eis licet, durante Octaua prædicta, ſupplicationem ducere per Parochiam, niſi accedat Parochi licentia, vt ex pluribus reſoluit Sac. Congreg. Rit. vt in *tom. 4. Conſult. 85. per tot. tract. de Proceſſion.* dictum eſt.

Potiſſimum verò eadem die, qua ſimilis proceſſio fit per Eccleſiam Parochialem; nam licet permiſſum eſſet abſolutè, ſed quatenus honorificè duci poſſit, & diuerſis tantum diebus: quia incongruum prorſus videtur, geminas eodem tempore fieri proceſſiones in eadem Parochia, vt ex Conc. Trident. *ſeſſ. 13. cap. 15.* notatur ab eodem D. Pignatell. *de Proceſſion. tom. 4. Conſult. 99. num. 3. per tot.*

Ad 4. Modica denique videtur eſſe difficultas: quia vbi Cadauera, ex electione morientium in Archioſpitali Coſolationis alibi, quam in eorum Eccleſijs tumulantur, nequeunt Rectores, cum Stola, Cotta, & propria Cruce aſſociare dicta Cadauera per vias publicas, ſed hoc ſpectat ad Parochum, vt firmauit Rota fauore Parochi S. Bartholomei in Inſula contrà Hoſpitale S. Io. Colabitæ *in Romana iurium Parochialium* 4. Iul. 1653. coram Zarate inter eius impreſs *dec. 45. à num. 4. vſque ad 54. repetit. in recen. deciſ. 348. num. 34. cum pluribus ſeqq. par. 11.*

Præmiſſa verò, quę ex ſola iuris diſpoſitione ſunt certa, redduntur certiora inſpecto Inſtrumento concordię inter Parochum S. Nicolai in Carcere, & Archioſpitale Conſolationis anno 1664. celebratæ,

Et ità ad Inſtantiam Domini Dominici Sabbatini Parochi eiuſdē Sancti Nirolai in Carcere contrà Archioſpitale Conſolationis de Vrbe, Ponente Eminentiſs. Bichio, Sac. Congreg. Viſitat. Apoſtolicę diē 15. Septembr. 1695. reſpondit, nempè:

Ad 1. Negatiuè.

Ad 2. Negatiuè, niſi de licentiâ Eminentiſſimi Vicarij.

Ad 3. Negatiuè, præterquam intrà Eccleſiam dumtaxat.

Ad 4. *Negatiuè.*

Quibus accedit Sententia A. C. ſub die 23. Decemb. eiuſdem anni.

DE

Digitized by Google

DE IEIVNIO.

An ratione conſuetudinis teneamur in Ieiunijs extrà Quadrageſimam abſtinere ab ouis, & lacticinijs? tom.1.Conſult.15.

AFfirmatinè: Atque adeò peccare mortaliter, ſi quis in Ieiunijs extrà Quatrageſimam oua, vel lacticinia comedat: Nauar. *in Sum. c.*21. *n.* 13. hiſpanicè, latinè *num.*15. Medin. *lib.*1. *Sum. cap.*14.§.10. & innumeri alij. Quia conſuetudo legitimè introducta, & præſcripta habet vim legis, ac proindè vim obligandi. Imol. *in cap. cæterum n.*2. *de donat. & in cap.dilecti n.*5. *de arbitr.* Buratt. *in d. cap. fin. de conſuet. n.*51. & alij communiter. Contraria verò opinio ſemper repudianda.

An odor, & ſuffitus carnium, aliarumue rerum frangat Ieiunium, tam naturale, quam Eccleſiaſticum? tom.1. Conſult.155.

NEgatiuè: Etiam ſi in hunc finem adhibeatur, vt reſtauretur natura contrà macerationem, quę prouenit à Ieiunio, D. Tho. in 40. *d.* 15. *quæſt.* 3. *art.* 4. *quæſt.*1. *ad.*4. Abulenſ. *qu.*167. *cap.*7. Matth. & alij. Quia in Ieiunio per ſe primò prohibetur cibus carnium. Reſtauratio autem corporis ex carnibus non eſt per ſe primò prohibita, ſed tantum vt conſequens ex cibo carnium. Ille autem ſuffitus, ſiuè odor, quamuis reſtauret corpus, & ex parte compenſet macerationem ex Ieiunio; Non eſt tamen cibus, & ideò in virtute Ieiunij non eſt prohibitus; Item alii odores, & ſuffitus non ſunt cibus, aut potus, & ideò non ſoluunt Ieiunium, etiam naturale, non enim tendunt ad ventriculum, & vertuntur per coctionem in chilum, & ſanguinem, vt eſt perſpicuum, ſed tendunt ad pulmonem per inſpirationem.

An Epiſcopus, multòquè magis Sac. Rit. Congregatio poſſit transferre Ieiunium à iure communi indictum ab vno die in alium? tom.3. Conſult.14.

AFfirmatiuè: Ex rationabili cauſa. Deſumitur ex *cap. conſilium de obſeru. Ieiun.* vbi Ieiunium incidens in Dominica, anticipatur in Sabbato, ex Conſtit. Leonis X. de qua Nauar. *cap.*21. *Manual. n.*11. & ex Vrban. VIII. ſua Conſtit. edit. die 13. Octobris 1638. quæ incip. *Cum euenire*, docentque Doctores apud Leand. *tract.*5. *in præcep. Eccleſ. diſp.*10. *quæſt.*39. *&* 42. ac Roſſ. *tom.*3. *moral. tit.*21. §.3. *n.*163. Quia licet teneatur Epiſcopus exequi quæ ſtatuuntur in iure Canonico, quandò executioni ſunt demandata; poteſt tamen mutare aliquam circumſtantiam concernentem executionem; quandò ità exigit prudentia, & proindè exequi in vno tempore quod eſſet in alio exequendum. Quod præſertim habet locum, quandò talis mutatio circumſtantię eſt conformis iuri Canonico, vt in hac ſpecie de tranſlatione Ieiunij in alium diem ex rationabili cauſa. Hoc enim præſtat ipſum ius.

Atque ex hoc infertur, vt notat etiam Caiet. *in Sum. l. Ieiunium c.*3. *in fin.* Syluius 2.2. *quæſt.*147. *ar.*4. & Trullench. *lib.*3. *in decal. cap.*2. *dub.*5. *n.*19. Quod ſi in aliqua Eccleſia, aut loco alicuius Diœceſis contingat celebrari aliquod feſtum ſolemne, vt Titularis, aut Patroni, & eodem die incidat Ieiunium indictum à iure communi, poterit prò ijs, qui ſunt *illius* loci, vel illius Eccleſiæ transferri Ieiunium in alium diem. Nequè obſtat, quod cauſa non ſit vniuerſalis, ſed ſufficit, quod habeat locum in ijs, prò quibus fit immutatio. Ità Franciæ pluribus in locis, in quibus colitur feſtum S. Quintini, quod accidit in Vigilia omnium Sanctorum, transfertur Ieiunium in antecedentem diem Vigilæ. Meſſanæ in feſto S. Chriſtinæ, quod ſemper contingit in Vigilia S. Iacobi Apoſtoli, comeduntur carnes, dummodò non accidat feria 6. & Sabbato. Et Sac. Rit. Congregatio in vna *Cremonenſi Oppidi Catrauagij* 9. Iunij 1668. tranſtulit Vigiliam S. Laurentij in diem antecedentem, in qua contingit Vigilia SS. Martyrum Firmi, & Ruſtici Tutelarium dicti Oppidi, vbi magno totius Prouinciæ concurſu veneratur. Idem fuit conceſſum die 24. Septemb. 1638. & 26. Maij 1659. vt refert Lentuſca in ſuo Theatro.

An Epiſcopus poſſit totam Communitatem ab abſtinentia carnium ſoluere in Quatrageſimali Ieiunio ob caritatem, vel penuriam piſcium? Vbi quibus in caſibus diſpenſare poſſit, & quo pacto? tom.4. Conſult.221.

NOn poſſe: Niſi exiſtente iuſta, graui, & communi cauſa. Rationes pręcipuè duæ ſunt: Altera quia diſpenſatio in lege Superioris eſt nulla, non exiſtente cauſa. Ieiunium quippè Quadrageſimale eſt de iure Diuino, vt aliqui ſentiunt, ſiuè de iure Canonico, vt docent communiter Doctores; Cauſa autem aſſignata non poteſt eſſe iuſta quoad omnes: quia in Ciuitate plures ſunt diuites, & quamplures alij, licet pauperes, ſunt tamen aſſueti cibis Quadrageſimalibus, Altera, quia diſpenſatio Ieiunij Quadrageſimalis non ſpectat ad

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopum ex iure ſpeciali, ſed ex conſuetudine, quæ fuit inducta quoad ſingulares perſonas, ob periculum in mora, atque adeò non ſe extendit ad diſpenſandum cum tota Communitate.

Solum igitur poſſent Epiſcopi diſpenſare tempore peſtis, vel ingentis famis, & itàut non poſſit fieri recurſus ad Sum. Pontificem: Nam quandò recurſus requirit aliquot dies, damnum ex recurſu eſſet notabile, nec poſſet repreſentari ſtatus cauſæ, in qua deberet fundari diſpenſatio, & ideò cenſetur Epiſcopo conceſſa facultas in his caſibus diſpenſandi, tanquam ea, quæ non poteſt prudenter executioni demandari à Pontifice, tamen ſi, nè tempore quidem peſtis hoc admittat Marchin. *de peſt. p.6. cap.2. n.6.* Nazar. *tom.2. opuſc.7. caſu.1.* Dian. *p.10. tract.14. reſol.3.* At fuiſſe ab Epiſcopis eo tempore diſpenſatum teſtes ſunt acta Panormitana penes Homob. *vol.1. conſil. p.2. reſponſ.57.* tenetque Palac. *in 4. dec.15. diſp.8. par.4. concluſ.5.* aſſerens anno, quo ſcribebat, quod Luſitanis diſpenſatum ab Epiſcopis, vt ederent carnes in Quatrageſima. Hinc à Sede Apoſtolica diſpenſationes huiuſmodi fuerunt aliquandò conceſſæ, aliquandò denegatæ, iuxtà qualitatem locorum, & perſonarum, adhibito conſilio Theologorum, ac Medicorum.

Non obſtant Doctores contrarij: quia ſunt intelligendi de diſpenſatione quoad ſingulares perſonas, non autem quoad totam Communitatem.

An Armeni degentes in Diœceſi Latina poſſint ieiunare iuxtà ritum Armenorum? Vide de Ritibus tom.8. Conſult.80. Sum. n.3.

An liceat Catholicis inter hæreticos, vbi opera ſua alias locare nequeunt, niſi ſe obligent ad exercitium operum ſeruilium diebus feſtis, & eſum carnium diebus prohibitis ab Eccleſia, propter paupertatem ſe ad illud obligare? Vide de Ritibus tom.8. Conſult.102.

DE IMMVNITATE ECCLESIASTICA.

An Poteſtas ſæcularis poſſit ſubditis ſuis indicere, & præcipere obſeruationem alicuius diei feſti, nec non præſcribere modum incedendi in Proceſſionibus, abſque Epiſcopi auctoritate? tom.1. Conſult. 8.

NEgatiuè: Licet enim ſæcularis poteſtas poſſit laicos ſubditos punire feſtos dies non obſeruantes, iuxtà Pij V. Conſtitut. quę incip. *Cum primum Apoſtolatus* §.7. Quod etiam cenſuit Sac. Congr. in *Theatina* 29. Maij 1682. & in *Neapolitana* 22. Iun. 1621. at proindè detur locus præuentioni, cum non ſit inconueniens, quod poteſtas ſæcularis contrà tranſgreſſores legis Eccleſiæ procedat in auxilium Eccleſiæ, vt probat Suar. *de relig. lib.2. cap.12.* Non tamen ex hoc inferri poteſt, vt eidem laicæ poteſtati liceat obſeruationem feſtorum indicere, ac præcipere etiam laicis ſubditis ſine Epiſcopi authoritate, Abb. in *cap.2. de fer.* & poſt eum, atque alios Suar. *d. cap.12.* & alij. Ac declarauit ſua Conſtitutione Innocen.X. *6. Octobris* 1653. quæ incip. *Cum nuper*, relata per Fagnan. *in cap. conqueſtus num.8. de fer.*

Quia feſtorum obſeruatio ad publicum Dei cultum ordinata inter Spiritualia continetur, ſuper quibus poteſtas laica, nec principaliter, nec incidenter diſponere poteſt, etiam in ordine ad laicos, *cap. Benè quidem 96. d. cap. tuam,* & ibi Abb. *n.7. & 9. de ordin. cognit. cap. Lator, & cap. cauſam il* 1. & alibi.

Ac propterea neque ad ſæcularem poteſtatem pertinet concedere licentiam operandi, & contraueniendi diebus feſtis, Angel. *v. dies feſtos*, Syluest. *v. Dominica nu.4.* & decreuit Sac. Congr. Immun. in vna *Caſtren.* 2. Martij 1629. vbi reprobauit tanquam abuſum huiuſmodi ſæcularem prætenſionem. Idem quoque ſtatuit Sacra Congr. Conc. apud Dian *p.4. tract.1. reſol.94.* Megal. *conſ.97. n.2.* & alij. Nam talis diſpenſatio eſt propria ſolius poteſtatis Eccleſiæ, Doctores *in cap. licet de fer.* Batt. *in d. cap. Conqueſtis num.19.*

Atque ex his deducimus, etiam præſcribere modum, & ordinem incedendi in Proceſſionibus, eaſque facere, ac præcipere ad obtinendum à Deo temporale beneficium, vel aliud ſimile, non pertinere ad ſæcularem poteſtatem. Quia tales actiones ſunt meræ ſpirituales, & ideò quoad omnia extrà ſpheram poteſtatis ſæcularis, Io: Vinc. de Anna *ſing.90.* Genue. *in prax. cap.69. num.9.* & alij. Et decreuit Sacra Congregatio Immun. in vna *Mediolanen.* 13. Ianuarij 1634.

An Epiſcopus poſſit viſitare Montem pietatis ſeorſim à laicis, & ab Adminiſtratoribus rationem adminiſtrationis exigere? Vide de Monte Pietatis tom.1. Conſult. 40. & 302. ac tom.9. Conſult.152.

An Epiſcopus poſſit laicis imponere pœnas, eaſque exigere, ac vſibus pijs applicare, eò quod ipſi contrauenerint eius edictis circà annonæ inopiam propoſitis? tom.1. Conſult.42.

AFfirmatiuè: Exploratum eſt in iure, Epiſcopum ingraueſcente annona, vt iam planè caritas, atque inopia timeatur, nè pauperes fame pereant, iuriſdictionem habere, etiam in

laicos *l.c.* & ibi Doctores, Caſtro *c. de Epiſc. aud.* & *c.* 1. vbi Hoſtien. & alij *de emp.* & *vend.* Idque nedum in ſubſidium, cum Magiſtratus ſæcularis opportunè non prouidet, ſed principaliter, & per ſe; Dicitur enim Pater pauperum, & ad eum præcipuè ſpectat prouidere, nè ijs neceſſaria deſint, *d.l.c.* & *C.* & *ſeq. diſt.* 82. ac in plerìſque locis Sac. Conc. Trid. idem ſupponitur, præſertim *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *de reform.* Adeò quod, neceſſitate ſubſiſtente, poteſt diuitem cogere ad erogandum eleemoſynam pauperi exurienti, Gloſ. *v. exurientem cap. ſicut ij diſt.* 47. traditque Bertach. *tract. de Epiſc. lib.* 4. *p.* 4. *quæſt.* 2. Etenim vbi verſatur cauſa pietatis, eius iuriſdictio extenditur etiam ad laicos, Tiraquell. *de priuil. piæ cauſ. priuil.* 149. Pia autem cauſa, licet non merè Eccleſiaſtica ſit, mixti tamen fori eſt; Nam, quod paſſim dicitur, Iudicem Eccleſiaſticum poſſe ius dicere in laicos, ſi Iudex ipſe ſæcularis deficiat, procedit generaliter in omnibus cauſis, etiam merè laicalibus, & alioquin ad forum Eccleſiaſticum nullo iure ſpectantibus, Abb. poſt Innoc. *in cap. ſignificantibus n.* 5. & *ſeq. de offic. deleg.* & *in cap. ex tenore de for. comp.*

Hoc fixo, non videtur dubium, quin pœnæ contrauenientium edictis ea de cauſa per Epiſcopum propoſitis exigi, & vſibus pijs applicari per eundem poſſint, etiam reſpectu laicorum, Aufr. *in tract. de poteſt. Epiſc. ſuper laic. n.* 3. Sarnen. *de viſit. lib.* 1. *cap.* 32. & expreſsè diſponitur per Conc. Trid. *cap.* 2. *ſeſſ.* 25. *de refor.* §. *Sed liceat eis.*

Non tamen negatur, quin Magiſtratus ſæcularis poſſit, ac debeat ipſe quoque pauperum egeſtati conſulere, & laicos contrauenientes ſuis edictis punire. Sed ob id non tollitur, nec in aliquo minuitur authoritas Epiſcopi, quominus & ipſe poſſit, ac debeat in hoc inuigilare, & edictis animaduertere, ità quidem, vt in concurſu pœnæ exigendæ præuentioni locus ſit.

De Clerico Coniugato quoad forum? tom. 1. Conſult. 45.

IN vna *Aſculana* Sac. Cong. Conc. cenſuit, *Clericum in minoribus Ordinibus conſtitutum, qui vnicam, & Virginem Vxorem duxit, ſi Eccleſiæ inſeruiat, & tonſura, ac veſtibus vtatur Clericalibus, vtique gaudere priuilegio fori, & Canonis.*

Sac. Congr. Epiſc. reſpondit, *Clericos Coniugatos gaudere priuilegio fori, & Canonis, qui contraxerunt cum vnica tantum, ac Virgine, & incedunt in habitu, & tonſura.*

Idem pluries cenſuit eiſdem verbis Sac. Congreg. ſuper controuer. iuriſdictional.

In vna *Nuſcana* 9. Decembris 1584. Sac. Congr. Conc. ad 1. reſpondit, *Clericum Coniugatum, qui poſt dimiſſum habitum, & tonſuram Clericalem delinquit, quamuis prò eo delicto in Curia laicali citatus, & in contumaciam condemnatus fuerit, ſi deindè, modò non in fraudem, reaſſumpto habitu, & tonſura, Eccleſiæ inſeruiat, non poſſe à Iudice laico propter idem delictum in carcerem conijci, aut perſonaliter diſtringi, iuxtà decretum Concilij Trid.* cap. 6. ſeſſ. 23.

Et in his terminis loquuntur plures Doctores, præſertim Chriſtophor. de Caſtelliono *conſ.* 5. in eo, qui reaſſumpſerat habitum Clericalem, licet tempore capturæ illum non haberet: Nam depoſitio habitus ad breue tempus non præiudicat priuilegio fori, ſecundum communem, & ex opinione Sac. Congr. Conc. hiſce declarationibus.

In vna *Mediolanen.* cenſuit: *Si habitum Clericalem, quę geſtabat, ad breue tempus depoſuerit, non ideò fori priuilegium amittere: Sacra &c. cenſuit, hunc ità captum cum pugione, & archibugio in habitu ſęculari, ſi ante incedebat in habitu, & tonſura, quamuis tunc in eis non fuerit deprehenſus, gaudere priuilegio fori.*

Et quia vno tantum homicidio ſe immiſcuerat abſq; perſeuerantia, quæ plurimum in hoc attenditur, ex cumulatis per Farinac. *de Inquiſ. q.* 8. *nu.* 1. & notatur *in cap. cum ab homine de iudic.* & alibi.

Verum ex identitate rationum, & declarationum quas alibi adduxi, cum quibus alię cōcordant, etiam in terminis fortioribus, ſcilicet repetitionis à laico, vt in Sac. Congr. Conc. in vna *Murana* 1594. & in *Leodien.* 9. Nouemb. 1630. & à Sac. Congr. ſuper Controu. iuriſdictional. in vna *Montis Marani* 6. Octobris 1626. & in *Parmen.* 28. Iun. 6. Nou. 1628. & 9. Octobris 1629. & eodem anno in vna *Papien.* ac nouiſſimè obſeruatum à laicis in vna *Neapolitana* in perſona D. Franciſci Aquauiuæ, qui non habebat qualitates, & fuit cum effectu reſtitutus. Idem in alijs, ad quod facit egregiè doctrina Ancharani *in cap. ſi Iudex ſub nu.* 5 *de ſent. excom. Quod ſi Clericus ſumptis armis, & dimiſſo habitu, ingreditur bellum, vel aggreſſiones, quoad illos, qui tunc eum percutiunt, perdit priuilegium, ſed non quoad forum, quia captus debet reſtitui Iudici Eccleſiaſtico.*

Ex his, inquam, non auderem de rigore iuris recedere à concluſione firmata in Clerico non coniugato, ſaltem ratione exempli, & nè detur occaſio laicis impugnandi concluſionem quoad Clericos non Coniugatos, non obſtante, quod reſpectu iſtorum fuerit ità obſeruatum cum poteſtate laica.

Prò iuſtitia autem declarationis huiuſmodi faciendæ aduertendum eſt, vt excludatur, quod ex parte carcerati copulatiuè probetur qualitas, ſe cum vnica, & Virgine contraxiſſe, & ſe eſſe in poſſeſſione Clericatus, vt requiritur ex *cap.* 1. *de Cler. coniug. in* 6. firmatque Alex. de Neuo *conſ.* 59. *iuncto conſ.* 60. *n.* 2. cum alijs alleg. per Graſſ. *de effect. Clericatus effect.* 1. *n.* 79. & *ſeqq.*

Ad excluſionē verò priuilegij fori requiritur, quod concludatur probatio reaſſumptionis habitus, & tonſuræ Clericalis, ex alleg.

Ac pariter, quod probetur fuiſſe deprehenſum,

ſeù captum in habitu laicali, & prorſus alieno ab Oidine Clericali, & quod diù ſine habitu, & conſura inceſſerit, ſe immiſcens in ſæuis, & enormibus delictis, ac multò magis ſi aerocioribus: Nam ex huiuſmodi perſeuerantia reputatur ab Eccleſia tacitè dimiſſus, Io: Andr. Butr. & alij *in cap. Perpendimus* cum cumulatis per Farinac. *de Inquiſ. quæſt. 8. num. 51. 55. & 59.*

In quo aduertendum eſt, quod poſt Conc. Trid. non requiritur de neceſſitate, vt precedat huiuſmodi Clericis monitio, Ricc. *in prax. reſol.* 172. *nu.* 2. & declarauit Sac. Congr. Conc. vt ſequitur:

In vna *Licien.* 7. Septembr. 1624. cenſuit, *vt Clerici non habentes qualitates à Concilio requiſitas, fori priuilegium amittant, nullam monitionem requiri. &c.*

Die 16. Nouembr. 1591. Clericum, qui ſine habitu, & tonſura incedit, & ſæuis ſe immiſcuit, priuari ſine monitione priuilegio fori, attenta mente Concilij, quod hoc addit iuri communi.

In vna *Camerinen.* anno 1573. *Fuit dubitatum prò parte Epiſcopi Camerinen. an Clericus delinquens, qui non incedit in habitu, & tonſura, & ſæuis ſe immiſcet, ſit puniendus à Curia Epiſcopali, quæ præuenit? Sacra Congregatio cenſuit, attentis circumſtantijs facti, Epiſcopum prius debere declarare, illum eſſe priuatum priuilegio Clericali, & poſtea eundem relaxare Gubernatori Marchiæ.*

In vna *Cathanen.* 1617. in qua agebatur, *quod N. Clericus, qui, relicto habitu Clericali per multum tempus dixit, & probauit, ſe eſſe laicum, quamuis antea habens beneficium, tonſuram deferret, deindè iterum ſe induens veſtibus laicalibus, poſt motum iudicium coram laico, dixit, ſe eſſe Clericum, qua oppoſitione non obſtante, cum Iudex laicus pronunciauerit, recurſum habuit ad Sacram Congregationem Conc. Sac. Congr. inſpecta Oratoris variatione, cenſuit, ipſum tanquam Clericum non eſſe in præſentia audiendum.*

Vt autem ex proceſſu prò iſta declaratione facienda euitetur occaſio eludendi proceſſum principalem, poterit carceratus retineri benè cuſtoditus in aliquo cubiculo tuto, nec permittatur cum alloqui, niſi Procuratori, Aduocato pauperum, ac ſimilibus.

Atque ità cenſuit Sac. Congr. Immunit. in vna *Romana,* ſiuè *Terracinen.* 17. Septemb. 1632.

De Clerico carcerato etiam quoad forum?
tom. 1. Conſult. 46.

SI Carceratus præuentiuè per Curiam Eccleſiaſticam ſit verè Clericali charactere inſignitus, non debet dicta Curia illum remittere ad forum laicale, etiam ſub prætextu, quod in habitu Clericali non incederet, ſeù quod non habeat alias qualitates à Conc. Trid. requiſitas *cap. 6. ſeſſ. 23. de refor.* vt in puncto cenſuit Sacra Congregatio Conc. in vna *Baren.* 6. Septembr. 1607. *Si Orator ante delictum conſueuerat Eccleſiæ inſeruire, etiam ſi interruptè, & abſque mandato Epiſcopi, debere gaudere fori priuilegio, & multò magis ſi Epiſcopus præuenerit, cum etiam quoad Clericos carentes qualitatibus requiſitis Epiſcopus præuentionem habeat.*

Dubitatum fuit, an decretum Sac. Congr. quo ſancitum eſt, Clericos in minoribus Ordinibus conſtitutos, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, aut Clericalem habitum, & tonſuram deferentes, Eccleſiæ deſeruiant, iuxtà cap. 6. ſeſſ. 23. *Iudicis laici forum declinare non poſſe; Epiſcopo tamen in illos delinquentes, ſi præuenerit, animaduertere licere; Habeat locum etiam, quandò cauſa agitur contrà contumacem prò delictis, quæ non ſunt mixti fori, itàut ceſſante Iudicis laici præuentione, Epiſcopus ſolus procedere poſſit? Sac. Congr. Conc. cenſuit, vtique ex hoc caſu locum ſibi vendicare declarationem alias editam.*

Hoc idem firmauit Sac. Congr. Conc. ſuper controu. iuriſdict. in vna *Vmbriaticen.* 4. & 14. Auguſti 1626. quæ reſolutio effectum fuit ſortita poſt longam controuerſiam laicæ poteſtatis. Et in vna *Ciuitatis Ducalis* 17. Ian. 1628. ac ſæpius in alijs cauſis abſque contradictione.

Ratio autem ſupradictæ concluſionis eſt: quia cum character Clericalis, præſertim quoad præiudicium iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſeù Epiſcopi, dicatur indelebilis, Triden. *can. 4. ſeſſ. 23. de Sacram. Ord.* ideòque inſignitus huiuſmodi charactere, donec non fuerit illius priuilegio denudatus, ſer; ſet. ſiuè ab homine, vt puta per priuationem, per depoſitionem, per degradationem, & per declarationem, ſiuè à lege per bigamiam, & huiuſmodi alia, ſemper remanet ſubiectus eidem iuriſdictioni Eccleſiaſticè. *Garz. de benef. p. 2. cap. 2. n. 16. 17. & ſeqq.*

Et licet in *d. cap. 6.* Conc. dicatur, fori priuilegio non gaudere Clericos non habentes qualitates; id tamen intelligitur, vt illud ab ijs omittentibus dictas qualitates iniunctas, non poſſit allegari. Siquidem dictum decretum emanauit in odium ipſorum Clericorum omittentium ſeruare qualitates requiſitas; Et hinc eſt, quod verba ipſa Conc. ſunt in ſolos Clericos directa, non autem in perſonas Epiſcoporum, de quibus nulla habetur mentio, nè de illorum iure, & iuriſdictione, cui abſque derogatione non cenſetur præiudicatum, nec inducta correctio aliorum decretorum, concedentium Epiſcopis abſolutè, & ſimpliciter facultatem puniendi Clericos abſque alia reſtrictiua, quod habeant qualitates, vt in *cap. 4. ſeſſ. 14. de ref. c. 1. ſeſſ. 22. de refor. cap 20. ſeſſ. 14. verſ. Ad hæc de refor.* Et ità ſæpius declarauit eadem Sacra Congr. Conc. præcipuè verò

In vna *Murana* 21. Ianuar. 1594. Sacra &c. reſpondit, *licet Clerici in minoribus dumtaxat Ordinibus conſtituti, niſi beneficium habeant, aut Clericalem habitum deferentes Eccleſiæ deſeruiant, vel in Seminario, aut aliqua Schola, vel Vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſentur, iuxtà decretum Sac. Conc.* cap. 6. ſeſſ. 23. de refor. *forum Iudicis laici declinare non poſſint; Non tamen propterea Sac. Congr. cenſuit, Epiſcopo obſtare, quominus iure ſuo*

in huiuſmodi Clericos delinquentes, ſi adhuc Clerici permaneant animaduertere poſſit.

In vna *Valentina* 27. Mar. 1627. cenſuit, *ſeruandas eſſe declarationes antiquas, approbando distinctionem, vt non poſſe à Clerico non habente qualitates in decreto Sac. Conc. Trid.* cap. 6. ſeſſ. 23. *allegari priuilegium fori, ſed non impedire, quominus Epiſcopus vtatur iure ſuo.*

Nec aliquam difficultatem faciunt verba illa: *Si adhuc Clerici permaneant*, cum importent, quatenus à iure, vel ab homine non ſint priuilegio denudati, vt cenſuit eadem Sac. Congr. Conc. 8. Nouembris 1630. in vna *Leodien.* ſemel, iterum, ac tertiò diſcuſſa, & à Sanctiſſimo approbata tenoris ſequentis:

Die 12. Nouembris 1630. in Sac. Congr. Conc. facta relatione Sanctiſſimo D. N. in cauſa Leodien. 8. *eiuſdem in Sacra Congregatione Conc. propoſita, & reſoluta, Sanctitas ſua approbauit declarationem factam, vt Clerici, etiam non habentes requiſita* cap. 6. ſeſſ. 23. de refor. *licet ipſi tanquam contrauenientes Ordinationi Sac. Concilij non poſſint per ſeipſos allegare priuilegium fori, nihilominus ſubſint iuriſdictioni Epiſcoporum, & Ordinariorum cognitioni, nedum in cauſis, in quibus ijdem Epiſcopi, ſeù Ordinarij preuenerunt, ſed etiam in quibus non preuenerunt, & illos è manibus Iudicis laici repetant, quandò ijdem Clerici adhuc Clerici permanent, videlicet ſi à iure, vel ab homine per declarationem, ſer. ſer. factam, priuilegijs Clericalibus denudati, ſeù priuati non ſint.*

Die 1. Auguſti 1634. facta denuò relatione Sanctiſſimo D. N. Sanctitas ſua ad remouendam omnem difficultatem denuò iuſſit omninò obſeruari ſupradictam declarationem, vt ſupra firmatam in dicta cauſa Leodienſi.

An ſit præcipienda obſeruatio conſuetudinis perſoluendi procurationem Epiſcopo viſitanti à Communitatibus? Vide de Viſitatione tom. 1. Conſult. 47.

Vtrum inimicum occidens apprehenſum, & ligatum in manibus Curiæ, committat proditorium, ac proindè priuetur Immunitate Eccleſiæ? tom. 1. Conſult. 48.

STatuo: Huiuſmodi Reum non gaudere: Nam proditorius proximi ſui occiſor eſt ille, qui eum incautum nihil ſibi præcauentem per inſidias, & induſtriam occidit, *l. propter inſidias C. qui accuſ. non poſ. l. fin. C. de delat. lib. 10. l. 4. ff. ad l. Iul. maieſt. cap. 1. de homic. cap. Clericus 46. cap. ſi cupis 16. q. 1.* & docet ex communi Gomez. *3. variar. cap. 3. de homic. n. 5.* Farinac. *de carcer. quæſt. 18. n. 23. & quæſt. 18. nu. 76. & in appen. de immun. cap. 9. nu. 135.* Suar. *lib. 3. de Relig. tom. 1. cap 11. n. 12.* alijque paſſim. At inimicus comprehenſus, & ligatus in manibus Curiæ eſt repoſitus ſub fide publica, ac proindè tutus, atque incautus. Igitur ſi occidatur ab inimico, incautè occiditur, cum ab eo non poſſit præcauere. Id confirmo ex eo, quod carceratos ſub fide publica tutos non licet occidere, *l. fin. de cuſtod. reor.* Bartol. *l. 3. §. transfugas ff. de ſicar.* Apprehenſoſque à Curia ſub ſecuritate publica repoſitos non poſſe offendi tradit apertè Seſſe *de inhibit. cap. 8. §. 4. nu. 65.* Portel. ad Molin. *tit. de compet. quæſt. 7.* Giurb. *conſ. 2. n. 8.* Adeò quidem, vt qui carceratos offenderit dicatur committere crimen violationis fidei, includens ſpecialem deformitatem contrà iuſtitiam legalem, quę reſpicit bonum commune, ac fidem publicam, vt ſcitè D. Tho. *2. 2. quæſt. 101. ar. 3. ad 3.* patrarique cenſetur crimen læſæ Maieſtatis, tanquam frangens ſecuritatem à lege elargitam per tex. *in l. 1. ad l. Iul. Maieſt.* vt rectè admiſerunt Put. *de Syndic. v. Adulterium cap. 1. n. 5.* Decian. *tom. 2. lib. 7. cap. 11. num. 10.*

Ex fractione igitur ſecuritatis, & impotentia ſe præcauendi, ac defendendi, qualitas proditorij ſtabilitur; licet inter occiſum, & occiſorem probata extaret capitalis inimicitia, quę etiam per teſtes ſingulares poteſt probari, Graſſet. *de homic. prod. §. 29. n. 299. Verum de hac re vide Conſultationem inferius de eo, qui proximum ſuum veneno necat §. Quicquid autem hoc eod. tract.*

Nihilominus: quia non eſt certum, quod huiuſmodi homicidium ſit proditorium, ideò moneo te, vt ſimilibus caſibus conſulas Sedem Apoſtolicam, an gaudeat immunitate, cuius eſt interpretari, & declarare.

An Molendina Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum ſub obtentu, quod in illis committantur fraudes poſſint viſitari à Magiſtratu ſæculari, eiuſque edictis ſubijci? tom. 1. Conſ. 49.

NEgo. Etenim conſtat, bona Eccleſiaſtica iure tum Diuino, tum humano libera eſſe, immunia, & exempta à foro, ſubiectione, opere, iuriſdictione, legibus, alijſque quibuſcumque laicis oneribus. Quod adeò certum eſt, vt putidum ſit locos notare. Ità Genuen. *cap. 47. n. 3. 1. Eſdr. 7. pſal. 114. Matth. 17.* Conc. Nicen, *general. in hiſtor.* Conc. Lateran. ſub Alex. VIII. *in cap. non minus.* Item aliud Concil. Lateran. ſub Innoc. III. *in cap nimis, & in cap. aduerſus de Immun. Eccleſ.* & alibi paſſim, Ruffin. *lib. 1. hiſtor. Eccleſ. cap. 2.* Sozomen. *lib. 1. hiſtor. cap. 16.* Gloſ. *in cap. Imperator, & in cap. Quanquam*, Hoſtien. *in cap. 2. de maior. & obed.* Archid. *in eodem cap. Quanquam*, & alij.

Quare Immunitatem Eccleſiaſticam eſſe naturalis iuris, quod gentium dicunt, & euidenti, ac neceſſaria conſequentia deduci ex ijs, quæ naturali lumine primò, & per ſe cognoſcuntur, nimirum: *Colendus eſt ſuper omnia Deus*, etiam, atque etiam aſſero.

Quæ quidem exemptio realis ſuffragatur etiam Colonis, ac conductoribus eorundem bonorum in ijs omnibus, quæ ſpectant ad dominium, poſſeſſionem, culturam, vſum, atque ſeruitu-

Digitized by Google

nitutem, Snrd. *conſ.*301. *per tot.* præſettim à *n.*69. & Menoch. *conſ.*101. Rota in *Corrizien. gabella* coram Iuſto 29. Nouembris 1602. & 17. Maij 1603. ac ſæpiſſimè deciſum à Sacra Congregatione Immun. nominatim in cauſa *Vercellen.* per biennium diſcuſſa ſuper onere Colonis, & conductotibus impoſito ob negotiationem, atque ità etiam Greg. XIV. determinauit edicto Gubernatoris Mediolanenſis non ſerendi orizam ad conſeruandam aeris ſalubritatem, non ligari Colonos, & conductores, ſiuè Affictuarios prædiorum Eccleſiaſticorum, ſed Archiepiſcopum debere hoc ipſum præcipere, quatenus bono publico expedire iudicauerit. Quinimmò eadem exemptio extenditur etiam ad illos, qui habent in emphiteuſim bona Eccleſiaſtica, licet in illis Eccleſia non habeat, niſi directum dominium, vt firmauit Rota in deciſione illa Magiſtrali *Romana* domus de Scappuceis 19. Ianuar. 1611. coram Coccino, quam alibi pluries ſectata eſt Sperel. *deciſ.* 121. & Sac. Congr. Immun. præſettim in *Imolen.* 27. Maij 1654.

Et hanc planè theoricam, atque praxim ſemper eſt ſequuta Sac. Congr. Immunitatis in re, de qua agimus, ſicque reſponſitauit, præcipuè in vna *Firmana* 2. Iul. 1630. *Molendinum Menſa Archiepiſcopalis non comprehendi ſub prohibitione per Communitatem facta, ideòque Archiepiſcopus vtatur iure ſuo, & remedijs Sacrorum Can. Item & in alia* Firmana 19. *Nouemb.* 1630. *cenſuit, Communitate Montis Georgij teneri facere declarationem, quod prohibitio emanata eundi ad alia Molendina, quam ad Molendina ipſius Communitatis, non comprehendit Molendina Archiepiſcopi, Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, quamuis extrà territorium eiuſdem loci exiſtentia. Ipſaque Communitate renuente, procedi poſſe remedijs Sacrorum Can. ſeruata tamen eidem Communitati facultate probandi ſer. ſer. allegatam quaſi poſſeſſionem immemorabilem, ſuper cuius relevantia erit poſtea diſcutiendum in hac Sacra Congregatione.*

Idem cenſuit in *Æſina* 8. Aprilis 1631. Scilicet: *Standum eſſe in decretis, nempè ſub decreto Gubernatoris comprehendi non potuiſſe Molendina Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, non ſuffragari concordiam à Sede Apoſtolica confirmatam, cum ſit inita inter merè laicos. Ideòque Gubernatorem teneri facere declarationem, & coſulere propriæ conſcientiæ.*

Et in vna *Caphalunen.* 11. Auguſti 1631 decreuit, *Epiſcopo, qui procedat ſer. ſer. ad cenſuras contrà Marchionem, & alios impedientes oliuas macinare in Molendinis ipſorum Eccleſiaſticorum.*

Idipſum in vna *Maceraten.* 17. Septembris 1632. iniunxit. *Epiſcopo, vt tueatur Immunitatem Collegio Societ. Ieſu competentem reſpectu Molendini exiſtentis in territorio Maceratæ.*

At in vna *Vgentina* 15. Febr. 1633. *cenſuit: Epiſcopos non poſſe cogi ire ad certum Molendinum iuxtà edictum Baronis, vel Communitatis, illoſque Epiſcopum tueri remedijs Sacrorum Can. eiſdemque Eccleſiaſticis ſeruandam eſſe ſolitam franchigiam.*

Et in vna *Polignanen.* 21. Martij 1634. cenſuit, *edictum publicatum à Gubernatore dictæ Ciuitatis prohibens Molendinarijs olei facere eleemoſynam, eſſe omninò reuocandum, & quatenus reuocari renuant, vtendum remedijs Sacrorum Can.*

Quod etiam reſpondit in vna *Baren.* 11. Septembris 1634. Scilicet: *Edictum Vniuerſitatis Terræ Medugni prohibens macinare frumentum, niſi in certis Molendinis. eſſe contrà libertatem, & Immunitatem Eccleſiaſticam, ideò Archiepiſcopus cenſet reuocari.*

Similiter in vna *Laquedonen.* 23. Decembris 1636. *Remiſit Epiſcopo Cardinali S. Sixti, vt facta declaratione in edicto, & inſtrumentis, non comprehendi Eccleſiaſticas perſonas, nec eorum Molendina, nec non refectis Molendinis deſtructis, ne alijs de iure reficiendis, Oratores abſoluantur.*

Rurſus in vna *Maceraten.* 19. Ianuar. 1638. cenſuit: *Sub prohibitione ſoluendi gabellam della Peſa, non comprehendi Molendina Eccleſiaſticorum, nec molentes in Molendinis.*

Iterum in *Baren.* 27. April. 1638. declarauit, & 20. 1650. in vna *Licien.* cenſuit, *Perſonis Eccleſiaſticis eſſe permiſſum retinere Molendina vulgò nuncupata Cento Mole in proprijs domibus pro eorum vſu, & familia, ideòque iniungendum Epiſcopo, vt Immunitatem Eccleſiaſticam tueatur.*

Et in vna *Illicen.* 30. Septembris 1636. reſpondit, Epiſcopo, *Molendina Menſæ Epiſcopalis non comprehendi, nec poſſe comprehendi in bandimentis. & edictis laicorum, & propterea cogendos eoſdem remedijs Sacrorum Can. ad hoc declarandum, nè libertas Eccleſiaſtica impediatur.*

Explicatius in vna *Auximana* 23. Iul. 1647. decreuit, *vtraque parte informante, appaltatoribus non licere perquiſitionem facere in Molendinis, & alijs in bonis, ſeù locis Commendæ S. Philippi Religionis Hieroſolymitanæ, niſi mediante miniſterio Curiæ Eccleſiaſticæ, cui dentur litteræ prò huiuſmodi perquiſitione.*

Pariter 13. Auguſt. eiuſdem anni in vna *Viterbien.* cum Commiſſarius Sęcularis Vetrallę prętenderet propria authoritate ingredi in Molendina Eccleſiaſtica, ad effectum reuidendi menſuras, reſcripſit: *hoc non eſſe permiſſum in Molendinis Eccleſiaſticorum, etiam ſi Molendinarij ſint laici, ſed inſpectionem, cognitionem, ac punitionem delinquentium circà menſuram ſpectare ad Eccleſiaſticum.*

Idem luculenter 12. Ianuar. 1645. in vna *Veliterna* cenſuit, nimirum: *Menſuras vulgò nuncupatas* le Scodelle *ablatas à Molendinis Eccleſiaſticorum de ordine Gubernatoris dictæ Ciuitatis eſſe reſtituendas Curiæ Epiſcopali, & eandem Curiam eſſe audiendam ſuper cognitione fraudum, vt prætenditur, in dictis Molendinis commiſſarum.*

Atque ex his manifeſtiſſimè liquet perpetua mens Sacræ Congregationis, ac reſponſio ad rationes ſęcularium, et adhuc ſi probaretur immemorabilis ex aduerſo, nullius eſſet releuantię con-

contrà Immunitatem Eccleſiaſticam ſine fama priuilegij Apoſtolici, & abſque licentia, et patientia Eccleſiaſticorum.

1 *An Eccleſiaſtici, tam ſæculares, quam Regulares, Abbates, Epiſcopi, Cardinales, & Camera Apoſtolica, & conſequenter alij priuilegiati, ſuppoſita præciſa neceſſitate, contribuere debeant laboreriis, excauationibus, & operibus circà flumina, alioſque aquæductus prò conſeruatione bonorum, etiam Eccleſiarum, necnon prò percipiendis redditibus ex eiſdem bonis? Et quatenus debeant:*

2 *An hoc ſit exequendum, mediante ordine per literas, & temporaneo prò vnica vice, an potius mediante Indulto perpetuo omnium ſupradictorum comprehenſiuo?* tom. 1. Conſult. 50. & tom. 9. Conſult. 53.

AD 1. Diſtinguas. Aut Eccleſiaſtici ſentiunt commodum in communi, & à remotis, videlicet quandò contributio imponitur prò refectione, ſeù reparatione viarum, murorum Ciuitatis, & ſimilium, et hoc caſu Eccleſiaſtici non tenentur, niſi in ſubſidium, ſi facultates laicorum non ſuppetant, & concurrant alia requiſita in *cap. Non minus de Immun. Eccl. & in cap. Aduerſus*; Quia huiuſmodi commodum vniuerſale non tangit illos principaliter, et quia laici debent ſubire onera Reipublicæ laicalis, Eccleſiaſtici verò Reipublicæ ſpiritualis, orationibus, ieiuniis, etc. prò auertenda à nobis ira Dei, vt in Moyſe, et Ioſuè ponderat Card. Alban. *de Immun. Eccleſ. num.* 87. *& ſeqq.* Abb. *in d. cap. Non minus num.* 5, *&* 20. *& in cap. Aduerſus num.* 4. *& in conſ.* 3. *num.* 2. *lib.* 1. et alii paſſim, et firmauit Rot. *in deciſ. Brunduſina* 13. Febr. 1604. coram Pegna; necnon Sac. Congregat. Immunit. ſæpiùs, et præſertim in *Ianuenſi* 1630. in *Placentina*, et in aliis infrà allegandis.

Aut verò Eccleſiaſtici ſentiunt commodum priuatum, et particulare ratione bonorum ſuorum ex cauſa reparationis, excauationis, bonificationis, expurgationis, etc. et hoc caſu dicitur adeſſe iuſta cauſa, ob quam Eccleſiæ, et Eccleſiaſtici de conſenſu Sedis Apoſtolicæ contribuere debeant proportionabiliter prò rata commodi, ſeù vtilitatis, quam recipiunt, vt benè idem Abb. *d. cap. Non minus num.* 20. Anna §. *Quandò*, firmarque Purpurat. *conſ.* 50. *num.* 4. *lib.* 1. Natta *conſ.* 301. *num.* 4. *lib.* 2. et alii paſſim. Cuius concluſionis potiſſima ratio eſt, quod huiuſmodi onera prò conſeruatione, ac melioratione bonorum, fructuumque perceptione deſeruiunt prò vtilitate eorundemmet bonorum, et quia videntur ineſſe à natura ipſiſmet bonis, quæ in Eccleſiaſticos cum iſtis oneribus tranſierunt. *cap.* 1. *vbi Gloſ. v. Senioribus de cenſibus*, Sum. Angel. *v. Immunitas num.* 36. et ità videtur fuiſſe de mente Rotæ in *d. Brunduſina* coram Pegna *in Corrigien.* coram Iuſto, et in aliis frequenter.

Et ità ſæpè cenſuit Sac. Cong. Immun. præſertim in vna *Anconitana* 16. Iul. 1627. Cuius Superioris authoritate Eccleſiaſtici ſibi ipſis Collectam imponant iuxtà taxam bonorum, pecuniæque indè exactæ de ordine eiuſdem Superioris Eccleſiaſticis conſignentur Miniſtris deputatis ad huiuſmodi laboreria, excauationes, et opera perficienda, vt in vna *Lucenſi* ſequentis tenoris:

Epiſcopo. *Atteſa la relatione di V. S. con la ſua de' 10. di Luglio proſſimo paſſato è condeſceſa la Santità di N. S. doppo hauer ſentito il parer di queſta Sagra Congregatione, che V. S. col mezo de' Miniſtri della ſua Curia Veſcouale facci contribuire gl'Eccleſiaſtici, tanto ſecolari, quanto Regolari alla ſpeſa da farſi nell' auuenire nella reparatione del Fiume Serchio, e ciò per la rata del commodo, & vtile particolare, e priuato, che ciaſcheduno di eſſi Eccleſiaſtici ne riceuerà, qual rata ſi douerà da V. S., ſentite, che hauerà le parti, dichiararſi; Auuertendo in oltre, che ella ò per ſe ſteſſa, ò con deputare perſona Eccleſiaſtica idonea, & habile, che aſſiſti con gl'altri deputati alle diſcuſſioni, e terminationi circa il modo, e qualità di detta reparatione, acciòche ſegua con la douuta circoſpettione, prudenza, & vtilità, e la preſente facoltà douerà durare per vn'anno auuenire &c. Roma* 4. *Agoſto* 1654.

Ad 2. Crederem reſpectu Epiſcoporum, Abbatum, & Cleri ſæcularis, & Regularis ſufficere poſſe Breue ad inſtar illius Clementis VIII. pro Ciuitate Ferrariæ, cum illos comprehendat, & loquatur de laborerijs, & operibus, & munimentis quibuſcumque Agerum, Fluminis, Padi, & aquarum ductorum publicorum. Hoc modo excluditur innouatio, & occaſio Eccleſiaſticis, præſertim Regularibus conquerendi de violatione ſuorum priuilegiorum ex cauſa oneroſa; Vbi autem Breue extat, poſſunt ſcribi literæ excitatoriæ prò illius executione.

Eminentiſſimi verò Cardinales non videntur comprehenſi, & hæc ſententia tanquam æquior & fauorabilior Dignitati Cardinalitiæ videtur amplectenda. Hanc tenuit Anchar. *conſ.* 297. Roman. *conſ.* 298. Felin. *in cap. cum in iure ſub num.* 6. *de offic. deleg. cum ſeq.* Quorum opinioni potiſſimum adſtipulatur *reg. vlt. Cancel.* Sanctiſſimi Domini Noſtri præſertim iuncta obſeruantia ſubſequuta, non ſoluendi vigore dicti Breuis.

Idem ſeruandum arbitror quoad Cameram Apoſtolicam, cuius exemplo omnes facillimè acquieſcerent, cum ratione commodi priuati, et particularis, non reperitur, quod ſit de iure magis priuilegiata, quam Eccleſia, Tiraquell. *de priuil. piæ cauſ. priuil.* 143. Cardin. Alban. *d. diſp. n.* 8. *cum ſeq.* Et ità obſeruari mandauit Sac. Congregat. Immun. in *Ferrarien. contributionis* 1631. prò flumine Padi.

An

Digitized by Google

An Clericus inſeruiens Epiſcopo debeat priuari immunitate eidem competente, vti Clerico prò victualibus, eò quia alitur expenſis ipſius Epiſcopi, qui habet Immunitatem prò omnibus de ſua familia?
tom. 1. Conſul. 51.

NEgatiuè: Nam huiuſmodi immunitas eidem Clerico competit ratione Ordinis Clericalis, tam de iure communi, Abb. *in cap. non minus in fin. de Immunit. Eccleſ.* & ex Auth. *Item nulla Communitas*, quam ex particulari conuentione in Regno Neapolitano per Honorium Papam IV. deſuper inita.

Et licet dum inſeruit Epiſcopo, alatur expenſis Epiſcopi, non tamen ex huiuſmodi ſeruitio videtur priuandus Immunitate eidem competente ratione Ordinis Clericalis, cum Immunitas Epiſcopi ſit diuerſa ab Immunitate ipſius Clerici, nec ex vſu Immunitatis per Epiſcopum prò ſuis familiaribus debet reſultare priuatio Immunitatis Clerici inſeruientis, eique competentis titulo, ſeù iure prorſus diuerſo à titulo familiaritatis Epiſcopi: nam in vna eademque perſona Clerici poteſt concurrere duplex ius, ac duplex portio, ſcilicet ratione familiaritatis, & ratione Clericatus, vt benè per *cap. alleg. poſt princ.* Io: Andr. *& in cap. Cum olim num. 8. in fin. verſ. item cauſa diuerſa vſq; ad fin. de ſent. & re iudic.* Vbi, qui gerit duplicem perſonam, vt in caſu noſtro, familiaris, & Clerici, non habet repugnantiam iuris, quin habere debeat duplices portiones, etiam ſi habeat vnum tantum Caput. Hoc idem firmat Anchar. *ibidem ſub num. 1.* Azor. *inſtit. moral. lib. 7. de quarto præcepto cap. 7.* qui omnes loquuntur etiam de diſtributionibus quotidianis, quæ reputantur victualia, *cap. de cætero*, ibi: *Victualia de Clericis non reſidentibus*. Et in puncto de iſta Immunitate in vna *Neritonen.* 3. Matt. 1628. alias cenſuit Sac. Cong. Immun.

Ceſſat quidem omnis difficultas contraria: quia à pluribus cauſis lucratiuis, ſeù ex diuerſo iure dantur alimenta multiplicabilia, cum poſſit idem, quod datur prò alimentis, in alium vſum conuerti per alimentandum, vt ex communi, & veriori opinione poſt Simon. de Pret. & alios latè firmat Surd. *tit. 9. q. 4. n. 3. & 11.*

Et ex his puto, Clericum Epiſcopo inſeruientem non debere priuari Immunitate, ipſi, vti Clerico competente. Quod etiam cenſuit iterum, ac tertiò Sac. Congr. Immun. in vna *Laquedonenſi* 17. Septemb. 1630.

An Officiales, siuè familiares, ac Miniſtri Epiſcoporum gaudeant priuilegio fori? tom. 1. Conſult. 82. Item vide Conſult. 95. & 467. & tom. 2. Conſult. 51. & tom. 9. Conſult. 1. eiuſdem tract.

OMninò tenendum eſt, familiares, ſiuè Officiales, ac Miniſtros Epiſcoporum gaudere fori priuilegio, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus. Probatur *ex cap. de offic. Archid.* & ex Conc. Tolet. III. *in cap. Eccleſiarum ſeruos 12. quæſt. 2.* Siquidem priuilegium Capitis extendi debet ad acceſſoria, *cap. Quantis de priuil. cap. Licèt eodem*, & Auth. *Habita C. de fil. prò patr.* Priuilegiumque Domini extendi debet ad ſeruos, Albetic. *in l. 1. C. de Epiſc. & Cler. n. 4.* Menoch. *de arbitr. caſ. 36. n. 10.* Immo familiares comprehenduntur in priuilegio Dominorum, Oltrad. *conſ. 293.* prout de familiaribus Cardinalium aſſeruit *conſ. 211* ac reſoluit Rota in *Genuen. dec. 130.* et dixit Carauit. *rit 46. n. 27.* Bart. *conſ. 37.* et Theſaur. *deciſ. 22.* Vndè exempta ab aliquo foro perſona, cenſetur etiam exempta eius familia, *c. 1. de priuil. in 6. l. non aliter ff. de iudic. & l. 2. C. de Epiſc. & Cler.* maximè quandò vſus familiarium Dominis incommodior redderetur, Oltrad. *d. conſ. 293. n. 5.* Bart. *in tract. de repreſal. p. 7. quæſt. 6. nu. 8.* eorumque priuilegium inutile remaneret, Rebuff. *de priuil. Scholar. quæſt. 165 n. 1.*

Et prò hac ſententia extat deciſio Congr. Epiſc. quam probauit Paulus V. vt patet ex literis, quas Card. Gallus, tunc temporis dictæ Congregationis Præfectus ſcripſit, tam Epiſcopo Lipari die 16. April. ac 2. Martij 1611. quam Cardinali ab Auria, tunc Proregi Siciliæ eadem die 2. Mar. aduerſus reſcripta Regia, quæ mandauerant negatiuam ſeruari, quarum meminit Diana *p. 4. tract. 1. reſol. 30. & p. 5. tract. 1. reſol. 1.* illas referens. Cumque iterum emanaiſſent ſimilia reſcripta Regia in exequutionem literarum, quæ ſcriptæ fuerunt ex Hiſpania diebus 14. Iunij 1635. et 16. Septembris 1636. Sac. Congr. facto verbo cum fel. rec. Vrb. VIII. ſcripſit omnibus Epiſcopis Regni Siciliæ, nè illa, vti contraria Sacris Can. Concilijs, & immemorabili conſuetudini inuiolabiliter obſeruatæ, vllatenus ſinerent executioni demandari, ſicut teſtatur idem Diana *p. 6. tract. 1. reſol. 6.* referendo tenorem Epiſtolæ ſcriptæ deſuper Cardinali de Torres die 7. Septembr. 1638. addens, huiuſmodi prætentionem longè antea excitatam, anno 1640. ſtatim ſopitam fuiſſe Proregis contrario reſcripto, quod ibidem recenſet.

Etenim 67. Doctores ſolerti labore ab eodem Diana cogeſti *d. par. 6. tr. 2. reſol. 82.* magis communiter affirmant, famulos Epiſcoporum, etiam laicos, gaudere priuilegio fori Eccleſiaſtici, & quorum numero ſunt plures Hiſpani, nempè Rodericus, Eugna, Narbona, Turreblanca, Villapandus, Ambroſius, Marchia Archiepiſcopus Calaguritanus, Belluca, & alij: quorum ſententiam pluribus rationibus comprobat idem Diana *d. tr. 2. reſol. 3.* necnon etiam pluribus declarationibus Sac. Congreg. cum approbatione duorum Sum. Pont. Pauli V. & Vrbani VIII. *reſol. 4.*

Idque etiam in delictis communibus commiſſis extrà officium, quod gerunt in terminis aſ-

ſerunt

ferunt plures relati ab eodem Dian.*par.3.tr.1. reſol.12.par.4.tr.1.reſol.36.ac par.5.tr.1.d.reſol.1.*Barb.*de off.& poteſt.Epiſc.par.3. alleg.107.nu.11.* Ricc.*in prax. for. Eccleſ. p. 1. reſol.*471. & alij.

Cum itaque conſuetudo, ac Sac. Congreg. Summique Pontifices ità Canones interpretati ſint, vt priuilegium fori ad familiam Epiſcoporum extenditur, etiam in delictis communibus, vtique id tenendum eſt. Pontificis enim proprium eſt Canones declarare. Qua de re *cap. Capellanus de reform.*& Solorzan. *lib.2. cap. 24. num* 40. Nec amplius de hac re dubitare fas eſt.

An Prælati Eccleſiaſtici poſſidentes loca iuriſdictionalia, ſub prætextu, quod ea ſint feuda debeant in ſucceſſione cuiuslibet eorum ſoluere Cameræ laicali quindennium loco Releuij ſufficctum? tom.1.Conſult.83.*Item ſuſius.* to.8.Conſ.38.

RElenium dicitur honorarium, quod nouus Vaſſallus Patrono introitus cauſa largitur, quaſi morte alterius Vaſalli, vel alio aliquo caſu feudum ceciderit, quod iam à nouo ſubleuetur. Veteres introitum appellabant, vt in *l.pen.§.Alumno ff.de leg.* 2. De hoc autem Releuio mentio fit in Conſtitutione Neapolitana *lib.3.tit.25.*Sic in emphyteuſi, cum fundus alienatus eſt, Domino quinquageſima pars pretij erogatur, *l.3.C.de iur.emphit.*

Verum hac in re ſit regula, quod Prælatus Succeſſor in Eccleſia, quæ poſſidet feuda, non teneatur Principi ſoluere Relruium ob mortem ſui prædeceſſoris, ac ſuum nouum ingreſſum: quia dominium feudi ſemper eſt penes Eccleſiam, cuius ipſi Prælati adminiſtratores, ac procuratores ſunt adeò, vt nec quoad alienationem habeant liberam adminiſtrationem, cum ſit eis interdicta, præterquam in modicis; Sicque ceſſante mutatione dominij ſemper hærentis Eccleſiæ, quæ nunquam moritur, ſed ſemper viuit, etſi Prælati varientur, ceſſat quoque obligatio ſoluendi Releuium debitum à nouo Succeſſore. Ità in *cap. 1.§.ſimiliter de capit.Corradi inquiunt Iſernia num.15.& 18.* Afflic.*d num.17.* Balſanan. *num.* 37.& alij multi. Genuen.*in practicab. Eccleſ. quæſt.21. num.1.* dicens communem receptam in Regno Neapolitano, Camil.Medic.*conſ.55. num.* 20. & Andr. de Capan.*de iure Releu.par.4.quæſt.28. ex num. 1.*rectè ponderans cum Afflicto, ſolutionem Releuij originem ducere à conſuetudine laicorum, quæ non ligat Eccleſias.

Hinc ſequitur non poſſe regulariter prætendi, quod Prælati Eccleſiarum poſſidentes feuda, ſoluant quindennia Releuiorum, quæ fuerunt adinuenta, vt Camera Principis ſeruetur indemnis ab illorum conſecutione, quoties feudum deuenit ad manum mortuam, exemplo ſolutionis quindennij introductæ loco exactionis Laudemiorum, cum tales Prælati non ſint obligati ad ipſa Releuia ſoluenda, nec ideò Camera Principis poteſt illa ab eis exigere.

At huiuſmodi regula limitanda eſt. Primò, ſi in ipſa conceſſione, ac inueſtitura fuerit ex pacto conuentum, quod Releuium ſoluatur etiam ab Eccleſia infeudata, prout in præcitato *§.ſimiliter* dixerunt Iſern. *num.15. poſt med.* Afflict.*num.24.* & Balzatan. *num.* 13. *propè fin.* & alij.

Secundò. Si Camera Principis hanc Releuij ſolutionem legitimo tempore præſcripſerit aduerſus Eccleſiam, vt pariter in dicto *§. Similiter*, & probarunt ijdem Iſern.*n.15.* Afflict.*num. 32.cum ſeqq.*& alij.

An Princeps concedens Eccleſiæ ius Nundinarum, cenſeatur etiam concedere cuique immunitatem à quibuſcumque gabellis, datis, vectigalibus, pedagijs, alijſque oneribus in acceſſu, mora, & receſſu? tom.1.Conſul.84.

AFfirmatiuè, ex text.in *l.vn.C. de nund.* ibique Bald.& Aloyſ.de Leo, vterque *num.* 1. Sicard.*num.*3. & ex primarijs Iuriſperitis, cum antiquis, tum recentioribus, Bart.in *l.1.ſub nu. 2.ff.ad S.Iul.Maieſt.*Berrach. *de gabell. memb. 2. par.8.ſub num.19.*& alij.

Hæc autem immunitas à pedagijs, & gabellis intelligitur conceſſa eò ipſo, quod Princeps ius Nundinarum concedit Eccleſiæ, vt poſt alios aſſerit Borell. *de præſtan. Reg. Cathol.cap. 36.num.40.*Chriſtian.*dec.99.num.4.& ſeqq.*

Atque adeò nequit poteſtas laica contrà diſpoſitionem iuris, & Sacrorum Canonum exigere à venientibus, & recedentibus à dictis Nundinis gabellas, datia, & pedagia.

Ceſſat verò omnis difficultas quandò ius fuit liberum donatum Eccleſiæ in remunerationem beneficiorum. Tunc enim donatio eſt irreuocabilis, & Princeps donans, quoad hoc cenſetur à ſe auocaſſe omne ius, & omnem iuriſdictionem, totumque tranſtuliſſe in Eccleſiam, Mandel Alban.*conſ.72.num.10.& pluribus ſeqq.* et *conſ.64.num.81.*Farinac.*conſ.198.*& alij.

Hinc res ſic donatæ efficiuntur Eccleſiæ, ſacræ, & patrimonium Chriſti, ex Innoc.*in cap. Verum ſub num.2.de for. compet.* & alij paſſim. Et ità cenſuit Sac.Congreg. Immun. in vna *Nazarena Nundinarum* Ciuitatis Baruli 2.Mart.1660.

De Iudæis conuerſis ad fidem, quoad pœnam delictorum ante conuerſionem perpetratorum. Vide de Iudæis. tom.1.Conſult.92.

De Eccleſijs, atque Oratorijs publicis, quoad immunitatem. tom. 1. Conſult. 93.

ORatorium priuatum non gaudet immunitate Eccleſiaſtica. Eſt communis, Innoc. in *cap.*

cap.inter dilectos num.2.de donat. Felin. *in cap. de quarta num.9. de præſcript.*& alij: Quia non eſt locus Sacer Deo dicatus; Motiuum enim introducendi Immunitatem fuit reuerentia debita locis Sacris, aut Religioſis, Gloſ. in *capit. inter alia de Immun. Eccleſ.* Abb. *ibidem num.* 4. Couar.*lib.2.var.c.20.num.3.*

Vt Eccleſia, uel Oratorium publicum gaudeat immunitate, ſufficit, quod ſit erectum de licentia Epiſcopi. Nam licet de iure antiquo fuiſſet neceſſaria licentia Summi Pont., hoc ideò ſeruabatur, quia raræ admodum erigebantur Eccleſiæ. At temporis progreſſu erectio, & conſecratio Eccleſiarum non eſt amplius de reſeruatis Summo Pont. Sed ſufficit, quod Epiſcopus loci concedat licentiam, hanc verò eſſe neceſſariam conſtat ex *cap.Nemo de conſecr.* & ex Auth.*de Eccleſ.tit.* §. *Si quis autem, &c.* Sufficit prò huiuſmodi probatione aliqualis probatio, & ſemiplena; Dummodò in ſuo genere ſit certa, Doctores communiter, Pax Iordan. *tom. 1. lucubr. lib.5. tit.9. num.*48. Quia non agitur de alicuius præiudicio, ſed de re maximè fauorabili, etiam per indicia dicit Gloſ.margin. in *cap. Solemnitates.* Ipſa verò erectio, deputatio, benedictio probari poteſt per Teſtes, *d.cap.Solemnitates.* Sufficit vnicua, Gloſ.in *dicto cap.*

Probari etiam poſſunt ex memorijs relictis, ſiuè tanquam teſtificationibus, ſiuè tanquam ſignis.*C.Sane 24. quæſt. 2. leg. 1. & 2.ff. de alb. ſcrib.*

Inſuper, etſi de iure antiquo non liceret offerre Sacrificium, niſi in Eccleſia ab Epiſcopo conſecrata, vt ſtatutum fuit in Conc. Rom. *relato in cap. Nullus de conſecr. d.* 1. Tamen fuit relictum in poteſtate Epiſcopi loci concedere licentiam offerendi extrà Eccleſias conſecratas. Ità ſtatuit Clemens Papa *ep.*3. Hinc regulariter Sacrificium offerri poteſt, non ſolum in Eccleſijs conſecratis, ſed etiam in Eccleſijs, aut Oratorijs tantum benedictis, aut etiam non benedictis, deputatis tantum cultui Diuino, ob quem immunitate gaudent, Doctores communiter.

Immò, vt Eccleſia, vel Oratorium gaudeant immunitate, non oportet, vt in ijs Diuina celebrentur, ſed eò ipſo, quod authoritate Epiſcopi fuerit conſtructum, immunitate gaudet: quia talis locus eſt Religioſus, & Diuinis obſequijs dicatus. Quod autem in ipſo Diuina non celebrentur, eſt per accidens, ſufficitque, quod celebrari poſſit. Eſt communis, quam in primis ſequitur Correa in *relect. de immun.par.2. num.*8.Peregrin. *de immun. cap.4. num.7.*Raphael de Torre *tom.2.in.2.2. quæſt.96. art.3.diſput.7.gradu* 8.& alij.

Vt autem Eccleſia, & Oratoria probari poſſit eſſe Diuino cultui dicata de licentia Epiſcopi, ſufficit, quod conſtet de eius licentia tacita; quia nullo iure reperitur expreſſa.

Non ex eo igitur, quod de erectione, aut deputatione Eccleſiæ, vel Oratorij cum authoritate, ac licentia expreſſa Epiſcopi minimè appareat ex publico Inſtrumento, cenſendum eſt, Eccleſiam, vel Oratorium non gaudere Immunitate, quoniam adhuc ex ſignis Eccleſiam, vel Oratorium erectum fuiſſe authoritate Epiſcopi, ſiuè expreſſa, ſiuè tacita demonſtrari iam poteſt, quod ſatis eſt. Aliud enim eſt ſupponere Eccleſiam, vel Oratorium ſine authoritate Epiſcopi erectum eſſe, vt publicum dici non poſſit, ac proindè nec locus immunis, aliud, quod de conſenſu, de licentia, ſiuè authoritate per publicas ſcripturas non doceatur; Tunc enim ad ſigna concurrunt Doctores, & ex eis publicum, vel priuatum præſumunt. Et quidem publicum erit, ſi Altare lapideum in eo conſtructum ſit: quia tunc authoritate Epiſcopi erectum cenſebitur, Decian. *tr.crim. cap.25.num.19.lib.6.*Farinac.*de immun.cap.17 n.*287.Guazzin.*in defenſ 1.cap.37.num.29* & alij. Vel ſi aditus ipſius ad publicã viam pertin at, & vnicuiq; conceditur ingreſſus, Sanfel.*dec.219. num.4.* Vel ſi ibi publicè celebrentur Miſſę, & quiſque indifferenter admittitur ad illas audiendas, Fagnan.in *cap.vlt.de cenſib.num.4.*Præſertim ſi publicè & in anni ſolemnitatibus in eò celebretur, vt declarauit Sac. Congregat. Epiſcop.in vna *Ianuen.*7.Iunij 16‿5. Vel ſi habeat Campanile cum Campana, quæ publicè pulſatur prò conuocatione populi. *Cap.Patentibus de priuil.* Sanfelic. *loco citato num.*3. Vel ſi habeat ſpeciale nomen alicuius Sancti, & in eius die celebretur ſolemne feſtum, Remig de Gonn. *reg. 1. num.* 5. Vel ſi in eo fiant publicę proceſſiones. *Cap. certum eſt de conſecrat. d.*1. Vel ſi viſitatum appareat ab Epiſcopo, Fagnan. in dicto *cap.vlt.num.2.de cenſib.*Vel ſi habet dotem, aut redditus temporales, Abb.in *cap.fin. de cenſib.nu.3.* Quod confirmat Decian. *cap.25. num.*19.ibi: *Si nulla foret ei dos conſtituta, licet hoc non vti neceſſarium obſeruetur*, loquens de Oratorio ad diſcernendum publicum à priuato; Vndè Sac.Congreg.Epiſcop. in vna *Raguſana* 11.Auguſt.1597. & in vna *Siracuſana* 1. Iul.16‿2. cenſuit, non eſſe neceſſarium, quod Oratorium publicum ſit dotatum, & multò minus priuatum. Vel ſi habeat certum Capellanum, cuius Capellania conferatur in titulum, Zabarel.*conſ.11.num.6.*Quarè Sac. Cong. Conc:in vna *Terracinen.*28.Iul.1619.& in vna *Policaſtren.*15.Iul.1616.& in vna *Licien.*15.Ianuarij eiuſdem anni cenſuit, non comprehendi in decreto Sac.Conc:Trident: nec in decreto celebrandi in Oratorijs priuatis ſub Paulo V:Capellas, quæ ſunt erectæ in Beneficium, & conferuntur in titulum, quamuis exiſtant intrà palatia laicorum; Et Sac. Congreg.Immunitat: in vna *Neritonen*:17: Ian:1628: cenſuit, Capellam cum beneficio eſſe remouendam à domo priuata, licet dum non eſt remota, gaudeat etiam immunitate. Vel ſi Capellania ſit de Iurepatronatus; Iuſpatronatus enim cadit

ſolum in publicis Oratorijs, Viuian: *de Iure-patronat.par.1.lib:3.cap:2: num:*38: Vel ſi ibi ſit ſepultura, vel Cœmeterium, vel adminiſtretur baptiſmus, vel recipiat decimas, vel ſit immune à ſolutione collectarum, Abb. Maſcard. Quama, Ricc.&c. Vel ſi habeat Cymbalum, & publicè pulſetur: Quia priuatis Oratorijs publica Cymbali pulſatio non conceditur, *cap. Patentibus de priuil.* ibi Butr.*num.*1.

Si igitur vnum, vel alterum, plura, vel maior pars, vel omnia ex ſignis adductis concurrent, & tolerata fuerit ab Epiſcopo, certè huiuſmodi Capella, ſiuè Oratorium gaudet Immunitate, Decian.d.l.6.*pap.*25.*num.*19.Farinac.*loco cit. num.*268.Sangh.*de Matrim.lib.*9.*diſp.*15.*nu.*19. Maſchard.*de prob.concl.*869.*num.*1.& alij.

An conſulentes, vel mandantes delicta excepta in Conſtitut.Gregor. XIV. gaudeant Immunitate? tom.1.Conſult.94.

AFfirmatiuè, exceptis tamen conſulentibus, ac mandantibus crimen Aſſaſſinij hiſce verbis: *Aut Aſſaſſinij Rei*, ſub quorum generalitate comprehenduntur etiam conſulentes, & mandantes: quia dicuntur Rei Aſſaſſinij, Bonac.*de excomm.in parte extrà Bull.Cœn.tom.*3.*diſp.*1 1.*pun.*3.§.9.*num.*6.Farinac.*in append. de immun.cap.*8.*num.*18.& alij, probatque tex.expreſſus *in cap.prò humani de homicid in* 6.§. *Cum igitur*, ibi: *Illi, qui ſic horrenda inhumanitate, deteſtandaque ſæuitia mortem ſitiunt aliorum, vt ipſos faciant per aſſaſſinos occidi, & §.Sacri*, ibi: *Statuimus, vt quicumque &c.quempiam Chriſtianum per præfatos aſſaſſinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit &c.*

Comprobatur: quia, excommunicato faciente aliquid, non cenſetur excommunicatus conſulens, vel mandans, niſi id in excommunicatione exprimatur, vt dicitur in materia de excommunicatione. Item quia mandans, vel conſulens, non dicitur verè facere delictum, ſed fictè, & interpretatiuè, Clar. *quæſt.* 89. Plaz.*lib.*1.*q.*15. *num.*22. Item quia Statutum quod punit committentem delictum, non ſemper habet locum in mandante, ſed diſtinguendum eſt. Aut enim Statutum loquitur in perſonam: ſcilicet, ſi quis occiderit, & non comprehendit mandantem: quia non dicitur verè occidere. Vel loquitur in rem, ſcilicet in ipſum maleficium, vt prò homicidio ſit pœna mortis, & tunc comprehendit mandantem, vt docent Bart., & multi alij, quos refert, & ſequitur Clar. & Plaza *loc.citatis*.

Non obſtat *reg.*72.*de reg.iur.in* 6. *Qui per alium facit per ſeipſum facere videtur*, cum intelligenda ſit impropriè, & per fictionem, quæ in pœnalibus non extenditur; niſi ab ipſa lege talis extenſio ſpecificè fiat: Quarè ij ſolum dicuntur eſſe homicidæ proditores ab illa excepti, qui proximos per ſe ipſos occidunt, ſecus alij participes talis homicidij, ſicut in ſpecie notant Bonac. *tom.* 3. *de cenſur. diſp.* 2. *quæſt.* 3. *pun.* 16. §. 8. *num.* 1. Dian. *par.* 6. *tr.* 1. *reſolut.* 12. *propè fin.* Graſſet. §. 20. *num.* 26.

Atque ità cenſuit Sac. Congreg. Immun. in vna *Rauennaten.*28.Septembr.1666. in qua agebatur de mandante homicidium proditorium, reſoluitque gaudere, ſed præ ſceleris immanitate addidit: Cum Sanctiſſimo prò condemnatione in pœnam extraordinariam ad triremes, etiam ad vitam. Et ex his patet reſponſio ad rationes contrarias.

Item *tom.* 9. *Conſult.* 171. habetur ſequens quæſitum:

An Mandans alicui, vt aliquem proditoriè vulneret, ſi Mandatarius illum occidat, gaudeat ipſe Mandans immunitate?

Affirmatiuè reſpondetur: Quia mandatum non fuit ad occidendum, ſed ad vulnerandum, *cap. prò humani de homic.* Vbi Io: Andr. Baiard ad Clar.*quæſt.*30.*num.*18. Et declarauit Sac. Cong. Epiſcop.in *Mediolanen.*21. Decemb.1613. & S. Cong.Immum.20.Iun.1636. apud *Sperell. par.* 3.*dec.*102.*num.*57.*ac ſeq.*

1 *An familiares Eminentiſſimorum Cardinalium gaudeant priuilegio fori?*
2 *An Iudex trahens hoſce familiares ad Tribunal laicale incurrat cenſuras?*
3 *An ſola Citatio ſit ſufficiens ad talem incurſum?*
4 *An familiares renunciare poſſint huic priuilegio?*
5 *An, qui tempore executę citationis eſt abſens, gaudeat priuilegio familiaritatis?*
6 *An ex capite ignorantię Iudex laicus excuſari queat?* tom.1.Conſult.95.

Item vide eundem to.1.Conſ.82.95.& 467.ac to.2.Conſul.51.& tom.9.Conſul.1.

AD 1. Affirmatiuè, *arg.ex cap. fin.de offic: Archid.* quod tale priuilegium verbis explicitis familiaribus Epiſcopi concedit. Eſt ferè communis, atque eam ſententiam ex antiquioribus tenet Manfred.in *tr. de Cardinal.cap.* 8. *priuil.* 14.Bonacoſ.in *tr.de ſer.quæſt.*7. ex recentioribus Carleual. *de iudic. par* 1. *diſp.*2.2. *num* 509.*in fin.* Tho.Delben.*de Immun.cap.*4. *dub.*15. *num.*26. & alij. Ratio petenda eſt à dignitate Cardinalatus, quæ tantam habet cum ſuis familiaribus connexionem, vt ſine illis vix eluceat, vtque proindè iure, ac meritò excommunicatio inflicta offendentibus Cardinales, extendatur, & comprehendat etiam eos, qui ipſis inſeruiunt, ſi non ex rigore Bullę Cęnæ, ſaltem ex diſpoſitione *cap. Felicis de pœnis in* 6. Dian.*par.*5.*t.*2.*reſol.*83. Delben. *loco cit. par.* 2. *dub.*8.*ſect.*4.*num.*12.*in fin.*

Ad 2. Pariter affirmatiuè, Delben. *de immun. cap.*10.*dub.*13. & talis Iudex incurrit excommunicationem duorum Canonum Bullæ Cœnæ, ſcilicet *Can.*15.& 17. Quatenus enim in *Can.*15. dicitur, quod perſonæ Eccleſiaſticæ ſiuè directè, ſiuè indirectè non trahantur; Quare etiam ſi demus, quod familiares Eccleſiaſti-

corum

Digitized by Google

corum dici nequeant perſonæ Eccleſiaſticæ; cuius tamen contrarium probat Io:Andr. allegatus à Sperello *deciſ*.129. *num*.41. certè cadunt ſub verbo illo indirectè, cum indirectè dicatur perſonam Eccleſiaſticam trahere is, qui eius familiares, & famulos moleſtat, Delbene *cap.6. dub.*1. *num*.1. Quatenus verò in *Can*.17. quod vſurpans iuriſdictionem Eccleſiaſticam, excommunicationem incurrat, clarè d.excommunicatio intrat reſpectu Iudicis trahentis hos familiares ad forum ſuum, Duard. *ad d. Bull. Cœn.lib*.2. *Can*.17.*quaſt*.13.*num*.13.

Ad 3. Similiter affirmatiuè. Verum quatenus etiam in caſu ſimplicis citationis ſuſcipienda eſſet diſpoſitio *cap. ſi diligenti de for. comp. & Can.*15.*Bull.Cœn.* verior, & magis communis opinio eſt, quod per ſolam, & ſimplicem citationem Iudex dicatur trahere perſonam exemptam, & ſic excommunicationem incurrat, Abb.in *cap.ſignificantibus num.*2. *de libel. oblat.* Filiuc.*tract*.16.*cap*.10.*quaſt*.6.*num*.260. Delbene *cap.* 6. *num*.1. *dub*.1. quod repetit, *cap*.7. *dub*.1.*num*.1.

Ad 4. Negatiuè: Aliud eſt enim indultum perſonæ conceſſum contemplatione ipſius perſonæ, quo poteſt vti, & non vti; Aliud indultum conceſſum ratione officij, & contemplatione Eccleſiæ, vt eſt in familiaribus, qui etiam ſponte non poſſunt ſibi præiudicare in præiudicium Dignitatis Cardinalatus, vel Epiſcopalis; Priuilegium itaque fori competens familiaribus non competit illis propter ſeipſos, ſed propter alios, nempè Cardinales, vel Epiſcopos, quibus inſeruiunt, vt tradunt ferè omnes allegati in primo dubio, & ſpeciatim Delben. *cap*.4.*dub*.15.*ſect*.1.*num*.14.& *ſect*. 2.*num*.16.

Ad 5. Etiam affirmatiuè: Clara enim eſt diſpoſitio Leonis X. in ſua Conſtitutione 10. § 5. quod ſcilicet familiares ad hunc effectum gaudent etiam, ſi recreationis cauſa ab Vrbe, & Dominis ſuis ſint abſentes, Bellet. *diſquiſ.Cler. par*.1.*tit.de fauor.Cler.real.*§.3.*num*.26. & Sperell. *deciſ*.128. *num*.39. *tom*.2. Immò Tondut. *de præuent.tom*.1. *cap*.29 *num*.22. & *ſeqq.* dicit ad hunc effectum non requiri, quod quis inſeruiat Eqiſcopo mente, & dente, ſed ſatis eſſe, quod ſeruitium actuale alio modo præſtet.

Ad 6. Ignorantiam excuſare certi iuris eſt ex pluribus, quæ congeſſit Sayr. *de Cenſur. lib*.1. *cap*.18.*per tot.* aliique paſſim, ſiuè ſit ignorantia iuris, ſiuè facti; non tamen ſupina, affectata, aut craſſa; Attamen admiſſa ſcientia præteritæ familiaritatis, Iudex præſumitur ſcire eius controuentionem, Rot.*dec*.584. *num*.2.& *dec*.645.*num*.1.*p*.1.*rec.* Quod ſi huiuſmodi præſumptio admittitur ad effectum reſeruationum, multò magis admitti debet ad effectum gaudendi priuilegio fori, cum non requiratur tam exacta probatio familiaritatis, nec exigatur qualitas continui commenſalis, vt diffuſè probat Barboſ.*de iur. Eccleſ. lib*.1.*cap*.30. *num*.36.

1 *An attentata per Iudices laicos contrà Sac. Cong. Immunitatis decreta, præſertim emanata cum participatione Summi Pont. de iure ſubſiſtant?*

2 *An Rei, qui ad Eccleſiam confugiunt, poſſint ab Eccleſiaſtico Iudice extraordinaria pœna puniri?* tom.1. Conſult.96.

AD 1. Negatiuè, cum ſint reſolutiones factæ à Iudice maioris prærogatiuæ non licet laicis inferioribus factum Superioris redarguere, *cap. cum inferior de maior. & obed.* Præcipuè in materia immunitatis, in qua, tam ex diſpoſitione iuris communis, & Sacrorum Can. præſcripto, quam ex Conſtit Greg.XIV. huiuſmodi quæſtiones Eccleſiaſtico definiuntur iudicio priuatiuè quoad laicalem poteſtatem, Farinac. *in prax.crim.quaſt*.28.*num*.1.*in fin. & in tract. de Immun num*.367.& *ſeqq.* vbi, quod de iure Canonum, & Pandectarum, etiam ante Conſtitutionem Gregorii, nec Reges nec Imperatores ſibi talem cognitionem arrogare præſumebant, Thom.Delben. *de Immun.cap*.16.*dub*.41.*n*.3.

Ad 2. Affirmatiuè, tex.*in cap. inter alias de Immun. Eccleſ.*8. ibi: *Eſt tamen de eo, quod iniquè fecerit legitimè puniendus, & hoc dummodò Eccleſiaſticus Iudex delinquentis, qui ad Altare confugit, ſaluam habeat, & vitam, & membra*, ex traditis in *cap. reum* 17.*qu*.4. Præſertim ſi is, qui ad Eccleſiam confugit ſæcularis Iudicis timeat crudelitatem: Nam ſecundum iura prædicta Eccleſiaſticus Iudex confugientem extrà ordinem iudicabit, tanquam effectum de iuriſdictione ſua, Delben. *d.cap*.16.*dub*.31.*num*.8. Farinac.in *appen.num*.339. & Vitalin. in *Clem*.1. *num*.71. *de pœnit. & remiſ.* prout recenſendo plura pœnarum genera, quæ ab Epiſcopis infligi poſſunt rei ad Eccleſiam confugientibus tradidere exemplificando in pœna pecuniaria, vel perpetuæ ſeruitutis in ſubſidium ergà offenſum. Gloſ. *in d. cap. Reum v. Vel ad montem* Hoſtien. *cap. inter alia num*.1. vbi grauiter expoſtulat, ac reprehedit Prælatos, qui confugientes dimittunt impunes; Et de pœna detruſionis in Monaſterium Farinac. *in alleg. appen. n*.334. Et de pœna exilij, perpetui Carceris, & triremium, etiam in perpetuum firmarunt Gambacurta, Cutellus, & alij relati per Delben. *eod. cap*.16. *dub*.31.*ſub. n*.3 & 4.

Et licet non deſint, qui contrarium ſentiunt quoad pœnam corporalem; attamen ceſſat omnis difficultas, quandò pœna triremium, & huiuſmodi non eſt irrogata vel ab Epiſcopo, vel ab alia poteſtate Eccleſiaſtica inferiori a S.Cong. Immun. vel à Sum. Pont. quem illa repræſentat, in quibus terminis loquuntur, ac procedunt dicta Doctorum, Decian.*tract.crim.lib*.6. *cap*.27.*num*.2.& 3. Non autem quandò eiuſmodi pœnæ ordinatæ ſunt ab eadem S.Congr. vel ab ipſo Sum.Pont. qui nedum in parte, & ſic quoad pœnas antedictas, ſed etiam in totum poteſt Immunitatis relaxare præſidium,

Vu 2 De-

Decian. *lib.6. cap.27. num.3.* Farinac. in *appen. cap.22.num.346.*

Indè fit, vt poſtquam delinquentes fuerunt authoritate Summi Pontificis puniti extraordinaria pœna triremium, non poſſunt iterum puniri per Iudices laicos: Quia ſolum reſpectu pœnæ impoſitæ ceſſauit Immunitas, cui Pontifex potuit derogare. At nullus alius, præſertim Magiſtratus laicus, poteſt aliam nouam pœnam imponere, quia indè violatur Immunitas Eccleſiaſtica, quæ alioquin reo non ſuffragaretur, Farinac. in d. *appen. cap.21. num.340.* Decian. *eod.lib.6.cap.29.num.6.* & alij.

An ſtatuta, ſeù edicta laicorum, in quibus puniuntur damna in agris ab animalibus data, comprehendant etiam Ruſticos, Agricolas, & operarios, & laboratores, retinentes, ac conducentes animalia Eccleſiæ, vel perſonarum Eccleſiaſticarum, dum ipſorum culpa ab illis committitur damnum ſuper bonis eorum? tom.1. Conſult.97. Item vide tom.1. Conſult.168. & multa decreta in tom.3. Conſult.16. nec non tom.4.Conſult.7.& 112. to.6. Conſult.33.& tom.9.Conſult.110.hoc eodem tract. Et quid in ſtatu Eccleſiaſtico to.1.Conſult.168.in fine huius Conſultationis.

RESp. Iudicem laicum quoad perſonas cuſtodum animalium ratione propriæ culpæ, & delicti; non tamen quoad animalia Eccleſiaſticorum, cognoſcere poſſe; Attamen concluſio hæc non ità ſimpliciter procedere videtur, ſed adhibitis nonnullis declarationibus, ac circumſtantijs.

Prima eſt, dummodo ex dolo, & culpa Cuſtodis damnum ab animalibus datum fuerit, *cap. fin.* ibi Gloſ.1.*de iniur. & damn. dat.* Crauett. *conſ.* 353.*num.4. & ſeq.* quæ omnia debent probari, Farinac.*quaſt.21.num.87.*

Secunda. Quod non propterea Cuſtodes, etiam data culpa, & negligentia tenentur reſarcire damnum verſum in vtilitatem animalium Eccleſiaſticorum, quatenus paſti fuerint in laicorum pabulis; Ad hæc enim tenetur Dominus animalium, *leg. Quintus, & leg.ſeq.ff. ad leg. Aquil.&c.* Alciat.*præſumpt.50.num.3.*& alij.

Tertia. Quod dato damno in bonis proprijs ius dicentis, non poteſt ſibi ipſi ſuper prætenſo damno ius dicere, cum ſit contrà tex. in *leg. Qui iuriſdictioni 10.ff.de iuriſd. omn. indic.* Gratian.*diſcept.80.num.5.* Nec per Iudices ab eo deputatos, Bart.in *d. leg. Qui iuriſdictioni,* Rolan, *conſ.16.n.6.lib.2.*

Quarta. Vt prò prætenſo damno dato nunquam deueniri poſſit ad capturam perſonę Cuſtodis, ſed prius aliis remedijs agendum eſt, Gratian. *ibidem,* Surd. *conſ.561.num.27.*

Quinta. Quod neque Eccleſiaſtici tenentur ad ſolutionem pœnæ prò damnis datis caſualibus ab animalibus, tam proprijs, quam communibus, nec illorum Cuſtodes: Quia de iure communi liberatur, reficiendo damnum, iuxtà tex. *in leg.1. in princ. ff ſi quadr. paup. fecif. dic.* vbi Gloſ. *v.Actio.*

Quibus forraſſe rationibus S. Congr. Conc. ſemel, atque iterum declarauit, nec animalia Eccleſiaſticorum, nec eorum Cuſtodes ad pœnas laicorum ſtatuto inductas aliquo pacto teneri, prout in vna *Hoſtunen.*25. Septemb.1609. declarauit hunc in modum:

Statuta laicorum prohibentia moram, vel ingreſſum ſimpliciter, vel ad tempus quibuſcumque animalibus, comprehenſis, quam etiam carceris, vel ſolutionis certa pecunia in Dominos, vel famulos eorum cuſtodia deputatos, nequaquam animalia Clericorum, ipſorumque perſonas, aut famulos comprehendere.

Idem cenſuit in vna *Brundeſina* prò Capitulo, & Clero Terræ Meſaniæ 13 Iul.1616.

Verum hac de re extat Sac.Cong.ſuper contron. iuriſdict.decretum,quod alibi integrum adducimus, in cuius §.vlt ſic habetur.

At quando Coloni, & Miniſtri Eccleſiarum, & Clericorum eum animalibus proprijs bona laicorum damnificant, cognitionem, tam quoad bona, quam quoad perſonas laicorum, & eorum animalia ſpectare ad Iudicem laicum priuatiuè. Sed cum animalibus Eccleſiaſticorum, vel Eccleſiarum quoad perſonas ſpectare ad laicum, quò verò ad animalia, ad Curiam Eccleſiaſticam.

Quod decretum, cum ſit vltimum, eſt attendendum.

De pœna verò, quę appellatur Tripedica in vna *Molfictén.* 4.Decemb. 1657. declarauit, vt ſequitur:

Ricorſe il Veſcouo altre volte à queſta Sagra Congregatione, acciòche dichiaraſſe, che lo Statuto del luogo, che diſpone, che i boui, mentre ſono in atto di coltura, debbiano ſtare nelle poſſeſſioni de' padroni con due legami, ſotto pena chiamata Tripedica di due carlini per boue, non foſſe comprenſiuo de Chierici, e perche hebbe ordine di regolarſi conforme vn decreto generale inuiatoli à queſto effetto, nel quale ſi contenena, che quando gl' animali degl' Eccleſiaſtici foſſero trouati à far danno negli beni de' Secolari, il Giudice laico poteſſe procedere contro i Coloni de' ſudetti Eccleſiaſtici per il pagamento della pena. Ora rappreſenta, che il detto decreto è pregiuditiale, e contrario allo ſtile di tutto il Regno di non aſtringer gl' Eccleſiaſtici al pagamento della pena, mà ſolo del danno, e ſupplica per ordine più preciſo, che la pena di Tripedica non poſſa eſigerſi dagli Eccleſiaſtici, nè da' loro Coloni, e Cuſtodi.

Sac.Congreg. Immun.&c. declarauit, *Statutum non comprehendere, & ſuppoſita conſuetudine, detur decretum in cauſa Caſtren.*

Et *Conſul.*168. *huiuſmet tom.1.* Additur reſolutio Sac. Congr. coram Alexand.VII. eodem annuente, emanata ſub die 12.Febr.1656. tenoris ſequentis:

Pœnas damnorum datorum exigere valeant Communitates Status Eccleſiaſtici, eorumque Conductores ad præſcriptum Bullæ Sixti V. quamuis damna ſint ſtudioſa, reſeruata facultate Iudicibus ordinarijs pro-

procedendi contrà damnum dantes ad alias pœnas, quandò illis locus ſit, iuxtà qualitatem delicti, iuris ordine ſeruato. Cler ci tamen, & perſonæ, ac loca Eccleſiaſtica, eorumque Coloni, & Cuſtodes animalium cum eorundem Eccleſiaſticorum animalibus damnum dantes nullo caſu poſſint ea ratione conueniri coram alio Iudice, etiam Ordinario Eccleſiaſtico quoad damni emendationem, & congruas pœnas ſoluere cogantur, præfatis Communitatibus, vel eorum Conductoribus applicandas.

An filij Sæcularis Clerici Coniugati, gaudeant priuilegio fori, quo gaudet eorum Pater? Et quid de eorum Vxoribus, & Clericis Syluaticis, & Oblatis? tom.1.Cõſult.99. Item tom.9. Conſult. 12.

AFfirmatiuè, tex. *in leg. omnis C. de Epiſc. & Cler.* & Supponunt omnes ſcribentes eo loco, tenetque poſt Imol. Francus *in cap. Clerici §. vlt. num 6. de Cler coniug. in 6.* Bertacchin. *in repet. v. Clericus*, & alij. Quæ veriſſima concluſio indiſtincta per Doctores tradita reſtringi non poteſt ad filios ante Clericatum ſuſceptos. Quod probatur ex *eodem tex. in d. leg. omnis, vbi Gloſ.* vt docent communiter Doctores, Mılanen. *dec. Siciliæ* 10. *num.* 9. *lib* 1. Borell. *in ſum. dec. tit.8. num. 26.* Quæ diſtinctio conſideratur ſolum in Clerico Bigamo. Inſuper quandò agitur de aliquo priuilegio filiorum ex dignitate Patris conſequendo non attenditur, an filij ſint nati ante, vel poſt dignitatem adeptam, per tex. *in l. Senatoris filium* 5. *ff. de Senatoribus*, & alibi.

Concluditur hæc conſultatio reſponſis Sac. Congregationis Immun. licet ad rem non omnia faciant; Cum autem ad inſtantiam Vniuerſitatis Terræ Mormanni ſupplicatum fuiſſet reſponderi ſuper infraſcriptis.

Primò. An Clerici coniugati ſint exempti ab oneribus Fiſcalibus, & ab alijs impoſitionibus Ordinarijs, & extraordinarijs, & an gaudeant alio priuilegio, quam fori, & Canonis?

Secundò. An idem dicendum de Clericijs Syluaticis, vltrà duos inſeruientes Eccleſija Parochialibus?

Tertiò. An Oblati gaudeant exemptione prò bonis donatis, ſi illa poſſideant, & Eccleſiæ non inſeruiant, præſertim ſi habitent extrà Eccleſiam in proprijs domibus cum vxoribus, & filijs?

Quartò. Ad donationes factæ Clericis ſuſtineantur etiam prò tata bonorum eis tangente?

Die 16. Iul.1644. Sac.Congr.controuer.Iuriſdict. reſpondit:

Ad 1. Non eſſe exemptos ab oneribus, & realibus, & mixtis, nec gaudere alio priuilegio, quam fori, & Canonis, niſi concurrente ad fauorem legitima conſuetudine.

Ad 2. Clericos Syluaticos non eſſe exemptos ab oneribus, & impoſitionibus realibus, ſeu mixtis, niſi concurrente legitima conſuetudine, & ſi excedant numerum in decreto Sac. Congregationis anno 1623. edito, præſcriptum, eſſe reducendum.

Ad 3. Oblatos gaudere exemptionibus, & priuilegijs, quatenus in eis concurrant requiſita expreſſa in declaratione Sac. Congregationis Concilij.

Ad 4. Donationes valere, ſi non fiant in fraudem, quæ declaranda eſt ab Epiſcopo.

Ad rem verò ſunt ſequentia:

Filius legitimus Clerici ante Clericatum ſuſceptum, gaudet priuilegio fori, durante vita Patris, die 14.Mart.1631. in *Callienſi* lib.2.decretor. Paulucij fol.99.

Filij Clericorum coniugatorum poſt mortem Patris non gaudent priuilegio fori 18.Nouembris 1652. in *Biſignanen.* lib.5.eiuſdem fol.32.

Filij Presbyterorum Græcorum, mortuo Patre, non gaudent priuilegio fori, ſecluſa conſuetudine 4.Semptemb.1657. in *Ruſſanen.*lib.decret. eiuſdem fol.32.

Filij Clericorum Græcorum viuentes cum matribus viduis, attenta conſuetudine, gaudent priuilegio fori 16. Decemb.1642. in *Biſignanen.* lib.3. decret. Paulucij fol.191.

An filius Diaconi Syluatici gaudeat priuilegio fori? Seruandum eſt decretum de Clericis Syluaticis 28.Mart.1653. in *Vmbrimenſi* lib.5. decret.Paul.fol.12.

Filijs legitimis Clericorum debetur etiam immunitas 23. Iul.1647. in *Ortonenſi* lib.4. decretor. Paul.fol.20.

Filius Cancellarij Menſæ Epiſcopalis non gaudet priuilegio fori 1.Febr.1661. in *Interamnen.* decret.Paul.fol.313.

Filij Colonorum Menſæ Epiſcopalis gaudent priuilegio fori 6. Mart.1635. in *Vrbeuetana* decret.Paul.fol.200.

Filij Colonorum Eccleſiaſticorum non gaudent priuilegio fori 14.Iun.1630. *S. Agathæ Gothorum* lib.2.decret.Paul.fol.45.

Filius Notarij Vicarij Foranei non gaudet priuilegio fori 10.Ian.1639. in *Firmana* lib.3. decret.Paul.fol.83.

De Vxoribus autem hæc habentur.

Monſignor Nuntio di Napoli. al quale è ſtato ſcritto, che aſſiſta al Veſcouo di Mileto, auuiſa, che il detto Veſcouo vien trauagliato da Regij, perche difenda, che le mogli de' Chierici coniugati debbano godere il priuilegio del foro, ſupponendo il quali poſſeſſo loro, il Nuntio dubbioſo propone molte difficoltà di mantenere queſto poſſeſſo, che perciò ſupplica l'EE.VV.à farne dichiaratione, acciòche la giuriſdittione Eccleſiaſtica non perda anche queſto poſſeſſo fondato nella ragione, e nell'oſſeruanza del Regno di Napoli.

Sac.Congr.die 20. *Nouemb.*1640. *declarauit gaudere, durante Matrimonio.*

De iure: quia eſt vna, & eadem caro. Et de conſuetudine, quia vti rationabilis eſt ſeruanda.

Idem declarauerat 17.Iun.1638. in *Neritonen.* & 4.Iun.1630. in *Cathacenſi*, & 22.Septemb.1648. in

in *Barenſi*, & die 11. Ian. 1633. declarauit, vxores Clericorum coniugatorum gaudere priuilegio, quibus gaudent mariti viuentes.

Vxores verò Presbyterorum Græcorum poſt mortem eorundem gaudent priuilegio fori, attenta legitima conſuetudine, eadem S. Congreg. 4. Septemb. 1657. in *Roſſanenſi*. Idem de vxoribus Clericorum Syluaticorum, de quibus ſupra.

An blandis, ſubdoliſque verbis ſuaſus, vt exeat ab Eccleſia, ad quam confugerat, ab illa mox ſpontè exeundo, amittat beneficium Immunitatis Eccleſiæ? tom. 1. Conſult. 100.

DIſtinguas, aut ſuaſus exiit ab Eccleſia blandis verbis ſimpliciter; Aut verbis doloſis, ac fraudulentis continentibus mendacium.

In terminis primi caſus admitto, quod amittat beneficium Immunitatis quia volenti non fit iniuria *l. in diem ff. de acq. plu. arc.* dum ſua facilitate ob blanda verba audita ſeipſum decepit, & induxit ad exeundum: Beneficium enim non conceditur inuito, neque ipſi reo fit iniuria, cum non ſit inuoluntarius, neque Eccleſiæ: quia reuera reus non extrahitur, ſed ipſe egreditur, poteſt enim egredi ſine culpa, etiam Clericis inuitis, Nauar. *in manual. cap. 15. num. 21. citans Hoſtienſem in cap. vlt. de Immun. Eccleſ.*

In terminis verò ſecundi caſus, quandò ſcilicet ſuaſiones admixtæ fuerunt mendaciis, ſuppoſitiſque non veris, quibus quis fando alium decipit, ac contrà, quod dixit, facit, ſicque vtitur dolo, & fraude, ac machinatione, vel factorum technis, dico, illum eſſe reſtituendum, cum deceptus doloſè ex falſo ſuppoſito, habendus ſit prò non conſentiente: Nam ſi ſciuiſſet, rem aliter ſe habere, veriſimiliter non permiſiſſet ſe ad exeundum induci, nec periculo capturæ ſe volens, ac lubens expoſuiſſet. Fraus enim nemini debet patrocinari; immò puniendus eſt, *leg. verum eſt §. tempus autem ff. prò ſocio leg. tranſactionem C. de tranſact.*

An Clerici ſolum ex quadam honeſtate, & quaſi ex conſilio debeant tempore peſtis, ac in huiuſmodi caſibus contribuere, vel teneantur ex neceſſitate, & obligatione conſcientiæ? tom. 1. Conſul. 101. & tom. 4. Conſul. 121. & tom. 5. Conſult. 103.

IN hoc articulo dicendum eſt, Clericos ſingulos, ſeù ſigillatim ſumptos non teneri ad huiuſmodi contributiones, donec per Epiſcopum cum Clero prudens exiſtimatio facta ſit, & decretum in eo caſu interuenire neceſſitatem, vel vtilitatem communem, ad quam Clerus contribuere debet. Hoc probat *cap. non minus*, vbi ſtatuitur, debere procedere Prælati approbationem, antequam teneantur ſinguli Clerici ſoluere contributionem; immò neque poſſunt. Si verò reipſa vera neceſſitas, vel vtilitas communis cum debitis circumſtantijs intercedat, teneri Epiſcopum ad contributionem approbandam, & contrà rationem, & iuſtitiam factum eſſe, ſi contradicat. Et ratio reddi poteſt: quia huiuſmodi contributiones non ſunt propriè tributa ſuperiori poteſtate, & voluntate Principis impoſita, ſed ſunt veluti quidam ſumptus debiti, qui ex natura rei reſultat ex rali opere Communitati neceſſario. Etenim nec Clerici iuſtè poſſunt reſiſtere, aut contradicere, nè tale opus fiat, neque poſſunt impedire, quin in ipſos, ſicut & alios Ciues reſultet obligatio naturalis ſoluendi quotam partem ſumptuum, quæ ſecundum iuſtam proportionem ſingulos contingit. Ideòque talis obligatio non oritur ex iuriſdictione ſæculari, ſed ex lege ciuili, ſed ex ratione naturali, ſuppoſito tali facto iuſto, & Communitati moraliter neceſſario; Vndè ſit non repugnare talem contributionem Eccleſiaſticæ libertati, ac proindè non eſſe contrà Canonica iura, quæ prohibent omnes temporales exactiones à Clericis fieri, qui ſolum prohibent exactiones contrarias Eccleſiaſticæ libertati, quales ſunt, quæ in iuriſdictione laicorum, & in poſitiua lege ciuili fundantur.

Debet tamen in poſtulandis à Clero huiuſmodi contributionibus per laicos Principes, vel Magiſtratus ſeruari modus, & forma in iure Canonica præſcripta, ſpeciatim *in d. cap. Non minus, & cap. Aduerſus de Immunitate Eccleſ.* Panorm. *in conſ. 3. & in dicto cap. Non minus n. 18.*

Quo circà tempore peſtis, quo nullum eſt calamitoſius, vt dixit Ripa *de Peſt. tit. de remed. ad conſeruan. vbert. num.* 232. Quia vbi peſtis viget, dicitur imminere periculum mortis, Corn. *conſ. 131. num. 5. lib. 4.* & materia concernit ſingulorum perſonas laicas, & Eccleſiaſticas, iuxtà eundem Ripam *de remed. ad vbert. peſt. n.* 17. Videtur etiam dictas Eccleſiaſticas perſonas teneri contribuere, concurrere ad prouiſiones, & remedia paranda, vt in terminis idem Rip. *de remed. & conſer. vbert. num.* 231. Præuidel. *tit. de ceter. ad ſalubr. Ciu. pertin.* vbi dicit, nedum ad collectas, ſed ad omnia alia teneri Eccleſiaſticas perſonas, eorumque bona, Vulpell. *de libert. Eccleſ. par. 2. num. 30.* vbi refert, ità ſeruari curaſſe Placentiæ anno 1587. & Riminald. iun. *conſ. 200. num. 13.* vbi teſtatur de magis communi, additque hoc caſu ceſſare omnem immunitatem, ac priuilegium Eccleſiaſticum.

Immò, & cogi poſſe dominos locorum habilium, & vicinorum extrà Ciuitatem vbi peſte infecti poſſint ſeparari, includi, & curari ad illos cedendum fauore publico, Rip. *de remed. ad cur. peſt. num. 12.* Cumque nulla loca habilia haberi poterint, quam Monaſteria propter illorum commoditatem, quam non habent priuatæ domus

mus laicorum eadem huic neceſitati inſeruire, & deputare firmat in terminis idem Preuidel. *loc. cit.* vbi dicit, quod fuit anno 1523. drputatum Monaſterium Regularium: Quia in neceſſitate licet conuiuere, & hoſpitari in Eccleſia, *cap.non oportet, & cap.nulli dec.*42.

Id tamen obſeruadum eſt, Clericos non poſſe cogi à laicis ad contribuendum, etiam ſi per Epiſcopum iam fuerit contributio approbata: Quia nunquam laici habent iuriſdictionem ad cogendos Clericos; Poterunt verò petere, rogare, & requirere Clericos, vt ſpontè contribuant, non tamen vim inferre. Et fortaſſe in boc ſenſu dixit Panorm. Clericos debere ſpontè ſoluere. Et ob eandem cauſam exiſtimo addita eſſe in *d.cap.aduerſus* verba illa: *Prædicti laici bumiliter, & deuotè recipiant cum gratiarum actione*; Quapropter, ſi d. Clerici in his caſibus ſoluere noluerint, cogendi ſunt per ſuum Prælatum, vt rectè dixit Guttierez cum alijs, quos allegat Gugliel. Benedic. in *cap. Raynut. num.*470.*de teſtam.* Quod ſi Epiſcopus Clericos in hoc peccantes cogere noluerit, vel ipſe iniuſtè agat, nolens contributionem admittere, quandò tenetur, ad Superiorem Prælatum recurrendum erit. Et ità Clericorum Immunitas ſeruabitur, & ſubſidium communi bono neceſſarium non deerit, iuxtà probationem Eccleſiæ, & modum ab ea præſcriptum.

Quod ſi etiam ſit periculum in mora, quia extrema, vel grauis neceſſitas boni communis auxilium Clericorum ſtatim requirit, tunc non per modum iuriſdictionis, ſed per modum defenſionis licere poterit, quod recta ratio ad ſubueniendum communi bono, vel impediendum damnum imminens neceſſarium eſſe dictauerit. Immò addit Abb: in *d. cap.non minus*, in tali caſu ſpeciali, neceſſarium non eſſe, vt Sum. Pontifex prius conſulatur; præſertim, quia Conc. Lateran. in *d.cap.non minus*, loquitur de neceſſitate, aut vtilitate publica.

An occidens inimicum reconciliatum committat homicidium proditorium, ac proindè ſit priuandus Immunitate Eccleſiaſtica? tom.1. Conſult.102. Item vide Conſult.48. & tom.2. Conſult. 53. vbi fusè.

PRæmitto primò, longam eſſe differentiam inter pacem fractam ab inimicis, & reconciliationem, ſiuè concordiam. Pax enim eſt contractus explicitus ſui natura continens plenam ſedationem diſcordiæ. Concordia verò importat ſolam remiſſionem iniuriarum, Bald. in *l.1.num.5.ad med.ff.de pact.* Alex. *in l.de fideicom.num.4.C.de tranſact.* vbi etiam Iaſon.*num.*3. Concordia eſt ſine amicitia, ſine qua pax eſſe non poteſt; Ideò faciens concordiam, & poſtea offendens, non dicitur propriè proditor, ſecus verò ſi faciat pacem.

Secundò præmitto, quod proditor verè, & propriè dicitur, qui pacem facit, & promittit non offendere, ac poſtea occidit. Minus ſtrictè etiam dicitur, qui non promiſit hoc expreſsè, ſed tacitè per actus reconciliationis, Caball. in *tract.de om.gen.homic.num* 478.*& ſeqq.* poſt Gig. *de crim.laſ.Maieſt.tit.de proditor. quæſt.*1. *num.*8. *tom.*11.*par.*1.

His præmiſſis, cenſeo, indubitatum eſſe crimen fractæ pacis comprehendi ſub exceptione Gregoriana, vt reſolutum fuiſſe a Congr. Sac. Conſultationis teſtatur Farinac. *in vlt. addit. ad conſ.*160. quia verè, & propriè dicitur proditor is, qui frangit pacem, vt dicunt Fulgoſ. Sim.de Pret. Gig. & Caball. *loc.cit.* Quod etiam probatur ex pluribus.

Primò, quia multò plures ſunt Authores, qui docent, homicidium commiſſum poſt reconciliationem, & pacem, atque promiſſionem de non offendendo, eſſe prodirorium abſque diſtinctione recentis, aut veteris reconciliationis: Nam præter Ciarlin. Giurb. Peregr. Cabal. Didac. de Marin. Cutel. Tuſch. Clar. addo Palaum. *par.*2. *tr.*8. *diſp. vn. pun.*9. *num.*26. cum Farinac. *lib.*2. *dict. conſ.*168. *num.*75. & alios. Qui Doctores præualere debent illis quatuor, qui id improbarunt, nempè Ambroſino, Riccio, Dianæ, Donat'Ant. de Marin. qui dicunt non eſſe proditionem occidere inimicum de recenti reconciliatum.

Secundò quia ſic potius intelligi debet tex. dict. Conſtitut. Gregorianę excipientis à priuilegio Immunitatis homicidium proditorium, vt ſit magis conformis Canoni *in cap.*1.*de homic.* & textui Sac. Scripturæ *ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias ab Altari meo euellas eum, vt moriatur.*

Tertiò, quia in communi, & familiari modo loquendi occidere alterum poſt reconciliationem, & pacem, quamuis recenter factam, occidere, inquam, ex occulto, explodendo tormentum igneum à tergo, dicitur proditio, & occiſor dicitur proditor.

Atque ex his, & alijs rationibus patet, nullo modo huiuſmodi occiſorem poſſe excuſari à proditoria occiſione, cum proximum ſuum poſt reconciliationem, expreſſam verbis, & tactu manuum in teſtium præſentia, & promiſſione facta, occiderit, ac proindè non poteſt gaudere Immunitate Eccleſiaſtica, cum ſit omninò caſus exceptus in Conſtitutione. Quam doctrinam omnes ferè Theologi, tum Iuriſtæ, qui vel de Immunitate Eccleſiaſtica, vel de homicidio proditorio ſcripſere, probant, Thom. Delben. *par.*2. *de Immun. cap.*16. *ſect.*3. Tancred. *tract.*1.*de relig. diſp.*7. *quæſt.*2. *num.*2. *& diſp.*8. *quæſt.*5.*num.*20.

Et vide *dict.tom.*5. *Conſult.* 15.

An ſuſcipiens habitum Clericalem in fraudem laicæ iuriſdictionis, gaudeat priuilegio fori? tom. 1. Conſult. 103. & tom. 2. Conſult. 66. & tom. 6. Conſult. 17.

AFfirmatiuè; Si enim quis exiſtens in ſtatu laicali committat delictum, & poſtea efficitur Clericus, non pertinet amplius ad forum ſæcularem, ſed iudicari debet ab Eccleſiaſtico, *cap. Præpoſuiſti de for. comp. & leg. ſi quis poſtea quam ff. de iudic.* & tradunt Clar. *lib. 2. var. cap. 2. num.* 133. & alij. Quod non ſolum locum habet, ſi bona fide aſſumpſerit Clericatum, ſed etiam ſi in fraudem Io: Andr. in *cap.* 1. *de oblig. ad ratioc.* vbi cæteri Doctores, Decian. *par. 2. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num.* 6. teſtans de communi, & alij permulti. Quia, cum priuilegium ſit conceſſum ſtatui Clericali, habet locum in quacumque perſona, quæ quocumque modo acquirat talem ſtatum: quia reſpicitur ſtatus ipſe, non autem modus, & intentio, quibus aſſumitur: Nam quamuis intentio aſſumendi talem ſtatum ſit ſe ſubtrahere iuriſdictioni laicæ; quia tamen in hoc vtitur iure ſuo, & proinde nemini facit iniuriam, cum ſit in poteſtate ipſius ſe ſubtrahere ad libitum, ideò non debet priuari priuilegio, quod ſecum affert ſtatus aſſumptus.

Confirmatur: Nam ſi laicus relegatus aſſumat Clericatum, non poteſt puniri à Iudice laico, ſed ſolum eſt puniendus à Iudice Eccleſiaſtico: quia licèt pœna relegationis ſit impoſita à Iudice laico, & proinde ille habeat ius illam exigendi; dum tamen perſona, à qua eſt exigenda, efficitur ordinis Eccleſiaſtici, ſubtrahitur iuriſdictioni laicæ; atque adeò violatio relegationis non ſubeſt eidem laicæ iuriſdictioni, ſicut non ſubeſt perſona, quæ non poteſt trahi ad Iudicem laicum, *cap. 2. de for. comp.* & ſtatuitur in *Can.* 15. Bullæ Cœnæ; ac deſumitur ex doctrina Bartoli in *leg. aut damnum ff. Quiſquis ff. de pœn.* vbi, & alij Doctores, Duard. in *dict. Can. 15. Bullæ Cœn. lib. 2. quæſt.* 11. *num.* 8. Marth. *de iuris eaſ.* 121. *&* 176. & in ſpecie Vinc. de Franch. *deciſ.* 395. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 36. *num.* 4. & alij.

Hinc quandò laicus promouetur ad ſtatum Eccleſiaſticum, poteſt relinquere tutelam, quam ſuſceperat *per cap.* 1. *iuncta Gloſ. de oblig. ad ratioc.* Specul. *tit. de tutor.* §. *Generaliter num.* 11. & alij. Quod ſatis indicat, ſolui per promotionem ad ſtatum Eccleſiaſticum obligationem contractam reſpectu poteſtatis, & iuriſdictionis ciuilis; quia ſit tranſitus ad ſtatum digniorem, qui omninò à tali poteſtate eximitur; Vndè habet locum, quod dignitas ſuperueniens ſoluat præcedentem obligationem, etiam voluntariè contractam, iuxta tex. *in leg. Interdum ff. de oper. liber.* Eſt autem inconueniens, quod Eccleſiaſticus luat pœnas laicæ poteſtatis, à qua omninò eſt exemptus. Ideòque ratio legis militat etiam in hoc caſu.

Neque obſtat, quod cauſa incepta apud Iudicem laicum, ſi reus efficiatur Clericus, debeat ab eodem Iudice laico terminari, ut docent communiter Io. Andr. *in d. cap.* 1. *de oblig. ad ratioc.* ac reliqui Doctores. Et Sixtus V. apud Rodriqu. *tom. 2. quæſt. reg. 2. ar.* 3. tribuit Iudicibus ſæcularibus facultatem procedendi contrà eos, qui fiunt Religioſi poſt acceptam accuſationem, aut inſtitutam inquiſitionem: Nam obiectioni reſpondetur, hoc intelligi condemnando eum quoad bona, non quoad perſonam, vt etiam diſtinguunt Doctores cit. quibus adde Boſſium *de for. comp. num.* 244. Giurb. *conſ.* 15. *num.* 33. & alios. Id, quod admittit Sac. Congreg. Immun.

Aduertendum tamen eſt, quod onus probandi huiuſmodi ſuſceptionem Clericatus in fraudē ſpectare ad Iudicem laicum: quia in dubio non præſumitur, Plaz. in *epit. delict. cap.* 35. *n.* 1. *& ſeq.* Farinac. *deciſ.* 48. *num.* 111. *Giurb. dec.* 82. *num.* 7. Præterea nunquam præſumitur Clericatus in fraudem ſuſceptus, niſi præceſſerit diffamatio, accuſatio, vel inquiſitio, Vinc. de Franch. *deciſ.* 395. *num.* 5. Chattar. *de excep. ſent. cap. bannit. cap. fin. num.* 308. & alij: Tandem declaratio huiuſmodi ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, non autem ad laicum, ità vt donec Eccleſiaſticus non declaret, ſæcularis omni iuriſdictione caret, tam ſuper perſona, quam ſuper bonis Clerici, Ottad. *par.* 2. *num.* 41. Giurb. *conſ. crim.* 15. *num.* 33.

An Legati, ſiuè Oratores, eorum comites, famuli, aſſeclæ delinquentes in Rempublicam, in Principem, ad quem miſſi ſunt, poſſint ab eo puniri? Et quid de Legatis, ſiuè Nuncijs Sum. Pontificis? Vbi aliqua de officio Principis. tom. 1. Conſult. 111. & tom. 9. Conſult. 184.

DIſtinguendum eſſe puto cum ſanioribus, aſſerendumque Legatos, ſiuè Oratores, eorum comites, famulos, atque aſſeclas puniri poſſe à Principe, ad quem miſſi fuerint, ſi deliquerint contrà ius gentium, aut naturale, Tho. Delben. *de Immun. cap.* 10. *dub.* 19. *ſect.* 2. Paſqualig. *deciſ. moral.* 508. ex Theologis, & Iuriſtis Decian. *vol. 2. lib. 7. cap. 5. num.* 27. Farinac. *in prax. crim. quæſt.* 112. *num.* 147. & alij.

Iure gentium ſolo cenſetur Legatus *d. leg. vlt. ff. de legation.* Verum Legatus in Principem, vel in Rempublicam coniurans, aut (aliter delinquens, contrà ius gentium agit, etiam effectu non ſequuto: Quia ad iuris gentium eſſe perhibetur, quo gentes vtuntur, §. *autem ciuile inſtit. de iur. natur. gent.*

Nec incognitum eſt, quod ſub fide publica Princeps, ad quem Legatus mittitur, decipi non debeat, *arg. l.* 1. *C. de his qui veu. ætat. imper.* Celſ. Bargal. *lib. 1. cap. 6. n.* 17. *de dolo.* Hinc fruſtra Legatus ſuum oſtendit priuilegium, quia id extrà caſum eum, de quo loquitur, non extenditur.

Ille

Ille autem ità demum iure legationis gaudet, ſi ſe legatum, non proditorem, aut delinquentem oſtenderit, Fabius *declamat.* 12. vt iute Ouid. in rem cecinit:

Iudice me, fraus eſt conceſſa repellere fraudem,
Armaque in armatos ſumere iura ſiuunt.

Et iura violanti, ſi ius non præſtatur ei, non violari, ſed ius reddi creditum eſt, ait Gentil. *lib.* 2. *de legation. cap.* 2. Æquiſſimum enim iuxtà Heſiodum talionis æquilibrium eſt, cum par pari refertur, cumque eadem cuique rel lanx, et menſura reponitur; Ideòque retaliatio, nec lege Moſayca, nec duodecim tabulis, nec ipſius naturæ dictamine videbitur inhiberi.

Immò in omni mandato, et priuilegio vtilitas publica excepta credi debet, *l. ſi quis in graui §. Is quoque ff. ad Silan.* Etenim fieri non poteſt, vt ius publicum priuatorum pactis immutetur, *tex. notab. in cap. ſi diligenti de for. comp.* Glol. *ſingul. in d. l. ius publicum. ff. de pactis* [?], & alibi.

Deindè Legatus fines mandati diligēter obſeruare debet, quos ſi exeedat, non vt Legatus, ſed vt priuatus agit, *l.* 16. ibi: *Non niſi iniuncto munere fungitur ff. de legation. l.* 5. *ff. mandati* Siquidem ius, et priuilegium legationis, quod habet, ex mandato habet, quod ſi tranſiliat, qualitas Legati non attenditur. Et hoc eſt, quod dici meretur. *Priuilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate C. Vbi d.* 74.

Ex quibus, non ſolum poteſt Princeps punire Legatos ad ſe miſſos, ſi deliquerint, ſed etiam tenetur: Primò ex ipſo iute gentium, quod eſt præceptiuum, Martinez. 1. 2. *quaſt.* 95. *ar.* 4. Lorca *diſp.* 7. *de legib.* Suar. *lib.* 2. *de legib. c.* 18. & alij: Nam tunc lex habet vim obligandi, quandò eſt medium neceſſarium prò aſſecutione finis.

Secundò tenetur ex pietate, et ex iuſtitia commutatiua: Quia Princeps, ſi conſideretur, vt priuata perſona, eſt nobiliſſima pars Reipublicæ, et ſic lege pietatis tenetur prò ſuis viribus Rempublicam tueri. Ideòque partes Reipublicæ tributa, et alia ſtipendia, ſoluunt, quibus Princeps potitur, vt ſeipſum defendat, et bono communi Reipublicæ proſpiciat; Adeò, vt etiam ſecundum Theologorum opinionem, ſi omiſſa protectione, non obſtiterit damnis, aut periculis populo imminentibus, teneatur ad reſtitutionem damni illati, Cagnol. in *l. culpa caret n.* 5. *&* 6. *ff. de reg. iur.* Vaſquez. *illuſtr. controu. cap.* 43. *n.* 11.

Quare Princeps non ſolum pacem Eccleſiæ in Religionis Chriſtianæ vnitate cuſtodire, *l.* 8. *in princ. verſ. nam pax Eccleſiæ & §.* 4. *&* 5. *C. de Sum. Trin. &c.* paſſimque Doctores, ac Lipſius *lib.* 4. *politic. c.* 2. Sed etiam ſecuritatem publicam in Prouincijs ſibi ſubiectis per Conſtitutiones, & officia ſua ciuilia, et militaria iugiter tueri obligatur *l. Nam ſalutem* 3. *in princ. ff. de offic. Præſid.* et alibi.

Ac proindè legum quoque defenſio, et cuſtodia ad Principum gladium portantium, vt nempè vindices legum ſint, curam, et ſollicitudinem communi omnium gentium iure pertinet, Io: Baptiſta *in d. l. nemo* 13. *C. de ſent. & interlot. n.* 87. Sanè non tam eſt Medeæ dictum, ſed Pietatis, imò et Iuſtitiæ apud Senecam verſ. 222.

Hoc Reges habent
Magnificum, & ingens nulla, quod rapiat dies
Prodeſſe miſeris, ſupplices fidolare
Protegere.

Et de Principibus, alijſque Dominis temporalibus ſunt tex. *in c. Adminiſtratores, & cap. Principes* 22. *quaſt.* 5. Adeòque illi Subditos defendere tenentur, vt ſi id facere omittant, neque hi illis ſeruire obſtricti ſint. Omnes etenim legitimi Reges, Rectores, Principes, non propter ſe, aut ſuam, ſed propter ſubditos, ſubditorumque vtilitatem creati, delecti, ac dati intelliguntur, ad ſimilitudinem, et imaginem Minorum tutelç. *Vt enim tutela, ait Tullius lib.* 1. *offic. ſic procuratio Reipublicæ ad vtilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt.*

Hæc autem non tantum locum obtinent in Principe ſæculari, ſed etiam in Eccleſiaſtico, præſertim Summo Pontifice, qui in primis, non ſolum Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, ſed alios etiam ſibi ſubiectos homines ſeculares inſtar aliorum dominorum temporalium protegere tenetur, vt Leo IV. de ſeipſo reſcripſit, *cap. ſcire* 23. *quaſt.* 8. *Scire vos inquit, oportet, quod nunquam ab aliquibus noſtros homines ſinimus opprimi, ſed ſi neceſſitas vlla occurrerit, præſentialiter vindicamus: Quia noſtri gregis in omnibus cultores eſſe debemus, & præcipui adiutores.* De incumbenti verò Epiſcopis ordinaria ſuorum defenſione in Concil. Tuletan. 4. circà tempora Honorij I. celebrato *cap.* 13. ſtatutum expreſsè fuit, nè ſcilicet Epiſcopi eam nempè defenſionis curam à Deo ſibi impoſitam abigere debeant. Quantò enim eorum poteſtas dignior, & maior eſt ſæculari, *cap. ſolitæ de maior. & obed.* tantò diligentior eſſe debent iuſſui officij exercitio, & ſubditorum ſuorum cura, ac defenſione adminiſtranda.

Legatos verò Summi Pontificis quod attinet ſecus dicendum eſt. Primò, quod cum intrà alienam ditionem erigant proprium Tribunal, pertinet ad ipſos recognoſcere de delictis ſuorum comitum, famulorum, & aſſeclarum. Quod eſſe à Summis Pontificibus declaratum fatetur Paſqualig. *eo loco n.* 7. & Delben. *d. c.* 10. *dub.* 15. *ſect.* 2. Equidem magnum hoc Eccleſiæ priuilegium eſt in medio Romani Imperij, aliorumque Regnorum proprium Tribunal erigendi poteſtas. Hoc autem legitimum eſſe nos Doctor Gentium docet 2. *Corinth.* 6. 1. *& ſeq.* Quo loci Chriſtianos quidem ſic affectos eſſe Apoſtolus deſiderat, vt pati iniuriam, quam inferri malint: Quia tamen in magna multitune non deerant, qui ſua pertinaciter tueri, aliena auidè appetere ſolebant, Iudice opus erat; Nè verò inter Ethnicos lis agitaretur, in Eccle-

ſia Iudices legendo cenſuit. Hoc igitur eſt regale Sacerdotium, cui cedere debuerunt Gentilium Cęſarum leges; Si igitur Apoſtoli in Ciuitatibus Tribunalia erigere, Iudices conſtituere potuerunt, quis dubitet, eos quoque iudicaſse, multòque magis iudicare potuiſse? Dare enim poteſtatem iudicandi plus eſt, quam iudicare. Eſt enim architectonicæ poteſtatis. Lege Clementem *lib.2. conſtit. cap.49.* Auguſtinum *epiſt.47. ad Proculeianum de oper. Monach. cap.29.* Secundò quia Clerici in enormiſſimo quoque crimine, ante degradationem non poſſunt puniri per Iudices laicos, & ſi eſſet læſa Maieſtas humana, Gigaſ. *tract.de crim. læſæ Maieſt.cognoſ.poſſ.n.12.* ac nos alibi. Sunt enim ſimpliciter exempti à poteſtate Principis ſæcularis, quę nullo pacto dici queunt de Legatis ſęcularibus.

An crimen polygamiæ ſpectet ad forum Eccleſiaſticum, ſiuè ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis priuatiuè quoad Iudices ſæculares? Vide de S. Officio tom.1, Conſult.115.

An contrà eum, qui gaudet fori priuilegio, & aliquod delictum commiſit, poſſit validè Iudex laicus procedere, ſi Reus non allegauerit ſuum priuilegium? tom. 1. Conſult.123.

Diſtinguas. Aut certum eſt, ac manifeſtum, quod Iudex laicus non habet iuriſdictionem in perſonam gaudentem priuilegio fori, quia ſcilicet eſt Clericus, & tunc opus non eſt allegare fori priuilegium: Nam Clericus nec directè, nec indirectè poteſt trahi ad Iudicem ſæcularem, vt in Auth. *Statuimus C.de Epiſc. & Cler. & cap.ſi diligenti de for. comp.* vbi expreſsè Abb. & DD. communiter; Itáut Iudex laicus ſit inhabilis, & incapax iuriſdictionis contrà Clericum. Et ſic non ſolum inualidè procederet, ſed etiam ęxcommunicatur, *cap.ſi Iudex laicus de ſent.excom.* Et ità procedit tex. in *Clem.Paſtoralis § Piſana de ſent. & re iudic.* Bulla Cænæ Domini *cap.15.*

Nec videtur in aliquo ſibi obſtare, quod non allegauerit fori priuilegium: Quia iuriſdictio non poteſt exerceri in non ſubditum, *cap. Per venerabilem extrà qui fil. ſint leg.* Felin. *in cap. quę in Eccleſiarum de conſtit.* Idque etiam de conſenſu Epiſcopi, vt in cap. *Decernimus*, & in cap. *Quanto de Iudic.* Vndè ſtatim, ac quis eſt Clericus, eſt exemptus ab omni poteſtate ſæculari, Grammat.*dec.61.* Ac etiam ſi à ſententia non reclamauerit, nec de nullitate dixerit: Quia ſententia, eiuſque executio eſt nulla, Bald. *in l.generaliter C.de Epiſc. & Cler. & in l.1.C.ſi à non comp.Iudic.* Et hoc ob defectum iuriſdictionis, qui ſemper opponi poteſt, & reddit iudicium retrò nullum, Bald. *ibidem*.

Aut eſt probabile, aut dubium, an delinquens ſit exemptus à Iudice laico: quia ſcilicet & ipſe delinguens vti laicus incedit, vel laicus eſt, & vti familiaris, aut miniſter, vel Officialis Epiſcopi, intendit gaudere fori priuilegio. Et tunc tenetur illud allegare. Myſinger. *cent.7.obſ 9.* & Afflict.*deciſ.136.* Quæ concluſio communis eſt.

Ratio autem eſt: quia cum talis delinguens non ſit Clericus, qui nunquam ſuo priuilegio renunciare poteſt: quia conceſſum eſt ſtatui, & Ordini Clericali; Sed tantum ſit de familia laica Epiſcopali, cuius priuilegium eſt perſonale, atque adeò renunciabile, cumque contrà ipſum proceſſerit laicus Iudex, agens ea, quæ continent actus contrarios priuilegio, ipſeque poterat declinare forum, & non declinauit, ſed ſuccubuit iuriſdictioni, ac ſententiæ Iudicis laici, cenſetur priuilegio renunciaſſe; Siquidem per vſum, aut actum contrarium priuilegium perſonale amittitur, *cap.Gratum de offic.deleg. & cap. ex ore de his, quæ fiunt à maior par. cap.* vbi Doctores. Quod præcipuè locum habet in priuilegijs negatiuis, quæ eximunt ab iuriſdictione, Merol. *tract.3. theol. mor. diſp 6. c.7.dub.2. in princ.* Et in priuilegijs facultatiuis, quale eſt præſens, Surd. *conſ.127.n.2.* Rota coram Merlino *in Dertuſen. Vicariæ* 22. Aprilis 1624. & *deciſ.288. n.14. p.6. rec.*

An Clericus offendens ſuum Principem naturalem, ſeù temporalem, ſit Reus læſæ Maieſtatis, poſſitque ab eo puniri? tom.1. Conſult.126.

Negatiuè: Ex tex. *in cap.at ſi Clerici de Iudic.* & ibi Doctores, latè Iul.Clar. *in prax.crim. §.fin. quęſt.36. per tot.* Gaill. *lib.1, de pac. pub. cap.11.n.7.* Quia Princeps laicus ob delictum non habet iuriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, niſi ratione Regalium, feudorum, & beneficiorum ſęcularium per tex. in *cap.Nimis de iur. iur.* Nam eo caſu conſiderantur vt Principes politici. Qua de re alibi fusè. Idipſum & in iure ciuili conſentaneum eſt: Quia omnes cauſæ Clericorum, tam ciuiles, quam criminales ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinent, adeò vt huic priuilegio nequè tacitè renunciare poſſint, vt dictum eſt nuper in præcedenti Conſultatione. Deindè pugnat prò hac ſententia tex. *in cap.Clericum 11. quęſt.1.* vbi habetur, negotia Clericorum, ſiuè criminalia, ſiuè ciuilia, non niſi quoad Iudicem Eccleſiaſticum ventilanda eſſe, Alex. *conſ.8.vol.t.* vbi quod laicus quacumque Dignitate fulgeat, nullo modo poſſit cognoſcere in cauſa ciuili ipſius Clerici, & multò minus in criminali; Iuriſdictiones criminales ſunt diſtinctæ, & Summo Pontifici competit in ſpiritualibus, Imperatori verò in temporalibus, cap.*cum ad verum dec.96.* Quare Clericos in enormiſſimum quoque crimine ante degradationem non eſſe puniendos per Iudices laicos, etſi eſſet læſa Maieſtas humana diſertè tradunt. Gigaſ.*tract.de crim.læſæ Maieſt. in rub.* & nos alibi diximus.

Quæ

Quæ ità etiam dicta velim, vt Clericus feudatarius non poſſit læſę Maieſtatis perſonaliter diſtringi: Quia Dominus feudi non habet in Clericum vaſallum ratione cuiuſcumque delicti perſonalem diſtrictionem, ſed ſolum realem, iuxtà veram ſententiam, quam docent Io: And. Barbar. Bald. Gemin. & alij apud Delben. de *Immun. cap. 6. dub. 4. n. 24. & ſeqq.*

An Regulares, præſertim Ordinis Prædicatorum teneantur ad refectionem viarum?
tom. 1. Conſult. 125.

NEgatiuè: Ab huiuſmodi enim onere ex diſpoſitione iuris communis penitus ſunt exempti, Gloſ. *in cap. generaliter v. Collectionibus 16. quæſt. 1.* Eſtque communis Doctorum Io: And. *in cap. Non minus n. 14. de Immunitate Eccleſ.* Bart. *in l. ad inſtructionem n. 3. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Abb. *conſ. 3. n. 1. & 2.* et alij. Quo ſpectant tex. *in d. cap. Non minus*, vbi de foſſatis, quæ Ciuitatis cuſtodiam, et publicam concernunt vtilitatem, ac reſolutio Sac. Congregationis Conc. in vna *Ferrarien.* 11. Aug. 1631. proponente Cardinali Cęſio. Quæ ſententia eò facilius tenenda eſt, cum Regulares nedum de iure communi, ſed etiam ex Conſtitutionibus Apoſtolicis ſint exempti, vt conſtat præcipuè ex Conſtitutione II. Pij V. ſub §. 1. prò Prædicatoribus, ibi: *Prò Pontibus, vijs, aquaductibus, muris ſtruendis, & reparandis, ſeù reficiendis:* Quæ Conſtitutio perpetuam, ac inuiolabilem obſeruantiam ſub grauiſſimis pœnis iniungit *ſub §. 6.*

Quodque magis vrget, cum agatur de grauanda Eccleſia prò reficienda via, quæ circum ipſam Eccleſiam poſita eſt, ad quam nullatenus eſt adſtringenda, cum Eccleſia ſit Deo conſecrata, & in nullius ſit bonis, Butriugar. *in l. Ad inſtructionem in fin.* et ibidem Bald. *nu. 1.* et alij Rot. *dec. 339. n. 40. p. 6. recen.*

Præſertim verò, ſi huiuſmodi via fuerit ipſius Ciuitatis facto deuaſtata, et per ipſam ad hunc ſtatum redacta, ad quod damnum ipſa Ciuitas teneretur, Menoch. *conſ.* 1188. *num.* 15. & *conſ.* 1194. *num.* 33. Adeò quidem, vt iniquam huiuſmodi prætentionem appellet *conſ.* 244. *num. 66, lib. 3.*

An Eccleſiaſtici participare debeant de bonis Communitatis, de quibus participant alij Ciues oriundi? tom. 1. Conſult. 126.

AFfirmatiuè. Etenim verè, et propriè ſunt Ciues, Oldr. *conſ.* 32. vbi per totum copioſè firmat, Eccleſiaſticos eſſe Ciues, & de Vniuerſitate, infertque Eccleſiaſticis deberi ius paſcendi in bonis Vniuerſitatis, ſicuti debetur alijs Ciuibus laicis. Idem aſſerunt Alberic. *in l. 1. ſub num. 7. ff. Quod cuiuſque Vniuerſ. nom.* Boer. *dec. 160. n. 21.* ac alij.

Ratio eſt manifeſta: Nam vbi diuiduntur bona Vniuerſitatis, vel Caſtri, aſſignari debet portio vnicuique de Vniuerſitate, vel Caſtro, *l. de modo*, vbi Gloſ. *v. Arbitri ff. fin. regun.* Amanel. *ſingul.* 255. Calcan. *conſ.* 45. *n.* 1. vbi ſubiungit ijs, quibus debetur portio herbarum in paſcuis, deberi etiam portionem, quandò ad culturam reducuntur, quia fructus eiuſdem rei eodem iure cenſeri debent. Sed Eccleſiaſtici ſunt de Vniuerſitate, ex Doctoribus adductis; Ideòque debent participare etiam de vſu agrorum, quandò ad culturam Ciuibus conceduntur.

Quod autem ſint Ciues, & propter Ordinem Clericalem non deſinant eſſe tales quoad priuilegia, et fauores, licet ſecus quoad onera, præter Oldrad. et prætitatos, tradunt etiam Bald. *in vſib. feud. tit. de milit. qui arma bellica depon. num.* 5. vbi etiam Prępoſ. *n. 2. ante fin.* et alij, vbi etiam de communi reſoluit Rot. *dec.* 452. *n.* 2. *par. 1. diuer.*

Non obſtat, quod Clerici onera gabellarum non ſubeant: Quia propter hoc non deſinunt eſſe Ciues, et pars Vniuerſitatis, cum et Decuriones, Senatores, et alij priuilegiati in multis ſint exempti, et tamen negari non poteſt quin ſint Ciues, Oldrad. *d. conſ. 32. nu. 1. & ſeqq.* quem ſequuntur Alberic. et Bertam. *l. c.* Alex. *conſ.* 41. *n. 4. lib. 7.* vbi addit, quod alias priuilegium exemptionis, datum in fauorem Clericatus, redundaret in odium. Et proindè non eſſe excludendum Ciuem propter honorem, et dignitatem firmat Genuen. *cap.* 41. *num.* 4. Et licet non ſuſtineant onera temporalia, ſuſtinent tamen ſpiritualia, orando prò populo, et inſeruiendo Eccleſiis, Auchar. *conſ. 6 t. nu. 2.* Caſtr. *conſ. 157. n. 1. lib. 2.* et alii.

Atque ità cenſuit Sac. Congr. Immun. pręcipuè in vna *Nucerina* 17. Martij 1631.

An ligare in Eccleſia compedibus, vel manicis ferreis confugientem ad illam, ſit contrà Immunitatem Eccleſiaſticam?
tom. 1. Conſult. 127.

REſpondendum eſt: Officialem laicum, qui propria authoritate in Eccleſia ligari facit compedibus, vel manicis ferreis confugientem ad illam, incidere in cenſuram per Conſtitutionem Greg. XIV. inflictas, vt alias maturè cenſuit Sac. Congr. Immun. in vna *Theatina* 11. Aug. 1626. in qua tamen ob atrocitatem delicti decreuit obtineri debere à Sanctiſſimo facultatem directam Archiepiſcopo abſoluendi miniſtros laicos, qui confugientem ligare fecerant.

Hæc autem opinio potiſſimum fundatur in ipſamet Conſtitutione, dum in illa prohibetur, nedum extractio ab Eccleſia, ſed etiam captura, et carceratio in ipſa; Ita enim in ea legitur. *Capere, extrahere, aut carcerare non poſſint, niſi in eo caſu, &c.* Siquidem ligare compedibus, vel manicis ferreis eſt pluſquam capere, et ſpecies

ductioris carceris §. *Propter*, vbi Gloſ. *v.capere*, *& v.manicis de heret. cum concordantibus*. Et hoc caſu confugiens non remanet in ea libertate, in qua erat ſtatim atque ad Eccleſiam confugit, et in qua priuilegium Immunitatis conſeruari debet, vt liberè, et ad ſui libitum poſſit exire, et recedere. Quod ſi aliter diceremus, diſpoſitio eiuſdem Conſtitutionis, et Immunitatis Eccleſiaſticę redderetur ferè caſſa, atque eluſoria;

[Et Eccleſia eſset idem ac Carcer, quod eſt abſurdum, ac priuilegium Immunitatis Eccleſiæ in Eccleſiæ dedecus redundaret]. Et hac de cauſa Sac. Congr. cenſuit: eos in cenſuras dictę Conſtitutionis incurrere, qui aufugientes ad Eccleſiam occidunt, etiam ſi non extrahant. Idque præſertim ex Farinacio, et aliis in vna *Cremonen.* 17. Aug. 1629.

Comprobatur: Quia ſub diſpoſitione eiuſdem Conſtitutionis prohibita cenſetur facultas, tam perquirendi confugientem ad Eccleſiam, vt firmat Farinac. *in tract. de Immunitate nu.327.* poſt Franchum, Martham, et alios, quam cuſtodiam eidem confugienti apponere, vt poſt alios firmat Ambroſin. *ſuper d. Conſtit. cap.11. in fin.* ac ſæpius cenſuit eadem Sac. Congr. prę ſertim in illa *Neapolitana de Sanfelice* 26. Septembris et 9. Nouembris 1626. quę fuit diù agitata, et tandem ſuperata cum effectu ſequuto, adeò vt Curia ſæcularis nec obtinere potuerit, vt nomine Curiæ Eccleſiaſticæ, vel longè ab Eccleſia cuſtodiæ retinerentur, non obſtante prętenſa grauitate delicti. Ità enim iubetur *in d. l. Præſenti C. de his, qui ad Eccleſiam confug. & d. l. 8. tit. 11. par. 1.* vbi Lopez, traditque Hoſtien. Montaluus, Panorm. Guido, et Io. Igneus, quos ſequitur Couar. *n.17.* Quod quidem aborret à iure, et exemplo. Atque ità etiam in vna *Cotronen.* 17. Maij 1632. reſoluit Sac. Congr. Immun. vbi quoque reſoluit ligare in Eccleſia confugientem ad ipſam eſse contrà Immunitatem Eccleſiaſticam.

An Epiſcopus in materia Immunitatis Eccleſiaſticæ ſuper prætenſo delicto à Conſtitutione Greg. excepto teneatur ſtare proceſſui Curiæ ſæcularis?

Sinè quod idem eſt.

An Epiſcopus ex proceſſibus confectis in Curia ſęculari ante extractionem Rei ab Eccleſia cognoſcere poſſit, num ille gaudere debeat beneficio Immunitatis, vel nò, ſeù precisè teneatur nouum proceſſum conficere?

Et an proceſſus Eccleſiaſtici ſuper extractione conſignari debeant Iudicibus laicis? Vbi de pœna extraordinaria extractorum.

tom. 1. Conſult. 128.

DIcimus. Quod Epiſcopus ſuper prætenſo delicto contrà eum, qui confugit ad Eccleſiam, non tenetur ſtare proceſsui exhibito per Iudicem ſęcularem, quod in terminis Conſtitutionis Gregorianæ certum eſt omninò, et abſolutè ſequendum abſque diſtinctione vlla de proceſsu facto ante confugium, vel poſt confugium.

Primum, quia ſic apertè mandat Greg. XIV. dum dicit: *Curięque ſæculari nec conſignari, nec tradi poſſint, niſi cognitio prius per Epiſcopum, ſeù ab eo deputatum, an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint.*

Deindè, quia regula eſt, quod Iudex Eccleſiaſticus non teneatur ſtare proceſsui facto per Iudicem ſæcularem, vt docet Grammat. Clar. vbi de communi Ambroſin. Farinac. quos citat, et ſequitur Peregrin. de Immun. *cap.3. num.2.* Scortia, Diana, et alij: Nam acta vnius Iudicii non probant in altero; Forum autem ſæculare reſpicit Reum puniendum; Eccleſiaſticum verò Immunitatem Eccleſiæ defendendam.

Poſtremò: quia cognitio huius articuli per eandem Conſtitutionem ſpecialiter demandatur Epiſcopo, vt viſum eſt. Cui autem demandatur cognitio alicuius cauſæ, etiam cenſetur demandata poteſtas ſumendi probationes ſuper illa cauſa. Conſtat *ex cap. Præterea de offic. deleg.* et ibi Gloſ. *v. Delegatus l. vbi cum Gloſ. C. ad l. Cornel. de falſ.* Ambroſin. Peregrin. Farinac. et alij ſup. cit. Igitur Epiſcopus poteſt recipere probationes de prętenſo delicto, et non ſtare proceſsui exhibito per Iudicem ſæcularem, cum agatur de proprio intereſſe.

Et tameſi non teneatur ſtare d. proceſsui, poteſt tamen ei ſtare, ſi velit, dummodò ipſi conſtiterit per huiuſmodi proceſsum legitimè factum, crimina eſse probata, itàut indubiè credat, ac noſcat, vera eſse, quę in eo continentur, quo caſu poterit ei ſtare, eoque vti ad ſuam conſcientiam informandam. Ea enim vera eſſe dicimus, quę vel propriis oculis inſpeximus, vel alias haud dubiè nouimus, Innoc. *in cap. cum cauſam col. 2. v. Illud autem extr. de Immun. Eccleſ.* Nihilque aliud expoſtulat Conſtitutio Gregoriana. Et ità etiam interpretata eſt Sac. Congr. Epiſc. literis ſuis datis Epiſcopo Papienſi 16. Octob. 1595. quorum tenor hic eſt:

Si è toccato nella Congregatione il dubio propoſto da V.S. del modo, che doueran tenere i Veſcoui nell' eſeguire la Coſtitutione della Fel. Mem. di Gregorio XIV, intorno a conoſcere i delinguenti, che ſi ritirano a' luochi pij, & eſenti, ſe gli debbano rimettere al Magiſtrato ſecolare, e ſi è venuto in parere, che i Veſcoui in queſta parte non ſiano meri eſecutori, ma che habbiano ancor facoltà di conoſcere, e chiarirſi della verità, e qualità del delitto, in modo che ſe non pareſſe loro ben giuſtificato l'intentione di chi ricerca la remiſſione de' proceſſi, & atti fatti nel foro ſecolare, poſſano i Veſcoui per ſicurezza della loro coſcienza chiarirſi meglio per quella via, che giudicheranno più ſicura; Però in tal caſo doueranno procedere più ſommariamente, che ſarà poſſibile, per iſpedirſene quanto prima, & occorrendo ſimili caſi, V.S. potrà gouernarſi nel modo ſudetto.

Idipſum cenſuit Sacra Congregatio Immunit. in

in vna *Siracuſana* 16. Iul.1626. his verbis:

Sufficere probationem arbitrio Epiſcopi, qui poteſt etiam adhibere fidem proceſſui Iudicis laici, verum fabricato antequam Reus ad locum tutum ſe confugiſſet.

Et in vna *Caſtri Maris* 18. Dec.1629.

Standum eſſe arbitrio Vicarij, ſi vellet præſtare fidem proceſſui fabricato per Iudicem laicum ante confugium; Sed nihilominus ipſe formet proceſſum in actis Curiæ Eccleſiaſticæ, illumque tranſmittat ad Sacram Congregationem.

Et in vna *Caputaquen.* 15. Iulij 1636. Epiſcopo. *Vt ad vlteriora ſer. ſer. procedat, atque inſinuetur, ſe poſſe adhibere fidem proceſſibus Curiæ laicalis ſuper delictis eorum, qui fuerunt ab Eccleſia extracti, ſi ante extractionem fuerunt fabricati.*

Et in vna *Theatina*, in qua die 20. Iunij 1651. quærebatur: *An ſufficerent indicia ad torturam? Sac. Congreg. reſpondit, requiri plenam, & concludentem probationem.*

Et in vna *Viterbien* 20. Septembr. 1656. cenſuit: *Viſa relatione proceſſuum exhibitorum à Curia ſæculari, ex gratia ſpeciali, receptis alijs duobus teſtibus, condemnentur rei in pœnam extraordinariam.*

Et in vna *Meluitan.* 15. Iun. 1638. reſpondit: *Ad effectum extrahendi delinquentes, qui ad Eccleſiam confugiunt, ſeù ad alia loca immunia, non requiri probationes plenas, & concludentes, ſed illas ſufficere probationes prò arbitrio, & conſcientia Epiſcopi, ſuper qualitatibus delictorum, ex Conſtitutione fel. rec. Greg. XIV.*

Et in vna *Caliguritana* 1. Aug. 1619. ità: *Sanctiſſimus Dominus annuit, vt ſtante relatione Epiſcopi, conſignentur Rei Curiæ ſæculari, dummodò quoad duos, qui Socrum, & Amitam reſpectiuè occiderunt, non habeat aliquas circumſtantias in contrarium, & dummodò eorum confeſſiones, & ratificationes in actis ſuæ Curiæ redigat, vel ſaltem ſe ſummariè, & extraiudicialiter informet, quantum ad animum ſuum mouendum ſufficit: Quod etiam in ſimilibus caſibus obſeruare poterit.*

Idem quoque ſcripſit Archiepiſcopo Mediolanen. 19. Decembr. 1665. *Eſſendo ſtate riferite à N. S. le difficoltà inſorte coſtì circa il modo, che V. S. dee tenere nell'eſeguire la Coſtitutione della fel. me. di Gregorio XIV. intorno al conoſcere ſe i delinguenti, che ſi ritirano nelle Chieſe, e luoghi immuni, ſi debbano rimettere alla Corte ſecolare. S'è compiaciuta S. B. col parere d'vna Congregatione à ciò deputata, conformandoſi con le riſolutioni altre volte fatte in queſta materia, di permettere, che ella poſſa à tal'effetto valerſi degl'atti, e proceſſi legitimamente fatti nel foro ſecolare. E quando à queſti non le pareſſe ben giuſtificata l'intentione di chi domanda la remiſſione de'delinguenti, reſti in ſua libertà di chiarirſene meglio per ſicurezza della ſua coſcienza per quella ſtrada, che le parrà più accertata, procedendo ſommariamente, e con la ſollecita ſpeditione. Et io me l'offero di cuore.*

Quod etiam confirmauit in vna *Rauennaten.* 28. Septembr. 1669.

Proceſſus verò per Iudicem Eccleſiaſticum fabricati ſuper delictis extractorum à loco immuni ad effectum declarandi, an gaudere, vel non gaudere debeant priuilegio Immunitatis Eccleſiaſticæ, ex opinione Sac. Congregationis Immunitatis conſignati non debent Iudicibus laicis. Ità cenſuit in *Conſentina* 13. Auguſti 1649: & in *Aprutina* 30. Auguſti 1649. Etiam Iudicibus laicis Status Eccleſiaſtici, vt in *Terracinen.* 18. Febr. 1631. & in alijs; Adeò vt, ſi Sanctiſſimus aliter iuſſerit, requiratur reſcriptum ſpeciale Suæ Sanctitatis, etiam ad effectum dandi ſimplicem copiam aliquorum actorum prò inſtructione Iudicis laici. Ità in *Viterbien.* 17. Nouembr. 1643.

Extractorum autem ab Eccleſia, qui gaudere debent priuilegio Immunitatis Eccleſiaſticæ, & ex gratia à Sum. Pont. conceditur, vt puniri poſſint alia pœna, quam mortis, & mutilationis membrorum, executio demandatur, & fit à Iudice Eccleſiaſtico. Ità in *Ianuen:* 14. Ianuarii 1634. cuius occaſione Vrb: VIII. ſic obſeruari iuſſit. Idem in *Mediolanen:* 24. Ianua. 1934. Et in *Siracuſana* 21. Auguſti 1633. Ac pariter in *Ianuen.* 9. Septembris 1542. Et rurſus in *Ianuen.* 2. Ianoarii 1643. Ità vt in Secretaria extet formula literarum, quę eſt huiuſmodi:

Genoua Monſignor Arciueſcouo. *Fattaſi relatione alla Santità di Noſtro Signore del contenuto della lettera di V. S. ſopra i graui delitti, e male qualità di Gio: Maria Guazzo, da lei eſtratto dalla Chieſa, S. B. è condeſceſa per dette cauſe, & altre note, che ella traſmetta il d. Guazzo per cinque anni in Galera, con pigliare l'obligationi cautelate in ciò neceſſarie da' Miniſtri di coteſta Republica di non maltrattarlo. E del ſeguito ne darà auiſo, mentre &c. Roma 13. Gennaro 1634.*

Genoua Signor Cardinal Arciueſcouo. *Berche Ottauiano Albora doueſſe godere il priuilegio dell' Immunità Eccleſiaſtica, tuttauia per le qualità de' delitti, che ſi pretendono da lui commeſſi, e per l'efficaci iſtanze interpoſte in nome di coteſta Republica, la Santità di N. S. condiſceſe per gratia ſpeciale, la quale non ſi poſſa allegare in eſempio, che giuſtificati da V. E. con proue legitime i ſudetti delitti, venga punito, non di pena ordinaria di vita, ò di mutilatione di membra, mà di pena ſtraordinaria. E così V. E ſi compiacerà eſſeguire, mentre le bacio vmilmente le mani. Roma 2. Gennaro 1643.*

Adeſt alia formula huiuſmodi, quæ fuit obſeruata in vna *Cremonen* 16. Decembris 1647.

Inter autem cæteras cautiones illa ſupponitur, quod ſcilicet completo tempore pœnæ, reſtituatur Reus eidem Eccleſię, à qua iam condemnatus fuerat extractus; Quod nequeat puniri in alia pœna, quam in expreſſis. Quodque nec anteà, nec poſteà, nec tempore dictæ pœnæ quouis alio modo vexari poſſit. Vide Can: Id *conſtituimus 17. quæſt. 4.* Syluelt. v. *Immunitas 3. quæſt. 4.* & alios. Hæc autem ſecuritas,

ſeu

Digitized by Google

ſeù cautio ſufficit, ſi ſit iuratoria, in *d. Car.* At ſi timetur, quod Iudex ſecularis iuramentum non ſeruet, debet eſſe fideiuſſoria, *arg. cap. Ex traſmiſſa de reſtit. ſpol.* & docet Syluest. cum alijs alleg.

An ſit annuendum Magiſtratibus laicis, vt promouendi ad ſtatum Clericalem deſcribantur in Actibus Curiæ ſecularis? tom. 1. Conſ. 129.

NEgatiuè: Nam ſatis conſultum videtur, ſi à locorum Ordinarijs obſeruetur diſpoſitio Sac. Conc: Tridentr: cuius vigore in aſſumptione Ordinum Clericalium promoti, nedum deſcribuntur in actis Curiæ Eccleſiaſticæ, ſed etiam in eiſdem actis regiſtratur ipſemet actus collationis, & ſpecificè adſcribuntur ſeruitio alicuius Eccleſię, vt in *cap. 15. & 16. ſeſſ. 23. de reform.* Vndè licet preſumi non debeat inobſeruantia, ſeù negligentia, aut ſuſpicio fraudis in Epiſcopis, qui habent formam ab eodem Conc. conferendi Ordines, vt in *cap. 5. ad. d. cap. 11. & 16.* poterit tamen ex abundanti cautela eis à Sac. Congreg. Concil. demandari per litteras, vt in collatione Ordinum, & diſciplina Clericorum pæcisè obſeruent decreta Sacri Concilij. Atque ità obſeruatum fuit in vna *Iannenſi* 15. Septembris 1642.

An Cadauera punitorum ſint Medicis concedenda ad anotomiam? Vide de Funeribus. tom. 1. Conſult. 131.

An prò ſoluendis impoſitionibus Cameralibus à Regularibus, poſſit fieri noua taxatio prò rata, &c.? Vide de Regular. tom. 1. Conſult. 142.

An inferior Epiſcopo habens iuriſdictionem Ordinariam procedere poſſit aduerſus eos, qui Eccleſiarum ſuæ ditionis immunitatem violare non verentur? tom. 1. Conſult. 144.

AFfirmatiuè: Quoniam explorati iuris eſt, delinquentes puniendos eſſe ab Ordinario illius loci, in quo delictum commiſſum fuit, *cap. 1. in fin. 3. quæſt. 6. l. ſi cui §. Idem Imperator*, vbi Gloſ. *v. deliquerunt*, & poſt eam Bart. *ff. de accuſat. l. fin.* Federic. de Sen. *conſ. 2. nu. 6.* Rota *Auenionen. dec. 114. num. 2.* alijque; Ordinarij autem appellatione comprehenditur non ſolum Epiſcopus, ſed etiam inferior habens iuriſdictionem Ordinariam, Gloſ. in *cap. Ordinarij v. locorum de Offic. Ord.* in 6. Abb. *in cap. poſt ceſſionem in 1. notab. &c.* & in terminis eſt tex. *in cap. ad Epiſcopos* 174.

Atque ità ad effectum procedendi contrà expoliantes, & extrahentes arma cenſuit S. Congr. Immun. in *Meleuitana* 21. Martij 1631. ex diſpoſitione Conſtitutionis Gregor. XIV. non impediri, quominus per inferiorem Ordinarium poſſit contrà eoſdem procedi, cum in dicta Conſtitutione reſeruetur tantummodò Epiſcopis priuatiuè ad Inferiores extractio, & licentia extrahendi, non autem facultas procedendi, vt cum Farinacio, & alijs in puncto fuit reſolutum ab eadem Sac. Congregatione in *Nullius Terræ Orbitelli* 22: Auguſti 1628: ponente Merlino. Idem cenſuit in vna *Meliten.* 25. Maij 1938. nempè:

Illuſtre, e molto Reuerendo come Fratello: *Potendo il Veſcouo della Badia del Collegio Greco, che ſi ſuppone hauer giuriſdittione ſpirituale, e temporale, procedere contro i violatori della giuriſditione, & Immunità Eccleſiaſtica per conſeruatione di quella, non ſi doueua dal Vicario di V. S. procedere alla dichiaratione delle cenſure contro eſſo Vicario di eſſa Badia, perloche come inualida la potrà riuocare, e dar l'ordine per l'auuenire di queſta conformità, con far anche dimoſtratione contro il medeſimo ſuo Vicario, che riceua error tale, e del ſeguito ſe n'aſpettarà da V. S. auiſo.*

Quod, & decreuit die 21. Ianuarij 1659. hunc in modum: *Sac. Congreg. &c. Suppoſita iuriſdictione Abbatiæ SS. Trinitatis Meliten. cenſuit, Vicarium illius procedere poſſe prò defenſione violatæ Immunitatis Eccleſiaſticæ contrà Miniſtros Curiæ Secularis, qui extraxerunt Hiacynthum Monterubeum ab Eccleſia eiuſdem Abbatiæ; Cognitionem verò ſuper extractione, & an extractus gaudeat, vel ne immunitate Eccleſiaſtica, ſpectare ad ſolum Epiſcopum.* Ac reſcripſit die 16. Decemb. 1653. Vicario præfatæ Abbatiæ

Reuerendo Signore, quando ſia ſeguito con effetto la total reintegratione della violata giuriſditione, & Immunità Eccleſiaſtica, perla quale N. N. furono da voi ſcommunicati, potete aſſoluerli nella forma della Chieſa conſueta con graue penitenza ſalutare, che con la preſente la Santità di N. Sig. vi communica in ciò la facoltà neceſſaria.

Ideóque cenſeo, ſtandum eſſe in decretis, vt contrà eoſdē procedatur per Ordinariū loci commiſſi delicti.

An intimatio diſdictę locationis Domus facta iudicialiter Clerico coram Iudice laico ſit contrà Immunitatem Eccleſiaſticam? tom. 1. Conſ. 150. Item Vide to. 5. Conſult. 4.

AFfirmatiuè: Cum Iudex, coram quo facta eſt huiuſmodi intimatio ſit merè laicus, vt in terminis reſpondit quidam Iuriſperitus, & quidam laicus ſcribens coram laicis Iudicibus, Riminald. iun. *conſ. 386. in princ. & per tot.* vbi concludit, licentiam recedendi à laboratura, quam notificare fecit Colonus laicus Clerico locatori coram Iudice laico, eſſe ipſo iure nullam: Quia Clerici ſubire nequeunt Iudicium laicorum, & pluribus, optimiſque rationibus deducit, tunc non ſuffragari, neque vti iudicialem, neque vti extraiudicialem; Quod facilius admittendum videtur in hoc caſu, in quo Clericus per pactum expreſſum ſibi conſulit, intimationē fieri debere iudicialiter, vt in Inſtrumento locationis.

Cum igitur ex pacto hæc intimatio foret iudiciali-

cialiter intimanda, & ſic iudicialitas ſit requiſita prò forma, tanquam non reſpiciens certum effectum, ſed modum, & formam conficiendi actum, Bart. in *l. cum hi* §. *ſi Prætor ff. de tranſact.* vtique huiuſmodi intimatio dici non poteſt ſimplex declaratoria voluntatis, ſed incitatoria arctans ad comparendum, Bartol. in *l.* 1. *num.* 6. *C. de peric. & commo. rei vind.* Io. de Amic. *conſ.* 145. *num.* 4. & 5. Itaque eum intimatio diſdictæ dicatur declaratoria quandò fit extraiudicialiter, vt per Boccac. *de ſociet. offic. cap.* 154. ideòque niſi pactum intelligeretur de iudicialitate, quæ vltrà declarationem voluntatis arctaret citatum ad comparendum. Et in hac ſpecie Tiraquell. *de retr. lign.* §. 36. *gl.* 3. *num.* 55. Surd. *conſ.* 326. *num.* 24. dixit, confeſſionem coram Iudice incompetente factam, non poſſe dici iudicialem; Itaque huiuſmodi intimatio aduerſatur Immunitati Eccleſiaſticæ: Quia Clericus non poteſt conueniri coram Iudice laico, *cap.* 1. & *cap. ſi diligenti de for. comp.* & alibi; Traditque Surd. *conſ.* 396. *num.* 14. Quod adeò verum eſt, vt incitans Clericum coram Iudice ſæculari, debeat Cauſam amittere, ac proptereà, ſi eſt Clericus, priuetur communione Sacramentorum, fiatque irregularis, ſiuè cauſa ſit Criminalis, ſiuè Ciuilis, Graſſ. *d. effect.* 1. *num.* 13.

Atque ità cenſuit Sac. Congreg. Immun. in vna *Romana* 7. April. 1641. nimirum: Intimationem diſdictæ huiuſmodi non fuiſſe factam coram Iudice competente.

An Subditus Domini temporalis Iudicem Eccleſiaſticum adire poſſit, vt à iuramento in contractu præſtito abſoluatur, & abſolutione obtenta, petat, contractum reſcindi in iuriſdictionis ſui Domini præiudicium, quæ eſt inueſtitus? Vbi de poteſtate *Principis ſæcularis irritante contractum iuratum.* Vide de Iuramento. tom. 1. Conſult. 154.

An Cauſa laicorum, qui ſunt adſtricti in Confraternitatibus etiam Eccleſiaſticis agitari debeant in foro Eccleſiaſtico? tom. 1. Conſult. 157.

Circumſcripto iudicio redditionis rationis, ad quod Epiſcopus poteſt Adminiſtratores compellere coram ſe, etiam ſi loca ſint merè profana, dummodò tractetur de executione piorum operum, ex Bellet. *diſq. Cler. par.* 1. §. 5. *num.* 85. & *ſeq.* ac alij, & ex ſententia Rotæ in *Mediolan. Bonorum* 10. Febr. 1652. coram Melito. Et excepta viſitatione, quam etiam de quocumque loco pio non Eccleſiaſtico, Epiſcopus poteſt facere, non quidem poteſtate Ordinaria, ſed tantum vti Sedis Apoſtolicæ Deleg. in exequutionem S. Conc. Trid. vt Rota diſtinxit *dec.* 30. *num.* 8. *par.* 2. *rec.* & in Mediolan. atque adeò non priuatiuè, ſed cumulatiuè cum Magiſtratu laicali, adeò vt præuentioni locus ſit, ad tex. in *Authen. de Eccleſ. tit.* §. *ſi quis ædificationem*, quem refert, & ſequitur Barboſ. *de Epiſc. allegat.* 75. *num.* 15. vbi alios adducit.

In cæteris verò cauſis diſtinguendum eſt inter eas, quæ ſpectant ad Corpus ipſum Confraternitatum, & cauſas priuatorum.

In primo caſu, quoties Confraternitates erectæ non fuerint authoritate Ordinarij non dicuntur Eccleſiaſticæ, nec Eccleſiæ gaudent priuilegijs, licet in illis opera pia exerceantur, & vnitæ ſint alicui loco Sacro, Barb. *loco citato nu.* 25. *cum ſeqq.* & alij, & firmauit Rota ſpeciatim *dec.* 574. *num* 6. *par.* 1. *diu.* & in d. *Mediolan.* confirmata 10. Maij 1652. Ideòque ſiuè actrices, ſiuè reæ fori priuilegio non gaudent, nec Iudicis laici poſſunt euitare iudicium, Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 50. & *ſeqq.* Quod certum dicit Delbene *de Immun. cap.* 6. *dub.* 20. *num.* 4. & definiuit Rota in *Mediolan. Bonorum* 18. Mart. 1648. coram Bich. & alibi. Ratio eſt: Quia Confraternitates laicales abſque Epiſcopi authoritate erectæ non ſunt loca religioſa, vel ſacra, nec perpetuo cultui Diuino dicata, ſed merè profana, atque adeò in illis non habet locum reuerentia debita locis ſacris, aut religioſis, propter quam in eis immunitas introducta eſt, vt alibi diximus; Quanquam ſi in dictis Confraternitatibus opera charitatis, ac pietatis exerceantur, licet non fuerint authoritate Epiſcopi erectæ verè loca pia dici poſſint, non quidem ratione loci, ſed ratione Cauſæ; ità vt ratione Cauſæ Epiſcopo, non autem ſæculari ſubiectæ ſint, doceant ſatis probabiliter Peregr. Nouar. & Barboſ. quos refert, & ſequitur Delbene *loc. cit. num.* 8.

In ſecundo verò caſu, quandò agendum eſt cum priuatis Confratribus, cum ij nullum habeant Eccleſiaſtitatis characterem, non deſerunt ſtatum laicalem per exercitium piorum operum; Ideòque Iudex Eccleſiaſticus nullam habet in illas iuriſdictionem.

An Edicto poteſtatis laicæ obligeatur Clerici, eorumque bona, atque Coloni? tom. 1. Conſ. 166.

Negatiuè Abb. in 1. *notab.* Anchar. in 3. Imol. *ſub. num.* 11. Butr. *ſub num.* 20. Felin. *num.* 81. & alij paſſim, qui alios referunt de communi atteſtantes; Nec iuuat, quod Bartholi traditio in *l. Cunctos populos quæſt.* 5. *C. de Sum. Trin. & fid. cathol.* ſaltem procedat, ſi edictum emanauerit ob bonum publicum, iuxtà Couarr. & Mexiam ab aduerſatijs adductos: Quia eius inualiditas prouenit ex defectu poteſtatis ad tex. in *cap. Eccleſia S. Mariæ*. Cauſa verò non eſt illa, quę tribuit authoritatem, vt reſpondit Bald. in *d. l. cunctos populos ſub num* 55. benè, ac latè Butr. in *d. cap. Eccleſia ſub num.* 2. inquiens, nullitatem Edicti quoad Eccleſias, non prouenire à qualitate cauſę, ſed à poteſtatis defectu, qui ſemper, & indiſtinctè nullitatem producit. Conſentit Decius *ſub num.* 233. & alij.

Hinc fortius infertur, quod edictum euidenter Eccle-

Eccleſiæ fauens, ſi tamen præcipuè, aut prohibitiuè conceptum eſt, defectu poteſtatis, non comprehendit Eccleſias, eorumque bona, vt probat tex. in *d. cap. Eccleſiæ*, vbi Dec. *in 1. concluſ.* Abb. *num. 8. cum ſeqq.* Barboſ. *num. 2.* & alij.

Quo verò ad colonos, & conductores bonorum Eccleſiæ extat receptiſſima concluſio, Edicta Principum ſæcularium circà bona Eccleſiæ nihil ſtatuere poſſe, *cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* vbi Abb, *in notab. num. 2.* Butr. *num. 3.* Zabarel. *num. 2.* Imol. *num. 6.* Dec. *num. 16. & ſeq.* vbi ampliat, etiam ſi edictum ſit ex cauſa iuſta, idem approbat Ber. *num. 5.* Mant. *num. 6. & 7.* & alij: Nam facultas condendi edictum pendet à iuriſdictione. Atqui Principes laici nullam habent iuriſdictionem in bonis Eccleſiarum, ex Doctoribus citat.

Atqui Coloni, ſeù Conductores bonorum Eccleſię licet conſiderata tantum eorum perſona, ſubiecti ſint iuriſdictioni ſęculari, ſi tamen ratione bonorum Eccleſiæ aliquid præcipiendum eſt, ab ea omninò exempti, & foro Eccleſiæ ſuppoſiti dicuntur, Specul. *de comp. Iud. Add. §. 1. num. 27.* Abb. *in cap. 2. poſt med. num. 6.* Butr. *num. 6. de for. comp.* & alij.

Atque itá ſępiſſimè reſolutum eſt à Sac. Congregatione Immun. tum præſertim anno 1576. quo tempore huiuſmodi controuerſia, negotio maturè diſcuſſo, itá ſopita fuit ad fauorem Eccleſiæ, vt eodem anno tria huiuſmodi edicta, & ſucceſſiuis temporibus, itá multa edita fuerint, vt mirum ſit rem deciſam in dubiū amplius reuocare. Quod tandem ab eadem Sac. Congregatione ſub anno 1626. diſcuſſum, prò Eccleſia cenſuit.

An Satellites Curiæ ſæcularis poſſint armis ſpoliare confugientes ad Eccleſias, & loca immunia? tom. 1. Conſult. 167. Vide tom. 5. *vbi reſpondetur negatiuè.* Item Vide tom. 9. Conſult. 59.

An *Decretum S. Congreg.* controu. *iuriſdict. præpoſita ſuper cognitione cauſarum damnorum datorum, etiam in Statu Eccleſiaſtico, ſit omninò, ſeruandum?* tom. 1. Conſult. 168. Vide reſponſionem hoc eodem tom. Conſult. 97. *Ac multa decreta ad rem.* tom. 3. Conſult. 26. Item vide tom. 4. Conſult. 7. & Conſult. 112. ac tom. 6. Conſult. 33. Et *demum* tom. 9. Conſult. 120.

An Epiſcopus dum videt contrà Reum vrgere indicia ſufficentia ad torturam ſuper caſu excepto in Conſtitutione Gregoriana de Immun. Eccleſiaſtica, debeat quoq; ad inueſtigationem veritatis quęſtionem adhibere, ac tormentis, vti ad eam per dolorem Corporis eliciendam ab ipſo Reo, legitimè interrogando? tom. 1. Conſult. 169.

NEgatiuè, Mar. Ital. *de Immun. Eccleſ. cap. 10. §. 3. nu. 81. & 82.* vbi expreſsè negat. Quia ſi Fiſcus ſufficienter non probet crimen qualificatum, nullæ ſunt partes Iudicis Eccleſiaſtici, niſi in remittendo Reos ad Eccleſiam, eius verba repetit Ciarlin. *controu. for. lib. 1. cap. 10. num. 106. & ſeq.* ſubdens, nunquam in praxi id vidiſſe, ſed vel dimittuntur, vel Curię ſæculari relaxantur; Tortura enim eſt remedium ſubſidiarium, quo non licet vti, vbi actori incumbit rem plenè probare, aliòquin de domo Rei ſumerentur probationes.

Idemque ſupponunt Gamaij *dec. 179.* & 281. ac illius aſſeclę, dum inquiunt, Reum, contra quem ſuper crimine excepto vrgent indicia ſufficientia ad torturam, tradendum eſſe Curiæ ſæculari, non autem torquendum ab Epiſcopo.

Probatur primò ex *l. Præſenti C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* Item ex legibus Longobardorum, & Capitularibus Caroli Magni *tit. de ijs, qui ad leg. de Cler. occiſ. ſtat.* relatis à Petro Gregorio *Syntagm. iur. tom. 2. lib. 33. cap. 20. num. 7.*

Poſtea probatur ex illa vniuerſalitate verborum Conc. Tolet. ſcilicet: *Quodcumque nocibilitatis inferre.*

Indè probatur ex eo, quod plus liceret *Epiſcopo* dum crimen inquireret, quam dum illud puniret. Tum quia vt plurimum coram Epiſcopo non conſtat de corpore delicti, niſi ex proceſſu informatiuo Curiæ ſæcularis, cui ipſe non debet ſtare, iuxtà veriorem, ac receptiorem ſententiam, de quo nos alias; At indubitati iuris eſt, non poſſe ad torturam deueniri, etiam ſi Reus ſufficienter indicatus ſit, quandò coram eodem Iudice non conſtat de corpore delicti *l. 1. §. Illud ff. ad Sillan.* cum alijs relatis à Farinac. *quæſt. 38. num. 1.* Tum etiam quia in extraordinaria cognitione, quam Epiſcopus facit, nec exhibitionem libelli, nec litis conteſtationem fieri; Tortura autem non infertur, niſi prius cum Reo præceſſerit litis conteſtatio, & proceſſus fuerit legitimatus, vt ſtatuunt Boſſ. *tit. de Iudic. & conſiderat. ante tortur. num. 126,* Locatell. *in ſuo Breuiar. de quæſt. iudic. inſpect. 5. num. 21. cum ſequentib.* & alij,

Poſtremò probatur: Quia duplex tortura infertur huiuſmodi Reo. Altera coram Epiſcopo. Altera in iudicio principali ſuper ipſo crimine coram laico, cum non poſſit ſe fundare in confeſſione Rei facta coram Epiſcopo: Quia non debet, nequè poteſt hoc ſuum proceſſum tradere laico Iudici, nè ſe ponat in diſcrimine irregularitatis, vt ait Sperell. *deciſ. 101. num. 52. par. 2.* & nos alibi; ſicque propter confugium ad Eccleſiam fieret deterioris conditionis Reo non confugiente, qui ſemel tantum torturæ ſubibit coram Iudice laico, & fauor Eccleſiæ retorquebitur in odium, & maiorem illius pœnalitatem, contrà regulam *leg. quod fauore C. de legib.* Veritatem huius ſententiæ amplexa eſt S. Congr. Immun. in vna *Reatina* 17. Nouembr. 1657.

De

De Cenſurarum declaratoria in materia Immunitatis Eccleſiaſticæ. Vbi plura de literis hortatorijs, minatorijſque laicæ poteſtatis, præſertim prò Epiſcopis, alyſque Iudicibus Eccleſiaſticis. tomo 1. Conlul. 170.

DEclaratoria incurſus Principis, ſeù Magiſtratus in cenſuras per Epiſcopum lata præſumitur de iute valida, & iuſta ex cumularis per Gabr. *de ſent. concl. 5. & 6. in princ.* taliſque præcipuè probatur, dum apparet lata vim vì repellendo prò neceſſaria defenſione ſuæ iuriſdictionis, & Immunitaris Eccleſiaſticæ, iuxtà terminos *cap. dilecto de ſent. excom. in 6.* vbi poſt alios notat Gemin. *num. 7.* & Innoc. in *cap. Venerabili ſub num. 4. de cenſur.* cum alijs mox allegandis.

Huiuſmodi namque iutiſdictionem Princeps, ſiuè Magiſtratus vſurpat, dum literis, ſiuè hortatotijs, ſiuè minatorijs mandat Epiſcopo, vel eius Vicario, vt cenſuras ab eis latas prò defenſione iurium Epiſcopalium contrà Miniſtros Curiæ ſæcularis, alioſque reuocent, quod repugnat diſpoſitioni Sac. Concil. Trid. *cap. 3. verſ. nefas ſeſſ. 25. de reform.* ac Bullæ Cœnæ Domini, vt animaduertunt Doctores, præcipuè Alter. *diſp. 7. cap. 1.*

Item dum alijs literis eiuſdem Vicarium trahere procurât ad Tribuual laicale contrà expreſſam diſpoſitionem ſacrorum Canonum, & eiuſdem Bullæ §. 15. præſertim attento contrario mandato S. Sedis Apoſtolicæ eidem Principi, aut Magiſtratui notificato.

Rurſus, dum impedimentum præſtat ipſi iuriſdictioni Epiſcopali ex moleſtijs illatis eidem Vicario, vel Epiſcopo, & ex timore incuſſo Miniſtris eiuſdem Curiæ à Commiſſarijs laicis cum Equitum, ac armatorum turmis tranſmiſſis, quæ omnia ſunt contrà diſpoſitionem eiuſdem Bullæ.

Item, dum ratificat à Commiſſario laico notoriè geſtos in contemptum iuriſdictionis Epiſcopalis; Cum ratificatio etiam in delictis mandato æquiparetur, vt poſt Abb. & Salyc. *in leg. non ideò C. de accuſ.* tradit Giurb. *conſ. 91. num. 14.*

Nequè obſtat, quod Epiſcopus ad declarationem procedere non poſſit contrà Pricipem, ſiuè Magiſtratum, vti non ſubditum, nam ceſſat in declararatoria Cenſurarum à lege, quæ certum eſt, omnes comprehendere. Et quia eò ipſo, quò Principes violat iuriſdictionem Epiſcopalem, remanet ex d. cauſa ipſi Epiſcopo ſubiectus, iſque poteſt procedere ad d. declarationem prò defenſione eiuſdem iuriſdictionis, *cap. 1. de pœnis in 6. cap. fin. in princ. de for. comp.* & tradit Dec. *conſ. 694. in fin.* ee in puncto firmat. Ricciull. *de iur. perſon. lib. 4. cap. 61. num. 32. 40. & 49.* vbi atteſtatur, ità alias fuiſſe reſolutum à S. Cong. Epiſc.

Minus obſtat defectus citationis, ſeù monitorij: nam omiſſa diſcuſſione, an requiratur, certum eſt, illam non requiri quandò per Epiſcopum proceditur extraiudicialiter, vti *pars* vim vì repellendo prò defenſione ſuæ iuriſdictionis, & Immunitatis Eccleſiaſticę; Alias enim Epiſcopi eſſent peioris conditionis, quam laici, ſi facto vſurpantibus reſiſtere non poſſent armis cenſurarum, quę ſunt propria Eccleſię, cuius iura vſurpata remanerent abſque defenſione, tex. eſt in *d. cap. dilecto de ſent. excom. in 6.* vbi Gemin. *num. 7.* Io: Andr. *in princ.* & alij. Quod eò maximè dicendum eſt, quandò verſatur in caſu notorię violationis ex literis, ſeù prouiſionibus ipſius Principis, ſiuè Magiſtratus inſinuatis, & mediante Commiſſario armata manu &c. Quod luculenter cònfirmat Suarez. *loc. cit. num. 18. in fin.* & ſic in actionibus coram Epiſcopo conſumatis, Felin. in *cap. ſacro num. 7.* Abb. *in d. cap. venerabilem 3.* Pariter nec obeſt, quod non procedatur extraiudicialiter, quandò facta eſt inſtantia à procuratore Fiſcali; Siquidem huiuſmodi inſtantia non inducit pendentiam iudicij, ſed reputatur actus extraiudicialis, prout reputaretur monitio, ſi fuiſset ex abundantia facta, Dec. *vbi ſup. num. 10.*

Quę quidem multò magis procedunt reſpectu litterarum *Ad audiendum verbum Principis*; nam inducunt tractionem ad forum laicale, & proptetea obſtat eis directè Bulla Cœnę, pręcipuè ſi vocatio côcepta eſt verbis pręceptiuis; nimirum: *Douete ſubito porui in viaggio & à comparire ne' noſtri Tribunali, altrimente vi ſi procederà contro come perturbatore della pace.* Quod procedit etiam reſpectu Epiſcoporum feudatariorum, ſaltem quandò concurrit contraria iuſſio Sedis Apoſtolicæ, præſertim notificata, & exhibita, Gloſ. in *cap. cum parati* vbi Innoc. *nu. 1. & 2.* Hoſtien. *num. 3.* & alij; Præcipuè reſpectu Epiſcoporum Regni Neapolitani, in quo Sedes Apoſtolica habet dominium directum, & ſupremum.

Nec poteſt ſuffragari aliqua conſuetudo: quia Bulla Cœnæ annuatim publicatur, et ex quacumque conſuetudine non poteſt per Laicos acquiri iuriſdictio in Eccleſiaſticos ratione incapacitatis, Alter. *de cenſur. diſput. 16. cap. 2.* Rot. *dec. 10. de conſuet. in antiq.*

Inſuper abuſus huiuſmodi literararum, et prouiſionum ſemper à Sede Apoſtolica fuit reprobatus, ac nunquam toleratus in Eccleſia Dei, Suar. *in defenſ. fid. Cathol. tit. de Immun. cap. 24. §. defenſio iuſta*; Cum repugnet Sac. Concilijs, Canonibus, et Apoſtolicis Conſtitutionibus; Quam ob cauſam Epiſcopi, et nominatim Epiſcopus Neocaſtrenſis anno 1585. propter ſolam præſentationem litterarum hortatoriarum declarauit, Miniſtros Regios, immò ipſum Ducem Oſſunæ tunc temporis Proregem excommunicatos; Prout etiam hac de re publicatæ fuerunt cenſuræ contrà Collaterale Neapolitanum tempore Cardinalis Granuelæ, et Ducis Medinę ab Epiſcopo S. Agathę Gothorum. Item contrà Senatum Mediolanenſem tempo-

re S. Caroli; contrà Parlamentum Burdigalenſem, & Senatum Granatenſem, ac alios paſſim.

Neque ſuffragatur, quod prædictæ litteræ contineant verbum, *Hortamur*; Quia tenor illarum aliud ſuadet; nam ſonat potius in iuſſionem; Ità vt ex dictis impediatur iuriſdictio Epiſcopalis, euitati non poteſt incurſus in cenſuras, Duard. ad Bull. Cæn. *cap. 66. quæſt. 4.*

Ex quibus, & aliis ſequitur, eiuſmodi Principem, ſeù Magiſtratum non eſſe audiendum; niſi paruerit, & de nullitate dixerit appellando, cum alias contumax non audiatur, *cap. per tuas 4. de ſent. excom. cap. Venerabilis §. Porrò, cap. 1. eodem tit. in 6.* cum concordantibus. Quod intrepidè obſeruatum fuit in præcitara cauſa *S. Aagathæ Gothorum*, ſiuè *Neapolitana Cenſurarum* contrà Collaterale, ſedente Vrbano VIII. Iummunitatis Eccleſiaſticæ Aſſertore, ac Vindice.

An deliquens in Scalis Oſtio, Atrio, vel Porticu Eccleſiæ, ità ſanè vt ex diſpoſitione Conſtitutionis Gregor. XIV. priuandus ſit Immunitate Eccleſiæ? tom. 1. Conſult. 71. ac Conſult. 47. eiuſd. tom. 1. & tom. 6. Conſult. 40.

NEgatiuè: Quia cum verſemur in odioſis, & in pænalibus, ſcilicet in priuatione Immunitatis, vtque puniatur delinquens pœna ſanguinis, appellatione delinquentium in Eccleſia, non venit delinquens in porticu, ſed is tantum, qui delinquit extrà Eccleſiam, ad tex. *in leg. 1. §. in flumine*, Frach. qui alios adducit *deciſ. 402. num. 8. & per tot.* Maſtrill. *deciſ. 22. num. 6. cum ſeq. par. 1. & deciſ. 297. nu. 90.* & alij. Et ideò Sac. Cong. Immun. in vna *Meliten.* 11. Decemb. 1618. prò maiori parte in hanc ſententiam inclinauit.

Horum autem opinio confirmatur primò ex diuerſitate rationis: Nam ex homicidio commiſſo intrà Eccleſiam committitur pollutio Eccleſiæ, & indiget noua conſecratione; Secus autem ex homicidio commiſſo in porticu, *ad gloſ. in cap. vn. de conſecr. Eccleſ. in 6.* vbi Anchar. *num. 3. & Barb. num. 3.* & alij. Atquè in hoc conſiſtit differentia inter loca ſacra, & immunia, vt in primis delinquens non gaudeat immunitate, ſi ex induſtria delinquat; In ſecundis verò gaudeat, vt probat Maſtrill. & Italia.

Secundò probatur ex natura dictionis *in*, quæ denotat intrinſicitatem, & tantum comprehendit locum interiorem, Maſtrill. *deciſ. 42. num. 9.* Nauar. *loc. cit.*

Tertiò probatur: quia in odioſis, & in pœnalibus verba propriè accipienda ſunt, tex. *in cap. odia, & cap. pænis de re iudic. in 6.* Eccleſia autem propriè accipitur prò illo loco, qui eſt circumdatus ambitu murorum, largè verò cum acceſſorijs, mirirum porticu, Maſtrill. *ibidem nu. 6.* Marc. Iral. *§. 3. cap. 5. num. 5.* & alij; Quare non debet extendi ad alia loca.

Confirmatur quartò ex dictione illa *ipſis*, quæ eſt perſonaliſſima ipſius Eccleſiæ principalis, & non acceſſorium. Gratian. *diſt. 103.* Quæ quidem dictio habet eandem vim ac intrà. Ac inſortioribus facit ad hanc rem declaratio Sac. Congregationis Conc. dum vult, quod appellatione corporis Eccleſię non veniant Clauſtra, & eſt huiuſmodi:

In vna Salmantina, *in qua vigore cap. 6. ſeſ. 25. de ref. fuerat decretum, quod Epiſcopus teneretur procedere cum Adiunctis in loco conſueto, dummodò extrà corpus Eccleſiæ, fuit dubitatum: an Clauſtrum intelligeretur extrà Corpus Eccleſiæ? Sac. Congr. cenſuit, ità intelligi, vt ſit extrà corpus Eccleſiæ.*

Quintò, quia in dubio faeienda eſt interpretatio fauore Immunitatis Eccleſiaſticę, Peregr. *cap. 6. num. 33. in fin.* Giurb. *conſ. 10. num. 25.* & alij paſſim.

Poſtremò quia Conſt. Gregoriana expreſſit Cœmeteria, quamuis ſint loca Sacra, & acceſſoria ipſis Eccleſijs; Vnde eadem ratione expreſſiſſet Porticum, ſi Pontifex illam comprehendere voluiſſet, *cap. ad audientiam de Decim.* Soccin. ſeu *conſ. 4. num. 8. lib. 4.* cum vulgaribus.

Atque ità cenſuit S. Congr. Immun. iterum, ac ſępiùs, pręſertim in vna *Spoletana* 7. Febr. 1630. & in vna *Camerinen.* 3. April. 1635. et in *Aſculana* 20. Decembr. 1657. Ac in *Dortonen.* 9. Septemb. 1670. nimirum, Porticum, de qua diſſeruimus, gaudere. Et in *Peruſina* 21. Nouemb. 1635. *Sac. Congr. &c. cenſuit, Oratorem gaudere debere Immunitate Eccleſiaſtica, cum archibuſium, ex cuius ictu ſequuta eſt mors Laurentij, non ſit exploſum in Eccleſia, vel Cœmeterio, ſed tantum in loco immuni.*

In *Hieracen.* 16. Decemb. 1642. *Sacra &c. cenſuit, Oratorem, qui Io: Baptiſtam Zurzanam occidit in limine Portæ Eccleſiæ gaudere debere immunitate Eccleſiæ.*

Et ad rem vide aliqua hoc eodem tomo Conſul. 470. & Conſult. 490. ac tom. 2. Conſul 67. & tomo 6. Conſul. 40. & tandem tom. 9. Conſul. 5.

Reſtitutio extracti ab Eccleſia quomodò eidem fieri debeat? Vbi plura ad rem prò Legatis, Nuncijs, Epiſcopis, Vicarijs &c. tomo 1. Conſul. 72. ac tom. 8. Conſul. 72. & tom. 9. Conſult. 50. num. 12. & ſeqq.

EXtractio confugientis ab Eccleſia probatur per teſtes, ideòque dubitari non poteſt de iuſtitia fulminationis cenſurarum contrà extrahentes ex diſpoſitione Conſtit. Greg. XIV. atque ex traditis per Farinac. *de Immun. cap. 20. num. 307.* cum ibi allegatis. Ad quam fulminationem procedi debet, non ſolùm contrà Miniſtros, ſed etiam contrà Iudices laicos, qui extra-

Digitized by Google

extractum poſt requiſitionem, nedum reſtituere recuſant, verum etiam in carceribus retinent. Idem Farinac. *loc. cit. num.* 324. Genuen. *in prax. cap.* 12. *de Immun. in fin.* vbi etiam firmat, extractum nulla alia de cauſa, ſeù delicto retineri poſſe. Concordat Peregr. *de Immun. cap.* 25. *n.* 25. In puncto cenſuit Sac. Congregat. Immunit. in vna *Neapolitana* 26. Martij 1629. contrà Iudicem Caliſanum.

Nec dicti Iudices excuſari poſſunt ob ignorantiam extractionis, dum conſtat de eorum ſcientia, ex proteſtatione, & inſtantia eiſdem facta per eundem extractum carceratum. Item poteſt conſtare ex intimatione cum affixione ſignificatoriæ Curiæ Eccleſiaſticæ de extractione facta, quæ licet poſterior ſententia lata, præcedit tamen executionem ipſius.

Qui Teſtes, licet non ſint examinati, præuia citatione partis, nihilominus in cauſa violatæ Immunitatis ſufficiunt, vt de ſtylo particulari Curiæ Neapolitanæ teſtatur Genuen. *ibidem cap.* 23. *num.* 19.

Nec prò reſtitutione, ſeù reintegratione Eccleſiæ ſuffragari poteſt fuga extracti à Carceribus, cum ſubſecuto confugio ad aliam Eccleſiam: quia requiritur repoſitio extracti in eodem loco immuni, tex. *in cap. reintegranda* 3. *quæſt.* 1. Gloſ. *in cap. ſi quis in atrio* 17. *quæſt.* 4. et alij. Et ex decreto Sanctiſſimi ſeruatum fuit contrà Gubernatorem Vrbis in extracto ab Eccleſia S. Mariæ de Pace 27. Auguſti 1629. in qua extractus repoſitus fuit ab eiſdem birruarijs publicè poſt meridiem. Idemque fuit decretum ab eodem Sanctiſſimo in extracto ab Eccleſia Sanctæ Mariæ de Populo. Et alias cenſuit Sac. Congreg. Immun. præſertim in *Salernitana* 7. Maij 1630. Quod etiam conſtat obſeruatum in Ciuitate Ferrarienſi ſub anno 1624. ex declaratione Cardinalis Lenij, cum executione Cardinalis Sancti Marcelli.

Quæ opinio nititur pluribus rationibus. Primò: quia huiuſmodi Eccleſia dicitur propriè offenſa. Secundò: quia populus dicti loci, qui habuit ſcandalum, debet habere notitiam emendationis. Tertiò: quia daretur multiplicatio ſcandalorum, et traheretur in exemplum. Idque manifeſtè procedit quandò extractus aſſerit, ſe non eſſe, cum ibi non habeat eandem libertatem, quam habebat in Eccleſia, à qua fuerat extractus.

Et quatenus etiam probaretur nouum confugium, ſeù traſportatio ad aliam Eccleſiam, non idcircò diceretur ſatisfactum Eccleſiæ, nec ſequuta reſtitutio, cum fugiens à Carceribus non poſſit dici reſtitutus per Iudices laicos. Sed extrahentes ſaltem tenentur extractum tranſmittere ad Carceres Iudicis Eccleſiaſtici, donec, et quouſque Iudex Eccleſiaſticus decernat, eum debere, vel non debere gaudere Immunitate, iuxtà communem concluſionem, etiam in Tribunalibus laicis receptam, Giurb. *conſ.* 20. *num.* 23.

Cui priuilegio confugiens neque poteſt renunciare, neque expreſsè, neque tacitè, nec ante extractionem, itaut illi non reſtituatur, Doctores communiter, nominatim Decian. *lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 12. Farinac. *de Immun. cap.* 19. *num.* 304. & alij. Ac declarauit Sac. Cong. Immun. in vna *Caiacen* 20. Nou. 1640. *Sacra &c. reſpondit reſcribendum eſſe Vicario, vt faciat reſtituere Oratorem eidem Eccleſiæ, à qua fuit extractus, cum non potuerit per renunciationem ipſius præiudicare Eccleſiæ; Secuta autem reſtitutione, erit in ſui arbitrium ſe conſtituere in carceribus.*

Minus ſufficit reſtitutio facta Epiſcopo, vel repoſitio in Carceribus Eccleſiaſticis, Farinac. *conſ.* 166. *num.* 49. *in fin.* Et licet in ſententia aliquorum ſufficeret; Tamen Epiſcopus liberè in eadem Eccleſia læſa reponere extractum teneretur, Deben. *cap.* 16. *dub.* 33. *n.* 2.

Nec etiam ſatis eſt ſimplex excarceratio, niſi etiam ſequatur repoſitio extracti in Eccleſia, vt reſpondit Sac. Congreg. in vna *Mediolan.* 23. Februar. 1638. nempè.

Scribatur Eminentiſſimo Archiepiſcopo, vt Oratorem faciat reſtituere eidem Eccleſiæ, à qua fuit extractus, nec ſufficere illius excarcerationem prò reintegratione violatæ Immunitatis Eccleſiæ ob extractionem eiuſdem Oratorit.

Quinimmò, vt reſtitutio fieri poſſit alteri Eccleſiæ eſt neceſſaria diſpenſatio Sum. Pontificis, & conſenſus extracti, vt declarauit eadem Sac. Congr. in *Neapolitana* 21. April. 1643. & in vna *Mediolanen.* 28. Nouembris 1634. Nimirum:

D. Secretarius iuxtà mentem ſcilicet, vt mediante authoritate Sanctiſſimi, faciat conualidare reſtitutionem factam alteri Eccleſiæ, cum non dependeat à conſenſu partium, ſed ab authoritate Sanctiſſimi.

Sacra &c. cenſuit, reſtitutionem Oratoris extracti de iure faciendam eſſe eidem Eccleſiæ Ciuitatis Lauden. à qua fuit extractus, etiam ſi hodie moram trahat in Ciuitate Romana diſtante à loco factæ extractionis; Poſſe tamen hoc caſu Sanctiſſimum Dominum diſpenſare, vt reſtitutio fiat Eccleſiæ Lateranenſi, attento conſenſu Oratoris, qui reſtitui debet.

Atque adeò in vna *Neapolitana violationis Immunitatis Eccleſiaſticæ* 4. Octobr. 1630. Sac. Cong. Immunit. facto verbo cum Sanctiſſimo, cenſuit, demandandum eſſe Nuncio, vt ſer. ſer. procedat ad fulminationem cenſurarum contrà quoſcumque Miniſtros, ac Iudices Vicariæ, ac alios complices ex cauſa violatæ Immunitatis, ob non reſtitutionem, & retentionem in Carceribus Baronis Palagianelli, & mortem ei illatam, ſed prò nunc contrà Miniſtros inferiores, & contrà Iudicem referentem, cum præſeruatiua procedendi contrà alios. Et ità facto denuò verbo cum Sanctiſſimo, fuit de eius mandato directa commiſſio Nuncio: quia ipſe fecit proceſſum, ipſeque egit, quæ fuit executioni demandata per publicationem Cenſu-

rarum, & affixionem Cedulonum; Sed ratione ſuſpicionis peſtis, ſuit data facultas eidem Nuncio illius abſoluendi in Ciuitate Neapolitana, abſque eo, quod accederent ad Vrbem; Idque ex gratia ſpeciali Sanctiſſimi.

Vlterius pro reintegratione requiritur reſtitutio etiam omnium rerum, præſertim armorum, quæ fuerunt ablata in extractione, cum extractus ſit reſtituendus quoad omnia in priſtinum, *d. cap. ſicut antiquitus* 17. *quæſt.* 2. Et in puncto de reintegratione cenſuit Sac. Congr. quod ante abſolutionem facienda ſit reſtitutio in integrum armorum in vna *Lunen. Sarzanen.* 4. Auguſti 1624. & 24. etiam Auguſti eiuſdem anni in vna *Brunduſina*, & in vna *Mediolanen.* 28. Maij 1626.

Quæ omnia procedunt etiam contra Miniſtros, & Officiales Curiæ Cardinalium, Legatorum, ac Nunciorum violantes Immunitatem Eccleſiaſticam, à cuius cenſuris ij Legati, ac Nuncii abſoluere eos non poſſunt, niſi Pontifex, cui ſeruatum eſt in Extrauag. etſi *Dominici de pœnit. & remiſſ.* & in Bulla Cœnæ poſt §. 20. Et ità iuſſu Pauli V. declarauit Sac. Congreg. Conc. 18. Nouembr. 1617. & in ſpecie quoad Legatum Bononienſem declarauit Sacra Congreg. Immun. in vna *Mutinen.* 11. Auguſti 1626. Et reſpectu Nuncij Colonienſis in vna *Colonien.* 17. Mart. 1625.

Atque ità eadem Sac. Congr. Immun. cenſuit in vna *Ferrarien.* 17. Septembris 1632. Vnde ratione exempli, ac præiudicij Immunitatis Eccleſ. præſertim cum agebatur de caſu notorio, mandauit Miniſtris Cardinalis Legati ſatisfactionem præſtandam Eccleſiæ, & deinde abſolutionem in forma.

Extantque in hanc rem litteræ Eminentiſſimi Cardin. Barberini datæ Eminentiſſimo Cardin. Magalotto Epiſcopo Ferrarienſi, quæ ſunt huiuſmodi.

Le controuerſie nate trà la Corte di V. E. e quella del Signor Cardinal Legato ſono paiſe degne d'eſſer conſiderate dalla Sagra Congregatione ſopra le controuerſie giuriſdittionali Eccleſiaſtiche; onde hauendole S. B. rimeſſe ad eſſa, quelli Eminentiſſimi miei Signori hanno terminati alcuni punti, de' quali io dò parte all'E. V. & al Signor Cardinal Legato. Primieramente, conſiderando la Sagra Congregatione molti caſi deciſi altre volte in conformità de' Sagri Canonij, e parere de' Dottori, hà giudicato eſſer neceſſaria la reſtitutione di Franceſco Conteſſi reo eſtratto dalla medema Chieſa, di doue fù leuato, & anco dell'armi, che ſono ſtate tolte dalla medema Chieſa. Hanno in oltre giudicato, che eſſendo riſeruata l'aſſolutione dell'Immunità Eccleſiaſtica, non poteua nè anche il Legato, ſenza ſpecial facoltà di N. S. dar l'aſſolutione alli Rei incorſi nelle Cenſure per queſta cauſa, e che eglino non poteuano eſercitar l'officio loro, ſenza riceuer prima l'aſſolutione da chi haueua facoltà da queſta S. Sede di darla: Che in oltre i Miniſtri del Sig. Card. Legato non poteuano rimouere i Cedoloni affiſſi, nè far altri atti contro i Miniſtri di V. E. Che gli Sbirri eſtraenti debbano eſſer aſſoluti publicamente in forma Eccleſiaſtica conſueta nella medema Chieſa, doue hanno commeſſo l'eceſſo, con che prima ripongano publicamente l'eſtratto, ſe ſi troua, ò almeno le ſue armi nella ſteſſa Chieſa. Che gl'altri Offitiali maggiori incorſi nella medema Cenſura, ſiano aſſoluti priuatamente, precedente però la riuocatione de' ſudetti atti fatti contro i Miniſtri di V. E. quali atti originali, doueranno conſignarſi alla ſua Corte. Si procederà appreſſo a chi doueraſſi dar facoltà di aſſoluere i cenſurati, e ſe in queſto particolare dell'Immunità ſiano ſottopoſti i Miniſtri della Legatione alla giuriſdittione del Veſcouo, del che io a ſuo tempo darò parte a V. E. alla quale è paruto anche a Sua Santità, che io come tanto ſuo Seruitore, & Oſſeruantiſſimo d'amendue loro, partecipi queſta riſolutione della Sagra Congregatione. Confido, che ella con la ſua pietà, e zelo concorrerà nel medemo ſentimento. e quella prudenza, che riluce nelle ſue attioni, cooperarà alla quiete, che ſi deſidera in queſto affare, come io ne la priego con tutto l'animo, e le bacio per fine humiliſſimamente le mani. Di Roma a dì 29. Maggio 1632.

Item aliæ eiuſdem in hunc tenorem:

A 2. del preſente ſi è fatta di nuouo la Congregatione per diffinire i punti, che reſtauano indeciſi ſopra le differenze trà la Corte di V. E. e quella della Legatione, nella quale è ſtato riſoluto, che V. E. hà potuto validamente denunciare ſcommunicati mediante l'affiſſione de' Ceduloni coloro, che eſtraſſero il Conteſſi dalla Chieſa Parochiale di Faſſa Nuoua, e quanto alla facoltà d'aſſoluere i ſudetti, e quelli, che amoſſero i Ceduloni, e vi cooperorno nella loro amotione, & anche gl'Officiali Maggiori, che hanno preſtato complicità nelle coſe ſudette, & altre fatte con occaſione di queſta cauſa, la maggiore parte hà giudicato, che queſta autorità ſi debba delegare a V. E. ma N. S. per ageuolar maggiormente la funtione, e per ſolleuar lei da queſt'incommodo, hà voluto adoſſar queſta fatiga al Signor Ceſare Balduini Vicario del Signor Cardin. Arciueſcouo di Rauenna, che riſiede in coteſta Città, chi douerà quanto prima aſſoluere i cenſurati nel modo, e forma, e con le conditioni, come appreſſa eccettuato però il Luogotenente Buttini, e'l fratello del Barigello, ſopra i quali ſi dirà appreſſo il ſenſo della Sagra Congregatione. Quelli, che eſtraſſero il Conteſſi dalla Chieſa Parochiale di S. Marco, doueranno eſſer aſſoluti nella medema Chieſa con le conſuete ſolennità preſcritte dal Ceremoniale, alla quale hà voluto la Sagra Congregatione, che vi preceda la reſtitutione del Reo, e dell'armi nella medema Chieſa, & haurebbe anche deſiderato, che ciò ſi faceſſe nel giorno di Feſta, e trà le ſolennità della Meſſa, accioche maggiormente ſi leuaſſe lo ſcandolo, e l'eſempio. Quanto a coloro, che hanno amoſſo i Ceduloni, e cooperato all'amotione, hanno giudicato queſti miei Eminentiſſimi Signori, che debbano eſſer aſſoluti con la medema cerimonia nella Chieſa Catedrale, e per tor via l'eſempio dell'amotione hanno ordinato, che auanti di riceuere

l'aſſo-

Digitized by Google

l'aſſolutione, debbano eſſi medeſimi riattaccare i Ceduloni, i quali ſi laſcino ſtare così affiſſi almeno per vn giorno. Altri Offitiali maggiori doueranno eſſer aſſoluti priuatamente, alla quale aſſolutione hà voluto la Sagra Congregatione, che preceda primo la caſſatione dell'obligatione giuratoria fatta dal Brunetti Notaro della Curia Epiſcopale; Secondo l'annullatione di tutti gl'atti fatti in queſta cauſa da Miniſtri della legatione, i quali atti tutti ſi doueranno antecedentemente reſtituire alla Curia Veſcouale, ſe ſaranno in quinterno, mà ſe ſaranno ne'libri, doue ſiano meſcolate altre coſe, ſi caſſino i medeſimi atti, e s'annullino con decreto in margine di ciaſcuno. E tutto queſto hà giudicato la Sagra Congregatione non oſtante la ſentenza del Luogotenente Ciuile proferita in queſta cauſa. Hò voluto dare così minuto auuiſo a V.E. di tutto quello, che hà riſoluto la Sagra Congregatione perche trattandoſi della ſalute dell'anime di tanti Cenſurati, non mi è parſo di tacere coſa alcuna, che non eſpreſſa, poteſſe render dubia l'aſſolutione, &c. Di Roma 5. di Giugno 1632.

Ac demum litteræ eiuſdem Eminentiſſimi ad præfatum Cæſarem Balduuinum tenoris ſequentis:

Hauendo la Sagra Congregatione ſopra l'Immunità Eccleſiaſtica dichiarato eſſerſi incorſi nelle Cenſure riſeruate a N.S. il Barigello, e li Sbirri, che hanno eſtratto dalla Chieſa di S. Marco di Foſſa Noua Dioceſe di Ferrara Franceſco Conteſſi rifugito in eſſa, e gli Sbirri, & altri Miniſtri, che hanno rimoſſo i Ceduloni fatti attaccare dalla Curia Epiſcopale contro i ſudetti eſtrattori, e quelli ancora, che hanno cooperato in queſta amotione, & anche gli Officiali maggiori, che nelle coſe ſopradette, & altre con occaſione di queſta cauſa hauer preſtato la loro complicità; Sua Beatitudine col parere della medema Cõgregatione communica la facoltà neceſſaria a V.S. di dare l'aſſolutione a ſudetti cenſurati, ſe la domandaranno, eccettuato il Luogotenente Ciuile Buttini, e'l fratello del Barigello di Ferrara, nella forma, e con le conditioni infraſcritte: Cioè quelli, che eſtraſſero il Conteſſi doueranno riceuere l'aſſolutione nella ſteſſa Chieſa Parochiale di S. Marco con la conſueta ſolennità, e preſcritta dal Ceremoniale, con queſto però, che vi preceda la reſtitutione del medemo Conteſſi alla detta Chieſa, e delle ſue armi, che gli furono leuate, il che ſi douerà fare nel giorno Feſtiuo, & inter Miſſarum ſolemnia. Quelli, che hanno amoſſo i Cedoloni, e nell'amotione di eſſi hanno cooperato, doueranno eſſer aſſoluti con la medema forma nella Catedrale di coteſta Città, con queſto, che antecedentemente eſſi medeſimi riattacchino nel medemo luogo i Ceduloni, e che gli laſcino ſtare almeno per vn giorno. Agl'altri Vfficiali Maggiori, eccettuato il Buttini darà l'aſſolutione priuatamente, alla quale douerà precedere prima la caſſatione dell'obligatione giuratoria fatta dal Brunetti Notaro della Curia Epiſcopale. Secondo l'annullatione del precetto fatto dal Dottore di S. Marco di comparire nella Curia della Legatione, Terzo l'annullatione di tutti gl'atti fatti in queſta cauſa da Miniſtri della Legatione, non oſtante la ſentenza del Luogotenente Buttini, quali atti tutti ſi douranno antecedentemente reſtituire alla Curia Epiſcopale, ſe ſaranno in quinterno ſeparato, ma ſe ſaranno co'libri, doue ſiano meſcolate altre coſe, doueranno caſſarſi, & annullarſi co'l decreto in margine di ciaſchedũno. Tutto queſto V.S. douerà eſeguire, procedendo con ogni deſtrezza, e prudenza, e ſeruendoſi del ſuo proprio Notaro, e Miniſtri, e dopo data l'aſſolutione, ella traſmetta alla Sagra Congregatione, la fede autentica del tutto, con che io ſaluto V.S. di cuore. Roma 5. di Giugno 1632.

Reliqua vide etiam tom. 8. Conſult. 72. vt ſupra.

An Commendatores Ordinum Militarium poſſint retinere, & carcerare Sacerdotes ſeculares, ad curam animorum à ſe deputatos, cum approbatione Ordinarij in Eccleſijs Parochialibus ſuorum Ordinum, ob cauſas ad ipſam curam animarum concernentes? Et

An eis Epiſcopus poſſit demandare monitionem, vt tanquam excommunicati abſtineant. Item à quonam delicta ob dictas cauſas cognoſci debeant? Vide de Equitibus tom. 1. Conſult. 173.

CVm Sacra Congregatio Immunit. frequenter, ac præſertim die 30. Iunij 1632. in vna Vercellen. cenſuerit, Iudices, & Miniſtros laicos non poſſe prohibere Executoribus Curiæ laicalis, quominus exequantur monitoria, mandata, & ſimilia Curiæ Eccleſiaſticæ, etiam nulla ab eiſdem Iudicibus, & Miniſtris laicis petita licentia, ſiuè aſſenſu. Ideò quæritur;

An Iudex laicus prohibere poſſit Birruarijs, alijſque Executoribus Curiæ Sæcularis, quominus mandata Curiæ Eccleſiaſticæ exequantur, eamque adiuuent ſine ſua licentia, ſingulis vicibus per Miniſtros Eccleſiaſticos ab ipſomet imploranda, etiam cum ſignificatione cauſæ, vel capturæ faciendæ, vel potius huiuſmodi præceptum reuocare teneatur, iuxtà reſolutionem eiuſdem Sacræ Congregationis in vna Aſſiſien. 11. Mar. 1646. tenoris ſequentis. Ad 3. Eundem Prætorem non potuiſſe præcipere Balinis ſuæ Curiæ laicalis, nè inſeruirent, & non obedirent Curiæ Epiſcopali, & ab eo reuocandum eſſe dictum ordinem per actum publicum, & dicti actus tranſmittatur copia authentica ad Sacram Congregationem, qua reuocatione facta, abſoluatur? tom. 1. Conſult. 174. & Conſult. 437.

AFfirmatiuè: Ad formam præfatæ reſolutionis Sacræ Congregationis, quod vt clarius pa-

Digitized by Google

pateat, diſtinguendum videtur inter brachium ſæculare, & brachium Militare, ſeù familiam armatam Iudicis ſæcularis.

Brachium ſæculare non imploratur ab Epiſcopo tanquam quid materiale, ſeù meri facti, ſed tanquam quid formale, ſeù facti, & iuris. De quo Doctores in *cap. 1. de Offic. Ord.* de quo non agitur hic.

Brachium verò Militare, ſeù familia armata, ſuper qua cadit dubium, imploratur tanquam quid materiale. Idem autem imploratur, vel mediatè, vel immediatè.

Mediatè imploratur vbi prò eo requiritur Iudex laicus, quo caſu ante Concilium Trid. videbatur implorandum ſingulis vicibus: Quia poterat dari caſus, quod illud poſset denegari, nempè ſi peteretur ab Eccleſiaſtico ante experta remedia ſpiritualia, cum ante Conciliũ eſse incipiendũ ab excommunicatione cũ excommunicatio ſit effecta remediũ extraordinariũ: quia eſt inchoandum ab executione reali, & perſonali etiam per inuocationem brachii ſæcularis, ex Fagnano in *cap. Peruenit num. 31. de adult.* dicendum videtur ſatis eſſe, ſi ſemel Iudex ſæcularis requiratur ab Eccleſiaſtico, ad hoc, vt toties quoties opus fuerit, eidem inſeruiat familia ſua, cum hodie non poſſit dari caſus licitę denegationis, vt antea, Salzedo ad Diaz. *in pract. crim. c. 153. n. 4. & 5.*

Immediatè verò, & tutius imploratur, quandò Iudex Eccleſiaſticus directè præcipit birruarijs, & executoribus laicis, vt ſua mandata exequãtur, non tanquam Miniſtri Iudicis laici, ſed tanquam perſonæ priuatæ. Quo caſu, nedum Iudex laicus poteſt eis imperare, & ipſi viciſſim tenentur obedire, non petita licentia à laico, ſed etiam iſte nõ poteſt hoc eis prohibere per rationem tex. *in cap. fin. de Immun. in 6.* vbi ſubijciuntur excommunicationi Domini temporales, qui ſuis ſubditis præcipiunt, nè actium, quas profitentur, obſequia præſtent Eccleſiaſticis.

Duæ namque in iſtis birruarijs ſunt conſiderandæ perſonæ: priuata, qua habitu, non actu ſunt birruarii, & publica, qua ſunt actu birruarii Curiæ ſæcularis; Vndè ſi Epiſcopus eorum brachium non petat à poteſtate ſæculari, ſed immediatè ipſos requirat, non dicitur eis imperare tanquam perſonis publicis, ſeù addictis ſeruitio fori ſæcularis, ſeù tanquam priuatis, et birruariis habitu, qui in executione ſibi demandata nullo modo debent repræſentare Curiam ſæcularem, ſed Eccleſiaſticam. Et proptereà non poſſunt à laico prohiberi prætextu, quod ſint perſonæ publicæ, ſibique addictæ ratione muneris, quod ſuo nomine exercent, cum ab Eccleſiaſtico requirantur tanquam perſonæ priuatæ, ſibique Subditi, et Diœceſani, citrà qualitatem laicalem, cum authoritatem publicam, ſine qua nequeunt eſſe actu birruarii, recipiant ab Eccleſiaſtico eo inſtanti, quo eis committit executionem ſuo nomine faciendam; Vndè ſi laicus eos prohiberet, incideret in excommunicationem *d. cap. fin.*

Nec obſtat, poſſe dari euentum, quod ſęcularis eodem tempore eorum miniſterio indigeat. Nam quidquid ſit; an potius Eccleſiaſtico Iudici, quam ſęculari parere debeant, vtique caſus iſte intrà Ciuitatem vix eſt contingibilis, ità vt, ſi opus fuerit, non poſſint ſtatim haberi; Et quando ageretur de executione facienda in Diœceſi, poſſet adhiberi temperamentum circà numerum, tempus, &c. Sed hoc prætextu non debet priuari Epiſcopus iure ſuo, quod ſanè inutile redderetur; Et contrà nolentem, & recuſantem non poſſet vti remedio excommunicationis, cum vt plurimum, pręſertim in Terris Eccleſiæ, Superiores laici non poſſint excommunicari propter *Extrauag. cum Mattheus de hæreticis.*

Atque adeò, quod id ſit in derogationem libertatis Eccleſiaſticæ, et eò ipſò excommunicationis ſententiæ ſubiacere decernitur *in dicto cap. fin. de Immun. Eccleſ. in 6.* docentque Archidiac. Ancharan. Monoch. & Franch. ibidem, vbi etiã cęteri Doctores, cui adſtipulatur Nauarr. *in Man. cap. 27. nu. 130.* Lauor. *de Iubil. p. 2. cap. 23. num. 16.* & alij.

Nam licet prohibitio fiat laico, redundat tamen in pręiudicium Eccleſiaſticę libertatis. Et habet etiam locum excommunicatio Canonis 15. Bullæ Cœnę Domini aſſero cum Vgolino *de Cenſur. in explic. d. Can.* Filiuc. *d. tract. 16. cap. 20. q. 7. num. 267.* & alijs.

Item vide reſolutionem Sacræ Congregationis Immunitat. de hac re hoc eodem *tom. 1. Conſult. 437.*

An, qui veneno proximum ſuum enecat, committat homicidium proditorium, atque adeò priuetur Immunitate Eccleſiaſtica? Vbi de Religioſo, qui veneno Superiorem ſuum ſuſtulit, quod regularem obſeruantiam iam collapſam reſtaurare conabatur? tom. 1. Conſult. 175. & tom. 4. Conſult. 113.

AFfirmatiuè: Reſpondit Bald. *in l. Nemo C. de Sum. Trin. n. 12. & in l. cum fratrem 9. n. 1. C. de his, quibus, vt in dign.* Felin. *in cap. 1. de homic. n. 1.* Anan. *ibidem*; Decius *in cap. Quæ in Eccleſiarum num. 70. de conſtit.* & alij multi. Ac etiam declaratio Sac. Congreg. Conc. quæ idipſum in terminis die 3. Decembris 1632. decreuit, eamque adducit Delbene *de Immunit. cap. 16. dub. 20. ſect. 2. n. 7.* eſtque tex. *in l. 1. C. de malef. & mathem.* cuius verba ſunt: *Plus eſt hominem extinguere veneno, quam occidere gladio*, & ibi Gloſ. & communiter DD.

Ità tamen moneo, intelligendum eſſe eo caſu, quo nulla præceſſerat inimicitia cum occiſo veneno: quia tale homicidium verè poteſt dici proditorium, cum occiſus nullam cauſam haberet ſibi pręcauendi; Secus autem ſi quis vene-

veneno occidat inimicum, Sperell. *dec.23. n.3.* & Dian. *reſol.12.* Delben. *ſupra n.5.*

Hinc Sac. Congr. Epiſc. reſpondit in vna *Meluitana* 2. Auguſt. 1619. quod occidens inimicum à tergo cum ſclopo gaudet Immunitate, teſte Diana *d. reſol. 12.* Item in occideote inimicum à rergo probat Giurb. *conſ. 20. nu. 13.* Et in occidente ex feneſtra cnm archibugio, Genuen. *cap. 94.* Ricc. *collect.* 1792. & alij. Ac vniuerſim poſt Conſtit. Greg. quod illud dumtaxat dicatur homicidium proditotium, quod ſub colore amicitiæ committitur, ſecus ſi ab inimico, etiam cum quibuſcumque inſidijs, Dian. *d. reſol. 12. §. Sed ego.*

Verum quia hic modus enecandi homines veneno reliquis ioſidioſior eſt, & vix poteſt oculatiſſimus ab eo præcauere, vt aduertit Farinac. *de Immun. d. cap. 9. nu. 142. in fin.* & Dian. *par. & tract. 1. reſol. 36.* ideò tutius eſſe cenſeo de hoc conſulere Summum Pont. & iuxtà illius reſponſum ſe gerere. Prout ſæpius Sac. Coog. Immun. reſcripſit, præſertim 24. Nou. 1651. & in vna *Lycien.* propoſita à D. Ioſeph. Caietano ex Ducibus Laurenzani.

Quod eò fortius videtur dicendum in eueotu, io quo Religioſus Superiorem inſiſtentem diſciplinæ regulari veneno in fercolum occideret. Duo enim vrgent: Alterum ex parte occiſi, quod non poteſt hoc præcauere. Alterum ex parte occidentis, quod ſola reſtaurario diſciplinę regularis non poteſt præbere cauſam tali inimicitię, quæ valear illum excuſare à proditione. Et ità declarauit Sac. Congr. Immuoit. 24. Nouembr. 1651. contrà Religioſum Conuerſum. Reliqua vide *d. tom. 4. Conſul.* 115.

An Aduocatus Conſiſtorialis, & pauperum caractere Clericali inſignitus, debeat gaudere priuilegio fori, & exemptionis ab oneribus laicorum, quamuis alicuius Eccleſiæ particularis ſeruitio non ſit adſcriptus? Vbi etiam de alijs Clericis, & de Prothonotarijs honorarijs? tom. 1. Cocſult. *176.*

QVoad priuilegium forl affirmatiuè. Primò quia ex litteris Eminentiſſimi Card. Camerarij exhibitis viuæ vocis oraculo Sanctiſſimi idem Clericus nomioatur Officialis Sedis Apoſtolicæ, & vti tali conceſſa leguntur omnia priuilegia, exemptiones, ac prærogatiuę, quibus alij Camerales inſeruientes potiuotur, & quod ſint verè familiares, & continui Commenſales Papæ, vt in Bulla Sixti IV. *in ordine 4. §. 3. tom. 1. Bull.* & Sixti V. *in ordine 48. §. 8. tom. 2.* Ideòque concludenter probatur, cum idem Clericus recipiat quotidie portionem duplicem panis, & vini, & aliorum eſculentorum; Qua de re videatur Conſtitutio Pauli III. *in ordine 3. §. 1. tom. 1.* eiuſdem Bullar. cum declaratione ſubſeq. §. 2.

Eò autem ipſo, quod eſt Officialis, aut familiaris Papæ, qoi eſt Epiſcopus Epiſcoporum; *cap. 1. §. Ordo 21. d.* indobitatum eſt, gaudere debere priuilegio fori, prout gauder quilibet Officialis, ſeù familiaris cuiuſcumqne Epiſcopi, *cap. fin. de offic. Archid.* vbi Abb. & alij cumulati per Matth. *de iuriſd. caſ. 111.* ac latius Giurb. *conſ. 88.* ac ſæpiſſimè cenſuit Sac. Cong. Immun. pręſertim in voa *Aliphana* 16. Decembris 1626. ibi:

Sac. Congr. ſuper controu. iuriſdict. cenſuit, cauſas, tam Ciuiles, quam Criminales Notarij, & aliorum Officialium Epiſcoporum ſpectare ad cognitionem Epiſcopi. Et ità ſtatutum eſſe à Mioiſtris laicæ poteſtatis, qui Epiſcopo Aliphano reſtituerunt illius Notarium carceratum, vt ex literis Nuncij Neapolitani. Quod etiam cenſuit Sac. Congregatio Epiſcop. in vna *Vaiſon.* 2. Decembris 1615.

Secundò; Quia licet Sac. Conc. Trident. *cap. 6. ſeſ. 23. de reform.* vltrà tonſuram, & Clericalem habitum videatur requirere ſeruitium alicuius Eccleſiæ, nihilominus d. qualitas abundè verificatur io ſeruitio, quod præſtatur Papę, & ſedi Apoſtolicæ, vt in fortioribus de Prothonotarijs honorarijs rantum, eò quia ſuot familiares Papæ, & parari inſeruire perſonæ Summi Ponr. ſeù vniuerſali Eccleſiæ, vel Sedi Apoſtolicæ, ſæpius cenſuit Sac. Coogreg. Conc. in ſeqoentibus declarationibus:

Fuit dubitatum. An Prothonotarij Apoſtolici honorarij gaudeant priuilegio fori, etiam ſi alicui Eccleſiæ non inſeruiant, iuxtà decretum cap. 6. ſeſſ. 23. de reform? *Die 11. Iul. 1626. Sac. Congreg. Conc. cenſuit, gaudere priuilegio fori, & Clericali.* Idem in vna *Romana* 22. Iun. 1629.

Neque facienda eſt vis, quod requiratur deſcriptio, ſeù mandatum Epiſcopi prò ſeruirio Eccleſiæ: Nam ex opinione Sacræ Congregationis Conc. ranquam leuis non eſt neceſſaria, ſatiſque eſt concurrere, quæ potiora ſunt, nempè tonſuram, & delationem ipſius cum habitu Clericali, & ſeruitium Eccleſiæ, ità etiam ceſſante Epiſcopi mandato, & licentia ſatisfit menti Concilij, dum exercer ſeruitium Eccleſiæ, vt in his declarationibus:

Die 2. Decembr. 1623. in vna Canarieo. *Sac. Congr. Conc. inhærens declarationibus alias factis, reſpondit, Clericum, qui habitum, & Tonſuram defert Clericalem, & alicui Eccleſiæ inſeruit, licet non præceſſerit mandatum Epiſcopi, debere tamen gaudere fori Eccleſiaſtici priuilegio.*

An Clericus Clericalem habitum, & tonſuram deferens, qui alteri Eccleſiæ, quam ei, cui ex mandato Epiſcopi adſcriptus fuit, inſeruit, g... re debeat priuilegio fori? Congregatio Conc. c. nſuit gaudere debere.

Die 6. Septembr. 1607. in vna Baren. *Cong. Co... n- ſuit: Si Orator ante delictum E. cleſiæ inſer.. e conſueuerat, licet interruptè, & abſque mandat. Epiſcopi, debere gaudere fori priuil io.*

Sac. Congregatio Conc. alias cenſuit, priuilegio fori gaudere Clericum minorum Ordin. in habitu, & ton-

Digitized by Google

tonſura incedentem, inſeruientemque Eccleſiæ. Tametſi abſque vllo Epiſcopi mandato.

Sacra &c. alias cenſuit, talem Clericum inſeruientem alteri Eccleſiæ, quam ei, cui mandauerat Epiſcopus, vt inſeruiret, nihilominus gaudere priuilegio.

Quod verò ad priuilegium exemptionis multò magis dicendum eſt, gaudere debere, cum iſtud competat ex ſolo charactere Clericali, *cap. Quamquam in 6. cap. Non minus concord. de Immun.* abſque eo quod concurrant aliæ qualitates ſeruitij alteriuſque ſimilis, cum diſpoſitio Sac. Concilij *d. cap. 6.* reſtringatur ad ſolū priuilegium fori, vt in ſupradicta declaratione 11. Iul. 1626. & clarius in ſequenti:

Die 3. Decembr. 1622. Sac. Congr. Conc. cenſuit, decretum Sac. Conc. Trident. cap. 6. ſeſſ. 23. de reform. non ademiſſe Clericis non habentibus qualitates, quæ ibidem exprimuntur; niſi priuilegium fori; cætera verò remanere ſub diſpoſitione iuris communis.

Et magis in terminis ipſius exemptionis eadem Sac. Congr. Conc. cenſuit 16. Decembr. 1604. & alias ſæpè, quod etiam tradunt Roland. *conſ. 4. num. 26. lib. 1.* Garz. *de benefic. par. 2. cap. 2. num. 2. eapaq. num. 5. in fin.* & alij Et hanc eandem opinionem ſequuta eſt Sac. Congr. Immun. in vna *Aſſiſien.* 28. Iun. 1629. & in vna *Firmana* 10. Septembris eiuſdem anni. Et latius Sac. Congr. Conc. 26. Ian. 1630. in vna *Nullius penſionis*.

Atque ex his Sac. Cong. Immun. 5. Febr. 1630. cenſuit, ſupradictum Clericum gaudere tanquam familiarem.

An taxa prò ſalario Medici dicatur onus perſonale, ità vt Clerici Syluatici ab oneribus perſonalibus in decreto Sac. Congreg. exempti, ad illam perſoluendam minimè teneantur? to. 1. Conſult. 177. & tom. 3. Conſult. 25. ac tom. 9. Conſult. 20.

Reſp. huiuſmodi onus connumerari quidem inter onera perſonalia à Boſſio in *trac. de Princip. num. 100. in fin.* Nicol. Bellett. *conſ. 12. num. 80.* & alij. Sed illud intelligunt perſonale, reſpectu quod vinculum ſoluendum, & commodum reſpicit perſonas, non autem quod iſtud onus ſit inter onera per perſonas corporali labore explenda, quæ propriè dicuntur onera perſonalia ad tex. in *l. fin. in princ. ff. de mun. & hon.* Abb. *in cap. non minus num. 12. de Immun. Eccleſ.* Syueſt. *v. Immunitas num. 16.* De quibus oneribus intelligendum eſt decretum dictę Congregationis, non autem de oneribus, in quibus vinculum ſoluendi, & commodum reſpicit perſonas, quæ potius dicuntur onera realia, cum expleantur mediante re, & ſumptu, Parpal. in *l. Placet num. 25.* cum aliis.

Et in puncto quod ad huiuſmodi taxam prò ſoluendo ſalario Medici, quandò illius opera vti volunt, teneantur Clerici ſupradicti, cò quia commodum etiam priuatum percipiunt ex curatione propriæ perſonæ, firmat Caſtr. *conſ. 42. ſub num. 20. par. 2.* poſt Bellam. Natt. & alios.

Quod tamen procedit circumſcripta conſuetudine, cuius vigore in eodem decreto alia maiora priuilegia, ſeu exemptiones leguntur eiſdem pręſeruata.

Et ita cenſuit Sac. Congreg. Immun. in vna *Neritonen.* 15. Septembris 1630.

An Clericus raptor cum defloratione Virginis extractus à domo cohærente Eccleſiæ cum aditu interiori, & ædificata prò habitatione Rectoris, quam vti illius Capellanus habitabat cum Parentibus, ac Fratribus, retinebatque in locationem: quia ſolita eſt locari, ſit reſtituendus, tanquam extractus à loco immuni? tom. 1. Conſult. 178.

Affirmatiuè tuentur illi, qui dicunt, quod domus Eccleſiæ illi adhærens, gaudeat immunitate, quamuis inhabitetur à laicis: quia immunitas datur locis, non perſonis, nempè Deciau. *tr. crim. to. 2. lib. 6. cap. 25. n. 16.* Farinac. *cod. tract. cap. 18. num. 289.* Iul. Chartar. *dec. 46. num. 21.* inquiens ità Mediolani iudicatum, & exequutum fuiſſe anno 1595.

Negatiuam verò, quod domus Eccleſiæ illi adhærens, non gaudet immunitate, ſi habitetur à laicis non inſeruientibus Eccleſiæ, eòque magis ſi fuerit eis locata, tenet Marin. Ital. *de Immun. lib. 1. cap. 4. §. 6. num. 6.* cuius etiam meminit Farinac. *d. num 289. in fin.* Peregr. in *eodem tr. cap. 4. num. 272.* & alij. Quibus addi poteſt Giurba *conſ 10. nu. 11.* qui affirmatiuam admittit ſolum, quandò habitatur ab inſeruientibus ipſi Eccleſiæ; Quarè Io: Franc. à Ponte *deciſ. 33.* refert Conſilium Neapolitanum cenſuiſſe, quod Reus captus in apotheca Hoſpitalis ſolita locari, quæ portam principalem habebat in via publica, aditumque interiorem in atrium ipſius Hoſpitalis, non gaudere Immunitate. Quod etiam probat Ricc. *dec. 171. num. 8. & ſeq. par. 1. & collect. 669.* & alij. Nouar. in *Sum. Bull. tom. 1. tit. de Immun. num. 2.* Subdens ideò reſpondiſſe Epiſcopo Sulmonæ, illa non gaudere Reum extractum à Viridario. Monaſterij, illi annexo cum aditu interiori: quia alium habebat in via publica, per quem etiam mulieres introibant ad colligendos racemos vuarum.

Verum, quia dictus Clericus inſeruiebat prò Capellano eidem Eccleſiæ, cui Domus præfata adhæret cum aditu interiori, crederem hoc caſu videndum, num probetur, quod illa conſueuerit locari laicis, & ab ipſo Clerico fuerit conducta, tunc enim poſſunt diſcuti fundamenta negatiuę ſententiæ libratique, an pręualeant deductis per ſequaces contrariæ. At ſi tale ſuppoſitum tueret in facto, tunc ſubſcriberem affirmatiuè.

Non enim Sac. Congreg. Immunitatis admittit dictum

dictum Abbatis in *cap. inter alia num. 1. de Immun. Eccleſ.* quod ſcilicet immunitas Eccleſiæ non deroget poteſtati Eccleſiaſticæ, ſicut laicali: quia videtur ſtatuta ſolum correſpectiuè ad Iudices Sęculares, dum Canones ſolum mentionem faciant de laicis; Ideòque poſſint Ordinarij locorum Clericos eis Subditos à Sacris locis, eorumque domibus, vbi morantur, extrahere. Sed contrarium, quod Clerici æquè ac laici gaudeant eorum immunitate, iuxtà reſolutiones adductas à Barboſ. in *Sum. de Apoſt. v. Immunitas*, & Clar. *in §. fin. quaſt. 30.* & alijs. Et Gammacur. *de immun. lib. lib. 4. cap. 11. num. 8.* vbi probat in Conſtitutione Greg. XIV. *de Immun.* adeſſe mentionem de Clericis, & Eccleſiaſticis. Quę ſententia certa eſt in Sacra Congregatione Immun. quæ ſæpè ità cenſuit, præſertim in vna *Maceraten. Immunitatis* 25. Maij 1655. & in *Ruben.* 22. Iun. 1683. in hunc modum.

Al Veſcouo di Riuo: Illuſtre, e molto Reuer. Monſig. come Fratello: *Da queſta Sacra Congregatione dell'Immunità Eccleſiaſtica ſi è male inteſo, che il preſente Vicario Generale di V:S: habbia fatto eſtrarre da luogo immune Giuſeppe Verenti Diacono di coteſta Città, e che doppo ritenutolo 42: giorni carcerato, l'habbia rilaſciato con ſigurtà di rappreſentarſi, mentre i delitti, che il medemo Vicario hà aſſerito di hauer commeſſo il ſudetto Diacono, non ſono de gl'eccettuati, e l'opinione del medeſimo Vicario, che i Preti non godono dell'Immunità Eccleſiaſtica è erronea, e deteſtabile nel principal miniſtro Veſcouale, di modo che l' EE. loro hanno riſoluto, che ſi aboliſca la ſudetta ſigurtà, che il detto Vicario debba prouedere alla ſua coſcienza, e che V:S: ſi proueda d'altro Vicario. Tanto ſi attenderà, che V.S: auuiſi ſia ſtato eſeguito, e Dio la proſperi. Di Roma à 22: Giugno 1683:*

Neque raptus cum defloratione virginis, quibus arguitur dictus Clericus, illum excludit à fruitione immunitatis, vt colligitur ex *cap: de raptoribus* 36: *num* 1: ac in terminis docet Chartar: *dec*: 46. *num* 84: Sperell: *deciſ*: 59: *num*: 32: alijque relati per Tho: Delben: *dicto cap*: 16: *dub.* 24. *ſect.* 6: *num*: 1.

An Clericus, qui nupſit cum Vidua, & ſoluto Matrimonio, habitum Clericalem reaſſumpſit, qui fuit à Sede Apoſtolica creatus Prothonotarius Apoſtolicus honorarius, gaudeat priuilegio fori? tom. 1. Conſul. 225. & Conſult. 493.

Negatiuè: Nam bigamia non ſolum impedit, nè poſſit quis ad Ordines promoueri, ſed ſi fuiſſet iam promotus, ſcilicet Clericus Coniugatus, priuilegio Clericali, & foro laicali omninò ſubijcit, ac prohibetur deferre habitum, & tonſuram Clericalem, *cap. Vndè bigam. in 6.* neque poteſt exercere Ordines minores ex officio, neque poteſt eſſe Eccleſiæ ædituus, ſeù Sacriſta, Trid. *ſeſſ. 23. cap. 17. in fin. de reform.* Et hæc procedunt in omni bigamia vera, vel interpretatiua, Gloſ. & Gemin. in *d. cap. vn.* & ibi Ioan. Monach. traditque Syluest. *v. Bigamus num.* 8.

Quod verò attinet ad Prothonotarium Sac. Congreg. Conc. in vna *Toletana* 9. Iul. 1626. & 27. Mart. 1632. declarauit, quod Prothonotarij etiam non participantes fori priuilegio gaudeant, ſi in habitu Clericali incedant, etiam ſi Eccleſiæ non inſeruiant. At Bigamus prohibetur deferre habitum, & tonſuram Clericalem, vt dictum eſt; Vndè eadem Sac. Cong. in vna *Foroliuien.* 15. Iunij 1629. cenſuit, huiuſmodi Prothonotarios non gaudere, ſi omninò incedant vt laici, maximè ſi vxorem ducant. Verū quidem ex eò quod cęlibes ex Conſtitutione 10. Leonis X. quæ incipit *Regimini §.* 4. cui per Conc. Trident. non fuit per hoc derogatum, gaudent priuilegio, & immunitate Clericali, licet non ſint in Sacris, nec beneficium habeant, nec alicuius Eccleſiæ ſeruitio ſint deputati, nec re ipſa inſeruiant, haud ſecus, ac ſi eſſent Clerici beneficiati, vel in Sacris Ordinibus conſtituti. Quod declarauit etiam Sac. Congregat. Conc. 11. Iulij 1626. participantes verò gaudent etiam de iure Cōcilij Tridentin. *ſeſſ.* 24. *cap.* 11. Quia cenſentur actu ſeruire.

Atque ità etiam recentiſſimè declarauit in vtroque caſu Sac. Congreg. Immun. in vna *Tortonen.* 10. Decemb. 1658. Cum enim quæreretur an Clericus Prothonotarius Apoſtolicus, qui Vxorem Viduam duxit, gauderet priuilegio fori? Sac. Congregat. reſpondit, *non gaudere*. Idem declarauit in *Toletana* 29. Septembris 1668. & 18. Decemb. eiuſdem anni. Quod etiam tenet Perier. *de man. Reg. par. 2. cap. 26. num. 16.*

An alienatio, ſeù donatio in Clericum ſacularem, ſeù Regularem, vel locum pium cenſeatur facta in potentiorem, itàut bona ſic alienata, vel donata gaudeant Eccleſiaſtica immunitate? tom. 1. Conſult. 262. & to. 9: Conſ. 20.

Reſpon. prævia declaratione Epiſcopi ſuper fraude, quoad exemptionem, quandò fieri dubitat Ordinarius; negatiuè. Ità Sacra Congregatio Conc. in vna *Vercellen.* 21. Mart. 1643. *ex cap. 20. ſeſſ. 23. de reform.* Quia fraudolenta. Reliqua vide *d. tom 9.*

An donatio, quam facit laicus pio loco, vt effugiat ſolutionem onerum, & ſibi reſeruat ad vitam penſionem, ferè æquiualentem fructibus, ſubſiſtat; itàut bona donata ab oneribus extraordinarijs ſint immunia? tom. 1. Conſult. 263. Item tom. 3. Conſult. 2. ac to. 9. Conſult. 20. & 34. Sum. nu. 2. & Conſ. 446. & 453.

REſp. Non eſſe in potentiorem, & gaudere, ceſſante fraude, iuxtà deciſiones Rotæ in *Brunduſina* coram Pegna, & *Albanen.* coram Merlino, ac decretum Sac. Congregationis Conc. in d. *Vercellen.* 21. Mart 1643. ex eodem cap. 20. &c.

An liceat Epiſcopis tolerare, quod debitores, non ſoluentes, habitent aſſiduè in Eccleſiis, & earum domibus, ad effectum gaudendi immunitate Eccleſiaſtica? tom. 1. Conſult. 300.

REſp. Eſſe licitum talibus debitoribus ad Eccleſias confugere, ad effectum euadendi laicos birruarios, ſed non ad hoc, vt ibi diù moréntur, & propterea ab Epiſcopis eſſe licentiandos, vt in aliam partem proficiſcantur? Et ità ſcriptũ fuit Epiſcopo Roſſanenſi per literas Cardinalis Alexandrini 20. Iulij 1592. nomine Sacræ Congregationis Epiſcop. & Regul.

An Epiſcopo, ſeù potius Cuſtodibus, ſiuè Communitati ſæculari liceat viſitare Montem Pietatis? Vide de Monte Pietatis. tom. 1. Conſult. 302.

An Iudices laici poſſint decreta interponere in Contractibus Virginum, ſiuè puellarum in Monaſterijs exiſtentium prò educatione, abſque aliqua Epiſcopi licentia? Vide de Monialibus, tom. 1. Conſult. 329.

An Regij Capellani Maiores poſſint prætendere, vt omnes Capellani vulgò nuncupati delli preſidij, e Fortezze, ſint exempti à iuriſdictione Epiſcoporum Diœceſanorum, & ſubiecti ſuæ iuriſdictioni; adeò vt huiuſmodi Capellanis à quocumque Ordinario ad Confeſſiones approbatis, demandare ad miniſtrationem omnium Sacramentorum abſque alia approbatione, ſeù licentia Epiſcoporum Diœceſanorum valeant? tom. 1. Conſult. 330.

NEgatiuè, niſi huiuſmodi Capellani Maiores habeant priuilegia Apoſtolica in contrarium; Quarè Ordinarij vti debent iure ſuo. Atque ità etiam declarauit Sac. Congr. Concilij in vna *Brunduſina* 18. Nouembr. 1645. *ad cap. 11 ſeſſ. 24 de reform.*

Item *tom. 6. Conſult.* 80. reſpondetur etiam negatiuè: Quia Epiſcopi habene rationem fundatam in iure communi, & Sac. Concilio Tridentino. Nam Breue Clementis VIII. conceſſum Regi Philippo continet ſolummodò exemptiones ſpectantes ad perſonas, non ad loca, neque in eo legitur, quod Capellani Maiores poſſint deputare perſonas adminiſtrationi Sacramentorum, niſi ex approbatis ab Ordinario. Atque ità declarauit Sac. Cong. Immun. in vna *Maſſe* 13. Nouembr. 1668. pro Eccleſia portus Longonis; Vndè Sac. Congreg. Epiſc. in *Tarentina* 3. April. 1618. & in *Neapolitana* 4. Auguſti eiuſdem anni reſcripſit, quod Capellanus Regius Maior Neapolis concedere non audeat licentiam celebrandi, miniſtrandique Sacramenta ſine licentia Ordinarij loci; alióquin Confeſſiones, & Matrimonia nulla erunt, & ipſi non concedetur amplius ſemeſtris prorogatio ſuarum facultatum, vt reſoluit eadem Sac. Congreg. in *Brunduſina* 5. Septembris 1607. in *Grauinenſi* 2. Maij 1615. in *Salernitana* 16. Febr. 1619. in *Neapolitana* 11. April. 1610. Quæ etiam declarauit, huiuſmodi Capellanos non habere iuriſdictionem in Clericos, vt in *Lucerina* 15. Febr. 1622.

An Conſeruatores Regularium in cognoſcendis cauſis eorumdem Regularium habeant iuriſdictionem priuatiuè quoad Nuncium Apoſtolicum habentem iuriſdictionem Legati à latere? Vide de Conſeruatoribus. tom. 1. Conſult. 392.

An in Eccleſia per Communitatem de licentia Epiſcopi Diœceſani ob anguſtiam antiquæ Eccleſiæ Cathedralis conſtructa, nullo tamen iure ſepeliendi reſeruato, poſſit ab eodem Epiſcopo demandari, vt ſepeliantur Cadauera defunctorum abſque conſenſu dictæ Communitatis, non obſtante decreto poſt plures annos à dicta conſtructione, Epiſcopo inaudito, per Viſitatorem Apoſtolicum emanato, vt Capitulum dictæ Eccleſiæ debeat ſepulturas aſſignare cum participatione ipſius Communitatis? to. 1. Conſ. 393.

AFfirmatiuè. Ità etiam reſoluit Sac. Congreg. Conc. in vna *N.* 23. April. 1651.

An Clericus, cui authoritate Apoſtolica fuit reſeruata penſio annua vltrà ſcutorum 60. cum indulto, ſeù diſpenſatione, non incedendi in habitu, & tonſura, non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, de ſuper emanatis, gaudere debeat priuilegio fori, etiam ſi in habitu, & tonſura non incedat, nec Eccleſiæ inſeruiat? tom. 1. Conſul. 426.

AFfirmatiuè, iuxtà declarationem Sac. Congr. Conc. in vna *N.* 4. Auguſt. 1654. *ad cap. 6. ſeſſ. 23. de reform.* Quia, cum ſupradicta ſint de iure poſitiuo Canonico, poteſt Pontifex ſuper eis diſpenſare. *At vide fusè tom. 3. Conſult. 7. Sum. num.* 10.

An

An Epiſcopus poſſit etiam cenſuris punire, & corrigere Equites Hieroſolymitanos degentes extrà clauſtra in proprijs domibus, ſi tempore Paſchatis non communicent? Vide de Equitibus. tom. 1. Conſult. 427.

An eoſdem Equites poſſit corrigere, & punire, ſi eodem tempore Paſchali retineant in proprijs domibus mulierculas amicorum, illas poſt dictum tempus dimittendo, nè à Parochis vexentur? Vide ibidem. tom. 1. Conſul. 428.

An in caſu neceſſitatis, ex quo primus Conuentus extrà Ciuitatem erectus fuerit conſenſu Regularium ibi præexiſtentium, indèque demolitus ob cauſam publicam, poſſit transferri intrà Ciuitatem, abſque alio eorumdem Regularium conſenſu? Vide de Regularibus. tom. 1. Conſult. 429.

An Clerico abſenti debeantur immunitates à vectigalibus? tom. 1. Conſult. 433.

AFfirmatiuè. Ità declarauit Sac. Congregat. Immunitatis ſecundò, ac ſępius, pręſertim in vna *Baſilien.* 25. Maij 1638. his verbis:

Sacræ &c. cenſuit, franchigiam deberi Clericis, etiam abſentibus.

Et in vna *Salernitana* 2. Iulij 1630. cenſuit, *Oratorem, quamuis abſentem gaudere exemptione à Gabellis, & franchigia.*

Et in vna *Tarentina* 2. Maij 1651. cum proponeretur:

Che l'Arciueſcouo in riſpoſta del Memoriale dato dal Clero N. delle Grottaglie, che ſupplicaua à dichiarare, ſe debba godere l'eſentione di cinque carlini per tumolo, etiam in tempo dell'aſſenſa cauſa ſtudij, dice, che li Datieri ſono in poſſeſſo di non ammettere dette eſſentioni degl'aſſenti, ſupponendo eſſer priuilegij perſonali, e che ſe talaolta l'han conceduto, l'han fatto per corteſia, e con cauſa ſpeciale, & eſpreſſe d'hauer nella terra perſone habilitate con le dottrine al ſeruitio publico. Sac. Congregatio reſpondit, Clericum etiam abſentem gaudere exemptionibus. Vide Viuium *deciſ.* 88. *nu.* 5. & Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 3. *num.* 306. Fuitque alias deciſum in Audientia Apuliæ anno 1583.

An Clericus repertus in flagranti crimine adulterij in domo immuni contigua Eccleſiæ, poſſit ab Epiſcopo ſuis carceribus mancipari abſque præiudicio immunitatis Eccleſiaſticæ, quia ipſa domus gaudet? tom. 1 Conſul. 434.

POteſt. Ità Sac: Congreg: Immun: Epiſcopo Aretino petenti: *Se vn Canonico ritrouato nella ſua Caſa Canonicale contigua alla Chieſa in flagranti con vna Donna maritata, ſi ſia potuto con la medeſima Donna carcerare nelle Carceri Veſcouali, ſenza pregiuditio dell'Immunità Eccleſiaſtica.* 31: *Auguſti* 1649. *Reſpondit: Poſſe ad correctionem.*

An Carceratus infrà ſpatium 40: *paſſuum circà Cathedralem, gaudere debeat Immunitate, ſitque reſtituendus?* tom: 1: Conſult: 435: Et to: 9: Conſult: 19:

VTiq; ſi adſit conſuetudo legitima. Ità declarauit S. Cong. Imm. in vna *Interamnen.* prò Petro Paulo Mangonio 17. Iul. 1663. Vide Peregrin. *de Immun. Eccleſ. cap.* 4. *num.* 24. Verum eadem Sac. Cong. 27. Ian. 1665. Cognito per plurimos vſus, quod grauia inferat publicę quieti Narnienſis Ciuitatis pręiudicia, plateam Eccleſię Cathedralis ex quadam veteri conſuetudine haberi prò loco immuni, cuius ſecuritate quam ſępiſſimè abutuntur criminoſi, contumaces, & debitores, maximo non ſine iuſtitię detrimento, cenſuit, ſi SS. Domino placuerit, plateam eandem in poſterum prò loco immuni non habendam, & exiſtimandam, ac ad ipſam confugientes Immunitate Eccleſiaſtica non gaudere, iniungendumque Epiſcopo, vt triduò à publicatione huius decreti, eam vt talem teneri curet, et mandet, quibuſcumque non obſtantibus. Et facta relatione ſub die 21. Febr. 1665. Sanctiſſimus annuit, et ità exequi iuſſit Alia fuſius vide *d. tom.* 9. *Conſult.* 19.

CLericus primæ tonſuræ, qui dimiſſo habitu Clericali, quem geſtabat, inceſſit per octo annos circiter in habitu laicali, gerens ſe in omnibus prò laico, in quo etiam deliquit; Cumque Iudex ſæcularis cępiſſet contrà eum informationem ſumere de delictis, de quibus erat diffamatus, habitum, & tonſuram Clericalem ſtatim reaſſumpſit, & Eccleſiæ inſeruire cępit, antequam tamen coram Iudice citatus fuerit.

An, inquam, priuilegium Clericale recuperauerit, non ſolum quoad perſonam, ſed etiam quoad cauſam, & bona, ità vt Iudex laicus, qui cępit inquirere, proceſſum proſequi non poſſit, nec contrà ipſum, nec contrà bona procedere? tom. 1. Conſult. 436. & Conſult. 455. Et fuſius vide *tom.* 3. *Conſult.* 20.

AFfirmatiuè. Ità cenſuit Sac. Cong. Immun. in vna *Nicien.* 22. Auguſti 1662. iniunxitque Epiſcopo, vt procederet in cauſa. Quod etiam fuiſſe deciſum in Sac. Concilio Neapolitano tradit Tap. *de Conſtit. de perſon. num.* 37.

Digitized by Google

An Balini Curiæ ſæcularis inſeruire teneantur Curiæ Epiſcopali? tom.1. Conſul.437.& fuſius Conſult.174. hoc eod.tom.

AFfirmatiuè. In vna enim *Interamnen.*31.Augusti 1651. cum proponeretur à Sac.Conſultatione iuſſu Sanctiſſimi in Sac.Congr.Immun. controuerſia excitata inter Gubernatorem, & Epiſcopum illius Ciuitatis, prætendens idem Gubernator, Baliuos ſui Tribunalis non debere inſeruire Curiæ Epiſcopali, inſtans prouideri, cum ab Epiſcopo contrarium prætenderetur, Sac.Congr. reſpondit, Baliuos huiuſmodi teneri inſeruire Curiæ Epiſcopali, & contrà impedientes procedendum etiam per cenſuras. Et meritò quia Curia ſæcularis, vtpotè in ordine inferiori, inſeruire debet Curiæ Eccleſiaſticæ, vtpotè in ordine ſuperiori, ex *cap. Princeps 23.quæſt.5.& cap.quoniam extr. de offic. iud. ordin.*

An Clerici Coniugati teneantur ad impoſitiones laicales, quæ ad capitationem imponuntur? tom.1. Conſult.438. & fusè tom.2. Conſult.32.

NOn teneri, probata legitima conſuetudine, Ita declarauit Sac.Cong. Immun. in vna *Caſſanen.*9.Maij 1649. præcepitque Epiſcopo, vt eam conſuetudinem mandet ſeruari.

Vt autem in hac re procedatur in executionem decretorum Sac. Congregationis Immun. certum eſt, huiuſmodi Clericos non eſſe exemptos ab oneribus realibus, ſed à perſonalibus dumtaxat, quemadmodum determinauit eadem Sac. Cong. tum alibi, tum præſertim in vna *Roſſanen.* 21.Ianuar.1631. declarando, illa eſſe onera perſonalia, quæ per perſonas adimplentur. Et quoad foculare, in quo præcipuè laicorum cura conſiſtit; quamuis Sac. Cong. alias in *Oppiden.* 17. Nouemb. 1654. declarauerit, onus foculare non eſſe ſoluendum à Clericis Coniugatis, tanquam onus perſonale, nihilominus in alijs cauſis contrarium reſpondit, vt in vna *Catharen.* 23.Maij 1647. & alibi prò eorum exemptione, ſe fundauit in ſola conſuetudine, quæ ſi verè probetur ſer. ſer. citatoque Fiſco ſæculari, obſeruanda eſt, vt cenſuit in vna *Anglonen.*22. Septemb.1639. Imò paucis ab hinc annis, tenore ſupradictorum decretorum maturè perpenſo, auditiſque rationibus ferè omnium Regni Neapolitani Ordinariorum, & Eminentiſſimi Card. Spinolæ, tunc temporis Nuncij Apoſtolici, hunc articulum noluit reſoluere in fauorem Clericorum, nec poſtea voluit aſſiſtere Epiſcopo *Oppiden.* prò huiuſmodi prætenſione cum Principe Cariati, inter quos compoſito factum eſt, vt hæc differentia finem acciperet.

An Clerici iuxtà perſonarum diſtinctionem gaudere debeant immunitatibus? tom.1. Conſult. 439.

REſp. in hac re ſeruandum eſſe ſolitum. Cum namque Epiſcopus Bouini exponeret Sac.Congreg.Immun. *Che i nuoui conduttori delle gabelle della farina, e del pane ſono entrati in pretenſione di non dare per l'auenire più, che 12. tomola di franchigia à ciaſcheduno Chierico, ſenza diſtintione de' ſemplici Chierici di conditione ordinaria da' Sacerdoti ſecondo la loro conditione, e grado. Parimente ſono entrati in pretenſione, che non ſi debba far buona à Chierici, & Eccleſiaſtici franchigia per quelli, che ritengono à cuſtodire gli loro animali, e lauorare i beni Eccleſiaſtici, e patrimoniali. In oltre pretendono, che queſti medeſimi operarij debbano pagare ogni meſe la gabella di vn tumolo di grano, chiamata del fuoco, che non ſeruendo à gli Eccleſiaſtici, e luoghi pij, pagarebbero, in tanto, che quando entrano à ſeruire le perſone Eccleſiaſtiche, e luoghi pij per patto eſpreſſo, vogliono il detto pagamento del fuoco, dal che le perſone Eccleſiaſtiche, e luoghi pij vengono indirettamente aggrauati del pagamento.*

Sac.Congreg.9.Maij 1659. reſpondit. Seruari ſolitum, & Epiſcopus non permittat aliquid innouari.

An Clerici coniugati teneantur ad ſolutionem donatiui Regij? tom.1. Conſult.440. ac tom.2. Conſult.42.& tom.3.Conſult.23.

CVm Epiſcopus *Catharen.* ſupplicaret S.Congreg.Immun. *Che gli ſi ordini quello douerà fare co' Regij nell'eſattione del Donatiuo, che fà il Regno al Rè quanto à Chierici coniugati, perche eſſendoſi ſtabilita, che ſi eſigga à carlini 39. per fuoco, ſecondo, che i fuochi ſono numerati per tutti i luoghi, e trouandoſi, che in tutte le Terre, e fuochi non ſono tanti, quanti ſono numerati, e che molti di quelli ſono impotenti à pagare, ſi è determinato, che per i fuochi mancanti, & impotenti s'accreſca tanto più per fuoco à quelli, che ſono potenti, ſecondo la robba da eſſi poſſeduta nel quale accreſcimento crede ſiano compreſi i Chierici potenti, i quali vorrebboro pagare ſolamente i 39. carlini à fuoco, e non il d. accreſcimento per l'impotenti, e mancanti, come è ordinato ſenza eſſer eſſi inteſi: Al che dice riſpondere la Città, che ſe eglino ſi ſentono grauati, ricorrano à i Deputati per ottener lo ſgrauio preteſo da eſſi. Di più auuiſa, che, hauendo ordine da queſta Sagra Congregatione ſotto li 27. Maggio 1647. di far godere à Chierici coniugati il lor beneficio del* cap.vn.de Cler.coniug.in 6. *mentre per legitima conſuetudine non ſiano in poſſeſſo di godere più, che eſſi allegano, non douer concorrere al detto Donatiuo, non hauendo mai pagato. Mà i Regij riſpondono ciò eſſer ſeguito, perche mai più s'è riſcoſſo per teſta, come ſi fà ora, e che mentre i detti Chierici hanno pagate l'altre gabelle, e taſſe*

fatte

fatte per altri debiti communitatiui, non deuono eſſer immuni dalla detta taſſa del Donatiuo. Sacra Congregat.Immun.2.May 1651. *reſpondit: Foculare eſt onus reale; ideò Clericos coniugatos teneri, niſi concurrat legitima conſuetudo.*

An Equites S.Mauritij, & Lazari, & S.Stephani gaudeant exemptionibus? Vide de Equitibus tomo 1. Conſul.441.

An Magiſtratus, & Iudices laici prætextu aſſertæ conſuetudinis Reos, qui confugiant ad Eccleſias propria authoritate poſſiat extrahere in caſibus expreſſis à Conſtit. Greg. petita dumtaxat, & non obtenta licentia Ordinarij, nec eidem facta exhibitione proceſſus, minuſque conſtituto coram eo, de qualitate delicti, num ſit de exceptis à d.Conſtitutione, vel ea non obſtante, Ordinarius valeat in extrahentes procedere ad cenſuras? tom 1.Conſ.442.

NEgatiuè quoad Iudices laicos, & Ordinarium poſſe procedere. Ità declarauit Sac. Congr.Immun.in vna *Calaguritana* 21.Auguſti 1649. Eſt contrà Gambac. Villadieg. Auegnam, Corream, Clarum, Couarr. & alios. Forma enim Conſtitut. Greg.eſt nunc omninò ſeruanda, licet notoriè conſtet, Reum commiſiſſe delictum in illa exceptum, cuius probatio prò forma requiritur.

An eo caſu, quo Reus extrahitur, præuio indicio Ordinarij, recta via poſſit duci ad carceres ſæculares, ibique detineri prò vtraque Causa, donec per Ordinium fiat plena probatio, an gaudeat immunitate, iuxtà conſuetudinem ſuppoſitam à laicis, vel ea non obſtante, ſit ducendus ad carceres Eccleſiaſticos, vt præcipitur in Gregoriana? tom.1.Conſul.443.

NEgatiuè. Ità in eadem *Calaguritana* die, & anno quibus ſupra.

An toleranda, vel potius cenſuris explodenda ſit aſſerta conſuetudo, qua Iudices laici, Reos confugientes ad loca immunia poſſe indè extrahere, aiunt, ſine licentia Ordinarij, vt donec diſcutiatur, an gaudeant immunitate, illos detineant in carceribus, & vinculis, ac militia ſæcularis aſſiſtentia cuſtodiant, nè, vt ipſi dicant, interim aufugiant? tom.1.Conſult.444.

NOn eſt toleranda. Ità etiam in eadem *Calaguritana* 31. Auguſti 1649.

An Syndici Conuentus Ordinis S.Franciſci ex Bulla Clem.VII. gaudeant priuilegia fori, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, etiam mortis ante inſtitutionem eorum officiorum vigore eiuſdem Bullæ? tom.1.Conſult.445.

NEgatiuè, ſed tempore, quo erant Syndici: Ità cenſuit Sac. Congrge. Immun. inſtante Commiſſario Generali Ord.Min. die 31. Auguſti 1649.

An bona donata Clerico ſub conditione, quod ſi acquiſiuerit beneficium Eccleſiaſticum, debeant reſtitui donatori, ſint immunia ab oneribus laicis? to.1. Conſult.446. ac Conſult 263.& 453.& tom.3. Conſult.2. & tom.9.Conſult.20.ac Conſul.34. Sum.num.2.

AFfirmatiuè. Cum autem propoſuiſſet Sacr. Congregationi Immun. *D.Franceſco Gobbi da Città di Caſtello ordinato in ſacris à titolo di patrimonio, conſtituito parte in vn ſuo podere, e parte in due pezzi di terra donategli à queſt effetto da vn ſuo parente, cõ conditione però che ottenendo egli beneficio Eccleſiaſtico ſufficiente à viuere, i detti pezzi di terra tornaſſero al donatore, venendo ora eſecuto da miniſtri della Città per lo datio, e gabella di detti beni, ſotto preteſto ch'egli ſia ſtato proviſto di beneficio ſufficiente; Supplica per ordine opportuno, che gli ſia rimeſſa l'eſecutione, e che ſia mantenuto eſsente per l'auuenire, come è ſtato per il paſſato.*

Sac.Cong. decreuit, gaudere in omnibus 31.Auguſti 1659.

An Epiſcopus poſſit ex legitima conſuetudine procedere etiam cenſuris Eccleſiaſticis contrà laicos debitores locorum piorum, & beneficiatorum? tom.1.Conſult.447.

AFfirmatiuè. Ità Sac.Congr. Immun.8.Mart. 1603. in vna *Caſtren.* Equidem hæc coſuetudo fundatur in iure, nempè in *cap ſi Clericus laicum de for. comp. in fin.* vbi Gloſ. & Bellam. *ibidem num.*4. inquit, quod cum Philippus Rex Galliæ huiuſmodi conſuetudinem à ſuo Regno tollere voluiſſet; Prælati illam defenderunt; adeò vt Rex mandauerit, illam ſeruari: Vide Doctores apud Dianam *par.*5.*tract.*1. & apud Caualcan.*deciſ.*45.*nu.*68.*& ſeq. par.*1. Ratio eſt, quia agitur de fructibus rerum Eccleſiaſticorum, qui ſunt pars fundi, & dicuntur bona Eccleſiaſtica. Atque ità ſepè iudicatum fuiſſe refert Caualcan.*loc.cit.* & 44. *num.*1, *& ſeq.*

An Clerici, eorumque bona poſſint repreſalijs prò debito Communitatis ſubijci? tom.1. Conſult.448. & Conſult. 451. ac tom.7. Conſult.82.

NEgatiuè, Ità Sac.Congr. Immun. 28. Iul. 1648. Vndè contrà concedentes repreſalias aduerſus perſonas Eccleſiaſticas, vel extendentes conceſſas, fertur excommunicatio in *cap.vn.de iniur. in* 6. Quare notandum, materiam eſſe ſacrilegium contrà libertatem Eccleſiaſticam, & immunitatem à repreſalijs. Quod ad perſonas autem eſt vniuerſalis, ſi ſingulares ſint; Si vero ſit Vniuerſitas, Eccleſiaſtico ſubijcietur interdicto. Item probiberi executionẽ talis conceſſionis circa Eccleſiaſticos,

aut

aut bona eorum etiam per extenſionem, vt ſi concedantur repreſaliæ contrà Ciuitatem, in qua ſunt Eccleſiaſtici, non debent executioni mandari circà illos, vel bona eorum. Eſt enim extenſio prohibita *d.cap.vnic.* Reliqua vide in citat. Conſultationibus.

An Epiſcopus poſſit procedere ad cenſuras contrà Iudicem laicum cogentem litigantes adire forum laicale in cauſis mixti fori? tom.1. Coſult. 449.

AFfirmatiuè ſer. ſer. Sac. Cong. Immun. 14. Ianuar. 1653. In his enim non poteſt Iudex Eccleſiaſticus à Sæculari impediri, quominus de eis aduerſus laicos cognoſcat, Perez. *lib.1.ord.tit.3.l.6.fol.128.*

An Eccleſiaſtici poſſint cogi, vt vendant vinum proprium in locis deſtinatis? tom.1. Conſult. 450.

NEgatiuè. Sac.Congr.Immun. in vna *Conuerſanen.* 14. Ianuar. 1653. Eſt enim contrà libertatem Eccleſiaſticam.

An patentati ab Epiſcopo ſint exempti à repreſalijs, tam in perſona, quam in bonis? tom.1. Conſult.451. & 448. ac tom.7.Conſul.82.

REſpondeo, gaudere exemptione, quatenus ſint Officiales, non verò ſimplices patentati: Ita Sac. Congr.Conc. in vna *Ciuitatis Plebis* 7.Matt. 1651.

An domus Collegij de Propaganda Fide gaudere debeat priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ quoad confugientes? tom.1. Conſult.452.

AFfirmatiuè Sac. Congreg. Immun. 8. Martij 1650.

An Clerici in minoribus gaudeant immunitate bonorum ſibi donatorum cauſa ſtudij? tom.1.Conſul.453.ac tom.9. Conſult. 20.

GAudent tanquam bona Eccleſiaſtica. An verò eiuſmodi cauſa ceſſauerit, debet cognoſci ab Epiſcopo. Ita Sac.Congr.in vna *Marſicana* 16.Ianuar.1663. Eſt contrà Ricc. *par.4. collect.901.* Tex. enim Bullæ Cœnæ Domini loquitur generaliter, ac proindè intelligitur de quibuſcumque bonis ſiuè patrimonialia ea ſint, ſiuè donata, ſiuè empta, aut quouis alio titulo quæſita, Duard. *ad d. locum Bullæ Cœn.* Filiuc.Reginal.Alter.Leſſ.& alii, & ſpeciatim Dian. *par.1. tract.2. reſol.42.* vbi cum Duardo refellit Authores, qui conſuetudinem Regni Neapolitani approbant, tuenturque.

An Clerici, qui viuunt in communi cum laicis, poſſint cogi ad diuidendum ſua bona, vt colligetur portio eorundem laicorum? tom.1. Conſult.454.

AFfirmatiuè. Idque per Iudicem Eccleſiaſticum, etiam ex officio. Sac.Congr. in eadem *Marſicana* die 16.Ianuar. 1663.

Item ex *tom.2. Conſult.49.* additur. Quod ideò non proteguntur *Can.* 18. Bullæ Cœnæ bona, quæ indiuiſim Clericus cum fratre, vel alio propinquo laico poſſidet; niſi prò rata ſuæ portionis, Specul. *in tit.de Cleric. Coniug. nu.13.* & eo Carol. de Graff. cum 13. Doctoribus *effect.13.* & alijs: Quia non eſt ex quo ſumatur tanta extenſio priuilegij, & alias publicæ vtilitati multum veniret derogatum; Ideòque addunt aliqui ex prædictis Auctoribus, poſſe Iudicem ex officio cogere laicum, vt Clerico diuidat, vel ſaltem, quod deſignentur portiones, & inſtare, vt per Iudicem Eccleſiaſticum cogatur Clericus renuens. Hinc eadem Sac.Congr. in *Rheginen.* 20.Septem.1667.declarauit, quod dentur ſolita decreta, quod ſcilicet gaudeant immunitate, ſi viuant laici expenſis, & in domo Clerici.

Reliqua vide *tom.9. Conſult.*34. *Sum.num.*1.

An Coniugatus, qui habitum dimiſit, & militiam exercuit, poſſit habitum reaſſumere? tom.1. Conſult.455.& Conſult.436.ac tom.3. Conſult.20.

POteſt reaſſumere habitum, & ideò gaudere Sac.Congreg. in vna *Recanaten.* 11.Decemb. 1663. Quod etiam docet Cucchus, & Clar. *lib.5.recept.§.fin.quæſt.36. num.15.* aliique multi contrà plures, ac ſpeciatim Auendagnum *de exeq.mand.Reg.lib.1.cap.22.*

An Domus Eccleſiæ, quæ inſeruit prò habitatione Sacriſtæ, vt ſi ab Eccleſia diſiuncta, gaudeat immunitate? tom.1. Conſult 456. ac to.9. Conſult. 19. & Conſult. 34. Sum. num. 3.

AFfirmatiuè. Ità Sac. Cong. Immun. 28. Februar. 1662.

An Apotheca vnita Palatio Epiſcopi, quod coniunctum eſt Eccleſiæ Cathedrali, & locata laicis, gaudeat immunitate? tom.1. Conſult.457. & tom.9. Conſult. 19.

REſp. apothecas locatas laicis, habentes ingreſſum in platea, vel via publica, non gaudere. Ità eadem Sac. Congreg. 28. Febr. 1662. in *Narnien.*

An Domus contigna Eccleſia, quaque vltrà ianuas in via publica, habet etiam egreſſum in Choro einſdem Eccleſia, gaudeat immunitate? tom.1.Conſul.458.& tom.9. Conſult. 19.

SI eſt domus laicorum non gaudet. Ita eadem Sac.Congr.Immun.eadem die 28.Febr.1662. in vna *Pennen.*

An Clericus quamuis gauderet immunitate,extractus tamen ex mandato laicali à loco immuni, & conſignatus poſtea Curia Epiſcopali,contrauenerit obligationi de tuto carcere? tom.1. Conſult.459.

REſp. Non contrauenisse; atque adeò non teneri ad pœnam. Ità cenſuit S.Congr. Immun. in vna *Baren.*10.Decembr.1658.

An Epiſcopus poſſit extrahere à loco immuni vxorem, ſiuè filium Cuſtodis Montis Pietatis, ſiuè alios ad effectum illoc examinandi tantum,& cum intentione eos reſtituendi eidem loco immuni, eò quod vti informatis poſſit ab eis habere notitiam de fraudibus ab ipſo Cuſtode in damnum graue einſdem Montis commiſſis? tom.1.Conſult.406.

IN caſu, de quo agitur: nihil: Ità Sac.Congreg. Immun.Epiſcopo Peruſino 27.Nouem.1654.

An ſolutio carolenorum 42. prò foenlario impoſita à Regijs ſit perſonalis, non autem realis, ità vt ab ea ſint exempti Clerici Coniugati, & Diaconi Syluagij? tom. 1. Conſult. 461

REſp. eſſe exemptos; quia huiuſmodi onus eſt perſonale. Ità Sac.Congreg.Immun.27. Nouemb.1654. in vna *Oppiden.* quæ vel vltima declaratio attendenda eſt.

An cauſæ etiam mercedum mota contrà ſodalitates ſæcularium, erectas authoritate Ordinaria, ſpectent ad forum ſæculare? tom.1. Conſult.455.

NEgatiuè, ſed ſpectant ad forum Eccleſiaſticum. Et proindè Epiſcopi eas tueri debent. Ità Sac.Congreg.Immun.in vna *Mediolanen.*27. Nouembr.1654. Et docent Nouar. Ricc. Peregrin.apud Dian. *par.4.tract.1.reſol.*37. Idque etiam ſi authoritate Ordinarij non ſint erectæ; quia ſufficit, quod in illis opera pietatis exerceantur, cum huiuſmodi priuilegium non detur loco,ſed cauſæ. Eſt contrà Apont.*vol* 1. *conſ.*18. Viuium, Gabrielem.

An filij legitimi, & naturales Clericorum gaudeant priuilegio fori? tom.1.Conſult.463.

GAudete, durante vita patria. Ità eadem Sac.Congr.28.April.1954. in vna *Vrbania*, & docet Decian. *tract.crim.lib.4.cap.9.num.*49. Quia reputantur vna, & eadem perſona *l. fin. C. de impub. l.Cum ſcimus §. fin. C. de Agric.& cenſ. lib.* 10. Graſſ.Nouar. Squillantes, & alij.

An Domus Parochorum,licèt non adhæreant Eccleſia, ſint immunes? tom.1. Conſult. 464.

AFfirmatiuè: Quare Sac. Congr. Immun.10. Decembr. 1658. in vna *Forlimpopoli* mandauit, quod prò violata immunitate domus Parochialis, procedatur ad cenſuras.

An Epiſcopus poſſit carcerare Regulares rennentes,& impedientes extractionem rei à ſuis Eccleſijs. tom.1. Conſult. 465.

NEgatiuè, ſed ſi eos carcerauerit, debet eos cōſignare Superioribus Regularibus,qui tenentur ipſos traſmittere ad Vrbem, & interim facere certiorem Sac. Congreg. Immun. Quæ ità reſoluit in vna *Cathanen.*16.Nouemb.1655.

An familiares, & Coloni Eccleſiaſticorum teneantur iuſſi ire ad bellum, & ſeruire in alijs functionibus prò ſeruitio Principis, ſeù Communitatis, & ad onera conſiſtentia in ſolutione frumenti, & aliorum fructuum? tom. 1. Cuſult. 466.

REſp. Colonos habentes qualitates Coloniæ, & famulos Eccleſiaſticorum non poſſe cogi ire ad bellum, niſi ex ingenti, & præciſa neceſſitate, nec ad ſolutionem oneris conſiſtentis in frumento, vel imbottatus vini, nec ad hoſpitationem Militum in bonis Eccleſiarum, vel Eccleſiaſticorum. Et ità declarauit Sac. Congr. Conc.prò parte Cleri Caſalenſis 28.Auguſti1635.ſub Card.Gypſio.

Sed an propriè dicantur Coloni, & proprias Coloniæ qualitates habeant illi, qui colunt agros, & vineas Eccleſiaſticorum, appellanturque Coloni partitarij, vulgò mezzaroli, diuidendo cum Dominis certam fructuum partem, ità vt in prædicta Sac.Congregationis declaratione comprehendi debeant? Sac.Congregatio Immunitatis alias reſpondit, Colonos partitarios Eccleſiaſticorum dici etiam illos, qui vulgò vocantur mezzaroli.

An

Digitized by Google

An familiares, qui actualiter inſerniunt perſonis Eccleſiaſticis, ſint immunes? tomo 1. Conſult.467. & Conſult. 95. ac tom.2. Conſult.51. ac demum tom.9.Conſul.1.

Istos gaudere iiſdem immunitatibus à gabellis, quibus gaudent Eccleſiaſtici reſoluit S.Congreg.Epiſc.12.Mart.1602.in vna *Licien.* & Sac. Cong.Immun.frequenter.

An contrà attentantes extrahere reum ab Eccleſia, effectu non ſequuto, poſſit procedi? tom.1. Conſult.468.

Videtur negatiuè reſpondendum: Quia d. actus non continet delictum conſumatum; Quandò autem impunitur pœna ob aliquod delictum, id debet eſſe conſumatum actu externo, nec ſufficit conatus, & attentatio, vt docent communiter Doctores.

Verum tenendum eſt affirmatiuè. Idque ob ſcandalum, & irreuerentiam. Ità iuſſit Sac. Congreg.Immun.Epiſcopo Aſculano, vt procederet ſer.ſer. contra Baroncellum, tanquam violatorem; quia manus iniecerat in confugam, attentando eum ab Eccleſia extrahere, tametſi non extraxerit. Quod etiam docent Peregr. Mar. Ital. Farinac. & alij apud Dian. *par.1. tract.1. reſol.15.* contrà Gambac. & alios nonnullos, ac elicitur ex Conſt. Greg. quæ comprehendit etiam attentantes.

An delicta famulorum inſeruientium Colonis menſæ Epiſcopalis, ſiuè Eccleſiaſticorum commiſſa in poſſeſſionibus Eccleſiaſticis cognoſci debeant à foro laicoli? tom. 1. Conſult.469.

Negatiuè, ſed ſpectant ad Curiam Eccleſiaſticam. Ita Sac. Cong.Immun. in vna *Auximana* 25. Septembr.1663.

An delinquens propè Eccleſiam ſpè confugij, gaudeat immunitate? tom.1. Conſul.470. & Conſult. 470.

Gaudere. Ità cenſuit Sac.Congr. Immun. in vna *Verulana* 2.Maij 1651. mandauitque abſolui Cancellarios ſæculares, qui ab Eccleſia huiuſmodi confugam extraxerunt. Eſt contrà Gambac.Farinac. Tanner. & alios: Quia Conſtitue.Greg. hunc caſum non excipit. Ità etiam antè d.Conſtitut.docuit Decian.Suarez. & alij, & poſt illam Fagund. Peregr. & communiter Doctores. Et declarauit etiam eadem Sac.Congr. Immun. in vna *Meliten.* 4.Decembr.1629. *Sac. &c. cenſuit, Oratorem gaudere debere immunitate Eccleſiaſtica, etiam ſi propè Eccleſiam homicidium commiſerit. Et in* Florentina 11. *Auguſti* 1631. *Sacra &c. cenſuit, Oratorem gaudere debere immunitate Eccleſiaſtica, & maximè quia non fuit ſequuta mors, etiam ſi exiens ab Eccleſia deliquerit, & ad eandem poſtea confugerit; ſed locum eſſe poſſe conceſſioni ex ſpeciali gratia Sanctiſſimi. Et in vna* Dertonen. *9. Septembr.* 1670.

De qua re vide fuſius in ſtrictioribus terminis in hoc eodem tom.1. Conſult.171. de delinquente in Scalis, Oſtio, Atrio, vel Porticu Eccleſiæ. ac tom.6.Conſul.40.

An Capella carcerum, vel cotigua carceribus gaudeat immunitate? tom.1. Conſult.471.

Negatiuè reſoluit S.Congr.Immun. in *Tudertina* 12.Iunij 1663.

An Clerici Coniugati poſſint exercere officia Magiſtratus ſæcularis, puta Syndici, Auditoris, Prioris, & id genus? tom.1.Conſul.472.

Negatiuè; Hinc cum ſupplicaret Sac.Congr. Immun. Doctor Giubbus Giobbi Clericus Coniugatus Ciuitatis Caſtellanæ his verbis: *Che ſi dichiaraſſe, ch'egli poſſa godere l'honore di Capopriore, come godono gl'altri Cittadini, non dandoſi opera à negotiatione di ſorte alcuna, mà ſolo ſi aſſiſte al buon gouerno della Patria;* Vicarius Generalis reſpondie libello ſupplici ſibi tranſmiſſo, Clericum Coniugatum eſſe capacem officijs, poſſeque eligi, & gaudere priuilegio fori, ſi vacet negotiationi licitæ; Nihilominus Sac. Cong. reſcripſit, quod ab huiuſmodi officijs abſtineat die 2.Maij 1651.

An Domus Canonicales, ſiuè Beneficiatorum, quæ laicis locantur, gaudeant immunitate? tom.1. Conſult. 473. ac tom. 9. Conſult.34. Sum.num.3.

In vna *Peruſina* 14.Maij 1652. S.Cong. Immun. petenti Gubernatori Peruſino; *Che hauendo introdotto i Canonici, e Capellani Beneficiati della Catedrale di Perugia di affittare le loro ſtanze della Canonica, & in particolare à delinquenti, e debitori, che iui ſi ricourano per confugio, e naſcendo di ciò inconuenienti, ſi ricorre per opportuna prouiſione. Ità reſpondit:* Habitationes huiuſmodi non locentur laicis, neque alijs. Atque ex his elicitur, quod gaudeant, quamuis laicis non debeantur locari. Vide Dian. *par.3. tr.1. reſol.* 71. ibique Decian. Ambroſin. & Bonac. contra Peregrin. et alios.

An ſtuprum voluntarium à laico commiſſum ſit mixti fori, vel præuentione fiat de foro Eccleſiaſtico? tom.1. Conſult. 474.

Negatiuè, ſed ſpectare ad Iudicem laicum. Ita Sac. Cong.Immun. in vna *Ciuitatis Caſtellana* 14. Febr.1652.

Con-

COnfraternitates aliique ſæculares habent ædiculas, in quibus Confratres veſtibus ſe induere ſolent, ibique Cruces, & alia ſupellectilia Confraternitatis ſeruare, quarum feneſtræ in Clauſtrum Regularium proſpectum habent, & per eorundem Regularium Eccleſiam tranſire debent, qui volunt ad eas accedere, quarum occaſione nonnulli forum ſæculare ſubterfugientes, aliquandò ibi ſe recipiunt, ac etiam cum mulieribus pernoctant. Et cum dicti Regulares prætendant, Epiſcopum nullam poſſe ibi exercere iuriſdictionem. Ideò quæritur:

Quid in hac re ſit agendum? tom. 1. Conſult. 475.

REſp. Epiſcopos in hoc caſu habere iuriſdictionem delegatam ex literis generalibus. Ità Sac. Cong. Immun. declarauit in vna *Ottonen.* 14. Febr. 1642.

An Clerici diuites tempore penuriæ poſſint cogi ab Epiſcopo ad vendendum ſuum frumentum? tom. 1. Conſult. 476.

STante neceſſitate, poſſe cogi ad pretium honeſtum. Idque authoritate Sedis Apoſtolicæ, *cap. non minus de Immun.* licèt de iure non cogerentur. Ità Sac. Cong. Immun. in vna *Brunduſina* 7. April. 1641. Eſt contrà Iuriſconſultos, & aliquos Theologos Ortiz. Salas, & Valerum, qui tenent, poſſe cogi à Magiſtratu ſæculari, & alij idem tenent. Sed perperam: Quia ſæculares nullam habent in Clericos poteſtatem, eorumq; legibus tenentur vi tantum directiua, ac proindè cogendi ſunt à ſuo Iudice, Duard. in *Bull. Cœn. lib. 2. Can. 15. quæſt. 17. n. 45*, Madium, & alij.

An Clerici Syluagij poſſint eligi in officiales, siuè miniſtros Magiſtratus ſæcularis? tom. 1. Conſult. 477.

NOn poſſunt: quia ſunt immunes. Ita declarauit Sac. Congr. Immun. eodem die 7. Apr. 1641. in vna *Vritana*, in qua iuſſum fuit Vicario Capitulari, vt tueatur exemptionem Clericorum Syluagiorum, iuxtà decretum Gregorij XV. & non obediat hortatorijs.

An quantitas grani, vini, olei, ac ſimilium, quæ datur prò eleemoſyna, tam ex parte dantis, quam recipientis ſoluere debeant gabellam? tom. 1. Conſult. 478.

NEgatiuè. Ità S. Congreg. Immun. in *Camerinen.* 12. Decemb. 1651. ſcilicet: Prò pane, carne, & ſimilibus diſtribuendis in eleemoſynas pauperum, non eſſe ſoluendam gabellam. Et explicatius in vna *Oſen.* 12. Febr. 1658. nimirum: Gabellam non deberi prò eleemoſynis, tam datis, quam receptis.

An Conductores bonorum Eccleſiaſticorum teneantur ex fructibus indè perceptis ad gabellam, non obſtante, quod iidem fructus percipiuntur ab ipſis Affictuarijs, qui ſunt laici? tom. 1. Conſul. 479. & to. 9. Conſult. 20.

NEgatiuè, ſed huiuſmodi fructus gaudent exemptione à gabellis. Et ità cenſuit Sac. Congr. Immun. in *Aſſiſien.* 4. Decembr. 1657. Eſt enim priuilegium reale.

An Clerici Coniugati, qui ob paupertatem ſe exercent in agricultura, vel in alio opere, non tamen ſordido, debeant eſſe immunes à ſolutione capitationis, quæ imponitur perſonæ, abſque vlla conſideratione bonorum? tomo 1. Conſult. 480.

AFfirmatiuè, nempè gaudere tanquam bona Eccleſiaſtica. Ità Sac. Congeg. Immun. in *Oppiden.* 7. Auguſti 1641. Quia his Clerici licita eſt negotiatio honeſta victus cauſa, licèt alijs Clericis ſit interdicta, *arg. ex cap. Ioannes de Cler. coniug.* Nec poſſunt cogi ad deſiſtendum per priuationem priuilegiorum Clericalium, quibus gaudent: Quia nullibi id cauetur de Clericis coniugatis, & rei licitæ operam dantibus, Sanch. de *Matrim. lib. 7. diſp. 46. num. 26.* contrà Farinac. & alios. num. 25.

An Epiſcopus poſſit procedere etiam contrà laicos complices in delicto à Clericis commiſſo? tom. 1. Conſult. 481.

REſp. poſſe ac debere cognoſcere de tota cauſa. Ità Sac. Congr. Immun. tum in vna *Policaſtren.* 39. Auguſti 1641. tum in *Vrbeuetana* 19. Iul. 1661. tum in vna *Ferentilli* 28. Sept. 1666. ac ſæpè alibi. Idque ob cauſæ connexionem, & nè contrariæ Sententiæ proferantur, & quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, Mattha, Magnard. Duard. Bellett. & alij, quos ſequitur Dian. *par. 3. tract. 1. reſol. 1. & par. 4. tract. 1. reſol. 7.* tex. *in cap. Quod in dubijs* vbi *Gloſ. de conſecr.* & alij paſſim contrà alios. Quod abſque dubio procedit, ſi Iudex Eccleſiaſticus præuenerit.

An Rei confugientes ad Eccleſiam ob crimina excepta, poſſint cum armatu manu, etiam cum fractura Oſtij Conuentus Regularium, iuſſu, & cum aſſiſtentia Vicarij Epiſcopalis ab eodem Conuentu extrahi, ſi ijdem Regulares extractioni ſe opponerent? to. 1. Conſult. 482.

POſſunt. Ità cenſuit Sac. Cong. Immun. in vna *Conſentina & Tropien.* 13. Iul. 1642.

An Capitanei, siuè Officiales Militorium, qui ſubiacent iuriſdictioni temporali Epiſcoporum, gaudeant priuilegio fori, ceù qui actualiter inſeruiunt Epiſcopis? tom. 1. Conſult. 483.

NOn gaudent. Ità declarauit. Sac. Congreg. Immun. in vna *Senogallien.* 13. Iul. 1642.

An Mancipiu Turcica gaudeant Immunitute Eccleſiaſtica? tom. 1. Conſult. 484.

AFfirmatiuè. Ità Sac. Cong. Immun. in vna *Licien.* 13. Iul. 1649. Quia eſt priuilegium conceſſum loco, non perſonæ, Bart. Bald. Faber. aliique innumeri apud Fatinac. *de Immun. cap.* 5. *num.* 7. contrà Gambacur. qui hanc ſententiam parum tutam appellàuit.

An Epiſcopo liceat aperire, ac retinere furnum prò abundantia? tom. 1. Conſult. 485.

AFfirmatiuè. Ità in vna *Ciuitatis Caſtellanæ*, cenſuit S. Congr. Imm. 29. Maij 1657.

An, & quomodò Tertiariæ gaudeant priuilegio fori? tom. 1. Conſult. 486. & tom. 2. Conſul. 63. & tom. 4. Conſult 6. & 119.

SAcr. Congr. Immun. 10. Nouemb. 1638. inhærendo declarationibus Sac. Congreg Concil. Trid. cenſuit in vna *Interamnen.* Tertiarias frui debere priuilegio fori, ſi habitũ aſſumpſetit, & virginalem, ſeù cælibem, aut caſtam viduàlem, expreſſo voto, vitam elegetint, etiam ſi in proprijs, vel conſanguineorum, ſeù affinium domibus habitent, & dictum habitum ſuſceperint, & votum emiſerint poſt litem motam, Potius, Portell. Cherub. &c. Eſtque contrà Barboſ. & alios apud ipſum, Carnl. de Graſ. ac Ceuall.

An Magiſtratus ſecularis, vt facilius exigatur gabella farina, poſſint prohibere Eccleſiaſticis, nè molunt frumentum prò vſu proprio, ac eorum familia in proprijs Molendinis poſitis in eorum domibus? to. 1. Conſult. 187.

NEgatiuè. Eſtque contrà libertatem Eccleſiaſticam, atque adeò acriter iniungendum Epicopis, vt eam tueantur. Ità S. Cong. in vna *Vrgentina* 3. April. 1643. At vide fuſius *tom. 7. Conſult.* 30.

An Clerici Coniugati gaudeant priuilegio fori, etiam in ciuilibus? tom 1. Conſult. 488.

AFfirmatiuè. Item & Canonis, attenta conſuetudine quæ non eſt improbanda. Ità Sac. Congr. Immun. 3. April. 1643. in vna *Policaſtren.* Quod etiam tenent Specul. *in tit. de comp. Iud. ad* §. 1. *num.* 24. Franc. *in cap. vn.* Cepoll. *conſ. crim. rubr.* 11. & alij contrà alios.

An violans immunitatem Eccleſiaſticam poſſit abſolui virtute Iubilei? tom. 1. Conſult. 489.

NEgatiuè. Ità declarauit Sac. Cong. Immun. in vna *Cathocen.* 3. April. 1643. vt fuit declaratum in eadem Sac. Cong. 20. April. 1673. his verbis:

I violatori dell immunità, libertà, e giuriſditt'one Eccleſiaſtica non ponno eſſer aſſoluti vigore Iubilei dalla ſcommunica, nella quale ſono ſtati dichiarati incorſi, mà debbono onninamente ricorrere à queſta Sagra Congregatione ſopra le controuerſie giuriſdittionali per ottenere l'aſſolutione, la quale non ſe gli concede ſenza ſodisfattione della parte offeſo, ſecondo lo ſtile inueterato nella medeſima Sagra Congregatione.

Quod etiam iubetur ex epiſtola eiuſdem Sacr. Congreg. ſub die 4. Febr. eiuſdem anni data Epiſcopo Molphitenſi tenoris ſequentis:

Illuſtre, e molto Reuerendo Monſignor, come Fratello. *La ſomma clemenza di N. S. atteſa l'atteſtation di V. S. che il Capitan Gio: Piſanello Napolitano habbia dato la libertà à Domenico di Aleſſio di Bitonto, fatto da eſſo eſtrarre di Chieſa, che ne habbia ottenuto anche la remiſſione, condeſcende, che V. S. aſſolua, etiam priuatamente il ſudetto Capitano, communicandoſele per la preſente lettera la facoltà neceſſaria, ſtante che il riſpetto di eſſer ſtato aſſoluto vigore Iubilei, non deue in caſi di violata immunità Eccleſiaſtica hauerſi in conſideratione. Che &c.*

Poterunt igitur Confeſſarij, qui ſecus ſentiebant, ſe conformare menti Sedis Apoſtolicæ, abſque eo, quòd amplius laborent in interpretatione Bullæ Iubilæi cum periculo animarum.

Et in *Hieracen. Eſſendoſi eſpoſto nello Sagra Congregatione, che Domenico Strunges già Vicario Foraneo nella Terra di S. Luca Dioceſe di Gerace,* eſ, o-

eſpoſe altre volte, che D. Carlo Gambacorta fratello del Duca d'Ardore, & altri eſtraſſero dalla Chieſa due Banditi, quali fè ſubito decapitare, e perche l'Oratore cooperò alle diligenze fatte dal Veſcouo in ſcommunicare detti eſtrattori, il Duca fè carcerare, e dar lo sfratto à molti ſuoi parenti, e poi fè carcerare eſſo medeſimo, con iſtraſcinarlo con vna corda al collo, hauendogli oltre danneggiato vn giardino, e ſaccheggiata la Caſa; Onde ſcrittone al Veſcouo prò informatione, riſponde, che il detto D. Carlo, e complici furono aſſoluti con l'occaſione del Giubileo, hauendone ottenuto la remiſſione dalla parte. Sacra Congregatio reſpondit, abſolutionem non ſuffragari; Ideò reaffigantur Cedulones.

An qui ob rixam è feneſtra domus immunis Eccleſia ſclopeto occidit exiſtentem in Eccleſia, gaudeat Immunitate? tom. 1. Conſult. 490. & Conſult. 470.

GAudet. Ità Sacra Congregatio Immun. in vna *Puteolana* 14. Iun. 1661. Eſt contrà Ricc. Delben. Portell. Magal. Palb. & alios.

An laicus percutiens alium laicum in Eccleſia, incurrat aliquam Excommunicationem? tom. 1. Conſult. 491.

REſp. Incurrere in excommunicationem minorem. Ità Sacr. Congregat. in vna *Nullius* 18. Iul. 1628.

An concedenda ſit abſolutio in foro conſcientia, & an etiam in foro exteriori ijs, qui ſer. ſer. fuerunt declarati excommunicati ob extractionem ab Eccleſia, quandò extracti fuerunt ab eiſdem, vel de eorum ordine occiſi, ſeù ad mortem damnati, ex quo Eccleſia non poteſt reintegrari? tom. 1. Conſult. 492.

SAc. Cong. in vna *Oppiden.* 13. Decemb. 1633. cenſuit, abſolutionem in foro conſcientiæ negari non poſſe, in foro autem exteriori fuit varia, ſed prò maiori parte Eminentiſſimi extimarunt, abſolutionem quidem differri, ſed non abſolutè denegari, conſiderando circumſtantias facti in caſibus particularibus, ac proptereà in caſu, de quo agitur, conceſſa fuit. At verò eadem Sac. Cong. 15. Martij 1661. hoc dubium ad Sac. Pœnitentiariam remiſit, ex quibus elicitur, eiuſmodi excommunicationem eſſe Summo Pontifici reſeruatam, contrà Dian. & alios ab ipſo relatos *p. 1. reſol. 43.* Quod oſtendit perpetua praxis Sacræ Congregationis Immun.

An Clericus bigamus à Sede Apoſtolica diſpenſatus, gaudeat priuilegio fori? tom. 1. Conſult. 493. & Conſult. 225.

REſp. Data diſpenſatione, gaudere. Ità Sac. Congreg. in vna *Mediolanen.* 11. Iul. 1662.

An in cauſis violatæ immunitatis Eccleſiaſticæ poſſint Archiepiſcopi procedere, ſaltem in deuolutiuo in in gradu appellationis à ſententijs ſuorum Suffraganeorum? tom. 1. Conſult. 494.

IN hac materia Sac. Cong. Immun. ſcripſit literas circulares Archiepiſcopis Italiæ die 15. Octob. 1628, quibus præcipiebatur, quod in ijs cauſis ab eorum Curijs non relaxentur inhibitiones, nec ad aliquem actum procedatur, niſi prius certiorata eadem Sac. Congregatione his verbis:

Quando ſi tratta d'appellatione, ò di ricorſi in cauſe di violationi d'immunità, di libertà, e di giuriſdittione Eccleſiaſtica, e di cenſure per dette cauſe fulminate, non douerà V. S. permettere, che da coteſta ſua Curia Arciueſcouale ſi rilaſcino inhibitioni, nè ſi proceda ad atto alcuno, ſe prima non ne ſarà dato raguaglio à queſta Sacra Congregatione ſopra le controuerſie giuriſdittionali, e da queſti Eminentiſſimi miei Signori riceuutone l'ordine, che giudicheranno opportuno di darle. Così eſeguirà V. S. inuiolabilmente con far regiſtrare la preſente negl'atti della Cancellaria di detta Curia Arciueſcouale, e darne auuiſo alla medeſima Sacra Congregatione. Il tutto ſotto quelle pene, che à Noſtro Signore parerà di dare à traſgreſſori, mentre &c.

Sed quoniam Archiepiſcopi, tum Panormitanus, tum Meſſanenſis ſuis literis conquæſti fuere, ſibi hoc modo ſecundas inſtantias auferri, Sac. Congr. eis reſpondit ſub die 6. Ian. 1629. mentem Sacræ Congregationis non eſſe cauſas huiuſmodi ad Romanam Curiam trahere, nec ijs Curias Epiſcopales priuare, ſed tantum illas admonitiones, eaque conſilia exhibere, quæ ad reintegrationem violatæ Immunitatis Eccleſiaſticæ opportuniora, magiſque neceſſaria iudicarentur. Et licet aliquandò ſimpliciter reſcriptum fuerit, in eiuſmodi cauſis nullas dari appellationes, prout in vna *Marianen.* 19. Maij 1648. Attamen pluries cenſuit, Archiepiſcopos poſſe cognoſcere cauſas in deuolutiuo, nempè in vna *Cathacen.* 30. Maij 1628. in vna *Acernen.* 10. Iunij 1636. & 8. Aug. 1645. ac in vna *Beneuentana* 22. Nouembr 1639. His tamen non obſtantibus, eadem Sac. Congr. re maturè perpenſa, atque diſcuſſa, 19. Iul. 1661. reſoluit, eiuſmodi literas circulares ſeruandas eſſe in omnibus, & per omnia.

An reductio cenſuum, aliorumque redditnum per Magiſtratum ſecularem facta, afficiat etiam Eccleſiaſticos? tom. 1. Conſult. 495.

NEgatiuè. Ità ſæpè declarauit Sac. Congreg. Immun. præſertim in vna *Nouarien.* 27. Nouem. 1654. et in vna *Neapolitana* 23. Iulij 1652. his verbis:

Sac. Congr. Eminentiſſimorum Cardin. ſuper Immunit. ac libertate Eccleſiaſtica, & controuerſijs iuriſdictionalibus præpoſitorum, viſis Pragmaticis, ac

præcipuè illa, quæ fuit ſub die 5. Septembr. proximè præteriti publicata ſuper reductione ad quinque prò centenario annuorum redituum, & Gabellarum cum Regio aſſenſu emptarum, ſiuè alio quocumque modo acquiſitarum, &c. poſt maturam diſcuſſionem, facto verbo cum Sanctiſſimo D.N. declarauit, & declarat, omnes, & ſingulas prædictas pragmaticas, nec non quaſcumque alias ordinationes ſuper prædictas emanatas, & publicatas non comprehendiſſe, neque comprehendere, & non potuiſſe, nec poſſe comprehendere Eccleſias, Monaſteria, loca pia, nec perſonas Eccleſiaſticas, eorumque res, bona, iura, reditus, prouentus, & gabellas ab eis, vel prò eis, ac eorum nominibus emptas, vel ab alio quouis titulo acquiſitas, & acquiſita, & quomodocumque modo ad eos, & eas, ac ea ſpectantes, & pertinentes, ac ſpectantia, & pertinentia; Et propterea, nullum ex dictis pragmaticis, ac alijs quibuſcumque ordinationibus illatum fuiſſe, nec eſſe, neque inferri potuiſſe, nec poſſe præiudicium, ſed liberum illis fuiſſe, ac eſſe uti quibuſcumque iuribus, eis, ac cuilibet eorum competentibus, perindè ac ſi Pragmaticæ, atque Ordinationes prædictæ non emanaſſent.

Inſuper prò executione huius decreti eadem Sac. Congreg. facto verbo etiam cum Sanctiſſimo, iniungendum cenſuit, ac iniunxit omnibus, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac alijs Ordinarijs inferioribus, quod eiſdem Eccleſijs, Monaſterijs, & pijs locis, ac perſonis Eccleſiaſticis efficacis defenſionis præſidio in præmiſſis aſſiſtant, & contrà quaſcumque perſonas, Collegia, Ciuitates, Vniuerſitates, & loca, quantumuis alias exemptas, & exempta, & quouis priuilegio, titulo, ac præeminentia ſuffultos, & ſuffulta, licet ſpecialiter, nominatim, ac indiuiduè alias exprimendas, & exprimenda contradicentes, & contradicentia, ac ſe opponentes, & ſe opponentia obſeruantiæ, & executioni præſentis decreti, ſeu illam quomodocumque impedientes, vel differentes, ac ſuſpendentes, aut alio quouis modo impugnantes, ſiuè illi parere, obſeruare, ac exequi recuſantes, & recuſantia, procedant, ac procedere debeant ad declarationem excommunicationis, ac interdicti, etiam generalis appoſitionem, affixionem, & publicationem, & ad alias quaſcumque pœnas à Sacris Concilijs, Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis inflictas. Et ità declarauit, & declarat, non ſolum prædicto, ſed & omni alio meliori modo, &c.

Porro eiuſmodi Pragmaticę, ſiuè Statuta in tali, ac ſimili caſu, licet non infringant quoad verba, libertatem Eccleſiaſticam; eam tamen infringunt quoad mentem, faciendo fraudem de perſona in perſonam: Eò vel maximè, quia nulla diſpoſitio generalis comprehendit caſus, vel perſonas in ſpecie priuilegiatas, et generalis diſpoſitio non comprehendit, quod in ſpecie diſponi non poteſt, *l. Lucius* §. *pœn. ff. ad municip.* Ac proindè quemadmodum non poſſunt directè, ità nec indirectè defectu poteſtatis efficere Eccleſias, et Eccleſiaſticos, ſeu illis præiudicia inferre, Abb. *in rep. cap. Eccleſ. S. Maria de Conſtit. num.* 31. Riminald. *conſ.* 267. *n.* 32. *vol.* 1. et alij communiter.

Quapropter in his caſibus poterit Epiſcopus ſic ſtatuentem cogere, vt declaret, ſe in ſuo Statuto Eccleſias, vel Eccleſiaſticos non comprehendere, Quod ſi ille facere noluerit, debet ipſe Epiſcopus propria authoritate illud tollere, ac declarare irritum, atque nullum. Ità Felin. *in d. cap Eccleſ. S. Maria nu.* 145. Sayr. *de cenſur. lib.* 3. *cap.* 34. *n.* 17. et alij. Ac determinauit Sac. Congr. Immun. die 7. Decemb. 1632. Princeps enim id nullo pacto ſtatuere poteſt abſque ſpeciali Sum. Pontificis facultate, ſiuè approbatione quoad reditus, et credita ſpectantia ad Eccleſias, Monaſteria, loca pia, et perſonas Eccleſiaſticas, quorum iuribus, quomodocumque prouenientibus, nihil omninò detrahere poteſt, aut derogare, cum nullam habeat ſuper eis iuriſdictionem, *d. cap. Eccleſ. S. Mariæ*, vbi notant Doctores omnes *de Conſtit.* Rebuff. *ad Conſtit. Gall. lib.* 2. *de lit. dilat. ar.* 1. *gloſ.* 1. *num.* 32. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 203. *num.* 20. *cum ſeq.* et alij.

An Clericus, ſiuè Miles Regularis penſionarius, qui ex diſpenſatione poteſt retinere penſionem in ſtatu Matrimonij, & ſine habitu Clericali, per aſſecutionem officij laici, cum poteſtate ſanguinis, illam amittat? Vide de Penſionibus tom. 2. Conſult. 2.

An Vicarius, ſeù Capellanus amouibilis Sacerdos ſæcularis, adminiſtrans curam animarum, annexam Commendæ Hieroſolimitanæ, habitans in domo eiuſdem Parochialis, tam in ijs, quæ concernunt curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, quam in quocumque delicto, ſubiaceat iuriſdictioni Ordinarij, ex decreto Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. *de refor. cap.* 11. *&* ex *Conſtitut. Greg. XIII.* §. *Ideircò?* Vide de Equitibus tom. 2. Conſul. 21.

An Clericus poſſit ratione officij, quod habet à Principe ſæculari, coram ipſo conueniri, ſi in eodem officio delinquat? tom. 2. Conſult. 27.

Negatiuè: Officium enim non ponit ſubiectionem in exempto, atque adeò nec dat iuriſdictionem Principi: quia cum aſſumitur ad tale officium adminiſtrandum, cenſetur aſſumi citrà præiudicium exemptionis. Nam cum exemptio non ſit priuilegium particulare perſonæ, ſed ſtatus, quandiù perſona manet in illo ſtatu, et ſit de genere exemptorum, manet etiam exemptio, cui per officium, vt quid ſingularis perſonæ, non poteſt præiudicari. Ità, ſed in alijs rationibus Duard. *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *quæſt.* 11. *num.* 35. Ambroſin. *de Immun. cap.* 20. *num.* 54. et alij.

Ideo ante aſſumptionem officij doceri debet de eius ſtatu laicali, nè contingat, quod contigiſſe Neapolis Duci de Alcala Proregi refert Vincent. de Franch. *dec.* 439. *n.* 3. Cum enim

ſine

ſine hac diligentia quidam officio fuiſſet prouiſus, poſteaque in eo deliquiſſet, ac propterea voluiſſet Prorex eum punire, fuit ab illo deluſus, quia allegauit priuilegium Clericale, ob quod oportuit eum remittere ad Iudicem Eccleſiaſticum, de quo vehementer, inquit Franchus, Prorex doluit, & conquæſtus fuit, cum crediſſet illum fuiſſe laicum, nec alias præuidiſſet.

Quia nimirum officium ſæculare collatum Clerico non extrahit ipſum à gradu, atque adeò nec ab exemptione, ſed ſequitur conditionem perſonæ, & Immunitatem ipſius, ſicuti ſequuntur bona. Imò & à fortiori, quia exercitium officij eſt quid perſonale, & adhæret perſonæ inſeparabiliter, cum conſiſtat in proprijs actionibus ipſius; Vnde iudicare de exercitio officij, eſſet exercere iuriſdictionem ſuprà propriam perſonam Clerici.

An poteſtas laica poſſit imponere collectas rebus Eccleſiaſticorum? tom. 2. Conſult. 30. ac tom. 9. Conſult. 20.

NEgatiuè: Iura, & authoritates adduximus *tom. 2.* nunc addimus et rationes. Idque ex eo manifeſtum eſt, quod Princeps non poſſit collectas exigere, niſi de bonis, in quibus habet iuriſdictionem, Bart. *in l. fin. C. de mulier. n. 34.* vbi dicit, quod Ciuitas non poſſit Collectas imponere de rebus, quæ ſunt extrà territorium, *arg. l. fin. ff. de iur. omn. Iud.* At protectio, ſiuè patronatus nec iuriſdictionem, nec poteſtatem collectandi tribuit, *cap. ex parte 18. de priuil.* Menoch. *conſ. 32. n. 29. lib. 1.* Et hinc denegata iuriſdictione, hæc ſtatim denegandæ videntur, ſunt enim fructus iuriſdictionis, eamque ſequuntur *l. vn. pr. ff. quis ius dic. non obtemp.* Surd. *conſ. 152. n. 2.* & alij.

Cum igitur collectæ imponantur ratione iuriſdictionis in perſonas, quæ principaliter ratione rerum obligantur competentis; Princeps autem nec in perſonas, nec in facultates Eccleſiaſticorum vllam habet iuriſdictionem, per ſe manifeſtum eſt, nullam ei competere collectandi facultatem, Caſp. Kloch. *de contrib. theſ. 26.* Natt. *conſ. 636. num. 78.* Decian. *lib. 1. conſ. 41. n. 41.* vbi iuriſdictionem vocat fundamentum collectarum *vol. 2.* Hinc tributum huiuſmodi ideò penditur, vt quandam ſubiectionis eſſeram habeat Magiſtratus.

Quæ ratio aliam pleniorem producit ex perſonis Eccleſiaſticorum. Conſtat enim per collectarum impoſitionem ſecreta rei familiaris ad eum, qui collectatur pertinentis detegi. Siquidem prò modo facultatum, & viribus patrimonij collectæ imponi debeant, *l. 1. C. de mun. patrim. l. 2. C. de annon. & trib.* At verò inhumanum eſt protectori, ad quem hoc non pertinet, permittere, vt ſecreta domus perſcrutetur *l. Quoſdam de metal.*

His inſuper accedit, quod ius imponendi, & exigendi gabellas, ſiuè collectas arguat imperium, & ſubiectionis qualitatem, per quas ius territorij fundatur, *cap. ſi tributum 11. quæſt. 1. cap. illud 10. quæſt. 3.* Soccin. Sen. *conſ. 187. n. 3.* & alij. Quare neceſſario ex eo eas imponi non poſſe, niſi ijs, qui iuriſdictioni imponentis ſunt ſuppoſiti, ideſt Subditis, per doctrinam Bart. *in l. vn. C. de mulier* & alibi. At vero Princeps nullam in Eccleſiaſticos habet iuriſdictionem, nec Eccleſiaſtici ſunt illius ſubditi, vt ſexcentis authoritatibus probat Delbene *de Immun.*

Quod autem perſonæ Eccleſiaſticæ neque ab ijs, in quorum ſunt protectione, neque etiam ab illis, in quorum degunt, & bona habent territorio, collectis grauari poſſunt, habetur *l. 5. C. de Sacr. Eccleſ. cap. 4. de Immun. Eccleſ.* & tradit Sixtin. *de regal. lib. 2. c. 14. n. 107.*

Quod ſint immunes à muneribus patrimonialibus, quæ ſcilicet cum erogatione patrimonij ſubeuntur, ſiuè ſit munus patrimoniale perſonale, quod imponitur perſonæ, non habita ratione patrimonij quantitatis, vt capitatio, pedagium, & guidagium, ſiuè ſit patrimoniale mixtum, quod ſoluitur, & imponitur ratione habita patrimonij quantitatis, ſiuè hoc mixtum onus imponatur illis rebus, vt vectigalia, portoria, gabellæ, ſiuè imponatur perſonis prò rebus, vt ſuper indictum, vel collectæ, de quibus Canoniſtæ *in cap. Non minus de Immun. Eccleſ.* Petr. Antibol. *tract. de muner. p. 2. num. 4. & 5.* ac alij. Ac præſertim *in d. cap. 18. Bullę Cœnæ Domini,* vbi fertur excommunicatio ſpeciatim Papæ reſeruata contrà imponentes collectas, decimas, taleas, præſtantias, vel alia onera perſonis, aut bonis Eccleſiaſticis, aut ipſorum Eccleſiaſticorum ſine ſpeciali, & expreſſa Papæ licentia, & contrà eos, qui talia onera exigunt quocumque modo, vel colore, aut ea ſic malè impoſita à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt, & contrà eos, qui talia per ſe, vel per alios directè, vel indirectè facere, exequi, vel procurare, vel in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur cuiuſcumque ſint conditionis, etiam Imperatores, vel Epiſcopi; Et ſuper his innouantur omnes Canones, etiam in Lateranenſi Concilio editis, cum ſuis pœnis, & Cenſuris.

Pleriſque in locis, Oppidis, Ciuitatibus, merum imperium, & criminale eſt penes laicos, ciuile, & mixtum apud Eccleſiaſticos, dubitatur quiſnam ipſorum ſit Protector, ac Dominus, vocanduſque ſit verus Patronus? Vide de Dominis vtilibus tom. 2. Conſult 31.

An Clerici cogi poſſint, vel teneantur ad hoſpitandum Milites? tom. 2. Conſult. 32.

NEgatiuè. Ità expreſsè præcipitur *in l. 1. C. de Epiſc. & Cler.* quę eſt Imperatoris Conſtantini, vbi Gloſ. & Doctores. Quod in Regno Nea-

Neapolitano religioſiſſimè obſeruatur, ex capitulationibus Caroli II. *tit. de priuil. & Immun. Eccleſiaſt.* confirmatis à Papa Honorio anno 1285. & tradunt Io: Antonius de Nigris in *Extrauag. de vit. & honeſt. Cler. nu.* 131. Paris *de Syndic. v. Cleric. §. an apparitos*, et alij, Nequè magis, ſi conſanguinei militum haberent hoc priuilegium non hoſpitandi in domibus ſuis ipſorum militum ſecum commorantium, vt eodem priuilegio debeant gaudere conſanguinei Clericorum, qui habitant in eorum domibus ſimul cum Clericis, qui gaudeant omnibus priuilegijs militum, iuxta Gloſ. communem receptam *in l. Miles ff. de re iud.*

Hoſpitatura enim dicitur munus hoſpitis recipiendi, *l. 3. §. 13. ff. de mun. & honor.* Hoſpitia autem priſcis temporibus publicè aſſignari ſolebant, & certi erant homines, quibus hoc munus à Magiſtratibus imponebatur, & cenſebatur patrimonij onus, non perſonæ, *d. l. 3. §. non Miles, l. fin. §. penul ff. de mun.* Modeſtin. *in l. 6. de exinſat.* Atqui patrimonia Clericorum ſunt immunia à quocumque onere, vt alibi demonſtrauimus; Deindè ſi cogatur quis milites hoſpitare, infert hoc munus aliquod Imperium, ac cohæret ſuperioritati, vt colligitur ex eis, quæ notat Menoch. *conſ. 302. num. 29.* et alij; Cùm igitur nulla permittatur Principibus laicis, ſiuè Magiſtratibus in Clericos ſuperioritas, ſeù Imperium. Ergò nequè hoſpitatio ei cohærens.

Et quidem ſub verbis illis Bullæ Cœnæ *cap. 18. Collectas, decimas, talias, præſtantias, & alia onera*, comprehenduntur omnia grauamina ſub quocumque nomine ſignificata, ſiuè adiutorij, ſubſidij, ſubiectionis, ſiuè donatiui, *arg. tex. in cap. Clerici de Immun. Eccleſ. in 6.* ſiuè etiam onera, quæ non conſiſtunt in ſolutione, ſed in obligatione aliqua, vt eſt in ſpecie onus hoſpitandi milites, ad quod non tenentur Eccleſiaſtici. Quod intelligendum eſt, non ſolum quoad bona, et domos, quæ ab antiquo erant de proprietate Eccleſiæ, ſed etiam quoad ea, quæ in dies acquirunt ſic effecta.

Et declarauit Sac. Cong. Immun. in *Papienſi*, proponente Eminentiſſimo Paulucceio, nempè, Clericos non teneri ad hoſpitandum Milites, nè quidem propter bona, quorum titulo non ſunt ordinati. Quod etiam conſtat ex ſubiectis decretis.

Sac. Congr. Immun, &c. cenſuit, Clericos gaudere Immunitate ab hoſpitatione militum, etiam in bonis patrimonialibus, & prò virili. Ità in *Dertonenſi* 4. Decembris 1629. & in *Papienſi* 10. Decembris eiuſdem anni, & in *Capuana* 20. April. 1649. & in eadem *Dertonenſi* 27. Febr. 1630. cenſuit ſub nomine hæredum non comprehendi Clericos.

Item, Eccleſiaſticos non poſſe eiici à proprijs domibus occaſione habitationis militum Regiorum, vt in *Aquilana* 16. April. 1630. & in *Nullius Altamuræ* 27. April. 1632.

Ac ſub 30. Iun. dedit literas Epiſcopis Status Mediolanenſis prò tuenda libertate Eccleſiaſtica ab hoſpitatione militum, vt ſub 23. Aug. 1633. Idem Epiſcopo *Placentino* 29. Maii 1634.

Cenſuitque pariter, domos Regularium, et Monaſteriorum Monialium exemptas eſſe ab hoſpitatione militum, vt in *Cotronen.* 23. Auguſti 1633.

Quod verò ad Clericos Syluaticos, eos exemptos eſſe cenſuit ab hoſpitatione militum, ſi non adſit conſuetudo in contrarium, vt in *Alexanen.* 10. Maij 1633. et in *Sulmonen.* 13. Iun. 1649.

Nequè bona Epiſcopi grauari poſſunt hoſpitatione militum, vt in *Regien.* 12. Ianuar. 1645. Immò cenſuit, domos Eccleſiaſticorum, quamquam laicis locatas, eſſe exemptas ab hoſpitatione militum, vt in *Nouarien.* 9 Iun. 1627.

Sed quid, ſi Dominus tranſeat per fundum feudalem Eccleſiaſticis conceſſum, ipſique ad hoc, vt negotia ſua tantò facilius expedire poſſit, vtile, & opportunum ſit ibi habere copiam hoſpitij? Reſp. Tunc Vaſſallus eum hoſpitio excipere, & victualia prò pretio communicare tenetur. Ità Io: Andr. *in add. ad Specul. §. Quoniam v. ſi quis id de feud.* Bald. *in l. obſeruare 4. in princ. ff. de off. Proconſ.*

Hæc autem Immunitas ab hoſpitio debetur Clericis, etiam ſi habitent in communi, & prò indiuiſo cum fratribus, nepotibus, multòque magis cum parentibus laicis. Idque nè ſuſtineant incommoda hoſpitalitatis; Tenentur tamen eiuſmodi laici contribuere in pecunia. Et ità in praxi ſeruari in Regno Neapolitano, ac Siculo teſtantur Molfeſ. *in Summ. p. 2. tract. 12. cap. 22. num.* 166. & Carol. de Graſſ. *effect. 3. num.* 127.

An Eccleſiaſtici poſſint vendere, etiam minutim panem, & vinum, aliaque huiuſmodi abſque ſolutione vectigalium, dum ea colligunt in ſuis bonis patrimonialibus, vel beneficialibus? Vbi in fine modus formandi proceſſus ſuper hac re, tom. 2. Conſult. 34.

AFfirmatiuè. Habetur ex Clem. *fin. de cenſib.* vbi Clemens V. ità ſtatuit: *Præſenti Conſtitutione iubemus, vt locorum Diœceſani contrà eos, qui ab Eccleſijs, vel perſonis Eccleſiaſticis prò earum rebus proprijs, quas non negotiandi cauſa deferunt, aut deferri faciunt, vel tranſmittunt, pedagia, vel guidagia ſuo, vel alieno nomine exigunt, vel extorquent in animarum ſuarum periculum, & eorum, à quibus ea exigunt, præiudicium, & grauamen, excommunicationis, & interdicti ſententias à iure prolatas, poſtquam de his ipſis conſtiterit, omninò publicent, vel à ſuis ſubditis tandiù faciant publicari, donec illi ſic exacta reſtituerint, & tranſgreſſione huiuſmodi ſatiſfecerint competenter.*

Idem diſponitur *in cap. Quanquam 4. de cenſibus in 6.* alijſq; iuribus, quæ alibi adduximus. Eſtq; propoſitio certa Theologorum, Canoniſtarum, & Iuriſconſultorum à nemine ex Catho-

licis

licis impugnata, quod Clerici, eorumque bona, ſiuè patrimonialia, ſiuè hæreditaria, ſiuè empta, ſiuè ſibi donata, ſiuè quouis alio titulo acquiſita, gaudeant priuilegio Immunitatis à gabellis, oneribus, & tributis per Communitates, & Principes laicos impoſitis, vt copioſè, iuſtè, ac ſolidè firmauit Rota in *Brundusina*, & *Albanen. Gabella* coram Pegna, & Merlino, & coràm Buratto *deciſ.* 780. *num.* 2. vbi addit *lit. A.* & in *Barchinonen.* & *Hydruntina exemptionis* coram Cardinalibus Corrado, & Celſo *deciſ.* 412. *num.* 3. *p.* 9. *tom.* 6. *recen.* 24. Maij 1658. Idquè cum ex alijs rationibus, tum ex illa, quia perſonæ Eccleſiaſticæ, & eorum bona ſunt ſors, & pars Dei. Num. *cap.* 3. *&* 18. Paral. *c.* 16. Pſal. 104. Matth. 17. 2. *Timoth. cap.* 2. *ad Hæbr. cap.* 4. *cap. Non minus de Immun. Eccleſ.* Ruffin. *lib.* 10. *hiſtor. cap.* 2. S. Greg. Magn. *lib.* 4. *Epiſt.* 45. Bellarm. *to.* 2. *controuer. lib.* 1. *de Cler. cap.* 28. & alij, & alibi paſſim: Atque adeò illi non eſt improperandum, nec cuiquam iniuria fit, ſi & prò domus ſuæ honore, atque decore, alimentiſque neceſſarijs reſeruauit ſibi quędam prò ijs, quos in ſortem ſuam vocauit, quoſque tanquam Principes, aut Duces in Ciuitatibus, ac Regnis poſuit, vt alios dirigant in viam ſalutis, vel qui eius laudibus, & cultui eſſent ſpecialiter deputati, & prò quorum pace, ſalute, & cuſtodia debent vigilare Principes, ob cultum, et reuerentiam debitam Deo, à quo Regnum, et opes, et quicquid boni operis, atque honoris habent, receperunt. Gen. *cap.* 46. Concil. Colon. *p.* 9. *cap.* 20. Conc. Lateran. ſub Innoc. III. *cap.* 43. Conc. Lateranen. ſub Leone X. *ſeſſ.* 9. Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *de refor.* Io: VIII. *can. Si Imperator d.* 96. Symmac. Papa *in Synodo III. Romana*, Boniſac. VIII. *in cap, Quanquam de censib. in* 6. Azor. Anaſtaſ. German. et alij. Cumque bona Eccleſiaſticorum dicantur patrimonium Chriſti, Abb. in *cap. Cum ſuper de ſepult. num.* 20. ſintq; Deo conſecrata, ac eatenus vocantur bona Dominica in *Can.* 40 *Apoſtolorum*, quemadmodum Chriſtus non teneretur de huiuſmodi rebus gabellas ſoluere, ſic ſuo modo nequè Eccleſiaſtici; Vndè hanc rerum immunitatem eſse de iure diuino cum ſanioribus cenſeo, Delben. *de parlam. dub.* 27 *ſubſect.* 1. *& ſeq.*

Ex quibus probatur, quod Eccleſiaſtici õnes, quoad perſonas, & bona Eccleſiaſtica, & omnia alia bona, quę non ad negotiationem, ſed ad propriũ vſum, vel proprias neceſſitates poſſident, aut vendunt, aut vehunt, non debent vectigalia, nec tributum aliquod, & ſic non tenentur ea ſoluere, & qui illa ab ipſis exigunt, incurrunt ſententiam excommunicationis, immò aliquandò excommunicationem Bullæ in Cœna Domini; Siquidem, qui vendit vinum, panem, oleum, aliaque, ex redditibus ſui beneficij, vel ex ſuis bonis patrimonialibus collecta, non negociatur: quia dictę res non ſunt fructus emptionis, ſed eorum poſſeſſionum; atque idcircò vectigal ſoluere non debent, Molin. *de inſtit. & iur. diſp.* 342. *§. Idem dicerem*: Et ex ipſis laicis Gregor. Lopez. *lib.* 46. *par.* 1. Mexia *in pragm. tax. panis concluſ.* 5. *num.* 29. Guttierez *de gabell. quæſt.* 49. *num.* 25, & alij communiter; Vndè ſit regula; Eccleſiaſticos ex negotiatione ſibi Canonico iure non prohibita, vectigal ſoluere non debere.

Et quidem non eſſe prohibitum, ſed permiſſum Eccleſiaſticis aperire, ac retinere tabernam, aut furnum, in quibus, non per ſeipſos, ſed per ſuos Conductores, vel Miniſtros vendant vinum, aut panem proprium, eſt tex. *cap. ſignificante*, vbi notant omnes, præcipuè Anchar. *nu.* 1. Anan. *num.* 6. Bèc. *num.* 4. & alij. Sicuti non eſt prohibitum Eccleſiaſticis molere frumentum, vt in panem redactum vtilius vendant, dummodò non per ſeipſos id faciant, nec alienum frumentum, ſed proprium hoc artificio commutari faciant, Anchar. in *cap: fin: num:* 9: *de vit. & honeſt. Cler.* Aym. *conſ:* 165: *num:* 3: & alij.

Immò verò poſſunt, ſi id ſibi magis expediat ex ſuo frumento per piſtores deputatos conficere panem, illumque vendere, cum nequè etiam in hoc ſubſit aliqua negotiatio, ſed ſit licita venditio fructuum recollectorum ex propriis bonis. Laſſatt. in *cap.* 19. *num:* 62: & 66. vbi, quod Clerici habentes ſalinas, poſſunt per ſuos operarios ſalem cogere, illumque vendere abſque tributo, Sylueſt: *v. Excommunicatio* 9. *& excom:* 211 *num:* 46: vbi quod Clerici habentes ferri ſodinas in ſuis prædiis poſſunt per Miniſtros conductos ferrum effodere, illudque vendere, itidemque panem ex ſuo frumento, & vinum ex ſuis vnis, oleum ex ſuis oliuis, vt rectè Molin: *diſp:* 342: *num:* 7: Et vniuerſim poſſunt Clerici ſuos agros colere, vt fructus vendant, lapides, vel metalla ex ſuis fundis effodere, eaque in aliam ſpeciem mutare, greges in ſuis prædiis alere, vt ex fætu, lacte, & lana pecuniam ſibi parent, vel vt ipſa animalia adulta, & ſaginata, vendant, Medin: *Cod. de reſtit. quæſt.* 30. *cauſ.* 2. Molin. *loc. cit.* Leſſ. Bellett. & alii innumeri. Ac declarauit Sacra Congreg. Immun. & Conc. in vna *Triuentina* 19. Ianuar. 1635. & 24. Martii 1645. & in vna *Arian.* 6. Octobris 1646. & 4. Maii 1647. & 9. Febr. 1649. in vna *Fundana*, & alibi ſæpè in hunc modum:

Sac. Congreg. &c. cenſuit, Oratori licere terras patrimoniales, ac beneficiales per laicos colere, & prò eiuſdem culturæ vſu animalia, & prò ſuſtentatione animalium, paſcua neceſſaria coemere, ipſarumque terrarum, atque animalium fætus, ac fructus prò ſua, & familię ſuſtentatione vendere, nec proptereà illicitæ negotiationis prætextu vexari poſſe, ac debere.

Quin quęrenti in vna *Tudertina* Procuratori Fiſcali 17. Iulii 1649. An liceat Clerico ex vanitate exercere œconomiam agrorum alterius Clerici abſentis, illorumque fructus conſeruare,

re, & vendere, abſque incurſu illicitæ negotiationis? Eadem Sac. Congregat. reſpondit, *Licere*.

Et in vna *Caſſanenſi* 23. Maii cenſuit, eſſe quidem permiſſum Clericis conductionem bonorum patrimonialium, & beneficiorum, eorumque culturam prò ſua, ſuorumque ſuſtentatione, non verò conductionem aliorum bonorum, niſi ex vrgenti, & præciſa neceſſitate.

Et Sac. Congreg. Epiſcop. cenſuit in vna *Melphitana* 15. Decembris 1603. non cenſeri negotiationem illicitam mittere ad vendendum frumentum, vinum, oleum, & ſimilia collecta in proprio patrimonio, vel Beneficio.

Et in vna *Militenſi* 12. Maii 1617. declarauit, non poſſe moleſtari prò negotijs illicitis Eccleſiaſticos, qui emunt frondes mororum, ſeù celſorum prò ſerico.

Quin Sac. Congreg. Conc. 14. Nouembris 1626. cenſuit, Clericos poſſe ex vrgenti, & præciſa neceſſitate frondes celſorum emere, eaſque ſubminiſtrare prò alimento vermiculorum ad participandum de ſerico; Similiter ſubminiſtrare triticum ſeminandum ad participandum de meſſe.

Et 17. Aprilis 1627. cenſuit, licere in neceſſitate Præsbytero tutori negotiari pupillorum nomine, dummodò id non ſordidè faciant, nec cū ſui officii detrimento, nec cū Ordinis dedecore, lucrumque quod ex iuſta negotiatione prouenit, non in tutoris, ſed in pupilli cedat vtilitatem.

Idem cenſuit Sac. Congreg. Epiſcop. 30. Aprilis 1627. & 11. Auguſti 1628. in vna *Sulmonenſi*, & 1. Iulii 1639. & 8. Martii 1641. in vna *Carianenſi*, & in vna *Conſentina*, & 22. Martij 1643. in vna *Bouinenſi*, & in vna *Vliſſiponenſi* 16. Nouembris 1618. cenſuit, Clericos conducere poſſe res Eccleſiaſticas, dummodò opera manualia per laicos exerceant.

Ex quibus cum appareat Eccleſiaſticis, vlerè pacificam poſſeſſionem, in qua reperiuntur, aſſiſtere etiam ius commune, meritò ſunt in eadem confouendi. Ex prætenſa enim prohibitione vſus furni, ſiuè tabernæ vinariæ, nedum Eccleſiaſticis adimeretur facillor modus vendendi ſuum frumentum, ſiuè vinum; quinimmò indirectè cogerentur illa vendere Communitati, ſeù Magiſtratui ſæculari pretio viliori, ſicque conditio Clericorum efficeretur deterior, non ſine graui iactura Eccleſiaſticæ libertatis, quæ nec directè, neque indirectè lædi debet, Auth. *Caſſa C. de Scroſanct. Eccleſ. cap. nouerit de ſent. excomm. cap. fin. de immun. in 6.* Felin. *in cap.* 3. *Maria num.* 69. *de Conſtit.* Calderin. *conſ. fin. eodem tit.* & alii, ac Bulla Cœnę Domini. Quæ autem efficiunt Clericos deterioris conditionis, quam ſunt laici, ſunt contrà Immunitatem Eccleſiaſticam, Felin. *loc. cit. num.* 3. Zabatel. in *cap. Peruenit de Immun. nu.* 23. & alii.

Et in caſu, quo non ſolum concurrit diſpoſitio iuris, ſed etiam conſuetudo longeua, nempè 20. annorum circiter, dicitur iam acquiſitum, & radicatum ius Eccleſiæ, quod propterea non poteſt prohiberi ſine diminutione Immunitatis Eccleſiaſticæ, vt reſoluit Rota in terminis furni in vna *Meſſanenſi* 21. Iunii 1591. coram Card. Pamphilio. Et Sac. Cong. Epiſc. in vna *Reatina*. Et Congr. Immun. in vna *Ciuitatis Caſtelli*, ideoque ſtante obſeruantia ſubſequuta, quæ habet vim declarandi, etiam ſi res eſſet dubia, *cap. cum dilectus de conſuet.* Ceſar de Graff. *dec.* 1. *eodem tit.* Rot. *deciſ.* 356. *num.* 6. *par.* 2. *diuer.* Clerus eſt manutenendus in ſua poſſeſſione. Bald. *d. cap. conquærente col.* 1. *de reſtit. ſpol.* Aym. *conſ.* 140. *num.* 3. Aſſlict. *deciſ.* 98. *num.* 1. Quo caſu plerique etiam ex aduerſariis aſſerunt, id certum eſſe, nec poſſe ſine peccato ſacrilegii eiuſmodi gabellam imponi, vt cum Salgado fatetur Fontanell. *dec.* 305. *n.* 16.

Nec minus inſolens eſt in hac re prætenſio laicorum, vt Eccleſiaſtici vendant Communitati laicæ ſuum frumentum, vinum, oleum, & huiuſmodi alia: Quia nemo regulariter, niſi in quibuſdam caſibus priuilegiatis, cogi poteſt emere, vel ſuam rem vendere, *l. inuitum C. de contrahen. empt.* & alibi. Et quoniam hoc priuilegium vendendi rem ſuam ad libitum, & cui quis voluerit, competit etiam Clericis, eſſet profectò contrà libertatem Eccleſiaſticam auferre, quod de iure communi, etiam Clericis competit, Butr. & Imol. in *cap. Eccleſ. S. Mariæ de Conſtit.*

Multòque minus ponenda eſt vis omnis in aſſertis fraudibus Eccleſiaſticorum, dum emunt alienum frumentum, vuamque alienam, vel inferunt frumentum, vel vuam conſanguineorum, & exiis lucrum capiunt, ac propterea deſiderant laici, vt ſaltem aſſiſtat furno, ac tabernæ Eccleſiaſticorum perſona laica: Nam primò id præſumi non debet de viris Eccleſiaſticis; Ideoque non videtur hac in re quidquam ſtatuendum, niſi prius fraus doceatur, cum remedia non ſint adhibenda vbi morbus non eſt, neque eſt ſtandum ſimplici aſſertioni laicorum in re, quæ habet contrà ſe præſumptionem; Vnde ex poſſibilitate committendi fraudes, non poteſt, neque debet auferri facultas, & vſus earum rerum, quæ alias debentur Eccleſiaſticis. Secundò, quia, quod ſi Eccleſiaſtici in hoc deliquerint, habent laici eorum Iudicem Ordinarium, qui poteſt ius ſuum dicere, & delinquentes Clericos punire, vt reſpondit Rota coram Card. Caualerio *dec.* 286. *ſub num.* 5. & coram Card. Corrado in dicta *Barchinonen. exemptionis*, & communiter Doctores, ac ſæpius reſoluit Sac. Congregat. Immunit. Tertiò in caſu, quo etiam fraudes committantur, non eſt dandus aſſiſtens laicus. Tum quia tractu temporis poſſet tranſire in exemplum; Tum quia indirectè hoc modo daretur occaſio deſtruendi furnum, ac taber-

nam

uam Clericorum: Nam hic aſſiſtens laicus poterit tam moleſtè ſe gerere contrà piſtores, & tabernarios, vt ii facilè poſſent indignari, & abſcedere, ſicque laici obtinerent indirectè, quod directè non poſſunt.

Quin fas eſt Clericis emere neceſſaria ad propriũ, ſuorumque vſum, & vendere ſuperflua ex fructibus ſuorum agrorum, vel ex redditibus proprii beneficii, aut vndècumque illa habuerint. Immò eſto aliquid vilius emerint, non animo reuendendi, fas illis eſt, aucto poſtea pretio, illud carius vendere, & lucrari, neque indè vectigal vllũ ſoluere debent. Ità cõmunis omniũ ſententia, licet pretii augmento attrahatur Eccleſiaſticus ad vendendum, intelligens ſe poſtea vilius poſſe emere res ſimiles. Quia præter dicta, id ad œconomicam gubernationem ſpectat, quæ in Clericis, atque Epiſcopis elucere debet, iuxtà D.Paul.1. *ad Timoth.* 3.& 5. Tum quia ad negotiationem requiritur, vt prior emptio facta fuerit animo reuendendi: Tum quia duplex eſt negotiatio: Altera merè lucratiua, qua nimirum res emitur, vt integra, & immutata manens, carius vendatur, quæ Clericis interdicitur, & prohibetur, Doctores communiter, quos refert, & ſequitur Lezana *tom.4.Sum.v.negotiatio*, Abb.*par 1. conſ. 6.in fine.*& alij, ac declarauit pluries Sac.Congreg.apud Barboſam *de iur.Eccleſ.lib.1.cap.10. num.*127. Altera eſt non lucratiua, ſed induſtrioſa, & œconomica, qua ſcilicet quis ſibi, ſiue familiæ, & ſuo ſtatui neceſſaria, aut conuenientia procurat, quæque impropriè ſolum negotiatio eſt, ac omnibus, etiam Clericis licita; Nam, vt ait de Lugo, eſt vtilis, & neceſſaria Reipublicè *de iuſt.& iur.tom. 2.diſp.26. ſect.3.num.*22.

Sed quid ſi Eccleſiaſtici aliqua ipſis non ſuperflua, & quæ alioquin retinerent, ſtatuant vendere: quia offertur lucrum, ſeque dat occaſio merces vili pretio abſque reuendendi animo comparatas, iterum vendendi longè carius ob circumſtantiarum mutationem? Admitto cum Syluestro *v.Excommunicatio 9.num.46.* & Gutierez *de gabel.q.93. num.*23. hanc quoque negotiationem poſſe per Eccleſiaſticos exerceri, abſque noxa: Quia cum merces ſunt coemptæ, aberat animus eas iterato vendendi, qui animus eſt veluti forma negotiationis Eccleſiaſticis illicitæ, eò quod ſit illi indiſſolubiliter annexa cupiditatis irritatio, & effuſio in res externas, aduehatque varia incommoda. At venditio, quæ fit occaſione lucri animo non concepti, cum facta eſt emptio, vel vacat ijs incommodis, vel ſaltem multò minus illis grauatur, Doctores apud Dian.*par.1.tr.1. reſol.*27.

Sunt itaque huiuſmodi Statuta, Ordinationes, ſiuè bandimenta reuocanda, vel declaranda; Quandò enim Eccleſiaſtici in ijs non nominantur, Magiſtratus cogi poſſunt, vt declarent, quod Eccleſiaſtici, & Eccleſia in illis non comprehenduntur, vt euitetur omne periculum præiudicij, Anchar.*num.1.* Gemin.*nu.4.* Franch. *num.2. in cap.fin. immun. Eccleſ in.6.* Quandò verò in edicto, vel Statuto Eccleſiaſtici nominantur, certum eſt, quod Statutum, & Edictum eſt nullum, læditque immunitatem Eccleſiaſticam, etiam ſi in publica vtilitate fundetur, ſitque fauorabile Eccleſiaſticis, idque defectu iuriſdictionis, vt ſæpè diximus, Caualcan.*lib.3.dec.33.num.16.* Plot. *conſ.93. num.* 2.& alij. Quod ſi dubium ſit, an Edictum, ſiuè Statutum libertati Eccleſiaſticæ aduerſetur damnumque Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis inferat, poteſt Epiſcopus cogere ſtatuentem, vt declaret expreſsè tali Statuto, vel Edicto, Eccleſiaſticos, vel Eccleſias non comprehendi: Si autem euidenter conſtet, eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, poteſt, ac debet Epiſcopus præcipere, vt Edictum, vel Statutum reuocetur, aboleaturque. Quod ſi id facere Magiſtratus recuſet, debet ipſe Epiſcopus propria authoritate illud tollere, ac propterea declarare, eiuſmodi Edicta, & Statuta irrita, leges, & pragmaticas nullas eſſe, Canoniſtæ cum Felino in *dicto cap.Eccleſ.S.Mariæ nu.*145. *de Conſtit.*Sayt.*de cenſur. lib.3. cap.34. num.*17. Alter.*lib.5.tr.diſp.19.cap.16.dub.*54. Et prudentiſſimè, ac optimo conſilio ſepius reſoluit S. Congr.Immun. Eccleſ. præſertim in vna *Firmana* 19. Nouembr. 1620. in *Æſina* 8. Aprilis 1631. & in *Polignanenſi* 21. Martii 1934. ac in vna *Neapolitana* directa omnibus Archiepiſcopis Regni tenoris ſequentis:

Illuſtre, e Reuerendiſſimo Monſignor come Fratello. *Eſſendoſi hauuto notitia, che in Napoli ſotto li 3.Settembre proſſimopaſſato ſia ſtata publicata prammatica, nella quale ſi ordina, che ſino à tanto, che le notitie neceſſarie diano loco à fare altra determinatione à tutti quelli, che hanno comprato annue entrate con Regio aſſenſo, ò gabelle in ſolutum, ò in altro qualſiuoglia modo ſi corriſponda alla ragione di cinque per cento per li capitali, che haueranno sborſato, non volendo, che ſi poſſa eccedere per neſſun conto, ò cauſa la detta ſomma; non oſtante qualſiuoglia franchigia, che ſi poteſſe pretendere da' Creditori, la Sacra Congregatione ſopra la controuer. giuriſd. hauendo fatto di ciò matura rifleſſione, è venuta in ſentimẽto, che la medema prammatica, quantunque generale, non ſi può nè deue in modo alcuno eſtendere alle Chieſe, Monaſterij, Luoghi pij, e perſone Eccleſiaſtiche, che hanno comprato le ſudette rendite, tanto per difetto di poteſtà, quanto di volontà, perche i laici, ſicome è certo, che non hanno alcuna facoltà d'obligare con le loro leggi, e Statuti eſpreſſamente le perſone Eccleſiaſtiche, e loro beni, immuni, & eſenti da ogni poteſtà laicale per legge Diuina, & humana, così nè meno l'hanno, ò poſſono eſſercitarla tacitamente, ò per indiretto con parole generali, & equiuoche, nè ſi può, nè deue mai interpetrare, che gli ſtatuenti con la diſpoſition generale habbiano voluto includere le coſe, che eccedono la loro poteſtà, e molto meno quelle, che ſono ad eſſi proibite, e per le quali incorrereb-*

bono nelle cenſure fulminate da' Sacri Canoni, Concilij, e Conſtitutioni Apoſtoliche, non rileuando, che la prammatica ſia ſtata publicata per beneficio publico, ò per altri motiui in eſſa eſpreſſi; Imperò che nè la cauſa, benche publica, nè gl'altri modi ſuddetti ponno ſupplire il difetto della poteſtà, principalmente neceſſaria per la validità de gli ſtatuti: Nondimeno acciochè le parole pregnanti della prammatica non diano materia, ò preteſto à Miniſtri, & eſſecutori laici d'intenderla ſiniſtramente, ò d'abuſarla in danno degl' Eccleſiaſtici, la Sacra Congregatione per rimouere ogni occaſion d'equiuoco; Seguendo lo ſtile de' Sac. Canoni, con matura conſideratione, e deliberatione, e con l'approuatione della Santità di Noſtra Signore, a' cui ſe n'è data parte, hà dichiarato per decreto ſotto li 23. del preſente Meſe, e dichiara con la preſente, che la ſudetta prammatica nõ include in alcun modo le Chieſe, Monaſterij, Lochi pij, e perſone Eccleſiaſtiche ſecolari, e Regolari, e rendite, e beni loro, & hà ordinato, che tutto ciò ſi ſignifichi a V.S. a finche ella faccia notificare queſta dichiaratione a coteſto Clero ſecolare, e Regolare, & Eſattori de' luoghi pij, e l'aſſiſta con la ſua autorità, non permettendo, che venga loro fatto alcuno aggrauio, e pregiuditio, mà proceda contro quelli, che non obediranno, ò contrauerranno a queſta dichiaratione con le cenſure, e pene Eccleſiaſtiche, con far regiſtrar la preſente ne' libri della Cancellaria di coteſto Arciueſcouato a perpetua memoria, e con notificare alli ſuoi Suffraganei. & inuiarne copia, & auuiſi del ſeguito, mentre a V.S. prego ogni bene di Roma 23. Luglio 1652.

Atque ità demum, contritis omnibus rationibus laicorum, ſæpius declarauit Sac. Congregat. Immunitat. etiam prò Statu Eccleſiaſtico, vt liquet ex ſeqq.

In Rauennatenſi, *Sac. Congreg. Immun. &c. ſæpius cenſuit, perſonas Eccleſiaſticas vendentes minutatim vinum in proprijs domibus recollectum ex eorum bonis, non teneri ad ſolutionem gabellæ nuncupatæ della fogliatta ex tenore Conſtitutionis fel. mem. Sixti V. deſuper edita, dummodò ibidem, vt vulgò dicitur* non faccino far bettole, nè diano da mangiare, *à quibus abſtinere debent ratione honeſtatis Clericalis, cognitionemque fraudum, quæ deſuper committuntur, ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum.*

In vna Barenſi. *Il Clero di Caſa Maſſa Dioceſi di Bari rappreſenta humilmente d'eſſer' aſtretto da Gabellotti di detta Terra di pagare la gabella almeno da compratori del vino, che vende a minuto, & è raccolto ne' beni patrimoniali, e beneficiali, il che riſultando in pregiuditio dell' Immunità Eccleſiaſtica, e contra quello, che s'è oſſeruato fin ora, ſupplica per opportuna prouiſione. Sac. &c. reſpondit gaudere, & proinde dentur declarationes,*

Idem reſpondit in vna Aſſiſien. ibi: *Per informatione del memoriale d'alcuni Caualieri di Chriſto, che pretendono d'eſſer' eſenti dal pagamento della gabella del vino, il Signor Card. Veſcouo ſeriſſe; che detti Caualieri hanno fatto la loro profeſſione, e che per ſpatio di molti anni non hanno pagato, ſi come coſta per fede di due gabellieri. Sac. &c. reſpondit, gaudere, & dari reſolutiones.*

Et in vna Reatina. *Il Capitolo, e Canonici di Riete eſpongono, che ſino dal tempo della bo: mem: del Sig. Card. Creſcentio loro Veſcouo in queſta Sacra Congregatione fù ſentita la Communità, che loro foſſe lecito aprire il forno per ſpianare i loro grani raccolti ne' beneficij Eccleſiaſtici, l'entrata de quali conſiſte in eſſi grani, e da quel tempo ſino al preſente giorno hanno goduto il detto priuilegio, anche con l'vtile della pouertà; E perche da gl' Appaltatori moderni è ottenuta vna lettera ſorrettitia, dalla Congregatione de Bono Regimine, perciò hauuto ricorſo da Noſtro Signore, ſi è degnata Sua Beatitudine di rimettere la riſolutione a queſta Sac. Congregatione, ſupplicano perciò di non eſſer priuati di detto priuilegio, che loro compete per diſpoſitione de' Sac. Canoni, e de' Concilij.*

Sac. &c. reſpondit, licere, gaudere, dentur declarationes, & vtontur iure ſuo,

Ac in vna *Bitettenſi* 7. Martij 1651. *Il Veſcouo informando ſopra il memoriale già data da quel Clero, riferiſce eſſer vero, che quel Principe, ſupponendo d'hauer dall' Vniuerſità il ius molendi priuatiuè, hà ſempre preteſo proibire à ſuoi Sudditi laici, che non vadino al Molino del Veſcouo, mà ſolamente alli ſuoi, che molti anni ſono comprò da' particolari; Come anche per creſcere all' Vniuerſità la gabella del Macinato, pretende, che li medeſimi Sudditi non poſſino portare à detto Molino Eccleſiaſtico franchigie compre, e donategli da gl' Eccleſiaſtici, i quali non paſſano far pane in Caſa, non poſſano vendere, ò donare le loro franchigie, perciò ſupplica d'ordinarli quanto debba eſequire.*

Sacra, &c. reſpondit, non poſſe prohiberi, quin laici adeant Molendinum Epiſcopi, emantque franchitias ab Eccleſiaſticis, qui poſſunt habere furnum, & conficere panem ex framento in ſuis bonis recollecto; ideòque dentur decreta, procedatque ſer. ſer.

Rurſus in vna *Rauennatenſi*, ibi: *Con memoriale rimeſſo rappreſentano l' Abbate, e Monaci di Claſſe di Rauenna, che non oſtante i Decreti di queſta Sac. Congregatione, che ſia lecita all' Oratori di vendere il vino à minuto, purche non diano da mangiare E non oſtanti le riſolutioni fatte in Camera del. 1624. che la Bolla di Siſto V. hà luogo etiam quandò eſſi venditori non li tengono, ſi fà tuttauia oſſeruare il contrario, e riſultando di ciò pregiudizio all' Oratori, & à loro priuilegij, & all' Immunità Eccleſiaſtica, ſupplicano per prouiſione efficace à loro fauore.*

Sacra, &c. reſpondit, licere,

Item in *Aſſiſienſi* 6. Febr. 1652. *In Aſſiſi vi è vna Compagnia di Confratri, e Suore del Terzo Ordine di S. Franceſco, che viuono ſotto la Regola del Santo, e godono il priuilegio del foro, e dell'eſſentioni, tanto riſpetto a i peſi Camerali, quanto d'altre gabelle. Poſſegono in commune beni laſciatili da diuerſe perſone, i frutti de' quali ſi diſpenſano à poueri, & in altre opere pie: venendo aſtretti da quelli Gobelloti a pagar la gabella del vino, raccolto*

colto

culto in eſſi beni, ricorſero a queſta Sacra Congregatione, la quale ſcriſſe al Vicario, che ſentite le parti, riferiſse; Hora nel proceſſo tranſmeſſo, e nella lettera del medeſimo Vicario ſi legge, che da tempo immemorabile habbiano vendato il vino ſenza mai pagar la gabella, e cio atteſtono il Gabelliero precedente, e vn altro Officiale. All' incontro il Gabelliero moderno hà ricuſato di conſentire alla giuriſdittione di detto Vicorio, allegando la pendenza della lite auanti Monſignor Teſoriero, producendo vna ſua inhibitione.

Sacra, &c. reſpondit, perſonas ſupradictas connumerandas eſſe inter Eccleſiaſticas, dummodò profeſſionem emiſerint, ac proindè gaudere priuilegio fori, & exemptionis.

In vna Loci Pigna Diœceſis Ventimilien. 18. Maij 1649. Sacra, &c. controu. iuriſdict. Inhærendo declarationibus alias factis, cenſuit, exemptionem competere à gabella molituræ frumenti recollecti in prædijs beneficiorum exiſtentium in dominio Eccleſiæ, & beneficiatorum, etiam ſi farina eiuſdem frumenti per eaſdem Eccleſias, & Beneficiatos poſtea vendatur, vel donetur, aut conuertatur in vſum aliorum.

Itē in vna Tranenſi, proponente R.P.D. Pauluccio: Il Vicario Apoſtolico auiſa, come ſi debba gouernare nella controuerſia, che fà l'Vniuerſità a' Cleri, che non debbano godere l' eſentione della gabella del vino moſto de beni donategli prò titulo patrimonij Clericalis, pretendendoſi dall'Vniuerſità di non far buona detta eſentione, ſe non quando ſe ritrouano Ordinati in Sacris, e maſſimamente quando in detti Clerici non concorre il requiſito neceſſitatis, & vtilitatis Eccleſiæ.

Sacra, &c. reſpondit, gaudere, & ideò dentur reſolutiones.

Et in vna Aſcalana, proponente eodem Pauluccio: Li Monaci Oliuetani eſpongono, che non oſtanti le dichiarationi di queſta Sacra Congregatione vengono impediti di vendere i vini raccolti ne' loro beni Eccleſiaſtici ſenza pagare la gabella, e patendo in ciò danno notabile, ſupplicano d'ordine preciſo per la detta eſentione.

Sacra Congregatio, &c. reſpondit, gaudere, & detur decretum.

Nec non in vna Rheginenſi: Dal Regimento di detta Città fù impoſto gabello ſopra il pane, vino, e carne con comprenſione delle perſone Eccleſiaſtiche, ſotto proteſto d'ottenere aſſenſo Apoſtolico; E benche detto aſſenſo li ſia ſtato aſſolutamente negato, non di meno continua ad eſigerla in pregiuditio di eſſe perſone Eccleſiaſtiche, tanto Regolari, quanto ſeculari, per il che i Padri Geſuiti ricorrono per opportuna prouiſione.

Sacra, &c. reſcripſit Archiepiſcopo, qui non permittat Eccleſiaſticos ſic grauari.

Idem declarauit in vna Lauretana 18. Iul. 1629. Et in vna Auerſana 19. Nouemb. 1658. Il Collegio Romano nella Terra di Giuliano hà vna Reſidenza per aſſiſtere alla coltura d' alcuni ſuoi Terreni vicini, nella quale ſi ſuppone, eſſerſi ſempre pacificamente vendato a minuto i vini raccolti in oltra Maſſaria, e perche i Gabellieri pretendono di aſtringerli alle gabelle, che ſi pagano da' ſecolari, ſupplicò, che ſi ordinaſſe a Monſignor Nuntio di Napoli ò al Vicario Generale d'Auerſa a non permettere ſimil moleſtia, e grauezza; Al che per informatione riſponde detto Vicario, che eſſendoſi in detta Terra nel Meſe di Maggio publicato Editto, che alcun ſecolare poſſa vendere vino a minuto ſenza hauer pagato la gabella, e licenza de' Gabelloti, e che niuno ardiſſe comprar vino fuori de' Magazzeni, e luoghi ſtabiliti dalla Communità, eſſo Vicario li 20. di d. Meſe dichiarò, non eſſer in quello de' Gabelloti compreſi i Chierici, e perſone Eccleſiaſtiche, e che però poteuano vendere liberamente i loro vini a minuto, e comprarli da' laici ſenza incorſo di pena veruna;

Alche in nome dell'Vniuerſità, e de' Gabelloti fù riſpoſto, che ſe bene gl' Eccleſiaſtici, e Chierici erano immuni, e franchi, non eſſer però i Padri Geſuiti del detto Collegio, per non hauer vigne in detta Terra, mà fanno traſferire i loro vini dalle Maſſarie di Cacciobella fuori del Territorio di Giuliano, e che conforme alle depoſitioni di trè Gabelloti per il paſſato haueua pagato carlini ſette per botte di lacrima: All'incontro detti Padri eſſibirono fede di Franceſco Felice loro Agente, il quale aſſeriſce, che per il paſſato il vino è venuto ſotto nome ſuo, & in Caſa ſua ſi è venduto a minuto, e però hauer pagato carlini ſette per Botte, e che ora i Padri fanno venire il Vino in nome loro, e lo ripongono, e vendono nella propria loro Caſa di Giuliano.

Sacra, &c. cenſuit, gaudere, nempè deberi Immunitatem.

Et in vna Nolana. Il Capitolo, e Clero ſupplicano per la dichiaratione d'vn decreto fatto a lor fauore da queſta Sacra Congregatione ſotto li 26. Gennaro 1644. cioè: Non comprendi ſub Gabella impoſita vendentibus vinum minutatim, ſi ex proprijs bonis ipſorum ſit recollectum, che s'intenda non ſolamente de vendentibus, mà ancora de ementibus, e che perciò i laici non ponno, nè hanno potuto, nè direttamente, nè indirettamente impedire i venditori, e i compratori del vino, benche ſecolari, che non lo vendano, e comprino ſenza pagamento di gabella.

Sacra, &c. reſpondit: Detur ſolitum Decretum.

Expreſſius in vna Tarentina 17. Iul. 1668. Rappreſentò altre volte il Capitolo delle Grottaglie a queſta Sac. Congreg. che il Gouernatore in criminalibus in detto luogo ad iſtanza della Communità per ordine del Regente della Real giuriſdittione di Napoli haueſſe fatto publicare, & affiggere bando, col quale ſi proibiua a gl' Eccleſiaſtici, che non poteſſero vendere il vino, che raccoglieuano da' loro beneficij, e beni patrimoniali a Secolari, e l'EE. VV. reſcriſſero: Caret Archiepiſcopus prò reuocatione, & D. Nuntio, vt aſſiſtat; Laonde, ritrouandoſi in Napoli l'Arciueſcouo procurò la riuocatione di detto Bando, e l'ottenne. Succeſſiuamente dal medeſimo Gouernatore ad inſtanza dell'iſteſſa Communità, e d'ordine dell'iſteſſo Agente è ſtato publicato, & affiſſo vn nuouo bando, con quale ſi proibiſce,

che niuna perſona ſecolare poſſa comprar vino a minuto da perſona, che del detto vino non ne haueſſero pagato la ſolita gabella, e comprandolo ſiano tenuti a pagare la gabella prò rata del vino, che compraranno, dal qual banda viene impedito a gl'Eccleſiaſtici la vendita de' loro vini, ò pure ſaranno sforzati per poterlo vendere, pagarne la gabella. E benche per parte della Communità s'aſſeriſca, che il bando non tocca gl'Eccleſiaſtici, mà i ſecolari ſogetti, ad ogni modo non ſi può negare, che indirettamente ſia contro gl'Eccleſiaſtici.

Sacra, &c. reſoluit, vt procedatur, etiam ad Cenſuras, à quibus Gubernator, alijque non abſoluantur; niſi integrè ſatisfecerint.

Et in *Conuerſanenſi* 14 Ianuarij 1653. ac in *Rauennaten.* 20. Augu.ſt. 1635. & in *Vritana* 24. Iulij 1628. Et in *Ianuen.* 9. April. 1647. in quibus expreſsè habetur, Clericos debere gaudere immunitate à gabella vini, ac etiam ementes ab eis. Et in *Iuuenaten.* 14. Maij 1633. vbi ementes vinum ab Eccleſiaſticis non tenentur ad gabellam impoſitam, & in *Terracinen.* 24. Martij 1654. vbi emptores fructuum ab Eccleſiaſticis non tenentur ad gabellam extractionis. Clariſſimè in *Panormitana* 7. Iun. 1633. his verbis: *Sacra, &c. cenſuit ſub gabella impoſita à laicis contrà emptores vini, quod minutim venditur, non comprehendi emptores vini, quod ab Eccleſiaſticis venditur; Ideòque Eminentiſſimo Archiepiſcopo, vt immunitatem Eccleſiaſticorum tueatur, & contrà violantes procedat prout iuris eſt.*

Idem in *Bituntina* 18. Iun. 1972. & in *Recinaten.* & *Auximana* 9. Septemb. 1671. tenoris ſequentis: *Eccleſiaſtici poſſunt vendere ſua Olea collecta ex ſuis bonis, etiam minutim; ideòque non poſſunt impediri, dummodò illud vendant in proprijs domibus decenter, ac priuatim id faciant, cum non deceat, neque liceat incedentibus in habitu, & tonſura, ac inſeruientibus Eccleſiæ aperire apothecas.*

Et in *Martyrauen.* 10. Ianuarij 1671. reſcripſit Epiſcopo ad formam decretorum, ſcilicet; Non eſſe impediendum Eccleſiaſticis venditionem vini, etiam, vt dicitur *à minuto*, dummodò non aperiant Tabernas.

Idipſum declarauit Sac. Congreg. Epiſcop. in vna *Tranen.* 13. Ianuar. 1610. nempè: *Communitas non poteſt imponere gabellam ſuper vino collecto in proprijs vineis Clericorum, etiam minorum Ordinum, quod ipſi vendunt laicis: quia vinum Clericorum non poteſt ad gabellam obligari.*

Idem expreſſit in vna *Sypontina* 11. Septembris 1612. & 1613. & in alia *Tranen.* 22. Ianuarij 1617. & in vna *Lauellenſi* 24. Sept. eiuſdē anni.

Idem etiam cenſuit Sac. Congreg. Conc. Cum enim Syndicus Oppidi San. Viti Huſturien. Diœceſis de conſenſu Proregis impoſuiſſet gabellam ſuper vino laicorum, exigendam partim à Dominis, partim ab emptoribus, & prętenderet Clericis vendentibus vinum minutim, debere Miniſtros exigere hanc gabellam ab emptoribus.

Sac. Congreg. Conc. cenſuit, Epiſcopum nequaquam permittere debere, vt huiuſmodi exactio fiat, per quam immunitas Eccleſiaſtica violatur.

Quod etiam cenſuit in vna *Lancianenſi* 21. Septembris 1624.

Quæ quidem prò Regno Neapolitano certiſſima omninò ſunt, vt patet ex ſequentibus prò Epiſcopis Regni.

Illuſtre, e molto Reu. Mongſi. come Fratello; *Venendo riferito a queſta Sacra Congregatione ſopra le controuerſie giuriſditionali, che da Miniſtri Regij ſi dia ordine, che alle perſone Eccleſiaſtiche non ſi conceda la franchigia ſolita, nè godano la douuta immunità ne' beni, che poſſeggono, con eſſere aſtrette all'impoſitioni, e gabelle. Quando ciò ſia, non douerà V.S. in niuna maniera vbbedire, mà mantenere il poſſeſſo, nel quale ſempre ſono ſtate le perſone Eccleſiaſtiche di coteſto Regno, non ſolo per diſpoſitione di Sagri Canoni, Concilij, e Coſtitutioni Apoſtoliche, mà ancora per priuilegij particolari, conſuetudini, e conuentioni con queſta Santa Sede, procedendo con i mezzi delle cenſure, & altri preſcritti da medemi Sac. Canoni, e Coſtitutioni Apoſtoliche, e del ſeguito non laſciarà di darne continuato raguaglio per riferire alla Santità di Noſtro Signore, & opportunamente procedere; E Dio la conſoli Roma 25. Gennaro 1650.*

Et prò Archiepiſcopo Neapolitano: *Eſſendoſi nelle Sac. Congreg. tenuta per ordine di Noſtro Signore Martedì proſſimo paſſato 22. di queſto Meſe, conſiderato maturamente il decreto fatto dalla Regia Camera li 55. Nouembre dell'anno paſſato 1649. ſopra l'eſſentione, che deuono godere gl' Eccleſiaſtici dal pagamento delle gabelle, fù riſoluto, che non può in modo alcuno ſoſſiſtere, nè tolerarſi, come contrario alli Sac. Canoni, alle Conſtitutioni Pontificie, & alle conuentioni particolari ſtabilite con la Sede Apoſtolica nell'Inueſtiture di coteſto Regno, e troppo pregiuditiale all'Immunità Eccleſiaſtica. Primo, perche quel Magiſtrato ſecolare ſi arroga l'autorità di far decreti, e precetti in materia ſpettante al foro Eccleſiaſtico. Secondo, perche limita, e reſtringe à certo numero di perſone, & a portione determinata di vittuali l'Immunità competente alli medemi Eccleſiaſtici libera, & aſſolutamente per quello, che raccogliono ne' loro beni, & anco per quello, che comprano per lo biſogno delle perſone proprie, e di tutti gl'altri, che viuono à ſpeſe di eſſi. E così li priua in effetto di quel più, che per legge Diuina, & humana ſi dee loro onninamente ſenza diminutione alcuna. Terzo, perche ordina, che ſia loro reſtituito nelle medeſime ſpecie di vittuali, quello, che viene prima da eſſi nell'atto della compra, ò dell'introduttione, ò eſtrattione pagato in danari; benche per le proprie in qualſiuoglia quantità non ſia lecito a i laici d'eſſigere gabella alcuna, nè meno per quelli d'altri per la quantità, che ſerue per vſo de medeſimi Eccleſiaſtici. Per quello poi che comprano a minuto nel foro, e botteghe communi, ſi dee per ogni raggione di giuſtitia reſtituire ad eſſi parimente in danari tutto ciò, che ſono aſtretti di contribuire nello sborſo del prezzo alterato da ſimili impoſitioni, ſenza che venghino grauati di ba-*

uello

uerlo à ripetere con varij circuiti, li quali in fine doppo molti diſagi, & incommodi, che portano ſeco congiunti, rieſcono di niuno, ò molto poco profitto. Quarto, perche modera, e riuoca parimente le oſſeruanze precedenti, le quali erano più fauoreuoli, ò vero meno dannoſe al Clero.

Quanto poi all'Arrendamenti, tanto di Corte, quanto di Città douuti a gl'Eccleſiaſtic. ſecolari, e Regolari, Chieſe, e luoghi pij, nella Sacra Congregatione ſi determinò, non eſſer ragioneuole, che per fatto, e colpa d'altri reſtino priui delle proprie ſoſtanze inueſtite in eſſi ſotto la fede publica; E che vengano occupate, & impedite loro l'eſattioni, anco per la rata de gl'Arrendamenti riposti con termini peggiori, più rigoroſi di quelli, che s'vſano con laici; Onde non eſſendo ſtati baſteuoli gl'vffici, e le diligenze fatte ſin'ora per la reintegratione dell'Immunità, e ſolleuamento de gl'Eccleſiaſtici dalli ſudetti aggrauij, douerà l'E.V. ſubito riceuuta la preſente lettera far formare proceſſo, ſe pure non è già formato, nel quale appariſcano gli detti pregiudicij, e ſucceſſiuamente in eſſecutione dell'obligo ſtrettiſſimo, che l'impongono i Sac. Canoni, procedere ſer. ſer. alla declaratoria delle Scommuniche contro i Miniſtri, e altri colpeuali, tanto nell'eſattioni delle gabelle, e nell'ordinatione, e publicatione de' decreti, e precetti, quanto nell'occupatione, e denegatione degli Arrendamenti, ò rendite ſudette, comminando anche di più l'interdetto generale nell'iſteſſa Città, e ſua Dioceſi; acciò che riconoſcano gl'errori loro, e ſi diſpongano di emendargli, poiche Sua Santità non intende in modo alcuno di tollerare così graui eccesſi con tanta offeſa di Dio, e in eſempio pernicioſiſſimo alla Chriſtianità.

Tutto queſto ſignifico à V.E. in riſpoſta dell'vltima ſua delli 5. per eſpreſſo comandamento di Sua Beatitudine, acciòche certificata in che maniera debba conformarſi nell'adempimento dell'obligo proprio alla Sua Santa mente, poſſa operare con quella intrepidezza di animo, che richiede il ſeruitio di Sua Diuina Maeſtà, e della Santa Sede: & attendendo quanto prima l'auiſo di quello, che ſarà ſeguita, con la copia de' proceſſi, per fine bacio vmilmente le mani all'E.V.

Ità vt in Regia Camera Summaria die 10. Maij 1536. fuerit latum Arreſtum contra Vniuerſitatem Atrani, per quam eiuſmodi edicta fuerant publicata, fueritque pronunciatum: *Talem ordinationem non comprehendere Clericos, & licere Clericis vina prouenientia ex eorum territorijs, & beneficijs vēdere ſine alicuius pœnæ incurſu ementibus*; Vt legitur apud Regentem de Marinis poſt *deciſ. Reg. Reuertere num. 33. in ord fol.* 789. Idemque diſponitur *Arreſto 56. num 6.* vbi habetur, *Clericos trahendos eſſe vti exemptos à contributione datij, & gabellæ, & ſi venderent omnes fructus ſuorum territoriorum, ſeu fruges, & fœtus animalium ibidem paſcentium*. Hoc ipſum determinatum fuit *Arreſto* 740. vbi refert ibidem de Marinis, ità ſemel, ac iterum Regiam Cameram iudicaſſe, quo etiam in loco inſcilt Epiſtolam Eminentiſſimi Cardinalis Grauelæ, tunc temporis in Regno Neapolitano Proregis ad Philippum II. in qua hæc leguntur:

Sarà informata la Maeſtà Voſtra, che in queſto Regno a' Clerici, e perſone Eccleſiaſtiche ſi oſſerua indiminutamente l'eſentione à riſpetto de' beni Eccleſiaſtici in qualſiuoglia maniera acquiſtati per cauſa Eccleſiaſtica.

MODVS FORMANDI PROCESSVS SVPER HAC RE.

RAtio verò ritè, ac rectè formandi hac de re proceſſum videtur, eſſe huiuſmodi. Quoad gabellas probari debet. Primò, Quod Eccleſiaſtici, tam ſæculares, quàm Regulares, Eccleſiæ, loca pia coguntur ab Officialibus, ac Miniſtris laicis ad illarum ſolutionem, tanquam laici, quamuis debeant eſſe immunes, tàm prò rebus, quas inuehere faciunt, quàm prò emptis in Ciuitate in proprium vſum, & illorum, qui viuunt eorum ſumptibus.

Secundò, Poni debent in proceſſu Decreta, & Pręcepta Regię Camerę, aliorumque Tribunalium laicorum ſuper limitatione, & taxa Immunitatis, eiſdem Eccleſiaſticis competentis, & ſpeciatim Ordinationes, quas dederunt, ac publicarunt prò eorum obſeruatione.

Tertiò, Maior indigentià quantitate taxata prò ſuſtentatione eorundem Eccleſiaſticorum, ac illorum, qui viuunt eorum ſumptibus,

Quartò, Diuexationes, atque incommoda, & labores, quos præter grauamen ſolutionis, Eccleſiaſtici patiuntur prò recuperatione illius, etiam paruæ partis, quæ ab ipſis exigitur ratione eorumdem gabellarum.

Et ſucceſſiuè, præmiſſis debitis monitionibus, tàm contrà Miniſtros, & exactores gabellarum, vt deſiſtant ab exactionibus, grauaminibus, ac pręiudicijs contrà Eccleſiaſticos ſęculares, & Regulares, Eccleſias, & loca pia, ſintque omnes, & quilibet eorum reintegrati in puro, ac libero ſtatu Immunitatis, quæ ijs conpetit, iuxtà diſpoſitionem Sacrorum Canonum, Conciliorum, Conſtitutionum Apoſtolicarum, vnà cum integra reſtitutione totius pecuniæ, quæ ratione gabellarum, vel impoſitionum ab ipſis quoquo modo mediatè, vel immediatè, directè, vel indirectè exacta eſt, quam contrà Iudices, ac Miniſtros, qui condiderunt, ordinarunt, ac publicarunt decreta, declarationes, ac præcepta, & quemuis alium actum pręiudicialem Eccleſiaſticis prò illorum vigore, ac executione, vt illa reuocent, deleant, abrogent, atque exhibeant in actis Curiæ Epiſcopalis, fidem authenticam de illorum reuocatione, & abolitione.

Seque procedendum erit contrà quemlibet illorum ſer. ſer. ad declaratoriam excommunicationum, quæ à Sacris Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Concilijs infliguntur, ac in Bulla Cœnæ Domini renouantur.

Non tamen procedetur ad poſitionem interdicti vniuer-

vniuerſalis in Ciuitate, vel Diœceſi abſque nouo Ordine Sacræ Congregationis Immunitatis, qui ſolet dari ſtatim, ac cognoſcitur, non ſufficere ſolam declaratoriam Excommunicationis contrà ſupradictos particulares prò reintegratione Immunitatis Eccleſiaſticæ.

Quod verò ad Arrendamenta formandus eſt proceſſus, in quo iuſtificetur creditum Eccleſiaſticorum, Eccleſiarum, ac locorum piorum, atque inſtantiæ ab ipſis factæ, ac replicatæ prò ſolutione, recuſationes, vel tergiuerſationes eorum, qui tenentur ad ſolutionem, & exactio, quam laici faciunt, præmiſſiſque debitis monitionibus contrà eos, qui ad ſolutionem tenentur, vt ſaltem ſatisfaciant prò rata Arrendamentorum repoſitorum, poterit ſucceſſiuè procedi ſet.ſer.contrà eoſdem obligatos, ac contumaces, iuxtà diſpoſitionem Sac. Concil. Trident. *ſeſſ. 22. de reform. cap. 11.* & prout melius videbitur prudentiæ Epiſcoporum.

An qualitas homicidij proditorij excludentis immunitatem Eccleſiæ, iuxtà formam Conſtitutionis Greg. XIV. debeat plenè, legitimè, & concludenter probari? Vbi quid de Cadaueris ſanguinatione, ad homicidæ præſentiam, deque eius cauſa? Ac de extractione à loco immuni. tom. 2. Conſul. 37. & tom. 9. Conſult. 5.

Ità ſanè, ac ità, quod non ſufficiat probatio per præſumptiones, & coniecturas, Ambroſin. *de Immun. cap. 11. num. 4.* Marc. Ital. *eodem tract. lib. 1. cap. 6. §. 1. num. 80. & ſeqq.* Farinac. *eod. tract. cap. vlt. num. 374.* & antea *conſ. crim. 76. num. 2. & ſeqq.* & alij, & declarauit Sac. Cong. Immunit. in *Theatina* 30. Iun. 1651. Itàut neque admittatur probatio equiuoca, quæ poſſit eſſe, & non eſſe, Vermigl. in his terminis *conſ. 94. num. 9. & conſ. 495. num. 3.* Farinac. *conſ. 128. num. 8. & conſ. 175. num. 12. lib. 2.*

Primò quia captus in Eccleſia habet prò ſe regulam immunitatis, tex. *in cap. Inter alia, & cap. penul. ac fin. extr. de immun. Eccleſ.* Qui autem habet prò ſe regulam, dicitur etiam habere prò ſe iuris præſumptionem, ad tex. in *l. ab ea parte ff. de probat.* Alciat. *reg. 1. præſump. 28. nu. 6.* Ac ideò qui dicit, caſum nõ eſſe comprehenſũ in regula Immun. Eccleſiæ, debet cõcludentiſſimè, ac euidentiſſimè id probare, cum faciat aſſertionem contrà præſumptionem iuris.

Deindè, quia qualitas tribuens iuriſdictionem non præſumptiuè, & per indicia, ſed concludenter probari debet, vt inquit tex. in *l. 2. §. Sed ſi dubitatur ff. de iudic.*

Prætereà quia quandò lex probationem requirit, intelligitur de vera, & plena probatione, non autem de præſumptiua, tex. in *l. non omnes §. à barbaris ff. de re milit.* Canoniſtæ *in cap. prò humani extr. de homic. in 6.* ac poſt alios Ricc. *in prax. reſol. 38. num. 3.*

Poſtremò, quia Conſtitutio Gregoriana ſuper Immunitate Eccleſiarum, non ſolum in ſpecie, ſed per modum conditionis vult, prius conſtare de veritate criminum commiſſorum, antequam Rei Curiæ ſæculari tradantur, ibi: *Niſi cognito an verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint;* Et ideò non ſufficit probatio præſumptiua, Farinac. *d. conſ. 76. num. 6.* Ambroſin. *ad dictam Conſtitutionem d. cap. 11. num. 4. & ſeqq.* ac alij. Cum dicta verba requirant probationem plenam, certam, & concludentem, Donat. *de Aſyl. reſol. 191. num. 6. & ſeq.* maximè ad fundandam iuriſdictionem Iudici laico in præiudicium extracti ab Eccleſia, Donat. *ibid. num. 4.* Vermigl. *conſ. 90. num. 3.*

Quarè ſi Teſtes non concludant pernecesſè, quod prætenſus Reus homicidium proditoriè commiſerit, non poteſt prætendi probatio plena, & concludens delicti prò pœna, & prò non immunitate, ſed merum indicium, Barboſa *in repet. l. 2. repet. 1. num. 87. & ſeq. ff. ſol. matrim. in rub. de probat. num.* 253. Farinac. *de indit. ad tort. quæſt. 47. num. 53. & quæſt. 52. num. 50. &c.*

præcipuè ſi teſtes fuerint examinati in *foro* ſæculari, qui non probant in Eccleſiaſtico: Quia licet deponant ſuper eadem perſona; non tendunt tamen ad eundem finem, vt alibi diximus, & probat Ricc. *in pr. reſol. 450. num. 3.*

Idque etiam ſi vulneratus illicò nominaret, atque inculparet amicum prò delinquente, ac proditore. Quoniam ipſius aſſertio nullum facit iudicium, non præcedente inimicitia, & non concurrentibus alijs requiſitis, Farinac. *loc. c. quæſt. 46. num. 36. & 153. ac ſeqq.* Clar. in *§. fin. quæſt. 21. num. 14.* & alij.

Ac præſertim ſi teſtes non ſint examinati, ac repetiti, citato prætenſo Reo carcerato, ſicuti neceſſarium eſſe de iure, ac vigore d. Gregorianæ demonſtrant ſcribẽtes in Farin. *d. conſ. 168. n. 39.* Vel ſi non appareat verificatũ Corpus delicti.

Quarè huiuſmodi prætenſus Reus reſtituendus erit Eccleſiæ, à qua fortè extractus fuit, prætextu, quod commiſerit homicidium proditorium, ad tex. in *cap. miror. 17. quæſt. 4. ac l. præſenti,* vbi Barthol. & alij *C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* ad declarandum gaudere Immunitate.

Hinc nota, quod ad licentiam extrahendi concedendam, vt nimirum Reus retineatur tutò in carceribus, donec probetur delictum, non requiritur certitudo delicti, ſed ſufficit dubium neq; eſt neceſsè quod talis opinio, vel dubiũ reſultet ex indicio iudiciali, ſed ſufficit extraiudicialis, etiã quæ reſultat ex proceſſu Iudicis laici, iuxtà declarationes S. Cong. Epiſcop. in *Neapolitana* 13. Aprilis 1602. in *Meſſanen.* 4. Maij 1604. & iterum in *Neapolitana* 1. Iulij 1618. Nec poteſt conſignari propter proceſſum factum à Iudice laico, ex eadem Sac. Congr. in *Neapolitana* 23. Iun. 1600. & in *Veſtana* 15. Octobr. 1613. Et regulariter ad conſignandum Reum foro ſæculari non ſufficit notitia extraiudicialis, ex eadem Sac. Congregatione in d. *Neapolitana* 1. Iul. 1622. Quod etiam declarauit

uir Sac. Congr. Immun. in *Meleuitana* 15. Iun. 1638. dicens, ad effectum extrahendi delinquentes non requiri probationes concludentes, ſed prò arbitrio, & conſcientia Epiſcopi, ſeeus verò ad extrahendum, & Curiæ ſæculari conſignandum. Et loculenter in *Lauden.* 7. Nouemb. 1651. his verbis: *Ad priuationem priuilegij immunitatis requiritur concludens, & plena probatio.*

Et licet amicitia operetur proditionem, vt inquit Barthol. in *l. reſpiciendum ff. delinquent ff. de pœnis*, & alij; id tamen procedit vel quandò amicitia eſt ſimulata, Felin. & cœteri in *cap. 1. de homicid.* vel quandò conſtat, amicum ſine diffidatione, & nullis præcedentibus verbis, ac nulla interueniente rixa occidiſſe amicum; Tunc enim verè dici homicidium proditorium probat Bartol. *loc. cit.* & alibi, Io. Andr. in *cap. 1. extr. de feud.* & alij.

Non autem quandò ex proceſſu datur vera, & ſolida amicitia inter occiſum, & occidentem. Quia tunc non præſumitur homicidium proditorium, ſed caſuale, ac improiſum, vt ſcilicet ex noua alia cauſa, & inopinata inter ipſos, tunc contingente prouenerit, ac tale delictum patratum fuerit, Alberic. in *l. 1. ff. Diuus ſub num. 3.* Vbi etiam *Angel. num. 3.* & alij; Quia cum proditio habeat in ſe animum deliberatum, ac premeditationem, vt ait Farinac. *d. q. 18. num. 73.* Cabal. *de homic. n. 37.* et alii, nunquã cenſetur inter æmicos commiſſum delictum animo deliberato, vel proditorio; niſi dictus animus cum prædicta qualitate probetur, Io: And. Hoſtien. & alij in *cap. Inter alia de Immun. Eccleſ.*

Nec proditor dicitur is, qui amicum occidit, ſed qui nulla præcedente inimicitia, vel diffidatione, ſeù rixa, ſub colore, & figura amicitiæ aliquem conſultò, & cogitatò occidit, hoc eſt quandò actibus amicitiam profitetur, ſed in corde, ac mente aliud gerit, & ſic requiritur amicitia poſitiua, ſub cuius fide, & tutela amicus ab amico occidatur, & ſine amicitia non datur proditio, iuxtà Bartol. *in extrau. ad reprimendum v. rebelles, & d. l. inſpiciendum §. delinquunt ff. de pœnis*, quam cœteri ſequuntur relati à Sperell. *dec. 23. nu. 6. & ſeqq.*

Sanguinationem autem Cadaueris, quod attinet, an ſit certum argumentum perpetrati homicidij, pernegamus; Aiunt enim accidiſſe frequentiſſimè, vt homicida adducto ad cœſi cadauer, ſanguis indè vbertim effluerer, ſi homicida intrà 24. à cœde, & morte horas, aut, vt Ficinus *ad Conuic. orat. 7. cap. 2.* memorat, intrà ſeptem inducatur. Alij longè etiam prolixiorem moram. Euentum verò ipſum abſolutè, ſeù nulla temporis limitatione appoſita, tradunt plurimi Iuriſconſulti apud Farinac. *in pr. crim. queſt. 52. num. 154.* & alij.

Huius autem effectus varij varias cauſas proferunt ſanè inanes, quos legere eſt apud Pelbart. *roſar. 3. v. Homicidium 4. tit. de pœna homic. verſ. tertia pœna*. Sed reliquis prætermiſſis, Aponenſis *in ſect. 7. problem. queſt. 6.* id refert in ſpiritus inimicitijs ſuccenſos, & ſpecie iræ, quaſi fætos, quos homicida ei impreſſit, quem occidit. Ideòque accedente ad Cadauer eo, à quo impreſſi ſunt deſiderium remeandi ebollitionem produnt. At Dardinus *lib. 2. animæ digreſſ. 39.* prædictum effectum tribuit ſpiritibus occiſi non dum ſedatis, & idcircò commouentibus ſeſe ad commoros in præentia Cadaueris ſpiritus homicidæ. Quo fortaſſe renoluitur, quod Porphirij interpres dixit *ad lib. 2. de abſtinentia*, nempè rationem hujus effectus reddi poſſe ex eo, quod animæ è Corporibus per vim auulſæ deſiderio Corporis non longè ab eo ſedem fingant poſt dirnptam vnionem, vt fert ſententia Egiptij, quem eo loco refert Prophirius. Hæ ſi admittantur, fatendum conſequenter erit, affectum ire ab occiſo conceptum gignere commotionem corpoream in Cadauere, iuxtà poſteriorem ſententiam. Vel idem præſtari per iram ab occidente conceptam, iuxtà alterum placitum.

Neutram tamen admittendum eſt: Quis enim non videat, ſiuè ab occiſoris, ſiuè ab occiſis ſpiritibus ira ſuccenſis, fateamur proficiſci effectum illum, idem contingere debere cadaueri bouino, aut aſinino, ſi ab aliquo ex ira occidatur;

Sapientioribus verò ea videtur optima philoſophandi ratio, vt cum effectus ille contingit (ſæpè enim non contingit, vt certis experimentis deprehenſum eſt, ac præter cœteros reſtatur Bellus *in auct. aphoriſm. polic. par. 2. lib. 2. diuerſ. 40.*) Deo humani ſanguinis vindici, eaque via clanculatium homicidam detegenti, adſcribatur: Tunc enim ſolere hanc cadaueris ſanguinationem accidere, cum homicidiũ fuit occultum, & proditorium affirmat Comeſtor apud Pelbartum ſupra. Ad Deum certè, non ad iram, vllamue aliam naturalem cauſam effectum illum refert Sybill. *decad. 3. cap. 8. q. 4.* poſt Henricum de Aſſia, & alij. Item Maiol. *colloq. 1.* qui addit inſigne exemplum, quo id totum debere referri ad miraculum videtur perſpicuè demonſtrari, nempè S. Thomæ Herefordienſis in Anglia Epiſcopi.

Itaque quicquid ſit de alijs cauſis, quas citati Authores varias proferunt, & expendunt, negamus eas, quæ ſuperius adductæ ſunt, ad probandum certò perpetratum homicidium validas eſſe.

Sed adijciamus noſtra parerga quoad extractionem è loco immuni.

Et quidem poteſt Epiſcopus ex Conſtitutione Gregoriana extrahere delinquentes, etiam ab Eccleſijs Religionis Hieroſolymitanæ, vt decretum à Sac. Congregatione Immun. in *Meſſanen.* 6. Maij 1653.

Item poteſt extrahere in caſibus non expreſſis in Gregoriana ad effectum correctionis tantum. Eadem S. Cong. in *Interamnen.* 27. Mart. 1640.

Et

Et in *Aretina* 31. Auguſti 1649. & in *Neapolitana* 28.Febr.1640.& in *Cathacen.*1.Septemb. 1643.

Extracti à loco immuni, dum articulus diſcutitur, debet retineri ſub cuſtodia Curiæ Eccleſiaſticæ. Eadem Sac. Congregatio in *Neapolitana* 30.Septembris 1626. Sac. Congreg. Epiſc.30. Septembr.& Conſtitutio Gregoriana.

Confugientes verò non debent retineri ligati in Eccleſia. Eadem Sac. Congregatio in *Caſinen.*8.Febr.1639.

Epiſcopus non poteſt expellere confugientem ab Eccleſia, nè incidat in manum Curiæ ſecularis. Eadem Sac.Congegatio in *Caphalunen.* 19.Martij 1647.

Extractio à loco immuni non eſt permittenda, niſi ſolis Epiſcopis; non autem inferioribus, & ante illam requiritur proceſſus. Eadem Sac. Congregatio *Nullius Orbitelli* 23.Mart.1638.

Extraentes indebitè, & apponentes Cuſtodes loco immuni ſunt excommunicati. Eadem Sac. Cong. in *Aprutina* 1. Octobris 1641. & in *Neapolitana* 2. Iun.1632.& in *Adrien.* 6. Febr. 1635.& in *Bitetten.* 22.Maij 1935.& in *Theatina* 20.Iun.1651.

Nemo poteſt extrahere delinquentes abſque facultate Apoſtolica, exceptis caſibus in Bulla Gregoriana. Eadem Sac.Congregatio in *Conſentina* 30. Ianuar. 1628. & in *Romana* 12. Decembr. 1637. & in *Neapolitana* 14. Octobris 1630.

Extractio non permittitur ad effectum examinandi delinquentem. Eadem Sac. Congreg. in *Mutinen.*13.Iul.1638.

In Caſibus non exceptis in Gregoriana non licet Iudici Eccleſiaſtico extrahere Reum,& tradere Curiæ ſeculari, abſque incurſu cenſurarum. Eadem Sac.Congreg. in *Valliſoletana* 19. Iunii 1627.

Extractio non debet fieri per laicos, ſed cum aſſiſtentia Iudicis Eccleſiaſtici; Eadem Sacra Congregatio in *Cathacen.*12. Auguſti 1631.

Extractus à Curia laicali debet reſtitui eidem Eccleſiæ, etiam ſuperuenientibus probationibus ſuper aliis delictis. Eadem Sac. Congregatio in *Ianuen.*8.Decemb.1632.Deindè eſt extraendus ſec.ſer.iuxtà formam Gregorianæ. Eadem Sac.Congregat. in *Mediolanen.*13. Nouembris 1663.Aliquandò tamen reſtitutio extracti fit alteri Eccleſiæ cum diſpenſatione Pontificis. Eadem Sac.Cong.12.Nouemb.1634.

Legatus Apoſtolicus non habet facultatem extrahendi. Eadem Sac. Congreg. in *Bononien.* 8. April.1630.& in *Ferrarien.*15.Maij 1637.

Inductus dolo, blandis, ac ſubdolis verbis, vt exeat ab Eccleſia, ad quam confugerat, ſi exeat, & capiatur, eſt reſtituendus Eccleſiæ. Eadē Sac. Cong. in *Aquapendii* 24.Ian. 1668. & in *Anagnina* 10.Maii 1670. de quo latè *tom.* 1.

Prò perquiſitione,& extractione rerum confugiatorum ad Eccleſiam à doloſis debitoribus, vel decoctoribus, vel à Reis furto ablatarum. Item prò extractione, atque eiectione eorum abutentium confugio Eccleſiarum, ſolet expediri à Sac. Congreg. Immunitatis facultas in forma, iuxtà ſtylum apud Secretarium dictæ Sacræ Congregationis.

Attentans extrahere à Cancellis ferreis, vulgò à ferrata Eccleſię Reum illi adhærentem, incidit in excommunicationem. Eadem Sac. Cong. in *Peruſina* 4.April.1671.

Die 12.Iul. . . . . in *Beneuentana* ſuper trina extractione delinquentium facta per Miniſtros Regiæ Audientię Montisfuſculi Regni Neapolitani ex Territorio Beneuentano Status Eccleſiaſtici Sac. Congregatio Immunitatis cenſuit, mandantes, extrahentes, & retinentes præfatos extractos incidiſſe in Cenſuras Bullæ Cœnę Domini, & ideò committendum Auditori Cameræ Apoſtolicæ, vt procedat, & exequatur, ac iniungendum Nuncio Neapolitano vt aſſiſtat, omneſque extracti retineantur in Carceribus laicis nomine Eccleſiæ.

Vt autem Reus extractus retineatur in Carceribus laicis nomine Eccleſiæ requiritur licentia Sac. Congregationis Immunitatis *in Squillacen.* eadem Sac.Cong.19.Iul.1667.

Cognitio, an extractus gaudeat immunitate, tam ſecularis, quam Regularis de iure communi ſpectat ad Epiſcopum, etiam præciſa Bulla Gregoriana, quæ loquitur de laicis, Sac. Congregatio Epiſcoporum, in *Meliten.* 25. Octobr.1602.& in *Roſſanē.*10.Martij 1610.Nō ad Nuncium, niſi ſpecialiter fuerit commiſſa Eadem Sac.Cong. Epiſc.in *Florentina* 16. Iul. 1627.

Cognitio delictorum commiſſorum à Confugis ſpectat ad Ordinarium, cui conceſſa fuit extrahendi licentia. Eadem Sac.Congregatio 26.Iun.1607.

Licet multiplicitas delictorum aggrauet delinquentem; Non tamen addit eam qualitatem, quæ requiritur, vt Curia Eccleſiaſtica poſſit tradere Reum ſeculari. Eadem Sac. Congreg. in *Montis-Alcini* 11.Maii 1640.

Obſeruandumque eſt, quod delinquentes à loco immuni extrahi aliquandò conceduntur *liberè* Curię laicę, vt ex Sac. Congregatione Immunit. in *Bononien.*25. Septembr. 1637. & in *Mutinen.*11.Iun. 1627.& in *Cremonen.* 29. Decembr.1625.Et in *Anerſana* 25.Septemb.1627. & in *Ferrarien.*23.Iul.1632. Interdum conceduntur ex gratia. Eadem Sac.Congreg.in *Papien.*2.Iul.1624.& in *Mediolanen.*2. Iun. & in *Lauden.*29.Septemb.eiuſdem anni, ac iterum in *Mediolanen.*16.Dec.1625.Sępè conceduntur citrà pœnam ſanguinis, vt in *Ianuen.* 19. Nouembr.1625.& in *Romana* 22. Ian.1627.& in *Sutrina* 9. Mart.1627.et in *Imolen.*22.Decemb. 1631.Et aliquoties ratione publici boni eijciuntur ab Eccleſia, vt in *Nepeſina* 9.Nouembris 1626.

Alia vide d.*tom.*9.*Conſult.*5.

An, qui non ex induſtria, ſed caſu, vel ex ſubita ira, ſiuè excandeſcentia mutilat, vel occidit in Eccleſia, vel Cæmeterio, priuetur Eccleſię immunitate? Vbi de homicida, vel mutilatore amente, puero, inuito, coacto, ob ſui, ſuorumque, defenſionem, & huiuſmodi alijs, eorumque cauſa? tom. 2. Conſul. 38. & tom. 9. Conſult. 5.

NEgatiuè cum Farinaccio *in append. de immun. num. 238. & 240.* Tuſch. *v. Eccleſia concluſ. 11. num. 13. & 14.* Azor. *par. 2. lib. 9. cap. 9. qu. 6.* & alij. Dian. *par. 1. tr. 1. de immun. reſol. 1. & par. 6. tr. 1. reſol. 7.* vbi teſtatur ità pluries deciſum, præſertim in Vrbe ſub anno 1639. occaſione homicidij commiſſi in Eccleſia Lateranenſi, quæ eſt Caput, & Mater omnium Eccleſiarum, de quo caſu in ſpecie loquitur Vermigl. *conſ. 103.* Villagur. *de extenſ. leg. cap. fin. nu. 417.* vbi prolixè iuribus, ac Doctorum authoritate id firmat, fuitque obſeruatum in Ciuitate Neapolis 1640 occaſione cuiuſdam rixoſi homicidij perpetrati in Eccleſia Domus profeſſæ Societ. Ieſu, dum ibi expoſitum erat Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum diebus bachanalibus; Ac cenſuit Sac. Congreg. Imm. in vna *Puteulana* 14. Iun. 1661. in qua, cum quęreretur: An qui ob rixam è feneſtrà Domus immunis Eccleſiæ ſclopo occiderit exiſtentem in Eccleſia, gaudeant immunitate? Reſpondit, *gaudere*. Et clariſſimè in *Algaren.* 24. Martij 1637. ibi: *Occidens in Eccleſia prouocatus in rixa, gaudet immunitate*, vt proindè mirum ſit, quã facilè dixerit Delbene prò contraria ſententia conſuetudinem extare.

Nec deſunt rationes: Nam tex. *in cap. Inter alia de Immun. Eccleſ.* in quo priuantur immunitate occidentes, vel mutilantes in Eccleſia, inquit, quod *nonnulli impunitatem ſuorum exceſſuum per defenſionem Eccleſiæ obtinere ſperantes &c. niſi per Eccleſiam, ad quam confugiunt, crederent ſe defendi nullatenus fuerint commiſſuri.* Ergò ex argumento contrario, qui occidunt, vel mutilant in Eccleſia, non ſub ſpe immunitatis, & per exceſſum, ſed ex pura, & ſubita iracundia, vel caſu aliquo, non ſunt priuandi immunitate. Id, quod etiam annotauit Hoſtiens ad hunc locum *num. 2.*

Deindè quia, vt homicidium, vel mutilatio priuet immunitate, ità debet eſſe grauiter culpabile, vt ſimul etiam ſit grauiter Eccleſię iniurioſum: Quia homicidium, vel mutilatio pròpriè dicta. Hoc autem eſt cum iniuria: quia lædit reuerentiam Eccleſiæ, & in vita ius occiſi; Qui autem occidit, vel mutilat ex caſu, vel ex ſubita, & pura iracundia, non lędit reuerentiam Eccleſię, neque ius occiſi: Quia primi motus non ſunt in noſtra poteſtate, animuſque cuiuslibet, licet ſapientis, ex huiuſmodi primis motibus rapitur, & officium mentis, ac rationis quodam modo peruertunt, citrà animum committendi in legem, & Eccleſiæ iniuriam inferendi, Gutier. *pr. quæſt. lib. 3. & 4. quæſt. 1.* num. 10. *in fin. & nu. ſeq.* Pegner. *deciſ. 14. num. 15.* & alij. Quarè debet eſſe cum culpa mortali: Quia abſque peccato mortali non interuenit actio iniurioſa Eccleſiæ, & lædens reuerentiam ipſi debitam. Quod requiritur, vt homicidium, vel mutilatio priuet Eccleſiæ immunitate.

Hæc verò ſententia multas patitur ampliationes, & limitationes, quas latè recenſent Cagnolus, & Decius in *l. quicquid calore de reg. iur.* & prolixius Tiraquell. *in. can. 1.* Pręcęteris hæc videtur præcipua, vt non quelibet leuis cauſa irę excuſet, Cagnol. *ibid. num. 6.*

Deindè limitatur quandò delictum ex iracundia, non ex interuallo, ſed incontinenti fit, ideſt dum adhuc feruet iracundiæ calor, *d. l. quicquid calor.*

Ampliatur verò, vt non ſolum excuſet iracundia, quę prouenit ex iniuria nobis illata, ſed etiam propinquis, Clar. *in §. homicidium verſ. item locum lib. 6.* ac Theſaur. *deciſ. 178. in fine.*

Non priuatur Eccleſię immunitate per homicidium, vel mutilationem in ea commiſſum amens, vel puer ante vſum rationis: quia cum non ſint capaces actionum humanarum, neq; etiam poſſunt Eccleſiæ iniuriam inferre, qua ſecluſa ceſſat pœna priuationis Immunitatis.

Idem dicendum eſt de ebrio; Si tamen mutilatio, vel homicidium nequè in cauſa illi ſit voluntarium, ob eandem rationem; Secus, ſi ab ipſo ante ebrietatem pręuiſum fuerit: Nam tunc eſt ipſi voluntariũ in cauſa, quod ſufficit ad inducendam iniuriam; Oportet tamen, quod ebrietas ſit talis, vt auferat vſum rationis, & non relinquat rationem in eſſe humano. In dubio autem ex coniecturis iudicandum eſt; Quod ſi ex ipſis non poſſit vinci dubium, pręſumendũ eſt prò vera ebrietate: quia de ipſa conſtat, et quod non fuerit perfecta ebrietas coniecturæ non ſufficiunt.

Idipſum dicendum videtur de committente homicidium, vel mutilationem in ludo, aut ioco; Si tamen actio ex ſe ſit talis, vt non ſit in ipſa aliquo modo voluntarium, ex eadem ratione.

Contrarium dicendum eſt de eo, qui in Eccleſia occidens Paulum, putat eſſe Bernardum, ità ut nec cogitet, poſſe eſſe alium, nempè non gaudere immunitate: Quia licet homicidium non ſit voluntarium terminatiuè quoad perſonam occiſam, eſt tamen voluntarium in actione occiſiua.

Sic etiam priuatur, qui in Eccleſia volens occidere Franciſcum, occidit Antonium, eò quod ictus aberret: quoniam adhuc homicidium eſt ipſi voluntarium, quamuis ex accidenti ſortiatur effectum in alia perſona ab intenta. Scio aliter cenſuiſſe Sacram Congregationem Immunitat. in vna *Cernien.* 2. April. 1669. nimirum: *Qui occidit alium inuoluntariè in Eccleſia, credens occidere ſuum inimicum, non excluditur à Conſt. Gregor. ac proindè gaudet immunitate.* Idcircò pareamus.

Item priuatur occidens in Eccleſia inuitè, aut ignoranter, ſed vincibiliter: Nam adhuc tamen voluntariè occidit: Quia ſolum ſecundum quid eſt, inuoluntarium, abſolutè verò eſt voluntarium, vt tradunt omnes in materia de actibus humanis.

Priuatur quoque occidens in Eccleſia coactè; Quia is, vel nihil omninò ſuarum virium confert ad occidendum, & tunc quamuis cogens occidere eo vtatur tanquam inſtrumentum, ſi coactio ſit phiſica, ſe habebit merè vt Inſtrumentum inanimè, ſicut eſſet enſis, & proindè non dicetur occidere, Vel confert aliquo modo ſuas vires, & tunc voluntariè ſe habebit ad illud homicidium, ſaltem ſecundum quid. Si verò coactio ſit moralis, adhuc manifeſtius eſt, quod homicidium ſit voluntarium: quia hęc coactio non excludit conſenſum, ſed inducit voluntatem ad conſenſiendum.

Pari modo priuatur, qui inſtigat Canem, aut alium Brutum ad aliquem occidendum in Eccleſia, & ſequatur occiſio: quia huiuſmodi homicidium eſt voluntarium in ſe: Nam incenditur ab inſtigante, & ad aſſequendum applicat medium Canis, aut alterius Bruti inſtigati.

Præterea, vt mutilatio, vel homicidium in Eccleſia perpetratum priuet immunitate, ſequi debet per aliquam vim phiſicam externam: Quia licet homicidium abſq; externa vi, vt per venenum, ſit verum homicidium; non tamen videtur habere illam qualitatem, quæ eſt neceſſaria, vt priuet immunitate, nempè iniuriam Eccleſię, & irręuerentiam debitam in opinione hominum.

Sequitur tandem non priuare immunitate homicidium in Eccleſia commiſſum ob iuſtam, & neceſſariam defenſionem propriam, quandò eſt ſecundum iura permiſsum, atque adeò ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ: Quia tale homicidium non habet conditiones requiſitas ad priuandum immunitate: Nam non eſt culpabile, cum ſit ad defenſionem, quæ permittitur etiam cum morte agreſſoris. Neque illa actio eſt iniurioſa: quia eſt ſecundum ius: Nam omnia iura id concedunt, *l. vt vim ff. de iuſt. & iur. cap. Dilecto de ſent. excom. in 6.* & Clem. *vnic. de homicid.* Quod ſi exceſſus moderaminis reddat homicidium peccaminoſum moraliter, atque iniurioſum, non videtur illicò pronunciandum, quod priuet immunitate, ſed videndum eſt, an in hominum extimatione lædat reuerentiam debitam Eccleſiæ: Quia ſine hac læſione non conſurgit opinio priuationis, & exceſſus debet eſſe notabilis.

Sitque regula generalis, quod quoties homicidium defenſiuum eſt licitum, nunquam inducit priuationem immunitatis, ſi contingat in Eccleſia: Ratio perſpicua eſt: quia vim vi repellere licet, ac proindè quotieſcumque prò defenſione, & vi repellenda eſt licitum homicidium aggreſſoris, ſi committatur in Eccleſia, non priuabit immunitate: quia tunc non eſt homicidium; niſi materialiter, ſed eſt iuſta defenſio, atque adeò actus licitus, & nullam inferens iniuriam Eccleſiæ, per quam reuerentia ipſi debita lædatur.

Cœterum occidens à porta Eccleſiæ exiſtentem in ſcala ante ipſam, gaudet immunitate, ex S. Congregatione Immunitate in *Dortonen.* 9. Septembris 1670. de quo alibi vide.

An Princeps laicus poſſit ſuis Edictis Eccleſiaſticos adſtringere ad obſeruandum ea, quæ prò ſanitate tuenda tempore peſtis à ſe determinantur? Quidue in hac re ab Eccleſiaſticis hactenus receptum fuerit? tom. 2. Conſult. 40. & tom. 4. Conſult. 121.

Tenendum eſt, Edicta Principum Secularium publicata cauſa peſtis, quæque comprehendunt perſonas Eccleſiaſticas, ſint omninò inualida, ac repugnant *iuriſdictioni* Eccleſiaſticę. Conſtat generaliter ex *diſpoſitione* Sac. Canonum, Conciliorum, ac Bullæ in Cœna Domini, de quibus Doctores paſſim, & nos alibi fuſius. Prò Regno Neapolitano ex Conſtitutione Honorij III. & inueſtitura Iulij III. & prò alijs locis ex obſeruatione ſequuta diuerſis temporibus, in quibus ſemper edicta quoad perſonas laicas promulgarunt laici, quoad Eccleſiaſticas Epiſcopi. Extant exempla Mediolani ſub ãno 1577. Edictum promulgauit S. Carolus ſub anno 1630. Card. Federicus Borromeus Neapolis ſub anno 1624. & 1630. Archiepiſcopus Neapolitanus *Barij.* ſub anno 1657. Barenſis. Ianuæ ſub anno 1630. & 1656. Ianuenſis. Raguſiæ ſub anno 1658. ac alibi Archiepiſcopus Raguſinus.

Quæ concluſio firmata etiam fuit tempore Sancti Caroli occaſione non ſerendi orizam ad conſeruandam aeris ſalubritatem, vt ex conſilio Surdi 301. vbi alij, ac ſtabilita à Sac. Congregatione Immun. decretis ſuis in *Mutinen.* 1639. in *Caſalen.* 1628. in *Meluitana* 1648. in *Terraconen.* 1650. in *Melphien.* 1655. ac in alijs ſæpè: Quia non eſt cauſa, quæ laicis tribuit auctoritatem in Eccleſiaſticos, ſed poteſtas, qua de re fusè *tom. 1. Conſult. 49. & 165.* nos egimus, Marchin. *de bell. diuin. par. 4. cap. 2.* vbi cum Martha *de iuriſdict. par. 4. cent. 1. caſ. 74.* docet, non poſſe Principem laicum tempore peſtis adſtringere Clericos ad obſeruanda ſua Edicta prò bono publico, & prò tuenda ſanitate promulgata, ſed debere eum Epiſcopos prò executione illorum rogare; Et ità declaraſſe Sac. Congregationem facto verbo cum Sanctiſſimo ſub die 31. Iannar. 1631. Quapropter Epiſcopi tempore peſtis, vel ſuam poteſtatem in Eccleſiaſticos quantum ad arcendam ab Vrbe peſtem, & ad conſeruandam ſanitatem opus eſt, Magiſtratui ſæculari delegent, vel laicis ſanitati præſidentibus admiſceant aſſeſſorem Eccleſiaſti-

cleſiaſticum, qui in Eccleſiaſticos iuriſdictionem exerceat; Vndè etiam tempore ſummæ caritatis annonæ Iudices laici obtinere ſolent à Nuncijs Pontificijs licentiam compellendi Eccleſiaſticos ad frumentum reuelandum, & vendendum, vt prò Regno Neapolitano notat Danz.*cap.3.de qualit.offic.num.14.*

Negandum tamen non eſt, quod ſi in huiuſmodi caſibus, id iuſtè poſcentibus Principibus, ob bonum commune, Eccleſiaſticos tempore peſtis in Rempublicam delinquentes non repri merent, neque punirent, & Sum.Pontifex conſuli non poſſit, tantaq;eſſet neceſſitas, quod euidentet periculum eſſet in mora, tunc illis liceret in Eccleſiaſticos per modum iuſtæ defenſionis, nullo autem pacto per modum alienius iuriſdictionis, facere id quod recta ratio ad impediendam perniciem Reipublicæ immunitatem opus eſſe dictauerit, vt rectè Molin.*tom.1. de iuſt.tr.2.diſp.31.concluſ.*4. Vgol.*in Bull.Cen.cap.11.par.2.§.1.num.3.*& alij: Quandò periculum non eſt in mora, non habet locum modus iuſtæ defenſionis: Nam ad iuſtam defenſionem conditio neceſſaria eſt, vt fiat cum moderamine inculpatę tutelæ, quandò autem Princeps poteſt à Pontifice, vel ab Epiſcopo defenſionem petere, inculpatè ſe non defendit, Suarez in *reg.Angl.lib.5.cap.94.*

Et quod ſpeciatim ad Edicta pertinet hæc extant Sac.Congregationis decreta:

Eccleſiaſtici quoad paſcua non ſunt ſubiecti Edictis Communitatis in *Firmana* 13. Iul.1637.

Eccleſiaſtici non comprehenduntur Edicto ſuper prohibitione paſcendi, in *Sutrina* 13. Auguſti 1639.

Clerus non tenetur ad obſeruationem Edicti publici Gubernatoris Ciuitatis, ſed Ordinarius debet facere ſimile Edictum, in *Tarentina* 12. Decemb.1651.

Vineę emphiteoticę Eccleſiæ non comprehenduntur ſub Edictis laicalibus, in *Montisfaliſci* 23. Auguſti 1632.

Officiales Ciuitatis poſſunt cogi ad declarandū, quod ſub eorum Edicto non comprehenduntur Clerici, in *Aliphana* 23. Febr.1638.

Bandimenta laicalia ſuper venditione vini non comprehendunt Eccleſiaſticos, in *Licien.* 30. Iun.1632.

Clerus Sæcularis, & Regularis non poteſt ligari bandimentis Magiſtratus Ciuitatis, *Foroliuien* 14.Decembris 1655.

Vinum, quod laici emunt à Clericis non comprehenditur ſub impoſitione Communitatis, in *Monopolitana* 7.Auguſti 1640.

Ordines facti à Iudicibus laicis non comprehendunt Clericos, in *Papien.* 10.Septembris 1627.

Eccleſiaſtici non comprehenduntur in Statuto Communitatis ſuper gabella olei, in *Aſſiſien.* 20.April.1649.

Pragmatica Neapolitana non poteſt comprehendere Eccleſiaſticos, in *Neapolitana* 20. Febr. 1652.

Edictum laicorum, nè ſæculares emant vinum ab Eccleſiaſticis eſt contrà libertatem Eccleſiaſticam, & reuocandum, in *Tarentina* 24. Ianuar.1668.

Edictum, ſiuè Bandimentum tabaci à Nuncio Neapolitano emanatum ſuſtinetur, non obſtante Archiepiſcopo Neapolitano, in *Neapolitana* 13. Nouembris 1668.

Et hæc alia Sac.Congreg.Epiſcop.Statutum, in quo Eccleſia, ſiuè perſonę Eccleſiaſticæ prohibentur, aut impediuntur vti rebus, aut facultatibus à iure communi ſibi conceſſis, eſt contrà libertatem Eccleſiaſticam. Tale eſt Edictum, ſiuè Statutum Principis, vel Iudicis laici prohibens, nè vllus laicus eligat in arbitrum perſonam Eccleſiaſticam, in *Acheruntina* 23. Martij 1614.

Edictum, ſiuè Statutum Magiſtratus, ſiuè Principis laici ſcire volentis numerum Clericorum, ad quos Ordines ſunt promoti, cuius ſint ętatis, ſi filios aut nepotes habeant, ſi artem aliquam exerceant, & c.ſuſpectum eſt, eſſe poſſe pręiudiciale libertati Eccleſiaſticę; in *Neapolitana* 3.Auguſti 1621.

Eſt item contrà libertatem Eccleſiaſticam Edictum, ſiuè Statutum Principis laici circà capiendum, ſeù comparandum ſalem, quem Eccleſiaſtici, eò Edicto non obſtante, accipere poſſunt vbi magis ipſis commodum fuerit. in *Tarentina* 21.Octobris 1607.

Item Statutum, ſiuè Edictum puniens contrahentes Matrimonium cum hominibus alterius Ciuitatis, infringit Eccleſiaſticam libertatem, & non eſt validum; Vndè Gregorius XIII. declarauit nullum Statutum loci Tarani Sabinenſis Diœceſis, quod mulier habens hæreditatem nubere non poſſet extrà locum.

Edictum Epiſcopi, quod Eccleſiaſtici teneantur mundare vias in ſeruitium laicorum, eſt etiam contrà Eccleſiaſticam immunitatem 13.Aprilis 1612.

Item Edictum, vel Statutum, nè quis amplius molat intrà muros, quandò Eccleſiaſtici habent ibi molas.5.Febr.1616.& 1.Aug 1620.

Multò magis ſi prohibeatur ipſis Eccleſiaſticis habere molas domi, præſertim prò eorum vſu in *Hydruntina* 27.Ianuat.1612.

An Epiſcopus, tam de iure, quam de conſuetudine poſſit in ſuo foro cognoſcere cauſas criminales inter laicos conſentientes eius iuriſdictioni? tom. 2. Conſult.41.

Affirmatiuè. Et ad ius quod attinet aſſerunt Michael. Fer. *quæſt. moral, & crim. par.1. quæſt.30. num.17. cum duob. ſeqq.* & Antonel. *de regim. Eccleſ. Epiſc.lib.6.cap.1. nu.15.* Quod ſi laicus accuſatus coram Iudice Eccleſiaſtico non declinet illius iuriſdictionem, ſed ei conſentiat, poſſit ab eodem Iudice puniri. Et generaliter omnes admittunt, quod laici poſſunt con-

conſentiendo prorogare iuriſdictionem Eccleſiaſtici ad tex. *in l. ſi quis ex conſenſu* 8. *C. de Epiſc. aud. & in cap ſignificaſti* 18. *de for. comp.* ibique Abb. *n.*4. *&* 15. Felin. *ſub init.* Soccin. *n.*40. & alij innumeri.

Iterum, ſi Iudex Eccleſiaſticus in cauſis temporalibus non habet iuriſdictionem; niſi prorogetur, vtique dicendum eſt, hanc prorogationem habere locum, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, cum in vtriſque de materia temporali agatur, nec videtur eſſe maior ratio de vna, quam de alia: Nam ſi dicatur ex tali prorogatione, etiam in criminalibus inferri præiudicium Reipublicæ, ex eo, quod delicta non puniantur competentibus pœnis, cum immediatè poſtquam aliquis delinqueret, curare poſſet per Eccleſiaſticum Iudicem, tanquam mitius agentem contrà ſe inquiri, & conſentiendo in eius iuriſdictionem, per ipſum etiam abſolui. Reſpondetur, quod ad hunc effectum non eſt in arbitrio deliquentis electio Iudicis, ſed tantum conſenſus in iuriſdictionem illius, coram quo fuerit accuſatus; Nec propterea tolleretur congruitas pœnarum, & vindictæ prò qualitate commiſſi delicti: Quia ſi prò eo veniret imponenda pœna citrà ſanguinem, clarum eſt non eſſe differentiam inter Eccleſiaſticum, & ſæculare iudicium in huiuſmodi pœnis infligendis; Si verò veniret pœna mortis, nec etiam delictum impunitum remaneret, cum tali caſu Curia Eccleſiaſtica etiam delinquentes priuatiuè foro gaudentes Sæculari tradat, vt commenſurata pęna plectatur, licet hic caſus vel nunquam, vel raró poteſt accidere, cum concedamus generaliter non poſſe, neque debere Iudicem Eccleſiaſticum in ſimilibus delictis inter laicos procedere ex officio, ſed ſolum ex accuſatione.

Minuſque dicatur, pręiudicium Reipublicæ verſari etiam in pœnis pecuniarijs, quę Fiſco ſolent applicari: Quia, cum per Iudicem Eccleſiaſticum applicentur locis pijs, non præiudicatur Reipublicæ: Quinimmò plurimum intereſt, quod in vſus pios, quam in alios applicentur.

Quod verò ad conſuetudinem, affirmatiuè reſpondendum eſt; Sufficitque ad legitimam illius inductionem, ſi fuerit præſcripta ſaltem ſpatio annorum 30. ſicut in terminis conſuetudinis, quod Iudex Eccleſiaſticus poſſit in cauſis criminalibus procedere contrà laicos ait Lup. *in recept. cap. per veſtras notab.* 2. *§. Sed pulcra dubitatio num.*40. *de donat. vir. & vxor.* Et ità declarauit aliquandò Sac. Congreg. Immun. in vna *Spoletana* 15. Septembr. 1637. nimirum: In cognitione cauſarum, etiam merè laicalium, ſeruanda eſt conſuetudo ad fauorem Epiſcopi.

An, & quibus priuilegijs gaudeat Clericus Coniugatus? tom. 2. Conſult. 42.

De his ità ſtatuit Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 6. *de refor.* Clericis verò Coniugatis ſeruetur Conſtitutio Bonifacij VIII. quæ incipit *Clerici, qui cum vnicis*, modò hi Clerici alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati, eidem Eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent, & Clericali habitu, & tonſura vtantur, nemini quoad hoc priuilegio, vel conſuetudine, etiam immemorabili ſuffragante. Habet autem Conſtitutio Bonifacij, quæ eſt *in cap. vn. de Cler. Coniug. in* 6. Clericos, qui cum vnicis, & virginibus contraxerunt gaudere priuilegio Canonis, nec poſſe ad laicum Tribunal trahi, vel per Iudices laicos condemnari de exceſſibus, vel delictis, tam ciuiliter, quam criminaliter procedendo, in cœteris autem non gaudere priuilegio fori in ciuilibus, ac proindè in his trahi poſſe ad Tribunal laicum ſine excommunicatione.

Et cum hæc verba ſint ſatis clara, adhuc non conuenit inter interpretes, nedum in alijs, ſed nec in ipſo puncto principali, quod ſcilicet in ciuilibus, non gaudeant priuilegio fori, gaudeant autem in criminalibus. Gaudere enim etiam in ciuilibus tenet Lap. *alleg.*41 *&* 118. & vtrobique Doctores, quos Aduens adducit, Archid. *in d. cap. vn. de Cler. Coniug. in* 6. Franch. *ibid. coll.*3. & alij.

Paritur autem reuera interpretationem, vt nec quoad cauſas ciuiles ſubdatur Clericus Coniugatus Iudici laico: Nam dicitur *primo*, quod prò delictis trahi non *poſſit ad* Tribunal ſæculare, tam ciuiliter, quam criminaliter procedendo; Deindè dicitur, quod non poteſt per laicos contrà ipſos procedi perſonaliter, nec pecunialiter; Vt igitur hoc poſtremum non ſit ſuperfluum, accipiendum eſt de cauſa ciuili; Cauſa enim pecunialis eſt ciuilis, & è conuerſo. Confirmat tamen ex illo affato, quod in dubijs iuriſdictionem Eccleſiaſticam tangentibus, potius prò ea, quam contrà ſentiendum eſt, cum pium ſit prò Eccleſia iudicare.

Hinc ad effectum, vt Iudex laicus cognoſcere, & punire non valeat perſonam, ſufficit Clericatum eſſe dubium, ac confluere probationes hinc indè, itàut tutior pars eligenda ſit: Quia non peruerſum, & incongruens à Iudice Eccleſiaſtico laicum cognoſci, ac puniri, ſed è contrà peruerſum, & incongruens eſt, Clericum cognoſci, ac puniri à laico. Atque idcircò iuxtà benigniorem, ac tutiorem Eccleſiaſticorum opinionem ſufficit etiam probatio adminiculatiua Clericatus, quodque caſus reddatur hinc indè probabilis, aut dubius *arg. tex. in l. proximè ff. de his qui teſt. debent*, Natt. *conſ.* 671. *in fin.*

Conſtantiſſimè tamen aſſerendum eſt, Clericos

Coniu-

Digitized by Google

Coniugatos, qui cum vnicis, & Virginibus contraxerunt, præſumitur autem in dubio contraxiſſe cum Virgine, quia ius ſemper præſumit excluſionem delicti, vt per Gomez. *lib. 3. var. cap. 10. n. 4.* gaudere priuilegio Canonis, & fori quoad perſonam, nempè exemptione ab oneribus perſonalibus, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, vt apertiſſimè ſtatuit tex. *d. cap. vn. de Cler. Coniug. in 6.* addens *in cæteris eos gaudere nolumus priuilegio Clericali.* Et hic eſt intellectus Gloſſæ, ibi Io: Andreæ Geminiani, Ancharani, Cardinalis, Imolæ, & aliorum, quos citat, & ſequitur Couar. *pract. quaſt. cap. 31. n. 7.* Delbene *de Immun.* referens aliquas Sacræ Congregationis declarationes. Et declarauit Sac. Congreg. Immun. in *Policaſtren.* 3. April. 1643. quatenus propoſito dubio: An Clerici Coniugati gaudeant priuilegio fori, etiam in ciuilibus? Reſpondit gaudere etiam in ciuilibus, attenta conſuetudine, quæ non eſt improbanda. Et in *Neritonen.* 17. Ian. 1628. & in *Nullius Garopoli* 9. Septembris 1631. quare cogi non poſſunt ad luſtrationem, vt Milites, accedere, Sac. Congregat. Epiſc. in *Agrigestina* 30. Ianuar. 1621. et in *Aleſſanen.* 30. Martij 1621. nec puniri à foro ſeculari, nè prò delictis quidem commiſſis quandò non deferebant habitum Clericalem, eadem Sac. Congr. in *Nullius Rutiliani* 2. Decembris 1611.

Vxores verò huiuſmodi Clericorum Coniugatorum gaudent priuilegio fori, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, itàut non poſſint carcerari, nec perſonaliter adſtringi (non autem Immunitate à vectigalibus, niſi adſit conſuetudo) durante tamen vita Clericorum, & cohabitatione cum ipſis. Idemque dicendum de Clericis Coniugatis, Sac. Congr Immun. in eadem *Neritonen.* 17. Ian. 1628. Sacra verò Congregatio Conc. in *Catanen.* 12. Aprilis 1625. cenſuit, cauſam inter laicum, & Clericum Coniugatum in qua de crimine, aut diſtrictione perſonali non agitur, ad laicos Iudices eſſe reijciendam.

Hinc huiuſmodi Clerici Coniugati tenentur de iure ad ſolutionem vectigalium per Gloſ. *in d. cap. vn.* vbi Couar. *loc. cit. num. 9.* Squillan. *de priuil. Cler. cap. 7. num.* 28. Marc. Ant. de Marin. *reſol. 59. lib. 1.* & alij. Secus autem de conſuetudine; Vndè cum quæreretur in Sacra Congregatione Immun. An Clerici Coniugati teneantur ad impoſitiones laicales, quę ad capitationem imponuntur? Reſpondit, probata legitima conſuetudine, non teneri. Ita in vna *Caſſanen.* 9. Maij 1649. præcepitque Epiſcopo, vt eam conſuetudinem mandet ſeruari. Et quidem, vt in hac re procedatur in executionem decretorum Sacræ Congregationis, certum eſt, huiuſmodi Clericos non eſſe immunes ab oneribus realibus, ſed à perſonalibus dumtaxat, quemadmodum declarauit eadem Sacra Congregatio tum alibi, tum præſertim in vna *Roſſanen.* 21. Ianuar. 1631. dicens, illa eſſe contra onera perſonalia, quæ per perſona adimpientur. Idem declarauit in *Rheginen.* 20. Septembris 1667. nempe, quod Clerici Coniugati non gaudent immunitate ab oneribus impoſitis ſuper bonis. Et quoad foculare, in quo præcipua cura laicorum conſiſtit, quamuis Sacra Congregatio alias in vna *Oppiden.* 17. Nouembris 1654. declarauerit, onus focularis non eſſe ſoluendum à Clericis Coniugatis, nequè à Diaconis, vt vocant, Syluaticis, tanquam onus perſonale, nihilominus in alijs cauſis contrarium reſpondit, vt in vna *Cathacen.* 23. Maij 1647. & alibi prò eorum Immunitate ſe fundauit in ſola conſuetudine, quæ ſi verè probetur ſer. ſer. citatoque Fiſco laicali, obſeruanda eſt, vt cenſuit in vna *Roſſanen.* 19. Ian. 1638. & in vna *Anglonen.* 22. Septembr. 1639. Imò paucis ab hinc annis, tenore ſupradictorum decretorum maturè perpenſo, auditiſque relationibus ferè omnium Regni Neapolitani Ordinariorum, ac Eminentiſſimi Card. Spinolæ, tunc temporis Nuncij Apoſtolici, hunc articulum noluit reſoluere in fauorem Clericorum, nec poſteà voluit aſſiſtere Epiſcopo Oppidenſi prò huiuſmodi prętenſione cum Principe Cariati, inter quos compoſitò factum eſt, vt hæc differentia finem acciperet. Vt dictum eſt *tom. 1. Conſult.* 438. quo adi.

Idem dicendum de ſolutione donatiui Regij, de quo vide reſolutionem Sacræ Congregationis in tom. 1. Conſult. 440. vbi latè.

Hinc etiam Clerici Coniugati nullo alio priuilegio Clericali gaudere poſſunt, quam Canonis *Si quis ſuadente* 17. *quęſt.* 4. & fori, vt in *d. cap. vn. de Cler. Coniug. in 6.* In reliquis verò reputantur meri laici, vt in ſpecie *cap. Odoardus* videre eſt apud Cęphal. *conſ. 221. n. 1.* Natt. *conſ.* 319. *n. 6. &* 356. *n. 1. lib. 2.*

Notandum ſufficere ad hoc, vt hi Clerici gaudeant priuilegio Canonis, & fori in criminalibus, ſi veſtem ſuperiorem detulerint Clericalem, itàut communiter cenſeantur incedere in habitu Clericali, vt de alijs Clericis dicemus.

Inſuper notandum, Clericum Coniugatum, defuncta vxore vnica, & virgine, vel exercitio incompoſſibili relicto, habitum reaſſumendo, acquirere totum priuilegium Clericale: quia non dicitur amplius Clericus Coniugatus, ſed ſimpliciter Clericus, Couar. *loc. cit.* & alij, poſſeque ad vlteriora promoueri; Vndè non debet impediri, licet conſultius ſit ab Epiſcopo, vel à Sacra Congregatione licentiam impetrare, vt ex Sacra Congregatione Epiſc. in *Baren.* 3. Iun. 1597. & in *Hieracen.* 24. Martij 1645. Modò non ſit inquiſitus in foro ſæculari, nequè habeat aliud Canonicum impedimentum, ex eadem Sacra Congregatione in *Roſſanen.* 17. Nouembris 1651. puta ſi ſit obligatus ratiocinijs. Et generaliter in aſſumentibus, vel reaſſumentibus habitum in fraudem ſeruandum

eſt

eſt *cap. ex parte* 27 *de priuil.* vt ex eadem Sacra Congregatione in *Neapolitana* 11. April. 1620. Intellige tamen poſſe recuperare priuilegium, exceptis cauſis, in quibus Iudex ſęcularis præuenit. In illis enim licere Iudici laico cauſam finire, procedendo quoad bona, cenſuit Sacra Congregat. Conc. in *Callien.* 7. Septembr. 1614. Quę etiam in vna *Tudertina* 16. Martij 1619. declarauit, Clericos Coniugatos, reaſſumpto habitu, gaudere priuilegio *cap. Odoardus*, licet non ſeruiant. Et ſupradicta locum habent, licet interim plura delicta, & etiam homicidia commiſerint: Nam ſi poſteà ſer. *ler.* reaſſumant habitum, & alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiant, gaudent priuilegio fori, licet de rigore iuris miniſtrare non poſſint in functionibus Ordinum propter irregularitatem, vt ex eadem Sacra Congregatione Conc. in *Motulen.* 1. Febr. 1620. Verum Sacra Congregatio in caſibus particularibus hanc declarationem edere non ſolet, nè indè Clerici libentius occaſionem delinquendi arripiant; Vndè Sacra Congregatio Epiſc. in *Auerſana* 12. Ian 1598. reſpondit: Clericum, qui dimiſſo habitu iuerat ad bellum, & poſteà illum aſſumpſerat, poſſe tolerari, modo bellum non fuiſſet iniuſtum, & per conſequens aliquam exindè irregularitatem non incurriſſet.

Deniquè notandum eſt, ex eo, quod dicitur, Clericos, qui cum vuicis, & virginibus non contraxerunt, bigamos, tam vera bigamia, quam interpretatiua, quæ eſt ex Matrimonio cum cognita ab alio, excidere protſus ab omni priuilegio Clericali, *cap.* 1. *de bigam. lib.* 6. Et ideò trahentes huiuſmodi bigamos ad Tribunal laicale non comprehendi ſub *can.* 15. Bullæ Cœnę.

Quod ſi quis contraxerit ignoranter cum corrupta per alium, putans eſſe virginem, adbuc nullo fruitur priuilegio: quia tex. requirit, vt ſit de facto virgo, nec ob ignorantiam definit eſſe bigamus, vt laiè Doctores in materia bigamię. Secus ſi fuiſſet corrupta per ipſum ante Matrimonium: quia non eſſet bigamia, Gloſ. *recep. in d. cap. fin. de bigam.* quia retrotrahitur tempus.

Secus videtur de bigamis quoad alias ſpecies interpretatiuæ bigamiæ, vt quia quis cognouerit vxorem ſuam, quæ cum alio poſt Matrimonium adulterauit, vel quia cum duabus contraxerit, conſumando tamen cum vna ſola. Hi quippè non amittunt priuilegium Clericale *d. cap. vn.*

Decreta autem, ac reſolutiones Sacrę Congregationis Immunitat. quoad Clericos Coniugatos ſummatim ſunt iſta:

Clerici Coniugati gaudent priuilegio Canonis, & fori tantum, in *Bouinen.* 29. Decembr. 1625 in *Neocaſtren.* 6. Maij 1631. in *Bouinen.* 13. Nouembris 1629. & in *Aleſſanen.* 9. Octobris 1628.

Non tenentur prò oneribus perſonalibus, prout eſt foculare. Prò mixtis verò tenentur; Niſi concurrat legitima conſuetudo ad eorum fauorem. In *Nuſcana* 24. April. 1646.

Habentes requiſita *cap. vn. de Cler. Coniug. in* 6. gaudent priuilegio fori. In *Peruſina* 27. Aprilis 1638. etiam in cauſis merè ciuilibus, in *Oppiden.* 6. Mart. 1635. non dependentibus à criminalitate, in *Bouinen.* 27. Febr. 1630.

Gaudent Immunitatibus, ſiuè franchitijs, ſuppoſita legitima conſuetudine in *Theatina* 20. Aprilis 1649. in *Oppiden.* 23. Auguſti 1633. in *Hydruntina* 7. Auguſti 1640.

Gaudent exemptione ab impoſitione capitationis, ſiuè ſuper capita in *Roſſanen.* 23. Martij 1638. in *Tropien.* 26. Iunij 1629.

Sunt exempti ab officijs laicalibus Communitatis. In *Mileten.* 26. Auguſti 1636.

Eximuntur ab officio Ærariatus. In *Auellinen.* 12. Ianuarij 1649.

Poſſunt habentes requiſita *d. cap. vn.* intereſſe Conſilijs publicis Communitatis, & ſimilibus, & non poteſt ab Ordinarijs prohiberi. In *Auellinen.* 3. Octobr. 1634.

Non debent exercere officia publica laicalia ſub pœna priuationis priuilegij. In *Anagnina* 2. Maij 1640.

Gaudent priuilegio fori, & poli, & onerum perſonalium, ſeruata tamen legitima conſuetudine. In *S. Seuerina* 19. April. 1627.

Non eximuntur ab oneribus fiſcalibus, niſi adſit legitima conſuetudo. In *Oppiden.* 6. Martij 1635.

Tenentur ad impoſitiones reales, & mixtas, ceſſante legitima conſuetudine contraria. In *Ciuitatis Plebis* 20. Ianuar. 1654.

Aliquandò non gaudent exemptione à collectis. In *Cathacen.* 6. Octobr. 1626.

An Clerici Coniugati, qui habent requiſita *d. cap. vn.* & Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reform.* & Clerici vulgò Syluatici, qui habent requiſita decreti Sacræ Congregationis ſub 22. Iunij 1623. teneantur in Regno Neapolitano ad ſolutionem oneris caronelorum 24 prò foculari, ſiuè capitatione? Seruanda eſt locorum conſuetudo in fauorem dictorum Clericorum introducta. In *Caſtren.* 1628. Idem in S. *Seuerina*, in *S. Marci*, in *Bouinen.* in *Sorana*, in *Sulmonen.* in *Acernen.* in *Marſicana*, ac alibi eodem die, atque anno.

Non gaudent exemptione ab oneribus impoſitis ſuper bonis. In *Rheginen.* 20. Septemb. 1667.

Qui exercent officia incompatibilia, poſſunt etiam à Iudice Eccleſiaſtico cogi ad ſoluenda debita. Sac. Congr. Epiſc. in *Oppiden.* 26. Nouembris 1646.

Ij, qui prędıti ſunt qualitatibus requiſitis, tam in *d. cap. vn.* quàm in decreto Sac. Conc. Trid. ſupradicto; non gaudent priuilegio fori in ciuilibus, niſi vbi de crimine, etiam ciuiliter ageretur, ſed illi ob tales cauſas ciuiles à crimine non deſcendentes, non poſſunt à Iudicibus laicis in carcerem conijci, aut perſonaliter di-

ſtriu-

Digitized by Google

ſtringi. Sacra Congregat. Conc. 13. Februarij 161.

Gaudent priuilegio fori, etiam in ciuilibus, præſertim in Regno Neapolitano, in quo adeſt conſuetudo. Sacra Congregatio Immunit. 27. Febr. 1630.

Vxores Clericorum Coniugatorum gaudent priuilegijs, quibus gaudent Mariti viuentes. Sac. Congr. Immun. in *Baren.* 22. Septembr. 1648. & in *Meliten.* 11. Ian. 1633.

An pueri ingreſſuri in Religione Hieroſolymitana interim gaudeant priuilegio fori, vt in caſu poſito? Vide de Equitibus tom. 2. Conſult. 43.

1 *Cuinam competat diſcuſſio Clericatus, quandò dubium eſſe poteſt, an quis ſit Clericus, vt gaudeat priuilegio fori, nec nè?*

2 *Item quandò habitus eſſet dubius, nec videatur omninò Clericalis?* tom. 2. Conſult. 44. ac tom. 9. Conſult. 5. Conſult. 39. & Conſult. 45.

AD 1. Diſcuſſio Clericatus agitanda eſt coram Iudice Eccleſiaſtico: Tum quia ſic habetur in cap. *Si Iudex laicus de ſent. excom. in 6.* Tùm quia Clericatus eſt res Eccleſiaſtica, & ſpiritualis, vt ex eo tex. deſumitur; Rebus autem ſpiritualibus non poteſt Iudex laicus ſe ingerere, *arg. cap. tuam de ord. cognit. & cap. per venerabilem qui fil. ſint legit.* Couar. *cap. 33. n. 1.* alijque ac declarauit ſæpius Sac. Congr. Conc. & Immun. vt alibi retulimus, quibus addimus declarationem in Papien. in qua, cum Curia ſæcularis prætenderet poſſe capturare, ac retinere Clericos delinquentes, qui incedunt etiam cum habitu, & tonſura, etiam tempore capturæ, donec fuerit cognitum, ac reſolutum, an gaudeant priuilegio fori eo ſub prætextu, quod diſpoſitio *cap. Si Iudex laicus de ſent. excom.* In 6. fuerit reuocata per Conc. Trid. Sac. Congreg. Immun. proponente Eminentiſſimo Paluccio, reſpondit, ſeruandam eſſe diſpoſitionem *d. cap. Si Iudex*, quæ non eſt reuocata.

Debet tamen vocari Iudex ſæcularis, vel pars, ſiuè actor *d. cap. Si Iudex*, Gemin. *in cap. vn. in fin. de Cler. Coniug. in 6.* Boſs. *tit. de for. comp. n. 51.* ac interim remanere in Carceribus Iudicis laici, Rip. *in cap. decernimus num. 4. extr. de re iudic.* Idem reſolutum à Sacra Congregatione Conc. in *Maceraten.* 11. Ian. 1620. & in *Ianuen.* 18. Mar. 1628. & à dicta Congregatione Immun. in *Licien* 6. Febr. 1635. & in *Aleſſanen.* 40. Nouembr. 1637. decernere allegatum ritum cognoſcendi de Clericatu eſſe deteſtandum. Et 15. Ianuar. 1647. dixit, ritum cognoſcendi Clericatum per laicos non eſſe permittendum.

Ad 2. Quoties diſcutiendum eſt: an habitus cum quo incedit Clericus, ſit Clericalis, vel non, coram Iudice Eccleſiaſtico id præſtandum eſt: Tum quia ad ipſum pertinet cognoſcere de Clericatu, vt diximus: Tum quia conditio veſtis Clericalis illi nota præſumitur, qui ipſam præſcribit; Præſcribit autem Iudex Eccleſiaſticus: Tum quia in dubijs inter vtramque iuriſdictionem, Eccleſiaſticam nimirum, & laicam dignioris ſemper habenda eſt ratio, ſecundum Butrium in *cap. cæterum col. 3. de iudic.* Felin. & Dec. *in cap. Paſtoralis in princ. de reſcrip.* & alij: Dignior autē, & maior eſt authoritas Eccleſiaſtica, *cap. ſolitæ de maior. & obed.* Couar. *pr. q. cap. 23. nu. 1.* inquiens, ità ſeruari apud Hiſpanos, & eſſe communem, Carol. de Graſſ. *d. effec. 1. num. 1263.* & alij.

Quod verò ad eum, qui communiter prò laico habetur, ſi ſit in minoribus, & ſine beneficio, non eſt neceſſaria probatio veſtium, quod ſint Clericales: Quia defectu cæterarum conditionum, quas Tridentinum præſcribit, certum eſt, ipſum non gaudere priuilegio fori. In cæteris autem non habet locum diſcuſſio, ac proindè ſi opponat de Clericatu, non videtur audiendus. Quod ſi cætera obſeruet, vel cenſeatur communiter obſeruare, habet locum diſcuſſio, & ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinet.

At quoad Clericum Beneficiatum, vel in Sacris conſtitutum, ſemper locus eſt diſcuſſioni: Quia ex beneficio, vel Sacro Ordine ſemper quis præſumitur gaudere priuilegio, ac proindè habere omnia requiſita ad ſtatum Clericalem, donec contrarium probetur.

Illud moneo, quòd cum Clericus aliquandò non gaudeat priuilegio fori, ità tamen, vt non exciderit à priuilegio Canonis. Iudex laicus non poteſt eum perſonaliter diſtringere ſine alia cautela abſque periculo excommunicationis Bullæ Cœnæ, vel ſaltem illius, quę eſt in *Can. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4.* durante enim priuilegio Canonis, de quo *cap. 6. ſeſſ. 23. de refor.* non loquitur, communis ſententia eſt, quod perſonalis violentia Clerico nullatenus inferri valeat ſine excommunicatione, *d. cap. ſi quis ſuadente*; Niſi ſupponatur conſenſus, aut licentia Iudicis Eccleſiaſtici, qui conſentiendi facultatem habeat. & degradatio, dum pœna capitalis imponenda eſt. Priuilegium autem Canonis regulariter participatur per ſuſceptionem Ordinis, vel primæ tonſurę, aut ingreſſum in Religionem. Nec obſtant conſuetudines contrariæ: quia ſunt abuſus deteſtandi, vt eos ſemper deteſtata eſt Sac. Congr. Immun.

Grauiter dubitatur: An Epiſcopi, aliique Prælati Sum. Pontifice inferiores poſſint delegare cauſam aliquam Clerici Iudici laico, ſeù permittere Clerico, vt adeat Iudicem Sæcularem? tom. 2. Conſult. 45.

NEgatiua ſententia verior eſt, Gloſ. *in cap. ſignificaſti v. Clerici de for. comp.* Bald. *in l. 1. circa fin. C. de iudic.* vid. Bart. *in l. ſi quis prò eo ff. de fideiuſſ.*

Digitized by Google

fideiuſſ. & alij, etiam accedente ſui Epiſcopi voluntate, non poteſt Clericus conſentire in Iudicem non ſuum; Niſi ſit perſona Eccleſiaſtica. Optima ratio inſinuatur in *cap. si diligenti eodem tit.* Cum enim priuilegium fori ſit commune toti Ordini Clericali, & inductum in odium laicorum, ſicuti non eſt in poteſtate Clerici ei renunciare, itá non debet eſſe in poteſtate ſingulorum Epiſcoporum eidem præiudicare per delegationem, vel conſenſum in Iudicem laicum; Vndè ſicuti non poteſt Epiſcopus in cauſis ſuis conſentire in Iudicem laicum iuxtè *d. cap. si diligenti*, itá etiam non poteſt conſentire in cauſis ſuorum Clericorum. Quod enim iuris quis prò ſe non habet, eademque de cauſa non poteſt facere conſentiendo in perſonalem læſionem Clerici, quin ſit locus priuilegio Canonis, & excommunicationi, *arg. cap. contingit* 1. *& cap. Vniuersitatis de ſent. excom.*

An autem Clericus poſſit conſentire in Iudicem laicum, tanquam in arbitrum, communior ſententia affirmat, dummodò hæc concurrant. Quod cauſa ſit ciuilis, & temporalis, non autem criminalis, aut ſpiritualis; Quod Iudex Eccleſiaſticus non obnitatur, & quod arbitrium nullam actionem inducat, ideſt non poſſit cogi per arbitrium laicum Clericus ſtare ſententiæ.

Dixi Prælatos Summ. Pontifice inferiores: Nam quod ipſe Pontifex & ciuiles, & criminales, & ſpirituales cauſas poſſit laico delegare, conſtat ex cap. *Mennam 2.q.5.c.in Synodo d.63. &c.* Hentic. *in cap. & ſi Clerici de Iudic.* allegans ad hæc 22 *d.* ibique notat Hoſtien. ac tradit Io: And. & Sicul. *in cap. 2. de Iudic.* & alij: Quia cum non agatur de articulis fidei, poteſt Sum. Pontifex reliquo iuri Diuino diſpenſare, vt per Gloſ. Archid. Innoc. & Doctores communiter.

An Magiſtratuum ſæcularium decreta, vt nullus Scholaris ad Doctoratum admittatur, niſi fidem ab Actuarijs maleficiorum reportauerit, quod de quibuſdam delictis non fuerit inquiſitus, ac niſi coram Fiſco ſæculari probauerit, ſe per quinquennium in Vniuerſitate Studiorum illis operam dediſſe, ab eoque declaratione reportata, quod requiſita in eo concurrant, tendant in præiudicium Epiſcoporum, qui in aliquibus Vniuerſitatibus Studiorum Cancellarij authoritate Apoſtolica, & Imperiali deputati ſunt, ac etiam libertatis Clericorum, quod ſub dictis decretis comprehendi ijdem Magiſtratus prætendunt. tom. 2. Conſult. 46.

AFfirmatiuè: Quoniam cum ad præfatos Epiſcopos vti Cancellarios inſignium Doctoratus collatio ſpectet, vtique omnia præparatoria ad dictum gradum conferendum neceſſaria, cenſentur eiſdem conceſſa, Abb. *in quæſt. 7. num. 47.* vbi inquit, quod vno conceſſo, cenſeantur conceſſa omnia, ſine quibus non poteſt exerceri, *cap. præterea de officio delegati l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.* cum alij vulgò. De iure autem nemo ad Doctoratum promoueri poteſt, niſi per quinquennium ſtuduerit, vt habetur in proemiò digeſtorum, & tradit Abb. *in cap. ſuper ſpecula de Magiſtr.* vbi Add. *lit. D.* & Cancellarij munus eſt doctorandi ex ipſo Abb. *in Clem. 2. num. num. 7. eodem tit.* Igitur omnia requiſita probanda ad gradum Doctoratus obtinendum, debent comprobari coram ipſis, quemadmodum innuit Bart. *in l. Magiſtros, C. de Profeſſ. & Med. lib.* 10.

CVm ſæpè contingat, quod Curia Epiſcopalis procedat contrà laicos prò cauſis ſpectantibus ad forum Eccleſiaſticum, vtaturque in ipſis, etiam teſtimonio perſonarum ſæcularium, forus ſæcularis ad auferendum Eccleſiaſtico in hiſce cauſis iuriſdictionem, *vel ſaltem* earum exercitium, operatur, quod inquiſitus coram Iudice Eccleſiaſtico de falſitate teſtium apud Curiam Sęcularem poſtulet, contrà quos adeò rigidè proceditur, vt ab eorum exemplo, nemo ferè inueniatur, qui ſe velit in Curia Epiſcopali examini ſubijcere. Quod ſi etiam cenſuris, alijſque Canonicis remedijs huiuſmodi teſtes ad deponendum compellantur, aut illas tolerant, aut potius ad falsò iurandum inducuntur. Ideò quæritur:

1 *An huiuſmodi falſi teſtes puniri poſſint à Iudice Eccleſiaſtico priuatiuè quoad Iudicem Sęcularem?*

2 *An poſtquam Iudices Sęculares remiſerint ad Iudicem Eccleſiaſticum cauſas, & proceſſus, in quibus prætendunt extare indicia contrà Clericos, poſſint proſequi in capiendis nouis indicijs contrà ipſos Clericos?*

3 *An poteſtas laica habeat iuriſdictionem in Sodalitates laicorum auctoritate Apoſtolica, vel Ordinaria erectas, & habentes Eccleſias formales cum omnibus requiſitis?* tom. 2. Conſult. 47.

AD 1. Affirmatiuè, nempè, punitionem huiuſmodi ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum, ac itá vt inter ipſum, & Iudicem laicum detur præuentio, Bald. *in l. nullum,* Afflict. *dec. 219.* vbi teſtatur, itá deciſum fuiſſe in Sac. Conſilio, Boſſ. *de For. Comp. num.* 159. & alij. Ac declarauit Sac. Cong. Immun. in *Papienſi*, proponen-

ponente Eminentiſſimo Pauluce io, & in *Rhegien.* 18. Mart. 1631. vbi etiam declaratum, poſſe Epiſcopum procedere contrà laicum, qui ſubornare attentauit teſtes in cauſa pendente coram Iudice Eccleſiaſtico; quia hic teſtis eſt periurus; Periurium autem eſt mixti fori, Doctores communiter *in cap. teſtimonium de Teſtibus*, Abb. *in cap. cum ſit generale num. 21. de for. comp.*

Dictumque in eodem Sac. Conſilio apud Afflictum *loc. cit.* quod ſi Curia Eccleſiaſtica velit inquirere ſuper falſitate teſtium, poſſit, etiam ſi in Curia ſæculari accuſatio falſitatis fuerit prius inchoata, quam incepta per Iudicem Eccleſiaſticum inquiſitio, & in ijs, quæ concernunt iuriſdictionem per præuentionem, attendatur præuentio per citationem, vt *l. ſi quis poſtea ff. de iudic.* Bald. *in l. pluribus ff. delegat.* 1. Quia per pœnam falſi imponendam à Iudice laico non tollitur pœna imponenda per Iudicem Eccleſiaſticum, Cyn. *in l. 2. C. de ſport* Bald. *in l. executorem, C. de execut. rei iudic.* & alij. Quod ſi Index laicus abſolueret, & Eccleſiaſticus condemnaret teſtes de falſitate: quia meliores teſtes haberet, qui deponerent de falſitate eorum teſtium, eius ſententia valeret, Bald. *in capit fin de re iudic.* Ioan. Andr. *in cap. fælicis.*

Ad 2. Licet *cap. ſæculares de for. comp. in 6.* videatur ſtatuere, vt Iudices ſæculares ab Eccleſiaſtico compellantur ad deſiſtendum per cenſuras Eccleſiaſticas, ſtante tamen remiſſione iam facta, videtur, Iudicem laicum nullo modo poſſe ſe excuſare; Vndè dicendum puto, illum ipſo facto excommunicationem incurrere, ad tradita per Graſſ. *effect. 1. num. 216. & ſeq.* & per Guid. Pap. *quæſt. 77.*

Ad 3. Si præcepta Confraternitatibus tranſmiſſa reſpiciant ſpiritualia, quorum omninò eſt incapax Iudex laicus, etiam quoad Confraternitates ſæcularium, ex Butr. *in l. fin. num. 5. de colleg. illic.* illa nullatenus ſuſtineri poſſunt. Sicut enim ſpiritualia dare, ità etiam circà ea proibitionem facere nequit, Suarez *de relig. lib. 2. cap. 12. tit. de dieb. feſt.* Vndè videtur ipſos Iudices ſæculares, qui huiuſmodi præcepta faciunt, tanquam vſurpatores iuriſdictionis Eccleſiaſticæ declarandos eſſe incurriſſe excommunicationem Bullæ Cœnæ, ex Ricc. *in pr. var. reſol. cap. 413.*

Facit ad id ſequens Epiſtola ſcripta Archiepiſcopo Mediolan. à Sac. Congreg. Immun. in hæc verba:

Queſta Sacra Congregatione dell'Immunità Eccleſiaſtica per rimediare à gl'abuſi, che ſi vanno introducendo in Milano da quegl' Aſſiſtenti Regij, che deputa il Senato à tutte le Congregationi, e Capitoli di Confraternità, Oſpidali, e luoghi pij, doue congregandoſi perſone laiche, queſti trapaſſano i limiti della propria autorità, & inſtituto, non ſolo ingerendoſi nell'amminiſtratione dell'entrate, diſtributioni, & elemoſine, adempimento de' Legati, elettioni d'Officiali, e gouerno ſpiritgale de' medemi, ma col voler ancora hauer voto negl'iſteſſi Capitoli in graue pregiuditio dell'Immunità Eccleſiaſtica, doppo matura rifleſſione, hà riſoluto, che V. E. proibiſca à detti aſſiſtenti Regij l'vſo del votare nelle Congregationi, e Capitoli, che ſi fanno negl'Oſpidali, Confraternità, e luoghi pij, e che in oltre s'incarichi alla Paſtoral ſua vigilanza di così far'eſeguire, & inſieme di non permettere, che tali perſone laiche s'ingeriſcano all'amminiſtratione, e gouerno di detti luoghi pij, al qual' effetto ſi vaglia V. E. delle ſue facoltà Ordinarie, il cui eſercitio ben ſi promette la medema Sagra Congregatione d'hauer ſempre mai ad oſſeruare con zelo vnito alla ſolita prudenza dell'E. V. alla quale bacio humilmente le mani 20. di Settembre 1667.

Item alia Epiſcopo Nolano in hunc tenorem:

Queſta Sagra Congregatione hauendo ſentito da quanto l'hà fatto rappreſentare V. S. col ſuo memoriale, il pregiuditio, che viene inferito alla libertà, e giuriſdittione Eccleſiaſtica, per hauer egli ordinato, che i Fratelli di alcune Confraternità di coteſta Dioceſi, per venire all' elettione de' loro Officiali, non ſi radunano più, come prima per vſo inueterato, mà ſi ragunano nelle piazze, ſenza che v'interuengano gl'Eccleſiaſtici, è venuta in parere, che V. S. in ciò debba procedere ſer. ſer. come di ragione, e per quanto le occorrerà l'aſſiſtenza di Monſignor Nuntio, baſterà, che V. S. gli ne accenni il biſogno, hauendo già egli hauuto l'ordine di preſtargliela, ſecondo che da lei ne verrà richieſto. A 22. di Nouembre 1667.

Quod etiam declarauerat ipſa Sac. Congregatio in *Papien.* 10. Septemb. 1629. ibi: *Confraternitas authoritate Apoſtolica, vel Ordinaria erecta ſubeſt iuriſdictioni Epiſcopi, ac etiam Confratres, vbi agitur de intereſſe ſpirituali.*

Ceterum Confraternitatum huiuſmodi domus gaudent immunitate; etiam quoad confugientes, eadem Sac. Congreg. in *Ciuitatis Caſtelli* 23. Iulij 1652. Locatæ verò laicis non gaudent, in *Reatina* 14. Decemb. 1628.

Epiſcopus verò debet cogere adminiſtratores Confraternitatum, ſibi appropriantes redditus, prò reddenda ratione in *Guardien.* 18. Iun. 1652.

Cuſtodes animalium Confraternitatum eximuntur à gabella panis, in *Potentina* 24. Ian. 1651.

Officialium Confraternitatum canonicè inſtitutarum electio ad Confratres, eorundem verò Officialium confirmatio ad loci Epiſcopum, vel eius Vicarium Generalem pertinet Sac. Cong. Epiſc. in *Bononien.* 11. Auguſti 1627.

Vtrum ad decimas ab hominibus, & ab Vniuerſitatibus impoſitas ex tranſactione inita cum Baronibus intuitu exemptionum perſonalium, ſub reſeruatione tamen aſſenſus Regij, teneantur etiam Eccleſiaſtici prò prædijs poſt dictam tranſactionem acquiſitis? Vbi de recurſu ad Iudices laicos aliqua. tom.2.Conſult.48.

NEgatiuè. Primò quia, cum nec Regius aſſenſus, nequè ratificatio vnquam ſubſequutus fuerit, fruſtrà petitur executio dictæ tranſactionis, ac decimæ conuentæ ob non cuſtodiam pacti reſolutæ. Rota in *Sauonen. Camoriæ* 27.Iun.1642. coram Peutinger. & in *Cæſenaten.Ceuſuum* 3.Iun.1644.& 29.Iun.1645. coram Card.Corrado, Greg. *dec.* 192. Buratt. *dec.*374.*num.*12.

Quinimmò circumſcripta dicti Regij aſſeoſus reſeruatione, adhuc ille de iure in impoſitione collectæ omninò neceſſarius erat, cum non ſufficiat Vniuerſitatis, ac Baronis conſenſus, Nouarr.*de grauam.Vaſſallor.grau.*335. *num.* 3. Criuell.*deciſ.Dolan.*11.*num.*14. *lib.*2. Præſertim in Regno Neapolitano, in quo præter rationem directi dominij Sanctæ Sedis, beneplacitum Apoſtolicum in vectigalium indictione requiri quamplures cum vera ſententia aſſirmant, ve allegati per Marth. *vot.* 160. *per tot.in fin.* Capyc.*in ſua Inueſt.cap.feudorum clauſ.v.Irrogatur*, & alij, qui tradunt, quod ad euitandam Iniquitatem impoſitionum, quas immanis ille Federicus Imperator Regnis vtriuſque Siciliæ impoſuerat, interceſſit inter Papam Honorium, & Regem Neapolitanum capitulatio, quod ſolum io quatuor caſibus, nempè prò defenſione Regni graui, non procurara, prò Regis perſona redimenda ab hoſtibus, prò militia ſua, cum ſe, vel fratrem ſuum, vel aliquem ex liberis decorabit cingulo militari, & prò maritanda ſorore, val aliqua ex filiabus, aue neptibus ſuis, poſſit Rex gabellas imponere, in alijs minimè abſque conſenſu Sum. Pontificis directi dominij, qui Regnum conceſſit; Regna enim vtriuſque Siciliæ ſunt Patrimonium B. Petri, & Sedis Apoſtolicæ, Molteſ. *tom.*2. *ad conſuetud. Neapol. in princ. quaſt.*3. *num.*25. Azor.*par.*2.*mor.lib.*11.*cap.*5. *q.*4.& alij.

Ex quibus clara videtur nullitas inductionis eiuſmodi decimarum, & ideò Barones non ſolum nequeunt illas exigere, ſed exactas de facto cogendi ſunt ceoſuris ad reſtituendum, Graſſ. *de effect.Cler. effect.*3. *num.*8. Sperell. *deciſ.*37. *num.*70.*&* 71. cum in hac materia immunitatis per viam cenſurarum, non autem capturæ perſonarum procedendum ſit, idem Sperell.*deciſ.*42.*num.*6.vbi refert reſolutionem Sac.Congregationis, præcipuè ſi dicti Barones incurrerint in excommunicationem Bullæ Cęnę ob recurſus habitos ad Iudices laicos, quapropter non ſolum deoegatur eis audientia, Rot. *deciſ.*491. *num.*6. *par.*2.*recent.* Sed publicè denunciandi ſunt, Farinac. *deciſ.crim.*212. *num.*1. Rot.*deciſ.*8.*num.*1.*par.*4.*recen.* Etiam ſi non ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, ſed laicæ, ex Conſtit. Vrb.III.62.§.13.*Bullar. tom.*4. vbi etiam laici ſic recurrentes d.anathemate feriuntur. Idque etiam ſi cauſam proſequantur in Sac. Congr. Quoniam adhuc ſunt denuociandi, donec recurſibus purgatis, ac in ſe reuerſi, abſolutionem à Sanctiſſimo obtinuerint, Rot.*deciſ.*173. *num.*12.*& ſeq par.*6. *recen.* Ac non obſtante, quod agatur de decima feudali, cuius propterea qualitas cognoſcrnda videtur à Tribunali Regio: Nam etiam id decidendum eſt coram Eccleſiaſtico, Marth.*conſ.*2.*nu.*2. Franc. Marc. *deciſ.*369. *num.*1. *par.*2. iudicauit Rota Rom. 21. Maij 1631. apud de Marin. *quotid. reſol. cap.* 207. ac Sac.Congreg.Epiſc. in *Larinen.*28. Iun.1606.& in *Roſſanen.* 26.Septemb.1614. & in *Conſeotina* 20.Martij 1616. Atque reſoluit Sac. Congr. Immun. in *Caſſanen.* 9. Nouembr. 1631. Quia licèt dominium talium decimarum, hoc eſt illarum fructuum omninò ſpectet ad laicos; attamen quia oritur, ac dependet à iure ſpirituali, ſeù Eccleſiaſtico, non poteſt de illius cognoſcere, niſi Iudex Eccleſiaſticus. Illud denique monendum, non eſſe faciendas nouas Conſtitntiones, nequè augendas pęnas contrà recurrentes ad Tribunalia ſæcularia, cum ſufficiant iam editæ, præſertim in Bulla Cęnę. Quod cenſuit Sacr.Concil. 7.Auguſti 1614. & Sanctiſſimus approbauit.

An, & quatenus prò parte fructuum, quæ Ruſtico, Colono, Conductori, aut emphyteutæ bonorum Eccleſiaſticorum aduenit, poſſit à Principibus laicis imponi, vel exigi collecta, aut aliud onus? tom.2. Conſult.50. & tom.9. Conſult.20. & Conſult.53.

SAcra Congr. ſuper Epiſc. in *Oppidenſi* 18.Septemb.1618.determinauit, Colonos affictuarios, ſiuè nummarios, vel partiarios bonorum Eccleſiaſticorum gaudere immunitate collectarum, tam ordinariarum, quam extraordinariarum prò portione colonica. Idem cenſuit in *Imolen.* 19. Iulij 1622. in vna *Barnabitarum* 5.Martij 1627. Ac etiam declarauit Sac.Congreg.Immun.in dict.*Imolen.* 20.Febr.1629. inquiens Colonos partitarios Cardinalium gaudere immunitate ab oneribus; Quod Vrb.VIII. ſub die 6.Martij eiuſdem anni approbauit. Idipſum cenſuit in *Caſalen.*ſub d.die 28. Auguſti 1637.in qua cum dubitaretur: An propriè *dicantur* Coloni, & proprias Coloniæ *qualitates* habeant illi, qui colunt agros, & vineas Eccleſiaſticorum, appellanturque Coloni partiarij, *vulgò Mezzaroli*, diuidendo cum Dominis certam fructuum partem? Reſolutum: *Colonos partiarios Eccleſiaſticorum dici etiam illos, qui vulgò vocantur* Mezzaroli. Et in *Rauennatenſi* cenſuit, *Colonos Eccleſiarum, & Eccleſiaſtico-*

ſticorum eſſe exemptos ab huiuſmodi oneribus, di accompagnare le guardie, che caminano la campagna prò defenſione à damnis, die 10. Febr. 1632. Et luculenter in *Fauentina* tenoris ſequentis:

Al Veſcouo: *Il ſenſo della Sagra Congregatione ſopra le controuerſie giuriſdittionali circa l'eſentione preciſa de' Coloni di coteſto Veſcouatò, e che i Coloni partiarij, i quali viuono de' frutti, che ſi raccogliono ne' beni della Chieſa per il tempo di detta Colonia, habbiano à godere l'eſentioni, tanto riſpetto a' peſi perſonali, quanto a' peſi reali; Dourà V.S. perciò procurare l'eſecutione di eſſo, e dar conto del ſeguito, e Dio la conſoli. Roma 27. Nouembre 1628.*

Et in *Caſanaten.* prò Clero fuit dubitatum: an Coloni Eccleſiaſticorum poſſint adſtringi à Gubernatore Ciuitatis ad onera, & munera perſonalia, ac ſordida, præſtanda, & exercenda, puta accuſare, perſonaliter laborare, curru, plauſtriſqua geſtare paleas, fœnum, ligna, frumentum, vinum, aliaque ſimilia facere, tam prò ſeruitio ipſorum, quam in tranſitu Militum, & aliorum? Die 16. Iul. 1626. *Sacra &c. cenſuit, Colonos non teneri ad ſeruitia ſordida, nec ad ea, quæ retrahunt à cultura agrorum Eccleſiaſticorum.* Et in *Rauennaten.* prò Clero ſæculari, & Regulari die 22. Iunij eiuſdem anni: *Sacra &c. cenſuit, Colonos Eccleſiaſticos eſſe exemptos ab angaria tranſportationis palearum, & aliorum onerum perſonalium.* Idem declarauit in *Carpien.* 29. Martij 1667. Hoc ipſum poſt maturam diſcuſſionem Romæ anno 1620. definitum fuiſſe teſtatur Gauantus *in manual. Epiſcop. v. fori priuilegium.* Extanque in hac re litteræ Pontificio iuſſu Friderico Cardinali Borromeo Archiepiſcopo, & Duci Feriarum Gubernatori Mediolani ſcriptæ tenoris ſequentis:

Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine Obſeruantiſſime. *Delata eſt nuper ad Sanctiſſimum D.N. complurium expoſtulatio, quod iſtic à ſæcularibus Miniſtris bonorum Eccleſiæ conductores ad Milites hoſpitandos, vel in ipſis Eccleſiaſticis ædibus compellantur, quaſi ratione portionis, quam vocant colonicam, ab huiuſmodi onere ſe tueri, ac vindicare nequaquam poſſint. Quodque in Eccleſiaſticorum domus inſtituant cenſus taxa, ac ſuper fructibus bonorum Eccleſiaſticorum, dutij, imbottatus nomine nuncupatos, perſonaſque Eccleſiaſticas, nuntij expurgandis, ac vijs inſtaurandis, alijſque id genus oneribus, varijs nominibus premant, atque opprimant. Quæ omnia, vt cedunt in grauamen Eccleſiaſticæ libertatis offenſam, iſtiuſque Eccleſiæ detrimentum, itidem Sanctitas Sua ſummoueri, atque euelli operæ pretium ducens, conſultis hac de re Illuſtriſſimis Patribus Trid. Concil. Interpretibus, Amplitudinis V. Illuſtriſſimæ partes, ac paſtorale officium hiſce litteris compellat, conteſtaturque, vt maior ſuarum, ſuiſque ipſius zeli, ac probitatis memor, ne ſinat bona Eccleſiæ, ſeu illorum Colonos, iſtiuſmodi oneribus, atque exactionibus aliqua ex parte vexari. Quinimò in eos, qui aduerſus hæc quicquam facere, vel moliri præſumpſerint, ad Sac. Canon. præſcriptum, atque Apoſtolorum Conſtitutionum, illius præſertim, quæ die Cœnæ Domini legi conſueuit, ſeuerè animaduertat. Ità enim harum iniuriarum vindici Deo, Summique Pontificis iuſſioni, atque Eccleſiæ ſuæ prò ſuo munere reſpondebit. Nos verò quod ſupereſt Amplitudini Veſtræ Illuſtriſſimæ perpetuam precamur felicitatem, omniaque in illam ſumma, ac ſingularia ſtudia debemus. Romæ 10. Decembris 1617. Amplitud. Veſtræ Illuſtriſſimæ Humill. Seruitor. Ho. Card. Lancellottus.*

Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Signor mio Oſſeruandiſſimo. *Per l'auuiſi, che hà hauuto Noſtro Signore della reſolutione fatta in coteſto Senato di colletar l'ottaua Colonica de' Maſſari de' beni Eccleſiaſtici, gli è parſo di parlarne, come hà fatto in bona forma al Signor Cardinal Borgia, e di ſcriuerne vn Breue al Duca di Feria, qual s'è conſignato all'iſteſſo Signor Cardinal Borgia, perche glie l'inuij. E ſe bene la Santità Sua è certa, che V.S. Illuſtriſſima non è per mancare alle ſue parti, acciò che vna riſolutione così pregiuditiale non habbia effetto, nondimeno per la grauità del negotio hà voluto, che io le ne ſcriui, dandole parte di quello, che la Santità Sua hà fatta, e ricordandole di far officii co i Veſcoui dello Stato, che anch'eſſi faccino in quel, che poſſono il debito loro, e non ſi laſcino far pregiuditio, e ſe a V.S. Illuſtriſſima, ò a i medeſimi Veſcoui occorrerà di raccordare coſa alcuna per ſeruitio della cauſa, a Sua Santità ſarà cara d'intenderlo; Et io le bacio vmilmente le mani. Di Mondragone 8. Giugno 1619. Di V.S. Illuſtriſſima, e Reuerendiſſima. Vmiliſs. & Affettionatiſs. Seruitore. Il Cardinal Borgheſe.*

Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Signor mio Oſſeruandiſſimo. *Non hauendo queſti miei Illuſtriſſimi Signori Deputati dalla Santità di N.S. ſopra il negotio della portione Colonica potuto, come haurebbono deſiderato, pigliarui per adeſſa riſolutione per la difficoltà, che nella trattatione di eſſo ſi ſono incontrate, particolarmente nel procurar di aggiuſtar il fatto col Senator Viſconte, e col Fiſcale Schiaffinato mandati qua per queſt'effetto dal Duca di Feria Gouernator di coteſto Stato per Sua Maeſtà Cattolica; Et eſſendoſi riferita il tutto alla Santità Sua, mi hà la medema Santità Sua ordinata di ſcriuere a V.S. Illuſtriſſima, che non laſci far pregiuditio alcuno alla libertà, & immunità Eccleſiaſtica, ma che la defenda conforme la diſpoſitione de' Sagri Canoni, e delle Conſtitutioni Apoſtoliche, Et a V.S. Illuſtriſsima vmilmente bacio le mani. Roma 28. Agoſto 1620. Di V.S. Illuſtriſs. e Reuerendiſs. Vmiliſs. & Obligatiſs. Seruitore. Il Card. Giuſtiniano.*

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. *La Santità di N.S. hà ordinato à queſti miei Illuſtriſſimi Signori della Congr. deputata ſopra la Colonica, & a me, che ſi dia parte à V. Eccell. di quanto ſi è quì negotiato intorno alla cauſa di d. Colonica con Miniſtri mandati da V. Eccell. acciò ella del tutto reſti informata. È ſtato biſogno ſpendere lungo tempo in diſpute, & intendere la giuſtitia di queſta cau-*

Digitized by Google

ſa, eſſendo coſa nuoua molto graue,e di grand'eſempio, e conſeguenza, e particolarmente è conueniuto vniſſe i Veſcoui, e Clero, e i Regolari di coteſto Stato, acciò che veniſſero, ò mandaſſero à rappreſentar le ragioni loro, poiche ſi trattaua immediatamente del loro intereſſe. E perche per riſoluere per raggione il negotio,era fra i Miniſtri Regij,e Noi varietà di parere, ſi è paſſato à vedere, s'era poſſibile trouar temperamento, & accordo, che acquietaſſe l'animo, e la conſcienzia di Sua Santità; la quale deſideraua molto di compiacere à Sua Maeſtà, e V. E. in quanto ſi foſſe potuto. Mà è ſtato conoſciuto impoſſibile terminar per ora alcune coſe; E ciò per due raggioni principalmente. L'vna è perche trà Miniſtri Regii, & i Deputati del Clero non ſi concordaua nel fatto, ſpecialmente intorno al chiarire, ſe i Coloni delle Chieſe anticamente,ò per tempo immemorabile, ò dal 1594. in dietro concorreuano all'carichi Camerali, e militari, & in che quantità, & in che modo, & in che tempo. L'altra raggione è perche,hauendo ſcritto di Spagna Monſignore il Nuntio di Sua Santità, che i Regenti Caimo, e Faro erano ſtati da lui d'ordine di Sua Maeſtà à dirgli,che faceſſe ſapere à Sua Santità, che la pretenſione loro era di ſoſtenere, che l'impoſitione Colonica non ſi paghi, ſe non per quei carichi, e da quelli,e per quella quantità, ch'è ſtato ſolito ab immemorabili tempore citra, non douendoſi hauere riguardo à qualſiuoglia altra poſſeſſione exigendi, ancor che foſſe di 30. anni; E dicendo queſti Miniſtri Regij d'hauer ordini in contrario, ò molto differenti, e però dichiarandoſi di non voler cedere in parte alcuna per quello, che tocca a qualſiuoglia peſo, ò contributione, ſuppoſto ancora, che coſtaſſe, che i fittaiuoli della Chieſa per il paſſato non haueſſero pagato alcuna coſa, e che voleuano, che nell'auuenire foſſero tenuti à tutte l'impoſitioni come i Colonici laici, eccetto ch'in qualche parte dell'oſpitatione attuale. Sua Santità hà determinato,per maturar meglio queſto negotio così graue, dar ordine, che ſi piglino l'informationi, che ſi potranno hauere dello ſtato delle coſe per il paſſato, & in particolare dal 94. in dietro, & anco ordinato al ſuo Nuntio, che ne tratti con Sua Maeſtà, dandole conto particolare di quanto ſi è fatto, e mentre s'aſpetterà la riſpoſta con la relatione di quanto ſi ſarà negotiato con Sua Maeſtà,ſi ſpera,che V.E.ſia per agenolare la verificatione del fatto, ch'è tanto neceſſario per poter venire alla riſolutione conueniente, e crediamo ancora, ch'eſſi Miniſtri Regij debbono cooperar coſtì à queſt'intentione, e far fede a V.E. della buona volontà di Sua Santità, e noſtra. Queſto medeſimo ſono andato a dir'io col Signor Card. Mellino per comandamento di Sua Santità al Sig. Duca d'Albuquerque, eſſendo ſtati anco preſenti i detti Miniſtri; Ch'è quanto occorre far'intendere a V.E. alla quale ſi deſidera compita felicità. Roma 22. Decembre 1620. Di V.E. Seruitore, Il Card.Giuſtiniano.

Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Signor mio Oſſeruandiſſimo. *Per ordine della fel. mem. di Papa Paolo V. ſi ſcriſſe a V.S. Illuſtriſſima ſotto li 28. di Agoſto proſſimo paſſato, & à' Veſcoui di coteſto Stato ancora, acciòche difendeſſero la libertà,& immunità Eccleſiaſtica in occaſione della portione chiamata Colonica, e tentata da' Miniſtri Regij con danno notabile delle Chieſe, e loro beni; E perche ad alcuni de' ſudetti Veſcoui parue, che quella lettera foſſe troppo generica, & alquanto contraria, ò diuerſa dalla lettera, che per ordine del medeſimo Papa Paolo fù già ſotto li 20. Decembre 1617. ſcritta a V.S. Illuſtriſſima dal Card. Lancellotto, che ſia in gloria, la cui copia vien qui allegata, hà hora la Santità di N.S. hauendo prima ſentito il parere di queſti miei Illuſtriſſ. Signori Deputati dalla Santità Sua à queſto negotio, ordinato di replicarle, che le ſudette lettere non ſono contrarie, anzi vniformi, eccetto che come quella del già Card. Lancellotto contiene diuerſi capi di aggrauij, che da' Miniſtri laici ſi tentano a danno de' beni Eccleſiaſtici, come imbottato, taſſe, cenſi, colonica, e ſimili, così queſta de' 28. d'Agoſto fù riſtretta alla colonica ſolamente, e che però V.S. Illuſtriſſima ſia contenta d'ordinare, che per queſto punto della Colonica la libertà, & immunità Eccleſiaſtica ſia intrepidamente difeſa, e ſollenate le Chieſe di coteſta Città, e Dioceſi, e loro beni da ſimil aggrauio, commettendo, che proceda ſempre conforme alla diſpoſitione de' Sac.Canoni, e delle Conſtitutioni Apoſtoliche, e particolarmente della Bolla in Cena Domini. Et a V.S. Illuſtriſſima bacio humilmente le mani. Roma 5. Giugno 1621. Di V.S. Illuſtriſſ. e Reuerendiſſ. V.miliſſ. & Affettionatiſſ. Seruitore. Il Card.Millino.*

Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Signor mio Oſſeruandiſſimo. *Per ordine della Santità di N.S. ſi ſcriſſe a V.S. Illuſtriſſima, & a tutti i Veſcoui di coteſto Stato ſotto li 5. di Giugno dell'anno precedente acciòche procedeſſe, che la libertà, & immunità Eccleſiaſtica foſſe intrepidamente difeſa, e che li beni delle Chieſe di coteſta Città, e Dioceſi foſſero ſolleuati da gli aggrauij, che riceuono da i Miniſtri Secolari per conto della portione Colonica. Hora eſſendoſi veduta copia di vna lettera, che il Signor Card. Giuſtiniano, che ſia in gloria, ſcriſſe al Signor Duca di Feria, nella quale i Miniſtri Regij fanno fondamento, & alcuni Veſcoui ſi moſtrano perciò alquanto tepidi nell'eſeguire l'ordine dato loro, eſſendo anco ſtato dato alla Santità Sua a nome del medeſimo Signor Duca memoriale ſopra di queſto, ha Sua Beatitudine ordinato, che ſi ſcriua allo ſteſſo Signor Duca, e ſi dichiari la ſudetta lettera, come V.S. Illuſtriſſima vedrà dalla copia, che viene quì anneſſa, la quale ſe l'inuia per commiſſione della Santità Sua, a fin che conforme al tenore di eſſa poſſa V.S. Illuſtriſſima con la ſolita ſua pietà, e zelo continuare d'adempire le ſue parti nella difeſa, e manutentioni della ſudetta libertà, & immunità Eccleſiaſtica, conforme all'ordine già datole; Che io per fine humilmente bacio le mani a V.S.Illuſtriſſima. Roma 20. Maggio 1622. Di V.S.Illuſtriſſ. e Reuerendiſſ. V.miliſſ.& Affettionatiſſ.Seruitore. Il Card.Mellino.*

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. *Al contenu-*

tenuto del memoriale, che a nome di V.E. fù dato dal Signor Duca d'Abburquerque alla Santità di N.S. in materia degl'aggrauij, che alcuni Sindici, delle Communità di coteſto Stato pretendono di riceuere dal Signor Cardinal Borromeo per conto della portione colonica, hà Sua Beatitudine doppo hauer ſentito il parere di queſti Illuſtriſſimi miei Deputati a queſto negotio ordinato, di riſpondere, che la lettera, che per ordine della ſan.mem. di Paolo V. fù ſcritta à V.E. ſotto li 22. Decembre 1620. dal Signor Card. Giuſtiniano, che ſia in gloria, non riuoca in dubio, quel che la ragione commune nel ſudetto negotio ricerca, mà ſolamente laſcia dubioſo quello, che tocca al fatto, quale da Procuratori de gl'Eccleſiaſtici ſi rappreſentaua in vn modo, e da Miniſtri di Sua Maeſtà, che all'ora ſi trouauano quì per queſto, ſi preſupponeua in vn altro; Onde ſicome per diſpoſitione de Sac. Canoni, e della Bolla in Cœna Domini, i violatori dell Immunità Eccleſiaſtica incorrono nelle Cenſure, così non ſuffraga loro, che i Veſcoui non procedino alle dichiarationi, le quali non ſeruono ad altro, che à publicarſi gl'incorſi in eſſe, à fin che ſiano ſchiſati da gli altri, nè commettano noui peccati col conuerſare con i fedeli; Per quello poi, che tocca la petitione di V.E. intorno al ſopraſſedere da ſimili dichiarationi, alla Santità Sua ſarà cariſſimo, che ſe ne leui a' Veſcoui l'occaſione, poiche altrimente mancherebboro al debito loro, ſe pregiudicandoſi all'Immunità Eccleſiaſtica eſſi reſtaſſero di valerſi di quei rimedij, che ſono preſcritti da Sac. Canoni; Sarà però officio della pietà di V.E. e de Miniſtri di Sua Maeſtà il prouedere, che non s'apporti pregiuditio alcuno all'Immunità Eccleſiaſtica, poiche col rimouere la cauſa, s'eccitera l'incorſo delle Cenſure, e la neceſſità delle dichiarationi, e V.E. riceuerà della benigna mano di Sua Beatitudine tutte quelle dimoſtrationi di paterno affetto, che ſaranno poſſibili. Et io con queſto a V.E. bacio le mani. Roma 20. Maggio 1622. Di V.E. Seruitore. Il Card. Mellino.

Et licet aliqui voluerint, quod vbi adeſt conſuetudo collectandi Colonos prò parte colonica, illa ſit obſeruanda, moti ex communi concluſione, qua diſponitur, in collectis exigendis ſeruandam eſſe conſuetudinem, vt Iaſon. *in leg.1. num 32. C. de iur. emphyt.* Pariſ. *conſ.25, num.54.& 95.* & alij. Et ità declaraſſe, ac moderatum eſſe Leonem X. quaſdam exemptiones conceſſas Eccleſiaſticis ſæcularibus, & Regularibus traditio eſt, & ità etiam declaraſſe, fertur Sac. Cong. Conc. in vna *Ferrarienſi*; Attamen Sac. Con. Immunit. ſæpius cenſuit, id intelligi de Colonis affictuarijs, non verò de partiarijs. Et de Colonis affictuarijs cum exponeretur Sac. Congregationi Immun. *Da Girolamo Cembelli d'Aſſiſi Affittuario della Badia di S. Maria di Val di Ponte, che pretende di non pagare alla Città d'Aſſiſi la gabella del tranſito del grano da lui venduto alla Communità di Spello, riſponde il Signor Cardinal Rondanini, che il Gabelliero ne ha ottenuto decreto fauoreuole da Monſignor Teſoriero.* Sac Cong. Immun, 4. *Decembr. 1657. reſpondit, gaudere.*

At non reiectis contrarijs oppoſitionibus, verius eſt, non teneri ad huiuſmodi onera. Quia vel ſunt merè perſonalia, vel mixta. Si merè perſonalia, magis communis opinio eſt, eos eſſe immunes, Rimin. ſen. *conſ.740. num.12. & 23. lib.4.* Surd. *conſ.301. num.90.* & fuit reſolutum à Sac. Cong. Immun. in *Caſalen.* 18. Aug. 1637. Si mixta ratione quidē exercitij in bonis eulris, ſunt etiam immunes ab eiſdem oneribus, Grall. *effect.3. num 51.* Ciarlin. *contron for, cap.21. n.21.* & Sperell. *dec 42. num. 50. & ſeq.*

Decreta Sac. Cong. Immun. conſeramus ad compendium.

Coloni Eccleſiaſticorum partiarij gaudent priuilegio fori, & exmptione ab exactionibus, in *Neocaſtren* 13. Auguſti 1620. in *Vrbeuetana* 29. Decemb. 1625. in *Firmana* 20. Ianuar. 1654. in *S. Agathæ Gothorum* 16. Iul. 1626. in *Viterbien.* 6. Decemb. 1627. & in *Fulginaten.* 7. Nouemb. 1651.

Eximuntur ab oneribus, & Contractibus Communitatis. in *Ceruien.* 20. Mart. 1630.

Eximuntur à ſolutione affidæ, & aliarum impoſitionum, in *Spoletana* 9. Octobr. 1619.

Eximuntur à portione Colonica, in *Placentina* 121 Nouemb. 1652.

Non tenentur ad gabellam furni, ſeù focularij in *Auximana* 25. Maij 1655.

Nec ad ſolutionem affidæ prò animalibus proprijs; niſi Ciuitas ſit verè domina paſcuorum, & affida ſit pretium herbarum, ibidem.

Coloni non poſſunt conſcribi inter Milites, in *Peruſina* 11. Decembris 1646.

Eximuntur ab hoſpitatione Militum, in *Rhegien.* 14. Decemb 1649.

Eximuntur ab onere Ærariatus, & alijs oneribus perſonalibus, in *Bouinen.* 1. Septemb 1648.

Non ſunt priuandi quaſi poſſeſſione non ſoluendi affidas, & iuris paſcendi, in *Maceraten.* 18. Februar. 1653.

Eorum animalia eximuntur à ſeruitio publico viarum, in *Maceraten.* 15 Decembr. 1654.

Non tenentur ad ſeruitia ſordida, in *Cæſanaten.* 16. Iul. 1626.

Neque ire ad Molendina Communitatis, in *Vrbeuetana* 25. Maij 1655.

Eximuntur ab angaria traſportationis palearum, in *Recinaten.* 22, Iun. 1655.

Eximuntur à ſolutione macinatus prò rebus inſeruientibus culturæ Monialium, in *Auximana* 4 Nouemb. 1631.

Coloni Monialium eximuntur à gabella iuris paſcendi prò animalibus Monialium tantum, in *Spoletana* 18. Iul. 1629.

Ex Sac. Congr. ſuper Epiſc. in *Oppiden.* 18. Sept. 1618. Coloni, aut affictuarij, vel partiarij bonorum Eccleſiaſticorum exemptione collectarum, tam Ordinariarum, quam extraordinariarum prò portione colonica gaudent.

Ex Pio V. Conſt. 10. ſub 18. Kal. Decembr. 1566. Coloni arrendatarij, locatarij, affictuarij negociorum geſſores Ordinum Mendicantium ſunt

immu-

immunes à cunctis exactionibus, tam ruſticis, quam vrbanis.

Bona emphyteotica Eccleſiaſticorum non poſſunt a laicis collectari; Sac.Congr. Immun. in *Balneoregien*.15.Febr.1633.

Fundus patrimonij emphyteutarum non poteſt collectari, eadem Sac.Congr. in *Caputaquen*.27. Auguſti 1617.

Molendina, & alia ædificia Eccleſiæ ſunt exempta, in Montis Regalis 15.Ianuar.1647.

Bona Eccleſiarum in emphyteuſim conceſſa ſunt immunia ab oneribus laicalibus, eadem Sacr. Congr.23.Iul.1652.

Cognitio cauſæ ſuper bonis emphyteuticis ſpectant ad Iudicem Eccleſiaſticum, in *Montisfaliſci* 14.Ianuar.1634.

Emphyteutæ Eccleſiaſticorum eximuntur ab oneribus Communitatis, in Imolen. 27.Maij 1654. in *Oppiden* 29. Maij 1646.

Emphyteuta Eccleſiæ non poteſt recedere à foro Eccleſiaſtico, in *Caſalen*.14 Febr.1628.

Emphyteuta Eccleſiæ non poteſt declinare forum reſpectu ſolutionis Canonis, vel quandò agitur de dominio Eccleſiæ, & ſtatutum, & conſuetudo, vel edictum Principis ſæcularis, quo prohibetur extractio fructuum extrà territorium, non comprehendit Eccleſiaſticos, in *Montiſfaliſci* 14.Ian.1634.

Cognitio cauſæ ſuper bonis emphyteuticis Eccleſiaſticorum ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum priuatiuè quoad alios, etiam ſi dubitetur dicta bona eſſe emphyteutica, cum iſta cognitio ſpectet ad Eccleſiaſticum, in *Oppiden*. 23. Iul. 1652.

Bona Eccleſiaſticorum, & locorum piorum in emphyteuſim laicis conceſſa ſiuè Canones, qui prò dictis bonis ſoluuntur, licet ſint tenues, ſiuè fructibus correſpondentes, eſſe exempta ab omnibus oneribus, & impoſitionibus laicalibus. ibidem.

In d. *Caputaquen*. 27. Auguſti 1627. Epiſcopus ratione feudi emphyteutici non permittat collectari.

Emphyteutæ bonorum Eccleſiaſticorum gaudent immunitate ab oneribus laicalibus, in *Imolen*. 27. Maij 1654.& in *Oppiden*.29. Maij 1645.

An inter laici poſſint conueniri in foro Eccleſiaſtico ob bona emphyteutica, & redditiua Eccleſijs quoad dominium directum? Sac.Congr. cenſuit affirmatiuè in *Cariolen*.4. Sept.1668.

Die 24. Maij in *Caſalen*, ad 1. reſpondit, Colonos perſonarum Eccleſiaſticarum teneri ad ſolutionem oneris nuncupati del *Taſſo* prò bonis proprijs dumtaxat.

Ad 2. eos Colonos teneri ad ſolutionem oneris vnius Solidi pro bobus tantum proprijs, non deſtinatis ad culturam bonorum Eccleſiaſticorum.

Ad. 3. non teneri ad ſolutionem oneris ſex denariorum ratione induſtriæ, & exercitij, quod habent ratione culturæ bonorum earundem perſonarum Eccleſiaſticarum.

An, & quatenus Coloni, ſerui, famuliue Eccleſiæ Cardinalium, Epiſcoporum, & Clericorum gaudeant fori priuilegio? tom.2.Conſult.51. Vide etiam tom.1. Conſult.81.& Conſul.95.& Conſul.467. ac tom.9. Conſul.1.

Tenendum eſt, tam de iure, quam de conſuetudine, famulos, Colonos, & Seruos Eccleſiæ Cardinalium, & Epiſcoporum, durante famulatu, colonia, & ſeruitio, gaudere fori priuilegio in delictis, etiam extrà ſuum officium commiſſis, ex Doctoribus, quos citat Menoch. *de arbitr. cent.6.caſ.*562.*nu*.7. & ſequitur Dian. *par*.3. *tr*.1. *reſol*.47. ac alij. Et declarauit Sac. Cong. Immun.6. Decemb. 1627. nempè: *Colonos Epiſcoporum, durante colonia, etiam fori priuilegio gaudere*. Idem quoad Colonos partiarios Cardinalium ob eorum dignitatem ſentimus. Quoad Colonos verò Clericorum, aliorumque Eccleſiaſticorum in ciuilibus conueniuntur coram Iudice laico, in criminalibus ſecundum conſuetudinem, prout cenſuit Sac. Congr.Epiſc. in *Rheginen*.& *Firmana*.21.Febr. 1581.Siquidem Coloni partiarij Cardinalium, & Epiſcoporum peculiari priuilegio eorumdem gaudent priuilegio fori. Quod indubitatum cenſetur de iure, ex cap. *fin. de offic. Archid.* vbi Abb. *num*. 5. *cap. Iudicatum* 89. d. Burſat. *conſ*.25. *num*.2. Quodque paſſim Sac. Congregationes Conc. Immun. & Epiſc. approbarunt ea ratione: quia, cum habitent in domibus bonorum menſæ Epiſcopalis, & ſe alant ex fructibus eorundem bonorum, dicuntur de familia ipſius Epiſcopi, vt per Burſattum vbi ſupra cum alijs apud ipſum. Quinimmò cum quæreretur in Sac Congreg. Immun. An delicta famulorum inſeruientium Colonis menſæ Epiſcopalis, ſiuè Eccleſiaſticorum; commiſſa tamen in poſſeſſionibus Eccleſiaſticis, cognoſci debeant à foro laicali? Sac. Congr. 25.Septemb.1663.in *Auximana* reſpondit *negatiuè, ſed ſpectare ad Curiam Eccleſiaſticam*. At mihi nihilominus prò Colonis etiam Eccleſiaſticorum extant decreta Sac.Congr.Immun. Vndè ſub die 13.Nouemb. 1668. in *Vrbanien.* ſcriptum Vicelegato, qui faciat illa obſeruari, ſcilicet, quod Coloni partiarij Menſæ Epiſcopalis, Eccleſiaſticorum gaudeant priuilegio fori, dummodò ex fructibus Colniæ viuant prò maiori parte anni.

Decreta, ac reſolutiones Sacrarum Congregationum in arctum collecta hæc ſunt.

Epiſcoporum Serui ſunt exempti ab oneribus perſonalibus. Sac. Cong. immun. in *Bononien*. 10. Nouemb. 1648.

Seruus Equitis Hieroſolymitani gaudent priuilegio fori, eadem in *Aquilana* 10. April. 1628.

Familiares Epiſcopi gaudent priuilegio fori, & poſſunt deferre arma, eadem in *Montis Politiani* 13. Iul.1647.

Fa-

Familia laica Epiſcopi Titularis gaudet priuilegio fori. Eadem 17.Ianuar. 1628. his verbis. *Sacra & cenſuit, familiares, etiam Epiſcopi Titularis gaudere debere priuilegio fori, ità tamen, vt conueniri debeant, & ſint puniendi ab Ordinario loci, vbi degunt, non ab Epiſcopo, ſeù Archiepiſcopo Titulari.*

Familiares Aduocati pauperum non gaudent fori priuilegio. Eadem in *Interamnen.* 6. Maij 1657.

Familiares Epiſcopi non poſſunt deleri iuſſu, & decreto Magiſtratus, nequè priuari quacumque prærogatiua, ex eo quod recuſaret acceptare officia d. Magiſtratus, eadem in *Foroſempronien.* 1. Septembr. 1671.

Familiares Regularium prò delictis antè familiaritatem commiſſis non gaudent exemptione fori, in *Aſſiſien.* 15. Nouemb. 1672.

Famulus Vicarij Generalis gaudet priuilegio fori. in *Ferentina* 13. Iul. 1647.

Famuli Clericorum ſunt exempti ab impoſitione, vt dicitur *a teſta*, in *Roſſanen.* 24. Ianuar. 1645.

Famuli laici, qui inſeruiunt Alumnis Collegij Seminarij ſumptibus ipſius Collegij, gaudent priuilegio fori, in *Peruſina* 23. Septemb. 1653.

Familiares Cardinalium, & Epiſcoporum, etiam prò delictis extrà officium commiſſis gaudent priuilegio fori. Sac. Congr. Epiſc. 2. Martij 1611.

Fiſcalis, quem Epiſcopus tenet in aliquà Ciuitate, vel Caſtro, in quo ſpiritualem, & temporalem iuriſdictionem exercet, tanquam ipſius Epiſcopi familiaris, gaudet priuilegio fori, nec ad perſonalia Ciuitatis munia tenetur, eadem. Sac. Cong. Epiſc. 11. Decemb. 1625. Nec prò debitis, vel delictis, etiam extrà officium commiſſis, capi, carcerari, vel iudicari poteſt per laicam poteſtatem, eadem in *Groſſitana* 30. Septemb. 1616.

Ad euitandas tamen occaſiones diſſentionum cum ſæculari Curia expediret, Epiſcopum non vti officialibus laicis, præſertim vxoratis. Quia licet de iure regulariter vxor ſequatur forum Viri, vt declarauit Sac. Cong. Immun. 17. Ianuar. 1628. in *Neroniten.* In executione tamen non deerunt difficultates. Eadem Cong. Epiſc. in *Oppiden.* 23. Iun. 1620.

Et etiam Archiuij cuſtodiæ debet Epiſcopus præfigere perſonam Eccleſiaſticam, in *Cathacen.* 26. Auguſti 1642.

Priuilegia conceſſa per Sac. Canones Miniſtris, officialibus, vel familiaribus Epiſcoporum, ità ſunt clara, vt in dubium reuocari non valeant, & in materia Immunitatis procedendum per viam Cenſurarum, non autem capturæ, eadem 18. Maij 1604. & Sac. Congr. Immun. 14. Decembr. 1626.

Familiares laici Epiſcopi ſunt exempti à laica iuriſdictione, eadem Sac. Cong. Epiſc. 7. Iun. 1595.

Familiam ſuam armatam licet Epiſcopis augere; dummodò tamen circà numerum, & qalitatem eorum, quos ſibi duxerit aſſumendos, prudenter, ac moderatè ſe gerat. Sac. Cong. Conc. in *Agrigentina* 4. Decembr. 1627.

Familares Cardinalium actu ſeruientes ſunt ab Ordinariorum iuriſdictione exempti. Leo X. *Coſtit.* 10. *ſub.* 4. *Nonis* Maij 1512 & coram Auditore Cameræ conueniuntur. Iulius II. *Conſtit.* 28. 5. Kal. April. 1512.

In *Vrbeuetana* 6. Mart. 1635. & in *Fulginaten.* 13. Iul. 1637. Sacra &c. cenſuit, cognitionem cauſæ Macharij filij Coloni Menſæ Epiſcopalis ſpectare ad Curiam Epiſcopalem. Idem declarauit in *Ariminen.* 13. Iul. 1631.

An laicus offendens familiarem, vel Miniſtrum Epiſcopi, vel Cardinalis, puniendus ſit à foro Eccleſiaſtico? tom. 2. Conſul. 52.

Diſtinguimus: Si offendit, vt talem intuitu officij ſui, in officij executione, puniendus eſt ab Eccleſiaſtico: Nam in hòc caſu offendit illius iuriſdictionem, ac dignitatem. Ideòque intrat concluſio, quod turbans iuriſdictionem Iudicis punitur ab illo Iudice, cuius iuriſdictio turbata eſt. Menoch. *conſ.* 240. *num.* 82. Eugen. *conſ.* 31. Ac cenſuit Sac. Congr. Immun. in *Anconitana* 9. Iun. 1671. & Sac. Congr. Concil. in *Panormitana* his verbis: *Officiales Curiæ Epiſcopalis in actu exercendi ſuum officium offendentes, vel alias Epiſcopi iuriſdictionem impedientes, etiam ſi Milites Hieroſolymitani ſint, vel aliter exempti, ab Epiſcopo coerceri, & puniri poſſunt*; Si verò offendit vt priuatus ex inimicitia, eſt delictum mixti fori; ideòque poteſt puniri à præueniente: Nam in hoc caſu læditur ſola perſona ipſius offenſi.

Diſparitas vtriuſque caſus declaratur ex exemplis; Offendens enim Conſiliarium Principis, ſi id faciat intuitu officij, eſt reus læſæ Maieſtatis; Si ex inimicitia, non item, vt obſeruant Fab. de Ann. *conſ.* 67. *num.* 2. *vol.* 1. Odd. *conſ.* 88. & alij. Idem de offendente Miniſtro S. Officij, &c.

De homicidio proditorio, ad effectum priuandi Reum Eccleſiaſtica Immunitate, multa curioſa, ac breuiter excutiuntur:

1 *An ſalutationes mutuæ per capitis detectionem, aliaue ſigna, atque actus vrbanitatis, ità ſatis ſint ad aliquem à metu liberandum, vt ſi occidatur, dici poſſit incautè occiſus?*

2 *An occidens ſub fide data de non offendendo, excludatur ab immunitate? Vbi eiuſmodi fides quomodo probetur?*

3 *An propter incertitudinem letalium vulnerum, à pluribus inflictorum, locus ſit immunitati?* tom. 2. Conſult. 53. & tom. 1. Conſult. 48. & Conſult. 102. eiuſdem tom. 1.

AD

Digitized by Google

AD 1. Negatiuè. Etenim duo cupulariuè requiruntur, vt homicidium dici queat proditorium: Quod nempè fiat à fingente ſe amicum, & quod fiat cum amicitiæ ſigno, vt optimè explicat Anonym. apud Campanil. *in diuerſ. iur. Can. §. Induſtria col.1.* Vt igitur ex actibus ſimulatæ amicitiæ arguatur proditio, requiritur, quod actus ſint contemporanei aggreſſioni, & maleficio, & quod occiſus illis fuerit allectus ad confidendum de occiſore, vt conuincunt exempla Bartoli *in l. reſpiciendum §. delinqunt*, & exmpla Abſalonis, & Ioab relara à Suarez. *tom. de Relig. lib.3. cap.11. num.12.* Farinac. *conſ.168. num.70.* & alij.

Nullum autem ex ſalutatione intercedit contemporaneum amicitiæ ſignum. Non quidem quandò eodem tempore cum ſiniſtra quis caput detegit, cum dextra occidit. Huiuſmodi enim capitis derectio non poteſt aliquam gignere confidentiam. Debet enim, vt aiunt Doctores, amicitiæ ſignum præcedere, vt alliciat ad confidentiam, ex qua allectus redditur incautus. Præterea huiuſmodi capitis detectio eſt nimis æquiuoca. Nam poteſt eſſe caſualis, vel ad pileum in capite comprimendum, vel referri poteſt ad ſocios inimici. Accedit, quod ſi occiſor vellet occiſum ſecurum reddere, præueniret veram ſalutationem, vt decet inter nobiles, & amicos, qui non ſolent expectare, vt alter caput aperiat, ſed præuenire; Vndè potius cenſeri debet ſignum animi inimici, dum non præuenit in ſalutando, vt par eſt inter amicos. Et ideò capitis detectio neci contemporanea non poteſt reddere quempiam ſecurum, ſed ad ſummum eſt quid valdè æquiuocum; adeò vt nequeat inducere indubitatum amicitiæ ſignum, quod ad proditionem omninò requiritur. Nequè etiam quandò ſalutationes mutuò præceſſerint. Primò quia ſalutationes præcedentes non poſſunt dici contemporaneæ homicidio, vt ex dictis exigitur. Secundò, quia ſalutationes non ſunt ſigna veræ, ac ſinceræ, amicitiæ; fiunt enim ad honeſtatem; ea enim, quæ fiunt ex cauſa honeſtatis, vel vrbanitatis, adſcribi non poſſunt amicitiæ formali, requiſitæ ad inducendam proditionem, Farinac. *conſ.98. nu.4.* Cumque ſint ſigna communia, non conſtituunt veram amicitiam, & quia non reſalutando ſalutantem eſſet inſtantanea cauſa rixandi; ideò non poſſunt neceſſariò inferre proditionem, vt firmant Ben. *cap.16. dub.20. nu.8.* & Farinac. ibidem. Tandem ex hiſce ſalutationibus nihil aliud reſultare poteſt, quam remiſſio iniuriæ per modum reconciliationis, non autem per modum fidei datæ, ex qua reſultare poſſit proditio, Guazzin. *de pac. quæſt.80. num.8. par.1.* Vermigl. *conſ.93. num.13.* Inimicus autem interficiens inimicum reconciliatum gaudet immunitate, Vermigl. *conſ.93. num.7.* vbi ex authoritate Riccij *deciſ.168. num.2. & ſeqq. par.1.* teſtatur, ità etiam deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana ex communi omnium voto, Prat. *reſp 13. num.17. & ſeqq. & in fine*, refert in Magna Curia Vicariæ ſub die 17. Sept. 1662. ordinatum fuiſſe, homicidam ſub inſtrumento pacis reconciliatum gaudere immunitate Eccleſiæ. Vide tamen quę tradidi hac in re *tom.1.* Deficiente igitur formalitate proditoris, quod requirit reaſſumptionem ſtrictę amicitię per conuerſationem, ſeù commenſalitatem, gaudere debet beneficio immunitatis.

Ad 2. Supponendum eſt in caſu, mediatorem non fuiſſe ab vtraque parte aſſumptum, & approbatum. Tunc enim mediatores maiorem merentur fidem propter approbationem perſonæ ab vtraque parte factam. Farinac. *quæſt.60. nu.415.* Secus ſi ſit Nuncius, ſeù perſona ab altera, tantum partium electa; tunc enim intrant doctrinæ allegatæ per Ciarlin, & alios, præſertim quandò aliæ militant exceptiones. Atque ità quod committens homicidium cum præcedente ſecuritate, ſiuè cautione de non offendendo mulctetur ſanctitatis loci præſidio, cenſuit Sac. Congr. Immun. in *Aiacen. 16. Iul. 1669.*

Quamuis ad eiuſmodi mediatores omninò reijciendum ſatis ſit ſola tantum ſingularitas, cum duo teſtes ſingulares nihil penitus officiant, cum non verſemur in cauſa ciuili, nequè ad effectum ſimpliciter Inquirendi, ſed condemnandi, vt benè declarat, ac de veriori, & tutiori teſtatur Farinac. *conſ.78. n.14. lib.1. & de teſtiq. quęſt.64. n.57. & ſeqq.* Menoch. *conſ.88. num.161. lib.2.* ac alij.

Quoad 3. Cenſeo, eſſe locum; Ea quidem ratione: quia Conſtitutio Greg. XIV. illum eaucummodò priuat immunitate, qui verè fuit occiſor; Non autem eos, qui vulnerant, vt in ſpecie firmat Graſſer. *§.20. n.17. in nctis num. antecedentibus.* Siquidem is, qui poſt inflictum vulnus lætaliter vulnerauit, non dicitur occiſor, nequè homicida, Farinac. *quæſt.69. nu.31.* Atque ità vt incertitudo veri occiſoris operetur, quod omnes pœna ordinaria homicidij abſoluantur, vt in terminis firmat Ciarlin. *contr.151. num.17. lib.2.* Farinac. *d. quæſt.69. nu.31.* Vndè ſi propter ſolam incertitudinem nemo ex delinquentium pœna ordinaria puniri poteſt, fortius profectò concludendum eſt, omnes Immunitate Eccleſiæ gaudere in puncto Ciarlin. *ibidem*, Cancer. *var. reſol. cap.10. nu.120.* Quæ ſanè omnia procedunt in ſamulis occiſoris, cum & eorum quoque reſpectu militent ſuperius firmata, quinimmò & multò magis debent ipſi Immunitate gaudere, Ciarlin. *contr.50. nu.118. lib.1.* cum teneantur Dominum ſuum defendere, & propriæ ſaluti præferre, Farinac. *q.125. num.310. & 312. quæſt.51. num.27.* Et ſic non ſolum reſtituendi ſunt Eccleſię, ad quas confugerant, ſed nec contrà eos agi poſſe videtur de aliqua pœna extraordinaria, eòque minus captos in Eccleſia ad triremes condemnari poſſe. Suar. *tom.1. de Relig. tract.2. lib.8. cap.12. num 5. & 6.* Dian. *tract.1. de Immun. reſol.12. par.1.* & alij: Quare fieri debet probatio in gene-

genere, itàut cadauer occiſi viſitetur iudicialiter à Medicis, & Chirurgis, ad cognoſcendum ex quibus vulneribus obierit, Farinac. *quæſt.2. num.4.* Scacc. *de iudic. cap.82. num.13. lib.1.* Et duo Medici adhibendi ſunt, & examinandi, Farinac. *quæſt.2. num.4. & ibidem*.

Illud deniquè iterum moneo, in dubio reſoluendum prò Immunitate, & cum Sanctiſſimo prò pœna extraordinaria.

De decretis autem Sacrarum Congregationum breuiter, cum alibi ea retulimus:

Si conſtet de qualitate proditionis, non ſequuta morte, damnatur ad triremes. Sacra Congregatio Immunit. in *Bononien.* 23. Februarij 1638.

Ad probationem homicidij proditorij requiritur amicitia præcedens. Eadem in *Beneuentana* 18. Auguſti 1637.

Non eſt proditor, qui occidit inimicum, etiam per inſidias, & à tergo. Sac. Congr. Epiſc. in *Boianen.* 6. April. 1612. Et ità declaraſſe Clemen. XIII. teſtis eſt Giurb. *conſ.100. n.9.*

An, & quatenus Eccleſiaſtici teneantur ad munera ciuilia? Vbi

An bona in perpetuum obligata Cataſtro, ſiuè Æſtimo communi, quę tranſeunt ad Eccleſiam, & Eccleſiaſticos, reddantur immunia ab oneribus, an verò tranſeant obnoxia dictis oneribus virtute hypotecæ contractæ; ac dependentis ab illorum deſcriptione?

Vbi ad rem decreta Sacrarum Congregationum, præſertim Immunitatis, plura antiqua, & recentiora, & ratio ſatisfaciendi Principum expoſtulationibus, ac deſiderijs?

tom.2. Conſult. 54.

COmmuniter onerum partitio, quam ex *l.5. & fin. ff. de mun. & bonor.* tradunt Doctores, eſt in perſonalia, realia, & mixta. Perſonalia ſunt, quæ labore perſonæ, ſiuè animi, ſiuè corporis præſtantur. Realia, quę et patrimonialia dicuntur, ſunt, in quibus non perſonæ, ſed ſumptus maximè poſtulantur. Mixta quæ ſimul perſona, & ſumptibus præſtantur, *l.fin. §. mixta*.

Ab omnibus autem hiſce muneribus eſſe immunes Eccleſias, & Eccleſiaſticos patet apertè, tum ex *cap. aduerſus de Immun. Eccleſ. cap. quamquam de cenſib. in 6.* tum etiam ex Bulla Cœnæ Domini *cap.18.*

Non tamen ex hoc inferendum eſt, non licere Principibus honoris cauſa Magiſtratus, & adminiſtrationes, aliaque munera, etiam ſimplicia Eccleſiaſticis demandare, hiſque licitum eſſe ſuſcipere, quod tamen paſſim fit. Nam prohibetur onerum impoſitio, pròut dici quid odioſum, & prout fit Subdito, & ex imperio, non autem pròut decus inuoluit, honorificè demandatur, & ſpontè ſuſcipitur. Tota igitur difficultas in ſecundam quæſtionem redigitur, quam ità aliqui in infinitas particulas, in capita, ſectiones, ſubſectiones, &c. redigunt, vt non tollant difficultates, ſed augeant.

Nos verò in duas præcipuas inſpectiones illam diuidimus. Prima eſt quoad dicta bona deſcripta, quæ tranſeunt ad Eccleſiaſticos, prò eius reſolutione tres caſus conſiderari poſſunt.

Primus quandò in locis adſunt Statuta, in quibus diſponitur, quod omnia bona in Cataſtro deſcripta ſint hypothecata prò oneribus præſentibus, & futuris. Et in hoc caſu affirmatiuè reſoluit Bartol. *in l. reſcripto 6 §. ſciendum n.5. ff. de muner. & honor.* Ratio deducitur ex æquitate: Nam alioquin priuilegium Immunitatis redderetur iniquum. Vel enim remaneret Communitas cum maiori onere ſuper prædijs ſęcularium propter Eccleſiaſticorum bonorum Immunitatem. Vel id cederet in magnum præiudicium Principum; quia priuarentur magna parte ſuorum prouentuum, quibus ad ſuſtinenda onera, & honorem ſui muneris maximè indigent, quod permittendum non eſt, Anchar. *conſ.303.* Natt. *conſ.505. lib.3.* Vndè cum in iuriſdictione habuerint prædia, quæ poſteà peruenerunt ad Eccleſiaſticos, ea tranſeunt cum onere ſuo. Atque adeò quod Eccleſiaſtici teneantur ſoluere collectas, & taxas certas, perpetuas, vt vniformes, quæ lege, vel ſtatuto laicali impoſitæ fuerunt ſuper bonis, priuſquam ad ipſos peruenerint, Ciarlin. *controu. for. par.1. cap.103. num.21. & ſeqq.* & alij teſtantes de magis communi, & in praxi recepta.

Secundus caſus eſt, quandò in actu regiſtrationis ipſi bonorum Domini ea ſubmiſerunt pacto, & obligationi expreſſæ, ac perpetuæ hypothecæ: In hoc enim caſu tenendum eſt, quod poſſit huiuſmodi onus imponi, nequè hoc ſit contrà Eccleſiaſticam Immunitatem, Felin. *in cap. Eccleſ. num.77. de conſtit.* Hoſtien. *in cap. verum de for. comp.* & cœteri Doctores & Sac. Rota Romana. Quia cum quilibet ſit rerum, ac bonorum ſuorum Dominus, & arbiter, *l. in re mandata C. mandati*, poteſt illis imponere onus quodcumque libuerit, & quandò transfert in alium, transferre cum tali onere à ſe impoſito: quia res tranſit cum ſuo onere, *cap. ex litteris de pignor.* Et ideò quandò bona perueniunt ad Eccleſiaſticos, trahunt ſecum hoc onus, quod ſint ſubiecta oneribus imponenda à Supremo Principe.

Tertius caſus magis dubius eſt, quandò ſumus in puris terminis regiſtrationis perpetuę, vel conſuetudinis immemorabilis, nec conſtat, an interuenerit pactum cum obligatione libera, & expreſſa. In hac quæſtione negari non poteſt, quin ſententia, quæ affirmat, hæc onera in Eccleſiam tranſire, ſit communior, & calculo Doctorum maioris authoritatis ſubſcripta, vt Gloſ. in *cap.1. v. Baronum de Immun. Eccleſ. & in cap. Tributum v. de exterioribus* & alibi, Io: And. Munach., Philippi, Ancharani, Gemin. &c. Eſtque receptum apud Suprema Tribunalia.

Digitized by Google

Et ità pluries fuit reſolutum à' Sacra Congregatione Romana ſcilicet, quod Eccleſia, & Eccleſiaſtici, ſi poſt acquiſitionem non præſcripſerint libertatem non ſoluendi per tempus ſufficiens, tenentur ſoluere onera Cameralia, impoſita rebus, quæ ad ipſos tranſierunt, vt à Congregatione Boni regim. 5. Julij 1598. & à Congregatione ad leuanda onera inſtituta ſub anno 1599. & 1614. Vndè ſi Communitates ſint in poſſeſſione exigendi, quæ acquiritur etiam per vnicum actum, debent in illa manuteneri, vt in fortioribus probat Rot. in *Tudertina Aſſigna* coram Coccino *dec.* 354. *nu.* 7. & *ſeq.* Et tandem à fortiori ſuſtinent hanc ſententiam qui putant, Eccleſiaſticos prò bonis ſic affectis teneri ad onera etiam extraordinaria,

Contrà verò non deſunt, qui ſentiant oppoſitum, ſcilicet onus huius tributi ſeparari à rebus, & ceſſare ſtatim ac ad Eccleſiam, & Clericos res tranſeant, vt Card. Alban. *tract. de Immun. qui eſt in tom.* 13. *par.* 2. & *ad Bartol. in l. hæres abſens num.* 2. & *ſeqq. ff. de Iudic.* Suar. *contrà errores*, Angel, *lib.* 4. *cap.* 2. & alij. Ac declarauit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Card. ſuper controu. iuriſdict. vt ex ſequenti decreto: *Sacra, &c. cenſuit, bona per Eccleſiaſticos poſſeſſa gaudere exemptionibus à quibuſuis impoſitionibus, & oneribus, quæ non ſunt copulatiuè certa, realia, & inuariabilia, iuxtà deciſionem in* Brundusina gal e le *coram bo: me: Pegna, & concordantes, nec non ab impoſitionibus Cameralibus, etiam comprehenſiuis Eccleſiaſticorum, quandò Eccleſiaſtici libertatem eas non ſoluendi præſcripſerunt, iuxtà decretum anno* 1600. *tempore San. Me. Clem. VIII. editum, Dat.* 21. *April.* 1640.

Hoc ipſum prò ſolutionibus debitis tempore, quo iam bona deuenerant in Clericos, declarauit eadem Sacra Congregatio in *Marſicana* 10. April. 1628. Et licet Miniſtri Sæculares prætendant, omnes collectas, eſſe onera realia, tamen reuera non ſunt eiuſmodi: quia licet fortaſſe ſint antiqua, non tamen ſunt vniformia, & inuariabilia, ſed variantur ſecundum numerum familiarum prò rata bonorum. Et generaliter quæcumque impoſitiones, quæ diſtribuuntur per æs, & libram, non poſſunt dici onera realia, vt cenſuit Sacra Congregatio Epiſc. 6. Auguſti, & 3. Septembr. in *Triuentenſi* 1610. Multoque magis licebit Capitulo exigere gabellam, ſiuè datium ab immemorabili conſuetum, & ſibi donatum, vel alio modo acquiſitum ſuper fructibus prædiorum rerum etiam Eccleſiaſticorum: Quia hoc eſt onus reale certum, & inuariabile, vt ſupponitur, eadem Sacra Congregatio in *Caſtellaneten.* 29. Nouembr. 1653. Et ità etiam propoſito pluries eodem articulo in Sacra Congregatione Immun. ad inſtantiam nonnullarum Communitatum Status Eccleſiaſtici, prætendentium, Eccleſiaſticos teneri ad onera prius impoſita ſuper bonis denuò per eos acquiſitis, fuit ſemper reſolutum, Eccleſiaſticos non eſſe moleſtandos; Niſi doceatur de obſeruantia contraria, & qualitate onerum, ſuppoſitis etiam oneribus Cameralibus, prout in vna *Lauretana* 15. Iul. 1627. contra Communitatem Montis *Lupini*, in vna *Feretrana*, ſeù *Piſaurien.* 12. Iun. eiuſdem anni contrà Communitatem Saxi Corbarij, in vna *Foroſempronien.* ſub eodem anno contrà Communitatem Sorbi Longi. In vna *Spoletana* 21. Maij 1628. contrà Communitatem dictę Ciuitatis, & alias ſępiſſimè, & in Sacra Congregatione Epiſc. in vna *Vxentina bonatenentiæ* 13. Aug. 1618.

Ratio eſt: quia huiuſmodi onera natura ſua perſonalia ſunt, principaliter, ſcilicet, reſpicientia perſonas, & ſecundariò res, ſeù tangentia perſonas poſſidentes, habito *licet* reſpectu rerum poſſeſſarum, vt infertur *ex l. Reſcripto, & l. fin. ff. de muner. & honor.*

His itàque conditionibus ceſſantibus, non exeo, quod bona ſint deſcripta in Cataſtro, teneri ad onera impoſita, ſeù *imponenda, poſtquam* ad ipſos tranſierint; Niſi interuenerit aſſenſus Summi Pont. Idque etiam ſi deſcriptio in Cataſtro facta fuerit de conſenſu Eccleſiaſticorum, cum non poſſint ſe ſubmittere iuriſdictioni laicorum, neque præiudicare Immunitati ſibi de iure competenti, vt ſtabilitur in Conſilio Catenæ aut. *tom.* 1. *pag.* 561. *num.* 27. & *pag.* 574. *num.* 22.

Extat hac in re explicatio Sacræ Congregationis Immun. ad litteras reſponſiuas Archiepiſcopi Taurinenſis, nempè:

Se bene doueua baſtare a i Conſiglieri di queſt' Altezza Sereniſſima l'autorità della Sagra Congregatione che per eſſer Organum Papæ, deeſi riconoſcer per Maeſtra, e per regola d'ogni buona dottrina, nondimeno da perſone pratiche, e ben'inclinate alla difeſa dell' Immunità, e libertà Eccleſiaſtica, è ſtata data in voce queſta replica, dimoſtrando, che i fondamenti allegati non debbono tenerſi per indubitati, i quali s'aſſeriſcono. E quanto al primo replica, che non baſta, che i peſi ſiano certi, & inuariabili, à fine, che dicantur bona tranſire cum onere ſuo, mà debbono eſſer anche peſi meramente reali, e perpetui, ſecondo la commune opinione de' Dottori. E poi come ſi poſſono chiamar certi, & inuariabili quei peſi, che s'accreſcono, e diminuiſcono, come è il Taſſo, che quì chiamano peſo inuariabile, e certo, il quale queſt anno è ſtato accreſciuto per metà, e ceſſando l'imminenti neceſſità, ſi doueria diminuire; Ond ne ſegue, che queſti dicuntur onera mixtà impoſita perſonis contemplatione rerum, vel è contrà, de quali è vera la regola, che dice, quod mutata conditione perſonæ, mutatur conditio rei. E per conſequenza gli beni paſſati alle mani degl' Eccleſiaſtici non debbono portar i peſi, che a contemplatione di eſſi ſi pagauano, mentre erano in mano de' laici,

La medema riſpoſta pare, che s'accommodi al ſecondo fondamento de i debiti delle Communità contratti auanti, che i beni s'acquiſtaſſero dagl' Eccleſiaſtici in

Digitized by Google

in caſo, che i debiti procedano da impoſitioni fatte dalle medeme Communità, ò dal pagamento de' predetti peſi, e carichi, ad per queſto le Communità rimarrebboro intereſſate, ma hauerebboro ſempre obligate le perſone laiche, le quali doneuano portore, e pagare i predetti peſi in riguardo de'beni, mentre da eſſi furono poſſeduti.

Ma quando i debiti delle Communità naſceſſero da contratti, patti, & hipoteche de'laici poſſeſſori de' beni auanti, che paſſaſſero in mano degl' Eccleſiaſtici, ſi riſponde al ſecondo, e terzo fondamento, che trattandoſi di coſe, che conſiſtunt in facto, e contro il terzo poſſeſſore, ch'è la Chieſa, non ſi poteua, nè doueua venire a ſequeſtratione da Giudici, e Miniſtri laici, e molto meno ad eſecutioni, come in alcuni caſi si è fatto, ſe prima non ſi eſibiuano i preteſi oblighi, patti, & hipoteche coram Iudice ſuo competenti, ch'è l'Eccleſiaſtico. Et all'hora ſi ſarebbe eſaminato ſopra l'eſiſtenza delle preteſe obligationi, & hipoteche, ſe foſſero fatte libere, e ſpontanee, vel per vim, & metum, ſaltem reuerentialem, maſſime potendoſi ciò preſumere, ſtante gl'ecceſſiui carichi, che ſuperano la quota de'frutti della parte Dominicale, ſe per i carichi ſolamente impoſti, e per quelli ancora, che in futuro ſi poteuano imporre, e non eſſendoſi fatta alcuna delle predette diligenze, non pare, che ſi poſſo dubitare, che i ſequeſtri fatti do i Giudici laici ne' beni Eccleſiaſtici, non cognita cauſa, ſono nulli, & il decreto, & inſtruttione da abolirſi, & annullarſi, e che quelli, che gli hanno fatto, & ordinato, non ſiano incorſi nelle cenſure, contenute nella Bolla in Cœna Domini can.17. & 18. *maſſime, che queſti Eccleſiaſtici ſono in poſſeſſo di non pagare i carichi ſtraordinarij.*

Alle neceſſità, e miſerie, delle quali abonda queſto Stato in queſti tempi, per le quali non pare, che ſuppetant bona laicorum, la benignità di S. B. ſi è inclinata di porger qualche ſollieuo, con conceder Breui, e gratie, le quali non s'accettano; perche molti con l'vtile de'pagamenti da farſi dagl' Eccleſiaſtiei, pretenderebboro d'acquiſtar ſopra di eſſi la giuriſdittione, e pure in altri tempi hanno i Sereniſſimi Principi accettate ſimili gratie, ſenze ſogettargli Eccleſiaſtici alla giuriſdittione del Senato.

Quanto a preteſi abuſi, frodi, e colluſioni, già la buona memor. di Monſignor Nuntio Landi a nome della Sagra Congregatione comandò a Veſcoui, che vi rimediaſſero, e S.B. e la Sagra Congregatione ſaranno pronti a porgerui per mezzo del Nuntio, e de' Veſcoui quei più efficaci rimedij, che ſi ſtimeranno neceſſarij, & opportuni, accioche in queſto parte queſt' Altezza Sereniſſima, e i laici rimangano ſodisfatti dagl' Eccleſiaſtici.

Cœterum Authores ſupracitati, ac Rota ipſa admittunt in aliquibus caſibus, Summos Pontifices ſolitos eſſe, cauſa cognita, concedere facultates, vt etiam Eccleſiaſtici contribuant, qualis eſt caſus neceſſitatis, vel communis vtilitatis, vbi laicorum ad id non ſuppetunt facultates; Magna tamen cautela, et ad certum tempus determinatum, cum aſſiſtentia perſonę Eccleſiaſticæ. Et ad id adduci poteſt reſolutio Sacræ Congregationis ſuper Bono regim. ſtatus Eccleſiaſtici tenoris ſequentis:

Il decreto oltre volte fatto ſopra le Collette de i beni patrimoniali, a titolo de' quali i Chierici ſono Ordinati in Sacris, ſi reſtringa a quella quantità de'beni, la quale regolarmente è ſtata ſolita aſſignarſi per titolo di patrimonio, ſecondo la conſuetudine di ciaſcun luogo, e Dioceſi, e per il reſtante le Communità non ſiano impedite nell'eſigenza de' ſoliti peſi, e collette.

Adijciamus etiam Sacræ Congregationis Immunitatis epiſtolam omnibus Epiſcopis Prouinciæ Mediolanenſis olim ſcriptam, in qua partes Epiſcoporum in hac re accuratè exprimuntur. Ea eſt huiuſmodi.

Hauendo rappreſentato a queſta Sagra Congregatione il Clero ſecolare, e Regolare di coteſta, & altre Communità dello Stato di Milano le nouità promeſſe con editti, e prouiſioni laicali totalmente repugnanti all' Immunità, e libertà conceſſa, anche per Ordinationi Diuine, alle perſone, e beni Eccleſiaſtici; Però con participatione della Santità di N.S. ſi ordina a V.S. con la preſente, che non laſci di rimuouere ſimili pregiuditii, vſando doppo le monitioni Paſtorali i rimedii in queſte materie preſcritti da Sagri Canoni, Concilii, e Coſtitutioni Apoſtoliche, con notificare a tutti i Confeſſori ſecolari, e Regolari, che dalle cenſure, che incorrono per la ſudetta cauſa, non può alcuno aſſoluere, ſe non il Sommo Pontefice, al quale detta aſſolutione da medeſimi Canoni, Conc. e Coſtitutioni Apoſtoliche è ſpecialmente riſeruata. Così adunque eſeguirà V.S. con la douuta vigilanza, & applicatione per compire all'obligo paſtorale, & eſeguire la ſanta mente di S. B. e del ſeguito s'attenderà diſtinto ragguaglio, per riferirlo alla Santità Sua, mentre le prego dal Signor Iddio compita felicità, Roma 23. Luglio 1652.

Item & decreta Sacrarum Congregationum in Summarium coacta.

Clerus non poteſt ſoluere collectas abſque incurſu cenſurarum. Sac. Cong. Immun. in *Volaterrana* 18. Septemb. 1629.

Eccleſiaſtici ſunt exempti à ſolutione collectarũ. in *Firmana* 19. Nouemb. 1630. & in *Cathanien.* 11. Septemb. 1634.

Moniales non tenentur ad Collectas per æs, & libram impoſitas prò bonis acquiſitis, in *Feretrana* 21. Decemb. 1631.

Clerici in minoribus ſunt exempti à collectis, etiam ſi non inſeruiant Eccleſiæ, in *Ciuitate Pennen.* 21. Mart. 1646.

Eccleſiaſtici viuentes ſimul cum coniunctis ſunt exempti à collectis prò portione bonorum ad eos ſpectante, in *Aprutina* 6. Martij 1635.

Vendens bona Eccleſiaſticis non debet granari collecta, in *Gallien.* 18. Octobr. 1628.

Bona, quæ tranſeunt ad Eccleſiaſticos ſunt exempta à collectis laicalibus in *Montis Regalis* 14. Februarij 1645.

Clerici non tenentur ad collectas prò bonis datis

In *Hieracen.* 4. Iulij 1645.

Prò bonis acquiſitis Clerici tenentur ſoluere onera realia, In *Marſicen.* 26. Iun. 1628. in *Auximana* 22 Ianuar. 1629. in *Ferentina, & Firmana* 9. Nouembris eiuſdem anni, & in *Taurinen.* 25 Aprilis 1634.

Pro bonis acquiſitis ſeruanda eſt deciſio Rotæ in *Brundusina.* In *Taurinen.* 26 Mart. 1629. in *Faventina* 2. Iul. 1647. in *Fanen.* 20. Ian. 1637. in *Montiſregalis* 11. Auguſti 1638. in *Senogallien.* 27. Ianuar. 1634. & in *Firmana* 11. Auguſti 1631.

Bona Clericorum prò indiuiſo cum fratribus ſunt exempta prò virili. In *Viterbien.* 6. Decembris 1627.

Bulla Pij IV. in Statu Vrbinatenſi non eſt in vſu, & Clerici non tenentur, niſi ad onera realia, In *Piſaurien.* 29. Ian. 1636.

In *Nazarena* 2. April. 4669. ad tenorem decretorum, ſcilicet, quod bona aſſignata prò ſuſcipiendis Ordinibus non gaudent Immunitate à gabellis, donec Clerici non fuerint in Sacris conſtituti. Idem decretum in *Tranen.* 4. Maij eiuſdem anni, vbi etiam, quod Ordinarius cognoſcere debeat ſuper fraudibus, quæ in hujuſmodi donationibus committuntur, Eadem Sacra Congregatio.

Immunitas bonorum Eccleſiaſticorum non ſuffragatur bonis ad Patrem, Matrem, Fratres, & Sorores ſpectantibus, in *Albanen.* 14. Auguſti 1634. & in *Auximana* 25. Ian. 1650.

Si coniuncti Eccleſiaſticorum viuant cum ipſis, & impenſis eorum, ſunt etiam immunes à collectis prò portione bonorum. In *Aprutina* 6. Mart. 1635. & in Hydruntina 14. Iun. 1630. & in *Canen.* 27. April. 1632.

Bona data prò erectione Monaſterij Monialium ſunt immunia. In *Tropien.* 15. Ianuarij 1641.

Bona aſſignata Capellæ Iuriſpatronatus immunia. In *Aſculana* 11. Mar. 1642

Bona aſſignata prò dote Beneficij erecti ſunt immunia. In *Firmana* 20. Ian. 1637.

Clericus gaudere debet exemptione à bonatenentia, quamuis abſens. In *Fundana* 23. Martij 1638.

Clerici ſunt immunes à bonatenentia prò bonis emptis, & donatis. In *Caſertana* 19. Auguſti 1630.

Clericus, quamuis inhabilis ad ſuſcipiendum Ordines Sacros, gaudet Immunitate à bonatenentia. In *Sulmonen.* 6. Maij 1631.

Eccleſiaſtici non poſſunt grauari à prætenſa gabella Communitatis, In *Vrbinaten.* 16. Iulij 1627.

Eccleſiaſtici non tenentur ad onera in fauorem Principis. In *Caſalen.* 18. Aug. 1637.

Nec tenentur ad ſolutionem oneris nuncupati il Taſſo, In *Caſalen.* 9. Iun. 1637.

Clerus non poteſt ſponte ſoluere gabellas à laicis impoſitas. In *Vicentina* 15. Iunij 1638. & in *Andrien.* 27. Septembr. 1632.

Non eſt permittendum, vt prò Vniuerſitatum oneribus quicquam Eccleſiaſtici contribuant, neque ſub eleemoſynæ nomine. Sac. Congreg. Epiſc. in *Squillacen.* 21. Maij 1598.

Clerici de bonis patrimonialibus non tenentur ad ratam prò impoſitionibus Cameralibus. Sac. Congregatio de Bono regim. 4. Februarij 1609.

Clerici non tenentur ſoluere onera impoſita per Communitatem ſuper eorum bonis patrimonialibus, & domibus, vbi habitant, etiam quod antea ſoluerint. Sacra Congregatio Immun. 7. Decembris 1672.

Bona Clericorum non tenentur ſoluere bonam tenentiam. Sacra Congregatio Epiſc. in *Baren.* 10. Iunij 1616. & in *Vgentina* 31. Auguſti 1618. & 26. Ianuar. 1619. & in *Brundusina* 15. Decembr. 1623.

Bonatenentia neque venditori, ſeù donatori, ſiuè cedenti imponi poteſt: quia ſic indirectè Eccleſiaſticis imponetur. Eadem 8. Decembris 1582 & 1583.

Bona Clericorum, ſi prætendantur feudalia, & eis negetur, eſſe talia, cognitio dictæ qualicatis ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum. Sacra Congregat. Immun. in *Caſſanen.* 9. Septembris 1631.

Bona acquiſita à Clericis, & à quibuſuis perſonis Eccleſiaſticis ſunt immunia ab oneribus laicis, eadem Sacra Congregatio Immunit. ſæpè.

Bona patrimonij Ordinati reputantur ſicuti bona Eccleſiaſtica, prò quo Clericus tenetur experiri coram Iudice Eccleſiaſtico, ſicut prò bonis beneficialibus. Sacra Congr. Conc. in *Feretrana* 6. Auguſti 1616.

Bona, ad quorum titulus ordinatus eſt Clericus gaudent priuilegio bonorum Eccleſiaſticorum, & ideò ſunt exempta ab omnibus collectis, gabellis, & oneribus laicorum. Sacra Congregatio Epiſc. in *Cathacen.* 3. Aug. 1591. & in *Montis Peluſij* 22. Martij 1599. & in *Vulturarien.* 13. Decembr. eiuſdem anni, & in *Aquilana* 2. Maij 1601. & in *Biſignana* 9. Martij 1604. & alibi ſæpiſſimè.

Bona Hoſpitalium, & Confraternitatum potiuntur iiſdem priuilegijs, ac bona Eccleſiaſtica. Sacra Congregatio Epiſcop. in *Baren.* 30. Iunij 1617.

Patrimonium Clerici eſt exemptum inſtar bonorũ Eccleſiaſticorum. In *Tricaricen.* 14. Nouembris 1603.

Patrimonium Clerici, ad cuius titulum fuit ad Sacros Ordines promotus, non poteſt capi in executionem ob illata vulnera alicui, ad reficiendas curationis expenſas à Iudice condemnatus, etiam ſi nihil aliud præter ea poſſideat: quia eius alienatio interdicta eſt à Conc. Trid. *cap. 2. ſeſſ. 21. de refor.* Sac. Congr. Conc. 5. Februarij 1604.

Ordinati ad titulum patrimonij gaudent Immunitate prò ſufficienti titulo. Sac. Congreg. Im-

mun.

Digitized by Google

mun. in *Potentina* 19. Iul. 1624.

Patrimonium Sacerdorum gaudet exemptione à gabellis. Eadem in *Camerinen.* 24. Martij 1627.

Bona patrimonij Clericorum ſunt etiam exempta ab oneribus Cameralibus. Ibidem 7. Octobris 1621.

Bona, ad quorum titulum Clericus eſt ordinatus, gaudent exemptionibus, etiam poſt adeptum beneficium; Niſi fuerit ſubrogatum in locum patrimonij. Eadem in *Firmana* 11. Ianuarij 1633.

Bona patrimonii Clericalis non poſſunt confiſcari. Eadem in *Mutinen.* 13. Ian. 1640.

An Iudex Eccleſiaſticus compellere poſſit laicos ad delendum à Communitatum Æſtimo, siuè Cataſtro bona per Eccleſiaſticos acquiſita? tom. 2. Conſult. 55.

Dicendum eſt, non ſolum poſſe Epiſcopum, ſed etiam debere ad id abolendum laicos compellere, non obſtante quacumque contraria conſuetudine: quia ipſe ſolus hac ſuper re eſt Iudex competens, ex rationibus, quas adducunt Barb. *de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 39. n. 42.* Dian. *tom. 1. tract. de Immun. Eccleſ. reſol.* 41. & alij, quibus addo declarationes Sacræ Congregationis Immun. præſertim in *Caſa'ensi*, in qua dictum fuit, quod laici non poſſunt prætendere, Clericos circà prædia eſſe ſubiectos iuriſdictioni laicali, propter iuris regulam, quod actor teneatur ſequi ſorum rei, neque allegandum eſſe conſuetudinem in contrarium, ſed ſolum pro executione omnium prædictorum eſſe Epiſcopum Iudicem competentem; Vndè eadem Sacra Congregatio ſub die 16. Decembris 1626. decreuit, poſſe Iudicem Eccleſiaſticum compellere laicos ad delendum bona à regiſtro laicorum ab Eccleſiaſticis acquiſita. Et ſub 31. Auguſti eiuſdem anni cenſuit, ſcribendum Epiſcopo, qui mandet per forum Eccleſiaſticum fieri Cataſtrum ſeparatum à Cataſtro laicorum, in quo deſcribantur etiam bona patrimonialia Eccleſiaſticorum, cuius copia tradatur foro laico, ad effectum inſerendi in ſuo Cataſtro. Atque ità obſeruandum. Status equidem Reipublicæ maximè rebus iudicatis continetur.

Porrò, quod præfata bona debeant aboleri à Cataſtro laicorum, eaque deſcribi in Cataſtro Eccleſiaſticorum firmarunt relati à Barb. *l. cit. num.* 59. & à Sperell. *dec.* 35. *num.* 12. & 19. & à Carol. de Graſſett. *de effect. Cler. effect.* 3. *num.* 38.

1 *An poteſtas naturalis, ſeù ciuilis, & poteſtas ſupernaturalis, ſeù Eccleſiaſtica ex natura rei ſint diſtinctæ, & ad inuicem ſeparari poſſint.*

2 *An aliqua ſit naturalis connexio inter poteſtatem naturalem, & ſupernaturalem? Et*

3 *An in Chriſto fuit poteſtas ſupernaturalis abſque naturali, ſaltem quoad vſum?* tom. 2. Conſult. 56. ac Conſult. 61. 62. 63. 64. 65. 66 & 67. vbi aliqua ad rem.

Ad 1. Non eſt reuocandum in dubium, vtramque poteſtatem, & ciuilem, & Eccleſiaſticam eſse à Deo. De Eccleſiaſtica enim nullus quandoque oppoſitum aſseruit, Ciuilem verò eſse à Deo D. Auguſt. *lib.* 4. & 5. *de Ciuit. Dei* probat per illud, quod *Prouerb.* 8. legitur: *Per me Reges regnant, per me Principes imperant*, & per illud *Daniel. cap.* 2. *Decus Cœli Regnum, & imperium dedit tibi, & Daniel.* 4. *&c.* Quinimò hæc politica poteſtas quatenus non eſt limitata ad Monarchiam, Ariſtocraticam, vel Democratiam, immediatè eſt à Deo, neceſsariò enim conſequitur naturam humanam, & proindè ab illo, qui naturam condidit hominis, oportet eam eſse. Amplius hæc poteſtas ciuilis eſt de iure naturæ; Non enim ex hominum conſenſu pendet: Nam velint, nolint, ab aliquo regi debent; Niſi velint totum perire genus humanum, quod contrà naturæ propenſionem eſse omnes aiunt. Atqui ius naturę eſt ius Diuinum. Ergò de iure Diuino introducta eſt gubernatio, & hoc crediderim, voluiſse indicare D. Paulum *Rom:* 13: *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.*

Verum hæc poteſtas ciuilis in particulari conſiderata, prout aliquam regiminis ſpeciem exprimit, eſt de iure gentium: Nam inſtituere ſuper ſe Reges, vel Conſules, vel alios Magiſtratus ex conſenſu pendet multitudinis; Quare poteſtas hæc ciuilis in particulari eſt quidem à Deo, ſed mediante conſenſu, vel electione hominum.

Hinc primum colligo diſcrimen inter poteſtatem ciuilem, & Eccleſiaſticam: Nam politica, ſeù ciuilis, vt eſt immediatè à Deo, eſt in multitudine, vt in ſubiecto; Eccleſiaſtica verò eſt in vno homine, tanquam in ſubiecto immediatè. Secundò politica in vniuerſum conſiderata, eſt de iure gentium; Eccleſiaſtica verò, vt cumque ſit conſiderata, eſt de iure Diuino, & immediatè à Deo. Diſtinguntur tertiò nam ciuilis circà corporalia, & temporalia, veluti circà proprium negociatur obiectum; Eccleſiaſtica verò circà ſpiritualia verſatur; Sunt deniquè ab inuicem hæ duæ poteſtates diſcretæ: Nam in Principe laico poteſtatem ciuilem quidem concedimus, ſed Eccleſiaſticam nequaquam; Quare priorem hanc quæſtionem affirmatiuè reſoluimus.

Quod verò attinet ad 2. quæſtionem pariter affirmamus, & itàut opinio, quæ omnem inter

has

Digitized by Google

has duas poteſtates ſubordinationem collic; aut erronea cenſebitur, aut contradictionem inuoluit: Etenim ſi nulla eſt in ea naturalis connexio, ciuilis Eccleſiaſticæ haud erit ſubordinata, & hoc eſt erroneum; Si verò ſubordinationem inter eas, ve par eſt, admitris, naturalis profectò connexio negari nequit.

Sed inſpiciamus naturalem connexionem. In eſſentialiter ordinatis poſterius habere naturalem dependentiam à priore, omnes concedunt Philoſophi, ac Theologi; Poteſtas autem ciuilis, & ea, quæ eſt Eccleſiaſtica ſunt eſſentialiter ordinatæ, irà docente Paulo *Rom.* 13. vbi cum dixiſſet: *Non eſt poteſtas, niſi à Deo*, adiecit, *quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt*. Et de eo ordine, qui eſt rerum inter ſe, Paulum loqui D. Tho. explicans, verba hæc planè docet, inqniens, quodque à Deo ſunt, ordinata ſunt: quia omnia per ſuam ſapientiam fecit; Munus autem Sapientis eſt omnia ordinare; Vndè Saplent. 8: *Attingit à fine vſque ad finem, & diſponit omnia ſuauitate*; Oportet ergò, effectus Dei eſſe ordinatos, Duplicem autem ordinem in ſuis Deus inſtituit effectibus; Alter, quo omnia in ſeipſum ordinauie, de quo *Prouerb.* 16. dicitur: *Omnia propter ſeipſum operatus eſt Deus.* Alter verò, quo res omnes ad inuicem ordinauit, ſicut dicitur, *Deuter.* 4. de Sole, Luna, & Stellis, quod fecit ea in miniſterium cunctis gentibus. Ergò oportet ciuilem, & Eccleſiaſticam poteſtates eſse ſubordinatas. Sed quis eam à veritate alienus, vt credat, poteſtatem Eccleſiaſticam, ſeù ſupernaturalem, ſubordinari ciuili, ac temporali.

Ad 3. quæſtionem accedamus, ad cuius veritatem indagandam, præmittendum eſse duxi, Chriſtum Dominum noſtrum dominium habuiſse temporale, & poteſtatem in ees omnes creatas. Hanc autem Catholicam veritatem ex pluribus vtriuſque paginæ authoritatibus demonſtrare non eſt difficilè. Sed eas breuitatis gratia omittamus authoritates, quæ in veteri lege planè indicant, Meſſiam habiturum dominium temporale, & ad Authores noui Teſtamenti confugiamus. Io: *Apocalip.* 1. Chriſtum Principem appellat Regum Terræ; Sed quomodò Princeps Regum diceretur, niſi dominium habuiſset temporale? *Apocal.* 19. legitur: *Habet in fæmore*, idest in humanitate, vt interpretantur Gloſ. & alij, *ſcriptum Rex Regum, & Dominus Dominantium* Act 10. *Annuncians pacem per Ieſum Chriſtum hic eſt omnium Dominus.* Nec opus eſt dicere, hæc verba nonesſe intelligenda de Chriſto homine. Nam cuicumque Catholico conſpicuum eſt, per Chriſtum hominem annunciatam, & factam eſse pacem. Idipſum oſtendit Paul. *Hebr.* 2. dum Chriſto homini tribuit, quod in *pſal.* 8. promittitur: *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.* Et in 1. *ad Cor. cap.* 15. *Omnia ſubiecta ſunt ei propter eum, qui ſubiecit ei omnia. Matth. vlt.* de ſeipſo loquens Chriſtus dicit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in Terra.* Qui autem omnem accepit poteſtatem, ciuilem quoque accepiſse putandum eſt: Nam qui dicit omnem, nullam, quæ in homine cadere poteſt, excludere videtur. Athanaſ. explicans hæc verba, illam fatetur accepiſse poteſtatem, ve homo, quam habebat, vt Deus. & quam Adam in ſtatu innocentiæ accepit poteſtatem ſuper omnia terreſtria. Igitur hanc quoque accepiſse Chriſtum fatendum eſt, Greg. Niſsen. *in fragm. quæ extant tom.* 3. *Bibliotecæ Sanctorum Patrum* poſt multa ſubdit: *Chriſtus enim, vt Deus, & Rex eſt, & filius Regis, & vt homo factus eſt Rex, & filius Regis, nempè Dauidis, ex quo poſtea data, dicit, omnis poteſtas in Cælo, & in Terra, ad quem Pater, poſtquam vt homo poteſtatem accepit; Sede, inquit ad dextris meis.* Primaſius *lib.* 3. *in Apocal. c.* 12. loquens de hac poteſtate ligandi, & abſoluendi, inquit: *De hac dicit Dominus data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in Terra, non quam ſemper habuit, ſed quam in Eccleſia ex tempore, quo ipſe voluit, tanquam caput in membris habere cæpit.* Sed poteſtas ligandi, & ſoluendi in Cælo, & in Terra non eſt ſolum ſpiritualis, ſed etiam ciuilis, & temporalis. Ergò hanc quoque habuit Chriſtus.

Hoc idem dominium temporale fuiſse in Chriſto oſtendunt verba illa *Io:* 18. *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Quibus verbis Chriſtus & ſe Regem fatetur, & negat ſe Regnum habere inſtar Regum temporalium, Vndè Cyril. *lib.* 12. *in Io: cap.* 10. exponens hæc verba, ait: *Regem ſe eſſe non negat, ſed Regni Cæſaris ſe non eſſe hoſtem oſtendit: quia eius Regnum terrenum non eſt, ſed Cæli, & Terræ, cæterarumque rerum omnium.* Idipſum docet *cap.* 12. Chryſoſtomus *homil.* 82. *in Ioan.* & Auguſt. *tract.* 14. *in Io:* inquit: *Erat quidem Rex, non talis, qualis ab hominibus fit, ſed talis, vt Reges homines faceret, & tract.* 115, *in Io:* ponderat, non dixiſse Chriſtum *Regnum meum non eſt hic*, ſeù in hoc mundo, ſed non eſt hinc, nec de hoc mundo; Quare non negat non habere Regnum, & dominium temporale, ſed fatetur, non accepiſse eo modo, quo accipiunt Reges huius mundi, ſeù non accepiſse ab hoc mundo, quoniam accepit à Patre.

Hæc eadem veritas definita eſt à Ioanne XXII. in *Extrauag. Cum inter nullas*, eſtque tanquam certum aſſerendum, Chriſtum habuiſſe poteſtatem ſuper rebus temporalibus, & potuiſſe illis vti, ſed noluiſſe, quia vſu huius poteſtatis ſe ſe ſpontè abdicauit, vt inſigne mortalibus paupertatis, & humilitatis exemplum relinqueret: Nam nihil impediuit ſumma Chriſti paupertas, voluntariè ſuſcepta, quominus huiuſmodi dominium habuerit: quoniam ea paupertas, quam generis humani redemptio poſtulabat vſui rerum non dominio repugnat; Siuè dicamus Chriſto dominium hoc competere ratione redemptionis, eaque ratione, qua Chriſtus totius Mundi Redemptor, ac Reparator

eſt

Digitized by Google

eſt conſtitutus, Mundi qnoque ſactum eſſe Dominum. Siuè, quod Chriſtus etiam in quantum homo, eſt proprius, & oaturalis Dei filius, ac proindè habuit verum, & proprium ius ad boua Patris ſui. Quod ſi filius, ergò & hæres, vt optimè infert D. Paulus *ad Galat.* 4. Siuè ex quo in Chriſto humanitas eius vnita erat hypoſtaticè perſonę Verbi Diuini, & ipſe Chriſtus conſtitutus erat caput hominum, & Angelorum, dignitas illa, & excellentia ſingularis Chriſti ex natura rei exigebat, & ſuo quaſi iure id ſibi vendicabat, vt polleret iure ſupremo Regis, ac Monarchæ io omnes homines, atque Angelos, aliaſque qoaſcumque Creaturas, oon ſolum quatenus expediens fuiſſet ad finem ſupernaturalem Eccleſiæ vniuerſalis, ſed etiam abſolutè, ac ſimpliciter, vt abſque cuiuſquam iniuria diſponere potuerit de Regnis omnibus Mundi, Reges depooere, ac inſtituere.

Hanc ſententiam tradunt, & ſequuntur D. Tho. locis infrà citao. S. Antonin. *3. p. tit. 3. cap. 2.* Turrecrem. Hoſtien. *in lib. 2. Sum. cap.* 116. *in reſp. de obiect.* 2. Hoſtienſ. *in cap. Quod ſuper his extr. de vot.* Auguſt. *in Triump. in Sum. de poteſtat. Eccleſ. quaſt.* 1. *ar.* 1. & alij innumeri.

Quod verò hanc Regiam, & ciuilem poteſtatem quoad vſum Chriſtus habuerit ex Euangelio expreſsè habetur. Primò in abſolutione Adulteræ, prò quo obſeruo, quod in cauſa Adulteræ deprehenſæ in adulterio agebatur cauſa ſanguinis, & mortis: Nam ſecundum legem Moyſis adultera deprehenſa in adulterio debebat mori; Cauſa autem ſanguinis, & mortis ſpectat ad poteſtatem ciuilem; Habebant quidem Hæbrei ordinarios Iudices, apud quos hæc cauſa agenda erat, ſed vt laqueos Chriſto pararent, non ad Iudices, ſed ad Chriſtum ſe conferunt; Chriſtus autem, qui eorum inſidias callebat, ſcripſit in terra peccata accuſantium, & teſtium, & indè illos ſubmouit ab accuſatione, & indè fecit cauſam mulieris deſertam, ſublatis verò accuſatoribus, & teſtibus non adſtantibus, eam abſoluit ſecundum legem; lex enim non damnabat, quem nullus accuſabat, & ſi probatio legitima non erat cootrà reum, iubebat abſoluendum, & hoc indicauit illis verbis: *Mulier vbi ſunt qui te accuſabant?* Quare Chriſtus verè abſoluit mulierem ſecundum legem, vtens hac induſtria, abigendo ſcilicet accuſatores, ac teſtes, & ſi teſtium non meminerit Euangelium, ſed præſumendum eſt, etiam teſtes adduxiſſe Iudæos, vt poſſent accuſationem probare: Non enim poterat eſſe teſtis, qui accuſator, abiectis autem accuſatoribus, & teſtibus, erigens ſe, dixit: *Mulier vbi ſunt qui te accuſabant? Nemo te condemnauit; Nemo Domine; Nec ego te condemnabo.* Cum mulier reſpondiſſet: *Nemo me condemnauit:* Dominus confirmat ſententiam abſolutioois, *Neque ego te condemnabo.* Deindè non deſunt, qui dicant, hoc iure, & dominio vſum fuiſſe, *Matth.* 21. quandò ficulnea areſecit, quæ erat in patrimonio, & bonis alterius, Matth. *cap.* 8. permittit Dæmones in porcos intrare, qui eos in mare præcipitarunt.

Hanc eandem Regiam, & ciuilem poteſtatem exercuit Chriſtus, quandò de Templo eiecit vendentes, & ementes, *vt Io:* 2. *Matth.* 21. *Marc.* 11. *& Luc.* 19. Quo facto, quod ciuilem poteſtatem exercuerit affirmat Panorm. *in cap. Nouit de iudic.* dicens: Vtramque poteſtatem in hoc ſæculo exercuit, quandò voluit; Vndè flagello facto de funicolis, eiecit vendentes, & ementes de Templo, Cathedras vendentium euertit, & menſas nummulariorum, vt habetur *Matth* 21. ità explicant Hoſtien. Io: And. Archid. & alij, Gloſ. *in d. cap. Nouit* idem de Papa affirmat, nimirum aliquam per Sacerdotes cauſarum ciuilium iuriſdictionem exercuiſſe; Hinc D. Tho. *lib.* 1. *de regim. Princip. c.* 12. *& ſeq.* Antonin. *par.* 3. *tit.* 3. *cap.* 2. Henric. *quodlib.* 6. *quæſt.* 23. Almain. Turrecrem. Nauar. aliique recentiores Theologi, & Canoniſtæ, à quibus hæc quæſtio agitata fuit, apertè fatentur, Chriſtum, vt hominem habuiſse in terris poteſtatem ciuilem, & politicam, eiuſque ratione verè fuiſse totius mundi Regem, Principem, ac Dominum, & Gloſ. communi conſenſu inter Canonici iuris interpres recepta *in d. cap. Nouit v. Iuriſdictionem* idem teſtatur: Nec opus eſt reſpondere, id tanquam Prophetam feciſse Chriſtum: Nam cum Dominus eieciſſet de Templo vendentes, & ementes, illis, qui vendebant columbas dixit: *Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negociationis;* Quibus verbis Templum appellat domum Patris ſui, & non noſtri, vt eius Diuinitatem patefaceret: Si ergò Chriſtus eijciendo Mercatores de Templo, ſuam pateſecit Diuinitatem, ergò non vt Propheta, ſed tanquam Rex poteſtatem habens ciuilem, Mercatores eiecit de Templo.

Sed cętera omittamus, quæ planè indicant, Chriſtum exercuiſſe poteſtatem ciuilem, illud compertum eſt omnibus in lege Moyſis fuiſſe tria genera præceptorum, moralia ſcilicet, cęremonialia, & iudicialia, & planum eſt iudicialia abrogata eiſe; Nullus autem oon habens poteſtatem ciuilem poteſt abrogare ea, quę attinent ad poteſtatem ciuilem; At qui Chriſtus ea abrogauit præcepta iudicialia, ſcilicet, quæ ſpectant ad poteſtatem ciuilem. Ergò aſſerendum eſt, habuiſſe vſum poteſtatis ciuilis; Si igitur Chriſtus abrogauit leges iudiciales, quæ pertinebant ad communem politiam, & temporalem gubernationem, quomodò non habuit Primatum in Republica ciuili, & temporali, etiam quoad vſum? Nunquid fieri poteſt vt ſine ſuprema poteſtate qnis io Republica abroget leges patrias, ad eius temporalem gubernationem pertinentes per tot ſæcula vſu receptas. An id facere non eſt vſus ſupremæ il-

lius

lius poteſtatis, quæ ſolius ſummi Reipublicę Prçſidis propria eſt.

Ex quibus omnibus colligitur, non eſſe negandum in Chtiſto vſum poteſtatis ciuilis: tum quia expreſsè repugnat Sacræ Scripturę: tum quia conſtituit nos adhuc ſub iugo legis Moyſis, à quo Chriſtus nos liberauit; Quare aſſerere, Chriſtum non habuiſſe in Republica Chriſtiana ſupremam poteſtatem ciuilem, & temporalem, pręter ſpiritualem, & ſupernaturalem, non videtur, poſſe admitti abſque cenſura; Pręſertim his temporibus, cum hęretici, cęterique Apoſtolicę Sedis aduerſarij hoc medium aſſumant, quo ſi poſſent minuere, vellent authoritatem Snmmi Pontificis, eiuſque poteſtati dettahere: Nam ſi Chtiſtus Dominus, inqniunt, tanquam homo nullam habuit poteſtatem in adminiſtratione temporalium, ſed tantum ſpiritualium, qua Sacramenta inſtituit, Eccleſiam erexit, peccata deleuit, gratiam contulit, & legem Euangelicam condidit. Ergò Petro, & eius ſucceſſoribus poteſtatem temporalem non reliquit: Nec enim dare potuit, quam non habuit. Quod ſi B. Ambroſ. *lib.3. in Luc. cap.3.* & alij Sancti Patres. Regnum Chriſti ſpirituale appellant, intelligunt vſu, & actu fuiſſe tantum ſpirituale, ſicut omnes Doctores illos interpretantur.

1 *An Remiges ad triremes damnati confugientes ad Eccleſiam, gaudeant Immunitate?*

2 *Et quid de Remigibus conductitijs, vulgò le Buone voglie, qui remigandi miniſterio ſe manciparunt?*

3 *Quidnè de militibus refugis è Triremibus, & ad Eccleſiam confugientibus?* tom. Conſul. 57.

AD 1. Gaudere, dummodò non fuerint ad Triremes damnati ob crimen aliquod in Conſtitutione Gregoriana exceptum, ſiuè damnati ſint ad tempus, ſiuè perpetuò, Pereiera *de man. reg. par.2. cap.50. nu.17.* Ludouic. Cor. *in relict. ad cap. inter alia de Immun. Eccleſ. par.3. quæſt.4. num.9.* Anton. de Marin. *quotid. reſol. cap.177. nu.2.* & alij: Quia Greg. XIV. omnes, & ſingulos caſus, tam de iure communi, quam alias quouis modo, etiam ex identitate, ac maioritate rationis reducit ad vnicam tantum formam, & ad caſus, ſiuè delicta in ea expreſſa; Caſus autem iſte de damnatis refugis, & ad Eccleſiam confugientibus in ea non exprimitur, ac proindè gaudent Immunitate. Ac declarauit Sacra Congregatio Immun. præſertim in *Valliſoletana* 19. Maij 1629. de damnato ad mortem ob crimen non exceptum, qui ſtatim ac ſententia dicta eſt, efficitur reus pęnę. Ergò multò magis damnatus ad triremes, per *reg. ſi id auth. multò magis C. de Sacr. Eccleſ.* Primam tamen ſententiam ſequitur Sac. Congr. Immun. per tex. *cap. inter alia de Immun. Eccleſ.* Ità in *Anconitanà* 6. Septembr. 1672. & in *Senogallien.* 18. Aug. & in *Sauonen.* 15. Octobris eiuſdem anni.

Ad 2. Negat Cutellius *de Immun. Ecclæſ. lib.1. quæſt.25. num.17.* quia ijs nec pœnę, nec rei confugientis definitio conuenit, quin etiam tales contineri videntur ſub diſpoſitione *C. metuentes 17. quæſt.4. & l. præſenti §. ſanè C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* vbi de famulis cauetur, quod ad præſtanda ſeruitia cogi debeant. Affirmat verò Giurb. *conſ.30.* Quod planè verum eſt; Solet tamen à Summo Pontifice dari facultas, illos extrahendi ab Eccleſia, præſtito prius iuramento à triremium Præfecto, illos ob hanc fugam non puniendi, vt ex eadem Sacra Congregatione Immunitat. in *Meliten.* 15. Iulij 1668.

Item dicendum eſt de Militibus refugis è triremibus, & ad Eccleſiam confugientibus, nimirum gaudere, ſed ſi poſtea petantur, reſtituuntur cum eiſdem cautelis, vt ex eadem Sacra Congregatione in *Anconitana* 6. Septembris 1672.

An, & quatenus Clerici examinari poſſint coram Iudice laico? tom.2. Conſult.58.

NOn poſſe Clericum cogi, tàm in cauſa ciuili, quàm in criminali ad deponendum in iudicio ſæculari, niſi in defectum probationum, deſumitur *ex cap.* teſtimonium *11. qu.1.* vbi Gloſ. Arc Archid. & alij, nuncupatim Præpoſitus, & tradit Genuen. *in prax. cap.35. per tot.* Ideòque requiritur licentia Epiſcopi, qua permittat, vt ſui Clerici, etiam Presbyteri in foro ſęculari examinentur, hiſce tamen conditionibus.

In cauſis ciuilibus tantum, vel ſi ſint criminales, non mereantur pœnam Corporis afflictiuam. Sac. Congreg. Epiſcop. 10. Auguſti 1592.

Quod ex ijs non poſſit aliquo modo exoriri talis criminalitas, quæ mereatur pœnam corporis afflictiuam.

Et quod examinandi, non coram Iudice laico ſed in Tribunali Epiſcoi præſtent iuramentum. Eadem Sacra Cong. 13. Febr. 1610. & 14. Apr. 1615. & 26. Nouembris 1616. & 12. Maij, 1623.

Adeò quod, ſi Iudex ſęcularis præſumat deferre iuramentum perſonæ Eccleſiaſticæ, tàm ſæculari, quàm Regulari, debeat puniri tanquam violator libertatis, & vſurpator iuriſdictionis. Eccleſiaſticæ, & etiam ſic examinati, ſed leuius. Eadem Sac. Congregatione ſuper controuer iuriſdict. tenoris ſequen.

Sacra, &c. cenſuit ſi veritas prò defenſione Oratoris aliundè haberi non poſſit, dandas eſſe litteras directas Epiſcopo Diœceſano cum facultate, vt Clerici nominati poſſint in Tribunali Iudicis laici examinari in cauſa criminali prò defenſione, vt ſupra, præſtito tamen prius iuramento coram eodem Epiſcopo Diœceſano, ac ſeruatis alijs expreſſis in praxi Genuenſis cap.25. num.6. & ſeq. *ſcilicet, vt articuli, ſuper quibus deponunt, non contineant criminalitatem, infamiam, negatiuam, aut repulſam, & cum diſpen-*

diſpenſatione hac de cauſa ab incurſu cuiuſcumque irregnlaritatis, & ad dictum effectum, & non alias, poteſt dari ſalnus conductus eiſdem Clericis examinandis.

Vndè temerè violabit iuriſdictionem Eccleſiaſticam laicus ille, qui abſque licentia Epiſcopi vellet, non obſtante notorietate, ac monitione Clericatus, Clericum examinare, deferendo illi prius iuramentum, tactis ſcripturis; ſic enim iocurrit excommunicationem iniunctam, tàm in Sac.Conc.Trident. *cap.11. ſeſ.24. de reform.* vt ibi notat Barboſ. *v Iuriſdictiones num.3.* cum in Bulla Cęnę Domini *can.17.* vbi Duard. *in com.lib.2.quæſt.3.concl.1.num.13.* Eòque magis, ſi id ſibi arrogauerit authoritatiuè, tanquā ad ſuam iuriſdictionem attinens, Duard. *ibid. num.15.concl.2.* Stante itaque hac temeritate, non debet remanere impunis, qui ſic examinat, ſed debet denunciari excommunicatus à ſolo Papa abſoluendus, vt io *Extranag. Et ſi Dominici 5. de pœnit. & remiſſ.*

An, & in quas pœnas incurrat, qui tempore intendicti, aut alias excommunicatos, vel interdictos, vel vſurarios manifeſtos in loco ſacro ſepeliunt, & quopacto Eccleſiaſticæ ſepulturæ illos tradere poſſint, præcipuè ſi ob violatam immunitatem, ac libertatem Eccleſiaſticam excommunicati fuerint, quinec eos, ac quomodò abſoluere poſſint? Vbi ſpeciatim de abſolutione à cenſuris ob violatam Eccleſiaſticam immunitatem non pauca ex decretis Sacrarum Congregationum? Vide de Cenſuris. tom. 2. Coofult. 59.

An, & quibus modis pœnæ Eccleſiaſticæ latè ſententiæ ſuſpendantur, vbi plura ex decretis Sacrarum Congregationum de appellatione à Cenſuris ob violatam immunitatem, libertatem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam? Vide de Cenſuris. tom. 2. Conſult. 60. & tom. 9. Conſult. 49. num. 21. & ſeq.

De pœnis contrà capientes, carcerantes, detinentes, hoſtilites inſequentes S.R.E. Cardinales, vel Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, &c. Vbi quæ ratio potiſſimum tenenda ſit, qua captis, carceratis, ac detentis auxilium feratur? Vide de Ceoſuris. tom. 2. Conſult. 62.

Ad quæ onera teneantur Tertiarij S. Franciſci, qui non habent conditiones à Conſtitutione Leonis X. in Concilio Lateranen. edita, requiſita? tom. 2. Conſult. 63. & tom. 1. Coofult. 486. ac tom. 4. Conſult. 6. & Conſult. 119.

II obtinere non poſſunt exemptionem à foro ſęculari, nequè immunitatem à regalibus, alijſque publicis oneribus in genere, obſtante eis d. Conſtitutione, quam eſſe ſeruandam, vbi contraria conſuetudo non extat, ſæpius Sacra Congregatio reſpondit, quinimò omnia, ad quæ de iure tenentur, omninò adimplere debent.

Id tamen aduertendum, quod ea Conſtitutio intelligi debet, vt ſolummodò diſponat de illis oneribus, quæ ſunt cum Regula Tertiariorū compatibilia, nè alias d. Regula dextruatur, quam potius ipſamet Conſtitut. expreſsè admittit, & in ſuis terminis pręſeruat eo modo, quo ab alijs Sum. Pontificibus fuit ſępius approbata, quę adhuc ſemper, etiam ex ſpeciali confirmatione Vrbani VIII. vbique locorum in ſuo robore, ac viridi obſeruantia permanſit. Et propterea onera illa, quæ ipſi Regulæ aduerſantur, quemadmodum, vt infrà demonſtrabimus, eſt Officium Magiſtratus, & id genus alia.

Quod autem Magiſtratus Officium ſit prorſus incompatibile cum Regula ipſorum Tertiariroum manifeſtiſſimè conſtat: Nam præterquam quod Officiales eiuſmodi plerumque viuunt ſuis proprijs ſumptibus in menſa communi, qua quidem menſa ipſi Tertiarij vti minimè poſſunt diebus Vigiliarum, ac ieiuniorum, quę ex præſcripto Regulæ ſeruant. Eſt etiam notiſſimum, quod ipſis non licet aſſumere habitum Conſularem, deponendo Regularem.

Nunc dabimus Conſtitutionem Gregorij IX. ad rem, quæ reperitur impreſſa in libro, cuius titulus: *Fundamenta trium Ordinum par. 2. tit. Apoſtolica priuilegia fol. 9.* Item in libro inſcripto. *Monumenta Ordinum fol. 1.* Et in Regula Tertiariorum S. Fraocilci *p. 2. ſub tit. Apoſtolica priuilegia fol. 6.* à Franciſco Antonio de Silijs Georalc d. Ordiois exarata ſic habet.

Gregorius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, &c. *Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, ac Epiſcopis per Italiam conſtitutis ſalutem, &c. Nimis patenter, &c. Sanè ad audientiam bon. mem. Honorij prædeceſſoris noſtri noueritis perueniſſe, quod nonulli de partibus noſtris nouiſſima ſua prouidè memorantes, derelictis ſæculi vanitatibus, pœnitentiam in corde contrito, & humiliato ſpiritu agere in domibus proprijs, vel alibi ſtatuere, & vt retribuentes miſeræ filiæ Babilonis retributionem, quam retribuit ipſa eis promiſſa beatitudinis præmium, facilius, & felicius aſſequantur, caſtigare corpus proprium, & in ſeruitutem redigere concupiſcunt; Sed Poteſtates, & Rectores Ciuitatum, vel locorum, in quibus tales Domini Serui degunt, non attendentes, quod nemò militans Deo, implicat ſe negocijs ſæcularibus, & Sponſa lotos pedes abnuit inquinare, ab eis, vt ipſos ſequantur, & exerceantur in armis, iuramenta extorquere contendunt, & ad recipiendum, & exequendum publica Officia compellere moliuntur. Quin etiam illos, qui ad agendum pęnitentiam ſecretas petiere receſſus, ad propria reuocantes, ipſis plura onera, & exactiones imponunt, alias in honorando ipſos, quod tanquam Dei Seruos deberent modis omnibus honorare: Quia igitur intereſt Noſtra Dei viros in Religionis propoſito conſouere, ad exemplar præfati prædeceſſoris Noſtri fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mā-*

Digitized by Google

damus, quatenus huiuſmodi pænitentes; dum tamen onera, in quibus ratione bonorum ſuorum tenentur, agnoſcant à prænotatis grauaminibus ſeruantes immunes, ipſos eorum occaſione non permittatis in his, vel alijs temerè moleſtari, quibus poſſit eorum pium propoſitum impediri, moleſtatores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Dat. Laterani 7. Kal. Iunij Pont. Noſtri Anno 1.

An, & quatenus ij, qui vulgò Clerici, ſiuè Diaconi Syluatici appellantur, gaudeant immunitate à vectigalibus, & exemptione à foro ſæculari?
tom. 2. Conſult. 64. item tom. 9. Conſult. 20.

TEnendum eſt, gaudere vtroque priuilegio, ad præſcriptum decreti Sac. Congregationis Immunit. iuſſu Greg. XV. editi in hęc verba: *Sac. Congreg. Card. in negotijs iuriſdictionalibus Regni Neapolitani Præpoſitorum certior reddita in nonnullis eiuſdem Regni Diæceſibus, Diaconos, quos vocant Syluaticos, in maximum numerum, citrà Eccleſiarum neceſſitatem, aut vtilitatem excreuiſſe, volens eorundem exemptionis cauſam declarare, & fraudibus quibuſcumque occurrere, de Sanctiſſimi Domini Gregor. XIV. mandato viuæ vocis oraculo deſuper habito, Diaconos Syluaticos huiuſmodi prò Eccleſiarum, & Epiſcoporum ſeruitio retinere, vel in locum quoque modo deficientium aſſumi poſſe in Cathedralibus, ſeù Superioribus Eccleſijs ad ſummum quatuor, in Collegiatis, vel Parochialibus duos, in alijs verò Eccleſijs, in quibus Diuina celebrantur, ſi Epiſcopo videbitur vnum, quos quidem Epiſcopi prorſus gratis, & tales, qui omninò per ſeipſos, non autem per interpoſitam perſonam ſeruitium debitum præſtent, nec vllo modo criminoſos, aut malæ conditionis, & famæ eligere debeant, alias, & hi nullo gaudeant priuilegio, & eligentes iudicium Sedis Apoſtolicæ ſeuerum experientur, eos verò priuilegio Canonis non gaudere, fori autem priuilegio in criminalibus omninò, in ciuilibus, quoad corporis diſtrictionem tantum, & immunitatem ab oneribus perſonalibus, non autem ab alijs, durante ſeruitio frui debere. Sed ſi alicubi maioribus vtantur priuilegijs, & immunitatibus legitima conſuetudine, cuius cognitionem, & declarationem in caſu controuerſiæ eadem Sac. Cong. ſibi reſeruat, illam debere attendi, cognitionem verò aliorum premiſſorum ad Ordinarios pertinere, hoc præſenti decreto ſtatuit, præcepit, & declarauit. Romæ 10. Kal. Iulij* 1623.

Etenim, quod hi gaudere debeant priuilegio fori deſumitur ex Can. *Eccleſiarum Seruos* 12. *quæſt.* 2. Vndè Archid. *ſuper Gloſ. in Can duo ſunt* 12. *quæſt.* 1. expreſsè ait, quod tales ex quo habitum mutant, perſonæ Eccleſiaſticæ habentur, quod etiam tradit Gloſ. *in Can. vt lex v. Eccleſiaſticis* 27. *quæſt.* 1. *arg. d. can duo ſunt*. At quicquid ſit, an de iure gaudeant priuilegijs Eccleſiaſticis, cenſeo, ſtandum eſſe conſuetudini, ex cuius vigore præfatum decretum emanauit, cum illa ſit fauorabilis Eccleſiæ, atque proindè latam requirit interpretationem; atque adeò quod nomine perſonarum Eccleſiaſticarum venire debeant omnes, quæ ſunt aliquo modo Eccleſiaſticæ. Idcircò tenendum eſt, eos non eſſe verè perſonas Eccleſiaſticas, ſed quaſi Eccleſiaſticas; quarè in hac materia ſeruandũ omninò eſt allatum decretum Greg. XV. editum, ſicut ſeruandum quoties caſus contingit eadem Sac. Congregatio ſemper reſcripſit, cuius decreta ſunt huiuſmodi;

Clerici Syluatici gaudent immunitate à collectis, conſtito de legitima conſuetudine. *Vritana* 6. Maij 1631. *Policaſtren*. 9. Octobris 1629. & *Aprutina* 6. Martij 1635.

Eximuntur ab onere foculari in *Oppiden*. 17. Nouemb. 1654.

Gaudent eiſdem priuilegijs, etiam Sede Epiſcopali vacante, in *Oppiden*. 25. Auguſti 1629.

Gaudent priuilegio capitationis, attenta conſuetudine. in *Materana* 23. *Febr.* 1638.

Gaudent priuilegio fori. in *Vritana* 17. Decembris 1630.

Gaudent immunitate ab omnibus realibus, & mixtis, ſuppoſita conſuetudine, in *Bellicaſtren*. 24. Martij 1637.

Gaudent immunitate ex conſuetudine, in *Laquedonen*. 31. Ianuar, 1628. in *Biſignanen*. 9. Iunij 1637.

Non poſſunt conueniri coram Iudice laico, in *Hieracen*. 4. Iulij 1645.

In Diaconos Syluaticos poſſunt eligi Nobiliores Ciuitatis, illique, gaudent priuilegio fori, ſed non decet, in *Hieracen*. 4. Iul. 2645.

Non eximuntur ab hoſpitatione Militum, *ibid*.

Tenentur ad taxam prò ſtipendio Medici, prò refectione pontium, viarum &c. niſi obſtet conſuetudo, in Neritonen. 16. Septemb. 1630. Ac de hoc vide *tom*. 1.

Non eximuntur ab oneribus Fiſcalibus, niſi adſit conſuetudo. 18. Iunij 1626. & in *Caſſanen*. 26. Iunij 1644.

Quod ad eorum numerum ſeruetur decretum emanatum iuſſu Gregor. XV. *Rheginen*. 20. Septembris 1667.

Quod ad Clericos Syluaticos ſeruetur dictum decretum, non obſtantibus allegatis ordinationibus Viſitatoris Apoſtolici, in *Neocaſtren* 17. Octobris 1671.

Die 27. Martij 1627. Sacra, &c. prò maiori parte cenſuit, filios Clericorum Syluaticorum gaudere priuilegio fori, durante ſeruitio Patris.

Die 23. Martij 1638. Sacra, &c. licet prò maiori parte inclinaret, vt durante officio, ſeù ſeruitio Clerici Syluatici, eius filius viuens cum Patre gaudeat priuilegio fori, prout eiuſdem Pater. Ex quo tamen aliqui dubitabant, fuit captum temperamentum, quod ſcriberetur Epiſcopo, vt eos, qui in carcerem incluſerunt, dictum filium Oratorem, abſolueret à Cenſuris ad cautelam, præuia caſſatione cautionis

ab

ab eo præſtitæ coram Iudice laico.

Inter alias rationes fuit ponderatum, quod cenſetur eadem perſona cum Patre, & pars ipſius Patris, Carol. de Graſſ. *effect.* 1. *num.* 189. *cum ſeq.* Et quod priuilegium conceſſum Patri extenditur ad filium. Idem *vbi ſupra nu.* 202. Frac. Marin. *par.* 2. *q.* 185. *n.* 1. & alij.

An cœtus Mulierum merè ſecularium ſimul in ſeceſſu viuentium deuotionis, & pietatis cauſa ſit illicitus, ità vt Epiſcopus poſſit eis præcipere clauſuram Regularem, vel reditum ad proprias domos? Vide de Monialibus. tom. 2. Conſult. 65.

An ſuſcipiens primam Tonſuram ab alieno Epiſcopo, abſque ſui Ordinarij Dimiſſorijs, ac in fraudem fori ſæcularis, ac munerum laicalium, priuetur priuilegio fori. Vbi in fine, ac peccet mortaliter? tom 2. Conſul. 66, ac tom. 1. Conſ. 103. & to. 6. Conſul. 17. & to. 3. Conſul. 8.

Negatiuè: Nam diuerſa, & grauior eſt ſpecies criminis vtentis falſis dimiſſorialibus, atque adeò non debet extendi ad hunc caſum. Etenim falſis dimiſſorijs promotus incurrit crimen falſi, de quo ſi via accuſationis ſit condemnatus, conuictus ſcilicet, vel confeſſus, eſt infamis infamia iuris, & conſequenter irregularis: Quia crimen falſi eſt crimen publicum. Imò ſecundum magis communem; ſi hoc crimen ſit notorium iure, vel facto, abſque ſcientia, ſufficit ad hanc pœnam: quia eſt crimen depoſitione dignum, Sayr. *lib.* 3. *capit.* 12. *num.* 3. *&* 12. Garz. *par.* 11. *cap.* 30. *nu.* 110. Licet aduerſus hanc infamiam reſtitui poſſit etiam à ſuo Epiſcopo, & indirectè diſpenſari ſuper illa irregularitate per *Cap. At ſi Clerici* §. *de Adulterijs de iudic.* Tolet. *lib.* 1. *cap.* 62. §. *fin.* & alii.

Imò ratione talis criminis falſi poteſt Clericus damnari ad triremes, ſi via accuſationis proceſſum ſit per *l.* 1. *C. vlt. ff. ad l. Cornel. de falſ.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 306. *num.* 2. *caſ.* 315. *num.* 7. Ordinatus tamen his dimiſſorialibus veris, ſed ſubreptitijs, ob falſam, & doloſam ſugeſtionem factam Epiſcopo, non incidit in pœnas falſificantis dimiſſorias, ſed ſecundum probabiliorem multorum ſententiam, incidit in pœnas Ordinati ſine dimiſſorijs, & ſine licentia ſui Ordinarij. Suar. *de cenſ. diſput.* 31. *ſect.* 1. *n.* 36. Reginal. *lib.* 32. *cap.* 25. *num.* 72. & alij.

Ille verò, qui recipit primam tonſuram, aut Ordines ab alieno Epiſcopo ſine dimiſſorialibus, vel licentia proprij Ordinarij ex *cap. ſi quis auſus* 71. *d.* ex Niceno Conc. *cap.* 16. *in fin. & cap.* 9. *quæſt.* 2. redditur ipſo iure ſuſpenſus, vel irregularis. Quod autem ſtando in iure communi antiquo, ratificari poſſit ordinatio illa, & ſic ceſſet impedimentum, habetur in *cap. Lugdunenſi* 9. *quæſt* 2. & ibi Gloſ. *v. poterit.* Turrecr. cum. Laur. Archid, & Io. Andr. & alijs.

Ex Bulla verò 2. Pij II. quæ incipit *Cum ex Sacrorum* Ordines Sacros ſuſcipiens ſine litteris dimiſſorialibus ſui Epiſcopi, incurrit ipſo facto ſuſpenſionem, in qua celebrans fit irregularis. Hæc autem Extrauagans eſt confirmata à Leone X. Paulo III. & Pio V. vt per Diaz. *cap.* 26.

Denique ex Trident. *ſeſſ.* 6. *cap.* 5. Ordinatus ab Epiſcopo alieno ſine licentia expreſſa ſui Ordinarij, eſt ab executione Ordinum ipſo iure ſuſpenſus. Et iterum *ſeſ.* 23. *c.* 8. Ordinatus ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprij Epiſcopi eſt ſuſpenſus ipſo facto à ſuſceptorum Ordinum executione, quandiù proprio Ordinario videbitur expedire.

Quod verò attinet ad ſecundam partem de ſuſcipiente primam tonſuram, aut Ordines in fraudem fori ſecularis, præter iam dicta in *to.* 1. Si promouendus eſt criminoſus, non debet promoueri, ſi ob crimen in irregularitatem propriè dictam incidit, ſiuè immediatè ex ipſo delicto, ſiuè ratione infamiæ iuris, niſi ſuper his fuerit diſpenſatus. Item promoueri non debet criminoſus ratione infamiæ facti; niſi ea purgata fuerit per conſtantem vitæ emendationem, ſaltem triennio comprobatam, vel niſi ex graui cauſa, & ceſſante ſcandalo fuerit diſpenſatus, Sylueſt. in *l. Si minorem num.* 2. *C. de in integr. reſtit. min* Clar. §. *fin. quæſt.* 21. *v* 1. *in fine*.

At ſi laicus criminoſus faciat ſe promoueri ad ſtatum Clericalem in fraudem fori laici, ideſt ſi iam erat de crimine diffamatus, vel delatus ad forū, vel proceſſatus, vel condemnatus, Couarr. *praſt. quæſt. cap.* 32. *num.* 4. §. *fran. verò.* Clar. §. *fin. qu.* 36. §. *Sed in hoc*, poterit Iudex laicus contra eum procedere ratione eiuſdem criminis ante Clericatum commiſsi ad pœnas non corporales, ſeu in perſonam, ſed pecuniarias, ſeù in bonis illius, etiam ad confiſcationem bonorum, ſi alias eſset imponenda. Eſt communis ſententia, vt teſtatur Couar. *d. cap.* 32. *n.* 4. *concl.* 3. Clar. *d.* §. 36. *num.* 34. & alii.

Hinc reus defunctus, incepta cauſa, ſed non dum ſequuta ſententia, poteſt condemnari in bonis in præiudicium hæredum, ſi cauſa terminanda eſt ſecundum ius Canonicum: Quia de iure Canonico hæres tenetur prò delicto defuncti *cap. in litteris de rapt.* & in *cap. Parochiano de ſepul.* & alibi. Et de iure ciuili requiritur, quod lis ſit conteſtata, *l. omnes, & l. ſciendum.*

Illud tamen concedendum exiſtimò, quod ſi laicus ſit delatus ad forum laicum, & iudicium cæptum, ſed poſteà perempta ſit inſtantia, & tunc Clericus fiat, liber remanebit à foro laico, neque poterit Princeps laicus inſtantiam in integrum reſtituere, ſeù ei vitam inſufflare in d. Clerici præiudicium, Io. Vinc. de Ann. *ſingul.* 129. & alij.

Item poterit Iudex, ſeù Princeps laicus inſtare

apud Iudicem Eccleſiaſticum, vt cogat illum in fraudem promotum etiam per coercitionē perſonalem obſeruare ſententiam prius latam á Judice laico, quatenus, ſalua immunitate Eccleſiaſtica, obſeruari poſſit, v. g. Si erat bannitus, vel relegatus, vt Iudex Eccleſiaſticus eum cogat obſeruare ſententiam banni, ſeù exilij, & eum puniat prò tranſgreſſione; Quia licet laicus non poſſit contrá eum procedere: quia talis pœna eſt corporalis; tamen mutacio ſtatus non liberat eum ab executione ſenteneiæ, & pœnæ corporalis, licet mutatus fuerit Iudex executor, Alberic. in *l. meminiſſe num. 5. §. Item quæro ff. de offic. Proconſ.* Fean. *deciſ.* 395. & multi.

Si verò in fraudem promotus antea erat in Carcerem coniectus, vel pœnæ corporali actu expoſitus per Iudicem laicum, tunc poteſt Iudex laicus inſtare apud Eccleſiaſticum Iudicem, vt procedat ad degradationem illius, eumque foro laico reſtituat, etiam ſi poſteà ſe feciſſet ad Sacros Ordines promoueri: quia iam erat præuenta, non ſolum cauſa, ſed etiam perſona, & ſic non potuit forum mutare: Quia Ordo Sacer non inuenit eum liberum, Abb. in *cap. 2. num. 5. §. concludendo de oblig. ad ratioc.* Io: Andr. Archid. Zabarel. *ibi in fin.* & alij. Et tunc poteſt Iudex laicus degradatum etiam corporaliter punire, Iaſ. in *l. cum quadam puella num. 9. ff. de iuriſd. omn. iudic.*

Quod tandem attinet ad tertiam partem, ſi quis in fraudem onerum, ſeù collectarum laicalium faciat ſe ad Ordines promouere, fruitur priuilegio fori: quia obligatio ad onera laicalia non eſt per ſe primò homini annexa, ſed in conſequentiam iuriſdictionis, ſeù ſubiectionis, quoad forum; Vndè dummodò non ſit criminis ratione laico foro obnoxius, non cenſetur impeditus mutare forum, ſed ſtatum propter ſubiectionem ad onera; Atque itá declarauit Sac. Congreg. Immun. in vna *Aſculana* 24. Ianuar. 1668. *Sacra, &c. cenſuit ſuſcipientem primam tonſuram, vel minores Ordines ab alieno Epiſcopo abſque ſui Ordinarij dimiſſorialibus, & in fraudem iuriſdictionis Ordinariæ, vel ſæcularis, non priuatur priuilegio fori, nec Conſtitutionem Vrbani habere locum in hoc caſu, ſed quandò quis cum falſis dimiſſorijs promouetur.* Item declarauit in vna *Theanen. Clericatus* 15. Septembris 1668.

An autem ſuſcipiens primam tonſuram, vt ſe ſubtrahat à tributis, & à foro ſæculari, peccet mortaliter? Affirmandum cenſeo, Bannes 2. 2. q. 12. ar. 1. *diff. 2. concl. vlt.* Ledes *par. 2. Sum. tr. de Sacram. Ord. cap. 7. concl. 3.* & alij: Quia tunc quis peccat, mortaliter, quandò in ſua operatione deſerit Deum, & ſe conuertit ad creaturam: Nam tunc ſe auertit à Deo, vt vltimo fine. Aſſumens autem primam tonſuram, aut Ordines Minores, non vt ſe dedicet ſeruitio Dei, ſed ſolum, vt ſe ſubtrahat á foro ſæculari, & fiat immunis à tributis, deſerit Deum: quia peruertit ordinem rerum, itàut quæ ad Deum ordinanda ſunt, ordinet ad creaturam, tollens à ſua operatione ordinem ad vltimum finem, & ponens ad creaturam, ac ſe conuertit ad finem, nempè ad ſeipſum per amorem propriū inordinatum, ac proindè peccat mortaliter.

Ratio verò aduerſariorum refellitur: Quia cum in tali caſu interueniat fraus, ſitque in re graui, ſiquidem eſt in ordine ad priuandos Principes totali iuriſdictione ſupra eiuſmodi promotum, erit vtique peccatum mortale. Illud verò verum puto, quod ſic ordinatus non committat contrà iuſtitiam, cum vtatur iure ſuo.

Reliqua vide d. tom. 1. Conſult 103. & d. tom. 6. Conſult. 17. & tom. 3. Conſult. 8.

An vulnerans lætaliter in Eccleſia, vel Cæmeterio gaudeat Eccleſiæ immunitate? tom. 2. Conſul. 67. & tom. 1. Conſult. 171. & Conſult. 470. ac Conſult. 490. Item tom. 2. Conſult. 38. tom. 6. Conſ. 40. ac tom. 9. Conſ. 12.

AFfirmatiuè: quia cauſa excluſiua immunitatis non eſt quomodocumque actio ipſa occidendi, ſed quatenus coniungitur cum morte. Ergò ſi mors non cauſatur intrà Eccleſiam, vel Cœmeterium, non committitur homicidium intra Eccleſiam, vel Cœmeterium: Quia homicidium non conſiſtit in ſola actione, ſed in complexo ex morte, & actione, itá vt actio de ſe ſit tantum cauſatiua homicidij, mors verò, vt ſequuta ex tali actione ſit homicidium, ſeù talis actio, vt eſt in termino mortis, atquè adeò *paſſiuè* accepta. Quod itá confirmo. Quandiù non ſequitur mors, non dicitur perpetratum homicidium. Siquidem de ratione homicidij eſt, quod extinguat vitam hominis, itá vt per hanc extinctionem formaliter conſtituatur. Ergò ſi in Eccleſia non extinguitur vita hominis, non committitur in ipſa homicidium, cum non fiat id, in quo formaliter conſiſtit homicidium. Ergò nequè habetur excluſio immunitatis inducta à Conſtitutione Gregoriana per homicidium: Quia Conſtitutio accipienda eſt de homicidio propriè dicto. At vulnus lætale eſt cauſatiuè tantum homicidium, non autem formaliter. Conſtitutio autem, quæ diſponit de homicidio, non ſe extendit ad cauſam homicidij; Sunt enim valdè diuerſi cauſa, & effectus ipſe ſequutus.

In, quod certiſſimum eſt, ſi ex cauſa data in Eccleſia mors ſequatur poſt tempus conſiderabile: Quoniam non ſolum militat ratio, quod homicidium non ſit ſequutum in Eccleſia, ſed etiam remanet dubium, an ex ſola cauſa datá in Eccleſia, vel etiam ex alia ſuperueniente, ſit mors ſequuta; quia ſi ſuperuenit alia cauſa, indicat, quod data in Eccleſia non fuerit ſufficiens pro morte. Et proindè illa actio non fuerit cauſatiuè homicidium, In dubio autem cen-

cenſendum eſt prò vulnerante; quia ſemper quandò eſt poſſibile, ſumenda eſt illa interpretatio, quæ excludit delictum.

Confirmatur, quod verba Conſtitutionis Gregorianæ *Quinè homicidiu, & mutilationem membrorum in ipſis Eccleſijs, earumque Cæmeterijs committere non verentur*, quod homicidium phiſicè committatur in ipſa Eccleſia, vel Cœmeterio. Idque probo: quia in dicta Conſtitutione excipiuntur, inter alios caſus, homicidia, & mutilationes. Exceptio autem firmat regulam in contrarium in caſibus non exceptis, *l. Non quod liquidè §. fin. ff. de pen. legat.* Rot. coram Greg. XV. *dec.* 259. *num.* 4. Vndè cum excipiantur tantù committentes homicidia, & mutilationes membrorum in Eccleſijs, & Cœmeterijs, ſequitur, quod vulnerans, etiam lætaliter in eiſdem locis, gaudeat immunitate: Tum quia in eadem Conſtitutione excipiuntur caſus aliqui, dum apponitur dictio taxatiua. *Tantum*, ibi: *Ità ad vnam tantum formam reducimus*. Hæc autem dictio de ſua natura impedit extenſionem ad non expreſſa, *l. Properandum C. de iudic. l. ſi eum exceptio §. Quod ſi homo ff. Quod metus cauſa §.* 1. *in fin. inſtit. de ſtipul ſeru.* Dec. *conſ.* 54. *num.* 7. *in fin. lib.* 1. alijque. Tum etiam, quia in ipſa Conſtitutione eorundem caſuum exceptio fit per modum formę, vt patet ex verbis relatis: *Ad vnum tantum formam reducimus*. Nil igitur illis addi, vel minui poteſt, ſed omnia debent adamuſſim obſeruari, Paris. *conſ.* 19. *lib.* 3. Rolan. *conſ.* 3. *num.* 3. *& conſ.* 72 *num.* 60. *&* 68. & alij. Ac deniq; quia in dicta Conſtitutione extenſio fieri prohibetur, ibi: *Sublata eis, &c.* Hæc enim clauſula tollit omnino omnem interpretationem, & extenſionem ad caſus non expreſſos, Pret. *deciſ.* 52. *num.* 5. *lib.* 1. & vnicuique os claudit Bart. *in l. fin. C. can. frum. Vrb. Rom. lib.* 11. & omnes; Ac proindè exceptio de committentibus homicidia, vel mutilationes in Eccleſijs, vel Cœmeterijs, non poteſt extendi ad lætaliter vulnerantes, quamuis grauiſſimè delinquat, per tex *in cap. Inter alia de Immun. Eccleſ.*

Et hanc ſententiam ſequi videtur Sac. Congr. Immun. nimirum, ſic vulnerantem gaudere quamuis ob grauitatem delicti procedendum ſit, ſi Sanctiſſimus annuerit, ad pœnam extraordinariam; Id, quod in eiuſmodi caſibus obſeruari ſolet; Vndè vulnerans lætaliter in Eccleſia, ex vulneribus deindè vulneratus moritur, damnatur iuxtà circumſtantias delicti, & ſcandali. Eſt caſus in *Tropien.* 14. Maij 1669. in quo Sacerdos quidam vulnerans lætaliter alium Sacerdotem tempore, quo in Choro cantabantur Veſperæ ſolemnes, & vulneratus antiphonam, fuit condemnatus ad triremes per decretum à Sacra Congregatione cum oraculo Sanctiſſimi.

An verba hęc à mandante homicidium mandatarijs dicta: Che al bene, & al male, al quale ſtarò io, ſtarete voi, *& huiuſmodi alia ęquipolleant rei pecunia ęſtimabili, ſatiſque ſint ad conſtituendum crimen aſſaſſinij, ac proindè ad amittendum Immunitatem Eccleſiæ?* tom. 2. Conſult. 68. ac tom. 9. Conſult. 22. & fusè eodem tomo 9. Conſult. 43.

De hac re paucula diximus *tom.* 1. *Conſult.* 94. Ad hunc peculiare quæſitum vero negatiuè cum Giurba *conſ.* 70. *num.* 25. *&* 26. *ac* 37. vbi de communi. Farinac. *ibidem*, vbi Baldum adducit, & alijs innumeris: Ratio autem eſt: quia promiſſio debet eſſe certa, & ſpecificata; Non autem incerta, & generalis, quemadmodum eſt illa, quæ in verbis allegatis continetur, *l. triticum, & l. ità ſtipulatus in princ. ff. de vrb. ſignif.* ac alibi, vbi huiuſmodi promiſſiones irritas eſſe ratione incertitudinis decernitur; Nam huiuſmodi verba vrbanè, atque ad complacendum potius, quam ad ſe adſtringendum verbis generalibus offeruntur, ideòque non inducunt obligationem; Hæ autem, ac ſimiles formulæ loquendi vſurpantur ſolumodò teſtandi animi cauſa, non autem ex intentione ſe abſolutè obligandi; Vndè abſolutè non obligant. Quando quidem ſola promiſſio certa, & ſpecifica, vel ſolutio pecuniæ, vel alterius rei loco pecuniæ conſtituit Aſſaſſinium, Salic. in *l. non ideò minus num.* 36. *C. de accuſat.* Gratian. *conſ.* 51. *num.* 47. *lib.* 2. & alij: Et hanc etiam opinionem ſequitur Sac. Congreg. Immun., quæ aliquandò conſiderata qualitate mandantis, ac mandatarij, alijque rei circumſtantijs, egit cum Sanctiſſimo pro pęna extraordinaria, vt alibi aduerti.

Et nota, quod antequam ſequatur effectus, qui pecuniam dedit propter homicidium, gaudet immunitate ex ſac. Cong. Epiſcop. in *Surzanen.* 21. Februar. 1620.

Conſtitutio Gregoriana non habet locum in eo qui mandat, ſeù mandatum recipit, vel cooperatur ad precium acceptum, vel promiſſum ad vulnerandum, vel faciem vulneribus deturpandum: quia tales Impropriè dicuntur *Aſſaſſini*, ex eadem Sacra Cngregatione 25. Iunij 1601.

Si Mandatarius nihil aliud attentauerit, licet mandatum cum pecunia receperit, mandans non priuatur immunitate. Eadem in eadem *Sarzanen.* 21. Febr. 1620.

1 *An liceat Superioribus laicis præcipere, quod non ponantur in Scrutinio ſimplices Clerici prò electione Magiſtratuum?*

2 *An eiſdem Clericis in Scrutinio, poſſit à Superioribus laicis denegari poſſeſſio illius Officij Magiſtratus, ad quod fuerunt electi?*

3 *An ſit permittendum, quod in libris publicis Communi-*

munitatis regiſtrentur litteræ continentes probibitiones, atq; præcepta Superiorum ſecularium contrà Clericos, tàm in primo, quàm in ſecundo caſu ſupradictorum quæſitorum?

4 *An à dictis Superioribus laicis præcipi poſſit eiſdem Clericis, vt non exerceant Magiſtratum, quandò ad illum electi fuerint? Et*

5 *An ijdem Superiores laici poſſint condere decretum aliquod, vel alium actum iudicialem facere, quo declarentur huiuſmodi Clerici incapaces ad exercendum officia publica, quamuis illi a Sac. Canonibus probibeatur?*

Vbi quid de Clericis Coniugatis? tòm. 2. Conſult. 69.

CVm hæc quæſita Procurator Fiſci Curiæ Archiepiſcopalis *Firmanæ* Sactæ Congregationi Immun. Eccleſ. proponeret, Sac. Congr. 20. Decembr. 1667. ità reſpondit:

Quoad 1. poſſe præcipere laicis ſibi Subditis, nè nomina Clericorum in vrnam conijciantur.

Quoad 2. poſſe.

Quoad 3. poſſe, dummodò ordò non feratur in Clericos directè.

Quoad 4. negatiuè.

Quoad 5. pariter negatiuè.

Sed quid de Clericis Coniugatis? Eadem in vna *Auellinen.* reſpondit, Clericos coniugatos habentes requiſita, *cap. vnici de Clericis Coniugatis in 6.* eſſe capaces intereſſendi Conſilijs publicis Communitatis, & ſimilibus, & non poſſe ab Ordinarijs eis prohiberi die 3. Octobris 1634.

Et in *Tudertina* Epiſcopo ſcripſit in hunc modum:

I decreti del Conſiglio di cotesta Città eſcluſiui de Clerici Coniugati da gl'Officij publici, a' quali ſono ſtati eletti, repugnano all'Immunità Eccleſiaſtica, di modo che V. S. doueià operare con mezzo proprio, che venghino reuocati, con notificare a colui, che in eſſo ha hauuto parte, che conſulat propriæ conſcientiæ per l'incorſo delle cenſure, quando però i detti Chierici volontariamente s'aſtengono d'accettare i detti officij, ſarà ſtimato effetto della prudenza di V. S. Roma 16. Nouembre 1634.

Et in Anagnina Gubernatori: *Eſſendoſi dato parte à Noſtro Signore, come Federigo Ricchezza, benche ſia Chierico Coniugato voglia eſercitare il carico di Conſeruatore di coteſta Communità. La Santità Sua ha commandato, che s'aſtenga da queſto, e da ogn'altro officio publico. Però voi non permetterete, che l'eſerciti, e farete elegere altro in luogo ſuo. E Dio vi guardi. Roma 2. Magio 1640.*

Et in *Viterbien Communitati.* Sacra, &c. cenſuit, Clericos Coniugatos admitti debere de rigore iuris ad Magiſtratus, & officia, ſed ſcribendum Eminentiſſimo Epiſcopo, vt prò ſua prudentia curet, illos voluntariè abſtinere ab huiuſmodi prætenſione, vt ſer. ſer. præuiò termino competente declaret, priuatos priuilegijs Clericalibus, quatenus non incedant, vt ſupponitur, in habitu, & tonſura. Die 27. Febr. 1646.

Ac denique die 17. Octobris 1667. ſcripſit Gubernatori Marchiæ. *Che debba far cancellare dal Regiſtro vna ſua lettera ſcritta al Gouernatore di Recanati, con cui ordinaua d'inuigilare, perche non s'ammettino all'officio di Magiſtrato perſone, che hanno il carattere di Chierico, ſe però non renunciaſſero a i loro priuilegij, e che le renuncie ſi accettaſſero dal Veſcouo.*

An, & quo pacto remedium adhibendum ſit fraudibus Clericorum in ſuis immunitatibus à vectigalibus? Vbi incidenter de patrimonio Clerici, de emptione vel obligatione quoad onera laicalia? tomo 3. Conſult. 2. tom. 1. Conſult. 293. & 446. ac. 453. Item tom. 4. Conſult. 334. tom. 9. Conſult. 20. & 34.

EQuidē parentes, qui plures liberos habent, vnī ex illis Clericatū aſſumenti conſtituunt patrimonium prò Ordinibus ſuſcipiendis ſuper omnibus ſuis bonis, vel maiori eorum parte; Ii verò, qui liberis carent idem ſeruant cum aliquo ex Cognatis, & quandòque etiam extraneis, vt ſub clypeo Immunitatis huiuſmodi colorati patrimonij bona, quæ in libro, in quo tributa, & cenſus extimantur, ſunt deſcripta, quem Cataſtrum appellant, aut Æſtimum, eximunt ab eorum ſolutione.

Sunt, qui emancipant ex ſuis liberis eum, qui Clericus eſt, donando eidem, cum translatione actualis poſſeſſionis, omnia bona ſua, vel potiorem partem illorum, vt ſint immunia, & in futurum abſque vlla onerum ſolutione, omnes ex eorum fructibus viuant. Quod, parentibus etiam demortuis, inſeruit cæteris fratribus eodem modo viuentibus ſub regimine Clerici, nequè ideò curantibus opponere de inofficioſa donatione.

Fratres quoque in diuiſione bonorum communium malitiosè dimittunt Clerico prò eius rata quæcumque deſcripta ſunt in Cataſtro, accipientes in ſuam partem non deſcripta, ſe ſe tamen per ſcripturam priuatam, aut confidenter intelligentes, quod quiſque, non obſtante tali diuiſione, reipſa habeat commodum ſuæ portionis. Multi grauati oneribus non ferendis ſuper ſuis bonis, ea donant alicui Eccleſiæ ad tempus determinatum, ſub conditione, quod durante eo tempore, ſibi locentur prò certa penſione annua, libera, atque immunia à quouis onere, quod genus donationum Sacra Congregatio ipſa Immun. in vna *Oppiden.* 27. Septembr. 1661. cenſuit, habendum eſſe prò fraudulento, & ideò non gaudere Immunitate; Scriptumque Epiſcopo, vt procedat pròut de iure.

Nonnulli ſimulant donationes, & venditiones bonorum in Cataſtro deſcriptorum ſub varijs figmentis in Clericos, aut loca pia, vel Eccleſiaſtica, reali poſſeſſione eis tradita, quæ tamen ipſi poſtea titulo locationis, liuelli, ſeu emphyteuſis ab huiuſmodi donatarijs, & emptio-

Digitized by Google

emptoribus accipiunt, vel cum eiſdem conueniunt de fructibus correſpondentibus, aut aliter per ſcripturas priuatas, ſeù alibi celebratas, vt difficillimè ſit veritatem comperire, cauſa ſolum fraudandi Æſtimum, ac euitandi onerum ſolutionem.

Aliqui de bonis, vt aiunt, allibratis fundant beneficia Eccleſiaſtica cum reſeruatione Iuriſpatronatus prò ſe, ſuiſque deſcendentibus, curando deinceps propriam, vel filiorum inſtitutionem. Imò ſæpè ſtudent eadem bona à Beneficiarijs accipere titulo emphyteuſis, liuelli, ſeù locationis prò modica penſione. Quinimmò plerique inferioris notæ in eis colorant titulum Coloniæ partiariæ, vel temporalis, vel perpetuæ, vt hiſce artificioſis, ac ſubdolis machinationibus, & commentis eludant Æſtimum, ſubque prætextu Immunitatis Eccleſiaſticæ ſe ab oneribus ſubtrahant.

Plures ſunt, qui habitum Clericalem aſſumunt, non quidem animo Clericali, cum non incedant in habitu, & tonſura, neque Eccleſijs deſeruiant, ſed vt ſolo charactere contenti, ſæcularia peragant.

Et quod nihilo peius eſt, non poſſunt huiuſmodi fraudes ac eluſiones diiudicari ob frequentes inhibitiones, quas prædicti omnes obtinere curant ab A.C. Apoſtolicę in executionem Bullæ, quę quoquo anno publicatur die Cœnæ Domini, vel ſub alijs prętextibus, ac titulis, quibus Ordinariorum manus, & Iudicium euinciunt, atque eludunt.

Hinc non abs re multi Principes, ac præſertim Prorex Neapolis Edicta emiſerunt tenoris ſequentis:

Philippus Dei Gratia Rex &c. D. Emanuel de Fonſeca Comes, &c. & in præſenti Regno Vicerex, &c.

Perche continuamente ci viene fatta inſtanza da diuerſe Vniuerſità, e particolari delle Città, e Terre di queſto Regno delle fraudi, che ſi commettono da Cittadini, & habitanti in eſſe, per fuggir i pagamenti Fiſcali, & altri peſi vniuerſali, che ſono obligati pagare per le robbe, che da eſſi ſi poſſeggono, mentre le donano a Chierici, e Preti, & altre perſone Eccleſiaſtiche, in maniera che, non ſolo ciò viene ad eſſer di pregiuditio, & intereſſe del Regal patrimonio di S.M. ma vengono di più aggrauati gli altri poueri Cittadini delle predette Città, e Terre. E conuenendo, che a queſto ſi diano gl'ordini neceſſarij, per euitar tali frodi, eſſendoſi nel Regio Collateral Conſiglio viſte, e riconoſciute le conſulte fatte in queſto particolare della Regia Camera della Sommaria a S. M. in vigore di ſuo Regal ordine, e proprio dell'anno 1590. & vltimamente nell'anno 1628. nelle quali ſi contengono i ſeguenti, cioè:

Primo in quanto alle donationi, che ſi fanno da laici a figli, ò parenti Preti, e Chierici, reſtando in poſſeſſione eſſi medemi laici delle robbe donate, e percependo i frutti, e l'entrate, come prima delle donationi, ſi come ſempre per queſta Regia Camera ſono ſpedite prouiſioni, ſi aſtringano i medemi laici, e donanti a pagare per dette robbe donate, come pagauano prima delle dette donationi tutti i pagamenti vniuerſali, non oſtanti le dette donationi, perche ſi preſumono quelle fatte in fraudem, con eſeguirſi contro detti laici donanti, e poſſeſſori di dette robbe donate, ſimilmente laici.

Secondo quando dette donationi non ſono in fraudem per le cauſe, come di ſopra, dette robbe donate ſono obligate a contribuire all'Vniuerſità, doue ſono ſituate alla Bonatenentia, & anco a i debiti contratti per le dette Vniuerſità, a tempo che quelle ſono ſtate poſſedute per detti Cittadini, giuſta il Cataſto del tempo delle donationi, ſecondo i decreti di detta Regia Camera, & oſſernanza continuata.

Terzo riſpetto delle donationi, che ſi fanno à titulum patrimonij, per poter il Chierico pigliar gl'Ordini Sagri, ſe le dette donationi ſono fatte dal.° Aſcendenti e non s'ecceda la portione virile, mentre il Chierico non ſi promoue ad Ordine Sagro, dette robbe ſono obligate a pagare la bonatenza, & a contribuire a i debiti contratti, ſecondo il Cataſto tempore donationis. Andando però il Chierico in habito, e conſura Clericale, e ſeruendo ordinariamente in Diuinis, in conformità del Sagro Concilio di Trento, e doppo promoſſo il Chierico ad Ordine Sagro, ſono franche di detta Bonatenenza, e così anche doppo la morte del Padre, & Aſcendente donante, hauendo da contribuire all'ora ſolamente a i debiti contratti per l'Vniuerſità, doue ſono ſituate a tempo, che quelle ſono ſtate poſſedute per detti laici, la qual contributione di debiti contratti ſi hà da eſiger, tanto per il tempo, che il Chierico non ſarà promoſſo ad Ordine Sagro, quanto anche doppo promoſſo, giuſta il Cataſto del tempo della donatione, conforme all'oſſeruanza antica, continuata per il detto Tribunale della Camera.

Quarto le robbe, che ſono peruenute a Preti, & a Chierici per legitima ſucceſſione de loro Padri, e parenti ſono franche da pagamenti vniuerſali dal dì, che peruengono in potere di detti Preti, e Chierici, andando però i Chierici in habito, e tonſura Clericale, e ſeruendo ordinariamente in diuinis, ſono quelle ſolamente obligate a contribuire a debiti contratti per l'Vniuerſità a tempo, che ſono ſtate poſſedute da detti Padri, e parenti Cittadini laici giuſta il Cataſto del tempo della morte di detti Padri, e parenti laici

Quinto, in quanto alle robbe comprate da i Preti, ò Chierici, andando i Chierici in habito, e tonſura Clericale, e ſeruendo ordinariamente in Diuinis, ſecondo il Sagro Concilio di Trento, non haueranno da pagare come Cittadini, ma come buonatenuti, & ancora contribuire a debiti contratti per l'Vniuerſità a tempo, che ſono ſtate poſſedute per Cittadini laici, giuſta il Cataſto del tempo della compra. con clauſula, ch'eſſendo detti venditori primi poſſeſſori di dette robbe ſecolari, ſono quelli obligati a contribuire à detti debiti per il tempo della loro poſſeſſione, e non eſſendo ſecolari, ſono obligate le medeme robbe;

Seſto per l'eſattione della Bonatenetia, e debiti contrat-

Digitized by Google

tratti ne' caſi ſopradetti, con le clauſule, e iuxtà Cataſtrum; vt ſuprà, è lecito all'Vniuerſità eſeguire ſopra le medeme robbe, frutti, & entrate di quelle.

Et eſſendo di ragione, che i capi predetti così ordinati, e le prenominate clauſule di detta Regia Camera, &c. s'oſſeruino, &c. ordiniamo a tutti Officiali Maggiori, e minori, &c. tanto Regij, come di Baroni, &c. debbiano il tutto eſeguire, &c. Dat. Neapolis die 27. Iunij 1633.

E'l Conte di Monterey. Vid. Carolus de Tapia Reg. Vid. Rouitus Reg. Vid. Enriq. Reg. Parillus Secretarius.

His igitur, aliiſque exuberantibus malis prò quidem effectu mederi oportet, nè locus ſit fraudibus *cap. 2. iuncta Gloſ. v. Fraudi.*

Primum igitur remedium fore exiſtimo, quod ſinguli Epiſcopi in ſuis Synodis Diœceſanis ſtatuant certam, & determinatam quantitatem patrimonij prò Clericis, tam nobilis, quam mediocris, ac inferioris notę, decernendo, quod ea ſolum, & non maiori gaudeat priuilegij Clericalis patrimonij. Cum receptiſſima omnium ſententia ſit, quod Epiſcopus, cuius eſt præſcribere, aut determinare ſufficiens patrimonium ad honeſtam ſuſtentationem Clerici ordinandi, debeat ſuum arbitrium regulare, inſpecta qualitate, & conſuetudine locorum, iuxta illorum diuerſitatem, cum quod ſufficit in vno loco, in alio minimè ſatis erit, Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ. 206. nu. 12.* Vgolin. *de offic. Epiſc. d. cap. 26. §. 10. in princ.* & alij, qui teſtantur in Ciuitate Neapolitana extare taxationem certam in annuo redditu ducatorum 36. in alijs verò locis Regni ducatorum 25. Garz. *de benef. par. 2. cap. 5. num. 118:* & alij; Non abs re videtur diuiſſio, quod ſinguli Epiſcopi per decreta Synodalia ſtatuant in ſuis Diœceſibus certam quantitatem patrimonij ordinandorum, quæ ſola gaudeat illius priuilegijs, vt fungatur vice tituli beneficij.

Secundum remedium eſt non admittere laicos ad Clericatum ſine delectu circà Eccleſiarum neceſſitatem, vel vtilitatem conſideratam à Tridentino *d. cap. 2.* ac propterea eiſdem Epiſcopis præcipere, etiam ſub pęnis Eccleſiaſticis, quod omninò obſeruent decretum dicti Concilij *ſeſſ. 23. de refor. cap. 16.* vt nullus ordinetur, qui illi Eccleſiæ, aut pio loco, prò cuius neceſſitate, aut vtilitate aſſumitur, non adſcribatur, vbi eius fungantur muneribus, nè incertis vagetur Sedibus:

Porrò Sacerdotis vtilitas, contemptus, & irreuerentia apud populum, primum ex multitudine nimia, deindè ex indignitate, poſtremò ex vita palam ſcelerata, ſcandaloſaque multorum huius Sacratiſſimi Ordinis mihi pendere videtur. Multitudo hæc nimia, neceſſariò etiam contemptum, vilipenſionemque ingerit, ſicut contra raritas pretium, extimationem, admirationemque rebus facit. Contemptum vilipenſionemque auxit ſine diſcrimine, ſine iudicio, ſine Eccleſiarum neceſſitate tam multorum ad tam ſublimem gradum admiſſorum perſonalis dignitas, ſiuè ętatem, ſiuè prudentiam, eruditionem, cęteraque ſpectes, quæ ad tuendam apud populum dignitatem, authoritatem, extimationemque pertinent. Auxit deniquè ſtipendiorum in tam multos tenuitas, aliorum autem, vel acquirendi victus cauſa ſine ſtipendiis promotorum, neceſſariorum quoque indigentia; quamobrem mendicare alios videmus, alios verò in indignam Sacerdotibus ſeruitutem, officia, ac miniſteria ſe addicare laicis; Quod eſt contrà decorum, & honeſtatem ſtatus Clericalis, vt decernitur in *cap. Sacerdotibus, nè Clerici, vel Monach.* & in Conc. Carthag. 1. *cap. 6. in cap. Credo 21. quæſt. 3.* & ſancitum in Conc. Prouinciali Tolet. celebrato ſub anno 1565. *cap. 18.* Non obſtante conſuetudine, quæ tanquam irrationabilis non poteſt præualere contrà legem, atque adeò tanquam corruptela eſt extirpanda. Diaz. *in pr. cap 6. num. 3.* Farinac. *par. 1. fragm. v. Clericus num. 184.* & alii.

Tertium remedium eſt ſtatuere, quod Clerici primæ tonſuræ, & minorum Ordinum non deferentes habitum, & tonſuram Clericalem, nec inſimul inſeruientes Eccleſiis, quibus in ſua Ordinatione adſcripti fuerunt, poſtquam fuerint Canonicè moniti à ſuis Epiſcopis, non potiantur beneficio immunitatis ab oneribus laicis prò ſuis bonis patrimonialibus, præſumendo etiam in hoc, illos aſſumpſiſſe Clericatum in fraudem vectigalium, gratia tantum ſe le ab illorum ſolutione eximendi.

Quartum remedium ſit, quod Ordinarij in cognoſcendis fraudibus, & abuſibus commiſſis aduerſus ęſtimum nullatenus impediuntur per inhibitiones, quæ conſueuerunt concedi ab A.C. ac vt remedium præſtò ſit, poteſt alterum ex duobus fieri, vel dictis Ordinarijs ſcribere, vt in eiuſmodi caſibus procedant, non obſtantibus inhibitionibus A.C. ſicut eiſdem reſcripſit Sacra Congregatio Immun. anno 1652. ac alias ſępè. Vel ſaltem ipſis inhibitionibus A.C. inſerere hanc, vel ſimilem declarationem, nempè: *Ità ut pręſens inhibitio non ſufficiat in cauſis iudicialiter introductis, vel introducendis coram Ordinarijs in prima inſtantia, iuxtà formam Conc. Trid.* Quare Sacra Congregatio Immun. 27. Februarij 1658. Nuncio Taurinenſi in hunc modum ſcripſit:

Eſſendoſi compiaciutà la Santità di N.S. col parere della Sagra Congregatione deputata per prouedere ad alcuni ſuppoſti abuſi di cotesto Stato, di dar gl'ordini opportuni, che ſi contengono nell'accluſe lettere ſopra i patrimonij troppo eccedenti, che ſi aſſegnano a Chierici, douerà V.S. far capitare fidatamente alle mani di tutti gl'Ordinarij di coteſto Stato gl'ordini accennati, acciò che ſi conformino in eſeguirli con i prudentiſſimi ſenſi della Santità Sua; mentre a V.S. mi offero di cuore.

Li-

Digitized by Google

Literę autem Circulares eiuſdem Sacrę Congregationis Ordinarijs Status Sabaudię ſub d. die, & anno directę ſunt huiuſmodi:

Per dare opportuno rimedio a i pregiuditij, che ſi preſuppone riceuino le Communita, & i laici di coteſto Stato per i patrimonij troppo eccedenti, che molti aſſegnano a i loro figliuoli, fratelli, e altri parenti, col fine di ſottrarre i beni aſſignati a i medeſimi dal pagamento de i peſi publici, la Santità di N.S. inteſo il parere di queſta Sac. Congr. deputata per prouedere a ſimili abuſi, ha ordinato, che s'incarichi a V.S. d'auertir diligentiſſimamente per quanto ſpetta alle perſone ſoggette alla ſua giuriſdittione, che i detti patrimonij Eccleſiaſtici non eccedano la quantità ſufficiente, conforme al Sagro Concilio di Trento, cioè ſecondo il giudicio di lei, e la qualità delle perſone ordinande. Eſeguiſca per ciò con ſomma accuratezza, e prego a V.S. ogni bene.

Quin Sanctiſſimus in audientia ſub die 20. Martij eiuſdem anni iuſſit Secretario Sac. Congregat. Immunit. vt ſcriberet Nuncio Taurinenſi in hunc tenorem:

Volendo la Santità di N.S. prouedere, che da gl'Ordinarij ſi proceda, come di ragione ſopra le fraudi, che ſi ſuppone commetterſi nelle donationi, & altri contratti, che fanno a fauor di perſone Eccleſiaſtiche in pregiuditio delle Communità, e de' laici, e che l'inhibitioni di Monſignor A.C. non habbiano da impedire che li steſſi Ordinarij non procedano in prima inſtanza, ſecondo la diſpoſitione del Sagro Concilio di Trento nel cap. Cauſæ omnes 20. ſeſs. 24. de refor. *inteſo il parere della Sacra Congregatione deputata à prouedere a ſimili abuſi, ha ordinato, che col mezo di V.S. ſi faccia ſapere a gli ſteſſi Ordinarij, che preſentandoſi coſtì le ſudette inhibitioni, anche in Cœna Domini, eſſi medemi ne ſcriuano al ſudetto Monſignor A.C. con l'aggiunta di vna copia ſemplice di d. inhibitioni, acciòche ſenza tela giudiciaria, e ſpeditamente egli poſſa dar loro opportuno rimedio. E così doueranno anco eſeguire quando ſi preſenteranno inhibitioni del medemo Tribunale in grado d'appellatione delle loro ſentenze nelle ſteſſe cauſe per ſoſpendere la loro eſſecutione; Poiche traſmettendo à Monſignor A.C. la copia di eſſe con vna breue informatione de meriti della Cauſa, riceueranno da lui ſpedita riſpoſta col douuto prouedimento.*

Idem obſeruatum, ac ſcriptum fuit Epiſcopo Comenſi, & Nuncio Apoſtolico ad Eluetios ſub die 13. Nouemb. 1668. Et in vna *Alexandrina* prò Clero Caſtellacci die, & anno præfato.

Hæc prò remedijs ex bono, & æquo adduximus, Quid autem de rigore iuris ſentiendum ſit, alibi differuimus. Reliqua vide *dd. tom. 4. Conſult. 33. & tom. 9. Conſult. 20. & ea, quæ ſequuntur in ſequenti Conſult.*

De iuſtitia, & inualiditate ſententiæ A.C. ſuper huiuſmodi bonis donatis Clerico: An ſit valida eiuſmodi ſententia manutentionis cum inhibitione? tom. 9. Conſul. 47.

NEgatiuè: Nam A.C. non poteſt in præiudicium Ordinariorum, ac partium decernere monitoria in prima inſtantia, neque extrahere collitigantes ab eorum domicilio, trahendo in Romana Curia, neque ferre contrà illos ſententias per contradictas; Flores de Mena *var. quæſt. 12. num. 8. lib. 1.* Nouar. de *elect. for. ſect. 1. quæſt. 9. num. 3.* & alij. Idque fortius ex Sac. Conc. Trid. *cap. 20. ſeſſ. 24. de reform.* Quia non eſt Iudex competens forentium. Et alijs rationibus ſuprà allegatis in prænotata Conſultatione. Ideò ſententia A.C. habetur, ac ſi non eſſet lata.

An Magiſtratui ſæculari competat locus, & quidem dignior intrà Presbyterium? Vide de Ritibus tom. 3. Conſult. 3. & tom. 4. Conſul. 16.

An Epiſcopi poſſint concordare cum Miniſtris laicæ poteſtatis, præſertim in Regno Neapolitano in his, quæ concernunt perſonas Eccleſiaſticas, abſque facultate Sedis Apoſtolicæ? tom. 3. Conſul. 4. ac tom. 9. Conſult. 20.

NEgatiuè: Quia in concernentibus perſonas Eccleſiaſticas non ſufficit authoritas Epiſcopalis, ſed præcisè requiritur, vt præcedat ſpecialis authoritas Summi Pontificis, tex expreſſus *in cap. aduerſus verſ. verum ſi quandò, iuncto verſ. propter imprudentiam de Immunit. Eccleſ.* quod innouatur in Clem. *Quoniam*, & in Extrauag. 1. *poſt med. eod. tit.* vbi Doctores communiter. Cui diſpoſitioni Conciliari non poteſt Epiſcopalis authoritas derogare, cap. *omnia 25. quæſt. 1.* & notat Gloſ *in cap. cum dilectus 23. de elect. & in cap. dilectus de temp. ordin.* traditque Duard. in Bulla Cœnæ *can. 18. quæſt. 3. in fine*.

Quod cò maximè dicendum eſt: quia cum eadem diſpoſitione Conciliari concordat Bulla Cœnæ §. 5. ibi: *Ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia.* Nec non in Regno Neapolitano Conſtitutio Capitularis Honorii III. *col. 2. verſ. Item quod Clerici*, & clarius in inueſtitura Iulii II.

Et hæc ſententia confirmatur ex aſſidua confirmatione in Regno Neapolitano, cum in huiuſmodi conuentionibus ſemper præceſſerit authoritas Sedis Apoſtolicæ, vt ex Apoſtolicis indultis, quæ extant apud Secretarium Breuium, & ad Nuncium Apoſtolicum miſſa. Quam vti veram approbarunt Tribunalia Sedis Apoſtolicæ cum executione, præſertim in *Florentina* 27. Octobr. 1634. & 3. Septemb. 1636. in *Zamorenſi* 1. Sept. 1643. & 26. Ianuar. 1644.

in *Mutinenſi* 27. April. 1643. in *Valentina* 15. Decembr. 1648. & in aliis ſæpe.

Aduertunt tamen Saur. in *Reg. Angl. lib.4.cap.32.* Baldell. *tom.1.lib.5.diſp.35.nu.17.*& alij. Prælatos Pontifice inferiores poſſe tantum conuenire cum laicis, vt his concederent iura in aliquam executionem, aut miniſterium facti, non iuriſdictionem. Exempli gratia, vt poſſint impedire delictum imminens per capturam Clerici ad illud accincti, per ereptionem armorum, & ſimilia, quæ per ſuos executores Eccleſiaſticos exequi poſſet. Sicuti enim poteſt in ſingulis caſibus vti miniſterio brachij ſæcularis, & dare ſpecialia mandata circa prædicta, eodem modo poterit generalem commiſſionem facere, ſi prudenti arbitrio cognouerit, expedire, vt integrum ſit laicis ſine alia ſpeciali commiſſione ad impedienda ſcelera, & publicæ pacis perturbationes obuiare, media captura, ablatione armorum, & ſimilibus. Debet tamen vſus huius miniſterij ſubordinari, & ſubijci authoritati Prælati, cuius nomine agitur, vt quandò ipſe nouerit, huiuſmodi vſum prohibendum, vtpotè Clericatui indecentem, poſſit, aliàs enim acquireretur integrum ius, & non miniſterium, quod dicit dependentiam ab eo, qui miniſterium concedit, ſicut inſtrumentum, principali mouente. Ità ſiquidem eſt conſentaneum, & expedit decenti Clericatus regimini, cuius oppoſitum eſſet immunitati nimis præiudiciale. Hinc Sac.Congr. Epiſcop.in *Caſtellenatenſi* 13.Iul.1602.reſoluit, quod Epiſcopus non debet dare licentiam Curiæ ſæculari carcerandi Clericos noctu incedentes, niſi ſpeciali mandato propter vagantium, etiam Regularium multitudinem; vt in *Rauennatenſi* 12. Septemb.1549. maximè ſi inuenti fuerint in habitu ſæculari, vt in vna *S.Auguſtini* 15.Sept.eiuſdem anni.

De authoritate Ordinarij in litterarum Magiſtros, etiam Grammaticæ tom.3.

Conſult. 5.

SAc.Conc.Trid.*ſeſſ.5.cap.1.de reform.* Ne Principibus, vel populo, aut Reipublicæ quorundam calliditas imponeret, Epiſcopos voluit eſſe cenſores, approbatores Magiſtrorum: Quare, *ne ſub ſpecie pietatis impietas diſſeminetur, ſtatuit eadem S.Synodus, neminem ad huiuſmodi lectionis officium, tam publicè, quam priuatim admittendum eſſe, quin prius ab Epiſcopo loci de vita, & moribus, & ſcientia examinatus, & probatus non fuerit*. Quo in loco Concilij Barboſ. aſſerit, ad hoc examen teneri etiam Ludimagiſtros, qui priuatim in domibus particularibus prima principia Grammaticæ docent.

Hinc tanti Pius IV. eam rem fecit, vt Epiſcopis examinadorum Magiſtrorum etiam Grammaticæ curam expreſsè demandauit, eiſque iniunxerit, vt in eorum manibus profeſſionem fidei emitterent antequàm docere incipiant Conſtitutione ſua 88.quæ incipit: *In Sacroſancta*; Adeòque vt Sac. Cong. Conc. eam emitti præceperit cuidam Ludimagiſtro ſub pœna tranſmiſſionis ad carcerem S. Officij in vna *Terracinenſi* 29. Auguſti 1581. dixeritque, Ordinarios negligentes ab eis hanc fidei profeſſionem exigere, puniendos eſſe.

Hæc etiam de re lex extat Iuliani Cæſaris *l.Magiſtros* 7. *de profeſſ. & med. lib. 12. C. tit.*52. vt ibi. Lex etiam erat Sophoclis apud Diog. Laert. *lib.5. in Theotophraſto*, vt non liceret vllum Magiſtrum ſcholis præficere, niſi id Senatus, & plebs ità decreuiſſet.

Itaque Ordinarij Magiſtros examinent, ac probent: Nam & Epiſcopis cura per Synodum Eugenij Papæ II. quæ refertur in *cap.12. de quibuſdam* 37. demandatur. Quod etiam habetur ex Conc.Matiſcenſi in *cap.vt quiſque 3. de vit.& honeſt.Cler.* & *in cap.1.de Magiſtr.*

Quales ergò Magiſtri conſtituendi ſunt? Reſpondeo, doctos, & probos. Ad doctrinam refero, non modo ſcientiam, ſed etiam docendi, interpretandique dexteritatem. Sit ergo artium liberalium doctor vir eruditus, dexter, facundus, diſſerendi artifex, honeſtæ vitæ, ſobrius, ſeuerus, comis, vitiorum oſor, & alienæ ſalutis amator, denique qui alieno conſilio libenter vtatur, & verbo, qui moribus primum, deinde facundia præſtet *d.l.7.C. de profeſſ.* Pedagogia enim nihil aliud eſt, teſte Clemente Alexandrino *lib. 1. pedagog. cap.5.* quam bona à pueris in virtute inſtitutio, ex qua ſalus Reipublicæ pendet.

An Epiſcopus vocatus à Principe, teneatur ex eius præcepto Curiam adire. Et qua pœna eius contumacia coerceri poſſit? Vbi etiam de ciuili Eccleſiaſticorum poteſtate. to.3.

Conſult.6. & tom.9.

Conſult.42.

DIſtinguas cum Gratiano in *§.Ecce ſed notandum eſt* 23. *quæſt.*8. inter Epiſcopum recognoſcentem feuda, ac temporalia à Rege, & Epiſcopum nihil à Rege habentem.

Primò caſu Epiſcopus feudatarius à Rege vocatus tenetur coram illo comparere, ità vt eius coutumacia poſſit coerceri per ſequeſtrationem fructuum feudalium, non autem per diſtrictionem perſonalem, tex. *in cap. Epiſcopus* 84. vbi præceptio Regia excuſat Epiſcopum non accedentem ad Synodum, iuxtà mandatum ſui Metropolitani, quem Gloſſa *v. Regia in 1.ſolut.* dicit loqui de iis, qui habent feudum, & Turrecr. *num.*3. intelligit de iis, qui habent regalia à Principe. Illi enim ratione dignitatis, regalium, & feudorum immediatè Regi ſubiecti ſunt, ac conſiderantur in hoc caſu, vti Principes politici, cum ratione bonorum feudalium Regni, priuilegiorum, & regalium eiuſdem conditionis ſint, & eadem ſuperioritatis iura habeant, quæ Duces, Comites.

tes, & alij io ſuis territorijs. Gaill. *lib. 1. obſeru. 30. num. 2. & obſeru. 37. num. 10.* Vndè, & inueſtiri ſolent. Idem *de pignor. cap. 7. num. 1.* Indè iuriſdictio Principis, licet laicus ſit, aduerſus Eccleſiaſticos fundatur ratione bonorum feudalium, priuilegiorum, & Regalium, quæ à Principe habent, eorumque nomine forum Principis ſortiuntur, & ideò pręceptis Principis parere debent per tex. *in d. cap. ſi Epſcopus*, vbi Gloſ. & in *cap. cum parati*. Ibi Gloſ. & Panorm. *num. 8. cum ſeq* Franc. Marc. *dec 456. num. 9.* & alij, & pulcrè Guidob. *conſ. 72. num. 5.* vbi ait, quod licet Rex non poſſit Clericum in perſona punire, tamen in patrimonio, quod Regi ſubeſt, eum mulctare poſſit per tex. in *l. de his C. de Epiſc. & Cler.* Gaill. eo *lib. 1. de pac. pub. cap. 1. num. 15.*

Hinc etiam Eccleſiaſtici, vt Principes Imperij onera Imperij portant, & collectas ſoluunt, Sixin. *lib. 2. de regal. capit. 14. num. 127.* Conueniunt, & conueniuntur in Camera, Gaill. *lib. 1. obſeru. 58.* Homagium, vt alij Imperatoris vaſalli præſtant, dicto *cap. ſi Epiſcopus d. 18.* Gaill. *eodem lib. 1. de pac. pub. cap. 8. num. 8.* Vndè Imperator Fridericus Epiſtol. ad Adrianum Papam apud Naucleruni hac de re ità conqueritur: *Ab Epiſcopis, qui Regalia noſtra tenent, cur homagium, & Regalia Sacramenta non exigamus? Aut igitur Regalia noſtra nobis dimittant, aut quæ Dei Deo, quæ Cæſaris, Cæſari perſoluant.*

Secus verò de Epiſcopis nihil à Rege habentibus: quia in Clerici perſonam laicus nullam poteſt habere iuriſdictionem, *cap. Nullus* cum ibi notatis *de for. comp.* Auth. *Statuimus cap. de Epiſc. & Cler.* & nos alibi.

Aliter porrò conſiderantur, vt Epiſcopi, aliter, vt Principes, ac Barones Regni; Vndè toties quoque in Aurea Bulla Caroli IV. Electores Sacri Imperij Principes Imperij appellantur, *cap. 1. in princ. §. 3. 6. ſeq. cap. 2. cap. 3. cap. 4* & paſſim; Cum ænim quis fungitur vice duarum perſonarum, tum vna perſona conſideranda venit, ac ſi eſſent reuera duæ diſtinctæ perſonæ, Caualc. *dec. 27. num. 15. par. 4.*

Porrò Eccleſiaſtici habere poſſunt poteſtatem temporalem. Ità Leo Papa *Epiſt. 88.* D. Auguſt. *in pſam. 98.* Dionyſ. *cap. 1. de Eccleſ: Hierach.* & communiter Catholici contrà Caluiniſtas, qui volunt, Pontificem non poſſe habere iuriſdictionem temporalem. Quod ſic probatur. Ciuilis poteſtas non repugnat cum ſpirituali ex natura rei, neque ex inſtitutione Chriſti. Quia temporalis inſeruit ſpirituali, & vtraque eſt neceſſaria prò adequato regimine; Cumque tendant ad fines ſubordinatos, qui conſtituunt vnicum finem adęquatum, non ſunt incompatibiles ad inuicem, atque adeò poſſunt eſſe ſimul; Hinc in pluribus Mundi partibus notorium eſt, quod Eccleſiaſtici à principio fundationis ſuarum Eccleſiarum, vel à tanto tempore, cuius contraria non extat memoria, cum poteſtate ſpirituali, & Eccleſiaſtica obtinuerunt, & ahuc obtinent Ducatus, Comitatus; Baronias cum iuriſdictione temporali; Adeò vt Arnoldus quidam Brixianus, vel ideò, quod Epiſcopis regalia competere negabat anno 1139. in præſentia mille Antiſtitum hęreſi damnatus ſit. Carol. Sigon. *lib. 11. de Regn. Ital.* quibus, præter decimas, primitias, & oblationes conceſſit etiam Deus 48. Ciuitates, *Numer. 35. & Ioſ. 21.*

Nec rarum videri debet, aut poteſt, multò minus inſolens, quod vnà eademque perſona duos ſuſtineat reſpectus. In Republica ſiquidem Romana licuit Sacerdotibus, & Religioſis in Republica verſati cum Regno quoque, & Sacerdotio quandoque coniunctum imperium habere. Sic Numa Pompilius Rex fuit, & nihilominus ea Sacrificia, quæ poſteà Flaminidiali commiſſa, obiuit, Liu. *lib. 1.* Vndè de legibus Regijs *Rex Sacrorum Præſes eſto*; Eiectis Regibus, penes Senatum fuiſſe conſtat, Liu. *lib. 15.* Mutata Republica, vt omnia, ità etiam, quæ ad res Diuinas pertinebant, in ſe tranſtulerunt Imperatores. Sic Octauianus Auguſtus Pontificatum Maximum Imperio adiecit, & ſimilia alibi de alijs.

Neque in nouo Teſtamento cautum lege aliqua eſt, nè idem Princeps ſit, & Epiſcopus, ſeù iuriſdictionem habeat Ciuilem, & Eccleſiaſticam. Atque cogitationem coniungendi Imperij cũ Pontificatu aliquandò Maximilianus I. Imperator ſuſcepit. Varemund. *cap. 2. num. 22. de ſubſid. Reg.* Hinc Auſonius Gratianum Imperatorem Religione Pontificem dixit. Et extat in actis Concil Calcedonen. edictum, quo illius decreta approbantur cum præſcriptione: *Imperator Cæſar Flauius, Valentianus Pontifex inclitus, &c. Et Flauius Marcianus Pontifex Inclytus.*

DE habitu, & tonſura Clericali, quoad fori priuilegium, & cœtera priuilegia Clericalia, vbi hæc diſputantur:

1 *An Clerici prima tonſura, aut minoribus tantum initiati gaudeant priuilegio fori, ſi non habeant omnes conditiones Conc. Tridentini* ſeſſ. 23. capit. 6. de reform?

2 *An Beneficiatus ante ætatem 14. annorum gaudeat priuilegio fori, etiam ſi non incedat in habitu, & tonſura, nec alia ſeruet, quæ Tridentin præſcribit?*

3 *An in Beneficiatis ad gaudendum priuilegio fori ſine alijs conditionibus ſufficiat habere titulum, & collationem, etiam ſi poſſeſſio adhuc habita non fuerit?*

4 *An gaudeat priuilegio fori, vt beneficiatus in is, quę facta eſt beneficij collatio, ſed inualida defectu habilitatis, vel alterius requiſiti: quia ſcilicet erat illegitimus, irregularis, excommunicatus, ſuſpenſus, interdictus; aut ordinatus ante legitimam ætatem, vel per Simoniam, vel per extra tempora?*

5 *An habens Capellaniam dicatur habere beneficium?*

Digitized by Google

6 *An qui habet beneficium, non in titulum, ſed in commendam, dicatur beneficiatus, ità vt gaudeat priuilegio fori, etiam ſi non obſeruet dictam diſpoſitionem Tridentini?*

7 *An habens hoſpitale dicatur habere beneficium?*

8 *An, qui reſignauit beneficium, gaudeat poſt reſignationem tanquam beneficiatus, priuilegio fori?*

9 *An is Clericus in minoribus beneficiatus, tunc ſaltē poſt reſignatum beneficium gaudeat priuilegio fori, ſi incedat in habitu, & tonſura?*

10 *An is, qui habet penſionem dicatur habere beneficium, ità ut ſine cæteris conditionibus gaudeat priuilegio fori?*

11 *An ſeruitium Eccleſiæ, quod præſcribitur Clericis non beneficiatis in minoribus, debeat eſſe ſpirituale in Diuinis officijs, & muneribus Templi, vel ſufficiat, ſi temporale ſit, puta circà prædia, aut bona Eccleſiæ, vel in Officio Notariatus, &c?*

12 *An Clericus non inſeruiens illi Eccleſiæ, cui inſeruiendum mandauit Epiſcopus, vel degens in Seminario, Schola, vel Vniuerſitate alia ab ea, in qua Epiſcopus licentiam dedit, gaudeat nihilominus priuilegio fori?*

13 *An mandatum, vel licentia prædicta debeat eſſe in ſcriptis, vel ſufficiat oretenus, debeat eſſe expreſſa, vel ſufficiat tacita?*

14 *An qualibet non delatio tonſuræ, & habitus, vel qualibet omiſſio ſeruitij, aut ſcholæ priuet Clericum priuilegio fori?*

15 *Qualem habitum, & tonſuram quis deferre teneatur, vt gaudeat priuilegio fori?*

16 *An poſt omiſſionem habitus, & tonſuræ, vel ſeruitij, aut Scholæ ſtatim quis excidat à priuilegio fori?*

17 *An adſit aliqua cauſa excuſans Clericum à delatione habitus, & tonſuræ, vt ſine his incedens, adhuc non excidat à priuilegio fori?*

18 *An Clericus non habens has conditiones Trident. ità excludatur à priuilegio fori, vt non poſſit per Iudicem Eccleſiaſticum iudicari, ſi Iudex laicus renitatur, vel potius ſub vtroque Iudice poſſit conueniri, nec alter alterum impedire valeat?*

19 *An vbi conſuetudine introductum eſt, vt Clericus prædictis requiſitis licet carens, attamen à ſolis Iudicibus Eccleſiaſticis iudicetur, Tridentinum ſuffragari poſſit Iudici laico nihilominus trahenti talem Clericum ad ſuum Tribunal?*

21 *An conſuetudo aliqua non deferendi habitum poſſit excuſare, vt non excludatur à priuilegio fori, qui ei adhærens conſuetudini, non deferret? Sicuti etiam generaliter quæri poteſt de alijs Clericis beneficiatis, vel in minoribus extrà terminos Trident. & an aliqua iuris permiſſio, vel priuilegium circà hoc reperiatur?*

21 *An etiam Clerici beneficiati, vel in Sacris conſtituti, & non obligati ad illa prærequiſita Trid. ex non delatione habitus, & tonſuræ priuentur priuilegio fori, & quomodò?*

22 *An, qui ſine habitu, & tonſura commiſit delictum, cum tamen conſuetudinem deferendi haberet, exciderit quoad illud delictum à priuilegio fori?*

23 *An, & quandò reaſſumens tonſuram, & habitum Clericalem notabiliter omiſſum, aut etiam ſeruitium, & Scholam, iuxtà Tridentinum, recuperet priuilegium fori? Vbi quid ſi reſumat in fraudem? Et quandò præſumatur aſſumere, vel reaſſumere in fraudem? Quidue etiam ſi Iudex laicus præuenerit in Iudicio contrà Clericum?*

24 *Quid cenſendum quandò habitus eſt dubius, nec videatur omninò Clericalis? Quidue quandò dubium eſſe poſſit, an quis ſit Clericus, vel gaudeat priuilegio fori, nec nè, vbi de his remiſſiuè?*

25 *Quid de Clerico deprehenſo in delicto ſine habitu, & tonſura?*

26 *An vt Clericus, etiam filius familias in prima tonſura, vel in minoribus Ordinibus conſtitutus gaudeat priuilegio Canonis, immunitatis à Vectigalibus* Cap. Odoardus de ſol. *facultate liberè teſtādi per* l. Presbyteros, & l. Sacroſanctę. 32. C. de Epiſc. & Cler. & cap. Quia nos de teſtam. *alijſque priuilegijs Clericalibus, debeat ſeruare eaſdem conditiones, quæ à Tridentino di*cto cap. 6. ſeſſ. 23. de reform. *requiruntur, ad hoc, vt gaudeat priuilegio fori?* tom. 3. Conſ. 7. Item vide alibi, vt in reſponſionibus ſucceſſiuè indicabitur, præſertim tomo 4. Conſult. 2.

QVoad 1. Ità diſponit Trid. loco citato: *Nullus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus ante 14. annum beneficium poſſit obtinere. Is enim fori priuilegio non gaudeat; niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut Clericalem habitum, & Tonſuram deferens, alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores Ordines ſuſcipiendos verſetur.*

Ex hac diſpoſitione certum eſt, nihil eſſe innouatum quoad Clericos in Sacris conſtitutos, vel habentes beneficium cum ætate 14. anni, quod ſufficit inceptus. Item certum eſt in Clerico minore non beneficiato requiri copulatiuè ſimul habitum, & tonſuram: Quia Concil. non loquitur cum diſtinctione *Vel.* Sed coniunctiuè. *Et.* Ità ex *l. hac verba ff. de verb. ſignific.* docent Doctores, quos ſequitur Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 12. num. 14.* Gatian *in enchir. v. fori priuilegium num. 8.* & alij Clericalis namque habitus non ex ſolis veſtibus conſtituitur, ſed copulatiuè ex veſtibus, & tonſura, iuxtà tex. in *cap. ſi Iudex laicus 12. de ſent. excom. in 6.* Lotter. *de re benefic lib. 3. quæſt. 36. num. 54.* & alij. Si cętera concurrant, dimiſſionem tonſuræ non eſſe cenſendum defectum multæ ſolemnitatis.

Certum inſuper eſt huiuſmodi Clericum in minoribus non beneficiatum, vel habentem prædictas conditiones excidere à priuilegio fori, etiam nulla præuia monitione, vt per Suarez in *Reg. Angl. cap. 27. num. 22.* Ricc. *par. 4. dec.* 154 qui tellantur, ità declaratum fuiſſe à Sac. Congregatione Conc. cuius declarationes adduxi in *tom. 1.*

An

Digitized by Google

Ad 2. Affirmatiuè: Nam de eo, qui beneficium habet, cuiuſcumque ſit ætatis nihil eſt innouatum, Dicitur enim diſiunctiuè. *Niſi beneficium habeat, aut Clericalem habitum, &c.* Igitur, qui beneficium habet, cuiuſcumque ſit ætatis, remanet ſub diſpoſitione iuris antiqui. Et eſt communiſſima, & vera ſententia, Roderic. in *Sum. tom. 1. cap. 155. concl. 2* Gutier. *pract. quæſt. 7. lib. 1.* & alij innumeri, etiam ſi beneficium ſit valdè tenuè, Bonac. *in can. 15. Bull. Cœn. pun. 6. num. 22.* Responditque Sac. Cong. Conc. in *Ianuenſi* 18. Martis 1628. quod promotus cum collatione vnius beneficij redditus duorum ſcutorum annuorum fori priuilegio gaudet. Id tamen limitandum; niſi huiuſmodi beneficia exigua ſint procurata in fraudem, vt declarauit Sac. Cong. Epiſcop. in *Tropienſi* 13. Ianuar. 1623.

Ad 3. Affirmatiuè. Pariſ. *de reſign. lib. 7. cap. 1. nu. 47.* Coned. *lib. pract. quæſt. 4. num. 22.* & alij multi, ac Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. nu. 14. & remiſſ. ad* Trid. *ſeſſ. 23. cap. 6. num. 5. & 8.* vbi ſubdit, ſic declaratum fuiſſe à Sac. Congreg. Conc. 16. Iul. 1587. nempè, *Clericum primæ tonſura præſentatum ad Capellam Sacerdotalem, qui ſuper talem præſentationem obtinuit à Papa nouam prouiſionem, etiam in vim motu proprij, poſſe in ſuis cauſis ciuilibus gaudere priuilegio fori, quamuis poſſeſſionem beneficij non habeat propter alium intruſum, contrà quem litem mouit.*

Idem declaratum in *Lycienſi* 20. April. 1921. Vndè arguit Delbene *num. 5. in fin.* quod etiam Officiales S. Inquiſitionis ante adeptam poſſeſſionem Officij ſibi collati priuilegio fori gaudeant. Quia propriè quis beneficium habere dicitur, etiam ſine poſſeſſione, vt colligitur ex *cap. finali*, vbi Doctores, &c.

Secus eſt de eo, qui tantum habet beneficium in ſpè, ſeù puram expectationem, vel etiam actionem ad ipſum beneficium ſine præcedente expreſſa, & legitima collatione, Card. in *Clem. 1. §. de vit. & honeſt. Cleric.* Bertach. *in reper. v. Clericus*, & alij.

Ad 4. Gaudere, ità iudicatum fuiſſe in Mag. Cur. Vicariæ teſtatur Franch. *deciſ. 189. lib. 3.* & tradunt Carol. de Graſſ. *d. effect. 1. num. 349. & 1194.* Maſcard. *de prob. concl. 301. num. 20.* & alij: Quia taliter ordinatus eſt verè, & validè Ordinatus, itàut verè caracterem receperit: Vndè ante declarationem inualiditatis, quæ hoc caſu ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat, non eſſe procedendum cum Clerico, tanquam cum non gaudente priuilegio Eccleſiaſtico: quia ſemper præſumitur de validitate actus, donec contrarium probetur, de Graſſ. *num. 1195.* & Franch. *dec. d. num. 2.* Poſt declarationem vero, niſi accedat diſpenſatio, quæ collationem conualidet, non gaudet priuilegio, niſi ordinetur in ſacris, vel habitum, & tonſuram, deferens, inſeruiat Eccleſiæ, vel verſetur in Seminario, iuxtà præſcriptum Tridentini.

Ad 5. Deſtinguas: Aliæ ſunt Capellaniæ perpetuæ, quæ à Pontifice, vel Epiſcopo in titulum, vel quaſi titulum conferuntur, & hę reputantur inter beneficia Eccleſiaſtica, & ſecum ferunt priuilegium fori. Nauar. *de hor. can. cap. 20. num. 15.* Salzed. ad Diaz. *cap. 2. num. 12.* & alij: Aliæ ſunt Capellaniæ amouibiles, ſeù ſimplices, aut, vt aiunt, officiaturæ Miſſarũ, & has non ferre ſecum priuilegium fori: quia non ſunt propriè beneficia, Ricc. *in tit. 37. Cur. Archiep. Neapol.* Dian. *par. 1. tr. 2. reſol. 31.* vbi idem addit de præſtimonijs, niſi habeantur in titulum perpetuum, & aliquod ſpiritualem annexum ferant. Idemque dicendum de Clerico, qui, vt dicunt, habet ſtarantiam prò aſſociandis Cadaueribus defunctorum, ſi habeat requiſita eſſentialia beneficij, ſufficitque, quod ſit modici valoris, Genuen. *in cap. 7. num. 9.* Ricc. *reſol. 326 par. 2. & in collect. deciſ. 540.* & alij.

Ad 6. Gloſ. in *c. Qui plures 21. quæſt. 2.* videtur inficiari, quatenus ait, Commendatarium non poſſe eſſe Prælatum, ſed Procuratorem, & depoſitarium beneficij. Verum ſi loquamur de Commenda perpetua beneficij, reſpondendum eſt affirmatiuè cum Ricc. *par. 3. prax. reſol. 311.* & de Graſſ. *cit. effect. 1. num. 1236.* Quia Commenda perpetua eſt titulus canonicus, iuxtà Gloſ. & Doctores in *cap. Nemò v. commend. tue de elect. in 6.* Rot. *par. 3. dec. 765. num. 5.* Gouemez. *in reg. triennal.* & alios plures

Ad 7. Reſpondetur, Hoſpitalia, exceptis Religioſis, & militaribus in beneficium conferri prohibitum eſſe in Clem. *Quia contingit §. vt autem de Relig. dom.* Ideò data tantum in adminiſtrationem non dicuntur beneficia; Nam fructus Hoſpitalis in charitatis vſus, ob quos erectum eſt inſumi debent, vt ibidem dicitur, & habet Gloſ. in *Clem. per literas de præb.* Permittitur etiam, poſſe dari in beneficium, ſi in eorum fundatione, ità conſtitutum eſt, vel ſi Rector ſolitus eſſet aſſumi per canonicam electionem; Hæc enim arguit beneficium Eccleſiaſticum ratione paupertatis, atque hoc caſu locus erit priuilegio fori. Idemque eſt, ſi Hoſpitale habeat annexam Capelam, vel quid ſimile, quod in titulum dari conſueuerit, etiam ſi diuiſim ab adminiſtratione Hoſpitalis. Tunc enim locus erit priuilegio ratione illius, licet non ratione Hoſpitalis.

Ad 8. Tenendum eſt, non gaudere. Quia Tridentinum dicit: *Niſi habeat beneficium Eccleſiaſticum*: Non ergò ſufficit habuiſſe; Qualitas enim adiuncta verbo verificari debet ſecundum tempus verbi, Carol. de Graſſ. *num. 1231.* & & Ricc. *dec. 308.* alias referendo, Nec vllum legi opinantem contrarium.

Ad 9. Reſpon. neceſſarium eſſe vlterius, quod de mandato Epiſcopi inſeruiat Eccleſiæ, vel ſit in Seminario, vel Schola, defectu cuius non gaudebit: quia cum non ſit amplius beneficiatus, cenſetur inſtar aliorum Clericorum in minoribus non beneficiatorum,

in

in quibus Tridentinum requitit pręfaras conditiones ſeruitij, aut ſtudij. Confirmatue: quia ſicuti ceſſar in eo omnis obligatio, & onus, quod habebat, beneficii, itá eriam commoda, & priuilegia congruum eſt ceſſare, Carol. de Graſſ. *num.* 1129. cum aliis, quos allegar, & Ricc. *reſol.* 108.

Ad 10. Si ſermo eſt de penſione, quam quis habet, vt laicus, indubitatum eſt non gaudere. Aliquarum quippè penſionum, etiam laici ſunt capaces ex *cap. Cum M. Ferrarienſis* vbi Gloſ. *v. receperunt de conſtit.*

Si verò ſermo eſt de penſione, quam quis habet, vt Clericus, affirmo cum Zerola *in prax. Epiſc. v. Clericus* §. 2. & ſi eequitat, qnod penſionaeius habeat aliquem Oedinem, vltrá primam tonſuram, reſtatueque huius opinionis fuiſſe multos Doctores, & itá fuiſſe ſeruarum in M.C. Vicaeiæ Neap. Marth. *de iuriſd. par. 2. c. 32. num.* 45. inquiens, & ipſe, ira multoties fuiſſe declaratum Neapoli.

Vndè in fauorabilibus Eccleſiæ ſub nomine beneficij, comprehendi etiam penſionem, & penſionem datam in titulum, eſſe ius perpetuum percipiendi fructus, cum donec duret vita, non finiatur, Abb. *in cap. conquerente de Cler. non reſid. & in cap. Dudum de præſumpt.* Felin. *in cap. poſtulaſti ſub init. num. 8. in 3. declar. de reſcript.* & alij.

Et itá declarauit Sac. Congr. Conc. 18. Decembr. 1595. dicens: quod penſionem obtinens habetur prò Clerico beneficiaro ad effectum gaudendi priuilegio fori. Et ſub die 18. Decemb. 1576. Sum. Pont. audita declaratione Sac. Congregarionis declarauit, penſionarium cenſeri beneficium ad effectum gaudendi priuilegio fori Eccleſiaſtici, de quo Concilium loquitur. Primò quia Cancellaria habet penſionarium prò beneficiaro, quarè vult exprimi in Bullis penſiones, ſicut, & beneficia. Secundò, quia B. Pius V. in Bulla ſua cogit penſionarium ad recitandum Officium, ſaltem B.M.V. Vndè poſteà Sac. Congeegatione conſulta: An Clericus primæ tonſuræ, qui in habitu non incedit, habetque tanquam Clericus penſionem, ſed non beneficium, nec Eccleſiæ iuſſu Epiſcopi deſeruit, gaudeat priuilegio fori, cenſuit gaudere ad inſtar obtinentium beneficium, referente Fagnano in *cap. ab Audientiam de reſcrip. num. 131. & ſeq.* Et eeferentibus die 19. Iulii 1577. Cardinalibus Morono, & Aleiato, Sanctitas Sua non habuit prò bono argumento; quod Caneellaria itá exprimat, id enim fit ad maiorem declarationem; Tamen dixit in materia fauorabili, vt illa priuilegij fori, appellatione beneficij venire penſionem; Vndè 18. Auguſti 1677. Congregatio generalis, cum hæc eſſent relata, dixit ſeruandum eſſe hanc diſtinctionem, & itá reſcribendum. Et ſub die ... Iunij 1630. declarauit, Clericum habentem penſionem, gaudere priuilegio fori, licet ex diſpenſatione Apoſtolica non incedat in habitu Clericali. Et ſub die 20. Auguſti 1644 declarauit, Clericum penſionarium, quamuis Religionem Militarem ingrediatur, ac profitentur, non priuari ipſo facto, neque penſione, neque priuilegio fori, licet incedat enſe accinctus, habituque militari indutus. Ac itá demum declarauit Sac. Congr. Immun. *in Peruſina* 10. Febr. 1652. inquens Clericum penſionarium cenſeri beneficiatum, & gaudere priuilegio fori. Item vide *tom. 1. Conſult.* 426.

Ad 11. Reſpondit Ricc. *in prax. par. 3. reſol.* 309. *ſub init.* Dian. *par 1. reſol. 54. tr. 2.* & alij, ſeruitium debere eſſe ſpirituale: Cuius ratio eſſe poteſt, quod ſeruitium temporale, cum à quolibet laico valeat præſtari, non poteſt addere aliquid Clerico in minoribus conſtituto, ob quod dignus ſit priuilegio fori. Et ideò debet inſeruire in ſpiritualibus, hoc eſt in exercitio ſui Ordinis, & vt ait Trid. *d. cap. 6. ſeſſ. 23. quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſari debet*, quod profectò non fit in ſeruitio temporali; Hinc ſi ſolum in accendendis lampadibus, & aperiendis portis Eccleſiæ deſeruiat, priuilegio fori non gaudere declarauit Sac. Congr. Eiſc. 28. Iun. 1603. vt alibi dixi. Quibus addendum puto ſub hac obligatione ſeruitij ſpiritualis non comprehendi Prælatos Rom. Curiæ ſolis minoribus initiatos. Habenda eſt enim ratio & Dignitatis, & ſeruitij Sedis Apoſtolicæ, qualecumque ab his ei præſtetur: Additque etiam Dian. *loc. cit.* ſufficere, ſi ſeruitium fit in Oratorio Confratrum, etiam ſi id non ſit propriè Eccleſiæ, & itá declaraſse Sacr. Congregat. teſtis eſt Ricc. *p. 4. decis.* 154. *num.* 2. Ac ſubdit Delben. *dub. 8. num.* 36. non requiri, vt inſeruiat Eccleſiæ in certo aliquo miniſterio ex ſpeciali Epiſcopi præfixione ad illud obeundum, vt dixit Pereit *de manu reg. p. 2. cap. 26. num.* 7. Tum quia in nullo pacto colligitur ex verbis Tridentini. Tum quia eſt contrà conſuetudinem.

Ad 12. Gaudere farendum eſt ex pluribus declarationibus Sac. Congregationis Conc. præſertim in *Arianen.* 13. Auguſti 1622. in *Valentina* 29. Iulij 1628. Et in *Materanenſi* 2. Auguſti 1631. præſertim ſi inſeruiat Cathedrali, vt in *Conſentina* 10. Mart. 1687. quas nedum ſequi, ſed etiam venerari debemus, prout ſequuntur Barboſ. *in remiſſ. ad d. cap. 6. ſeſſ 23. num* 12. Sell. *in ſelect. cap. 18. num.* 22. & alij, ac Ricc. *p. 4 dec. 111. &* 154. vbi itá refert etiam deciſum à Curia Archiepiſcopali Neapolitana, ſicque obtinuiſse à M.C. Vicariæ teſtatur Nouar. in *pract. concl. iur. Pontif. concl. 6. num. 5. de for. comp.* Et ratio ſuadet, quia accidentalis variatio loci non videtur poſse mutare ſubſtantiam actionis, quam Tridentinum præcipuè eequirit, quæ eſt ſeruitium Eccleſiæ, licet aliundè Clericus inobediens compellendus ſit obedire mandatis.

Ad 13. Quoad primam partem probabilius in puncto iuris videtur requiri licentiam, siuè

manda-

Digitized by Google

mandatum in ſcriptis, vt poſſit illud probari, & via fraudibus præcludi, Diaz. in *pract. cap. 62. num. 16* Farinac. *quæſt. 8. num. 48 tit. 7. cap. 13. num. 2. & 6.* & alij. Alij tamen tradunt, mandatum, vel licentiam Epiſcopi non requiri ex praxi, quod ſit in ſcriptis, ſed ſufficere, quod ſit oretenus, Ricc. in *prax. reſol. 125. & par. 4. d. dec. 111.* qui teſtatur ſic declaraſſe Sacram Congregationem, His Doctoribus adſtipulor, dummodò tamen licentia, vel mandatum oretenus conceſſum, probari poſſit.

Quod verò attinet ad 2. partem negatiuè; quia taciti, & expreſſi eadem eſt ratio *l. cum quid ff. ſi cert. pet.* Et militat hic ratio, quod hæc diſpoſitio accipienda ſit, vt minus, ac ſit poſſibile corrigat vniuerſale Clericatus priuilegium.

Ad 14. Negatiuè cum Suarez *lib. 4. in Reg. Angl. cap. 27. num. 12.* Ricc. *in prax. dec. 606. & par. 4. dec. 154. num. 5.* teſtantibus, id declaratum per Sac. Congregationem, & alijs. Probatur tum ex *cap. Contingit 2. de ſent. excom.* vbi non ſtatim ex qualibet non delatione habitus, & tonſuræ Clericus expoliatur priuilegio Canonis, ſed poſt trinam monitionem, licet non dicamus, etiam in præſenti monitionem neceſſariam eſſe. Tum ex eo quod communiter non dicitur habitum non deferre, qui aliquandò dimittit; Neceſſe eſt igitur, quod omiſſio delationis habitus, & tonſuræ talis ſit, vt attentis vicibus, quibus Clericus non defert, & quantitate temporis, cenſeatur notabiliter in hoc defeciſſe; Non enim videtur requiri, quod vt plurimum deferat, vel quod conſuetudinem habeat non deferendi in tantum, vt publicè exiſtimetur laicus, vel dicatur habitualiter, & permanenter ſine illis incedere, vt loquuntur aliqui Doctores; Nam Tridentinum abſolutè neceſſariam dicit delationem habitus. Qui ergò notabiliter in ea deficit, excidit à mente Tridentini, etiam ſi frequenter; Alioquin parum innouaſſet Tridentinum, cum repertus ambulare frequenter ſine habitu, & tonſura, cenſeretur etiam ante Tridentinum expoliandus priuilegio fori, vt inferius; Id quod deducitur ex ijs iuribus, in quibus poſt trinam monitionem ſuper non delatione habitus dicunt, declarari Clericum à priuilegio excidiſſe, quandoquidem ad trinam monitionem videtur ſufficere trina non delatio, quæ tamen non eſt ſufficiens, vt quis dicatur, vt plurimum non deferre habitum. Hæc eadem ad omiſſionem ſeruitij, vel Scholæ applicanda ſunt. Et ità declarauit Sac. Congreg. Conc. in *Leodienſi* 19. Nouembr. 1630. nempè; *Qui per modicum tempus habitum Clericalem dimittit, licet reperiatur in habitu laicali, non amittit priuilegium fori.* Quod anteà declarauerat Sac. Congreg. Epiſc. in *Papienſi* 8. Decemb. 1597.

Et ſimiliter è conuerſo non quælibet delatio habitus, & tonſuræ, nec quodlibet ſeruitium Eccleſiæ factum, aut quælibet verſatio in Seminario, Schola, vel Vniuerſitate ſufficit, ſed talis, vt quis dici poſſit permanenter deferre, ſeruire, & verſari iuxta communem exiſtimationem; In tantum enim Tridentini eſt indagare in huiuſmodi Clericis coniecturas animi permanendi in Clericatu; Quarè ſicuti in alijs Clericis permanentiam arguit ex ſuſceptione beneficij, vel Ordinum Sacrorum, ità in his arguendum vult ex delatione, vt plurimum facta habitus, & tonſuræ, ex frequenti ſeruitio, vel permanentia in Seminario, Schola, &c. Vndè verba deferendi, inſeruiendi, ac verſandi, quibus vtitur Concilium, moraliter ſignificant permanentiam, & frequentiam. Non enim dicitur communiter deferre habitum, & tonſuram, qui ſemel tantum, aut bis defert. Idemque eſt de alijs; Vndè hæc verba ciuili modò intelligenda ſunt, *l. Si cui ff. de ſeruit.* Et aſſiduè quid fieri dicitur, quod pro maiori parte fit temporis, Abb. & Felin. *in proem. decretal §. Sanè.*

Ad 15. Quamquam in iure reperiatur Clericis interdictus certarum veſtium vſus, vt in *cap. Clericus de vit. & honeſt. Cler.* & in Clem. 2. *eod. tit.* cum alijs per Diaz. *in pr. cap. 75.* & per Menoch. *de arbitr. lib. 2. cap. 393.* Nihilominus non reperitur certus, & determinatus habitus, quem ipſi Clerici neceſſariò tenentur induere, ſed ſolum ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij apud Suarez. *in Regn. Angl. lib. 4. cap. 27. num. 12.* habeatur, quod debeat eſſe decens, & vſque ad talos. Sed quia videmus hoc poſterius non ab omnibus, & in omni loco receptum, vt in itinere, & ruri, vbi veſtis non eſt talaris; Ideò melius dicimus, eas veſtes eſſe Clericis decentes, quæ à communi vſu, & conſuetudine Prouinciæ, in qua commorantur, receptæ ſunt, vt per Gloſ. *in cap. penul. v. deauratis de vit. & honeſt. Cler.* & in Clem. 1. *v. Secularis de elect.* & in cap. *Si quis virorum 30. d.* & alibi paſſim, Abb. *in cap. 1. de Apoſt.* Rolan. *conſ. 4. num. 27. lib. 1.* Couar. *pr. quæſt. 5. cap. 31. ſub num. 7.* cum alijs copiosè relatis à Farinac. *tom. 1. quæſt. 8. num. 69.*

Notandumque, habitum Clericalem ità deferri vt appareat, cum idem ſit occultare, ac non deferre; Neque attendendus eſt habitus interior, qui ſit ſecularis, vel etiam indecens, & prohibitus Clericis; Sed veſtis ſuperior, quæ magis apparet; Vndè quamuis per eam appareat aliqualiter habitus interior, non adhòc decidit Clericus à priuilegio. Idemque eſt de tonſura, quæ & ſi diuerſa eſſe poſſit, & maior, vel minor, iuxta locorum conſuetudines, & Prælatorum permiſſiones, talis tamen ſemper eſſe debet, quæ appareat.

Ad 16. Cenſeo reſpondendum, eum, qui animo abijciendi Clericatum prædicta omittit, ſtatim excidere ab omni priuilegio Clericali, etiam Canonis, ſecundum probabiliorem, Coninch. *de cenſur. diſp. 14. dub. 15. num. 163.* Suarez. *de cenſ. diſp. 22. ſit. 1. n. 11.* Farinac. *quæſt. 8. n. 50.*

Quia

Digitized by Google

Quia ex nulla ratione, aut jure habetur, quod Eccleſia velit quoad hos manutenrre priuilegium prò aliquo tempore poſt dimiſſum Clericatum, de quo mox dicemus; Vndè id procedit, etiam ſi aliqua Clericalia teneat, puta tonſuram, vel habitum. De iſs antem, qui notabiliter omittunt, ſed ſiae animo deſerendi omnihò Clericatum, idem videtur ferendum iudicium, etiam ſi aliqua Clericatus retineant; Loquendo enim in terminis Concilij, iſtud in conditionibus prędictis requirit præſentiam, quæ non vidrtur moraliter durare per Menſem poſt, ſiquidem Menſis non cenſetur breue tempus in probationibus: quia curſus ipſe legitimus probationum poteſt requirere tempus notabile; Vndè ex eo, quod quis minori tempore probare non potuerit poſſeſſionem nuper habitam, non debet in eius prędiudicium vergere mora vnius Menſis à poſſeſſione, & id conuincunt ea, quæ affert Ricc. Quare ſi ex conſuetudine non defert habitum, & tonſuram, vel non ſeruit actu Eccleſiæ, amittit priuilegium fori. Trid. *d. ſeſſ.25. cap.6. de refor.* non tamen priuatur priuilegio Canonis, ſi non in perpetuum dimittat habitum Clericalem, ſed ad aliquod tempus, niſi ter monitus non reſumat, vt dicam inferius.

Ad 17. Reſpon. quoad vtrumque excuſare iuſtum metum, inſtamque cauſam ſine propria culpa, vt periculum mortis, vel grauis damni in locis infidelium, vel hæreticorum, in quibus ea liberè deferri nequeant; Non pręſumitur enim Eccleſia delationem pręcipere cum tanto periculo deferentis, vel eam punire expoliatione priuilegij, ſi omittatur quandò eſt ſine culpa, *arg. cap. Clerici*, vbi Gloſ. *de vit. & honeſt. Cler.* Clem. *fin.* vbi Gloſ. *v. Rationabilis*, & Imol. *eodem tit.* Carol. de Graſſ. *num.1174.* & alij apud eum. Specialiter etiam à delatione habitus excuſat paupertas, ex tex. *in d. cap. Clerici* Decin. *in tract. crim. par.1. lib.4. cap.9.* Vgolin. *de offic. Epiſc. cap.52. num.3.* & alij, Item in occultatione frigus, aut pluuia. Et à delatione tonſuræ excuſat priuilegium infirmitatis, atque impoſſibilitas, quæ eſt in caluis, Farinac. *de inquiſ. quæſt.8. num.67.* Sangh. *de Matrim. lib.9. diſp.46. num.9.* Carol. de Graſſ. *num.1171.* inquiens, hunc eſſe caſum, in quo infirmitas, propria licet culpa, prodeſt; Sed ab iſto prodeſſe, ſubdit, libera nos Domine.

Eademque cauſa poterit excuſare à ſeruitio Eccleſiæ, vel ingreſſu in Seminarium, aut Vniuerſitatem, ſeù Scholam; In quo etiam obſeruandum, quod non videtur excludendus à priuilegio Clericatus prò eo tempore, quo aſſumpto habitu, tonſura, & Ordine, non adhuc actualiter inſeruit Eccleſiæ, nec in Seminario, vel Shola verſatur; Sufficere quippè debet, quod ad hæc ſit in via, vel expectet opportunitatem, vel occaſionem ſeruitij, vel ingreſſus,

Vel potius iſte caſus cenſendus eſt per epicheiam exceptus, cum non adhuc ſit in culpa, qui prędicta omittit, nec ſine culpa quis debeat priuilegio carere.

Ad 18. Tenendum eſt cum Carol. de Graſſ. *n.2289.* loquente generaliter, & cum Bonac. *de legib. diſp.10. quæſt.1. pun.1. §.4. num.19.* quem ſequitur Delben. *cap.4. dub.8. num.42.* loquente in terminis Tridentini, & aſſerentibus, poſſe ſub vtroque Iudice conueniri: Tum quia, cum iſti remaneant Clerici, & conſequenter maneat fundamentum ſubiectionis ergà Iudicem Eccleſiaſticum, non vidrtur, quod integrum ius ſit Eccleſiaſticum iudicium effugere, aut quod Laicus poſſit impedire Eccleſiaſticum, quominus vtatur iure ſuo; Licet enim excluſio à priuilegio reſpectu Clerici excluſi ſit pœna, ſeù habeat rationem pœnæ, tamen reſpectu Eccleſiæ non eſt abdicatio poteſtatis, quippè quæ Clericis eſſe poſſit aliquandò gratioſa, ſed permiſſio quædam laicæ authoritati, vt poſſit ſe ingerere contrà eos, contrà quos anteà non poterat. Tum quia ità declaraſſe Sacram Congregationem teſtatur Ricc. *in prax. deciſ. 607. num.7.* & Gallimart. in declarationibus præmiſſis ad illud *cap.6. Trid.* Quandò tamen Iudex Eccleſiaſticus præuenit, vt declarauit Sacra Congregatio Conc. in *Leodicenſi* 9. Nouembris 1630. in *Valentina* 17. Maij 1627. in *Nuſcana* 12. Iul. 1628. & alibi ſæpius, & nos alibi fusè.

Ad 19. Bonac. *de cenſur. in par. diſp.3. quæſt.16. ſect.1. pun.6. num.20.* ait, illam conſuetudinem legitimam, & præſcriptam ſeruandam eſſe. Ex quo videtur inferri, quod qui non ſeruat, obnoxius fiat pœnis, & cenſuris. Et rationem reddit: Tum quia huiuſmodi conſuetudo vergit in fauorem Eccleſiaſticæ libertatis: Tum quia hæc exemptio potuit legitimo tempore contrà laicos pręſcribi: Tum quia Tridentinum non annullat contrariam conſuetudinem,

Sed vel ſermo eſt de conſuetudine iam præſcripta tempore editi Concilij, in quo ſenſu videtur loquutus Bonacina, vt conijcitur ex ſuo tertio argumento & tunc arbitror Tridentinum ſuffragari poſſe trahenti talem Clericum ad forum laicum: Quia noua lex, & diſpoſitio, quod deinceps Clericus eiuſmodi gaudeat priuilegio fori, debet veterem legem, & conſuetudinem poſſe tollere, etiam ſi earum mentionem non faciat.

Vel ſermo eſt de conſuetudine inducta poſt Tridentinum, & tunc non eſt probabilè à Principibus laicis inductam eſſe, ſeù permiſſam, etiam cum renunciatione fauoris Tridentini, ità ut eo amplius vti non poſſint, præſertim cum Tridentinum dicatur eſſe in viridi obſeruatione; Vndè iſte non dicetur trahere præter iuris Canonici diſpoſitionem. In graue enim ſui præiudicium, quod hic interuenit ratione incurrende

dę excommunicationis, non cenſetur quis fauori ſuo renunciare, niſi manifeſtè appareat.

Ad 20. Quoad conſuetudinem affirmat Carol. de Graſſ. *d. effect.* t. *num.* 914. inquiens, quod quandò extaret conſuetudo, qua Clerici certi gradus, vt ſunt Scholares, incederent abſque habitu Clericali, tunc ob abiectionem habitus non amittitur priuilegium fori. Et idem eſt ſi extaret conſuetudo, vt certo tempore, puta meſſium, vel vindemiatum Clerici incederent ſine habitu.

At hoc poſterius fortè poſſet concedi, ſi dimiſſio habitus non eſſet continua, aut publica, ſed tantum prò tempore laboris, vel aſſiſtentiæ. Generaliter enim omnimodam conſuetudinem admittere videtur periculoſum: quia cenſetur potius corruptela, cum ſit contrà determinationem Sacrorum Canonum, & laudabilem vſum totius Eccleſiæ. Specialiter autem prò Clericis non beneficiatis conſtitutis in minoribus, & prò Clericis Coniugatis habetur in fine *d. cap.* 6. *Tridentini: Nemini quoad hoc* (ſermo eſt de delatione habitus) *conſuetudinem etiam immemorabilem ſuffragari*. Quod licet ab aliquibus accipiatur vltimo loco prò Coniugatis; tamen ad totam diſpoſitionem poteſt referri.

Quoad permiſſionem verò, ſeù priuilegium in dicta Conſtitutione Sixti V. quæ incipit, *Paſtoralis* data ſub anno 1589. videntur tales Clerici remanere ſub diſpoſitione iuris communis, & eorum, quæ huc vſque dicta ſunt.

Ad 21. Reſpondetur in corpore iuris, nullam requiri diſpoſitionem, quæ ex ſola non delatione habitus, & tonſuræ priuet Clericum Beneficiatum, vel in Sacris conſtitutum priuilegio fori, & tamen Doctores communiter ſupponunt expreſſam eiuſmodi priuationem, trina tamen præcedente monitione. Siquidem hæc præſcribitur iure communi in cap. *ſi verò* 2. *de ſent. excom.* & alibi, Carol. de Graſſ. *d. effect.* t. *n.* 888. Clar. *in prax. crim.* §. *fin. queſt.* 36. & alij. Quare debet præcedere trina monitio nominatim, & in perſonam facta, itàut nec vnica, nec generalis ſufficiat per tex. *in d. Clem.* t. & ibi Gloſ. *v. Tertiò*, Card. Imol. *de vit. & honeſt. Cler.* Quam vnicam eſſe poſſe, ſi fiat in Synodo, etiam per generalem comminationem, iuxtà *cap.* 2. *de conſtit. in* 6. *cap.* 1. *de locat.* Clar. Farinac. de Graſſ. *num.* 900. Quæ omnia videntur admittenda, cum ſimus in odioſis Clericatui.

Ad 22. Negatiuè: quia accepimus declaratum à Sacra Congregatione, teſte Riccio *in prax. deciſ.* 606. Clericum, qui relicto Clericali habitu, homicidium commiſerat, & ſine eo à laica poteſtate captus fuerat, remittendum fuiſſe ad forum Eccleſiaſticum: quia non præſumitur dimiſiſſe habitum animo illum relinquendi, ſed vt commodius delictum perpetraret. Ac ità etiam declarauit Sac. Congr. Conc. in *Leodienſi* 19. Nouembr. 1630. nempè: *Clericus non amittit priuilegium, ſi per modicum tempus habitum Clericalem dimittat, licet reperiatur in habitu laicali*: Idem quoque Sacra Congregatio Epiſcop. 8. Decembris 1597. Et ratio eſt: quia, vt diximus ſuprà, ex modica omiſſione quem non excidere à priuilegio.

Ad 23. Dicendum eſt cum Suarez *lib.* 4. *in Regn. Angl. cap.* 27. *n.* 17. & Carolo de Graſſ. *n.* 1232. in reaſſumptione prædictorum illorum eſſe priuilegio, quæ eſt etiam ſententia Gloſſæ *in d. Clem.* t. *v. quandiù de vit. & honeſt. Cler. & in cap. fin.* vbi Abb. *num.* 8. *eodem tit.* & aliorum: Tum quia eſt id ad mentem Sacræ Congregationis, quę de Beneficiato poſt dimiſſum habitum, & beneficium aliud beneficium obtinente, declarauit, gaudere iterum exemptionis priuilegio à foro, vt teſtatur Suarez. ac conſequenter tenere debent Couar. *pr. q. cap.* 32. & Clar. §. *fin. quaſt.* 36. *num.* 38. alijque diſtinguendo, aut reſumit habitum ſine fraude, & gaudere hoc priuilegio, aut in fraudem, & tunc gaudere quoad perſonam, non autem quoad bona, vt declarauit Sacra Congregatio Concil. in *Papienſi* 23. Maij 1626. & Sacr. Congr. Immun. in *Reatina* 10. Septembr. 1629. & in *Ciuitatis Caſtellanæ* 18. Febr. 1631, ac ſæpè alibi his verbis: *Clericus reaſſumens habitum in fraudem gaudet priuilegio fori quoad perſonam tantum, non autem quoad bona, & nos alibi*:

Ad 24. Alibi copioſè reſpondimus.

Ad 25. Quoad iſtos dicitur in *cap. ex parte* 3. *de priuil. ęquanimiter eſt tolerandum, ſi Iudex laicus in eos ſuam iuriſdictionem exerceat*. Per quę verba certum eſt, ſignificari eos excidere à priuilegio fori, & licet dubium eſſe poſſit, an ſit ſermo tantum quoad illud delictum, vel etiam, vt generaliter exciderit à priuilegio fori, ſiſtendo in contextu, illud prius aſſeuerandum eſt. Dubitatur item, an neceſsè ſit, quod vltrà deprehenſionem in delicto ſine habitu, & tonſura, tales prò laicis ab omnibus habeantur, vel potius id non ſit neceſsè. Et ſimiliter illud prius receptius eſt: Quia & ſi in diſpoſitione dicatur, ęquanimiter ab Eccleſia tolerandum, &c. tamen in antecedenti contextu narratio caſus erat de ijs, qui prò laicis ab omnibus habebantur. Vndè & diſpoſitio ſequens videtur eſſe de ijſdem.

Quoad monitionem non præſcribitur hoc *cap. ex parte* 3. tanquam neceſſaria. Communiſſimè tamen tenent Doctores prærequiri, monentes hæc iura, vtpotè odioſa ſtrictę interpretationem accipere, & reſtrictionem à ſimilibus eſſe petendam.

Ad vltimum. Affirmant quoad priuilegium Canonis, & immunitatis à vectigalibus. Bannez. 2. 2. *quaſt.* 12. *art.* 1 *ad fin.* Suarez. *de cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 21. *& in Regn. Angl. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 14. & alij. Et *de priuil. cap. Odoard. de ſolut.* ac *l. Presbyteros* 1. *l. Sacroſanctæ C. de Epiſcop. & Cleric. & cap.*: *Quia nos deteſtam.*

At nihilominus contrarium omninò tenendum eſt quoad priuilegium Canonis,& immunitatis à vectigalibus per ea,quæ docent Nouar.*lib.5. conſ.24. de priuil. edit.2.* Molin. *tract.3. de iuſt. diſp.54. num.9.* Auil. de *cenſur. par.2. cap 1.* & alij multi. Tum quia ſic declarauit ſæpius Sacra Cangregatio, vt apud Doctores citat.& nos alias. Tum quia priuatio priuilegiorum Clericalium eſt odioſa, & ideò reſtringenda: Cum enim Sac. Conc. Trid, eas conditiones ad ſolum fori priuilegium retinendum petierit, non eſt id extendendum, vt neceſſariæ ſint ad retinendum cætera priuilegia; Tum quia vbi textus alia priuilegia volunt auferre, id exprimunt, vt fecerunt de Clericis Coniugatis: At qui eas conditiones Concilium prò ſolo priuilegio fori expreſſit; Atque adeò non requiruntur quoad alia, cum nullus alius textus eas requirat; Tum etiam quia priuilegium fori reſtrictum eſt ob maximam Regum inſtantiam, nè fraudaretur eorum iuriſdictio, quod in reliquis priuilegijs locum non habet.

Idem quoque, ac per eaſdem rationes quoad facultatem teſtandi Clerico filio fam. conceſſam tradit Sanch.cum pluribus *in Decal.to.2. lib 7. cap.13.num.35.* Et ità tandem declarauit ſæpius Sacra Congregatio Concil, vt ſunt ſequentes.

Pennenſi. *Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini. In dubium reuocatur, an diſpoſita in Conc. Trid. ſeſſ.23. de refor.cap.6. circà qualitates Clericorum prima tonſura initiatorum, ſiuè in minoribus Ordinibus conſtitutorum quoad priuilegium fori, procedant etiam quoad priuilegia Canonis, & immunitatis, itàut non deferentes Cleritalem habitum & tonſuram, nec inſeruientes Eccleſiæ, cui ex mandato Epiſcopi ſunt adſcripti, gaudere non poſſunt priuilegio Canonis, ſiuè etiam non ſunt immunes à collectis laicorum, & alijs priuilegijs ex iuris communis diſpoſitione ante Conc. Trid. competentibus, priuetur.*

Die 2.Nouembris 1604.Cum in Congegatione Conc. de hoc dubio actum eſſet, Congregatio vnanimiter cenſuit vetera priuilegia non eſſe decreto d.cap.6. Clericis ablata.

Tudertina: *Illuſtriſſimi, &c. an Clericus prima Clericali tonſura inſignitus, & qui poſtea Vxorem vnicam, & virginem accepit, illaque defuncta, reaſſumpſit habitum, & cum eo, & tonſura incedit, licet non ſeruiat alicui Eccleſiæ, gaudeat beneficio* cap. Odoardus de ſolut. & cap. peruenit de fideiuſſ.

Die 16. Martij 1616. Congregatio cenſuit gaudere.

In Tudertina: *Illuſtriſſimi,&c. Achille Palemonio da Todi Chierico di prima tonſura vmiliſſimo Oratore delle Signorie V.V. Illuſtriſſime le ſupplica a farli gratia di dichiarare, ſe eſſo Oratore per non eſſere andato in habito, e tonſura, habbia perduto il priuilegio conceſſo a Chierici di prima tonſura dalla lege* Sacroſanctæ C. de Epiſc. & Cler. *di poter teſtare, & acquiſtare, etiam quoad vſumfructum, viuente Patre, ouero habbia perduto il priuilegio del foro ſolamente, del quale parla il Concilio Trid.* ſeſſ.23 cap.6.

Sac Congr. Concil.cenſuit, decretum eiuſdem Concilij cap.6 ſeſſ.23.*non ademiſſe Clericis non habentibus qualitates, quæ ibidem exprimuntur, niſi priuilegium fori, cætera verò remanere in diſpoſitione iuris communis die 10. Febr.1616.*

Actum eſt rurſus: An Prothonotarij Apoſtolici honorarij gaudeant priuilegio fori, ſi beneſicium Eccleſiaſticum non habeant, nequè habitum, & tonſuram deferentes, alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiant, iuxtà decretum Concil. *cap.6 ſeſſ.23.* Et omiſſis &c. Poſt hæc ſingulorum ſententijs, ità vt proponitur, relatis, nequè diligentius diſcuſſa:

Omnes Patres cenſuerunt ſimpliciter, Prothonotarios honorarios Apoſtolicos gaudere priuilegio fori, etiam ſi beneficium Eccleſiaſticum non habeant, nequè habitum, & tonſuram deferentes, alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiant, iuxtà decretum cap.6. ſeſſ.33. *Deciſionem tamen non eſſe generaliter edendam, ſed in ſpecie tantum Prothonotario in habitu Clericali incedenti, qui nunc Congregationem conſulit. Prius tamen referendum Sanctiſſimo D.N. præſertim, an velit, vt quoad Ordinem Subdiaconatus à Prothonotarijs ſuſcipiendum, innouetur decretum Martini V.* Reliqua vide de Prothonotarijs.

Itaque vt Clericus non habens qualitates Concilij Trid.priuetur priuilegijs, requiritur trina monitio, & declaratoria Iudicis, juxtà diſpoſitionem iuris communis in d.Clem. *1. de vit. & honeſt.Cler.* cum alijs ſuperius relatis, cum à Tridentino in hac re non fuit derogatum.

An Clericus malè promotus gaudeat priuilegio fori, & immunitatis, aliſque priuilegijs Clericalibus?
to.3.Conſul.8.& vide to.1.Conſul.103.
& to.2.Conſul.66.ac tom.6.Conſul.17. Item de Ordine to.1.
Conſul.424.& de Capitulo,& Can.to.10.
Conſul. 158.

IN Sac.Conc.Trid.*ſeſſ.7.cap.10.de reform.* habetur,Clericum in minoribus nullo gaudere priuilegio Clericali, ſi ſit ordinatus ab Epiſcopo non ſuæ Diœceſis cum litteris dimiſſorijs ſui Capituli, ſede vacante infrà annum à die vacationis, excepto, ſi ordinatus fuiſſet arctatus occaſione habiti, vel præparati beneficij; Ad quod non cenſeo requiri aliam declarationem: quia Concilium non priuat priuilegio iam poſſeſſo, ſed reſiſtit ſolummodò nè participetur, ad quod non eſt neceſſaria aliqua ſententia,& ideò ſicuti ex eadem clauſula: *Non gaudeant* interpretati alibi ſumus, diſpoſitionem eiuſdem Concilij *ſeſſ.23. cap.6. de reform.* tanquam ipſo iure ſtatuentem, nec indigentem alia declaratione, ità non eſt diuerſimodè in præſenti ſentiendum.

Item

Digitized by Google

Item Tridentinum *ſeſſ.23.cap.10.de reform.* decreuit, vt promoti litteris dimiſſorijs obtentis à quouis in iuriſdictione Epiſcopali loco Capituli, ſede vacante, ſuccedente, in eaſdem pœnas incidant, in *d.cap.10.ſeſſ.7.* Concedentes autem dimiſſorias contrà formam decreti, ab officio, & beneficio per annum ſint ipſo iure ſuſpenſi.

Quæ decreta ampliantur, quod Capitulum, vel eius Vicarius non poteſt dare dimiſſorias intrà annum, vt ſuprà, arctato alia cauſa, quam beneficij, vt ſi neceſſarij eſſent Ordines ad obtinendum gradum Theologiæ, Sanch.*lib.6.opuſc. cap.1.dub.1.num.*38. Item, quod Vicarius Capitularis non poteſt dare dimiſſorias, tam intrà, quam vltrà annum, ſede vacante, niſi ei fuerit hæc facultas ſpecialiter demandata à Capitulo, ſecus eſt in Vicario Apoſtolico, niſi ei fuerit reſtricta facultas in litteris ſuæ commiſſionis, Gutier. *can.quæſt.lib.2.cap* 12. *nu.*22. cum Panuin. & Mandoſ. Denique quod pœna illa interdicti contrà Capitulum lata in *d. cap.* 10. *ſeſſ.7.* eſt latæ ſententiæ, Henriq. *lib.*13. *cap.*43.*num.*5. Sanch.*dub.*20.*num.*36. & alij.

Non eſt tamen vetitum per hæc decreta Capitulo, vel Vicario concedere commendatitias de vita, & moribus ad effectum Ordines recipiendi, v.g. vigore Breuis à Papa obtenti, Nauar. *conſ.*19.*num.*1.Sanch.*d.dub.*20.*nu.*37.*&* *dub.*26. Et interdicti illius perſonalis genericè abſolutio nemini eſt reſeruata, ideò poterit Epiſcopus ſucceſſor abſoluere ex *cap. nuper de ſent. excomm.* Coninch. *de cenſur.diſp.*17.*nu.*76.Nec Ordinati in minoribus in hoc caſu incurrunt ſuſpenſionem, tanquam ordinati ſine licentia ſui Epiſcopi: quia facta eſt commutatio in hanc pœnam priuationis priuilegij Clericalis, Suar.*de cenſur.diſp.*31.*ſect.*1.*num.*20. Sanch. *loc. cit. dub.*28. *nu.*5.*&* 14. Vbi verò Tridentinum non eſt receptum, ſeruabitur ius commune, de quo *cap.cum nullus de temp ord. in 6.* vt poſſint etiam intrà annum à Capitulo dimiſſoriæ concedi, Tolet. *lib.1.cap.*49. Sanch.*d.dub.*20.*n.*37. cum Salzedo.

Quæ autem hactenus dicta ſunt de malè ordinatis ex prædictis, & alijs defectibus, recipienda ſunt de ordinatis cum inhabilitate ad Ordines, vt ſunt Serui, irregulares, & de alijs omnibus, vtcumque malè promotis, dummodo Ordinem, ſeù characterem ſuſceperint. Hi enim non excluduntur à priuilegio Clericali, non obſtante inhabilitate, *arg. cap.2. de ſeru. non ordin.* vbi Seruus ordinatus, renuente Domino, dicitur prius deponendus, quam Domino reſtituatur. Excipe, vt diximus, caſum *d.cap.10. ſeſſ.7. &* *cap.10.ſeſſ.23.de ref.*& Conſtitutionis Vrbanæ. Et ità declarauit Sac. Cong. Conc. vt ex adiectis declarationibus.

S.Marci ſuſceptionis Ordinis. *Clericus Carolus Corbellus Terræ Mattofollonis narrat, ſibi fuiſſe alias conceſſas à Vicario tunc exiſtentis Epiſcopi S. Marci litteras dimiſſoriales, vt promoueri poſſit ad duos primos minores Ordines à quodam Abbate Ciſtercienſi, vti reipſa fuit ab ipſo Abbate promotus. Nunc verò cupiens Orator ad alios Ordines aſcendere, renuente moderno Epiſcopo illum promouere, eo quia d. Abbas ſibi non ſubditis Ordines conferendi facultatem nullatenus habebat, ſupplicat declarari, an ipſe Orator fuerit validè promotus in caſu de quo agitur.*

Die 1. Decemb. 1668. Sacra &c. reſpondit, Oratorem validè quidem fuiſſe promotum, ſed non licitè.

In Hydruntina Clericatus. *In qua agebatur de Clericis ordinatis cum dimiſſorijs Epiſcoporum titularium ratione prætenſa familiaritatis abſque dimiſſorijs Ordinarij Hydruntini, de quo Trid.* ſeſſ. 14. cap.2.*de refor. quæſitum fuit:*

Primò: an eſſent validè, & licitè ordinati?

Secundò: an gaudere debeant priuilegio fori, & immunitatis ab oneribus laicalibus?

Die 16. Decemb. 1673. Sacra &c. Ad.1. reſpondit eſſe validè, & non licitè ordinatos, ſed eſſe ſuſpenſos.

Ad 2. reſpondit affirmatiuè.

An quandò non ſufficiunt redditus Principatus, vel Regni prò illius defenſione, ac cuſtodia, alijſque huiuſmodi, teneatur Status Eccleſiaſticus pecuniam conferre? tom.3. Conſult. 15. ac tom.9. Conſult.41. Sum. n.1.

NEgatiuè: Nam licèt concluſio ſit, quod ſi Rex, Princeps, Reſpublica haberet vrgentiſſimas neceſſitates communes Clericis, atque laicis, & bona laicorum non ſuppeterent ad remedium neceſſarium adhibendum, tunc Clerici tenerentur contribuere ad huiuſmodi neceſſitates, vt perſpicuè conſtat ex *cap. Non minus*, & *cap. Aduerſus de Immun. Eccleſ.* Quia ſecundum ius naturæ eſt, eum pati damna, quem ſequuntur commoda, *l. ſecundum ff. de reg. iur. cap. qui ſentit de reg. iur. in 6.* & ratio naturalis dictat, vt in his neceſſitatibus omnes Reipublicæ ſubueniant propter bonum commune, Panorm. *in cap. ſicut de iur. iur. in fin.* Anchar. *in d. cap Non minus nu.*8. & alij, & alibi paſſim. Oportet tamen, vt obſeruetur forma d. *cap. Non minus, & cap. Aduerſus*, & Extrauag. *Quod olim de Immun. Eccleſ.* Ex quibus Doctores communiter regulam conſtituunt prò contributione Status Eccleſiaſtici eſſe neceſſarium, quod concurrant requiſita horum teſtuum. Quod ſcilicet facultates Regis, ſiuè Principis, ac laicorum publicæ, ac euidenti vtilitati non ſufficiant. Quod Clerus contributioni conſentiat. Ac tandem, quod obtineatur confirmatio Sedis Apoſtolicæ, vt poſt innumeros docet Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.*3. *num.*226. *& ſeqq. & num.*238. *&* 239. Bellett. *diſquiſ. Cler. par.1. de exemp. Cler. mun. pub.§.2. num.5. & ſeqq.* præcipuè *num.* 10. & alij.

Quibus iuribus conſentit Conc. Lateranenſe habitum ſub Leone X. *ſeſſ.9. tit. de refor. Cur. §. Et cum à iure*, & aliud Concil. Lateran. ſub Inno-

noc.III. *in cap.* 46. cuius verba inferuntur in *cap. Aduerſus 7. de Immun. Eccleſ.* Conc. Tolet. *cap.21*, relatum in *cap.69. Eccleſiarum Seruos 12.quæſt.2.* Alex.IV. *in cap.1.de Immun.Eccleſ. in 6.* Bonifac.VIII. *in cap. Quanquam eodem tit.* & alia Concilia, & Conſtitutiones Pontificum.

Ratio prior adferri poteſt ex parte perſonarum Eccleſiaſticarum, quæ ſunt honorandę, & non grauandę à quoquam, *cap. Eccleſias 28. in fin. 23.quæſt.6.* Alia, quia perſonę laicorum cuiuſcumque ſint poteſtatis, nullam poteſtatem habent in perſonas, aut res Eccleſię. Ideòque nec de illis legem ferre, aut diſponere poſſunt *cap. fin. de reb. Eccleſ. non Alien.* Conc. Lateran. ſub. Innoc.III. *cap.44. Eccleſia S.Mariæ*, & alibi. Item Conſtitutiones Regum, Imperatorum aliorumque Principum legibus ſunt poſtponendę Eccleſiaſticis, in his maximè, quæ ad perſonas, & res Eccleſię pertinent, *cap.1. cum quinque ſeqq.10. d.*

Nec eſt inuidendum Eccleſię & perſonis Eccleſiaſticis, ſi alijs laicis pugnantibus, tributis, & vectigalibus ad Reipublicę munera oneratis, eiuſmodi Eccleſię res, & perſonę ſua immunitate, & libertate potiantur, quanquam & ipſi in eadem Republica ſint, in eodemque loco, & quamuis in priuilegijs, & vtilitatibus participent, & commoditatem, defenſione, ac beneficio, quę per tributa, & vectigalia indicta & ſuperindicta eueniunt, fruantur. Siquidem quemadmodum Eccleſia, & perſonæ Eccleſiaſticæ immunes ſunt ab oneribus laicorũ, & ſunt participes nihilominus commodi, & vtilitatis illorum, ſic è contrà perſonæ laicorum immunes ſunt ab oneribus, militia, laboribus, & muneribus Eccleſiaſticis, & nihilominus participes ſunt cultus Diuini, orationum, & miniſteriorum earum: Sic nutritur Corpus Reipublicæ per temporalia corporalibus neceſſarijs, per ſpiritualia verò verbo, in anima, & ità onera compenſantur. Hinc Clerici Deo Domino, ac quotidie prò ſe, pròue populo inſeruiunt, & miniſterium impendunt. Laici in corporalibus onera contrà ſoli ſuſtinere debent, nè Eccleſiaſtici duplici onere, & miniſterio corporali & ſpirituali grauentur. *C. quoniam idem mediator 8.10.diſ.* Quare perſonæ Eccleſiaſticæ vtuntur priuilegijs loci: vbi degunt, *cap.dilecti 17. de for. comp.* Nequè eſt abſurdum, quod Clerici gaudeant beneficijs Statutorum populi, licèt non ſuppetant onera temporalia, quæ alij ferunt: Quia ſufficit, quod ſubeant onera ſpiritualia, vt ſcribit Paul. Caſtrop. *conſ.*300. & dicebat D.Paulus *Corinthijs 1.9. v.11. & 2. & ad Rom.15.v.27.*

Ex parte verò rerum conſtat, Deo dicatum non eſſe ad vſus humanos transferendum, *cap.Semel Deo dicatum 51.de reg.iur.in 6. l.in tantum §.ſacra de rer. diuiſ. §.ſacra eodem tit.* & alibi. Io: Andr. *ad d.cap.ſemel*, Panorm.*ad cap. ex publico de conuerſ.coniug.* Sic in lege Dei Leuit. *cap.27. v.28. Omne, quod Domino conſecratur, ſiuè homo fuerit, ſiuè animal, ſiuè ager, non veniet, nec redimi poterit. Quidquid ſemel fuerit conſecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino.*

Accedit, vt quemadmodum Clericus non tenetur ad pedagia, guidagia, & collectas prò rebus ſuis, vel ſui patrimonij, vt liquet ex iuribus ante citat. & ex *cap.fin.de vit.& honeſt.Cler.* & ibi Panorm.*num.4. d.Clem.Præſenti de cenſib. cap.quanquam de Immun.Eccleſ.in 6.* & alij.

Rurſus bona Eccleſiarum deſtinata ſunt publico vſui ſpirituali, & reſeruata, non ſolum in alimoniam pauperum, ſed etiam Clericorum, & ad reſtituendum cultum Diuinum, ſi quandò contingeret à Tyrannis opprimi, *cap.futurum, & cap.videntes 12.quæſt.1.* Quare alienari non poſſunt ab ipſis etiam Præpoſitis, *cap.nulli licet 12.quæſt.fin.* Nequè deputata ad certum vſum Diuinum, alijs vſibus debent applicari ſine authoritate Sum.Pontificis, *cap. Quia contingit de relig.domib.*

Nequè deſideratur ius ciuile, cum adſint leges Honorij, & Theodoſij in *leg. placet 5. C. de Sacroſ.Eccleſ.& in leg.omnes 33. de Epiſc. & Cler.* & Iuſtinian. 11.in *Nouell. Conſt.131. §.Ad hæc*, & aliæ.

Primum requiſitum ponitur his verbis: *Vbi laicorum non ſuppetunt facultates.* Itaque prius diſcutiendæ ſunt facultates, non ſolum communes Reipublicæ, ſed ſingulorum Ciuium, non phyſicè, ſed moraliter Id, quod eſt conſentaneum iuri Canonico, habetque maius rationis fundamentum ex ſententia Abb. quem multi ſequuntur, præſertim Fagnan. *num.26.* eſtque conforme menti Pontificum expreſſę in eorum Indultis, quę in eiuſmodi neceſſitatibus conceſſerunt, vt videre eſt in Indulto Vrbani VIII. prò Ducatu Mediolanenſi apud Marchin. *de peſte par.4. num.29.* & prò Ciuitate Panormitana apud Delbene *de Immun. cap.5. dub.20. num.7.* & Clementis VIII. prò Florentinis apud Martham *de iuriſd.par.4.centur.1.caſ.1. num 49.* In quibus Pontifices mandant Nuncijs, & Ordinarijs, vt diſcuſſis prius facultatibus Communitatum, ac Vniuerſitatum, & hominum, ſiuè laicorum, & his inuentis non ſufficere, cogant Eccleſias, & Eccleſiaſticos ad contributionem faciendam. Alioquin eſſet nimis relaxatio ad inducendum in Clericis ſubſidia, cum ferè ſemper tenerentur dictas contributiones præſtare: Nam ferè ſemper Ciuitates in communi non ſunt ità diuites, vt poſſint ex communibus redditibus publicæ neceſſitati, vel vtilitati prouidere, vt profectò priuilegium Clericorum fruſtaretur.

Secundum requiſitum eſt, vt contributio non fiat Niſi Epiſcopus, & Clerus, re inſpecta, & conſiderata, exiſtiment eſſe faciendam. Ità habetur in *d. cap. Non minus*, & expreſſius in *cap. Aduerſus*, ibi: *Epiſcopus ſimul cum Clericis*; Vndè conſtat non poſſe Epiſcopum ſolum contributionem approbare, vel iubere: quia concurſus Cleri ſimul poſtulatur prò forma, ſub no-

minę

Digitized by Google

mine verò Cleri, ac Clericorum venit, non ſolum Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, ſed etiam totius Diœceſis: Quia illis omnibua contributio eſt imponenda. Quam praxim Auguſtiſſimi Reges Hiſpaniarum religioſiſſimè huc vſque obſeruarunt.

Tertium requiſitum eſt; *propter imprudentiam quorundam Romanus Pontifex conſulatur, cuius intereſt communibus vtilitatibus prouidere.* Ita Innocen.III. *in d. cap. Aduerſus.* Hoc autem requiſitum eſſe extendendum ad illas actiones, quæ frequenter neceſſariæ ſunt, & habent quaſi innatam naturalem æquitatem, ac pietatem, euincitur: Nam Innocentius de eiſdem exactionibus, vel tributis cum Alexandro III. loquutus eſt, ac proindè hoc requiſitum ad omnia tributa, in quæ propria requiſita cadunt, extenditur.

Pergamua ad aliam, eamque inuidioſiſſimam querelam de multitudine Eccleſiaſticorum, qua grauari Rempublicam queruntur, & videamus noſtra obſeruatione quiſnam eam grauet. Perluſtremus Regnum Neapolitanum, quod præ cęteris hiſce calumnijs appetitur. In eo Archiepiſcopi ſunt 21. Epiſcopi verò 127. totorum horum ſumma eſt circiter 444000. ducatorum, Cleri, & Monaſteriorum duplam ponamus, erunt igitur 888000. quæ ſumma exigua eſt, ſi Regni magnitudo, & opes ſpectentur. & magna tamen para bono Regni ſeruit; Exiguam eſſe ſummam alia me obſeruatio docet. Nam in Regem, Principes 14. Duces 25. Marchiones 37. Comites 54. Baronea 448. Vniuerſitates, Priuatos, annuos redditus inſumi penè 15. Miliones. Nunc opus eſt docere, Clerum Regni Neapolitani ipſi Regno non eſſe grauem, quamuis nulla politica officia patriæ præſtaret; Nam pars exigua tanti Regni eſt Clerua. Vna Ciuitas nobilis plus hominum, reique habet, quam Clerus vniuerſus. Conſtituamus ſanè Eccleſiaſticorum eſse circiter centum millia; non tamen quinquageſimam partem hominum conficient.

Tarentum, Lycium, & Barium ferè æquabuntur. Quid verò magnum eſset, ſi ex tot Ciuitatibus, vna, vel altera ex Clero collecta confici poſset? Prouinciæ Regni ſunt 12. ſed inæquales. Ex his vna ſi aſſignauero Clericis, minus dabo, quam olim Deus Leuiticis. Non igitur eſt Cleri magna multitudo, ſi cum aliorum innumera frequentia comparetur. Cum igitur in Populo Catholico, & pacato, vbi numeroſiſſimus Clerus eſt, vix quinquageſimam habeant, non eſt quod quiſquam quæratur, nimium multos eſſe, qui Deo ſeruiant. At verò ſi quinquaginta alant vnum Sacerdotem, non debet graue videri, cum in Dei Republica decem, aut quinque potius, ſi redditum ſpectes, vnum aluerint. Impietatis ergò eſt tam iniqua querela, cum tam multa Rempublicam infeſtent tantum in Dei Seruoa, & Doctores virtutis, iuſtis, & æqui conferre culpam, qui ideò non grauant, quia pauci ſunt, quia plurimum poſſunt.

An Clericus prima tonſura, qui dimiſſo habitu Clericali, ac tonſura per annos 20. & amplius in habitu laicali inceſſit, ac perſeuerauit, arma tractando, ac enormitatibus ſe immiſcendo, itàut prò laico communiter haberetur, ac tractaretur ab omnibus, vt proindè in foro ſæculari pluries, ac prò pluribus delictis enormibus fuerit denunciatus, proceſſatus, & condemnatus, criminaque alia confeſſus, pœnas corporales in pecuniarias commutari aliquandò, ac remitti obtinuerit, & adſcriptus militiæ, actu inſeruiuit, ac priuilegijs militaribus potitus eſt, tandem accuſatus prò delictis rapina, & abigeatus ab ipſo perpetratis, proceſſatuſque ſer. ſer. in contumaciam capitaliter fuit condemnatus in eodem foro laicali, à cuius Curia poſteà repertus, ductus fuit ad Carceres, & Iudici laico conſignatus vnà cum armis, quæ geſtabat, & conſtitutus coram d. Iudice prò habenda recognitione perſonæ, factaque deſcriptione veſtium, & perſonæ, ad primam interrogationem proteſtatus fuit, ſe eſſe Clericum, & habitum Clericalem dimiſſum antequam militiam exerceret, reaſſumpſiſſe, ac proindè ad Iudicem Eccleſiaſticum remitti inſtitit. An inquam, ſit d. Iudici Eccleſiaſtico relaxandus, iuxtà diſpoſitionem cap. Si Iudex laicus de ſent. excom. in 6. *ità quidem, vt idem Iudex laicus contrà eius perſonam non poſſit exequi dictam ſententiam, ex quo, licet illi remanſerit ſubditus ratione cauſæ, ac bonorum, gaudeat tamen priuilegio fori quoad perſonam ad Clar.* §. fin. q. 36. num. 43. *Etiam ſi ſit Clericus primæ tonſuræ. Nam per characterem, quem recipit laicus prima tonſura initiatus Sacer efficitur, eiuſque perſona eximitur à poteſtate laica, Duard. ad comment. in Bull. Cœn. Dom. lib. 2. Can. 15. quæſt. 11. ſub num. 8. & in Can. 18. quæſt. 7. ſub num. 2.* tom. 3. Conſult. 20. & tom. 1. Conſult. 436. & 455.

Perſiſto in ſententia affirmatiua, de qua re non pauca diximus d. tom. 1. at non dum euicimur. Et primo Clericatus comprobatur ex libro Ordinatorum Curiæ Epiſcopalis per viam repetitionis producto, Archid. *in cap. Si Iudex in fin. de ſent. excom. in* 6. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. in prælud. n.* 200. Item ex atteſtatione Notarij eiuſdem Curiæ de ſuſceptione Ordinis, & adſcriptione Eccleſiæ. Ex pluribua condemnationibus, atteſtationibus, ac depoſitione teſtium atteſtantium de Clericatu. Ex quibus, atque alijs non poteſt denegari, quin reſultent vrgentes, & neceſſariæ præſumptionea prò Clericatu, quæ ſufficiunt ad probationem in caſu, de quo agitur, & ad effectum ipſius, Farinac. *de Inquiſ. quæſt.* 8. *n.* 44. Scientia verò Clericatus probatur etiam ex notitia Monitorij Iudici laico tranſmiſſi, quæ ſcientia quamuis ſit tantum præſumpta, ſufficit tamen ad effectum cenſurarum ob difficultatem probationum, prout cenſuit Sac. Cong. Immun. in vna *Neapolitana* 14. Octobris 1630.

con-

contrà Iudicem Oſorium cum effectu ſequuto. Et ex hac ſcientia excluditur obiectum non intimationis Monitorij, cum iſta ſufficiat loco intimationis, etiam ad effectum incurſus, vt poſt Innoc. & alios firmat Carol. de Graſſ. *d. effect.1, num.328.* & benè facit Clem. *Cauſam in fin. de elect.* Quod præſertim locum habet, ſi impedimentum aliquod præſtetur Executoribus Curiæ Epiſcopalis intimandi monitorium, quam ob cauſam procedendum erit ab eadem Curia ad declarationem incurſus in cenſuras Bullę in Cœna Domini *§.16.* Ac tandem huiuſmodi Clericatus iuſtificari poteſt ex oppoſitione, nè dum ab Epiſcopo, quod ſufficit, vt inquit tex. *in cap. ſi Iudex in princ.* ibi: *vel Curia ipſa*: Quia cum agatur de iniuria Ordinis Clericalis, illam Epiſcopus vindicare tenetur, Anchar. *in eodem cap. ſub n.6.* Archid. *in princ.* & alij; Verum etiam ab ipſo Reo, cum in conſtitutis ſe ſubſcribit Clericum.

Secundò licet Clericus habitum Clericalem, & tonſuram dimiſerit, ac prò laico communiter habitus fuerit, in habituque laicali fuerit deprehenſus; Non tamen idcircò poterit Iudex laicus poſt oppoſitionem, & notitiam Clericatus contrà Clericum procedere abſque incurſu cenſurarum, antequam procederet declaratio Iudicis Eccleſiaſtici, quod Reus non eſſet Clericus, vel amiſiſſet priuilegium fori, illoque gaudere non poſſet, vt eſt tex. *in cap. ſi Iudex laicus v. non ſic*, vbi Gloſ. *v. fecerit de ſent. excom. in 6.* Ea ratione: quia agitur de priuilegio Ordinis, & conſequenter de re Eccleſiaſtica, & ſpirituali, vt colligitur ex ipſo textu *in princ.* quæ debet cognoſci à Iudice Eccleſiaſtico, vt in terminis poſt alios firmat Butr. *in cap. ex parte 3. in fin. de priuil.* & latè Farinac. *de inquiſ. d. quæſt.8. num.33. & 35.* ac alij. Et in puncto cenſuit Sac. Congr. Conc. in ſequentibus declarationibus, quas Sacra Congreg. Immun. ſępius ſequuta eſt, & ſignanter in vna *Papien.* 10. Septembris 1629. & in *Nullius Sancti Laurentij in Campo* 17. Decembris 1630.

In vna *Lycienſi* 7. Septembr. 1624. Sac. Congreg. Conc. cenſuit, &c.

Cæterum & ſi Clericus priuilegio fori non gaudeat: quia qualitates Concilij non habet, vel quia cum falſis dimiſſorijs ordinatus fuerit, eum tamen non poſſe à Iudice laico detineri; Niſi prius ſuper qualitatibus, ſeù promotionibus huiuſmodi Iudex Eccleſiaſticus cognouerit, & pronunciauerit. Ideòque Epiſcopum Lycienſem vtique poſſe hoc caſu contrà laicos ad ſententiam cenſurarum procedere.

Die 6. Octobris 1612. Sacra, &c. Propoſito dubio, omnes abſque vlla diſſentione cenſuerunt, huiuſmodi Clericum nullo pacto excludi à fori priuilegio; niſi poſt latam à Iudice Eccleſiaſtico declarationem ſuper facto, ſeù delicto, quod habitum, & tonſuram Clericalem minimè detulerit.

Die 21. Iul. 1625. Sacra Congregatio Conc. inhærendo declarationibus alias factis, cenſuit, ſi is, qui prò laico publicè ſe gerens, deprehenſus fuerit in habitu Clericali, hoc eſt tonſuram, & veſtes deferens Clericales, ac communi exiſtimatione Clericus habeatur, debere, donec de contrario conſtiterit, Clericum reputari, ac proindè incontinenti, etiam ante cognitionem de Clericatu, reddendum eſſe Eccleſiaſticæ Curiæ. At ſtante deprehenſione in habitu laicali, illius, qui prò laico publicè ſe gerebat, ac prò tali communiter habebatur, remanere debere ſub cuſtodia Iudicis Sęcularis, donec coram Eccleſiaſtico docuerit, ſe priuilegio gaudere.

Quod ſi aliter diceremus, deſtrueretur in totum iuriſdictio Eccleſiaſtica, cum eſſet in poteſtate laicorum aliquam probationem facere, & declarare, quod Clerici capti non habeant qualitates.

Hinc nulla ratio habenda eſt prætenſi Ritus M.C. Vicariæ Neapolitanæ, cum laici non poſſint exercere iuriſdictionem in Clericos, præſertim attenta conuentione inter Romanam Eccleſiam, & Regem in inueſtitura Regni conceſſa à Iulio II. in qua ſpeciatim reuocatur, & prò reuocatis habentur Conſtitutiones, leges, & decreta contrà libertatem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam facta à quocumque Rege, vel Regina, & nominatim a Regina Ioanna; à qua ſupponitur factus d. ritus. Et de hac conuentione atteſtantur ipſimet Doctores Neapolitani, nuncupatim Iſern. *in Conſtit. Regn. incip. De perſonis, & incipien. Item ſtatuimus in rub. de non trahendo Clericos ad Iudicem Sæcularem.* Gram. *dec.61. nu.17. & ſeq.* à Ponte *dec.9. num.11.* & alij.

Eòque minus Iudex laicus procedere poterit contrà Clericum ante declarationem Curię Eccleſiaſticæ, ſi ipſe Clericus ſit in quaſi poſſeſſione Clericatus, dum vti Clericus inſeruiuit Eccleſię, fuitque remiſſus aliquando ad Curiam Eccleſiaſticam, & vti talis ab eadem Curia condemnatus, Archid. *in d. cap. ſi Iudex n.3.* communiter receptus.

Tertiò etiamſi non habuiſſet qualitates Sac. Conc. Trid. ac dimiſiſſet habitum, & tonſuram Clericalem, ac in habitu laicali fuiſſet deprehenſus; Nihilominus ratione characteris Clericalis, qui reſpectu Epiſcopi, ad effectum, de quo agitur, eſt indelebilis, donec non fuerit denudatus priuilegio Clericali, ſubiicitur iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, ipſo Epiſcopo inſtante, Garz. *de benef. par.2. cap.21. nu.17. & ſeq.* & nos d. tom. 1. ex declarationibus, & rationibus Sacrę Congregationis ibi productis.

Comprobatur: quia ſi Clerici immiſcentes ſe enormitatibus non eximuntur à iuriſdictione Epiſcoporum abſque monitione, & priuatione, ſeù declaratione Iudicis Eccleſiaſtici, Imol. *in d. cap. de Apoſt.* Rolan. *conſ.4. num.31. lib.1.* alijque. Multò minus debent eſſe ab Epiſcopo exempti ob negligentiam inſeruiendi Eccleſiæ, vel geſtandi habitum, & tonſuram Clericalem. Et ideò in Regno Neapolitano adeſt con-

for-

formis pragmatica, vt per Rouit. *in tract. de pragm. edict. Regni Neapol. tit. de Cler. pragm. 2.* & in proprijs terminis firmat Garz. *d. cap. 2. par. 2. num. 16.* Et à Sacra Congregatione Immun. fuit reſolutum in vna *Neapolitana* Clerici Rodulphi de Angelis, & reſolutio fuit executioni demandata, cum fuerit reſtitutus à Regijs Curiæ Nuncij Apoſtolici Neapolis, vt ex eius litteris 14. Nouembr. 1628. Et cenſuit Sacra Congr. Conc. cuius declarationes ibidem adduximus, quam opinionem mordicus ſemper tenuit, & acerrimè defendit Sacra Congr. Immun. ſpeciatim in vna *Vmbriatenſi* Menſe Septembr. *1626.* & in *Parmenſi 6.* Nouembris 1628. in qua Clericus erat captus à Curia ſæculari, & fuerat eidem reſtitutus, non inſeruiebat Eccleſiæ, & fuerat miles leuis armaturæ, ac vti laicus alias obtinuerat gratias à Curia ſæculari, deprehenſus in habitu laicali, ſine tonſura, cum Coma aduentitia calamiſtrata, & armis prohibitis. Et in vna *Aſſiſienſi* 24. April. 1628. & 28. Iun. *1629.* nemine diſcrepante, in qua fuit decretum, poſſe ab Epiſcopo repeti Clericum, quamuis non inſeruiret Eccleſiæ, imò artem Macellarij exercuiſſet. Et ità fuiſſe ſemper obſeruatum à Tribunalibus Sedis Apoſtolicæ teſtatum reliquerunt Cardinales Baudinus, & Millinus.

Atque hinc nullum præiudicium illatum fuit iuriſdictioni Eccleſiaſticæ ex eo, quod Clericus ſe immiſcuit enormitatibus, ac ſæuis, vt in ſpecie notat Anchar. *in cap. ſi Iudex 12. num. 5. de ſent. excom. in 6.* Nam ad effectum exemptionis Clerici, ſæuis ſe immiſcentis, & alias incorrigibilis, requiritur præcedens ſententia declaratoria eiuſdem Iudicis Eccleſiaſtici ſecundum communem, ac veram opinionem, & cenſuit Sac. Congreg. Concil. in hac declaratione.

Die 5. Martij 1616. in vna Lucana *Sac. Cong. exiſtimauit, huiuſmodi Clericum id demum fori priuilegium amiſiſſe, ſi prius fuerit à Iudice Eccleſiaſtico declaratus incorrigibilis, obſeruata forma præſcripta* in cap. Cum non ab homine de iud.

Denique non obſtat, quod prima tonſura non ſit Ordo: Quia tam Sac. Cong. Conc. quam Rota ſæpius contrarium firmauit ex *cap. Cum contingat,* vbi Hoſtien. *num. 1.* & alij *de ætat. & qualit.*

Notandum eſt autem, quod, vt Clericus ſit priuatus priuilegio Canonis, & priuari poſſit priuilegio fori ex eo, quod ſe immiſceat enormitatibus, requiritur, vt incedat ſine habitu, & tonſura, & vt plura committat delicta; Vnum namque non ſufficit, vt in enormitatibus, puta homicidijs, furtis, ſacrilegijs, adulterijs, falſis teſtimonijs, publicis violentijs, alijſque huius generis deprehendatur. Comprehenſus autem dicitur, ſi fuerit captus in flagranti, vel ſi ipſe, antequam opponat de priuilegio Clericali delictum fateatur, vel ſi delictum ſit adeò notorium de facto, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari.

Addamus ad rem aliquas declarationes:

Clerici non ſunt cogendi ad ſuſcipiendum ſacros Ordines, neque ob id priuilegio, & exemptione Clericali priuandi; dummodò debitum Eccleſiæ ſeruitium præſtent. Sac. Cong. Epiſc. 19. April. 1619.

Vbi Communitates conqueruntur de Clericorum inutilium numero, Sac. Cong. prohibere ſolet collationem primæ tonſuræ abſque ſua licentia. Quæ prohibitio non ceſſat ex eo, quod Epiſcopus remittatur ad reſidentiã, amoto exindè Vicario Apoſtolico. Eadem in *Biſinianen.* 18. Iun. 1655.

Clerici prohiberi non debent, nè incedant noctu ſine luminibus. Eadem in *Vulturanen.* 17. Septemb. 1602.

Clerici poſſunt quærelare laicos in officio damni dati prò damnis receptis in ſuis poſſeſſionibus, modò iuramentum præſtetur in Tribunali Eccleſiaſtico. Eadem in *Ciuitatis Caſtelli* 14. Apr. 1653.

In criminalibus quandò laicus, & Clericus ſimul delinquunt, vterq; punitur à Iudice Eccleſiaſtico, Sac. Cong. apud. Dian. *par. 3. tom. 1. reſol. 1. & par. 4. tract. 1. reſol. 7.*

Clericus carceratus ab Epiſcopo propter enormia delicta, ſi ſolum habet Ordines minores, abſque vllo beneficio Eccleſiaſtico, non ſolet incedere in habitu, & tonſura, nec eſt adſcriptus ſeruitio alicuius Eccleſiæ, nec manet in Seminario, remitti debet ad Iudicem ſæcularem, cum non deceat ſub Clericatus clypeo ſubterfugi à delinquentibus meritam vultionem. Eadem in *Sulmonen.* 14. Decemb. 1595. At verò hæc declaratio eſt intelligenda, Epiſcopo nolente Clericum repetere, vt anteà diximus.

Clericus, qui ante carcerationem reaſſumpſerat habitum, fori priuilegio gaudet. Sac. Cong. Immun. in *Roſſanen.* 18. Martij *1631.*

Clericus, qui effectus eſt poſt delictum non punitur quoad perſonam, niſi à Iudice Eccleſiaſtico. Eadem 17. Decemb. 1632.

Clericus, qui ſine habitu, & tonſura ſe immiſcet enormitatibus, & pluribus vicibus, cenſetur abſque monitione renunciaſſe priuilegio Clericali, ſecus ſi in habitu Clericali hæc perpetraſſet: quia tunc requiritur monitio. Sacra Congreg. Conc. in *Motulen.* 1. Febr. 1620.

Clericus à Curia ſæculari ſine habitu Clericali deprehenſus, donec doceat de ſuo Clericatu, in carceribus laicis poteſt detineri, dummodò non ſit notoriè Clericus. Et ſi per octo Menſes ante carcerationem habitum dimiſerat, priuilegio Clericali nullo modò gaudet, ſi à curia, vt ſupra, captus fuerit in tali habitu. Eadem 11. Ianuar. *1616.* Intellige hanc vltimam partem, Epiſcopo volente:

Clericus, qui characterem, & habitum Clericalem aſſumpſit poſt delictum, proceſſum, & fideiuſſionem de ſe repreſentando coram Iudice laico, gaudet liberatus, quoad perſonam.

Quod

Digitized by Google

Quod ſi fraus ſubſit, quam Iudex Eccleſiaſticus inſpicere debet, poteſt Iudex laicus proceſſui finem imponere, contrà illum quoad bona procedendo. Sac. Cong. Conc. in *Papien.* 23. Maij 1626. & Sac. Cong. Immun. in *Ciuitatis Caſtellanæ* 18. Febr. 1631.

Clerici in minoribus Ordinibus conſtituti, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, aut Clericalem habitum, & tonſuram deferentes, Eccleſiæ inſeruiant, vel in Seminario, aut alia Schola, vel Vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſentur, iuxtà decretum Sac. Congreg. Trident. *cap. 6 ſeſſ.* 23. forum Iudicis laici declinare non poſſunt; Non tamen idem Concilij decretum obſtat Epiſcopo, quatenus iure ſuo in huiuſmodi Clericos poſſit animaduertere, eoſque punire. Eadem Sac. Congreg. Concil. in *Valentina* 17. Maij 1627. Et in in *Nuſcana* 52. Iul. 1629.

Declaratio neceſſaria eſt poſt dimiſſionem habitus Clericalis, ad hoc, vt Clerici non poſſint illum reaſſumere. Sac. Congreg. Immun. in *Mazzarien.* 16. Decembr. 1642.

Clericus poteſt aliquandò habitum reaſſumere, etiam contradicente Epiſcopo, vt gaudeat priuilegio fori. Eadem *ibidem*.

Clerici moneantur ad incedendum in habitu, & tonſura ſub pœna priuationis priuilegij Clericalis, & aſſignetur eis terminus, quo elapſo, ſer. ſer. procedatur ad dictam priuationem. Eadem Sac. Congreg. in *Rhegienſi* 20. Septembris 1667.

An, & quatenus Clerici teneantur ad donatiuum Regium, ſiuè Principis? tom. 3. Conſult. 23. ac to. 1. Conſult. 440. & to. 2. Conſul. 42.

NOn teneri, deſumitur ex verbis illis Can. 18 Bullæ Cœnæ Domini *Collectas, decimas, talias, præſtantias, & alia onera*, ſub quibus comprehenduntur omnia grauamina ſub quocumque nomine ſpecificata, ſiuè adiutorij, ſubuentionis, ſiuè donatiui, *arg. tex. in cap. Clerici de immun. Eccleſ. in 6.*

Et quidem, cum actus donandi ſit voluntarius, nemò ad illum cogi poteſt, niſi velimus dicere, donatiuum huiuſmodi eſſe nomine voluntarium, rè autem vera neceſſarium, ac neceſſariò deberi ex eo, quod Principi, ſiuè Regi facultates laicorum ſatis non ſunt. Quo in caſu concurrere debent requiſita *cap. Aduerſus de Immun. Eccleſ. & cap. Non minus eodem tit.* Vndè Eccleſiaſtici non tenentur ad donatiuũ; Niſi ſpontè offerant cum Summi Pontificis conſenſu. Neque ab eis ſolui ſolet, niſi prò beneficijs, quæ ſunt Iuriſpatronatus Regis, imò neque prò iſtis, ſi eorum Prælati, vel Rectores illud in Comitijs ſpontè non obtulerint. Solum enim prò iſto concedi ſolet Indultum Apoſtolicum; Quarè ſi Æconomus Regius moleſtat Eccleſiaſticos, qui donatiuum ſpontè non obtulerunt, incidit in Cenſuras. Et ità declarauit Sac. Congreg. Epiſcop. in *Panormitana* 2. Decembr. 1586. in *Sorana* 1. Octobris 1587. iterum in *Panormitana* 2. Iun. 1589. in *Agrigentina*. 22. Ianuarij 1596. in *Meſſanen.* 22. Ianuarij 1601. tertiò in *Panormitana* 14. Aprilis 1662. rurſus in *Meſſanen.* 19. Nouembris eiuſdem anni, quartò in *Panormitana* 12. Iul. 1604. & in *Meſſanen.* tertiò 26. Febr. 1613.

Hinc Clerus Mazzarienſis, qui nunquam huiuſmodi donatiuum obtulit, vel promiſit, eſt ab eo, immunis. Eadem Sac. Congregatio 14. Ianuarij 1586. Sicuti etiam eſt exemptus Panormitanus ratione beneficiorum alibi exiſtentiũ maximè beneficijs Panormitanis vnitorum; quia gratiam exemptionis obtinuit ab ipſo Rege anno 1561. vt declarauit, eadem Sacra Congreg. 12. Nouembris 1585.

Regulares præcipuè, qui ſunt ex 12. Congregationibus non tenentur ad hæc donatiua, ſi ea ſpeciatim, & expreſsè non promiſerint, & in Breui Apoſtolico nominatim non exprimantur. Eadem Sac. Congreg. prò Oliuetanis 23. Aprilis 1603. & prò Caſinenſibus 23. Iulij eiuſdem anni, ac reſoluit Sac. Congreg. Immunitat. vt inferius:

All' Arciueſcouo di Palermo: *Il ricorſo, che i Monaci Oliuetani di S. Maria del Boſco di coteſta Dioceſi hà fatto alla Santità di Noſtro Signore hà dato occaſione à Sua Beatitudine d' ordinare à queſti Eminentiſſimi miei Signori della Sacra Congregat. ſopra le controu. giuriſditionali, che anteponeſſero con la preſente a V. E. come Eſſecutore del Breue del Donatiuo di Sicilia, che in quello non vengono compreſi i Monaci, ſi perche eſſendo delle 12. Congregationi eſenti da ſimili peſi per la Conſtitutione di Pio V. e Clemente VIII. non s'intendono mai compreſi, ſe di eſſi non ſi fà ſpecial mentione; sì anche perche non ſono di quelli, che hanno conſentito al detto donatiuo; Per lo che ſaranno le parti della molta pietà, e zelo di V. E. à non permettere, che detti Padri riceuano pregiuditio, nè moleſtia alcuna, e del ſeguito ſi aſpettarà auuiſo, metre le bacio vmilmente le mani. Roma* 20. *Settembre* 1623.

Die 17. Septemb. 1631. Sanctiſſimus iuſſit ſcribi Eminentiſſ. Cardinali Doriæ Executori Breuis Donatiui Siciliæ, nō eſſe Oratores comprehenſos in eo, tum quia loquitur de conſentientibus, vel vocatis, & Oratores non conſenſerunt, nec vocati fuerunt; tum etiam quia, tanquam ex 12. Congregationibus à B. Pio V. & à Clemente VIII. priuilegiatis, non veniunt in diſpoſitionibus, ſeù contributionibus generalibus, quæ de ipſis Oratoribus ſpecialem mentionem non faciunt, & quod ſcribatur à Sacra Congregatione Immun. Eccleſ. etiam de Ordine Sanctitatis Suæ.

Eminentiſſimo, e Reuerendiſſimo Signore mio Oſſeruantiſſimo. *Il nuouo, e giuſto ricorſo dell' Abbate, e Monaci di S. Maria del Boſco di coteſto loco della Congregatione Oliuetana per le violenze, che gli vengono fatte da' Miniſtri Regij in volere,*

che

che eſſi contribuiſchino al donatiuo volontario contro la forma del Breue conceſſo da Noſtro Signore, già che non poſſedono beni Regij, non hanno acconſentito a ſimile donatiuo, e deuono godere l'eſſentione anco per ſpeciali priuilegij Apoſtolici, hà dato occaſione a Sua Beatitudine di far con la preſente replicar a V.E. che con efficace mezzo permeſſo da' Sacri Canoni difenda l'eſentione di detti Padri, e conſequentemente la libertà Eccleſiaſtica, con auertire li Miniſtri Regij, che Dio non laſciarà impunite ſimili violationi, e che non è ſeruitio di Sua Maeſtà Cattolica s'abuſino gl' indulti, che a quella ſi concedono da queſta Santa Sede, con quel di più parerà di ſoggiungere alla prudenza di V.E. E nella cui pietà, e zelo Sua Santità ripoſa l'eſſentione di detti Padri, mentre vmilmente le bagio le mani. Roma 22. Decembre 1631.

Di V.E.Reuerendiſſima.

Vmiliſſimo, & Affettionatiſſimo Seruitore.
Il Card.Geſſi.

Franceſco Paolucci Segretario.

All' iſteſſo Arciueſcouo.

Il giuſto ricorſo de' Monaci Oliuetani di Santa Maria del Boſco di coteſta Dioceſi alla Santità di N. Signore, & à queſta Sac.Congregatione, & c'han dato occaſione d'ordinare a V.S.con la preſente, che nel Breue del donatiuo di coteſto Regno non vengono compreſi i ſuoi Monaci, per eſſer delle 12. Congregation eſenti, anche per Coſtitutioni particolari Apoſtoliche di ſimil peſo, nè intendendoſi mai compreſi, ſe di eſſi non ſi fà ſpecial mentione ne' Breui, e per altre raggioni rappreſentate alla medeſima Sac.Congregatione; Per lo che ſaranno le parti del zelo Eccleſiaſtico di V.S.di non permettere, che i detti Padri riceuano pregiuditio, ò moleſtia alcuna, per tal cauſa, e del ſeguito ſe n' aſpettarà auuiſo, con che a V.S. m' offro di cuore. Roma 9. Aprile 1647.

Æedem litteræ ſcriptæ fuerunt Archiepiſcopo Panormitano 25.Maij 1655.

Clauſulæ Breuium ſub 20. Decembr. 1630. prò Donatiuo ordinario, & ſub die 7.Martij 1631. prò Donatiuo extraordinario; Nec non aliorum Breuium poſteriorum, & in ſpecie vltimi Breuis Alexandri VII. ſub die 6. Decembris 1658. cuius exemplar hic exhibeo, ſunt huiuſmodi:

Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, vt conſtito tibi per legitimas probationes de expreſſo maioris partis Cleri, ſcilicet Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum Sæcularium, & cuiuſuis Ordinis Regularium d. Regni conſenſu, & quod reliqui, & reliqua perſonæ non conſentientes vocati, & vocatæ fuerint oblationi, & promiſſioni, nec non ſolutioni per Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Arel.imandritam, & alias Eccleſiaſticas perſonas factis, prò hac vice tantum, noſtram, & Sedis prædictæ authoritatem vigore præſentium interponas, ipſiſque Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alias perſonas Eccleſiaſticas huiuſmodi, etiam ſi ſint de illis, quæ prò minori Cleri parte præmiſſis non conſenſerint, ad ea tamen vocati, & vocatæ fuerint ad ſolutionem eorum rata huiuſmodi, opportunis Iuris, & facti remedijs cogas, & compellas.

Et infra: *Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum huiuſmodi, etiam iuramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alias roboratis, ſtatutis, exemptionibus, &c.*

An Mulier Vidua, quę in l.vn.C.quan lò Imperator iutec pupill. & vid. *miſerabilibus perſonis adnumeratur, poſſit ſibi eligere, & variare forum Eccleſiaſticum?* tom.3.
Conſult. 24.

Affirmatiua opinio eſt receptiſſima, etiam non data negligentia Iudicum ſæcularium. Gabriel Aluarez *tr. de priuil. pauper quæſt.* 52. *num.* 13. Scacc. *de iudic. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 17. Ceued. *in queſt. can. quæſt.* 14. *num.* 4. & alij. Idq; ratione pietatis.

Probatur ex *cap. ſuper quibuſdam* §. *vlt. de verb. ſignif.* vbi Innoc.III. reſpondens Comiti Toloſano, ità decreuit: *Viduis, pupillis, orphanis, & miſerabilibus perſonis de te conquerentibus teneris in Iudicio Eccleſiaſtico reſpondere*. cap. *Significantibus de offic. deleg.* ibique Abb. *in princ.* cap. *ex parte de for. comp.* vbi cauſa Viduæ Reginæ bonis ſuis ſpoliatæ agitata fuit in foro Eccleſiaſtico, *cap. ſi quis de poteſtibus* 21, *cap. ſi quis Romipetas* 23. *cap. illi qui* 25. *cauſa* 24. *quæſt.* 3. Quibus indiſtinctè, & abſque alicuius cauſæ præfinitione, hoc priuilegium miſerabilibus conceditur, vt cenſuit Sacra Congregatio Immun. in vna *Montiſfaliſci* 26. Febr. 1636. vbi reſoluit, Epiſcopum poſſe cognoſcere cauſas pupillorum, & Viduarum, & in *Æſina* 31. Maij 1649. & in *Maceraten.* 18. Nouembr. 1653. vbi declarauit, pauperes miſerabiles poſſe conuenire ſuos debitores coram Epiſcopo, & in *Sabinen.* 6. Nouembris 1634. in qua etiam declaratum fuit, quod pauperis Virginis debitor compellatur ad ſoluendum coram Epiſcopo, & ità alibi iudicatum memini.

Cur aliqua gabellarum ſpecies, quę rationem pretij debiti, & mercedis habent, ab Eccleſiaſticis exigi nequeant? Vbi de contributione prò mercede Medici Vniuerſitatum? to.3.
Conſult. 25. ac Conſul. 177.
& tom. 9. Conſult. 50.

Conſtat, taxam prò tranſitu fluminis in Scapha, aut alio modo non damnari in Bulla Cœnę *cap.* 5. Hæc enim non niſi mercedis rationem habet, Caier. *in Sum. v. excommunicatio cap.* 39. Filiuc. *tom.* 1. *qq. moral. tract.* 16. *num.* 11.

Digitized by Google

num. 11. Naldus *in Sum. v. Bulla Cœnæ num.* 31. Quamobrem valet etiam quilibet Princeps vnicum tantum deſignare, qui tranſuehat, à quo maiorem poſſit taxam exigere. Si enim poterat per plures ſubditos, ità poteſt & per vnicum, quod ſi merces expedita ſit nimia à Principe impoſita, videtur Princeps innodandus: Quia tranſit in onus. Nec quod vna via prohibetur, ſcilicet ſub ratione pedagij, debet altera permitti, *arg. cap.* 4. *de priuil. & eſt reg. iur in* 6.

Cur igitur prohibeatur pedagium,& guidagium? Illud enim ſoluitur ob conſtructionem, & reſtaurationem viarum, pontium, &c. Hoc verò prò expenſis cuſtodiendæ viæ à latronibus, feris, &c. quibus beneficijs gaudent etiam Eccleſiaſtici.

Reſpon. Ex ſolutione eorum, quæ habent rationem priuatæ mercedis nullo modo læditur Eccleſiaſtica immunitas: quia nulla interuenit authoritas, nec coactio. At verò onera authoritatiuè impoſita à Principe, vel Communitate, auctoritatiuèque exigenda, ſupponunt ſubiectionem eorum, quibus imponuntur, quique ſolutione talium onerum concurrere debent, velint, nolint ad expenſas viarum, & cuſtodiæ, vt ſiſtamus in exemplo allato. Id autem non poteſt eſſe, niſi præiudiciale Eccleſiaſticis, quorum immunitas ob ſpecialem dignitatem eorum fert ſecum, vt ſine proprio diſpendio gaudeant publicis beneficijs; Alinquin omnibus, & quibuslibet oneribus poſſent illigari, cum ſaltem indirectè omnibus gaudeant beneficijs, quæ ſolutionibus laicorum præſtantur.

At hinc eſt, quod Clerici non poſſunt grauari prò ſalario Medici, vt declarauit Sacra Congreg. Immun. in *Nullius* 14. Febr. 1628. & 2. Auguſti 1629. Quæ item cenſuit, Eccleſiaſticos per ſeipſos dare debere aliquam contributionem Medico cum facultate Epiſcopi quandò ſoluitur ex contributione, quæ fit à ſingulis, vt in *Albanen.* 14. Auguſti 1634. in *Amalphitana* 9. Nouembr. 1631. in *Spoletana* 23. Auguſti 1633. Et alibi cenſuit, viuentes cum Eccleſiaſticis eorum expenſis, non teneri ad contributionem ſalarij Medici, vt in *Ciuitat. Caſtellaneten.* 18. Nouembris 1664. & 28. Febr. 1668. cenſuit, Eccleſiaſticos non teneri ad contribuendum prò Medico Communitatis abſque eorum conſenſu, & beneplacito S. Sedis.

An, & quatenus Eccleſiaſtici, præcipuè Regulares cogi poſſint ad ſubeundum onus Collectarum? Vbi de eorum animalibus, quæ dantur in ſocietatem, ac de damnis datis, ex decreto Sac. Congr. in compendium collectis? tom. 3. Conſul. 26. Quoad 1. partem vide etiam tom. 2. Conſ. 30. Et quoad vltimam partem vide etiam to. 1. Conſ. 97. & 168. ac tom. 4. Conſul. 7. & 112. ac to. 6. Conſul. 35. ac tandem tom. 9. Conſul. 120.

IN hac admodum ancipiti, ardua, & frequenti quæſtione, quam nos ſæpè tractauimus inualuit affirmatiua ſententia, cum moderatione tamen, ex reſtrictione, vt non ità paſſim collectari debeant, ſicut collectantur laici, ſed tunc demum, quatenus ſequentia cumulatiuè concurrant.

Primò ſcilicet inſtare debet magna neceſſitas ſuperuenientis belli, peſtis, vel alterius euentus ſiniſtri, cui alias facilè ſubueniri non poſſit, niſi Clerici cum laicis contribuant, vt probatur in *cap. Non minus* & notat Abb. *num.* 5. *& in cap. Aduerſus de Immun. Eccleſ.* & in Extrauag. Benedicti XI. ſub eodem tit.

Secundò debet concurrere coæqualis vtilitas communis principaliter Clericis, & laicis, vel ſaltem pietas, vt in *d. cap. Non minus, & cap. Aduerſus, & cap. peruenit de Immun. Eccleſ.* Et de pietate animaduertit tex. *in l. ad inſtructiones C. de Sacroſ. Eccleſ.*

Tertiò oportet, quod onus ſit tale, vt ad illud ſuſtinendum laici non ſufficiant, & ſic pernecceſſè debet præcedere ſufficiens diſcuſſio bonorum: quia Clerici, & Eccleſia ſolum tenentur ad ſubſidium, vt in dd. cap. cit.

Quartò requiritur, vt ad onus huiuſmodi ſuſcipiendum vocetur, & conſentiat totus Clerus, vt ſuprà dictum eſt hoc eodem tom. de Donariuo Regio Conſult. 23. ac alibi ibidem adnotat.

Demum requiritur, quod non à Miniſtris laicis, ſed à ſuo Epiſcopo, & Superiore Eccleſiaſtico compellantur: quia poteſtates ſæculares non poſſunt in his ſe intromittere, Innoc. in *d. cap. Non minus num.* 6. Bald. in *d. l. ad inſtructiones num.* 5. *& 6. alijque.*

His itàque non concurrentibus, Eccleſiaſtici ſatis fundatam de iure ſuam intentionem habent, nè teneantur ad ſolutionem collectarum, atque onerum prò bonis ab ſe poſſeſſis: Quia *bona* Eccleſiaſtica ab his impoſitionibus ſemper cenſentur immunia.

Præſertim fundatam habent ſuam intentionem Regulares in ampliſſimis priuilegijs à Sede Apoſtolica illis conceſſis, vt ſint immunes à quibuſcumque collectis, & exactionibus cum ampliſſimis clauſulis, & in quibuſdam cum clauſula ſpeciali.

Sic

Sic etiam eſt fundata intentio Eccleſiaſticorum quoad collectas animalium, quæ dant in ſocietatem: Quia ſemper retinent eorum dominium, nec fuerunt ſimpliciter communicata, quandò fuerunt data in ſocietatem, & ideò gabellę, & collectæ, quæ imponuntur ratione animalium, non debentur in hoc caſu, in quo animalia remanent ſub dominio Eccleſiaſticorum, Surd. *poſt alios conſ.* 501. *num.* 90. *& conſ.* 304. *num* 11. *& ſeq.* Prò quibus extant hæc decreta Sac. Congr. Immun.

Clerici non tenentur ad onus affidæ. In *Hoſtunen.* 22. Octobris 1667. & in *Sueſſana* 14. Maij 1669.

Animalia propria Clericorum non tenentur ad affidam. In *Firmana* 10. Septembris 1629.

Retinens ad ſocietatem animalia Eccleſiaſticorum gaudet immunitate à ſolutione affidæ, & aliarum impoſitionum. In *Spoletana* 9. Octobris 1629.

Circà affidam in Prouincia Marchiæ ſeruanda eſt conſuetudo cuiuſcumque loci Marchiæ.

Animalia Eccleſiaſticorum ſunt exempta à gabellis. In *Auximana* 29. Maij 1634.

Sunt etiam in totum immunia à gabellis Communitatiuis. Ibidem.

Subhaſtatio facta ſuper animalibus Clerici prò portione bonorum Fratris ſæcularis, cum quo viuit, eſt inualida. In *Sorana* 26. Auguſti 1636.

Animalia Clericorum non poſſunt cogi à Principe ad triturandum frumentum laicorum, nè ipſius quidem Principis. In *Caſtren.* 7. Septembris 1666.

Damna dantes in bonis Eccleſiaſticis non debent moleſtari per Iudicem laicum. In *Anconitana* 19. Aprilis 1627.

Cuſtodes animalium Clericorum non debent moleſtari à Iudice laico ob cauſam damnorum datorum. In *Romana* 11. Aug. 1618.

Quoad pœnam damnorum datorum ſeruetur deciſio in *Tudertina* coram Cardin. Lancellotto. In *Aſſiſien.* 9. Nouem. 1602. & 10. Septembris 1629.

Quandò damna dantur caſualiter, poteſt tantum exigi extimatio noxæ. In *Anconitana* 4. Decembris 1629.

Cognitio damnorum datorum à ſubditis Eccleſiaſticorum ſpectat ad Curiam Eccleſiaſticam. In *Tudertina* 29 Ianuar. 1636. & in *Caſtren.* 12. Nouembris 1652.

Damna data non poſſunt exigi à Colonis Eccleſiaſticorum per Iudices laicos. In *Firmana* 9. Octobris 1629.

Animalia Eccleſiaſticorum non comprehenduntur in gabella impoſita ſuper palcua Communitatis. In *Laquedonen.* 31. Ianuarij 1628.

Nec in Statutis laicorum prohibentibus moram, vel ingreſſum quibuſcumque animalibus in Territorio Communitatis. In *Brunduſina* 9. Decembris 1602.

Sacra Congregatio boni regim. 4. Febr. 1661. *Il figliuolo del Mandatario del Veſcouo di Narni è tenuto non ſolo all emenda del danno dato, mà anche alla pena; che ſpetta in virtù della Bolla di Siſto V.*

Epiſcopus poteſt deputare cuſtodes prò damnis datis in bonis Eccleſiaſticis, & perſonarum Eccleſiaſticarum.

Cuſtodes animalium Eccleſiæ, ſeù Eccleſiæ Coloni non tenentur, niſi ad damna data, eorumque ęſtimationem, non autem ad pœnam, quandò damna data ſunt caſualiter data. 1611.

Barones, & Communitates non poſsunt exigere pœnam damnorum datorum ab animalibus Eccleſiaſticorum, neque aſſidam ab Eccleſiaſticis eo modo, quo exigitur à Sæcularibus. In *Hoſtunen.* 24. Ian. 1668.

Sacra Congregatio Immun. die 29. Ianuar. 1636. facta relatione de intentione S.D.N. ſuper obſeruatione Bullæ Pij IV. pro Statu Vrbini, cenſuit, ſeruandam eſse reſolutionem ab eadem Sacra Congregatione factam die 29. Iul. 1627. ſcilicet non eſse obſeruandam, cum non habeat locum, niſi in oneribus merè realibus, certis, & inuariabilibus, & eſse perſonalem reſpectu Ducis, atque reuocatam. Ideòque præter onera Cameralia, noluit alia onera vigore dictæ Bullæ eſse ſoluenda.

1 *An, & quatenus Clericus pulſans laicum apud Iudicem laicum à laico pulſato reconuentus in eodem iudicio, teneatur apud eundem Iudicem laicum reſpondere.*

2 *An hæc reconuentio permittatur, tam in principio litis, quam poſt litis conteſtationem, vel per totum curſum iudicij, an etiam poſt ſententiam?*

3 *Et quis exequi debeat decretum à Iudice laico in Clericum reconuentum emiſſum?* tom. 3. Conſult. 27.

AD 1. Quidem opinio, quæ affirmat magis communiter recepta eſt. Prò qua refertur *cap. 1. §. cuius in agendo* vbi Gloſ. 3. *quaſt.* 8. *c.* 1. *&* 2. vbi Doctores *de mutuis petit. l. cum Papinianus C. de ſent. & interloc. diuerſ. Iud.* Auth. *& conſequenter C. eodem tit* & alibi Boer. *dec.* 14. Afflict. *dec.* 173. Farinac. *de inquiſ. quaſt.* 8. *n.* 99. & alij.

Nihilominus cenſeo, non eſse recedendum ab hac communi opinione, cum hiſce tamen limitationibus. Prima eſt, vt reconuentio locum non habeat in criminalibus, ſiuè agatur pricipaliter, ſiuè incidenter, ſed in ſolis ciuilibus. Ità Gloſ. Abb. Io. And. in *cap. At ſi Clerici de iudic. & in cap. 1. deciſ. 3. quaſt. 36.* Carol. de Graſs. plurimos citans *effect. 1. num. 763.* alijque.

Secunda. Super Spiritualibus, vel annexis Spiritualibus, vt eſt cauſa decimarum, iuriſpatronatus, & huiuſmodi, non permittitur recon-

Digitized by Google

uentio, *cap. decernimus*, *cap. quanto de iud.* & alibi, Carol. de Graſs. cum pluribus *n.766.* Abb. *in d.cap. At ſi Clerici n.20. de iud.* & alij: Quia reconuentio poteſt dare iuriſdictionem in perſonam ſolum.

Tertia Reconuentio locum non habet, niſi reconueniatur nomine proprio Clericus agens nomine proprio, Graſſ. *lib.4. de aur. cap.18.n.129.* referens Bartolum *in d. cap. At ſi Clerici nu.14. de Iudic.* Quare ſi Clericus agit tanquam Tutor, Curator, &c. non poteſt reconueniri nomine proprio.

Quarta Reconuentio facta coram Iudice feudi non habet locum, niſi cauſa reconuentionis ſit feudalis: quia non eſt competens, Duard. *num.66.*

Quinta. Reconuentio locum non habet quandò Clericus conuenit laicum coram Iudice laico ſuper expoliatione poſſeſſionum Eccleſiaſticarum, ſi in fraudem laicus expoliauit, vt ibi poſſit eum reconuenire, *cap. relatum §. ad hoc iuxtà Gloſ. v. coram ſæculari de Iurepatr. cap. litteris, & cap. conqueſtio*[illegible] *de reſtit. ſpoliat.*

Seſta. Nec generaliter locum habet reconuentio in ijs caſibus, in quibus locum non haberet contrà actorem laicum: Quia non debet plus operari contra Clericum, quam contra laicum Duard *loc. cit.* & Carol. de Graſs. *num.770. 771. 773. & ſeq. & 786.*

Septima. Non habet locum, vbi conſuetudine inductum eſt, vt reconuentio Clerici non fiat ſub eodem Iudice, ſed tantum ſub Eccleſiaſtico, Duard. *ibid. v. quod quarum rerum*, Carol. de Graſs. *num.787.*

Octaua. Generaliter locum non habet vbi interuenit fraus, non ſolum ex parte Rei reconuenientis, vt ſuprà, ſed etiam ex parte Clerici actoris, ideò conuenientis vt in cauſa, ſuper qua eſt reconueniendus iudicetur non ab Eccleſiaſtico, ſed a laico, Gloſ. *in can.1. §. cuius in agendo 3. quæſt.8.* & latè Doctores, quos refert, & ſequitur de Graſs. *num.769. & 782.* Tum quia fraus, & dolus nemini patrocinari debet; Tum quia Clericus non poteſt renunciare foro Eccleſiaſtico.

Nona. Non habet locum in cauſa appellationis, *l.2. §. Legatis ff. de iudic.* Guidobal. *deciſ.85. num.55.* Ric. *par.1. collect. deciſ.112.* & alij; Quia quando quis appellat non ſua ſponte dicitur agere, ſed coactè, vt releuetur à grauamine, &c.

Decima. Reconuentio non habet locum coram Arbitro; Quia is non poteſt iudicare, niſi contenta in compromiſſo, *cap. Cum dilectus de arbitr. l. his ff. eodem tit.* Quod procedit in Arbitro voluntario, ſecus coram Arbitris eligendis ex diſpoſitione Statutorum ex Romano *ſingul.783.* Marant. *diſt.7.n.12.* & aliis.

Vndecima. Non procedit in agente prò depoſito, cum ceſſet in eo ratio reconuentionis, *cap. bonæ fidei de depoſ.* Soccin. *in d.cap. 1. de mut. pet. num.61.*

Duodecimaſecunda. Neque procedit, ſi Reus conuentus eſſet excommunicatus vitandus, iuxtà Extrauag. *Ad euitandas*; Tunc enim non poterit reconuenire Clericum actorem, Gloſ. in *cap. intelleximus v. conueniri de iud.* Carauit. *nu.16.* & alij.

Decimatertia. Reconuentio non habet locum, ſi fiat de re, quæ non habet connexionem cum petitione, tunc enim Clericus conueniri debebit coram Eccleſiaſtico, Ant. Ripol. *de iuriſdom iud. cap.1. num.125.* Theſaur. *lib.1. quæſt. for.98. ver. gr.* conuentio ſit de mutuo, reconuentio verò de commodato.

Eadem communis ſententia ampliatur. Primò; vt locum habeat reconuentio, etiam ſi Clericus vellet à ſua petitione deſiſtere, nè cogatur reſpondere coram Iudice laico: Quia ſicut poſt litem conteſtatam, vel aliam ob cauſam non poteſt ſe retrahere à iudicio, ità non poteſt declinare reconuentionem, alioquin poteſt Iudex laicus denegare ei audientiam in ſuæ cauſa petitionis, Carolus de Graſs. *num.748. & 794.*

Secundò, vt locum habeat non ſolum coram Iudice Ordinario, ſed etiam coram Delegato ad inſtantiam actoris, vel vtriuſque partis, ſecus ſi ſit delegatus tantum ad inſtantiam Rei: Nam militat in primo caſu eadem ratio, de qua in *d. l. Papinianus*, eum habere Iudicem contrà ſe, in quem pro ſe conſentit, Specul. *in tit. de reconuent. §.1.* Bart. & Bald. *in Auth. & conſequenter*. At in poſteriori caſu inſtantia Rei non poteſt eſſe præiudicialis Actori Clerico priuilegiato, cum præſumatur Iudex fauorabilis Reo laico, Carol. de Graſs. *à n.751.*

Tertiò ampliatur, tam in iudicijs ordinarijs, quàm ſummarijs, *l. Sed hæ §. non ſolum ff. de proc. & l.1. ff. de dam. infect.* & idem Specul. *num.65.* Quandò tamen cauſa conuentionis, quam reconuentionis eſt ſummaria, vel ſi vna eſt ſummaria, & alia ordinaria, ſi reconuentus renunciat priuilegio reconuentionis, vt vtraque cauſa ſimul terminetur, alias ſecus, cum ſimul expediri non poſſint, Specul. *de reconuen. §. Nunc dicamus nu. 11.* Franch. *dec.193.* & alij.

Ad 2. Tenendum eſt cum Ambroſino *cap.20. num. 38. Bonac. de legib. diſp. 10. quæſt.1. par. 1. §. 4. n.5.* & aliis, communiter huiuſmodi reconuentionem fieri debere incontinenti in ipſo litis exordio per Clem. *ſæpè de verb. ſignif* ibi Gloſſam citantem Alanum, Fancudum, Goffredum, Hoſtienſem, & alios, ſcilicet ante litis conteſtationem, vel ſtatim poſt litem conteſtatam, & addit Gloſ. quod, & ſi Reus reconuenire poſſit Actorem vſque dum durat iudicium; Non tamen illa conuentio vim veræ reconuentionis ſimul cum cauſa conuentionis tractanda eſt, & expedienda ſub eadem ſententia per tex. *in cap.2. de ordin. cognit.* Imol. & alij *in d. cap. 1. de mut. pet.* Dec. *conſ.200. num.2.*

Ad 3. Dicendum eſt, non poſſe Iudicem laicum exequi ſuam ſententiam, neque in perſonam

Cle-

Clerici, neque in res illius, ſed executionem pertinere ad Iudicem Eccleſiaſticum ad inſtantiam Iudicis laici. Ità ex communi Imol. & Butr. *in cap. poſtulaſti de for. comp.* Mar. Socin. *in d. cap. 1. de mut. pet.* & alii, ac Genuen. *in prax. cap. 2.* aſſerentes in Curia Archiepiſcopali Neapolitana in caſu prędicto ſeruari, quod viſa ſententia, & proceſſu Iudicis ſęcularis, d. Curia mandet executionem fieri contrà Clericum à laico reconuentum coram Iudice ſæculari, & ab eo in bonis condemnatum: Quia coactio ſupponit iuriſdictionem, quam ſeclula occaſione reconuentionis Iudex ſæcularis in Clericum non habet.

Illudque primò monendum puto, quod licet in cauſa reconuentionis Clerici, debeat attendi per Iudicem laicum in deciſorijs Ius Canonicum: quia etſi prorogetur iuriſdictio in perſonam alias non ſubiectam, nulla tamen eſt ratio, cur ſecundum ſuas leges iudicari non debeat; in ordinatorijs verò permittitur ius ciuile, & conſuetudo, ac ritus Curiæ, in qua litigatur.

Secundò Clericum ità reconuentum à ſententia lata in cauſa reconuentionis appellare, non ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſed ad laicum ſuperiorem eius, qui ſententiam tulit; Sicut enim Iudex laicus inferior fuit competens reuiſionis, ſeù appellationis. Quod antea etiam monuit Carol. de Graſſ. *num. 792. cum ſeq.*

2 *An Reus citrà allegationem immunitatis, permittendo ſe pluries examinari à Iudice ſæculari, etiam cum tormentis, valeat, poſt quam crimen confeſſus fuit de illa opponere?*

3 *Et an ſuppoſita nullitate capturę in loco immuni, facta ex eadem cauſa in loco non immuni ab altero Iudice, priuſquam Eccleſia fuerit redintegrata ratione primæ, ſit etiam nulla?* tom. 3. Conſult. 28.

PRimi dubij deciſio pendet à reſolutione illius articuli: An confugiens ad Eccleſiam, ac indè extractus, poſſit renunciare beneficio immunitatis? Negatiuam tuentur, ea ratione, quod priuilegium immunitatis principaliter, ac directè conceſſum fuit Eccleſijs ob reuerentiam eis debitam, quamuis indirectè reſultet in beneficium Reorum, qui ad eas confugiunt, nec propterea poſſunt illi renunciare, Petr. Pech. *de arreſt. & iur. aſſiſtendi cap. 9. num. 3. & 6.* dicens receptiſſimam, Declan. *tr. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 26. num* 12. & alij.

Ex quibus patet, veriorem, & magis receptam opinionem eſſe, quod captus in loco immuni, debet omnino reſtitui Eccleſiæ, quamuis renunciauerit beneficio immunitatis principaliter inducto ob reuerentiam, quæ ſacris locis debetur, & conſenſerit carcerationi, & examini: Quia violatio d. Immunitatis purganda eſt à ſpolio in illius iniuriam commiſſo.

Ad 2. Præſuppoſito, quod Reus fuerit illegitimè extractus à loco immuni, quæcumque poſteà contrà ipſum acta, tormenta, & confeſſio ſubſequuta ſunt, nullius omninò ſunt roboris, licet ille immunitatis beneficium non allegauerit: Tum quia hæc omnia facta fuerunt contrà diſpoſitionem Conſtitutionis Gregorianę illa expreſsè irritantis in §. *Quod ſi quis*: Tum quia offendunt immunitatem Eccleſiæ, cui ipſe Reus, etiam volens renunciare, non potuit, vt poſt alios probat Maſtrill. *dec. 169.*

Eadem pariter nullitatis defectu laborat poſterior captura eiuſdem Rei per Curiam ſæcularem facta, dum adhuc penderet cauſa coram Iudice Eccleſiaſtico ſuper articulo, an ille gaudeat immunitate, & ipſe Domi detineretur cum cautione de ſe repreſentando; Siquidem pendente huiuſmodi cognitione, vbicumque Reus detineatur loco tutioris cuſtodiæ, cenſetur eſſe in ipſa Eccleſia, & propterea non poteſt ſequeſtrari, detineri, vel denuò capi, antequam fuerit declaratum, ipſum non gaudere, vel quatenus gaudeat, fuerit cum effectu redintegrata Eccleſia per actualem eius perſonæ reſtitutionem, Decian. *d. lib. cap. 29. ſub num. 7.* & Genuen. *in pr. d. cap. 2. num. 1.* eſtq; concluſio veriſſima; nam Reus facilè poſſet priuari huiuſmodi immunitate. Sicut etiam certum eſt, quod ille ob cauſam infirmitatis per Iudicem Eccleſiaſticum relaxatus cum cautione de ſe repreſentando, cenſeatur, adhuc eſſe ſub eiuſdem Iudicis cuſtodia: nam in his caſibus prouiſionalibus talis cautio ſuccedit loco carceris, & cuſtodiæ.

1 *An ſi Iudex ſæcularis, qui volens perquirere, & extrahere Reum latitantem in priuata domo Canonici ex pietate, vel vrbanitate imploret auxilium Epiſcopi, poſſit Epiſcopus ex ſe ſolo illud præſtare, an verò adhibere debeat conſilium, & conſenſum Coniudicum Capitularium?*

2 *Dato, quod ad præmiſſa non ſint adhibendi Coniudices, an ſi nihilominus illi de facto, & per vim ſe intromittant, turbando iuriſdictionem Epiſcopi, poſſit ipſe Epiſcopus procedere prout de iure contrà eos, tanquam turbatores ſuæ iuriſdictionis?*

3 *Dato rurſus, quod Epiſcopus poſſit, vt ſupra procedere contrà dictos Coniudices delinquentes, an adhibere debeat in dicto iudicio alios Coniudices à dicto Capitulo eligendos, vel poſſit ex ſe ſolo procedere?*

4 *An ſi conſtiterit, quod ſupradicti Coniudices deliquerint de ordine, & mandato Capituli, poſſit ſolus Epiſcopus animaduertere in totum Capitulum, iuxtà iuris regulas, & formam indulti Capituli?*

5 *An ſupradictum iudicium impediri, vel retardari potuit ab aliquo ex executoribus in literis indulti nominatis poſt multi temporis curſum; vel potius in euentu grauaminis recurri debeat ad Metropolitanum, vel ad Sedem Apoſtolicam?* tom. 3. Conſult. 29.

Digitized by Google

AD 1. Negatiuè: non enim perſona Eccleſiaſtica, multòque minus Epiſcopus poteſt, ac debet eſſe adiutor poteſtatis laicalis, vt delinquens laicus ad carceres, & pœnas etiam capitis trahatur ex Domo Eccleſiaſtici; Vndè ab huiuſmodi aſſiſtentia debet abſtinere, nè incidat in irregularitatem, vel ſaltem in peccatum mortale, per tex. in *cap. ex literis*, ibique Abb. *num. 1. & in fin. de exceſ. Prel.* Vgol. *de irregul. lib. 2. cap. 10. per tot. & ſignatè num. 4.* Et quod potius pugnare debeat prò immunitate, etiam ad ſaluandum delinquentem, exceptis quibuſdam caſibus. Sed demus ſine veri præiudicio, quod Epiſcopus hoc poſſit facere, arbitror id non poſſe facere, abſque conſenſu Coniudicum: quia agitur de violanda habitatione Canonici, quam in effectu violat tam Epiſcopus, quàm Iudex laicus, & cum poſſit eſſe, quod Canonicus reſiſtat, & reſiſtendo dicatur vim facere Epiſcopo, ex hoc capite poſſet prætendi ab Epiſcopo, quod Canonicus delinquat in eum; Vndè intrat Concilium de Coniudicibus *d. cap. 6.* Vel ſine conſenſu Capituli: quia dato, quod in hoc caſu non intret Concilium, ſaltem intret ius commune, ſecundum quod in arduis tenetur Epiſcopus requirere conſilium Capituli. Hæc autem materia eſt ardua: quia continet iuriſdictionem ac læſionem immunitatis.

Ad 2. Pariter negatiuè: Nam ſi ſunt adhibendi, vt dixi, ſequitur, quod non poſſint puniri per Epiſcopum: quia faciunt id, quod ſpectat ad ſuum officium, aliàs ſi, ſe oppouendo efficerentur Rei, poſſentque ab Epiſcopo puniri, profectò nemo illorum aliquid mentiri auderet contra Epiſcopum, & ſic inanis eſſet prouiſio Sac. Concilij *loc. cit.*

Ad 3. Admiſſo, quod poſſint puniri, reſpondendū puto, quod contra eos non poſſit Epiſcopus procedere ſine alijs Coniudicibus ad hunc effectum eligendis; Quia iſti Coniudices ſunt Canonici, contrà quos ſeruanda eſt diſpoſitio Concilij, quod licet omiſerit expreſſionem huius caſus, nempè quandò Coniudices delinquunt, in genere ibi comprehenduntur: quia ſunt Capitulares, & Canonici, nè ſint deterioris conditionis, quam alij Capitulares, ſuumque officium ſit ipſis oneroſum.

Ad 4. Negatiuè, Tum quia ſupponit, poſſe Coniudices d. caſu puniri, quod falſum cenſuimus: Tum quia ſupponit, Capitulum poſſe puniri ex facto Coniudicum in d. caſu, quod etiam eſt falſum: quia ſi Coniudices puniri non poſſunt, vt dictum eſt, ſequitur, quod neque Capitulum, ex cuius conſenſu, vel ordine ſe oppoſuerunt: Nam ſi Mandatarius non punitur: quia delictum non commiſit, nequè etiam Mandans. Sed eſto, quod poſſet etiam puniri Capitulum, non poſſet hoc facere ſolus: quia obſtat diſpoſitio Concilij, de qua loco allegato, & *cap. 4. ſeſ. 6. de refor.*

Ad 5. Hoc dubium non videtur poſſe reſolui, niſi videatur indultum; In abſtracto tamen dicendum arbitror, poſſe dictos executores vti iuriſdictione ſemper quandocumque caſus huiuſmodi, contingerit: quia ſunt dati in materia, quæ habet tractum ſucceſſiuum, & perpetuum, Menoch. *de retinen. remed. 1. qu. 16. num. 91.* qui ſe fundat in clauſulis habentibus tractum ſucceſſiuum, prout fortè debent eſse in hoc Indulto, in quo ſolent apponi clauſulæ: *Vbi, & quandò opus fuerit, ac quoties prò parte Capituli fuerint requiſiti, &c. faciant authoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta, &c. inuiolabiliter obſeruare.*

De iuriſdictione Domini Cardinalis Cathecumenorum in ipſos Cathecumenos delinquentes. Vide de Iudæis. tom. 3. Conſult. 44.

An Iudices inferiores, ſiuè ſimplices Gubernatores non conſultò prius ſupremo Magiſtratu, ſiuè Principe, neque habito eius oraculo, poſſint ex ſe ex præſumptionibus, indicijs violentis, & indubitatis imponere Inquiſitis pœnam corporalem triremium, vti extraordinariam, ſi titulus cauſæ ſit capitalis? tom. 3. Conſult. 45.

PRò negatiua vrget verior, ac magis recepta ſententia, quod ex illis, non, niſi pœna pecuniaria, & ad ſummum leuis aliqua in perſonam, nullatenus verò grauis corporalis valeat imponi, quam poſt Thomam de Pipetata, & Gandinam *de malefic. tit. de preſumpt. & indic. in dub. ex quib. condemnat. poſ. ſequi num. 19.* teſtantem, ità per omnes Sapientes Bononiæ, & alios vidiſſe ſeruari de conſuetudine, tenent Caſtr. *in l. fin. num. 5. C de probat. & conſ. 299. num. 3. & 4. par. 2.* Marſil. *in l. repet. num. 23. ff. de quaſt. in rubr. C. de probat. num 253. §. quoniam, & n. 3. vſque ad 53. & conſ. 99. num. 10.* Corporal. *conſ. crim. 32. num. 20.* alijque innumeri, dicentes, eſſe veritatem, & communem opinionem. Quod ſanè fortius procedit, ſi pœna ipſius delicti, quantumuis atrocis ratione perſonæ, vel alia de cauſa non eſſet vltimi ſupplicij, ſed triremium perpetuarum: Quia tunc eò minus poterit propterea extraordinaria eligi condemnatio ad triremes per aliquod tempus, ſed mitior exilij, ictuum funis, vel ſimilis, ſicut in terminis inquiunt Guazzin. *de defenſ. 33. cap. 14. num. 15. in fin.* & Vermigl. *conſ. 68. num. 7. cum binis ſeqq.*

Qua

Qua nam venatio ſit Clericis prohibita? Vbi de eorum venandi libertate non pauca tom. 3. Conſult. 59. & vide de Domin. vtil. tom. 10. Conſult. 15.

ILla venatio Clericis omninò prohibita videtur, quæ exprimitur in *C. 1. d. 34. & in ca. 2.* Item habetur ex *cap. 1. & 2. de Cler. venat.* ac alibi; Quò reſpexit Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* ibi: *ac illicitis venationibus, & aucupijs, &c. abſtineant*.

Ratio autem huiuſmodi prohibitionis duplex eſt Prima quia, cum ratione ſtatus Clericorum minimè deceat venatio, ac ſi frequens ſit, & immodica animum à rebus Diuinis ſeiunctum diſtrahat, præſertim cum in cauſa eſſe ſolear, vt illud, quod de redditibua Eccleſiaſticis pauperibus erat erogandum, cum canibus, accipitribus, equis, & miniſtris ad eam neceſſarijs vanè, & inordinatè inſumatur, meritò Clericis eſt prohibita,

Secunda eſt periculum homicidij: quia fit cum armis, *cap. qui venatoribus, & ſeq. & d. C. Eſau*, & ibi Gloſſ. *v. Piſcatores d. 89. & in d. cap. 1. & 2.* vbi etiam Panorm. *de Cler. Venat.* Et hanc tantũ venationem prohibuit Sac. Congr. Epiſcop. in vna *Caſertana* 6. Iul. 1601. quæ pariter cenſuit, pœnam non debere eſſe nimis rigoroſam, præcipuè in prima vice, vt in *Aſſiſien.* 16. Martij 1622. Pręſertim excommunicationis, vel aliarum Cenſurarum ipſo facto, vt in vna *Eugubina* 16. Ian. 1596. ac ſępè alibi cenſuit, quod in prohibitione venationis, vel delationis armorum etiam prohibitorum facta quibuſcumque, etiam Clericis, non debet apponi pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, nec priuatio priuilegij Clericalis, ſed aliæ pœnæ SacrorumCan. vt dic 2. April. 1601. & in *Licien.* 18. Iunij 1602 & 5. April. 1604. & in *Squillacen.* 5. Iunij 1605.

Ex his autem inferunt Doctores, quod venatio quieta, ac modeſta, quæ fit cum retibus, laqueis, pauciſque canibus non eſt prohibita Eccleſiaſticis, ſiuè fiat cauſa neceſſitatis, ſiuè exercitij, ſiuè moderatæ recreationis, Medin. *q. 12. C. de reſtit.* Sylueſter. *v. venatio*, Leſſ *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 5. dub. 9. num. 42.* & alij plures.

Quia tale opus non eſt omninò ſtatui Clericali indecens, nequè periculoſum. atque adeò ceſſant rationes prohibitionis Canonicæ; Vndè Clericos non peccare, ſi venentur ſine temeritate, contumacia, ſcandalo, ac contemptu Statuti Eccleſiaſtici tradunt Armil. *v. venatio.* Caiet. *v. peccata Clericorum*, & Sylueſt. *d. v. venatio*, vbi ait venari nullum eſſe peccatum in Clericis, vel Moñachis, ſi fiat cum quiete, & modeſtia. Eſtque communis inter Canoniſtas: Quia quæcumpue præcipiuntur Eccleſiaſticis ratione decentis eorum ſtatus ſine cenſura, atq; præcepto obediendi, tantum obligant, quantum exigit decentia eorum ſtatus. Ergò ſtatuta Eccleſiæ, quandò venatio ſit cum modeſtia, ſine ſcandalo, & cum quiete, non obligant ad mortale: Quarè illa decreta intelligenda ſunt ſi ſecus fiat.

Quinimmò Anania, & Abb. *in d. cap. 1. de Cler. venat.* & Præpoſ. *in d. cap 1. d. 34.* ponderant verba illa tex. *ſæpius detentos*, & dicunt, quod ſi rariſſimè cauſa ſanitatis, recreationis, vel recuperandi appetitum venationibus in illo Canone expreſſis Clericus vteretur, id non eſſet prohibitum, & nec quandò cauſa neceſſitatis, puta prò carnibus, pellibus habendis, vel quandò fructus ſui conſiſterent in venationibus, prout dicitur eſſe in Gallia, vel ſi Apri, Vrſi, vel aliæ feræ deuaſtant ſegetes, vel Vineas Clericorum. Hoſtien. Anan. in *d. cap. 1.* & alij cit.

Itàque hæc diſputatio definienda eſt ex regula quam alibi tradit Auguſtin. in *cap. Quiſquis d. 14. In omnibs*, inquit, *rebus iſtiuſmodi, non ex earum rerum natura, quibus vtimur, ſed ex cauſa vtendi, & modo ideſt temperamento*: Nam immodica in vitio hærent. vel probandum eſt, vel improbandum, quod facimus. Multò verò minus venatio in illis improbanda eſt, qui hoc artificio ſe ſuſtentant, nequè alium quæſtum norunt, Gloſ. *in dicto cap. qui venatoribus d. 86.*

Nam, quod ex teſtibus initio citatis adductum eſt, id intelligitur, ſi cauſa voluptatis id faciaur, non ſi recreationis, vel ſalubritatis gratia, vt voluerunt Doctores *in d. cap. 1. de Cler. venat.* Innoc. in *d. cap. Dudum 2.* ibi Panor. *de elect.* & alij alibi.

Et quidem venatio, & à fortiori aucupatio eſt conceſſa Clericis recreationis gratia, exceptis temporibus Viſitationis, ſolemnitatum, prædicationis, vt tradunt Abb. *in cap. 1. de Cler. ven.* Gulielm. de Benedic. *in rep. cap. Raynuccius v. Et vxorem num.* 875. Et alij. Ergo non auferent illis facultas vtendi Sclopero, ſed remanet conceſſus tanquam inſtrumentum prò aucupio: Nam conceſſo fine, cenſentur conceſſa etiam omnia, quibus peruenitur ad ipſum.

Nec obſtat, quod Clericis prohibeatur armorum delatio *d. cap. Clerici arma de vit. & honeſt.* Nam intelligitur de armis inſtitutis ad offendendum, vt de Statuto puniente deferentes arma docet Iaſon in *§. ex malefic. Inſtit. de action.* vbi & alij Doctores, Bart. *in leg. 1. ff. de vi pub.* Rebuff. Angel. Alber. & alij; Huiuſmodi autem Sclopeti non ſunt ordinati ad offendendum, ſed ad aucupandum. Et ideò lex prohibens arma Clericis accipienda eſt de armis offenſiuis.

Concludimus igitur, venationis abuſum, non vſum eſſe Clericis prohibitum, hunc verò eſſe conceſſum iure Diuino, & humano, hoc iure naturæ, & gentium *d. §. fera inſtit. de rer. diuiſ. leg. 2. & 3. de acquir. rer. dom.* atque etiam ciuili *leg. vn. C. de ven. fer. lib. 11.* ac tandem Canonico modo ſupra explicato, in quo nec defuncſui Sancti Euſtachius 20. Septembris, Placidus Martyr Hubertus 3. Nouembr. Corradus Placen-

Digitized by Google

centinus 19. Febr. Iulianus Confeſſor 7. Ianuar. & alij plures.

Neque obſtat periculum homicidij, ac proindè irregularitatis: Nam dans operam rei licitæ, vel etiam illicitæ, ſi adhibeat ſufficientem cautionem, nè indè aliquid incommodi ſequatur; tunc etiam ſi fortè ſequatur mors alicuius, etiam Clerici, non illi imputabitur: Quia neque in ſe, neque in cauſa mors illa eſt ipſi volita, atque adeò nullo modo voluntaria. Neque obſtat; quod cauſa fuerit periculoſa, ac proindè mors videatur volita in cauſa; Quia diligentia abſterſit periculum; Quapropter neque erit reus homicidij, neque tenebitur ad reſtitutionem, neque erit excommunicatus, neque irregularis; Nam cum non adſit culpa occiſionis, non aderit excommunicatio, neque etiam irregularitas; hæc enim, cum in pœnam ſtatuta ſit, ſine culpa non contrahitur. Ità in ſpecie venationis docent Henriquez, Vaſquez, Hurtadus, Coninch. & Præpoſitus apud Delbene *tract. 5. moral. ſect. 5. num. 2.*

Quare licet Principes Sæculares habeant ius præſcriptum, ſiuè facultatem prohibendi venationem, de quo latè Bertazol. *conſ. crim. 118. nu. 6. & 7.* Cabed. *deciſ. Luſitan. 89. par. 2* Nouar. *grauam. Vaſ. ll. 71. lib. 1.* & alij; attamen nequeunt eorum Edicta comprehendere Clericos ob defectum iuriſdictionis, *leg. quanquam de cenſ. in 6.* Cyriac. *contro. 144. num. 6.* Ciarlin. *controu. 63. num. 27. & 28.* Sperell. *deciſ. 123. à num. 29.* Rota coram Roias *deciſ. 138. num. 2.* Adeò enim Eccleſiaſtici exempti ſunt à iuriſdictione ſæculari, vt nè edicta quidem quantumuis honeſta, & fundata in publica vtilitate eos adſtringat vi coactiua, Ciarlin. *controuer. 45. num. 3. & 4.* Sperell. *deciſ. 123. num. 25. cum ſeqq.* & nos alibi, & in terminis venationis Bellet. *vbi ſup. num. 8.*

Neque obſtat, quod Sacri Can. & Concil. Trid. interdicant Clericis venationem: Quia hæc ſolicitudo nō incumbit Principibus, ſed Epiſcopis, qui tamen non pœnis edicti Sæcularis, ſed iuris Canonici debent animaduertere in Clericos venatores, Salzed. ad Diaz. *cap. 70. verſ. non tamen poterit.* Sperell. *d. deciſ. 123. num. 26.* & alij. Nam cum pœnæ illæ à Sacris Canonibus Conſtitutionibus approbatæ non ſint, Iudex Eccleſiaſticus eas infligere non tenetur. Idque adeò verum eſt, vt neque Miniſtri laici poſſint ſpoliare Clericos armis, retibus, canibus, auibus, Ciarlin. *controu. 20. num. 74. & ſeq.* reprobatis aduerſarijs, firmant, quod ſpoliantes incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ. Vide Auignan. *tract. de legib. lib. 2. controuer. 15. num. 31.*

Et dum edicta huiuſmodi prohibent, nè Clerici vti poſſint rebus, & facultatibus à iure communi conceſſis, non debent attendi: quia ſunt contrà libertatem Eccleſiaſticam, DD. *in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* Redenauſc. *conſ. 66. num. 24.* Bellett. *par. 1. tit. de exemp. Cler. à ſtat. ſecul. §. 1. num. 22. cum ſeqq.* Tomat. *deciſ. 298. num. 11.*

Et cum Principes laici ſint incapaces iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, nunquam poſſunt ſe tueri aſſertione conſuetudinis, etiam immemorabilis, cum nunquam legitima eſſe poſſit ad præſcribendum; Tuncque ſolum conſuetudo Eccleſiaſticorum, & ſæcularium mixta, Eccleſiaſticos obligat, quandò conſuetudo mixta non præiudicat Sacris Canonibus, vel ab illis non ſit reprobata, Suar *ad Reg. Angl. lib. 4. cap. 39. num. 19.* & Vallaboa *in cap. 1. de for. comp. nu. 6.* quia Clerici etiam volentes non poſſunt ſe ſubmittere iuriſdictioni laicali.

De venationum ſpeciebus, puta clamoſa, ſaltuoſa, recreatiua, & oppreſſiua, item de licitis, & illicitis venationibus, tam Clericis, quam laicis, vide etiam Gloſ. in *d. cap. Qui venatoribus*, Doctores *in d. leg. 1. Cod. de venat. fer. lib. 11.* & Fraoc. Marc. *alleg. deciſ. 530.*

An Clericus, qui non habet qualitates requiſitas à Conc. Trid. cap. 6. ſeſſ. 23. de reform. ita priuetur fori priuilegio, vt etiam ſubijciatur legibus, Conſtitutionibus, Statutis, ac conſuetudinibus laicorum? 10. 4.

Conſul. 2. ac fusè to. 3.

Conſul. 7. per tot.

NEgatiuè. Primò quia aliud eſt priuilegium exemptionis à foro ſæculari, aliud priuilegium à legibus, Statutis, & Conſtitutionibus laicorum. Primum importat exemptionem dumtaxat à iudicijs, ſiuè à Tribunali Iudicis laici, tam in cauſis ciuilibus, quam in criminalibus, & habetur in Auth. *Statuimus Cod. de Epiſc. & Cler. in Can. conſulendum 28. d. Can. denique 96. d. Can. 1. & per tot. 11. quæſt. 1. in cap. Clerici in princ. in cap. & ſi Clerici, & in cap. qualiter de iudic. in cap. nullus, in cap. ſi diligenti, & in cap. ſignificaſti de for. comp.* ad quos Doctores omnes ſuffragantur, & in Can. 15. *in Bulla Cœnæ Domini*, in quo excommunicantur trahentes perſonas Eccleſiaſticas coram ſe ad ſuum Tribunal, ſeu forum, Audientiam, Cancellariam, Conſilium, vel Parlamentum, præter iuris Canonici diſpoſitionem.

Secundum importat libertatem à legibus, à Statutis, Ordinationibus, Conſtitutionibus, Pragmaticis, ac quibuſcumque alijs decretis in genere, vel in ſpecie ex quauis cauſa, vel quouis quæſito colore, ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij, vel alias quomodolibet libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſiuè in aliquo læditur, vel demitur, vel alias quouis modo reſtringitur, ſiuè Romani Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ, ac quarumcumque Eccleſiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè præiudicatur. Quod habetur in *cap. 1. & per tot. d. 10.* in Can. *benè quidem cum ſeqq. 96.* & alibi paſſim, ac præſertim in d. Can. 15. *Bulla Cœnæ*, ad quos locos Docto-

Doctores omnes, & præſertim Abb. in d. *cap. quod Clericis de for. comp. & cap. Eccleſia S. Mariæ*. Et hęc libertas à legibus, & Statutis laicorum Principum dicitur libertas comparatione obligationis, qua cæteri hominum titulo ſubiectionis eiſdem tenentur.

Sunt igitur priuilegia diuerſa, & ſeparata; A diuerſis autem, & ſeparatis non fit illatio, *l. Papinianus ff. de minor.* cum vulgò alijs. Et ideò licet Clericus, qui caret Sac. Concilij requiſitis, fori priuilegio priuetur; non tamen habemus vndè etiam priuetur alio priuilegio Clericali libertatis à legibus, ac Statutis laicorum, pręter id, quod ſtatuit idem Tridentinum, quod non eſt in conſequentiam ad alia priuilegia trahendum, maximè cum ſit odioſum, atque adeò reſtringendum.

Hinc vbi Sac. Canones alia priuilegia volunt auferre, id exprimunt, vt in *cap. vn. de Cler. Coniug. in 6.* quod confirmat Tridentinum *in dict. cap. 6. ſeſſ. 23. de refor.* vbi expreſſit, Clericos Coniugatos nullis alijs Clericorum priuilegijs gaudere, præter Canonis, & fori, & his tantum ſeruatis quibuſdam conditionibus. Eas autem conditiones prò ſolo priuilegio fori expreſſit.

Vndè, quod Clerici his requiſitis deſtituti, gaudeant priuilegio Canonis, & immunitate à vectigalibus tradunt Molina, Auila, Clarus, Belletus, Diana, Torreblanca, Poncius, Suarez, Paulus, & alij, quos adduxi *d. tom. 3. Conſult. 7. num. 79.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. *§.* 5. *num. 6. & ſeqq.* vbi refert declarationem Sac. Congr. Conc. in qua declaratur in d. decreto *cap. 6. ſeſſ. 23.* non auferri priuilegium Canonis, tanquam diuerſum à priuilegio fori, & declarauit Sac. Congr. Immun. in *Firmana* 10. Septemb. 1629. & in *Aſſiſien.* 26. Iun. eiuſdem anni, ac alibi, Clericos, qui non habent requiſita Tridentini non priuari priuilegio Canonis, exemptionum &c. ſed ſolum priuilegio fori, & gaudere priuilegio *leg. Presbyteros C. de Epiſc. & Cler. & leg. Sacroſancta* 33. *eodem tit.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. cap. 12. num. 32.* de Marinis *loc. cit.* & Sac. Congreg. Concil. apud ipſum *num.* 10. & in *Nullius* 4. Maij 1619. quibus adde, quæ adduxi *loc. alleg. num. 87. & ſeqq.* Vndè cum habeamus in hac re declarationes Sac. Congr. Concil. ad quam pertinet illud interpretari, æque ſint tanquam leges, illaſque proſequi debemus.

Secundò probatur ex ratione certa, & luminæ naturæ nota: Quia lex non poteſt ferri, niſi ab habente iuriſdictionem, atque adeò non poteſt obligare, niſi ſubditos, vt notat D. Thom. 1. 2. *quæſt. 96. art.* 5. & deſumitur *ex cap. 2. conſtit. in 6. & ex l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud.* Cum igitur leges, & ſtatuta ferantur à Magiſtratu ſæculari tanquam à capite Communitatis laicæ, quia ſuper ipſam tantum habet iuriſdictionem, & ideò cum obligatio legis, & ſtatuti non plus ſe extendat, qua ſe extendit, extrà Cómunitatem, cui tanquam caput non præeſt Magiſtratus; Clerici autem, etſi non gaudeant priuilegio fori, non ſunt de Communitate laicali, neque ſunt illius Magiſtratui ſubditi, ſed ratione characteris ſubduntur ſuo Epiſcopo, *cap. Contingit* 1. vbi Gloſ. & Doctores *de ſent. excom.* & donec non fuerint hoc priuilegio denudati ſer. ſer. ſiuè ab homine, ſiuè à lege, ſemper remanent ſubiecti iuriſdictioni, ac legibus Eccleſiaſticis, vt firmat Garz. *de benef. par. 2. cap. 2. num. 16. & ſeqq.*

Tertiò denique probatur per reductionem ad inconueniens, quod in iure verandum ſtatuit Legislator *in l. pen. poſt princ. ff. de impenſ.* Si enim Clerici non habentes requiſita Sac. Conc. Trid. ſubiacerentur etiam legibus laicorum, vtique ſubiacerentur eorum iuriſdictioni, atque adeò poterunt eorum bona collectari, in eorum perſonas violentæ manus iniici abſque metu excommunicationis ad munia perſonalia, etiam ſordida cogi vt maximè enim mulctæ, & collectæ aliud non ſunt, quam ipſa iuriſdictio, *arg. l. 66. in fin. de iur. dot. & l. g. §. fin. de perm. & com. rei vind.* quæ omnia pugnant cum relatis declarationibus Sacrarum Congregationum, quæ Clericos dicta requiſita non habentes ex decreto Tridentini ſolo priuilegio fori priuari declararunt; non autem priuilegijs Clericalibus, vt dictum eſt. Vt igitur Clericus habens qualitates Sac. Concilij Tridentini priuetur cæteris priuilegijs, requiritur trina monitio, & declaratoria Iudicis Eccleſiaſtici, iuxtà diſpoſitionem iuris communis in Cler. 1. *de vit. & honeſt. Cler.* cui à Trid. in hac re non fuit derogatum.

An conſuetudo ſeruata per tempus, de cuius initio memoria hominum non extat, quod Gubernator in certo loco etiam Status Eccleſiaſtici per Sac. Conſultationem deputato fiat thurificatio triplici ductu, valida ſit, ac ſeruanda? Et an dictus Gubernator gerens qualitatem perſonæ laicæ, ac ſæcularis cogi poſſit ad interueniendum, & aſſiſtendum in Eccleſia Cathedrali diebus ſolemnibus, in quibus Epiſcopus Pontificaliter celebrat? Vide de Ritibus tom. 4. Conſult. 4.

VT proſpiciatur indemnitati iuriſdictionis laicæ, quæ ſæpè conquæritur de exceſſibus Epiſcoporum, dubitatur:

An Epiſcopus poſſit concedere Vicarijs Foraneis patentatos gaudentes priuilegio fori? Vbi decreta ad rem. tom. 4. Conſult. 5.

NEgatiuè; Miniſtri enim multiplicati non debēt ab Ordinarijs in præiudicium iuriſdictionis Sæcularis, niſi prò ſola neceſſitate negotiorum, Vener. *in exam. Epiſc. lib. 4. cap. 12. num. 4. & 5.* Et paruis Oppidis huiuſmodi ne-

ceſſitati ſatis conſultum videtur per ſolum Vicarium foraneum, ac proindè nullus alius Officialis patentatus illis conſtitui debet. Quod expreſſè reſoluit Sac. Congr. Immun. in *Anagnina* 18. Decemb. 1654.

Id tamen intelligendum eſt, dummodò aliud non probetur per legitimam conſuetudinem, vt fieri debet, Gloſ. *in leg.1.v.probatio C. quæ ſit longa conſuetud.* Greg. *deciſ.161.num.1.& dec.15.num.1.par.11.recen.*

Non obſtat, quod Sac. Conſultatio anno 1665. reſcripſit Gubernatori Tudertino, Cuſtodem damni dati gaudere priuilegio fori: Nam illa reſolutio facta fuit fauore Cuſtodis inſeruientis Curiæ Epiſcopali, qui cum exiſtimetur, ac ſic familiaris Epiſcopi, gaudet dicto priuilegio, ideòque extendi non poteſt ad Cuſtodes Vicarij Foranei, cui non competit facultas retinendi familiares exemptos. Et ità declarauit Sac. Congr. Immun. in *Tudertina* 20. Septembris 1667. nempè, quod numerus huiuſmodi patentatorum reducuntur ad ſolum Cancellarium. Et in *Terracinenſi* 10. Maij 1631. vbi dictum eſt: *Che ſi era riceuuta piena ſodisſatiane già che i patentati non ſono in numero di 25. come era ſtato ſuppoſto, ma ſolo il Vicario Foraneo, il Cancelliere col Soſtituto, l'Auuocata Fiſcale, il Depoſitario delle pene de' maleficij, il Depoſitario de' pegni il Camerlengo delle Donne carcerate, & il Mandatario, li quali aſcendono al numero di naue.*

Porrò quoad Depoſitarios extant huiuſmodi decreta Sac. Congr. Immun. *Depoſitarius pignorum Curiæ Epiſcopalis gaudet priuilegio fori.* In *Spoletana* 5. Maij 1637. in *Recinatenſi* eadem die, & anno, & in *Senogallien.* 10. Septemb. 1647. *Depoſitarius prò liuellis exigendis Curiæ Epiſcapalis gaudet priuilegio fori.* In *Reatina* 20. Decembr. 1667. *Qui acpuari poteſt etiam in aliquo Oppido Diœceſis, inſpecta tamen qualitate pignorum.* In *Tudertina* 24. April. 1666. Et ideo Sac. Congr. ſolet declarare juxta conditiones ſimilium Depoſitariorum.

Et quoad patentaros hæc extant decreta eiuſdem Sac. Congr. *Sacnlares ſimpliciter ab Epiſcopo patentati non gaudent priuilegia fori.* In *Vritana* 26. Maij 1668. Et in *Foroſempranienſi* 20. Ian. 1654. ac ſæpè alibi: *Simpliciter patentati abſque actuali ſeruitio neceſſario non gaudent fori priuilegio.* In *Cæſaraugustana* 9. Auguſti 1670. *Patentati à S. Officio eximuntur à repreſalijs.* In *Peruſina* 27. Septemb. 1646. *Conſules Ciuitatis Aſculanæ non poſſunt in ſuo Tribunali in caſu rixarum adſtringere Miniſtros, & patentatos Almæ Domus Lauretanæ ad dandam cautionem de non offendendo, ſed tales cauſæ ſpectant ad Iudicem ipſius Almæ Domus.* In *Lauretana* 24. April. 1668. *Cancellarius verò Vicarij Foranei, vt gaudeat priuilegio fori, debet actu inſeruire*, vt in *Auximana* 26. Auguſt. 1636.

An Epiſcopus poſſit concedere inhibitiones Clericis coniugatis, qui viles artes exercent, nec habent requiſita, ac etiam Tertiarijs, qui viuunt domi propriæ cum ſuis vxoribus?
tom. 4. Conſul. 6.

QVoad Clericos Coniugatos reuocandæ ſunt ejuſmodi inhibitiones: quia non poſſunt gaudere priuilegio fori, dum non incedunt in habitu, & tonſura, nec inſeruiunt alicui Eccleſiæ illis aſſignatæ, non obſtante conſuetudine immemorabili, Trid. *ſeſſ.23.de refor. cap.6.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.1.n.79. & ſeqq.* vbi, quod à d. Clericis huiuſmodi qualitates ſunt probandæ, & nos alibi.

Quod verò ad Tertiarios, dum non Collegialiter, ſed ſuæ domi priuatæ vitam agant cum propria familia, non gaudent fori priuilegio. Nouat. *de elect. for. par.1. quæſt.46.num.3.* Bellet. *diſput. Cler. tit. de fauor. Cler. cap.1. §.1. num.41. & ſeq.* Ciarlin. *controu.18. num.5. & ſeq. lib.1.* vbi tamen *num.* 24. tenet, huiuſmodi Tertiarios gaudere, ſi habent prò ſe conſuetudinem præſcriptam, quæ probanda eſt, quæ debet eſſe quadragenaria, vel ſaltem trigenaria, *cap. fin.* ibique Gloſ. *v. legitimè de conſuet. in 6.* alijque ac Rota in *Aratricenſi Canonicatus* 25. Iun. 1657. § *Deficit* coram Meltio.

Atque ita etiam declarauit Sac. Congr. Immun. in *Tudertina* 20. Decemb. 1667. nimirum: Epiſcopus non cōcedat inhibitionem Clericis coniugatis, non habentibus requiſita; Et quoad Tertiarios Collegialiter non viuentes de iure non gaudere. Quod declarauit in *Tricaricenſi* 7. Septemb. 1638. ſcilicet Tertiarius vxoratus non gaudet priuilegio fori, nec exemptione ab oneribus perſonalibus, vt in *Spoletana* 19. Aug. 1630. Quid autem de mulieribus Tertiarijs alibi diximus.

An Epiſcopus concedere poſſit inhibitiones Colonis partitarijs Clericorum, quanquam ex prædijs, quæ colunt, non percipiant fructus, quibus maiori anni parte viuant, & an pariter poſſit concedere inhibitiones mulieribus nuptis? tom. 4. Conſult. 7. Item tom. 1. Conſult. 97. & 168. ac tom. 6. Conſul. 30. & 112.

COmmunis concluſio eſſe videtur, quod Coloni partitarij Clericorum non gaudeant priuilegio fori, vt per Abb. ac cæteros *in cap. 2. de for. comp.* Theſaur. *deciſ. 22. per tot.* Sperell. *deciſ.41. num* 29. & alios. Idque certius videtur procedere in Colonis, de quibus agitur, dum non colunt integrum prædium Clericorum, ità vt aſſiduè, vel prò maiori parte temporis occupentur in illius cultura, ſed incumbunt, vel culturæ ſuorum agrorum, vel aliarum perſonarum ſæcularium. Quo caſu nè Coloni quidem Menſæ Epiſcopalis partitarij gaudent priuilegio fori, vt ex litteris Sac. Congr.

fit-

Digitized by Google

firmat Sperell. *deciſ.*128. *num.*33. de quo nos alibi copioſius.

At nihilominus in hac ee ſtandum eſt decretis Sac.Congr. Immun. quæ 13. Nouembr. 1668. ſcripſit Epiſcopo *Vrbanen.* ac Vicelegato, vt faciant obſeruare decreta Sac.Congregationis videlicet, quod Coloni partitarij Menſæ Epiſcopalis, & Eccleſiaſticorum gaudeant priuilegio fori, dummodò ex fructibus Coloniæ viuant prò maiori anni parte.

Quod verò ad inhibitiones dotales, illæ non debent concedi à Curia Eccleſiaſtica; nam electio fori non competit mulieri ratione dotis, quandò principaliter agitur de dote, ſed ſolum quandò quæſtio principalis eſt ſuper Mattimonio, & incidenter agitur de ipſa dote, vt per Gloſ.ibique Butr. *num.*4. *de donat. int. vir.* & *vxor.* Petr.Barboſ. *par.*1. *leg.*1. *num.*16. & *ſeq. ff. ſol.matrim.* & alij. Vel quandò diſputatur de dote, ſinè ante contractum, ſiuè poſt diſſolutum Matrimonium; Quo caſu ratione perſonalis priuilegij competentis virginibus, ac viduis, datur electio fori; Bald. *nouel. de dot. par.*9. *princ.priuileg.*10.

An Epiſcopus poſſit prohibere Clericis, nè conueniant laicos in materia profana in foro ſæculari? Et quid ſi extaret conſuetudo? tom.4. Conſult. 8.

NEgatiuè. Textus ſunt expreſſi, in quibus diſponitur, quod Clericus laicum ad Iudicem Eccleſiaſticum trahere nequeat, *cap. experientiæ, & Can. ſi quiſquam* 11. *quæſt.*1. *cap. Si Clericus laicum de for.comp.* Vndè Sac. Congregat. Immunit. ſæpè reſoluit, non poſſe Epiſcopum prohibere Clericis, nè laicos citent in foro ſæculari, dum cauſa eſt profana. Delben. *de immun. par.*1. *cap.*7. *dub.*2. *ſect.*1. *num.*8. vbi ait, quod licet per Summum Pontificem concedi poſſit priuilegium Clericis conueniendi ſuos debitores coram Iudicibus Eccleſiaſticis; debet tamen fieri conceſſio, niſi vrgente magna cauſa, nè Eccleſia videatur Clericorum auaritiam fouere, iuriſdictionem ſæcularem affectare, & laicos offendere.

An verò Epiſcopus id poſſit ex conſuetudine? alias diximus. Tollitur autem eiuſmodi conſuetudo ex actibus contrarijs à iuriſdictione laica deductis, licet ad hunc effectum vnus etiam ſufficiat, vt ex Bero *conſ.*5. *num.*23. *vol.*1. Surd. *conſ.*393. *num.*23. & *ſeq.* Et in *Eugubina Emphyteuſis* 4. Maij 1657. §. *Et quod magis* coram Celſo. Atque ità etiam cenſuit Sacra Congr. Immun. in *Tudertina* 20. Decembr. 1667. ſcilicet, Epiſcopum non poſſe prohibere in caſu, de quo agitur.

An Epiſcopus prohibere poſſit, nè cæteri Notarij, præter ſolum Cancellarium Epiſcopalem, poſſint rogari de Inſtrumentis, quæ commodam locorum piorum concernunt? tom. 4. Conſult. 9.

NEgatiuè. Idque præcipuè locum habet in Notarijs creatis à Summo Pontifice, quibus Epiſcopus prohibere non poteſt, quin poſſint conficere inſtrumenta, de quibus alias rogari valent, Bellett. *diſquiſ. Cler. par.*1. *§.*29. *num.*9. Quia non poteſt Epiſcopus, vel inferior tollere, ſeù corrigere, ac reſtringere priuilegium, & facultatem Notarijs conceſſam à Summo Pontifice: Nam indemnitati loci pij conſultum erit, ſi Epiſcopus agat contrà eius Miniſtros prò releuatione damni paſſi, cum fuerint in culpa, creando debitorem inexigibilem.

Et quidem, cum contractus ſtipulationum ſint voluntariæ iuriſdictionis, quilibet Notarius vocatus poterit de illis rogari, ac proindè non poteſt Epiſcopus id illis prohibere, nedum quia directè lædit iuriſdictionem laicam: quia ſi Cancellarius Epiſcopalis rogatur de inſtrumentis, non poſſunt pulſari in Curia Sæculari debitores laici ad ſoluendum; Sed etiam quia eſt admodum præiudiciale ipſis Notarijs, & pactibus, quæ à propria patria ſuis ſumptibus tenerentur abeſſe, cum euidenti periculo pecuniarum, mulierum, pupillorum, minorumque. Et ità declarauit Sacra Congr. Immun. ſæpè in citata *Tudertina* 20. Decembris 1667. hoc eſt, Epiſcopum non poſſe id prohibere.

An Epiſcopus poſt introductam cauſam in foro ſæculari, poſſit inhibere, tam inter laicum, & laicum, quam ad fauorem Clerici, vel perſonæ priuilegiatæ, eam dumtaxat ob cauſam, quod ſint coniuncti, ſiuè affines intereſſe habentis in cauſa? tom.4. Conſult. 10.

NEgatiuè; Nam priuilegium ratione conſortij non ſuffragatur, poſt conteſtatam litem à non priuilegio, Marcheſ. *de comm.par.*2. *§.*2. *tit. de auocat. cauſ. num.*43. Scacc. *de appell. quæſt.* 7. *num.* 123. Nec quandò cauſa communis cum priuilegiato diuidi poteſt, Nouar. *de elect. for. par.*1. *ſect.*3. *quæſt.*1. *num.* 17. vbi alij. Nec quandò priuilegiatus non eſt principalis in cauſa, & multò minus, quandò nullum habet intereſſe, præſertim, ſi inhibitiones concedantur cum clauſula: *Aſſiſtendo iudicio*, Scacc. *loc.cit. d. num.*123.

Et ità etiam declarauit Sacra Congr. Immun. in *dicta Tudertina* 20. Decembr. 1667. ſcilicet, Epiſcopum non poſſe inhibere.

An Iudex poſſit tuta conſcientia impedire, nè Matrimonium contrahatur à viro cum muliere longè imparis conditionis, & infamia notabili laborantis, &c. Vide de Matrimonio tom. 4. Conſult. 11.

An Imperatori, vel Regibus concedendum ſit à Sede Apoſtolica, vt poſſint accipere tertiam, vel aliam partem, vel medietatem bonorum Eccleſiarum in ſuis ditionibus exiſtentium in ſubſidium belli, quod gerunt contrà Turcas, alioſque infideles, vel hæreticos? tom. 4. Conſul. 13. Item to. 3. Conſult. 15: Ac tom. 9. Conſult. 41. Sum. num. 1.

CEnſeo annuendum, ità ſanè, quod demandetur Nuncijs Apoſtolicis, & primoribus Epiſcopis, de quorum intereſſe principaliter agitur, vt habita ratione præciſæ, ac ineuitabilis neceſſitatis, dimiſſaque ſemper rata, quæ congrua ſit alimonijs Eccleſiaſticorum, & opportunitatibus Eccleſiarum, pretium redigendum deponi curent, ac ſtudeant, ipſorum conſcientias onerando, in cauſam belli ſacri dumtaxat erogandum, cœteriſque cautionibus, iuxtà formam diplomatis Clementis VII. in æquali cauſa prò Ferdinando Imperatore anno 1530.

Id namque ſuadet pietas, & neceſſitas. Etenim ſi propter pauperum alimoniam, etiam ſi propria ſua culpa ad paupertatem redacti ſint per Can. *paſce dec.* 88. & propter redemptionem captiuorum, tam Sacri Canones, quam leges ciuiles mandant bona Eccleſiarum eſſe vendenda, *l. Sancimus* 41. *C. de Sacroſ. Eccleſ § Sanctiſſimas* auth. *de alien. & emphyt. Can. Sacrorum* 14. & alibi, Bald. & Imol. in *l. quamuis ſol. matrim.* Couar. 2. *var. reſol.* 76. *nu.* 8. multò magis permittendum eſt, ea vendi, nè imminenti clade ex Turcarum, vel hæreticorum armis Chriſtiani cum locorum euerſione ab hoſtibus fidei in captiuitatem redigantur.

Hinc Paulus III. permiſit Carolo V. ad bellum gerendum in Germania aduerſus Proteſtantes, vt ſumeret dimidiam partem bonorum Eccleſiæ per Hiſpaniam, vt tradunt Sleidan. *lib.* 17. & Tholoſan. *de Republ. cap.* 3. *num.* 49. *lib.* 5. Hoc idem etiam conceſſit Sereniſſimo Imperatori Leopoldo Alexan. VII. ſub anno 1663. Id quoque ad expeditionem Turcicam minus habet dubij, qua de re videndus Azor. *inſtit. mor. lib.* 5. *cap.* 13. *quæſt.* 8. *par.* 1.

An Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ liceat concedere locum in Presbyterio Magiſtratui laico nullam iuriſdictionem in Ciuitate, vel Oppido, nec patronatum in Eccleſia habenti, ad effectum ibi ſtandi, & ſedendi tempore celebrationis diuinorum officiorum, & maximè Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis inuitis, qui ad ipſam Eccleſiam celebraturi accedunt? Vide de Eccleſijs tom. 4. Conſult. 16. & tom. 9. Conſult. 147. Item vide de Immunitate tom. 7. Conſult. 35. & 54. & tom. 8. Conſult. 54. Et de Præcedentia to. 3. Conſult. 3.

An donationes à conſanguineis, alijſque abſque vlla cauſa factæ Clericis habentibus patrimonium, vel beneficium, præcipuè viuentibus exindè in communi, præſumantur, ac declarari debeant factæ in fraudem immunitatis ab oneribus, & collectis? Et quis huiuſmodi fraudes cognoſcere debeat? tom. 4. Conſult. 33. Item tom. 1. Conſul. 262. 263. 446. & 453. Inſuper tom. 3. Conſult. 2. to. 6. Conſul. 91. ac tandem tom. 9. Conſul. 20. & 34. Sum. num. 2.

AFfirmatiuè: Quia data cauſa ſimulandi, ſimulatio ſolis coniecturis probatur; Mantic. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 25. *nu.* 33. Farinac. *quæſt.* 162. *& num. item* 162. Rot. *dec.* 69. *num.* 2. *par.* 2. *diu. & in recent. dec.* 283. *num.* 13. *par.* 5. Cauſa autem ſimulandi eſt commodum, atque vtilitas eximendi bona donata à vectigalibus, quę tanquam veriſimilis, probabilis, rationabiliſque exiſtimatur ſufficiens, & idcircò attendenda, Add. ad Greg. *dec.* 157. *ſub nu.* 27.

Vrgentque coniecturæ, tum ex coniunctione ſanguinis, Dec. *conſ.* 659. *num.* 2. tum ex donatione omnium, vel maioris partis bonorum, cum non ſit veriſimile, vt quis velit omnibus ſuis bonis ſpoliari, Gratian. poſt alios *loc. cit. n.* 18. Tum ex communione, ac poſſeſſione, in qua remanent donantes cum Clericis donatarijs poſt donationem per tex. *in l. §. Lucius ff. quæ in fraudem credit.* Tum ex numero filiorum: Quia non cenſetur veriſimile, quod vni ex pluribus talem voluerit facere donationem, *l. reſcripto ff. vendit. lib.* Tum deniquè ſi Clericus habeat patrimonium, vel Sacerdotium, ſiuè beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens: quia de Altari, cui ſeruit, viuere poteſt, *cap. cum ſecundum de præben.* Ricc. *in pr. reſol.* 431. *num.* 2. & alij.

Hinc à Sacra Congregatione Immun. præ cęteris datus fuit Epiſcopis, alijſque Ordinarijs hic modus cognoſcendi fraudes huiuſmodi donationum ſub die 22. Auguſt. 1623. & 2. Iul. 1630. & 15. Iul. 1664. & 5. Mart. 1641. & 6. Nouembris 1635. & 16. Ianuar. 1635. Nam huiuſmodi fraudes ab Epiſcopis cognoſci debent, vt in allegatis declarationibus, ac declarauit eadem Sacra Congr. in *Rhegienſi* 20. Septembr. 1667. ſcribens Vicario, vt cognoſcat contra-

ctus

Digitized by Google

ctus ſimulatos, & rigoroſè puniat fraudolentes. Reliqua vide in dictis tom. & Conſult. allcg. prætertim tom.3. Conſult.2. vbi fusè actum eſt.

An qui furatur in Eccleſia, etiam quoad Iudicem Eccleſiaſticum gaudeat immunitate? tom.4. Conſult.111. Item vide de S. Officio? tom.8. Conſult.86.

AFfirmatiuè: Quia poſt Conſtitutionem Gregor. XIV. non omnes delinquentes in Eccleſia extrahi ab illa poſsunt, ſed tantum ij, qui homicidia, aut mutilationes in ipſa Eccleſia, vel Cœmeterio commiſerint; Quare cum in illa excepti caſus enumerentur, & prohibita ſit extenſio ad alios caſus, etiam enormiores, ac etiam ab identitate, vel maioritate rationis, ideò dici debet, furantem in Eccleſia, licet in Eccleſiam delinquat, non debere ab ea, nè quidem per Iudicem Eccleſiaſticum extrahi, & puniti, multòquè minus ſæculari Iudici conſignari, inconſulto Summo Pontifice. Vulgare quippè eſt, quod exceptio in vno caſu firmet regulam in alijs, *l. quæſitum §. idem ff de fund. inſtr.* Tum quia, ſi Pontifex excipere voluiſſet, vtique expreſſiſset, prout expreſſit alia furta qualificata, Maſcard. *de prob. concl.* 136. *num.* 12. Huic ſententię adhæret Farinac. *in tract. com. opin. crim. quæſt.* 28 *num.* 53. Et itá declarauit Sacra Congregatio Immun. in *Squillacenſi* 18. Mart. 1631. nimirum ſurans in Eccleſia gaudet immunitate, ſed puniri poteſt; Vndè furans vaſa argentea in Eccleſia, quamuis gaudeat, punitur pœna exilij. In *Ianuen.* 15. Iul. 1647. Ac obſeruatum fuit Romæ in ſurante in Eccleſia S. Petri, & ſolita eſt reſcribere Sacra Congreg. Immun. in caſibus particularibus, concedendo licentiam generalem extrahendi, vt in *Mediolanenſi* anno 1669. & *Theatina* 15. Iun. 1603. etiam reſpectu Iudicis Eccleſiaſtici: Nam eadem Sacra Congregatio non amplectitur opinionem illorum, qui volunt, Conſtitutionem Gregorianam non comprehendere Iudices Eccleſiaſticos, ſed contrariam, vt alias demonſtrauimus.

Nec verò ſcrupulum cuiquam aduerſos hanc deciſionem inijcere debent rationes contrariæ. Nam eo ipſo, quod fur rem ablatam reſtituit, gaudet immunitate, eſtque protegendus: Tunc enim habet locum ratio finalis priuilegij Immunitatis, nempè protegere Reum pœnitentem; Oſtendit enim pœnitentiam, dum furtum reſtituit, & ideò locum habet etiam diſpoſitio *l. bis ſolis §. ſatis etiam cautè C. de reuoc. don. & l. illud C. de Sacroſ. Eccleſ.* Bald. *conſ.* 324. *in fin. lib.* 5. Dec. *conſ.* 15. *n.* 2. & alii. Et quamuis furans in Eccleſia non mereatur gaudere Immunitate, adhuc tamen reuerentia debita Eccleſiæ exigit, quod ibi relinquatur, ſi velit Immunitate gaudere.

Præſertim, ſi agatur de parua furti materia, quo caſu reputatur leue delictum ratione pœnæ, quam meretur, & ideò gaudere debet priuilegio Immunitatis, ſicuti gauderet, ſi deliquiſſet extrà Eccleſiam, Syluest. *v. Immunitas §.* 2. Couar. *var. reſol. lib.* 2 *cap.* 20. *num.* 15. eſtque communis opinio apud Farinac. *d. quæſt.* 28. *num.* 63.

Quod autem dicatur leue delictum ratione pœnæ, licet ſacrilegium ſit, apparebit ex qualitate rei, quæ Sacra non eſt, quamuis è loco ſacro fuerit ablata, & ideò leuius punietur, quam ſi ablatum eſſet Sacrum de Sacro, Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 31. *nu.* 19. Pœna autem quandò res Sacra è loco Sacro aufertur, licet ſit mortis, quandò tamen aliæ res non Sacræ de Sacro auferuntur, eſt arbitraria, Bart. *in l. Sacrilegij ff. ad l. Iul. pecul.* quem ſequitur Boſſ. *tr. crim. tit. de Sacril. num.* 6. Decian. *loc. cit. c.* 33. *num.* 6. Quæ ſecundum rei ablatæ qualitatem erit quatrupli valoris, Decian. *ibidem num.* 33.

Id vero limito: Niſi facti grauitas, illiuſque circumſtantiæ aliud ſuaſerint, vt ſi quis furatus fuerit Pyxidem Sacram cum particulis Sanctiſſimæ Euchariſtiæ; In hoc enim, ac ſimili caſu fur ſacrilegus extrahi poterit, & ſub fida cuſtodia detineri, donec Summus Pontifex conſulatur. Talis enim fur cenſeo, quod non debeat gaudere immunitate Eccleſiæ, cum de hæreſi valdè ſuſpectus ſit, reputaturque Reus læſæ Maieſtatis, non ſolum humanæ, ſed etiam diuinæ, & propterea punitur in S. Officio, debetque examinari iuxta qualitatem ſuarum reſponſionum, licet ſi Curia Epiſcopalis præuenerit, poſſit ſua Ordinaria authoritate in hoc procedere, declarauitque Sacra Congregatio Immun. furantem Pyxidem, in qua actualiter aſſeruatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, non gaudere immunitate, vt in *Squillacen.* 2. Iun. 1632. Quod ſi fur particulas Euchariſtiæ ſumendo conſumat, & Pyxidem furetur, punitur ab Ordinario pœna triremium, vel carcerum, & damnatur ad reficiendum ornatum Tabernaculi, ac Pyxidem; Summo tamen Pontifice ſemper conſulto. Reliqua vide de S. Officio *tit. tom.* 8. *Conſult.* 86.

An per retentionem animalium Clericorum, quæ damnum dederunt, eorumque relaxationem illicò factam à Curia ſæculari, cum fideiuſſione per laicum præſtita de illis conducendis ſub expreſſa conditione, quatenus illa non ſpectarent ad Clericum, ſed ad laicum, lædatur Immunitas Eccleſiaſtica? Vbi aliqua de cenſuris Canonicis. tom.4. Conſult. 112. Item vide tom.1. Conſult.97. tom.6. Conſult. 33. iterum tom.4. Conſult. 7. ac tom. 9. Conſult. 25. Sum. num. 2.

CEnſeo negatiuè reſpondendum: Non enim licet Clericis cum ſuis animalibus damnum dare, atque adeò poteſt Curia ſæcularis illa, dum damnum dant, capere, cum tunc dicantur

tur de foro laico, ex Bald. *in l. de his C. de Epiſc. & Cler.* & in puncto Guttier. *pr. quæſt. lib. 1. cap. 4. num. 2.* ac ea retinere, donec ſaltem damnum reficiant, quicquid ſit quoad pœnam. Quare ſaltem ratione emendarionis damni comprobatur actus retentionis; Vndè quatenus Iudex laicus ad executionem pœnæ contrà animalia Clericorum, quæ damnum dant, etiam in flagranti reperta, procedere non poſſit, quandò tamen in vno actu cauſa licita, & illicita concurrit, potius ad licitam actus referendus eſt prò excluſione delicti, Maſcard. *de prob. concl. 864. nu. 30. & concl. 1224. num. item 30.* Bertaz. *conſ. crim. 8. num. 10. vol. 1.*

Neque deſunt ex grauiſſimis Doctoribus, qui etiam Iudices laicos pœnam damni dati ſuper eiſdem animalibus in flagranti repertis, exigere poſſunt autument, ea ratione, quod animalia ſunt de foro ſeculari, non autem Eccleſiaſtico, Luc. de Pen. *in l. Iubemus num. 1. & ſeqq. C. de nou. non excuſ. lib. 11.* Guliel. de Benedic. Auiles, Azeuedus, & alij plurimi. Ex quorum authoritate negari non poteſt, quin ſaltem hæc opinio ſit probabilis, quæ ſecuri excuſat à peccato ex quamplurimis, ac doctiſſimis viris, nempè Vaſquez. *diſp. 62. cap. 4.* Lorca *diſp. 39. de actib. human. memb. 1.* Monteſin. *diſp. 29. quæſt. 5.* & alijs; Ità etiam excuſat ab excommunicatione, quæ ſine peccato mortali, & contumacia non incurritur per tex. *in cap. Nemo Epiſcoporum 11. quæſt. 3.* Sayr. *de cenſur. lib. 3. cap. 27. num. 33.* & alios. Ratio autem eſt: quia in ijs, quę ſunt iuris licet ſequi opinionem quamcumque probabilem, etiam ſi ſit minus probabilis, & minus tuta: quia fit ſecundum præſcriptionem ipſius, quę mediante opinione probabili innoteſcit, vt tradunt Authores, quos ſequitur Boſſ. *in moral. par. 1. tit. 1. §. 17. num. 177.* Quia cum operatur cum conformitate ad rectam rationem; implet legem, quatenus eſt intrà terminos rectæ rationis.

Concurrente prætertim ignorantia, quod aſſertus Dominus animalium eſſet Clericus, & quod illa ad eum ſpectarent. Ex ea enim quis excuſatur à pœna excommunicationis ex adductis per Graſſ. *effect. 9. num. 54.* etiam ſi ignorantia ſit vincibilis, & culpabilis, dummodò non craſſa, & ſupina, ac etiam ſi ea ſit, quæ non excuſat à peccato: Quia ad contrahendam excommunicationem requiritur contumacia, & interpretatiuus contemptus, Delben. *de Immun. Eccleſ. cap. 19. dub. 59. ſect. 2. nu. 22. 36. & ſeq.* Quinimmò ignorantiam quoque craſſam, ac ſupinam excuſare à dolo, & à peccato, atque adeò à cenſuris probat Sperell. *dec. 175. num. 79.*

Hæc autem ignorantia non ſolum pręſumitur, niſi probetur ſcientia, ſed etiam in hoc caſu, patet ex inſtrumento fideiuſſionis conditionalis, de reducendo animalia, quatenus ſpectarent ad laicos. Non enim Iudex ſæcularis tenetur credere aſſertioni cuſtodum animalium, neque etiam ipſi Clerico, aſſerenti, ſe eſſe Clericum, & Dominum animalium. Et propterea poſſunt dicta animalia legitimè retineri, donec eidem Curiæ Seculari conſtiterit, illa eſſe Clerici abſque aliqua excommunicationis pœna, Auedan. *de execut. mand. par. 2. cap. 14. n. 13.* Delben. *de immunit. tom. 2. cap. 2. dub. ſub num. 29. & 35.*

Itàque cum cenſuræ ſint notoriè nullæ, atque iniuſtæ, ſunt omninò reuocandæ. Abb. *in cap. cum contingat 36. num. 4. & ſeqq. de offic. & poteſt. Iud. deleg.* Rot. in *Placentina iuriſdictionis* 14. Martij 1664. *§. fin.* coram Beuilacqua: Iniuſtitia conſtat ex dictis, & nullitas redditur præ cęteris manifeſta ex eo quia fuerunt latę, præuio examine ad informationem Curiæ abſque citatione partis, & proceſſu minimè legitimato. In materia autem cenſurarum teſtes debent eſſe formiter examinati, vel ſaltem formiter requiſiti, vt ad illarum fulminationem deueniri poſſit, per tex. *in Clem. ſæpè*, vbi Canoniſtæ communiter *de verb. ſignif.* Io. And. *in ſpecul. tit. de notor. crim. v. teſtis*, Bald. *in cap. 1. §. damna de pac. Conſt.* & alij.

Quare in hoc caſu cenſeo, cenſuras non ſuſtineri, delendam tamen eſſe fideiuſſionem, ac reſtituendam pecuniam prò ea receptam à Cancellario Seculari. Et de hac materia damni dati vide *d. tom. 1. Conſult. 97. tom. 6. Conſult. 33. & hoc met tom. 4. Conſult. 7. & tom. 9. Conſult. 25.* Et de Clerico aſſerente cum iuramento, reus eſſe ſuas, vt gaudeant immunitate. Nos etiam alibi fuſius. Cętetum regula eſt, quod poſita conditione inobedientiæ, & tranſacto termino, incurritur ipſo facto excommunicatio, atque adeò non poteſt ſuſpendi poſteà per appellationem à declaratione interpoſitam, Suar. *de cenſur. diſp. 3. ſect. 6. n. 5. & 6.* Sanch. *lib. 3. conſ. cap. vn. dub. 32. num. 240.*

De nece ex veneno propinato, ad effectum excludendi reum ab immunitate Eccleſiæ? tom. 4. Conſult. 113. & tom. 1. Conſult. 175.

CVm ex vulgari *§ Item Illud l. 1 ff. de Sen. Conſ. Silan.* liquere debeat, quem ſcelere interemptum eſſe, vt quæſtioni locus ſit, pręſertim in veneno, quod ſine vi per inſidias occultè ſolet infundi, ſicut Vulpianus aduertit in *d. l. 1. §. Quid ſi quis, puta veneno; nam malum, & bonum adhibitum prò medicamento immutat naturam eius, cui adhæret,* teſte Gaio I.C. *in l. qui venenum 236. ff. de verb. ſignif.* Ideò quæritur: *An, & quo pacto delicti corpus conſtare poſſit?*

Placet diſtinctio Danzx. *de pugn. Doctor. tom. 2. tit. de venen. cap. 1. num. 36. cum ſeqq.* quod aut venenatus erat in ſtatu ſalutis, aut ęger, ac mala valetudine preſſus: Nam primo caſu mors ſtatim, vel poſt modicum tempus ſecuta ſit, venenum, quo perijt, dicitur aſſumptus, ſecus altero,

cero, cum ipſa infirmitas, paruuſque corporis habitus ſua malignitate valeant tam cauſas veneni ingeniti, quam eoſdem effectus producere, nempè vomitus, corporis liuorem, gutturis inflammationem,& alia, quæ cauſare ſolent venena propinata, Marth. *dec. Piſan.* 2. *num.* 12. Id, quod proſequitur Sennertus *lib.6. par.5. cap.3. §. His miſſis*. Atque fuit in hac ſententia Galen, 6. *de loc.affect. cap.5. de conſtit. art. cap.9.* 3. *epidem com.3. arg.4. 6.epidem. com.2. tex.38.* Ibidem *com.6.* tex.5. 1. *Porrethic. com.2. tex.17. de cib. bon & mal. ſucc. cap.1.*

Facitque, quod crimen venenationis ſit occultum, & difficilis probationis ex adductis à Farinac. *de homic. quæſt.112. par.4. nu.53.* Corpus delicti in eo, tanquam probationis ſuaptè natura difficillimæ ſufficienter probatur per indicia, & coniecturas, ſicuti poſt Clar. & Farinac. reſpondit Spad. *conſ.123. in princ. vol.1.* ac tenet Rot. *Auenion.* apud Hieronymum de Laurentijs *dec.20.* & alij. Et quod ſentiunt nonnulli, qui contrarium aſſeuerant, ità demum conſtare de corpore huius delicti, ſi diſſecto Cadauere hominis mortui, appareant euidentia ſigna veneni extrinſecus propinati, non immeritò reijcitur a Zacchia *quæſt.7. n.35.* Idemque ſentit Mar. Zuccar. *in method. occurr. venenat. corp. cap.14 in fine*, vbi ait, *concludendum eſſe, fruſtatorias ſectiones, quæ magis propter oſtentationem, quam gratia veritatis fieri dicuntur, ac ſemper in vtroque foro ſic cenſuiſſe*. Iudicium hoc igitur coniecturale eſt pendetque ex indicijs probabilibus, & concludentibus ex diligenti obſeruatione Siptomatum languentis, & ex ijs, quæ conſpiciuntur in Cadauere extincti arbitrio Medicorum. Quod etiam diſertè aſſeruit Gomez *de homicid.n.8.* Et demonſtrat Zacchias, vt eumque ſe habeant ſigna hæc, ſigillatim ſumpta, coniuncta tamen omnia ſunt indicia indubitata veneni aduentitij.

Quæres, ac vrgebis: Quare igitur non ſubitò omnes, qui venenum hauriunt exanimes concidunt? Reſpon. Quod etſi primò res naturales omnes ſuos circuitus habeant, & actionum initia, ac fines ſint; tamen ij plerumque in hac humanę mentis imbecillitate nobis ignoti ſunt, nec certis dierum ſpatijs exactè determinari poſſunt. Deindè ad actionem non ſolùm requiritur agens, ſed & patiens, & agens prò patientis diſpoſitione agit. Ideòque cum hic corpus humanum patiens ſit, cuius prò ratione temperaturæ occultarum qualitatum, ætatis, & aliarum circumſtantiarum, nunc maior, nunc minor reſiſtendi vis eſt, non mirum eſt, ſi idem venenum hunc citius, illum tardius iugulet, & patet ex hiſtorijs ab eodem veneno, eadem quantitate pluribus in eodem cibo propinato, non omnes eodem tempore mortuos eſſe, ſed alios mox, alios poſt aliquot horas, alios poſt aliquot dies.

An Clericis ſit vetitum conducere à laicis vectigalia? tom.4. Conſult.114.

Affirmatiuè, ex Sac. Cong. Epiſc. in *Terratinen.* 11. Ianuar. 1647. Quinimmò Sac. Cong. Immun. in *Caſtellaneten.* petitioni illius Capituli Cathedralis, an ſibi liceret locare perſonæ Eccleſiaſticæ tanquam rem ſpectantem ad Eccleſiam quodam vectigal rerum comeſtibilium, quod titulo emptionis acquiſiuerat: nam ſi laicis locaretur multa ſibi damna exindè, & præiudicia inferrentur? Reſpondit negatiuè, & quod abſtineat. Elicitur id ex cap. *multa ſunt nè Cler. vel Monach* in quo inter multa ſæcularia negotia, à quibus iubet, Clericos, & Monachos abſtinere, enumerat conductores ſæcularium rerum, aut procuratores eſſe. Idem & in *cap.2. eod.tit.* Habeturque ex cap. *Clerici de vit. & honeſt. Cler.* quo generatim omnia officia, & ſæcularia commercia Clerici exercere nequeant, & tradunt Viuius *deciſ. 28. num.17. & ſeqq.* Guid. Papa *deciſ. 196. in princ.* & alij communiter; Vndè Sac. Cong. Epiſc. 10. Maij 1580. in *Comen.* confirmauit decretum alias factum, quo prohibebatur Canonicis conducere redditus, ac bona Capituli, etiam per alias perſonas, cum id repugnet honeſtati Clericali.

An homicidium ex zelotypia commiſſum, ſit proditorium, vt homicida priuetur immunitate Eccleſiæ? tom.4. Conſult.115. & to.9. Conſult. 24.

EST proditorium, niſi probetur, occiſum habuiſſe notitiam zelotypiæ occiſoris, Nouar. *in Summ. Bullar. de Immun. num 297.* Donat. *de aſyl. reſol.151. num.1.* Nam alioquin non poteſt quiſque ſibi præcauere, atque tolleretur illa naturalis defenſio, quæ de iure naturæ cuique competit.

Et nihilominus adhuc ſi non probaretur, occiſum habuiſſe notitiam zelotypiæ occiſoris, cenſeo, reum puniendum pœna extraordinaria. Moueor quia zelotypia oritur ex amore, & cum amor ſit quædam furoris ſpecies, teſte Platone, qui in Phedro ſcribit, quatuor eſſe illius ſpecies, inter quas Amorem reponit, qui eſt à Venere. Ideircò Poetæ paſſim amorem furorem vocant, & amantes furibundos, furentes, furioſos, Catullus *in nupt. Pelei, & Thetidis*.

Heù miſerè exagitans immiti corde furores.

Virg. lib.4.

Ardet amans Dido, traxitque per oſſa furorem;

Et alibi, ac Ouid. *in Epiſt. Parid. ad Hel.*

Qua licet, & poſſum luctor celare furorem

Et alibi.

Eſt quoque tex. apud Canoniſtas hunc affectum furorem vocans in *cap cum iuuentute de præſump.* Sicque nihil hoc furore vehementius, quem retinere eſt perfectæ Philoſophiæ, vt eſt etiam tex. qui & hanc affectionem furorem vocat in Auth.

Auth. *quibus mod. nat. effic. legit.* §. *illud*, cui omninò aſſentiens Socrates *lib. 3. Platonis de Repub.* *voluptate*, inquit: *Venerea nulla vehementior, nullaue furioſior*; Propterea non temerè, vt reor, contenderim, eum leuius eſſe puniendum, nè dicam impunitum relinquendum, qui præ nimio, ardentiorique amore quicquam deliquerit, veluti non ex animi ſententia, ſed furore concitatus ad ipſum admiſerit, in qua ſententia fuit Oltrad. *conſ.* 210. *col.* 2. citatque Ariſtotilem, qui 7. *ethic. lib. cap.* 2. ſcribit, hos venereorum appetitus nonnullos in furorem, atque inſaniam adigere.

Vtrum ad validam erectionem Sodalitatum, præter licentiam, & aſſenſum Epiſcopi, exigatur etiam beneplacitum Iudicis laici?
tom. 4. Conſult. 116.

TEnendum eſt, eiuſmodi beneplacitum non exigi in fundandis Sodalitatibus Sacris, & Religioſis, eſſeque contrà libertatem Eccleſiaſticam: Nam de iure licet Religionis cauſa coire ſine venia Principis, *l. 1. ff. de colleg. illic.* Bart. *in l. Sodales 4. num. 6. ff. de colleg. illic.* Abb. *conſ.* 55. *num.* 4. *par.* 1. cumque fundentur authoritate Epiſcopi, & ſubſint eius iuriſdictioni, hoc beneplacitum reſtringeret priuilegium toti Eccleſiæ à Deo, à Pontifice, vel Imperatore tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus conceſſa, atque vſurparet Iuriſdictionem Eccleſiaſticam; Vndè in ſimili communiter receptum eſt, quod Statutum negans, poſſe Eccleſias, ſeù Monaſteria de nouo erigi ſine beneplacito Principis loci eſt contrà libertatem Eccleſiaſticam, vt docent Canones, & Doctores congeſti per Tho: Delben. *de Immun. par.* 1. *cap.* 8. *dub.* 7. *nu.* 1. Quod verò ad Regem Galliarum, ac etiam Rempublicam Venetam habent forſitan hac in re priuilegium Sedis Apoſtolicę. De quo nos alibi fusè.

An Epiſcopus inſtare poſſit apud Principem laicum, vt condat Edictum pœnale aduerſus occupantes bona Eccleſiarum, piorumque locorum, irreuerenter ſe ſe gerentes in Eccleſijs, ibique deferentes arma cum haſta, & tormenta ignea, ſiſtenteſque in earum ianuis, dum celebrantur officia diuina, dumque prædicatur, aut docetur Doctrina Chriſtiana, obloquentes, ac verba inhoneſta proferentes, ac ſcurilia facientes in Templis, eorumque portis, ac Cœmeterijs, iniungendo Miniſtris Curiæ Sæcularis, vt ad omnem requiſitionem Eccleſiaſticorum contrà prædictos, ipſo Principe prius admonito, procedant ad pœnas in ipſo Edicto contentas? tom. 4. Conſult. 117.

NEgatiuè. Primò quia Epiſcopus ſua iuriſdictione poteſt eiuſmodi delinquentes coercere, exequendo ſancita in Sacris Canonibus, & à B. Pio V. *Conſt.* 5. §. 4. vt proindè non liceat ipſi recurſum habere ad Principem laicum, cum requirendo de tali edicto.

Secundò. Quia præberur occaſio Eccleſiaſticis denunciandi prædicta in foro laicali coram Miniſtris Curiæ ſæcularis, & declinandi forum proprium Eccleſiæ. Non enim inficior, delicta irreuerentiæ, ac ſtrepitus commiſſa in Eccleſijs eſſe mixti fori: quia vtroque iure prohibentur, ac puniuntur, ciuile nempè *in l. Si quis in hoc genus* 10. & auth. *ſed nouo iure C. de Epiſc. & Cler.* & Canonico *in cap.* 2. *de Immun. Eccleſ. in* 6. *ſeſſ.* 22. Concilij Trid. *in decret. de obſeru. & euit. in celebr. Miſſ. & d. Conſt.* Pij V. Sed aio, quod non debet Eccleſiaſticus enixè requirere à Principe laico, quod ipſe ſua authoritate ſtatuere, & coercere poteſt. Nequè etiam videtur, id eſſe boni, ac honeſti exempli, quod Eccleſiaſtici denuncient Curiæ Sæculari ea, quibus conſulere valet propria Eccleſiaſtica authoritas.

Preterea, dum ſtatuitur, quod Curia Sæcularis puniat occupantes quocumque modo bona Eccleſiarum, piorumque locorum, vtiquè ex generalitate verborum, intelligitur etiam de violenta turbatione, & occupatione rerum Eccleſię, quæ crimen ſacrilegij includit, quo caſu nullus adhuc dubitauit, laicum prò illarum dimiſſione, ac reſtitutione conueniendum eſſe in foro Eccleſiaſtico, non autem in laicali, ad tex. *in cap. conqueſtus eſt* 16. *de for. comp.* Anſald. *de iuriſd. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 32. *num.* 39. *ac* 78. & alij, ac proindè in hoc clarè læderetur iuriſdictio Eccleſiaſtica.

Nequè itidem, admiſſo ſuppoſito præfati Edicti, quod agatur de bonis, ac iuribus Eccleſiæ, controuerti poteſt, quin ob dictam iſtantiam recedatur à magis recepta opinione, quod Clericus prò re Eccleſiæ laicum conueniat coram Iudice Eccleſiaſtico, quam tenent Abb. *in cap. ſi Clericus laicum* 5. *nu.* 13. Marian. Soccin. *n.* 1. cęterique ſcribentes *de for. comp.* Quandòquidem Sacra Congregatio Immun. reſoluit in *Taurinen.* 7. Septembris 1666. opinionem illam, quod omnem iudicium rei realis faciendum ſit in foro ſæculari, quamuis agatur de intereſſe Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticorum, eſſe contrà Canones, & Conſtitutiones Pontificias, & tanquam erroneam reiectam à Sacra Rota Romana, & ab omnibus Romanę Curiæ Tribunalibus.

An, & qua pęna puniri poſſint, ac debeant Confratres *Sodalitatum, vel Conſules alicuius artis, qui deleuerint decreto publico aliquos è libro artis, vel Confraternitatis, ac deinceps memoriam abolitionis inciderint in marmore parieti ſuæ Confraternitatis, vel publicæ plateæ affixo? Vbi de libellis famoſis aliqua.* Vide de Confraternitatibus tom. 4. Conſult. 118.

An,

Digitized by Google

An, & quatenus Tertiarij, ac Tertiariæ S. Franciſci Fratres, ac Sorores de pœnitentia S. Dominici, Mantellati, ac Pizocheri Fratrum Eremitarum, aliiſque ſimiles gaudeant priuilegio Canonis, & fori? Vbi nonnulla de Nouitijs, Conuerſis, & Oblatis, aliiſque generis huiuſmodi differuntur; Ac demum quæ ſint perſona Eccleſiaſticæ breuiter declaratur. tom.4. Conſult 119, Item tom.1. Conſult.486. tom.2. Conſult.63. & rurſus tom.4. Conſult.3.

HOdie non eſt amplius de hac re diſputandum, cum iſta controuerſia deciſa ſit in Concilio Lateranenſi *vlt. ſeſſ.11. in fin. tom.4. Concil. par.3.* in Conſtitutione Leonis X. vt in decreto Sacræ Congregationis tenoris ſequentis:

Sacra Congregatio cenſuit, Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, aliosque ſimiles itâ demum: Ordinis, cuius tertia Regulæ habitum aſſumpſerunt, priuilegijs patiri, & ab Ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, ſi vti collegialiter viuant, ſeù cum clauſtralibus habitent, & Mulieres virginalem, ſeù cœlibem, aut chaſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur Conſtitutione Conc. Lateranenſis ſub Leone X. quæ habetur ſeſſ.11. in fine. Hoc autem voto Mulierum, ſcilicet paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi. Quinimmò huiuſmodi Mulieres, ſi vitam virginalem, aut cœlibem ſimpliciter, expreſſèque vouerint, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum aut proprijs domibus, vel ſeorſim habitantes, ſupradictis priuilegijs Ordinis, cuius Regulæ habitum deferunt, exemptionemque ab Ordinarij iuriſdictione frui debere, quemadmodum idem Leo poſteà declarauit die 1. Martij 1518. Conſtitutionem autem Pij V. quâ Sorores Tertij Ordinis ad perpetuam clauſuram obſtringuntur, vt fortè loquentem de his, quæ in communi, & in Congregatione viuunt, ad ſupradictas Sorores in Conſanguineorum, vel proprijs domibus habitantes, votumque vnicum expreſſum virginalis, aut cœlibis, vel chaſtæ vidualis vitæ emittentes, de quibus cauetur in dicto Concilio Lateran. correxiſſe, aut immutaſſe, nec quicquam noui iuris induxiſſe.

Et alias cenſuit, Tertiarias domi ſuæ, vel ſuorum Conſanguineorum habitantes, & habitum Religionis geſtantes, nulla exemptione potiri, niſi emiſerint expreſſum votum chaſtitatis, vel cœlibatus, iuxtà decretum Conc. Lateran. ſub Leone X. *ſeſſ. 11.* Cæterum etiam ſi id votum emiſerint, ſi tamen Ordinarij, vel Parochi ius illis adminiſtrandi Sacramenta, etiam tempore Paſchatis, vel alias in eis iuriſdictionem acquiſiuerint, non poſſe ipſas de cætero aduerſus Ordinarios, vel Parochos exemptione vti, ſed obſeruandam eſſe conſuetudinem.

Et cum in Sacra Congregatione Conc. quæreretur: An Tertiarij S. Franciſci, & huiuſmodi vxorati tamen &, extrà clauſtra, vti alij ſæculares in proprijs ędibus, & de ſuis artificijs viuentes gaudeant priuilegio fori Eccleſiaſtici, ac poſſint ad ſeruitia Baronalia, & Vniuerſitatis onera ſuſtinenda compelli? Sacra Congregatio in *Lucerina* reſpondit, huiuſmodi viros Tertiarios in Congregatione non viuentes, priuilegijs Ordinis, cuius habitum geſtant, non potiri, quemadmodum diſertè cauetur decreto generalis Conc. Lateran. Sed ſi ex conſuetudine aliquid iuris in hoc acquiſiuerint, conſuetudinem eſſe ſeruandam. Cumque exponeretur in Sacra Congregatione Immunit. quod Orinthia Diamãtes iuſtaret in Signatura Iuſtitiæ pro remiſſione cuiuſdam cauſæ primæ inſtantiæ ad Vicarium Interamne, ex quo vti Tertiaria Ordinis S. Franciſci, quæ vltimo loco profeſſionem emiſit, vitam virginalem, & obedientiam vouit, & in habitu incedit, gaudeat priuilegio fori? Die 10. Nouembris 1638. Sac. Congregatio Eminentiſſimorum contron. iuriſd. præpoſitorum, inhęrendo declarationibus Sacræ Congregat. Conc. cenſuit, Orinthiam Diamantem Oratricem frui debere priuilegio fori, ſi, vt ſupponitur, habitum Tertię Regulę S. Franciſci aſſumpſerit, & virginalem, ſeù cęlibem, aut chaſtam vidualem, expreſſo voto, vitam egerit, & ſi in proprijs, vel Conſanguineorum, ſeù affinium domibus habitet, & dictum habitum ſuſceperit, & votum emiſerit poſt litem moram.

Cœterum non eſt idem gaudere priuilegijs Eccleſiaſticis, & eſſe perſonam Eccleſiaſticam; Poteſt namque eſſe, quod priuilegium exemptionis fori, & Canonis Eccleſiaſticis de iure competens, ſpeciali priuilegio, vel alia de cauſa alicui communicatum repetiatur, qui tamen ob id non ſit propriè dicendus perſona Eccleſiaſtica; Vndè hoc ſtante, quod aliqui vel non admittunt, vel non aduerterunt, non omnes, qui quomodocumque priuilegio fori gaudent, videntur cenſendi ſub protectione Can.15. Bullæ Cœnæ comprehenſi. Similiter è contrà, non omnes perſonæ Eccleſiaſticæ gaudent exemptione à foro laicò. Poteſt enim eſſe, quod quis aliqua de cauſa, puta criminis, eo expolietur, qui tamen non deſinat eſſe propriè perſona Eccleſiaſtica. Itâ è contrà plures gaudent priuilegio Canonis. Vxores enim Equitum D. Iacobi Alcantarę, Calatrauæ, & ſimilium gaudent priuilegio fori, vt tradit Dian. *par.6. tract.8. reſol.6.* & tamen quis dicat, quod gaudeant priuilegio Canonis? Familia laica Nuncij gaudet ſimiliter priuilegio fori, vt idem Dian. tradit *d. par.6. tract.2. per tot.* non tamen gaudet priuilegio Canonis, cum nullo pacto ſub nomine Clerici comprehendi poſſit. Vxores item Clericorum Coniugatorum gaudent eiuſmodi priuilegio, vt ipſe Dian. tradit cum pluribus *par.3. tract.1. reſol.45. & par.4. tract.1. reſol.41.* Non tamen gaudere poſſunt priuilegio Canonis. Item dicas de filijs legitimis Clericorum, ac de famulis, &c. Quare non valet illatio, gaudet priuilegio fori; ergò eſt perſona Eccleſiaſtica.

At verò, Nouitium eſſe propriè Eccleſiaſticam perſonam tenet Gloſſa in *cap. Religioſo §. quamuis*; Fit enim Eccleſiaſticus per conuerſionem ipſam ad Religionem cum ſuſceptione habitus Sacri, & dedicatione ſui ipſius ad Dei obſequium permanenter ſub obedientia; Quamobrem, admiſſo etiam non eſſe Religioſum, non ſequitur non eſſe perſonam Eccleſiaſticam; minus enim requiritur ad hoc, quam ad illud, ſeù potius dicamus, non eſſe in rigore Religioſum, quatenus Religioſus à relegatione dicitur is, qui per tria vota indiſſolubiliter, & perpetuò ligatur; Si tamem Religioſus dicatur ex ſtatu, & profeſſione Religionis, iſte non poteſt dici Religioſus, & Monachus, vtpotè in Monachatu viuens, & quamuis ſit tantum in via; reputatur tamen prò perſona Eccleſiaſtica, & conſtituta in ſtatu Eccleſiaſtico, iuxtà ea, quæ tradunt Dec. *conſ.* 25. *num.* 3. Angel. *in l.* 1. *ff. de pęn.* Anchar. *conſ.* 96. *num.* 7. & plurimi alij.

Et quidem quoad priuilegium fori certum puto: Quia pertinent ad perſonas exemptas, cum ſint deſtinati ad habitum Religioſum, & in via ad ipſum ſuſcipiendum, & tanquam in ſtatu præparationis. Quod confirmatur: quia ſi Iudices ſęculares, aut etiam Epiſcopi exercerent iuriſdictionem in hos impuberes, inferrent grauamen Religioni, & turbarent ſtatum ipſius. Grat. *diſcept.* 340. *num.* 4. *&* 5. *tom.* 2. Menoch. *de arbitr. centur. vlt. caſ.* 562. *num.* 12. alijque.

Hoc ipſum cenſeo dicendum de priuilegio Canonis: Quia licet hoc priuilegium non extendatur ad res, atque adeò neque ad perſonas, quæ conſiderantur tanquam res perſonæ priuilegiatæ; eſt tamen merè perſonale, cum ſit conceſſum intuitu qualitatis, & dignitatis perſonalis, quæ in eo conſiſtit, quod perſona ſit Deo dicata, & proindè extenditur ad habentes talem Dignitatem; Vndè Nouitij non gaudent priuilegio Canonis, niſi quia ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, Gloſ. *ibid. v. non poſſit in fin. de ſent. excom. in* 6.

Conuerſi verò, atque Oblati, vt vocant, diſtinguuntur à Religioſis Clericis, non quod propriè ſint laici. Hi autem ſi habitum ſuſcipiant, & tria Religionis vota emittant, veri Religioſi ſunt, ac per conſequens perſonæ Eccleſiaſticæ, *arg.* Can. *lex continentiæ* 27. *quæſt.* 1. *& can. non dubium*, Rodriq. *tom.* 2. *quæſt. regul.* 23. *art.* 1. *& tom.* 3. *quæſt.* 78. *art.* 2. Couar. *in cap. Alma Mater par.* 2. §. 2. *num.* 8. alijque. Alij verò ſunt Oblati, ſeù donati, qui ſe, ſuaque offerunt Monaſterijs, etiam perpetuò; non tamen Regulam profitentur, neque habitum ſuſcipiunt, aut ſaltem non ſuſcipiunt proprium aliorum, etſi in aliquo diſtinctum à ſæculari, & hi non ſunt propriè Religioſi, neque perſonæ Eccleſiaſticæ, Nauar. *lib.* 3. *conſ.* 49. *de Regular.* Rodriqu. *d. tom.* 3. *quæſt.* 22. *ar.* 1. & alij.

Cęterum perſonæ Eccleſiaſticę regulariter eæ ſunt, quæ Ordinibus Eccleſiaſticis initiatæ ſunt, vel Dei obſequio ſpeciatim mancipatæ in Religione, Alter. *cap.* 1. *verſ. Perſonas Eccleſiaſticas*; Indè certum eſt, perſonas Eccleſiaſticas eſſe Summum Pontificem, Epiſcopos, Sacerdotes, alioſque Sacris initiatos, & Minoribus, ac etiam prima tonſura, quæ quicquid ſit, an in rigore ſit Ordo, de quo nos alibi, eſt ſaltem quid Ordinis, ſeù diſpoſitio ad Ordines, ac propterea inter Ordines computatur. Et ità tonſuratus in partem, & hæreditatem Domini eſt aſſumptus, & dicitur Clericus, *cap. Cleros* 21. eſtque aliquo modo conſecratus. Qua ratione etiam Clerici Coniugati perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt, etiam ſi in aliquibus non gaudeant priuilegio prędicto. Idemque eſt de Clericis malè promotis. Imo & de degradatis, qui licet extrà gradum, & dignitatem Clericalem conſtituantur; remanent tamen ratione characteris, & poteſtatis indelebilis de ſtatu, & natura Clericorum. Ac rurſus certum eſt, Eccleſiaſticas perſonas eſſe Religioſos omnes, ſeù Regulares, tam mares, quam ſęminas ſub Regula, & habitu approbatis degentes, qui ratione ſtatus, & habitus, cum non ſint amplius laici, ideſt profani, debent dici Eccleſiaſtici, etſi non ſint propriè Clerici. Et iſti propriè debent intelligi ſub nomine Deuotorum Dei, *in d. cap. duo ſunt* 12. *quæſt.* 1. ibi: *Vt ſunt Clerici, & Deo deuoti*, & in cap. *Clericis de Immun. Eccleſ. in* 6. vocantur Eccleſiaſticæ perſonæ, ibi: *Eccleſiaſticis perſonis Regularibus*, de quo Innoc. *in cap.* 2. *de maior. & obed.* Quæ perſonæ Eccleſiaſticæ non decidunt à beneficio perſonis Eccleſiaſticis conceſſo, per hoc, quod ſint cenſuratę, vel pęna notatæ: quia hæc non auferunt priuilegia, niſi aliundè expreſsè ſint degradatæ, vel generaliter priuilegijs Eccleſiaſticis expoliatę, Nauar. *in man. cap.* 27. *num* 79. Duard. *quæſt.* 11. *n.* 59.

At referamus Sacrarum Congregationum declarationes.

Tertiariæ gaudent exemptione à gabellis, quatenus concurrant requiſita Sacræ Congregationis Immun. in *Tudertina* 4. Aug. 1627.

Gaudent priuilegio fori, ſi concurrant requiſita, iuxtà declarationem Congregationis Conc. & Epiſc. ac Regular. Eadem Sacra Congregatio Immun. in *Aſſiſien.* 16. Nouembris 1655. & 10. Nouembris 1638. Sac. Congr. Conc. in vna *Interamnen.* cenſuit, Tertiarias frui debere priuilegio fori, ſi habitum aſſumpſerint, & virginalem, ſeù cęlibem, aut chaſtam vidualem expreſſo voto vitam elegerint, etiam ſi in proprias, vèl conſanguineorum, ſeù affinium domibus habitent, & dictum habitum ſuſceperint, & votum emiſerint poſt litem motam. De quo vide *tom.* 1. *ac* 3. *Conſult.* 34.

Tertiariæ Tertij Ordinis S. Franciſci, ſi habent requiſita, nempè ſi deferant habitum S. Franciſci, viuant cęlibes, & emiſerint votum, licet viuant ſolæ in ſuis proprijs domibus, gaudent pri-

priuilegio fori. Sæpè eadem Sacra Congregatio Immunit. prælertim in *Montiſalti* 2. Aprilis 1669. De quibus, ac de viris Terriarijs alibi etiam.

Quod ad Oblatos, ij, qui ſeipſos, & omnia ſua bona irreuocabiliter obtulerunt, gaudent priuilegio fori, & exemptione. Sacra Congreg. Immun. in *Nicoteren.* 10. April. 1628. Quomodò autem ſeipſos, & omnia bona ſua offerre debeant, vt priuilegio fori, atque Immunitatis gaudeant? Vide decretum Sac. Congr. Conc. in d. noſtro 1 *tom.*

Oblati, qui omnia in d. decreto Sacræ Congreg. Conc. contenta adimpleuerint, fori priuilegio, & ſupradictâ Immun. gaudent, ſiuè ante, ſiuè poſt de licentia Superioris Religionis Matrimonium contraxerint; Sacra Congregatio Conc. teſte Aldano *in comp. can, reſol. lib.* 1. *tit.* 10. *num.* 14.

Oblati etiam quoad delicta ante oblationem commiſſa, fori priuilegio gaudent, & à iuriſdictione Iudicis laici liberati ſunt, puniriquè debent à Iudice Eccleſiaſtico, ſi modò abſque fraude, idest non animo effugiendi Iudicis ſæcularis punitionem ſe, & ſua obtulerint. Quod ſi fraus ſubſit, poſſunt a Iudice laico puniri pœna conſiſcationis bonorum, & alia pecuniaria, ſed non corporali, illique remanent ſubiecti quoad cauſam, & bona, ſed non quoad perſonam. Debet tamen Iudex Eccleſiaſticus, ſi delicti qualitas id expoſcat, tradere tales in fraudem Oblatos Iudici ſæculari, corporaliter puniendos, Sacra Congregatio, teſte eodem Aldano *loco citato num.* 15.

Iuriſdictio tributa Ordinario vigore Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de refor. cap.* 11. in Oblatos, qui ſolemnem profeſſionem non fecerunt, vel qui intrà Religioſarum domorum ſepta non reſidentes, eiſdem Religionibus actu non inſeruiunt, intelligitur in cauſis criminalibus, non autem in ciuilibus, & cumulatiuè, non autem priuatiuè quoad eorum Superiores. Sacra Congregatio Conc. apud Synodum Caputaquenſem *ſeſſ.* 3. *cap.* 7. *num.* 1.

Tertiarij habentes requiſita gaudent exemptione ab oneribus perſonalibus. Sacra Congregatio Immun. in *Spoletana* 19. Aug. 1639.

Vxorati non gaudent priuilegio fori, nec exemptione ab oneribus. Eadem in *Triearicen.* 7. Septembris 1638.

An Iuniores, qui cum ſtipendio inſeruiunt Eccleſiæ Cathedrali, vel Collegiatæ, etiam ſi Clerici non ſint, nequè Clericalem habitum deferant extrà Eccleſiam, gaudeant priuilegio fori in criminalibus prò delictis commiſſis extrà proprium munus, ipſamq, Eccleſiam? Et quid de Immunitate reali? tom. 4. Conſult. 120.

Concluditur, quod Iuniores Clerici, ſiuè perpetuò, ſiuè ad tempus ſeruiant Eccleſiæ, dum tamen ſint ad eius obſequium reipſa deputati: quia non ſufficit ſeruire ſimpliciter, valeant gaudere priuilegio fori, præſertim ſi habitum Clericalem ſemper, & vbique deferant, eòque magis ſi tali obſequio addicti ſint eo animo, vt promoueantur ad Ordines. Quod quidem arbitror non comprobari in pueris, qui prò certo ſtipendio cum veſte talari inſeruiunt Eccleſiæ in Miſſis tantum, & reliquo tempore laicali habitu vacant negocijs ſæcularibus, quorum ſi aliqui etiam reperirentur, quam mercede conducti: hi pueri tamen etiam gaudent ſecundum Cocchier. *de iuriſd. in exemp. par.* 4. *qu.* 93. licet reuera Ordine Clericali non ſint inſigniti. Et iſti creduntur illi, qui obtinent Beneficium, vel Officium Eccleſiaſticum: Nam ex ipſa collatione neceſſariò ſupponenda eſt aliqua qualitas Eccleſiaſtica, & ſpiritualis, ex adductis per Gozal. *ſuper reg.* 8. *gloſ.* 5. *§.* 2. *à nu.* 5. Hinc eos, qui ſolum in accendendis lampadibus, & aperiendis Eccleſiæ ianuis deſeruiunt, non gaudere priuilegio Clericorum declarauit Sacra Congregatio Epiſc. 29. Ianuarii 1603.

An liceat Epiſcopis ante obtentum beneplacitum Apoſtolicum cogere perſonas Eccleſiaſticas ad contributionem cauſa peſtis, belli, ipſamque contributionem exigere? Ac alia decreta circà Immunitatem à gabellis prò Eccleſiaſticis. tom. 4. Conſult. 121. Item tom. 1. Conſult. 101.

Tenendum eſt cum Sacra Congregatione Immun. Eccleſ. quæ in *Cariaten.* 7. Aug. 1657. cenſuit, non poſſe Epiſcopum cogere, nequè ex ſe permittere, vt Eccleſiaſtici contribuant prò iactura mobilium facta occaſione contagij, & in *Cæſaraugustana* declarauit, non licuiſſe Archiepiſcopo ante obtentum beneplacitum Apoſtolicum cogere perſonas Eccleſiaſticas ad contributionem, & multò minus contributionem exigere, ſed cum Sanctiſſimo prò d. beneplacito obtinendo, prò quo inclinat Congr. cum ſit contributio ex cauſa peſtis, & ſic concernens commodum, etiam priuatum perſonarum Eccleſiaſticarum, & quia ipſe præſtiterunt conſenſum prò contributione, obtento beneplacito. Vt ſuper hac re fuit expeditum Breue ab Alexandro VII. Archiepiſcopo Cæſaraugustano ſub die 11. Iun. 1655. vt ibi.

Rationes autem alibi adduximus. Nunc ſolum adnotatur quam religiosè Epiſcopi obſeruare debeant diſpoſitionem cap. *Non minus*, & cap. *Aduerſus de Immun. Eccleſ.* quorum textus alibi fusè explicauimus, nunc ad rem eſſata.

Clerici in Minoribus gaudere debent immunitate à gabellis. Sac. Congr. Immun. in *Montis alti* 10. Nouemb. 1638. In *Florentina* 13. Iun. 1640. & in *Camerinen.* 17. Ian. 1628.

Digitized by Google

Eccleſiaſticæ perſonæ non tenentur ad gabellas abſque licentia Apoſtolica, Eadem in *Materana* 13.Iul 1637.

Clericus ſęcularis, & Regularis eſt immunis à gabellis à laicis impoſitis. In *Parmen.* 1. Decemb.1627.In *Recinaten.*22,Iun.1655.

Etiam à gabella, vt dicitur, *de'contratti*. In *Reatina* 9.April.1647.

Clerici non tenentur ad gabellam impoſitam ſuper paſcua animalium, In *Laquedonen.* 31. Ian.1628.

Clerici gaudent Immunitate fructuum in bonis etiam eiſdem donatis, ibid.

Clerici non tenentur ad ſolutionem gabellæ carnis, In *Aſculana* 30. Maij 1628.

Clerici, etiam ſi non inſeruiant Eccleſię ſunt immunes ab oneribus perſonalibus. In *Aprutina* 6.Mart.1635.

Bona data Clericis in Regno Sicilię quomodò ſint immunia à gabellis, & quandò teneantur ſoluere. Eadem 24.Ian.1623.

Gabella, ſiuè vectigal non ſoluitur in tranſportatione Cadaueris ab vno ad alium locum. In *Firmana* 10.Iun.1653.

Clericus, quamuis abſens, gaudet immunitate à gabellis. In *Salernitana* 2.Iul.1650.

Clericus non tenetur ſoluere gabellam impoſitam ſuper tumulis frumenti. In *Lucerina* 11. Septemb.1634.

Seruientes Eccleſijs non tenentur ad gabellam panis non ingabellati. In *Bouien.*30.Decemb. 1636.

Gabella non eſt ſoluenda prò eleemoſyna frumenti, olei, vini. Eadem 28.Feb. 1658.& in *Valentina* 12.Nouem.1658.

Eccleſiaſtici, attenta quaſi poſſeſſione immemorabili,eximuntur à gabella macinæ. In *Coſentina* 12.Febr.1646.

Reliqua prò tempore peſtis, Vide *tom.2. Conſult.*40.

An, & quatenus, & in quibus Palatia Eminentiſſimorum Cardinalium gaudeant Immunitate? Vbi an in illis fieri poſſit recognitio Cadaueris abſque licentia Iudicis Eccleſiaſtici? Et quid de Epiſcoporum Palatijs? tom.4.Conſult. 122. ac to.6. Conſult. 36.

Tenendum eſt, ad faciendam recognitionem Cadaueris, multoque magis ad exercendum quoſcumque actus iudiciales in Palatijs Eminentiſſimorum Cardinalium neceſſariam eſſe licentiam Ordinarii Eccleſiaſtici. Siuè quia regulariter Palatia huiuſmodi, etiam extrà Vrbem gaudent immunitate inſtar Palatii Epiſcopi, vt ex conſuetudine communi ità obſeruari teſtatur Manfred. *de Immun.* quem refert, ac ſequitur Clar. *in princ. lib.*5. *§.fin. quæſt.*30.*num.*Imò de iure communi poſſe eiuſmodi priuilegium ſuſtineri, & ante Sixtum V. ſeruatum fuiſſe etiam Romæ teſtatur Vaghell.*de notit.Cardin.priuil.*32. *conſecr.d.*3. & ex *cap.Epiſcopus d.*41. Cui quidem iuri Conſtitutiones Greg.XIII. & eiuſdem Sixti non prȩiudicant: quia reſpiciunt dumtaxat Palatia Vrbis, non autem Palatia Cardinalium adhęrentia Eccleſiis ſuorum Titulorum, & ſuę Dignitatis: nam in ordine ad has Eccleſias haberet iuriſdictionem, ſuntque in eis tanquam Epiſcopi, pręcipuè cum in fauoribus, & gratiis Epiſcopis ipſis comparantur ex cap. *felicis de pœn,*nequè Palatia, vel domus extrà Vrbem, vt per Farinac, & alios probatum eſt, maximè ſi in illis conſtructa ſit Capella, in qua functiones ſacrę celebrantur, Guazzin. *ad defenſ. cap.*37.*num.*26.Ciarlin *contron. par.*2.*cap.* 198. *num.*36.Sperell. *deciſ.forenſ. Eccleſ. par.*1.*deciſ.* 49 *ſub v.*8 *ac ſeqq.* Vbi ait libentius id eſſe tenendum ob Dignitatis altitudinem.

Siuè, quoniam negari non poteſt, quin domus eiuſmodi ſint omninò exemptæ à iuriſdictione laica ob generalem exemptionem, quæ conceditur ex iure diuino, & poſitiuo perſonis, ac bonis Clericorum,Sperell. *cit. deciſ.*49. *num.* 1.*& ſeq.*ac iuxtà deciſ.Rotæ in *Albanen.gabellæ* coram Merlino, inter eius impreſſas 902.*n.* 1. Quemadmodum etiam famuli, & Coloni Cardinalium, qui in illis inhabitant ſunt de foro Eccleſiaſtico inſtar famulorum, ac Colonorum Epiſcopi, iuxtà reſolutiones Sac.Congregationis apud Barboſ.in *Sum. Apoſtol. deciſ,* 14.*num.*3.Sperell.*deciſ.*42.*num.*21.

Ideò, cum ſuper his ſaltem cognitio ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, tanquam Superiorem Clerici, Roland à Vall.*conſ.*57. *num.*25. *lib.*4. Sperell.*dec.*12.*num* 65.ſequitur, quod non ſine culpa Iudex laicus propria authoritate ingrediatur eiuſmodi domos ad exercendum ſuam iuriſdictionem,examinando teſtes,& recognoſcendo cadauer,ſicut in domo Clerici propria authoritate publicani,reſpondit Sperell.*cit. dec.* 49.*num.*14.vbi *num.*27. firmat ex hoc tantum dici irrogatam iniuriam Clerico, puniendam ab eius Ordinario, & paulò infrà, habere locum,etiam Bullam Cœnæ contrà impedientes iuriſdictionem Eccleſiaſticam,

Palatium verò Epiſcopi, quamuis locatum,gaudet Immunitate, Sac. Congreg, Immun. in *Aquitanen.*16.Decemb.1666.

An Palatium vnius Menſæ Epiſcopalis exiſtentis in territorio alicuius Diœceſis, gaudeat Immunitate? Gaudere reſpondit eadem Sacra Congreg.dum in eo habitat Epiſcopus, vt in *Caſtren.*8.Iun.1670.ſuperius relata,

In Palatio autem Epiſcopi non poſſunt fieri executiones. Eadem in *Ceruien.* 17. Septembris 1658.

An

An Cuſtodes agrorum ſpectantium ad Menſam Epiſcopalem, vti tales, gaudeant priuilegio fori? tom.4.Conſult.123.

PRò affirmatiua extat decretum Sac. Congregationis Immunitatis in *Tudertina* 29.Ianuarij 1629. hiſce verbis.

Sacra, &c. cenſuit ad Menſam Epiſcopalem Tudertinam ſpectare cognitionem damnorum datorum in bonis Eccleſiaſticis, & perſonarum Eccleſiaſticarum Diœceſis Tudertinæ, necnon pœnas eorumdem damnorum datorum, ideòque cauſam Franciſci Solaroli Miniſtri prò huiuſmodi damnis ab Epiſcopo deputati, cognoſcendam à Curia Epiſcopali, cum gaudeat priuilegio fori, nec poſſe Curiam ſæcularem Boſci contrà eum procedere, nec illum cogere ad præſtandum cautionem de non offendendo per acta eiuſdem Curiæ laicalis.

Et in *Foroſempronien.* 20.Decembris 1667. Cuſtos Syluarum Menſæ Epiſcopalis gaudet priuilegio fori, ſi viuit pro maiori parte anni emolumentis dictæ Cuſtodiæ, & nullum aliud habeat exercitium.

An, & quatenus Epiſcopus in cauſa ſua Menſa poſſit eſſe Iudex, præſertim in perſonas non ſubditas, & bona extrà propriam Diœceſim? Vide de Epiſcopis, tom.4.Conſult.128.

An liceat alicui habere feneſtram in ipſis parietibus Eccleſiæ, à qua poſſit in Eccleſiam proſpicere? Quid de patronis Eccleſiæ, quidue de illius benemeritis, quidue tandem de Parochis? Vide de Eccleſijs. tom.4.Conſult.129.

An electio Nunciorum, quibus Romani Pontificis auctoritas repræſentatur in Regnis, ad quæ mittuntur, omninò pendeat ab eius libera voluntate, &c. Vide de Nuncijs. tom.4.Conſult.134.

An, & quandò concedatur exemptio ab Epiſcopi iuriſdictione? tom.4.Conſult.136. Item tom: Conſult.163. & de Viſitatione. tom.9. Conſult.129.& tandem. tom. 10. Conſult.124. *de Capitulo, & Canon.*

EXemptio nunquam denegatur, quandò concurrit odium, etiam præſumptum, atque oppreſſio, vel ſæuitia Ordinariorum. Ità Io. Faber.in *§.vlt.Inſtit.de his, qui ſunt ſui num.* 7. Cocchier.*de iuriſd Ord.in exemp.* Caſſador. *deciſ. 66.num.4.& 6.* vbi teſtatur, quod Sum. Pontifex in Signatura ſoleat eos eximere, durante lite, nè proptereà Superior ſæuiat, aut iniurioſè aliquid agat contrà ſibi Subditos: Nam propter ipſam litem odium concepiſſe Superiorem in inferiorem poteſt præſumi, aut timeri. Quod etiam affirmant Hoſtien. & Abb. *in cap.2.in quæſt.fall.de ſequeſt.poſſ.& fr.* Pariſ. *de reſign. lib.3. quæſt.11.num.7.* vbi ait Sacram Congregationem Epiſcoporum, ità ſæpè cenſuiſſe, ſeque vidiſſe plures exemptiones ab ea conceſſas ex prædictis cauſis. Ità namque ratio dictat: quia ſuſpecti, & inimici Iudices eſſe non debent, vt decernit Cœleſtinus *III.* in *cap. Secundò requirit de appell.*

Vndè cum ex rebus antèactis conſtiterit de prauo vſu iuriſdictionis Ordinarij contrà Subditum, & ex nouis cauſis maius odiū, ac proindè noua oppreſſio timeri poſſit, iuſtitia, & æquitas exigit, vt ſubditus eximatur ab illius iuriſdictione, nè eius vita, ac bona ſint expoſita ludibrio, & potentiæ irati, atque offenſi Superioris. Guidopap.*dec.62.num.1.*Gram.*dec.104 num.3.& 4.* ac alij. Vndè Rota in *Gerunden. exemptionis* 11. Maij 1628. coram Veroſpio, cuius votum exquiſitum fuerat à Sac. Congregatione Epiſcop.reſpondit, poſſe, ſi videbitur, per Sacr. Congregationem concedi poſtulanti exemptionem, & propter litem, quæ grauis apparet, & calumnioſa viſa non fuit, eius perſonam ad tempus a iuriſdictione Ordinarij eximi, cum id ſit de iure, vt pendente lite, negotium deuoluatur ad Iudicem, ſuſpenſa Superioris iuriſdictione ſuper eadem cauſa, de qua dubitatur, *Cap.cum dilectus, cap.olim,* vbi Gloſ.*de accuſat.*Ripa *in cap. cum M. Ferrarienſis num.196.& 199.de Conſtit.* Vndè ſolet, tam Signatura, quam Sac. Congregatio, vbi litem ipſam grauem, nec temerè ſuſceptam cognouerit, hanc exemptionem, ea durante, concedere: Nec requiritur aliqua probatio maletractationis, aut vehementis ſuſpicionis futuræ ſæuitiæ, ſed ſufficit præſumptio, & quod dubitari poſſit, Specul.*de denuc.§.quis denunciare poſſit tom.13.*Mandoſ.*de inhibit. quæſt.104. nu.5* & alij.

Dictaque exemptio ad Fratres etiam, & Nepotes Clericos extendenda eſt, cum lex præſumat, quod eodem odio Ordinarius ſit eos proſequuturus, vt probat tex.in *l.vn. C. Si quacumq; præd.poteſt.*& explicant ibi omnes.

Idque etiamſi Ordinarius ſit Cardinalis: Concurrente enim legitima cauſa, etiam Cardinales recuſari poſſunt, licet in illis cauſa maior ſit conſideranda, quam in alijs, Rolan. *conſ.19.num.17.lib.3.* Pariſ. *conſ.31.num.97.& ſeq.lib.1.*

Et prædicta facilius locum habent in exemptione à Capitulo, Sede vacante: quia tunc non eſt perpetua, ſed temporalis.

Neque in his caſibus requiritur citatio partis: Quia exemptio fundatur in diſpoſitione iuris quod ea ſit concedenda propter litem. Maximè ſi probentur etiam actus, qui præſumuntur proceſſiſſe propter litem, & non propter aliam cauſam, Ægid.*dec.45.* Archid. *deciſ.16. de priuileg.*

Solet quandòque ex cauſis ſuſpicionis, & ſtylo Signaturæ dari dumtaxat Adiunctus, quod approbauit Innoc. X. 12. Nouembr.1644. prò Duciſſa S.Marci, proponente R.P.D.Pirouano;

Hinc

Hinc quandò Vicarius inſpectus allegatur, datur, ei Adiunctus, vel Delegatus ab Ordinario, nullo autem modò datur Conſeruator.

Adijciam & id. Cum alias quæſitum fuerit genericè: An, & cui Ordinario ſubeſſet Presbyter Carolus, Guarinus, Caſtrenſi nè, è cuius Diœceſi erat oriundus, an Hydruntino, in cuius Diœceſi per plures annos commoratus fuerat, & bona acquiſiuerat? Sac. Congreg. 17. Decembris 1972. reſpondit, ſubiacere vtrique. Quia tamen, deſcendendo ad particulares effectus ſubiectionis, videbatur durum Oratori hoc duplex iugum, citato Agente Epiſcopi Caſtrenſis, ſupplicauit pro reſponſione ad infraſcripta:

1 An poſſit cogi ab Epiſcopo Caſtrenſi ad præſtandum ei obedientiam conſuetam in Dominica in Albis, cum ſub eadem die vocetur ad obedientiam ab Archiepiſcopo Hydruntino? Et quid ſi vocetur ſub alia die?

2. An cogi poſſit ad viſitationem perſonalem quotannis. cum quotannis ab Archiepiſcopo etiam vocetur?

3. An Orator quandò moratur per aliquot dies in Diœceſi Caſtrenſi ob ſua negotia, poſſit ab Epiſcopo cogi ad functiones publicas, vel priuatas in illis diebus obtingentes, ad quas tenentur veri Diœceſani?

4. An Orator, adueniente caſu teneatur ſoluere ſubſidium charitatiuum vtrique Epiſcopo?

5. An teneatur concurrere ad ſolutionem ſpolij cum Clero vtriuſque Diœceſis?

Die 2. Decembris 1673. Sac. Congregatio Conc. auditis vtriuſque Partis Procuratoribus,

Ad 1. & 2. cenſuit poſſe cogi in illa Diœceſi, in qua reperitur.

Ad 3. Reſpondit affirmatiuè.

Ad 4. & 5. reſpondit, eum teneri, vbi poſſidet Beneficium.

Interdum verò eadem Sac. Congreg. Epiſcoporum procedit ad deputationem Iudicis, vt in ſequenti Epiſtola data Archiepiſcopo Brunduſino die 9. Iulij 1639.

Illuſtre, e Reuerendiſſimo Monſignore come Fratello. *Il Marcheſe Doria, e Carlo Imperiale hanno continuamente diffidato della perſona di quel Veſcouo, e per queſto fanno iſtanza à queſta Sacra Congregatione, che nelle loro cauſe, tanto ſorte, quanto da ſorgere, ſi deputi loro vn Giudice; E' parſo à queſti Eminentiſſimi miei Signori di eleggere per queſt'effetto la perſona di V. S. e deputarla per commune quiete delle parti; Sarà dunque contenta di far quanto le viene impoſto, mentre ſi hà da dare ſodisfattione a queſti Eminentiſſimi, e alle parti iſteſſe, e Iddio la contenti.*

Quæ exemptio etiam concedi ſolet toti Communitati, vt conſtat ex ſequentibus literis:

Per le molte iſtanze, e diſguſti paſſati trà Monſignor Veſcouo d'Iſchia, e'l popolo del Caſale di Fiorino di quella Dioceſi, ſi è contentato N. S. di eſimere per lo ſpatio di due anni le perſone, tanto Eccleſiaſtiche, quanto ſecolari del d. Caſale, e ſuo territorio dalla giuriſdittione del Veſcouo, e ſottoporla alla giuriſditione, e correttione di V. S. Illuſtriſſima, la quale per ſe ſteſſa nelle cauſe ciuili, criminali, e miſte la gouernarà, come ſe foſſe proprio Paſtore per lo tempo ſudetto, tanto nella collatione de gl' Ordini, ſecondo le diſpoſitioni de' Sacri Canoni, del Concilio di Trento, quanto in ogni altra occorrenza appartenente al foro Eccleſiaſtico, e del tutto, &c. 1606.

Idem prò quibuſdam Presbyteris Aenariæ, vulgò Iſchiæ ſub 21. Decemb. eiuſdem anni.

Facta relatione ſupradicti Memorialis, placuit Sanctiſſimo concedere Oratoribus exemptionem à iuriſdictione, & ſuperioritate Epiſcopi Iſchiani ad biennium tantummodò, per quod tempus Sanctitas Sua illos ſubiecit gubernio, & iuriſdictioni Illuſtriſſimi Cardinalis Aquanina Archiepiſcopi Neapolitani, & mandauit, prædictam exemptionem, & ſubiectionem expediri per Breue in forma. 14. Iunij 16_6.

Aliud. *Si Sanctiſſimo placuerit, Sac. Congreg. cenſuit, concedendam eſſe Oratoribus, nempè Ciuibus, & Beneficiatis exemptionem petitam, lite prædicta durante, à iuriſdictione Epiſcopi Elnenſis, illoſque ſubijciendos iuriſdictioni Epiſcopi Vicenſis, & ſuper ipſa exemptione concedendum Breue in forma 15. Iul. 1606.*

An liceat Nuncijs Apoſtolicis mittere Commiſſarios in alienas Diœceſes, vt ibi cognoſcant cauſas in prima inſtantia? Vide de Nuncijs. tom. 4. Conſult. 141.

An, & ex quibus præcipuè conuincatur, Hoſpitale, vel Confraternitatem non eſſe titulum beneficialem, & laicos non eſſe incapaces illius regiminis, & adminiſtrationis? tom. 4. Conſul. 143. & de Alienat bon. Eccleſ. hoc eodem tomo Conſult. 21. & to. 8: Conſul. 31.

CONuincitur potiſſimum ex eo, quod non ſit erectum authoritate Ordinarij, & proindè remaneat extrà iuriſdictionem Epiſcopi, ac ſit de iure laicorum, Abb. *conſ.* 31. *num.* 2. *p.* 1. Parlador. *par.* 3. *difficul.* 9. §. 1. & alij: Quia tàm ratione originis, quàm termini continetur intrà fines, & ordinem rerum laicalium, & locus nequè eſt religioſus, poteſt à laica authoritate tolli. Gloſ. *in Clem. Quia contingit* v. *altare de relig. dom* & Abb. *ibidem num.* 2. Ac etiam vt nequè ſit locus Eccleſiaſticus: Quia ſine authoritate Epiſcopi remanſit merè laicalia, ac priuatus, etiam ſi habeat Capellam ad celebrandum, & in illa opera pietatis exercentur, Calder. *de relig. dom.* Rota in *Meliuitana bonorum* 10. Febr. 1651. & 10. Mart. 1652. coram Merlino.

Quinimmò prò titulo beneficij, nequè ſufficeret fundatio auctoritate Ordinarij, & qualitas Eccleſiaſtica, iuxtà verba d. Clem. ibi: *etiam ſi Eccleſia,*

Digitized by Google

cleſiis, & Cap. Cas. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 5. §. 4. n. 12. Qualitas verò laicalis de iure præſumitur continuata, vt in d. deciſ. 122. à num. 1. par. 2. diuerſ.

Et licet concurreret vltimus ſtatus contrarius collatiuus; præualeret tamen antiquus in ipſa fundatione expreſſus, niſi prò mutatione probarentur requiſita neceſſaria, nempè poteſtas, & voluntas Superioris, bona fides, ſcientia, & patientia patronorum cum lapſu 40. annorum, iuxtà deciſ. in Metropolitana hebdomdæ 5. Decembr. 1614. coram Veroſpio, & de adminiſtratione ſunt dec. 304. num. 11. & 381. à num. 8. coram Durano, comprobatæ in Barcinonen. Præpoſiturarum 20. Febr. 1660. coram Cerro. Et de Capellania ad nutum eſt deciſio Volaterana Capellaniæ 27. Iun. 1650. coram Dunozetto.

Similiter, quod, ſi ſuper huiuſmodi Hoſpitali, vel Capellania oriatur controuerſia aliqua, cum non ſit de iuriſdictione Epiſcopi, pertinebit ad Iudicem ſæcularem eam decidere: Abb. conſ. 31. num. 1. par. 1. Cabed. de patron. Reg. Cor. cap. 38. num. 6. & alij. Reliqua vide cit. conſ.

An Epiſcopus compellere poſſit Regulares ad intereſſendum generalibus, ſiuè Synodalibus Congregationibus prò tuenda immunitate Eccleſ. tam ob commodum ſæcularium, quàm Regularium? Vide de Synodo. tom. 4. Conſult. 176.

An Inquiſitores hæreticæ prauitatis habere poſſint familiam armatam? Et quæ arma eorum familia deferre poſſit? Vide S. Officio. tom. 4. Conſult. 179.

An Principes, vel Magiſtratus Sæculares aſsiſtere poſſint cum Inquiſitoribus in cauſa hæreſis, vel quonis modo ad S. Officium ſpectante? Vide de S. Officio. tom. 4. Conſult. 180.

Quo iure prohibitum ſit Iudæis conducere vectigalia Principis ſæcularis, illaque per ſe ipſos exercere? Vel etiam conducere bona Principis ſæcularis, vel priuatorum? An eadem prohibita ſint Iudæis ex Conſtitutionibus Pontificijs? Et an ijdem, ſiuè alij Infideles præfici poſſint Chriſtianis? Vbi eſſata varia de Iudæis. Vide de Iudæis. tom. 4. Conſult. 192.

An liceat iurare per Sanctos, & per S. Euangelia? Vide de Iuramento. tom. 4. Conſult. 203.

An, & quatenus Epiſcopo liceat viſitare Hoſpitalia, ac cæteros locos pios, & rationem adminiſtrationis exigere? Vide de Viſitatione. tom. 4. Conſult. 204.

De ſalutatione à Concionatore facienda. Vide de Concionatoribus. tom. 4. Conſult. 219.

An Scripturæ publicæ, & apochæ in ditione Eccleſiaſtica ſint aſſeruandæ in Archiuio Apoſtolico, ſeù Communitatum, an verò in Curijs Epiſcopalibus? tom. 4. Conſult. 210.

CVm hæc controuerſia orta eſſet inter Epiſcopum, & Communitatem Ciuitatis Caſtelli, Sac. Congregat. Conc. cenſuit, ſcripturas omnes rogatas à Cancellario Epiſcopali, tanquam Cancellario illius Curiæ, eſſe aſſeruandas in Cancellaria ipſius Epiſcopi.

Id conſtat ex ſequenti atteſtatione: *Nos Scipio S.R.E. Presbyter Card. S. Suſannæ fidem facimus, & atteſtamur in Regiſtro literarum Sac. Congregationis Conc. extare literas ad Vicarium Peruſinom vnà cum libello infraſcripti tenoris, videlicet: Admod. R. D. cum actum eſſet in Sac. Cong. Card. Conc. Trident. Interpr. de aſſeruatione ſcripturarum fori Epiſcopalis Ciuitatis Caſtelli inter Epiſcopum, & Communitatem eius Ciuitatis, Sac. Congr. auditis partibus, cenſuit, ſcripturas omnes rogatas à Cancellario Epiſcopali, tanquam illius Curiæ Cancellario, eſſe aſſeruandas, & cuſtodiendas in Cancellaria ipſius Epiſcopi, & nè in huiuſmodi ſcripturarum ſeparatione oriantur controuerſiæ, & ſcandala, tibi, quod facilius committendum duxit, vt illuc te transferas, & ſcripturas in folio his literis adiuncto, exaratas, ac ſi quæ aliæ rogatæ fuerint à Cancellario Epiſcopali: tanquam illius Curiæ Cancellario, ſepares à ſcripturis Archiuij Communitatis, & ad Cancellariam ipſius Epiſcopi deferendas cures. Quod prò tua diligentia ſedulò efficies, & benè valebis in Domino. Romæ 19. Septembris 1625.*

Ad euitandas verò diſſentiones, & ſcandala, quæ in ſeparatione huiuſmodi ſcripturarum oriri poſſent, fuit eidem Sac. Congregationi ſupplicatum, vt prò conſueta benignitate dignaretur declarare, infraſcriptas ad Curiam Epiſcopalem pertinere, cum clauſula *ſi quæ aliæ, &c. Proceſſus, & acta ciuilia, criminalia, & mixta facta in foro Epiſcopali. Sententiæ in eiſdem cauſis latæ. Compoſitiones cum reis inquiſitis in Curia Epiſcopali. Præcepta, & decreta quæcumque inter perſonas Eccleſiaſticas, aut etiam laicas in cauſis, & negotijs ſpiritualibus, vel alias ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus. Edicta cuiuſuis generis. Statuta, & Ordinationes Eccleſiarum. Mandata procuræ prò gerendis negotijs Epiſcopatus. Scriptura mulctarum, & pœnarum. Item ſupplicationum, & abſolutionum. Acta Synodi. Viſitationes Eccleſiarum, Monaſteriorum, & piorum locorum, eorumque decreta. Regiſtra Bullarum Apoſtolicarum ad eandem Curiam directa. Collationes, & inſtitutiones beneficiorum, eorumque concurſus, & renunciationes, & permutationes, & Scripturæ omnes beneficiales. Inſtrumenta traditionis poſſeſſionis eorumdem beneficiorum. Vniones beneficiorum. Erectiones Parochialium beneficiorum, Capellarum, & Fontis baptiſmalis. Acta cognitionum Canonizationum, patronatus, tam Clericorum, quam laicorum, ſeù miſtorum. Scripturæ*

con-

Digitized by Google

concernentes executionem diſpenſationum Matrimonialium, & aliarum literarum Apoſtolicarum. Remiſſiones denunciationum, & aliæ ſcripturæ Matrimoniales. Explorationes voluntatum Nouitiarum, licentiæ profitendi,& aliæ huius generis ſcripturæ ad Monaſteria Monialium ſpectantes. Interpoſitiones authoritatis, & decreti in renunciatione Nouitiorum, & alienationibus aliarum perſonarum fori Epiſcopalis,& inſtrumenta Monialium. Licentia accedendi ad Monaſteria Monialium, aut in ea ingrediendi. Scripturæ Ordinationis, & Collationis Chriſmatis. Monitoria ad finem reuelandi Approbationes Confeſſariorum, & Curatorum. Dimiſſoria, & Commendatitiæ. Licentiæ prò Parochis, Canonicis, & alys Clericis abſcedendi è Diæceſi,cum literis teſtimonialibus. Scripturæ erectionis, & inſtitutionis Seminarij. Item locationis in emphyteuſim bonorum Epiſcopatus, & aliorum bonorum Eccleſiaſticorum. Sac.Congreg.&c.cenſuit, ſcripturas expreſſas, & ſi qua alia rogatæ fuerint à Cancellario illius Curiæ, eſſe aſſeruandas in Cancellaria ipſius Epiſcopi. Romæ 5. Nouembris 1625.

Res furto ablata, quarum Dominus non reperiatur, ad quem ſpectent? tomo 4. Conſult. 211.

AD Fiſcũ etiam Epiſcopi,qui etiã habet Fiſcũ, vt alibi probatũ: Nam carent domino,atq; adeò ſunt vacantes,ſiuè bona caduca,Peregr.*de iur. Fiſc.lib.4.tit.3 num.2. in princ. & num.* 29. cum ibi relatis; Res autem vacantes Fiſco deferuntur ex cõmuni ſententia penes Guazzin. *de Confiſcatione pag.*47.num.1.

Quod ſpeciali iure procedi in Ditione Eccleſiaſtica ex Conſtit.37.Sixti V.qua cauetur, quod res, pecuniæ, aliaque apud fures reperta, applicentur Fiſco, ſi per Menſem poſt ſententiam verus illorum Dominus non comparuerit.

Vel dicendum eſt, quod verus Dominus habeat illas prò derelictis. In quo caſu illarum inuentor, ſi res alienas in ſuos verteret, furtum committeret, Can.*ſi quod inueniſti* 14. *quaeſt.*15. & l.*falſus* §.*qui alienum ff.de furto*. Et ideò tradendæ ſunt Sum.Pontifici, vel Epiſcopo,vt in in piam cauſam eorum arbitrio erogentur, Can.*Sanè ibidem*, & communiter Canoniſtæ in *cap.cum tu de vſur*,

An Epiſcopo ſternuenti Magiſtratus Sæcularis, vel Gubernator, qui adeſſe ſolent, quandò ille celebrat Pontificaliter, ſalutem dicere teneantur, caput reuerenter,detegere, atque, inclinare, & officiosè eum ao agere? tomo 4. Conſult. 220.

MAximè. Etenim veteres Sternutamenta venerabantur: quia ſpiritus illa ſacros æſtimabant prouenientes è capite, quod diuinum habebant. Similiter ijs plaudebant: quia ſanitatis ſigna eſſe putabant. Item in Sternutatione ſalutem ſternuentibus præcabantur, vt benè, ac fauſtè illis ſuccederet, cum accidens ſternutatorium ab idolatris credebatur augurium ſiniſtri, vel felicis euentus. Sunt, qui opinatur per Italiam lue paſſim homines ſternutamento animam afflaſſe, ex quo factum, vt ſternuentibus in magno quippè diſcrimine ſalutem cæteri precarentur. Qui mos exindè relictus, hodièque viget, vt honorem habeamus ſternuenti, eumque ſalutere officiosè iubeamus. At hi euincuntur teſtimonio antiquitatis, vt conſtat ex ſubiectis auctoritatibus, nominatim ex Plinio, dicente, quod Liberius Imperator triſtiſſimus hominum, & qui religioſis hiſce officijs minimè capiebatur, nonne dum vehebatur Curru per Vrbem ſternuenti honorem habebat ipſe, ſibique ab alijs exigebat? Et ſanè ea ſalutatio, quæ ſternuenti impertimur, non eſt ſalutis imploratio, ſed veneratio eſt, atque honoris ſignificatio, ſicut cum obuios amicos ſalutare conſueuimus, non eis quaſi aliquid aduerſi acciderit præſentem opem, ac ſalutem precamur, ſed officij cauſa honorem ſalutando habemus. Sed vt ſecumque res haberet, hodiè quoque mos iſte vrbanitatis obſeruandus eſt, præcipuè in Viros Magnates, & Eccleſiæ Præſules.

Vide Ariſtotelem *problem.7.q.*11.*ſect.*33. & *in hiſtor.animal.lib.*1.*cap.*11. Alexan.ab Alex. *lib.* 2. *gen.dier.cap.*26.Ariſtenet.*ep.*5.S.Auguſt.*ſerm. de temp.*241.& *de Doctr.Chriſt.lib.*1.Albert. Mag. *de animal.lib.*1.*tr.*2.*cap.*8.& alios multos.

An quandò Imperator, Rex vel Princeps donat alicui Eccleſiæ Ciuitatem, Terram, aut Pagum, eo caſu cenſeatur ſe abdicaſſe omnem ſuperioritatem, adeòut nullum penitus alti dominij ius illi amplius in re donata competat? tom.5. Conſult. 1.

TEnendum eſt, quod bona Eccleſiæ conceſſa per Principes ſæculares, ſiuè ſupremos, ſiuè inferiores, etiam ſi ſint Oppida, Caſtra, Ciuitates, ac loca iuriſdictionalia, cenſeantur conceſſa in allodium, non autem in feudum; niſi expreſsè dicatur, & prò eo ſoluatur ad hoc, ideoque dicuntur effecta bona Eccleſiaſtica, ac Deo ſacra, vt in ſpecie Caſtrorum, & locorum Regni Neapolitani Eccleſijs à Regibus conceſſorum, docet Iſernia, ſpeciatim in *Conſtit.Regni Iuſtitiarii nomen in fin.*vbi etiam Affict.& alij.Franc.*dec.*131. *in princ.* & latè à Pont.*dec.*2.*num.*19.*ferè per tot.et in lect.feudi* 1. *in prælug.num.*72.Capic.Latr.*Conſult.*74.*numer.*206.poſt plures alios,Spad.*conſ.*6.*et* 6. omninò videndus; Vndè ex opinione communiſſima habetur, cum donatione facta cuicumque Eccleſiæ debere intelligi donatam iuriſdictionem, ſi non exprimitur eſſe reſeruatam, vt ex Dottori-

ctoribus, quosconge rit Bellete *diſquiſ. Cler. p. 1. de fau. Cler. verſ. 3. num. 17.*

Idque præſertim quandò bona donata non ſunt deſcripta in Quinternionibus Regiæ Curiæ, vel Principatus, quod eſt eſſeriale requiſitum feudorum, quæ proindè quaternata dicuntur, Bilot. *quæſt. feudal. 44. et 45.* ac cœteri. Item quandò prò illis non ſoluitur ad hoc, quæ ſucceſſie loco ſeruitij fendalis, & ſoluitur prò omnibus feudis, vt per Doctores ſupra citat. Ac item quandò non agitur de aliquo Caſtro, vel loco iuriſdictionali, & cum iuriſdictione per Regem conceſſa in laicos: Quo caſu diffiсilis eſt quæſtio, de qua à Ponte *d. dec. 2.* & Spada *d. conſ. 5. et 6.* An ſcilicet à Sententijs, & grauaminibus Epiſcopi, vel Prælati per laicos Vaſallos appellandum ſit ad Regem, vel ad Papam, ſed agitur in nudis prædijs de ſui natura allodialibus, de ſpolianda Eccleſia, ſeù ea turbanda in poſſeſſione, ac perceptione ſuorum fructuum, Atque itidem quandò non agitur de gratuita donatione, vel conceſſione facta à Principe per viam inueſtituræ, ac gratiæ, ſed de contractu merè correſpectiuo permutationis, tanquam inter priuatos cum beneplacito Apoſtolico in forma *ſi in euidentem*. Et eandem quandò bona fuerint donata ſub expreſſa narratiua, & promiſſione, quod eſſent immunia, & libera cum omnibus iuribus, nulla re excepta, vel reſeruata; Quod manifeſtò repugnat feudo, cum ſit ſeruitus, & importat ſolum dominium vtile; Vndè propterà qualitas feudi laicalis ad effectum competentiæ fori, nè remotiſſimè quidem prætendi poteſt.

Loca autem, & Territoria, quæ donãtur Eccleſiæ, non poſſe amplius grauari oneribus à Principe ſæculari, qui ea donauit, per ſe iuri conſonum eſſe aſſeruit Mandel. *conſ. 62. num. 29.* per doctrinam Hoſtien. *in Sum. de Immun. Eccleſ. §. Sed ne illa immunitas*, Iacobin. de S. Greg. *in inueſt. feudi v. in feudum*, & alij; Nam dum Eccleſijs traduntur, eò ipſo eximuntur à dominio, & poteſtate laicorum, & ex ſpeciali iure ſub dominio Chriſti Domini conſtituuntur per omnimodam poteſtatem; ità vt tale dominium Chriſti in his Eccleſiarum bonis ſit proximum, & immediatum, illique dicatur acquiſitum, tanquam principali Domino, Innoc. in *cap. cum ſuper num. 3. de cauſ. poſſ. & propr. & in cap. verum num. 2. de for. comp.* Afflict. *deciſ. 361. numer. 22. & ſeqq.* Suar. *in reg. Angl. cap 17. & 18. num. 5. & 7. & cap. 21. num. 5.* Rot. Romana in *Abben. gabella* 28. Iun. coram Merlino *dec. 902.*

An quandò agitur de cauſa feudi laicalis, quod Eccleſia à Principe ſæculari recognoſcit, recurſus ad eiuſmodi Principem, ſiuè eius Miniſtros, ſit licitus? Vbi de cauſis pertinentibus ad forum Eccleſiaſticum, ac de mixtis plura, ſed in compendium redacta? to. 5.

Conſ. 2.

Affirmatiuè, tum omnium Doctorum ſententia, quæ docet, Eccleſiam, ſiuè Clericos in cauſa feudali ad forum ſæcularem trahi poſſe, & debere, ſiuè de proprietate, ſiuè de poſſeſſione, hoc eſt, ſiuè petitorio, ſiuè poſſeſſorio iudicio agatur, ità quidem, vt in tali cauſa coram Domino feudi, coram quo iuramentum fidelitatis præſtitit, etiam ſi ipſe Dominus ſit laicus, conueniri quoque poſſit, ac debeat, per tex. in *cap. ex tranſmiſſa, & cap. verum de for. comp.* vbi Abb. *num. 6.* ac Felin. *num. 3.* Soccin. & firmant Dec. in *cap. cæterum num. 22. & ſeqq. de iudic.* Bartol. *conſ. 375. col. fin.* & innumeri alij. Et ità ſeruari, ac de veriori, & communiori ſententia teſtatur Scapp. *lib. 2. de iur. non ſcrip. cap. 61.*

Ratio autem eſt: quoniam ſub hac conditione a iure approbata, feuda conceduntur, & in his, quę Clericus, vel Eccleſia tenet in feudum à Principe, fungitur iure priuati, & ſubijciuntur ipſi, diciturque eius Vaſallus. Et quia ex dominio directo feudi oritur neceſſariò ius cognoſcendi cauſas ipſius, & feudatarius accipiendo feudum, conſtituit ſe in ijs, quæ ſunt feudi, ſubditum Domini, nec Dominus procedit contrà illum, tanquam contrà perſonam Eccleſiaſticam, ſed tanquam contrà Ducem, Marchionem, Baronem, &c. Et ità expreſsè tenet, ac deciſum refert in materia iuriſdictionis criminalis Capyc. *dec. 27. num. 28.* Afflict. in *cap. 1. §. Item ſi Clericus num. 1. de cap. corad.*

Indèque fit, quod à decretis Prælati feudatarij appellatur ad Principem; Iudex autem appellationis dicitur ſuperior: quia appellatio ſupponit ſuperioritatem, & maius imperium, vt benè aduertit Luc. de Pont. in *l. contrà publicum col. 24. C. de re mil. lib.* 12. Et ideò Prælatus, qui iuriſdictionem temporalem habet à Principe, appellationi ad eum interpoſitæ ſtare debet per tex. in *cap. Romana. §. debet.* ibi: *Niſi fortè de conſuetudine, priuilegio, ſiuè alio iure, etc. de appell. in 6.* Felin. *in cap. ſolita de maior, et obed.* Bart. *in l. ſi quandò C. de appell.* & alij.

Ex quo etiam oritur, feudatarium Eccleſiaſticum ad forum directi domini teneri, ſicuti tenetur laicus; Atque idcircò laicus Dominus feudi excuſari poſſit ab excommunicatione traheus feudatarium Eccleſiaſticum ad ſuum forum in his omnibus, in quibus traheret laicum; Vndè Eccleſiaſticus, etiam ſi lege non teneretur,

tur; ex pacto tamen, & promiſſione remanet obligatus, Iaſ. in *l.placet. num.*22. *C. de Sacroſ. Eccleſ.*& facit *cap.Verum*, vbi Abb. & alij *de condit.appoſ.*

Limito tamen hanc ſententiam, vt non procedat, ſi ageretur de reparatione, & ſatisfactione Domino feudi facienda, In hoc enim caſu Eccleſiaſticus coram Iudice Eccleſiaſtico conveniri debet, Fariuac. *loc. cit.* & Villalob. in *com. opin.v.Clericis num.*70.

Item limito, vt ſi Clericus feudadatarius deliquerit contrà fidelitatem, non poſſit à Domino feudi ſeculari corporaliter puniri, niſi feudum ſit Eccleſiæ, *arg.d. cap. verum de for.comp. d.cap.cæterum de iudic.*Clemen. *Paſtoralis de ſententet re iudic.* vt communiter docent Doctores, quos ſequitur Bonac.de *legib.diſp.*10.*quaſt.* 2.*par.*1.§.4.*num.*4.*et ad Bull. Cæn.cap.*15. *quaſt.* 16.*ſect.*1.*pun.*9.*num.*6. Quippè in feudo Eccleſiæ eſt quid ſpeciale: quia delictum perſonæ non debet nocere Eccleſiæ, vel in eius detrimentum redundare, *cap.delictum* 76.*de reg.iur. in* 6.

Non ſolum igitur perſonalis diſtrictio prohibetur, & in hoc caſu præponderari debet conditio Eccleſiaſticę perſonę, cuius iura anteriora ſunt, aut potiora iure feudi, Abb.in *cap. Nimis de iur.iur.*Innoc.& Butr.in *d.cap. Verum*; Sed vlterius, ſi contrà Clericum Vaſallum agatur ad amiſſionem feudi criminaliter, vel ciuiliter, propter crimen, non poteſt de hoc cognoſcere Dominus feudi, ſed remittenda eſt cognitio ad Prælatum ipſius Clerici, etiamſi feudum ſit paternum: Quia de crimine Clericorum laicus nec directè, nec indirectè cognoſcere poteſt, Fagnan.in *cap. cæterum num.*29.*et* 20.*de iudic.*Hoc enim caſu Prælatus Eccleſiæ conſiderandus eſt tantum vt Procurator ex *cap.* 2.*de donat.*atque ità trahendus dumtaxat quatenus patitur procuratio; Vnde ob Prælati delictum Eccleſia non poteſt amittere feudum, ac proinde in delictis Prælatus conueniendus eſt tanquam Feudatarius.

Declaratur id primò, vt locum habeat, ſiuè feudum proueniat à laico, ſiuè ab Eccleſia, Oſtenſ. in *d.cap.Cæterum n.*10.Io.Andr.*num.*3.

Declaratur ſecundò, dummodò quæſtio feudalis ſit inter duos Vaſallos, quia ſcilicet vterque ſe aſſerit Vaſallum, nec reuocatur in dubium, quòminus ſit feudalis, ſed ſolum controuertitur quis eorum ſit prior in feudo, Tunc enim quæſtio agitari, & terminari debet coram Domino feudi, vt *cap.Imperialem* §.*præterea de prohib.feud.per Frider.*

Tertiò declaratur, niſi inter Dominum, & Vaſallum, vel inter Vaſallos agatur perſonali actione, quæ non ſit de feudali iure, licet contrà rem feudalem agatur, puta pignoratitia, vel depoſiti, &c. Innoc.in *d. cap. cæterum de iudic.num.*2 *et* 4.Oſt.*num.*10.

Quartò. Niſi quæſtio ſit inter Vaſallum, & aliū non Vaſallum actorem: Quia tunc dominus non cognoſcit, nè ſit Iudex in ſua cauſa, ſed Ordinarius Vaſalli, vt in *dicto cap.cæterum, et in d.cap.Imperialem* §.*penul.*Innoc.*num.*2.

Quintò. Vt locum habeat, ſi agatur in iudicio petitorio, ſecus in poſſeſſorio.

Sextò. Vt reſpectu Clericorum habeat locum, ſi cauſa feudalis ſit merè ciuilis, ſecus verò ſi contrà Clericum Vaſallum agatur ad amiſſionem feudi criminaliter, vel ciuiliter propter crimen, Innoc. in *d. cap. Verum num.* 2. *de foro comp.*

Septimò. Vt non procedat in Vaſallo Clerico ſpoliato: quia non cognoſcit dominum feudi, ſed ſtatim ſpoliator per Iudicem Eccleſiaſticum eſt cogendus reſtituere Clerico quod rapuit: Nam violentus eſt Sacrilegus, quod crimen Eccleſiaſticum eſt, *Can.in Canonibus* 16 *quaſt.*1.

Vltimò. Declaratur, dummodò Vaſallum coram Domino feudi poſſit iuſtitiam conſequi, alias enim Ordinarius erit adeundus, *d. cap.cæterum v.quandiù parati fuerint*, & not. Gloſ. *in princ.* Abb.*num.*12.

Nota hic opportunè, quod prò recurſu habito ad Iudices laicos requiritur, quod relaxetur declaratoria, ſecundum deciſionem Rotæ 255. *num.*2 *par.*3. *recent.* Item, quod probetur factum per recurrentes, prò quo non ſufficit probatio præſumptiua ex eorum commodo. Et inſuper notandum, quod, probato recurſu, non eſt locus cenſuris, quandò non eſt conſumatus cum inhibitionibus laicorum contrà Epiſcopos, eorumque Vicarios, ſed eſt reſtrictus ad ſimplices literas extraiudiciales Magiſtratus laici.

Cauſæ verò pertinentes ad forum Eccleſiaſticum, in quibus, ſi quis impediat Ordinarios Eccleſiaſticos per recurſum ad Iudices laicos, incurrit in cenſuras contentas in Bulla Cœnæ Domini *cap* 14 *et in cap. Quoniam de Immun. Eccl. in* 6.ac in alijs Apoſtolicis decretis, & Conſtitutionibus, Rot. in *Monopolitana penſionis* 17. Decembr.1646. coram Bichio, in qua firmatur, id procedere, quacumque conſuetudine non obſtante. Summatim iſtæ ſunt:

Cauſę omnes, tam Ciuiles, quàm Criminales Clericorum, etiam Coniugatorum, & omnium Eccleſiaſticorum, in quibus ipſi ſunt Rei, ſecus ſi ſunt Actores, niſi habeatur de conſuetudine, quod tribunalia Eccleſiaſtica ſint communia: quia tunc recurrere poſſunt ad Iudicem Eccleſiaſticum, vel ſecularem ad libitum, vel niſi conquæri velint de ſuis malefactoribus, maximè in defectum Iudicis ſæcularis. Ità Sac.Congreg.Immun. in *Troienſi* 26.Ion.1629 ex *cap.cum ſit generale de for.comp.* Non tamen vbi Tribunalia ſunt cōmunia, Epiſcopus prohibere poteſt Clericis, nè laicos citent in foro ſæculari, dum cauſa eſt profana, ex Sac.Congreg. Epiſcop. in *Recinatenſi* 10. Ianuar.1594. & in *Nullius Piſcien.*2.Maij 1601. Fabrica verò Eccleſiæ, ſi vult, poteſt trahere

Reum

Reum ad forum Eccleſiaſticum. Quod etiam quiſque facere poteſt in actibus voluntarijs, & extraiudicialibus.

Cauſæ laicorum delinquentium vnà cum Clerico. Sacra Congregatio Epiſc. 10. Decembris 1593. in *Nucerina* & Rota in *Florentina domus* 10. Iunij 1595. coram Seraphino; Vndè cauſa laicorum culpabilium in fuga Monialis ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum. Sacra Congreg. Epiſc. in *Raguſina* 6. Apr. 1619. Hinc, cum in Sacra Congregatione Immun. 18. Iulij 1651. proponeretur ab Epiſcopo Mantuano. *Come eſſendo ſtati carcerati dalla Corte ſecolare di Mantoua alcuni Sacerdoti con altri laici preteſi Monetarij, e dopo tenuti nelle Carceri con licenza di Monſignor Veſcouo in nome ſuo, doue tuttauia ſi cuſtodiſcono per maggior ſicurezza, ora egli ſupplica l'EE. VV. per la riſolutione de' ſeguenti dubij.*

Primo. Se egli può formare il proceſſo per l'intereſſe degl'Eccleſiaſtici, e conoſcer la cauſa congiuntamente con la Corte Secolare?

Secondo. Se può delegare per formar detto proceſſo inſino alla ſentenza eſcluſiuamente il Giudice Secolare?

Terzo. Se facendoſi il proceſſo nella Corte Veſcouale, ſi poſſano communicare gl'indicij reſultanti da quello contro i laici?

Quarto. Se perſiſtendo la Corte ſecolare in negar di communicare alla Veſcouale il ſuo proceſſo nella parte concernente gl'Eccleſiaſtici, mentre che all'incontro non ſi communicano parimente ad eſſa gl'indicij, che riſultano da quello, che ſi formarà nel foro Veſcouale, debba il Veſcouo rilaſciare detti Eccleſiaſtici, perciòche contro di eſſi non hà indicij, e nè meno il corpo del delitto?

Ad 1. Reſpondit, Epiſcopum non poſſe coniunctim procedere, ſed ad ipſum ſpectare integram cognitionem totius cauſa.

Ad 2. Eundem Epiſcopum non poſſe delegare Iudicem laicum.

Ad 3. Non poſſe proceſſum communicare.

Ad 4. Non poſſe de iure procedere, ſed debet facere diligentias prò habendo proceſſu, & corpore delicti. Quod ſi non habuerit, dimittat Sacerdotes carceratos cum cautione de ſe repreſentando.

Cauſæ hæreſis, & matrimoniales, ac vbi de iure diſceptatur circà vſuras, ſeu cenſuras, & alia, quæ ſecundum Canones, non autem ſecundum leges ciuiles decidi, ac iudicari debent. Cauſæ verò Matrimoniales, etiam vxorum à ſuis viris fugientium, ſpectant ad forum Eccleſiaſticum, etiam inter Hæbreos, & Epiſcopus debet eas cogere ad eorum viros redire; Niſi vxores Hæbreæ aufugerint, vt Chriſti fidem amplecterentur, quo caſu ſunt protegendę, & adiuuandæ. Eadem Sacra Congreg. in *Cremonenſi* 11. Octobr. 1580. quæ cauſæ ſpectant ad Epiſcopum priuatiuè, non ſolum quoad Iudices Sæculares, ſed etiam regulariter quoad omnes Iudices Eccleſiaſticos inferiores.

Cognitio cauſarum ſuper bonis emphyteoticis Eccleſiaſticis ratione confinium, & ſimilium, ad Curiam Eccleſiaſticam ſpectant; laici tamen non gaudent priuilegio fori, ex eo ſolum, quod teneant in emphyteuſim bona Eccleſiaſtica. Sacra Congr. Immun. in *Liparienſi* 26. Iun. 1629. in *Aquenſi* 15. Iun. 1657. *in cap. authoritate 4. de priuil. in 6.* Multò minus Abbas exercere poteſt iuriſdictionem ſuper perſonas Eccleſiaſticas in præiudicium Ordinarij, ex eo tantum, quod teneant in emphyteuſim bona ſuæ Abbatiæ, *d. cap. authoritate*, & Sacra Congregatio Epiſc. in *Fanenſi* 18. Iun. 1597.

Cauſæ damnorum datorum per Clericos, & Eccleſiaſticos, vel per eorum animalia in bonis quibuſcumque, tam Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, quam etiam laicorum ſpectant ad Curiam Eccleſiaſticam priuatiuè, Sacra Congr. Immunit. in *Taracinenſi*, de qua in 2. tomo ſupra diximus.

Cauſę mixti fori, in quibus Eccleſiaſticus Iudex per citationem præuenit; In his enim cauſis Iudex, qui præuenit realiter cognoſcere debet de cauſa. In contumacia verò vterque cognoſcere poteſt, Sacra Congregatio Immun. in *Cæſenatenſi* 16. Iul. 1626.

Cauſæ vero mixti fori ſunt: Vſura, quandò agitur criminaliter; Ciuiliter verò ſi oritur quæſtio iuris, an contractus ſit vſurarius; & principaliter de hoc cognoſcendum, tunc cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum. At ſi incidenter per modum exceptionis apponatur, contractum eſſe vſurarium, vel mandari reſtitui vſuras, iam ſolutas, poteſt etiam coram laico, Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 3.* Clar. plenè *quæſt. 37.* ſiuè quandò non agitur de iure, ſed de facto ad puniendum crimen vſuræ, Dian. *par. 1. tract. reſol. 77.* Non tamen Princeps, vel Magiſtratus ſæcularis poteſt erigere nouum Tribunal ad cognoſcendum crimen vſuræ, Sacra Congregatio Epiſc. in *Dertonenſi* 31. Ianuarij 1596. Vbi verò pœnę laicorum contrà vſuram, & ſimiles caſus ſunt maiores illis, quæ imponuntur in foro Eccleſiaſtico, Iudex Eccleſiaſticus, qui præuenit, finita cauſa, debet dare copiam proceſſus Iudici laico inſtanti, vt ſuppleat pœnas ſuæ pragmaticæ, quas Eccleſiaſticus minus impoſuit, nec ob id dicitur iudicari bis in idipſum, ſed prima ſententia ſuppleri; Niſi tamen pœnæ laicales eſſent mortis, vel mutilationis: quia tunc non debet dari copia propter timorem irregularitatis. Sac. Cong. Epiſc. in *Sulmonenſi* 22. Auguſti 1586. In *Meliteuſi* 16. Iun. 1592. In *Vercellenſi* 22. Decembris eiuſdem anni, ac in *Barenſi* 17. April. 1657. Vndè in delictis mixti fori, quamuis Reus fuerit abſolutus ab vno ex Iudicibus, puta Eccleſiaſtico, poterit nihilominus prò eodem delicto puniri à Iudice ſæculari, neque abſolutoria data ab vno foro faciet rem iudicatam in altero, Bald. *conſ. 260. vol. 2.* Imò ſi fuit punitus ab vno, poterit denuò ab alio grauius puniri, Felin. *in cap. de his num. 10. extr. de accuſat.*

cuſat. Alciat. *in cap.* 1. *num.* 128. *extr. de Offic. Ord.* Licet ſecus ſit in punito à Iudice laico; tunc enim iterum puniri non poteſt ab Eccleſiaſtico; ſicuti enim ab eodem met Iudice non poteſt bis puniri; ſemel enim punitus non eſt iterum puniendus; Niſi interuenerit fraus ex parte Iudicis. Quo caſu ſiuè ſit minus punitus, ſiuè abſolutus, poteſt iterum puniri, Bald. *conſ.* 34. *in fin. vol.* 1. Clar. *quæſt.* 14. *verſ. ſed hic occurrit*, & alij.

Transgreſſio Feſtorum, quandò quis non obtinuit licentiam ab Epiſcopo, vel eius Vicario, B. Pius *Conſt.* 5. *cum primum* §. 3.

Quandò Spurius petit alimenta, Dian. *par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 85.

Adulterium regulariter quoad pęnam, Abb. *in cap. intelleximus extr. de adult.* Alciat. *loc. cit.* niſi agatur ad pœnam ſanguinis: Quia tunc pertinet ad Iudicem laicum priuatiuè. Vel ad ſeparationem thori: quia tunc ad Eccleſiaſticum priuatiuè. Idem Dian. *reſol.* 86. Dec. *conſ.* 212.

Item Stuprum, & Raptus Sac. Cong. Epiſc. in *Ciuitate Ducalis* 16. Iul. 1613.

Concubinatus, Sodomia, & alia delicta carnis, Abb. *in cap. cum ſit generale extr. de for. comp.* Clar. *d. q.* 37. & alij. Sac. Cong. Epiſc. in *Mineruinen.* 21. Maij 1613. Licet quamplures dicant, Concubinatum pertinere ad Iudices Eccleſiaſticos priuatiuè, cum iure Ciuili non prohibeatur abſolutè. Certè de conſuetudine ſolus Iudex Eccleſiaſticus punit Concubinarios, nec ſæcularis in hoc ſe intromittere ſolet, niſi quatenus ab Eccleſiaſtico requiſitus, ſuum brachium impertit.

Cauſa mulierum ſæcularium depoſitarum in Monaſterijs, ſi indè aufugiant; Sac. Cong. Epiſc. in *Lyciensi* 3. Octob. 1621.

Decimæ, cum quæſtio eſt de facto, non de iure, Dian. *reſol.* 89. licet prætendantur inſolitę, & nunquam ſolutæ. Sac. Cong. Epiſc. in *Ciuitatis Ducalis* 16. Iul. 1613.

Executio legatorum, etiam profanorum poſt annum à die mortis Teſtatoris, Dian. *reſol.* 98. Et Epiſcopus ex decreto Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *de reſor.* exequi poteſt contra non ſoluentes legata pia, licet ſint familiares S. Officij. Sac. Cong. Conc. 5. Iul. 1581.

Abortus, ſic decernente Sixto V. in ſua Conſtitutione, circà quem Greg. nihil innouauit, Nouar. *in Sum. Bull. tom.* 2. *tit. de abor. n.* 5. Quod ſi Reus ſit Eccleſiaſticus, traditur brachio ſæculari, Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 111. *num.* 20.

Publicatio teſtamenti Clericorum, vel ad pias cauſas, & confectio inuentarij Clerici hæredis, Dian. *reſol.* 99.

Contractus, in quibus iuramentum interuenit, Dian. *reſol.* 113. *ex cap. fin. de for. comp.* 6. maximè emphyteoticus, quandò bona prætenduntur ad Eccleſiam deuoluta, quod præcipuè locum habet, cum prò Eccleſia concurrit etiam conſuetudo. Sac. Congr. Epiſc. in *Ciuitatis Ducalis* 16. Iul. 1631.

Compulſio adimplendi Sponſalia, dummodò de illorum valore, vel de cauſa excuſationis non agatur, Dian. *reſol.* 130.

Blaſphemia, ſecundum Guazzin. *eo loc. num.* 5. & Clar. *in cap. blaſphemia verſ. hoc crimen*; Niſi tamen ſit hæreticalis; Quia tunc ad Inquiſitores priuatiuè pertinet, *cap.* 2. *de maled.*

Falſitas etiam laici coram Iudice Eccleſiaſtico falſum deponentis, poteſt per vtrumque Iudicem puniri, & attenditur præuentio, & quamuis Iudex ſæcularis falſarium punierit, non propterea impeditur Eccleſiaſticus, quatenus pœna Canonica poſſit eundem mulctare, Afflict. *deciſ.* 219. licet ſecus ſit de Clerico, Doctores communiter.

Laicus Clerico inferens iniuriam, *cap. cum ſit generale de for. comp. cap.* 2. *de priuil.* Clar. *pr. crim. quæſt.* 36. *num.* 42. Quoad cenſuras tamen procedit ſolus Eccleſiaſticus. Sac. Congreg. Epiſc. in *Ciuitate Caſtelli* 20. Aprilis 1619. Imò Clericus generaliter in quacumque actione, ſiuè reali, ſiuè perſonali, poteſt conuenire laicum etiam coram Iudice Eccleſiaſtico, Dian. *par.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 7.

Sæcularis delinquens in Eccleſia, Dian. *par* 4. *tract.* 1. *reſol.* 67. Etiam aperiendo ſepulturas, & contrectando Cadauera. Sac. Congr. Epiſc. in *Ciuitate Caſtellanę* 4. Martij 1586. Vel etiam extrà Eccleſiam, ſed ſacco alicuius Confraternitatis indutus. Sac. Congr. Epiſc. in *Tranenſi* 13. Iul. 1615. Imò laici delictum in Eccleſia non eſſe mixti fori, ſed ſpectare priuatiuè ad Eccleſiaſticum tradit Bartol. *in l. ſi cui* §. *cum ſacrilegium ff. de accuſat.* Clar. *quæſt.* 38. *verſ. vide etiam.*

Sacrilegium, & ſortilegium ſimplex, vt refert Clar. *d. quæſt.* 38. *& in* §. *hæreſis verſ ſucceſſiuè.* Guazzin. *loc. cit. n.* 10. *& ſeqq.* Dian. *par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 61. licet de crimine Sacrilegij multis in locis Iudices Eccleſiaſtici non cognoſcant, vt ait Clar. *ibidem*, præterquam in percutientem Clericum, cuius cognitio tanquam mixti fori, ſpectat ad Eccleſiaſticum.

Cauſę Clericorum minorum Ordinum, qui non habent requiſita ad gaudendum priuilegio fori; ſi tamen Clericatui tacitè, vel expreſsè non renunciauerint. Ex Sacra Congregatione Diana *ibidem*.

Cauſæ pupillorum, viduarum, orphanorum, & aliarum miſerabilium perſonarum, quæ iuxtà *l. vn. C. quandò Imper. inter pupil. & vid. cap. Regum.* 23. *quæſt.* 3. *cap.* 81. *dec.* 81. & etiam in Regno Neapolitano in Conſtitutione *Statuimus*, alijſque locis habent electionem, & variationem fori, ſiuè tales perſonæ ſint reæ, ſiuè actrices, *cap. ſuper quibuſdam* 26. *de verb. ſignif.* dummodò tamen iurent, perhorreſcere potentiam aduerſariorum, vbi lis eſt cepta, vel debet incipi, *cap. Statuimus* §. 1. *de reſcrip. in* 6. *& d. Conſt. Statuimus.* Et ſtatim facta electione, vel variatione, Iudex, coram quo lis fuit cepta, efficitur incompetens, licet ei non fuerit inhibitum, Gallup. *in prax. par.* 2. *num.* 56. & 57. Orphanorum

norum

notum autem nomine veniunt etiam, qui parentes habent, ſed inutiles, ſicuti & viduarum etiam ex, quæ viribus inutilibus nuptæ reperiuntur, Bald. *ad l. Flau. de plag.* Dian *par.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 51. Hoc autem priuilegium dicitur mixti fori, non quod in hac cauſa detur locus præuentioni, ſed quia huiuſmodi perſonæ poſſunt conueniri in quo maluerint Tribunali.

Volunt tamen nonnulli, pupillos, viduas, & alias perſonas miſerabiles ex priuilegio, quod habent prò arbitrio ſuo, poſſe adire vel Dominum feudi, vel Iudicem Eccleſiaſticum, cuius patrocinio commiſſæ ſunt, Aretin. in *cap. cæterum de Iudic.* & ibidem Felin. *num.* 13. ac alij:

Cauſa damnorum datorum, quandò ſcilicet laici, eorumque Miniſtri damnificent animalia, & bona Eccleſiarum, ac perſonarum Eccleſiaſticarum, Curia Epiſcopalis procedere poſſit, tanquam in cauſis mixti fori; Quamuis cum Coloni, & Miniſtri Eccleſiarum, Clericorum, & Eccleſiaſticorum cum animalibus proprijs bona laicorum damnificant, cognitio tunc, tam quoad bona, quam quoad perſonas laicorum, & eorum animalia, ſpectet ad Iudicem laicum priuatiuè; Sed ſi cum animalibus Eccleſiaſticorum, vel Eccleſiarum quoad perſonas ſpectet ad laicum, quod verò ad animalia, ad Eccleſiaſticum. Eadem Sacra Congregatio in dicta *Taracinen.*

In cauſis porrò mixti fori datur locus præuentioni. Sacra Congr. Immun. in *Sorana* 18. Februarij 1631. Et in complicitate delinquentium vtriuſque fori, nempè Clerici, & Secularis, poſſunt procedere Curia Eccleſiaſtica, & ſæcularis. Eadem Sac. Congr. in *Foroſempronien.* 13. Febr. 1663. & in *Amerina* 28. Septembris eiuſdem anni; Illæ verò cauſæ mixti fori, in quibus Iudex Eccleſiaſticus per citationem præuenit, pertinet ad Eccleſiaſticum: Nam in his cauſis Iudex, qui præuenit realiter cognoſcere debet de cauſa. In contumacia verò vterque Iudex cognoſcere poteſt. Eadem Sacra Congregatio in *Ceſenatenſi* 1626. 16. Iulij: Atque in eiſdem cauſis mixti fori poteſt Epiſcopus facere exequutiones perſonales abſque requiſitione Iudicis Sæcularis. Eadem Sacra Congregatio in *Mediolanenſi* 5. Iunij 1667.

Cognitionis ius in cauſis mixtis, quod habent Ordinarij, debet defendi. Eadem Sac. Cong. in *Theatina* 11. Septemb. 1666.

Epiſcopus autem feudum, ſeù iuriſdictionem ſecularem habens, prò ea Vicarium laicum deputare in eiuſmodi feudis Iudices perpetuos, maximè laicos, & quandoque debet Epiſcopus aliquas cauſas per ſe, vel per ſuum Vicarium cognoſcere, vel aliis Clericis, vel laicis delegare: Nam alias Eccleſia exponeretur periculo amittendi iuriſdictionem illam per vſurpationem laicorum. Ità Sac. Cong. Epiſc. in *Mantuana* 16. Maii 1581. Et ſi Epiſcopus fuit ſolitus deputare Clericos prò adminiſtratione Baroniæ ſuæ Eccleſiæ debet manuteneri in hac quaſi poſſeſſione, non obſtante contraria pragmatica ſeculari. Eadem Sac. Cong. in *S. Marci* 23. Auguſti 1607.

In cauſa feudi Clericus ſubiicitur Domino directo ipſius feudi, cui etiam iuramentum fidelitatis præſtat, ſiuè agatur iudicio petitorio ſiuè poſſeſſorio eiuſdem feudi. Eadem Sac. Cong. in *Subaudien.* 19. Martii 1602. & in *S. Angeli* 15. Auguſti 1620.

In cauſis item Camerali obligatione vallatis non prodeſt hoc priuilegium ad euitandum forum A.C. Rota apud Zacchiam *dec.* 93. Item non habet locum, quandò lis eſſet cepta in vita defuncti. Rot. *ibid. num.* 21. de quo alibi. Nec quandò defunctus ſubmiſit ſe, & ſuos hæredes expreſsè iuriſdictioni alicuius Iudicis. *ibid.* Nec quandò illæ miſerabiles perſonæ conſenſerunt in iuriſdictionem; niſi fortè per viam reſtitutionis in integrum, vbi locum habet Gloſ. *d. l. vn. v. excedere.* Nec quandò eſſent diuites. Dian. *p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 903. ac alii; Ideòque Afflict. *In Conſtit. Regn. incip. Lege præſenti*, quandò loquitur de perſonis miſerabilibus, dicit de pauperibus, non diuitibus intelligendum eſſe. At verò in iudicando contrarium tenendum eſt: Quia iis à iure generaliter priuilegium conceſſum eſt.

Regulariter iure receptum eſt, quod ſiuè Clericum, ſiuè laicum quis conuenire velit, debet Rei Iudicem adire, *l. adire C. d. Ord. iudic.* Nam actor forum Rei generaliter ſequi debet, Can. *experientia* 8. *q.* 1. Hæc tamen regula in multis caſibus fallit, in quibus quis ſortitur forum non ſuum, & facit ſuum, ideſt Laicus forum Eccleſiaſticum, & alterius Iudicis.

Primus in cauſis Matrimonialibus, quæ licet inter laicos agitentur, tamen per Eccleſiaſticum Iudicem ſunt tractandæ, Can. 1. *d.* 10. *cap. cauſam de offic. d eleg.*

2. In cauſis criminalibus Eccleſiaſticis, Can. 1. 2. *q.* 6. vtpotè in crimine ſacrilegii, vel quaſi, *cap. cum ſit hæreſis de hæret.* cap. *ad abolendam de Simon.*

Excommunicationis, Can. *multi* 2. *q.* 1.

Violatæ pacis, & periurii, cap. *nouit de Iudic.* §. *fin.*

Adulterii, *cap* 1. *de Offic. Ord.*

Vſuræ, *tot. tit. de vſur.* & aliis ſimilibus apud Specul.

3. Vbi agitur de pœnitentia ex quacunque cauſa, etiam in modum denunciationis, *arg Can. libero d.* 7. *cap. nouit de iudic.* Vbi Iudex Eccleſiaſticus poteſt per viam denunciationis Euangelicæ, ſeù iudicialis procedere contrà quemlibet peccatorem, etiam laicum.

4. In iurepatronatus, & in omnibus ſpiritualibus annexis, *cap. decernimus, & cap. quantò de iudic.*

5. Ratione contractus conuenitur quis coram

non

non ſuo Iudice, ſed coram eo, ſub quo contraxit, vel vbi promiſit, *l. hæres abſens §.1 ff.de iudic.* Quod verum intellige, ſi in loco contractus inueniatur, & non aliter. Poteſt tamen decernere Iudex miſſionem in poſſeſſionem faciendam in bonis, quæ alibi habet, *cap. Romana §.contrahentis de for.comp.in 6.*

6. Ratione criminis in aliena iuriſdictione commiſſi: quia ibi, vel vbi inuenitur, conueniri poteſt. *Can.1.3.q.6.de rapt.*

7. Ratione rei, ſeù poſſeſſionis in aliena iuriſdictione conſtitutæ, *cap.ſanè de for.comp.*

8. Ratione feudi, cuius quæſtio ſub domino feudi agitatur, ſi iure feudali agatur, *cap. cæterum de indic.*

9. Ratione reconuentionis, *Can. accuſatores, §. cuius in agendo 3.q.8.* Ratione conſenſus partium, *l.eſt receptum ff.de iuriſd.omn.iud.* Verum Clerici hoc non poſſunt ſine conſenſu ſui Prælati, *cap.ſignificaſti de for.comp.*

10. Ratione priuilegij, vt in ſcholare, qui tres habet in optione Iudices, Dominum, Magiſtrum, Epiſcopum, Conſtit. *Frederici Imperat. C.ne filij prò Patre.*

11. In cauſa appellationis, *Can. peregrina iudicia 3.quæſt.6.*

12. Quandò Papa iubet, vel delegat, *Can. vndequaque ad q.*& Can.*Iudices 2.q.1.*

13. Propter loci importunitatem trahitur quis ad aliam Prouinciam, Can.*ſiuè 33.q.2.*

14. In cauſa natiuitatis, quæ ſpectat ad Eccleſiam, cap.*lator qui fil ſint legit.*

15. In cauſa decimarum, *de decim.per tot.*

16. In cauſis pœnitentiarum, quæ ad Eccleſiam pertinent, Can.1.11.*q.1.*

17. In cauſis adulterij, cum agitur ad ſeparationem, cap 1.*vt lit.non conteſt.*

18. In cauſis Viduarum, pupillorum, libertorum, & miſerabilium perſonarum, quæ ſaltem ſecundario ſpectant ad Eccleſiam, Can.1 & 3. d.82. Et præcipuè circa dotem, cap. *nuper de dot.poſt diuor.reſtit.* Et idem in cauſis aliarum perſonarum.

19. Vbi agitur de poſſeſſione violata, *l.vn.C.vbi de poſſ.ag.oper.*

20. In cauſa fidei, can.*quoties 23.q.1.*

21. Cum quis alibi ſe ſoluturum promiſit, cap. *dilecti de for.comp.*

22. Si Iudex ſæcularis ſit negligens, cap. *licet de for.comp.*

23. Cum ſuus Iudex recuſatur, cap. *ſi quis contrà ibidem.*

24. In compromiſſis, *de arbitr.per tot.*

25 Ratione vltimæ voluntatis; vndè fideicommiſſum petitur, vbi relictum eſt, *l.vn. C.vbi fideicomm. pet. poſſ.* Et legatum petitur, vbi eſt. Niſi hæres dolo indè ſubduxerit, tunc enim dabitur, vbi petitur, *l.quod legatur ff.de iudic.*

26. In cauſis ruſticorum, & ſeruorum Eccleſiæ, quorum cauſæ ad Eccleſiam ſpectant, & indè in alijs laicis ad forum Eccleſiaſticum ſpectant, can.*iudicatum d.89.* Idem etiam eſt de Colonis Eccleſiæ, *l.2.C.de Epiſc.& Cler.* Sed illa poſſunt intelligi de rebus, quas ab Eccleſia tenent, ſecus autem ſi conueniantur ex delicto, vel contractu, licet dicta lex indiſtinctè loquatur.

27. In peregrinis, & mercatoribus, & agricultoribus, & mare nauigantibus, & alijs, cap. *innouamus de treg.& pac.*

28. Cum agitur de feudo Eccleſiæ, cap.*verum de for.comp.*

29. Cum Clericus impetrat contrà laicum, quod de conſuetudine fit in Curia indiſtinctè, cap. *fin.de iud.*

30. Vacante Imperio, cognoſcit Papa, vel eius delegatus de feudo, cap.*licet de for.comp.*

31. Cum quid difficilè imminet, vel ambiguum inter Iudices, recurritur ad Eccleſiaſticum, cap. *per venerabilem §. rationibus, qui fil. ſint legit.*

32. Si conſuetudo, vel priuilegium dat iuriſdictionem domino ſuper familiam, illud ſeruetur, cap.*cum contingat de for.comp.*

33. Ratione pacis: quia tunc intromittit ſe Eccleſia in qualibet cauſa, cap. *nouit de iudic.*

34. Ratione connexitatis cognoſcit Eccleſia, & committit, vt patet in dote, cap.1. *de donat.inter vir. & vxor.* Imò Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit principaliter de dote.

35. Quandò Ordinarius recuſatur: quia tunc Epiſcopus aſſociatur, in auth. *vt diff. Iud, §.ſi verò contingerit col.9.l. ſi verò C.de iud.*

36. Ratione loci; Vndè Romæ: quia communis patria, conuenitur quilibet, qui non habet ius reuocandi domum, *l.Roma ff.municip.*

37. Ratione poſſeſſionis, *l.fin.C.adu diu.Iud.*

38. Ratione adminiſtrationis, *l.prætor §.is etiam, qui ff.de eden.*

39. Ratione domicilij, *l.vn.C.vbi no.ag.ep.* Sed ſi debitor vagetur per mundum, nec habeat domicilium vbi reſpondebit, *l. 2. §. penult.ff.de iudic.*

40. Ratione manumiſſionis; Vndè libertus ſequitur forum Patroni, *l.ſi quis §.niſi.*

41. Ratione militiæ, *l.municipes §. fin. ff. de municip.*

42. Ratione Matrimonij mulier ſequitur forum viri, *l.fin.C.de incol.*

43. Ratione curſus decennis, quo quis moratus eſt in ſtudio, *l.2.C.de incol.*

44. Ratione tutelæ. Si enim plures ſint tutores diuerſarum iuriſdictionum, omnes coram vno Iudice poteſt pupillus conuenire, l.*omnes C.arbitr.tut.*

45. Ratione conſuetudinis, vt recenſet Specul. Aretij eſſe conſuetudinem, vt ſuper qualibet cauſa Clericus trahat laicum coram Iudice Eccleſiaſtico. Et ſic loquitur cap.*cum ſit de for.comp.*

46. Ratione actionis, *l.fin.C.vbi in rem act.*

47. Ratione negotiationis, *l.hæres §. ſi quis ff. de iudic.*

48. Ratione Conſtitutionis, *l.non vtique ff. de municipal.*

49.

Digitized by Google

49. Ratione temporum, *l. 2. C. de incol.* ſicut in caſu 45.

50. Ratione Dignitatis, *l. filij § penult. ff. ad municip.*

51. Ratione originis propriæ; vel paternæ, *l. filios C. de municip. & orig.*

Quamquam in pleriſque caſibus ſupra enarratis Clerici ſint priuilegiati, & exempti à foro ſæculari, tamen in quibuſdam Iudex ſæcularis cognoſcit de perſona, & rebus Eccleſiaſticis, vtpote in his, quæ ſequuntur.

Primus cum Clericus laicum coram illo conuenit, *cap. ſi quis Clericum de for. comp.*

2. Si Iudex ſæcularis ab Eccleſia inuitetur, atq; imploretur, *can. & d. 32. can. Adrianus d. 63.*

3. Si Iudex ſęcularis ab Eccleſia, vel Prælato Eccleſiæ in correctionem imploretur, *cap. Princeps 23. quæſt. 5.*

4. Poſt deſponſationem Clerici, poteſt Iudex ſęcularis cognoſcere in Clerico: quia tunc factus eſt de ipſius foro, *cap. cum non ab homine de iudic.*

5. Cum Clericus eſt incorrigibilis à ſuis ſuperioribus Eccleſiaſticis, & in profundum malorum deuenit, *d. cap. cum non ab homine.*

Prætereà, licet regulariter verum ſit, quod ſententia à non ſuo Iudice lata, non teneat, *cap. at ſi Clerici de iudic.* Tamen fallit in quinque caſibus pręmiſſis: quia per factum ſuum factus eſt de iuriſdictione iudicantis.

Pœnę Clericorum coram ſęculari Iudice reſpondentium. Prima ſi cauſa ſit criminalis, etiam prò eo lata ſit ſententia, beneficium perdit, quod ſi non habet, perdet Ordinem, & deponetur, *can. placuit 11. quæſt. 1.* Secunda ſi vero ciuilis ſit, perdit id, quod euicerit, ideſt rem, in qua ſententialiter abſolutus fuerit, *cap. ſi diligenti de for. comp.*

Pęnæ laicorum Clericos ad ſæculares Iudices trahentium. Prima perdit rem, & cauſam petitam per ſententiam, & à ſuo iure cadit, *l. Statuimus C. de Epiſc. & Cler.* Secunda debet excommunicari; Niſi ſatisfacere velit, *cap. ſi diligenti de for. comp.* Bulla Cœnæ *Can. 15.*

Purgatur autem recurſus inſtar attentatorum: Nam ijs, qui propter recurſus à Curia Eccleſiaſtica ad Sæculares inciderunt in Bulla Cœnę Domini, non conceditur excommunicationis abſolutio; niſi cum clauſulis, *renunciando prius recurſui, & ſine litis, & litigantium præiudicio, ac dummodò exponentes nullum ius propterea acquirant.* Non dicuntur autem hi recurſus ſufficienter purgati; Niſi omnia integrè reſtituantur in priſtinum ſtatum, prout erant ante recurſum, Rota in *Pampilonen. electionis Canonic.* 11. Maij 1640. coram Dunozetto. Et quiquid in eorum executionem fuerit geſtum, eſt prorſus nullum, atque inualidum, & ſic recurrentibus deneganda eſt audientia, donec recurſibus renunciauerint, & abſolutionem obtinuerint, Rota paſſim, maximè *dec. 407. num. 9. par. 4. rec. tom. 2. & 735. à num. 5. ad fin. eadem par. 4. tom. 3.* Et in *Cęſarauguſtana diſtributionum* 7. Nouembris 1636. coràm Coccino, & in *Gandanen. exemptionis* 22. Iul. 1648. coram Celſo, & in *Pampilonen. decimarum* 12. Iul. 1649. in fine coram Arguellas.

QVidam vnum ex ſuis inimicis occidit, à quibus lætaliter vulneratus, ac ſemiuiuus, & ſine ſenſibus, illicò ex commiſſione ſui conſanguinei à quibuſdam ad Eccleſiam ductus fuit. Hoc audiens Iudex laicus ægrè tulit, dixitque, ductores pœnam luituros; Vndè iſti vulneratum à dicta Eccleſia eduxerunt, & ad eius domum tranſtulerunt, vbi à Satellitibus laicis fuit captus, & ad Carceres perductus. Quæritur:

An ſit reſtituendus Eccleſiæ? tom. 5. Conſult. 3. Item circà huiuſmodi metum. Vide tom. 9. Conſult. 51.

AFfirmatiuè: Quia licet homicida vulneratus tunc eſſet ſenſibus deſtitutus; Negari tameſi non poteſt, quin ſuus conſanguineus ad Eccleſiam eum duci iuſſerit, atque ità cum permanebat in loco Sacro ſub fide parentum, non potuit, neque debuit ex illo educi abſque eorum commiſſione. Comminatio autem Gubernatoris, tanquam illius, qui exercet iuriſdictionem, ſatis eſt ad metum incutiendum cadentem in virum conſtantem, atque adeò, ſi non directè, ſaltem indirectè violationem Immunitatis Eccleſiaſticę cauſauit. Et ità cenſuit Sacra Congregatio Immunit. in vna *Sabinenſi* 18. Iun. 1669. nempè: Reſtituendum Eccleſiæ.

1 *An renocatio, ſiuè diſdicta cenſus Eccleſiaſtici fieri poſſit coram Iudice laico, poſito, quod non ſit ſimplex notificatio, ſed actus ab ipſo Iudice ſubſcriptus?*

2 *An ipſe Iudex laicus poſſit abſque incurſu cenſurarum prohibere ſuo Actuario, nè exhibeat præfatam diſdictam foro Eccleſiaſtico, illamque ab actis tollere?*

3 *An ipſi Iudici, ſiuè Poteſtati, vel Gubernatori ſuffragetur cap. cum Mattheus de heret.* tom. 5. Conſult. 4. ac tom. 1. Conſult. 150.

AD 1. Negatiuè: Quia non poteſt eſſe actus extraiudicialis ille, qui à Iudice authorizatur, & maximè in eo caſu, in quo agitur de perſona Eccleſiaſtica, cui fit diſdicta, ac de re Eccleſiaſtica reſpectu cenſus, qui ſpectat ad Eccleſiam; Quamobrem nequit admitti ratio aliorum,

rum, quod ſcilicet debitor laicus tanquam reus poſſit trahere creditorem Eccleſiaſticum ad ſuum forum laicalem: Nam quandò res eſt Eccleſiaſtica, non poteſt prò ipſa agitari in alio foro, quam in Eccleſiaſtico, ſiuè laicus ſit reus, ſiuè actor; Eòque magis, quia debitor in ſua diſdicta non debet conſiderari, tanquam reus: ſed tanquam actor, iuxtà tradita per Salgad. in *laber. Cred. cap.2. num.27. & cap.7. ex num.87.* & noſtram Conſultationem 149. *n.*10. 23. & 33. *tom.*1. Idque præſertim ſi citatio fuerit ſubſcripta à Iudice laico, vel ſi vltrà diſdictam, debitor fecerit etiam depoſitum. In his enim caſibus, certum eſt actor, non autem reus, vt aduertit Salgad. *d. cap.*2. *num* 27. Atque ità declarauit Sac. Congr. Immun. in vna *Tolentina* 16. Iul. 1669.

Ad 2. Pariter negatiuè; Vndè nequit excuſari ab incurſu in Bulla Cœnæ Domini *d. can.*15. cum hic actus ex authoritate publica ſit impeditiuus Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſiuè Ordinarij, Sperell. cum pluribus *deciſ.*160. *num.* 24. *& ſeq.* Et declarauit eadem Sacra Congregatio ibidem.

An 3. Etiam negatiuè: quia *d. cap. Matthei de haret.* potius ex conſuetudine, quam ex rigore litteræ eſt extenſum ab Inquiſitoribus; Ibi enim ſermo eſt de Gubernatoribus Sæcularibus ditionis Eccleſiaſticę, habentibus Breue Pontificium, & ideò non ſuffragatur ijs Officialibus, qui habent ſimplicem patentem à Sacra Conſulta, ſicuti ſunt Poteſtates ferè omnes, quamuis appellentur Gubernatores, quemadmodum Sacra Congreg. Immun. ſępius declaraſſe refert idem Sperell. *d. dec.*160. *n.*54. & reſoluit in dicta *Tolentina* 16. Iun. 1669.

An confugientes ad Eccleſiam cum armis, poſſint ijs ſpoliari à familia laica, ſine violatione Eccleſiaſticæ Immunitatis? Vbi de Clericis arma geſtantibus, aliiſque rebus. tom. 5. Conſult. 5. Item tom. 1. Conſult. 167. ac tom. 9. Conſult. 59.

COmmunis, ac vera ſententia docet, non poſſe laicam poteſtatem ſpoliare armis confugientes ad Eccleſiam. Probatur ex Conſtitutione Theodoſij, & Valentiniani Auguſtorum in vulgari quidem commiſſa, ſed quæ legitur apud Gothophredum in *C. de his, qui ad Eccleſias confug. l.*3. *incip. Pateant* §. *hoc verò*, vbi ità facultas alteri non permittitur, quam ipſis Clericis, Epiſcopo conſulto. Et quandò etiam ſpreta monitione Clericorum, reſpectu talium armorum prohibitorum indè veniret ne extrahendi, nihil per laicos poteſt attentari, inconſulto Epiſcopo, vt benè aduertit Gambacur. *cap.*18. *num.*8. ac expreſsè in eadem Conſtitutione cauetur.

Fauet Synodus Io: Papæ relata *in cap.*1. *de Immun. Eccleſ.* in qua prohibetur, nè Iudex, vel eius Miniſtri, aut Satellites vllum ſui Officij actum; non tantum in Eccleſia, ſed etiam in eius domo exercerent. Item Greg. X. in generali Concilio Lugdunenſi, vt ex *cap. decet de Immun. in* 6. Nicolaus Summ. Pont. in Conc. Triburienſi adducto *in cap. ſicut antiquitus* 17. *quæſt.* 4. ſtatuit vt qui confinia Eccleſiarum confrigere tentauerit, aut perſonam hominis, vel bona eius indè ſubtraxerit, niſi publicus latro fuerit quouſque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur, & Io: Papa VIII. in *cap. Quiſquis ibidem* ſcribit omnibus Epiſcopis.

Atque hanc negatiuam ſententiam per ea, quæ cumulatis aliorum authoritatibus, rectè conſuluerunt, docent Guazzin. *defenſ.*1. *cap.*38. *n.*26. Farinac. *de immun. cap.*17. *num.*248. Peregrin. *eodem tract. cap.* 13. *num.*5. Dian. *par.*1. *tit.*1. *reſol.*8. *&* 17. *par.*5. *tract.*1. *de Immun. reſol.*8. & alij.

Ità etiam declarauit Sacra Congregatio Immun. cuius declarationes in tom. 3. adduximus, quibus addo ſequentes. In *Mediolanenſi* 9. Nouembris 1660. & in *Motulenſi* 11. Auguſti 1631. in *Tranenſi* 16 Nouembr. 1634. In *Neritonenſi* 17. Ianuar. 1628. vbi decretum, non licere Curiæ Sæculari auferre arma confugientium ad loca Immunia. Et in *Ianuenſi* 9. Iun. 1637. vbi arma ablata confugientibus in Eccleſiam eſſe reſtituenda. Et in *Caſtrenſi* 13. Ianuarij 1632. In *Materanenſi* 15. Iulij 1636. vbi proceditur contrà auferentes arma confugientibus. Et iterum in *Ianuenſi* 10. Nouembris 1638. & in *Materanenſi* 19. Ianuar. eiuſdem anni, vbi ſequuta reſtitutione, poſſunt abſolui in forma conſueta Eccleſiæ. In *Venuſina* 6. Ianuar. 1635. Vbi arma etiam prohibita non poſſunt auferri confugientibus ad Eccleſiam à Curia Sæculari. In *Conſentina* 7. Decembris 1638. vbi nè Clericis quidem, etiam Coniugatis auferri poſſunt. Et in *Tudertina* 10. Iulij 1640. Vbi prò iuſtificando corpore delicti, Ordinarius poteſt extrahere arma ab Eccleſia, quę poſteà ſunt repetenda. In *Adiacenſi* 18. Martij 1631. Vbi, quod Curia laicalis non poteſt auferre arma, etiam prohibita intrà Eccleſiã, nec Clericis illa deferentibus, nec producere ad Carceres ſine licentia Epiſcopi. In *Policaſtrenſi* 18. Iun. 1658. Vbi quod Epiſcopus cum legitima cauſa poteſt Clericis dare licentiam delationis armorum. In *Senenſi* 14. April. 1668. Vbi, quod Curia Sęcularis eripiens arma Clericis, incurrit excommunicationem, & illis reſtitutis abſoluitur. Quod etiam declarauit Sac. Congr. Epiſc. tum alias, tum in *Saleritana* 30. Septembris 1616. dicens, armorum prohibitorum delationem, quamuis in Eccleſijs ſit delictum, non eſſe tamen de comprehenſis in Conſtitutione Gregoriana Et 12. Maij 1604. Ibi: *Iudex laicus non poteſt in Eccleſia auferre Reo arma prohibita ſine licentia Epiſcopi: quia Iudex Sæcularis prohibetur exercere iuriſdictionem aliquam in Eccleſia ex cap.*1. *de Immun. Eccleſ.* Idem in *Sypontina* eo die, ac anno.

Quæ

Digitized by Google

Quæ quidem declarariones habent vim obligandi in vtroque foro, non ſolum prò illis perſonis, ad quarum inſtantiam emanarunt, ſeù in illo caſu ſpeciali, cui Congregatio reſpondit, ſed vt leges generales in huiuſmodi alijs, vt latè per Barboſ. *de iure Eccleſiaſtico lib.1. cap.4. de dignit. priuil. & offic.* Card.*nu.*83. & Carol.Maran. *in tract.prò iur.Eccleſ.pag.*64.*n.*177.

Vtrum in bonis vacantibus Clericorum non habentium Beneficium, vel Altare in titulum, ſuccedat Fiſcus Sæcularis, an verò Epiſcopus, ſiuè eius Fiſcus? Et quid vbi extat hac de re Statutum laicum, vel conſuetudo? Vbi an verè Epiſcopus habeat Fiſcum?
tom.5. Conſult. 6.

SEntentia certa eſt, quod ſuccedat Epiſcopus. Fundatur primò *in cap. Quicumque* 12.*quæſt.*5. ex Conc. Triburenſi, ibi: *Quicumque in gradu Eccleſiaſtico ſine teſtamento, & cognatione deceſſerit, hæreditas eius ad Eccleſiam, vbi deſeruiuit, deuoluatur, ſimiliter de Sanctimonialibus*: Quia, inquit Gloſ. Eccleſia eſt ei proximus hæres, itàut, quod nec vxor præferatur, ait Archid. *num.*1. ſimillima leguntur apud Iulianum antecellorem *nouell.*131.*cap.*8. & in Edicto Theodorici Regis, *licet Barbari* apud Caſſiodorum his verbis: *Clericos, Religioſaſque perſonas inteſtatas deficientes, quoties defuerit, qui iure ſuccedat, locum Eccleſiæ ſuæ ſecundum leges facere debere, præcipimus*.

Secundò. Id clarè patet ex *cap.*1. *&* 2. *de ſucceſſ. ab inteſt.*

Tertiò. Idipſum luculenter habetur *ex l. Si quis Præsbyter* 20. *C. de Epiſc. & Cler.* deficientibus parentibus vtriuſque ſexus, liberis, agnatis, & cognatis, bona, quæ ad eum peruenerunt, Sacrę Eccleſiæ, cui fortè fuerat deſtinatus, omnifariam ſortiantur. Quo loco Gloſ. & præ cęteris Bald. qui idem repetit *in l.* Si *quis filio*, *§. eius num.*4. *ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtam.* cum quo concordat Bart. *num.*1. & plurimis allegatis Barb. *in eadem l. ſi quis Presbyter num.*3. *&c.*

Nec obſtaret Statutum Sæculare: Quia deficeret ei poteſtas, atque adeò non comprehenderet Clericos, ſiuè loqueretur in rem, ſiuè in perſonas ad tex. *in cap. Eccleſia S. Mariæ*, vbi Doctores omnes *de conſtit. cap. fin. de Immun. Eccleſ. in 6.* Quam ſententiam firmauit Rota in ſimilibus terminis ſucceſſionis *Eugubinæ hæreditatis* coram Bichio *dec.*157.*à num.*23. *par.*11.& pleniſſimè in *Spoletana bonorum* 16. Aprilis 1646. coram Card. Corrado §. *viſa fuit*, vbi etiam ſi verba eſſent generalia.

Perſonę enim Eccleſiaſticæ in ſpiritualibus, cum Superiorem Regem non habeant, Fiſcum habere dicuntur, Gloſ. *in cap. quia diuerſitatem v. præter eius de conceſſ. preb.* Habetque & Eccleſia vniuerſalis Theſaurarium, Clem.2. *de hæret.* & licet Bald. in *rub. de iur. Fiſc. C.* hoc negauit in Epiſcopo, eum tamen, ac ſuos aſſeclas improbant Butrigarius, Imola. Panorm. & alij freti authoritate *d. cap. Quia diuerſitatem*.

Ex quibus clareſcit, Clerico morienti ab inteſtato in bonis patrimonialibus, vel quaſi ſuccedere deſcendentes, & his non extantibus, aſcendentes, quibus deficientibus, collaterales ſecundum gradus de iure ciuili computandi prærogatiuam, quibus etiam intrà decimum gradum non exiſtentibus, ſuccedit Eccleſia, cui Clericus ſeruit tempore mortis, & ſi non habet Eccleſiam, ſuccedit Epiſcopus.

Et hodie ſaltem vbi receptæ ſunt Bullę ſpoliorum ſuccedit Camera Apoſtolica, quæ ſubrogatur in locum propriæ Eccleſiæ, vt ex communi tradit Bonac. *tom.*1. *de var. tract. diſp.*4. *pun.*2. *§.*1. *num.*3. quod ſi ſecus fiat, nihil iure agetur, nihil more maiorum, nihil legibus.

POſito tanquam certum, quod pragmatica chartæ, ſigillo Principis ſignatę, niſi excipiantur Eccleſiaſtici, ſit contrà Immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam, ſicuti docent Aruius [in 1. 2. D. Tho: quæſt.97. diſp.3. ſect.5. & Tho: de Bene de Immun.cap.1.dub.4.ſect.5. num.1.] Quæritur:

Quibus modis Epiſcopi prò redintegratione violatæ Immunitatis ex gabella chartæ, aliarumque rerum, gerere ſe debeat? tom.5. Conſult. 7. Item tom.9. Conſult. 20.

ITà. Primò Epiſcopi poſſunt deputare perſonam Eccleſiaſticam, ſiuè ſæcularem, ſiuè Regularem, quæ emat, ac venire faciat chartam è ditione Eccleſiaſtica, vel aliundè prò vſu Eccleſiaſticorum, & poſteà procedere ſer. ſer. iſto, vel quouis alio modo contrà impedientes, vel cogentes ad ſolutionem gabellæ.

Secundo. Quiſque Epiſcopus poteſt quemlibet deputare, qui aperiat, ac retineat apothecam, ibique vendat chartam prò perſonis, & Tribunalibus Eccleſiaſticis, procedendo ad Cenſuras contrà impedientes, vel impedire mandantes.

Tertiò. Si fuerint deputati certi Magiſtratus, alijque propter huiuſmodi impoſitiones, permittitur procedi per cenſuras cotrà ipſos, etiam in genere; Niſi exemerint Eccleſiaſticos, & Tribunalia Eccleſiaſtica, ex doctrina Abb. & aliorum, deducta in praxi in cenſuris fulminatis contrà Senatum Venetum tempore Pauli V. vt deducunt Fagnan. *in tract. de eiſdem cenſur. fol.* 235. *& ſeqq.* ac alij, qui de eadem re eo tempore ſcripſerunt.

Quartò. Si non poterint ob minas, vel aliud impedimentum exequutioni demandari citationes perſonales contrà d. Magiſtratus, Officiales impedientes, vel exigentes, poterit procedi per Edictum, & per diligentias, ac etiam prò maiori cautela, quatenus opus ſit, procurare facultatem ſpecialem Sedis Apoſtolicę, ſicut alias fuit obſeruatum.

De pœna lacerantium, vel deturpantium, vel amouentium Cedulones excommunicationis, vel cenſurarum iam affixos, ac de mandante lacerari, vel deturpari, vel amoueri. Vide de Cenſuris tom. 5. Conſult. 8.

An ſit credendum Clericis aſſerentibus, ſpontè dimiſiſſe habitum Clericalem, & non motu Principis laici? tom. 5. Conſult. 9.

AFfirmatiuè; Iis enim, tanquam deponentibus de facto proprio, plena fides addibenda eſt, Bald. *in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit. expenſ.* Rot. coram Coccino *dec. 439. num. 2. & in recen. dec. 332. num. 1. par. 10. & dec. 49. n. 5.* Ac præcipuè, ſi eorum confeſſio ſit adminiculata, Gloſ. *ſingul. in §. aliud de qual. dot.* Rota *dec. 262. num. 8. par. 1.* & alibi. Et nedum contrà confitentem, ſed etiam contrà tertium, vt in *deciſ. alleg.* Et dum iſti agunt de excludendo crimine, ſunt etiam alijs præferendi, & in ſpecie, quod ſtandum ſit declarationi dicentis, ſe ſponte aliquid geſſiſſe, firmauit Rot. coram Buratto *dec. 628. num. 8.* & in *Tullenſi Matrimonij* 15. Ianuarij 1658. *§. fin.* coram Albergato.

Præterea, vt aliquid dicatur factum timidè propter minas, probandum eſt, non ſolum, quod minans ſit malę conditionis, & famæ, ſed etiam quod minæ ſint tales, quæ inferant metum in conſtantem virum, iuxtà notata per Gloſ. in *cap. Si quandòque 15. quaſt. 6. v. per metum, & in l. continet, & in l. nec timorem ff. de eo, quod met. cauſ.* Rot. *dec. 463. nu. 3. par. 2. rec.* & coram Merlino *dec. 23. num. 7.* Vndè probandus eſt huiuſmodi metus cum ſua qualitate. Et cum Princeps non habeat aliquam iuriſdictionem in Clericos, non poteſt illis inuehere vllum metum, ſaltem probabilem, ac veriſimilem, Roman. *conſ. 518. in fin.* Crauet. *conſ. 205. nu. 43.* Menoch. *præſump. 229. num. 37. lib. 3.* ac decidit Rota *d. dec. 385. num. 18. & ſeqq.* coram Donazetto iun. vbi ait, quod ad hunc effectum non attenditur ſola iuriſdictio in loco, ſed neceſsè eſt, quod minatus ità ſubſit iuriſdictioni illius, vt ad alium Iudicem recurrere nequeat.

An Clerici ſæculares poſſint exercere munus Tutoris, vel Curatoris laicorum? Vbi ad rem alia? tom. 5. Conſult. 10.

CLericus Sæcularis non poteſt dari Tutor in teſtamento, neque per Iudicem, minuſque cogi ad ſuſcipiendum tutelam legitimam, cap. *Peruenit*, & ibi Gloſ. *dec. 86.* l. generaliter iuxtà Auth. *ſub hodie C. de Sacroſ. Eccleſ.* Auth. *Presbyteros C. de Episc. & Cler.* Quo cautum eſt, nè Clerici occupentur negocijs profanis, dum ſunt adſcripti miniſterijs *Eccleſiaſticis*, Conc. Chalced. *can. 3.* vbi interdicitur Clericis aliena negocia gerere, aut Sæcularibus negocijs immiſceri, excepta viduarum, aut pupillorum pia cauſa. Ità etiam *2. Timot. 2.* Nemo militans Deo implicat ſe negociis ſęcularibus. Et conſonat Apoſtolorum *can. 7.* atque in decreto *tota diſt. 88.* Volens autem poteſt admitti ad ſuſcipiendum tutelam legitimam proximorum conſanguineorum, cum ſit officium pium, *c. generaliter 16. quæſt. 1. & d. l. generaliter*, & Auth. Presbyteros, & Syluest. Aldobr. in *§. ibidem*.

Non poſſunt autem Clerici, alięque perſonæ Eccleſiaſticæ abſque violatione immunitatis compelli ad Curam, vel Tutelam ſuſcipiendam ob eam rationem, nè à diuinis diſtrahantur; Debent tamen habere licentiam ſui Ordinarij. Non propterea poſſunt moleſtari ſub prætextu negociorum illicitorum, ſi cum licentia Epiſcopi, vel Sacrę Congregationis, quam tamen concedere non ſolent in teſtamentaria, & datiua, vt in vna *Thelesina* 30. Maij 1626. & 13. Iulii 1648.

Formula verò decreti Ordinarij, qua Congregatio Epiſc. Clericis licentiam concedere ſolet, eſt huiuſmodi;

Sacra, &c. benignè indulſit Oratori, vt verificatis expoſitis, & quod ipſe uti proximior antedictorum pupillorum tutor legitimus, & à iure datus exiſtat, tutelam, & curam eorundem ſuſcipere, & gerere, atque omnia, & ſingula, quæ ad tutores, & curatores de iure, vſu, vel conſuetudine pertinent, facere, & exercere poſſit, dummodò tamen idem Orator, perſonis Eccleſiaſticis interdictis, nullatenus ſe immiſceat, nec quicquam aliud à ſua profeſſione alienum exercere permittatur.

Ità in *Verulana* 15. Februarij 1647. in *Capſana* 11. Octobris 1645. In *Albiganenſi* 8. Decembris 1646. & ſæpè alibi.

Eandem licentiam prò tutela legitima ſolet concedere Regularibus, addita clauſula: *Dummodò extrà Clauſtra non pernoctent.*

Huiuſmodi autem Clerici tutores non gaudent priuilegio fori, ſi vocentur, vt liti pupillorum ſæcularium aſſiſtant, Fabr. *dec. 29. de iuriſd. om. iud. §. 16.* ex Sacra Congregatione. Vndè trahi poſſunt ad forum ſæcularem tutorio nomine, Sacra Congr. Epiſc. 23. Aprilis 1607.

Poſſunt tamen à tutela ſe excuſare, etiam ſi illam iam inceperint adminiſtrare, antequam eſſent Clerici, *ex cap. 1. iuncta Gloſ. de oblig. ad ratioc.* & tradunt Specul. *loc. cit. num. 1.* Montan. *d. cap. 35. num. 199.* Quia dignitas ſuperueniens ſoluit vinculum præcedentis obligationis, etiam voluntariè contractę *l. Interdum ff. de oper. liber.* Clericatus autem eſt dignitas, Gloſ.

in

Digitized by Google

in cap.deniquè v. dignitas dec.4. & in cap.t.v.dignitati de vit. & honeſt. Cler. & alij.

An, & quatenus hæreditas Clerici defuncti, gaudeat priuilegio fori? tom.5. Conſult.11.

HÆreditas Clerici vacans gaudet quidem priuilegio fori: Quia illum repreſentat; Secus autem adita, cum tunc repreſentet hæredes, in quorum foro cauſa erit agitanda, efficitur enim eorum patrimonium, *l. ſed plures* 10.*ſ.filio impubere ff. de vulg.* Rot.*dec.*322.*n.*10.*par.*10. *recen.* Et ex poſſeſſione adepta mutatur perſona, atque adeò ſtatus, & conditio rei. Cardin. Ceulſus *dec.*259. *ſub num.*4. Pròut contingeret ſi quis tanquam Creditor ageret contrà hæredem prò debito Clerici defuncti.

Quare, ſi hæreditas Clerici fuerit adita per Sæculares, vtiquè cauſa ſuper ſucceſſione ad forum ſæcularem ſpectat, cap. *cum ſit generale*, & cap. *licet de for. comp.* Rot. *deciſ.*792. *num* 1. *par.*1. *div.* tex. *in cap. Eccleſ. S. Mariæ de conſtit.* & alibi. Peregrin. *dec.*86. *a n.*23. & alij.

An occidens inimicum reconciliatum per dexterarum porrectionem, committat proditorium? tom.5. Conſul.15.& tom.1. Conſul.102.

AFfirmatiuè: Eiuſmodi enim dexterarum comploſione fidem ſponderi ſolitam antiquitus obſeruatum eſſe certum eſt, teſte Lelio Rodigino *lib.*4. *cap.*3. *antiq. lect.* & Io: Pierio *in Hieroglyph.* Et quod eiuſmodi dexterarum coniunctio euidens perfecti conſenſus, perfectæ pactionis, ac plenæ fidei Symbolum, ac ſignum ſit, habetur expreſsè *in cap.*1. *fin. ext. de ſponſ. duor.* ac tradit Aret in. *conſ.*13. *num.*3. Decian. *conſ.* 64. *num.* 14. *vol.* 3. ac alij, & alibi paſſim. At vide latius ſupra d.to.1.Conſ.102.

1 *An quandò Clericus ex beneficio* l.fin. C.de edict. D.Adrian. *ſeù alio remedio, poſſeſſionem à Iudice laico obtinuit purè, ac ſimpliciter abſque alia reſeruatione, atque à d. Iudicis facto non fuit appellatum, itàut illud iudicium terminauerit, ac deindè alter ſui commodi cauſa ſuper eadem re nouum iudicium auocatorium inſtituit, reuocari poſſit coram Iudice laico?*

2 *Et quid vbi Iudice laico nulliter, vel iniuſtè ſpoliante laicum poſſeſſorem eius poſſeſſione, illamque tribuente Clerico, ſpoliatus non acquieſcit, ſed vel per viam appellationis ad Superiorem, vel per viam nullitatis coram eodem, habens ſe prò non ſpoliato, atque eandem cauſam, & inſtantiam proſequendo, inſtet in ſua antiqua poſſeſſione manuteneri?* tom.5. Conſult.17.

AD.1. Communior, atquè receptior ſententia eſt, quod Clericus conueniri non poſſit; niſi coram ſuo Iudice Eccleſiaſtico: Quia primum iudicium iam expirauit, & quia agitur de iudicio nouo; Vndè locum habet diſpoſitio tex. *in cap, fin. de iudic.* vbi Pontifex animaduertit, Iudicem laicum ſententiam diffinitiuam promulgaſſe, per quam functus erat officio ſuo, Carleual. *de iudic. tom.*1. *diſp.*2. *num.*961. Sal gad. *laber. par.*2. *cap.*6. *num* 43. *& ſeqq.* Capic.Latr. *dec.*123. *num.*7. alijque laicæ iuriſdictionis fautores.

Ad 2. In hoc caſu Clericus poteſt conueniri coram Iudice laico, Peregr. *de fideicom. ar.*48. *n.*62. *& ſeqq.* & Carol. de Graſſ. *effect.*1. *num.*947. Quia idem eſt iudicium, ac eadē inſtantia, nequè Clericus verè poſſeſſor dici poteſt: Quare Iudex laicus, decernendo actum à ſe, vel inferiori geſtum fuiſſe nullum, & non priuatiuum antiquæ poſſeſſionis, poteſt decernere laico eius antiquę poſſeſſionis continuationem, cum non dicatur mutari inſtantia, nequè variari iudicium, nequè Clericus ſua poſſeſſione perfecta ſpoliari, aut laico noua poſſeſſio tribui, ſed tantum ei, ab ipſomet Iudice indebitè impedito, remoueri impedimentum, Carleual *d. diſp.*2. *num.*947. *& ſeqq.*

An Princeps Sęcularis poſſit punire Reum à S. Officio Inquiſitionis iudicialiter iam punitum? Vide de S. Officio tom.5. Conſult.44.

An Communitates Sęculares teneantur taxam antiquam vectigalium obſeruare in fauorem Clericorum initam, qui, quod ſibi ſupereſt à rebus immunibus vendunt, cedunt, donant, vel in pecunia exigunt à publicanis, præſertim farina? Vbi plurima diſcutiuntur? tom.5. Conſult.96.

TEnendum eſt omninò, non licere taxam mutare. Primò: quia Clerici ſunt immunes iure Diuino à tributis alijſque oneribus realibus, & perſonalibus, vt alibi oſtendimus, & proſequuntur accuratè Delbene *de Immunit. cap.*1.*dub.*2.*ſect.*1. Sperell. *dec.* 37. & Pueron. *in Bull.canon.in ſchol.ante cap.* 11. & proindè nec in minimò lædi poſſunt Statutis, ordinationibus, aut conſuetudine laicorum ob defectum poteſtatis ex ſæpius *cit.cap. Eccleſ.S.Mariæ de Conſtit.* vbi Doctores communiter, Bulla Cœnæ *can.*5.*&* 18.

Secundò: Quia eſt contrà immemorabilem conſuetudinem legitimè pręſcriptam in fauorem Clericorum, quæ valet contrà quodcumque ius humanum. *cap.ſi cum ſimilibus de conſuet.* Nauarr.*conſ.*1.*de maior. & obed.lib* 1. Conſuetudo enim Regni vbique hanc integram immunitatem probat, firmatque.

Tertiò: Quia ex dicta taxa antiqua fuit Clericis ius quæſitum prò exactione d.Immunitatis ad talem ſummam, atque adeò ſine eorum conſenſu, ſeù facto iure pręducto priuari non poſſunt, ad tex.in *l.id quod noſtrum ff.de reg. iur.l. fin. C.de pact.* Attenta præſertim illa iuris concluſione, quod Clericus obtinens poſſeſſionem

à Iudice laico, illa poſtmodum priuari non poteſt per Iudicem Eccleſiaſticum, Marth. *de iuriſd.par.4.cent.2.cap.*169.Gratian.*diſcept.* 238. *num.*93.*lib.*3.& alij.

Quartò: Quia taxatio prædicta eſt quædam tranſactio inter Vniuerſitates, & Clericos ſuper dubia quantitate farinæ, qua indigent annuatim Clerici prò ſuo victu, iuxtà diſpoſitionem tex.*in d.cap.Quanquam de cenſib.in 6.*& Clem.*vn. eodem tit.*Sac.Conc.Trid.*ſeſ.*25.*cap.*20.*de refor.* Hæc autem dubietas fuit iam olim declarata, & taxata per.Reg. Cam. in tumulis, ſinè modijs 25.prò Sacerdotibus, & 12.cum dimidio prò Clericis minoribus, ideò amplius mutari, ac retractari non poteſt, *l.cum minus C.de tranſact.*Rolan.*conſ.*28.*num.*17.*lib.*4.ac alij.

Quintò: Quia nedum Clericus prò vſu ſuo immunis eſt à Vectigalibus, ſed etiam prò ſua familia,*l.vniuerſi C.de vectigal d.Clem vnde cenſibus*: Quia regula iuris eſt, vt qui domino tenetur alimenta præſtare, teneatur etiam eius famulo, Gloſ.*in cap.*1.21.*q.*1.& alibi.

Sextò: Quia huiuſmodi immunitas competit Clericis ratione Ordinis Clericalis, tàm de iure communi, Abb.in *d. cap.Non minus in fin. de Immun.Eccleſ.*& ex Auth.*item nulla Communitas*, quam ex particulari conuentione in Regno Neapolitano per Honorium IV.Sum.Pon. hac in re inita.

Septimò: Quia hoc pacto Clerici priuarentur ſua immunitate, non reſtricta ad proprias perſonas, ſed etiam comprehenſiua ſuorum Conſanguineorum, & aliorum ipſis inſeruientium, quos alere conſueuerunt, vt poſt Gloſ. in *l. vniuerſi v.proprium C.de vectigal.*Boet.*dec.*213. *num.*8.& alij.

Octauò: Quia Iuris diuini eſt, vt alantur de publico Sacerdotes, vt conſtat apud omnes. Ità namquè Chriſtus ipſe *Luc.*10.*&* *Matth.cap.*10. D.Paul.1.*Corint.& ad Rom.*15.*&* 2.*ad Timoth.* 5. Verum cum nihil legamus determinatum in Euangelio, quod Eccleſiaſticis detur, conuenit inter omnes Euangelij, & legis nouæ Miniſtris tanta deberi, vt nihil prorſus æquale ijs reddi poſſit.

Ex his conficitur, non poſſe quidquam diminui per ſæcularem poteſtatem de redditibus Eccleſiaſticis applicatis vſui ſacro, vel perſonæ ſacræ: Nam tota ſunt, ex omni parte Iure Diuino conſecrata, & violans illa ex vlla parte, is faceret contrà ius diuinum, cuius declaratio, determinatioque iure diuino pertinet ad ſolam Eccleſiaſticam poteſtatem. Ac proindè, nequè hanc immunitatem à vectigalibus iam taxatam: cum loco decimarum in Regno Neapolitano ſucceſſerit.

Manet igitur firmum, Magiſtratus Seculares non poſſe taxam immunitatis Eccleſiaſticæ minuere, iſtis verò integrum, ac ſat eſſe, quod ſibi è ſua immunitate ſupereſt, vendere, cedere, donare. Quod iam probatum eſt. & declarauit Sac. Congreg.Immun. Cum enim Regia Camera Summariæ Neapolis an. 1649. emitteret decretum, quo decernebatur, vt immunitates Eccleſiaſticis illius Regni debitæ, darentur dimidio, minus illarum, quibus anteà gaudebant, cumque illud traſmitteret ad Theſaurarios, ſiuè Perceptori Regiæ pecuniæ, & ab eis executioni demandatum eſſet, illud intimando Syndicis, &c. Epiſcopus Anglonæ prò defenſione immunitatis Eccleſiaſticæ relaxauit monitorium contra Magiſtratum, & publicanos, qui id munus exequebantur, & Epiſcopus Lycienſis anno 1650. 18. Februarij Non ſolum relaxauit monitorium ad dicendum, quare non debeant declarari incidiſſe, &c. vti violatores immunitatis Eccleſiaſticæ contrà Magiſtratum Ciuitatis, & Regios Miniſtros exequutores, ſed etiam mandauit Edictum, quo id præcipiebatur cum inſertione decreti dictæ Regiæ Cameræ publicatum, & affixum, & ſub interminationis Diuinæ voluntatis pœna intrà terminum 24.horarum à locis publicis aboleretur quod factum.

Vix hæc præceperat, Prorex Neapolitanus, & Collaterale, ac ſtatim litteras, quas Hortatorias appellãt, ijs Epiſcopis miſerunt, vt reuocarent monitorium, & cenſuras, forſitan, publicatas, tanquam nullas, & inualidas, illis multa, & magna minitando.

Rationes, quæ in Hortatorijs adducebantur, erant huiuſmodi.

Prima. *Che ſi ſuppone la taſſa antica di dette franchigie eſſer ſtata fatta dalla Regia Camera della Sommaria, e perciò ſi come è ſtata Giudice competẽte à darle così larghe, così è Giudice competente à moderarle.*

Secondo. *Perche la taſſa così moderata è ſufficiente per gl' Eccleſiaſtici, e loro ſi toglie ſolo, che del ſuperfluo non ne faccino mercantie.*

Terzo. *Che con queſta moderatione ſi ouuia alle liti trà gli Eccleſiaſtici, e Communità per detta cauſa di franchigie.*

Quarto. *Perche eſſendo accreſciuti i peſi della Communità, & alterato grandemente il numero de gl' Eccleſiaſtici, è conueniente, che ſi moderi la loro famiglia.*

Quinto. *Che non oſta l' oſſeruanza continuata per moltiſſimi anni, perciò che le coſe, che concernono il gouerno politico, ſono bilanciate con la mutatione de' tempi.*

Seſto. *Che non ſi controuerte douerſi la franchigia a gl' Eccleſiaſtici, ma la dichiaratione della quantità, che loro ſpetta, appartiene al Magiſtrato ſecolare.*

Settimo. *Per verificatione di ciò dal Clero di Napoli ſenza ripugnanza, nè contradittione alcuna, ſi è riceuuta, e poſta in vſo la detta moderatione; E perciò ſe l'hà riceuuta il capo del Regno, molto più la dee riceuere il Clero del Regno.*

At Sac.Congr.Immun.ad quam litteras Hortatorias Epiſcopi miſerant, Archiepiſcopos Regni, & præcipuè Neapolitanum, ſuis litteris, quas alibi ad rem, aliam integram produxi, ità docuit.

Eſſe-

Eſſendoſi nella Congregatione tenuta per ordine di N. S. Mercodì proſſimo paſſato 22. di queſto Meſe, conſiderato maturamente il decreto fatto dalla Reg. Camera ſotto li 15. di Nouembr. dell' anno paſſato 1649. ſopra l'eſentione, che deuono godere gl' Eccleſiaſtici del pagamento delle gabelle, fù riſoluto, che non può in modo alcuno ſuſſiſtere, ne tolerarſi, come contrario a' Sacri Canoni, alle Coſtitutioni Pontificie, & alle conuentioni particolari ſtabilite con la Sede Apoſtolica nell'inueſtiture di coteſto Regno, e troppo pregiudiziale all' Immunità Eccleſiaſtica. Primo, perche quel Magiſtrato ſecolare s'arroga l'autorità di far decreti, e precetti in materie ſpettanti al foro Eccleſiaſtico. Secondo. Perche limita, e reſtringe à certo numero di perſone, & a portione determinata de vittuali la Immunità competente a' medemi Eccleſiaſtici libera, & aſſolutamente per quelle coſe, che raccogliono ne' loro beni, & anco per quelle, che comprano per lo biſogno delle perſone proprie, e di tutti gl'altri, che viuono a ſpeſe di eſſe. E così gli priua in effetto di quel più, che per legge Diuina, & vmana ſi dee loro onninamente ſenza diminutione alcuna. Terzo. Perche ordina, che ſia loro reſtituito nelle medeſime ſpecie di vittuali quello, che viene prima da eſſi nell' atto della compra, ò dell'introduttione, ò eſtrattione pagato in danari, benche di proprij, non ſia lecito a' laici di grauarli del pagamento di gabella alcuna, nè meno per gl'altri, che introducono, ò eſtraggono per vſo loro, e per quelli poi, che comprano a minuto nel foro, e nelle botteghe communi, ſi debba per ogni raggione di giuſtitia reſtituire ad eſſi puramente in danari tutto ciò, che ſono aſtretti di contribuire nello sborſo del prezzo alterato da' ſimili impoſitioni, ſenza, che venghino grauati di hauerlo a ripetere con varij circuiti, i quali in fine doppo molti diſaggi, & incommodi, che portano ſeco congiunti, rieſcono di niuno, ò di molto poco profitto. Quarto. Perche modera, e reuoca parimente l' oſſeruanze precedenti, le quali erano più fauoreuoli, ò verò meno dannoſe al Clero, &c.

Onde non eſſendo ſtati baſteuoli gl'Vfficij, e le diligenze fatte ſin' ora per la reintegratione dell' Immunità, e ſolleuamento degl' Eccleſiaſtici da' ſudetti aggrauij, dourà l'E. V. ſubito riceuuto la preſente lettera, far formare proceſſo, ſe pure non è già formato, nel quale appariſcano gli detti pregiuditij. E ſucceſſiuamente in eſſecutione dell'obligo ſtrettiſſimo, che le impongono i Sagri Canoni, procedere ſer. ſer. alla declaratoria della Scommunico contro i Miniſtri, & altri colpeuoli dell'eſattione delle gabelle, e nella ordinatione, e publicatione de' decreti, ò precetti, comminando anche di più l'interdetto generale nell'iſteſſa Città, e ſua Dioceſe, acciòche riconoſcano gl' errori loro, e ſi diſpongano di emendarli, poichè la Santità Sua non intende in modo alcuno di tolerare così graui eccesſi con tanta offeſa di Dio, & in eſempio pernicioſſimo alla Chriſtianità, &c.

Et in Cathacenſi 27. Septembris 1661. Il Capitolo, e'l Clero rappreſentano, che i Sindici, e i Gabellieri Scommunicati per hauere ſcemate ad eſſi le ſolite franchigie, ottennero l'aſſolutione con reincedenza doppo qualche Meſe con molte proroghe, ſotto preteſto di liquidare l'intereſſe. E ſe bene ora laſcian godere l'intiere franchigie a Sacerdoti, non hanno però reſtituito il decorſo, & a' Chierici nobili negano le ſolite franchigie per li Seruitori, fanno perciò iſtanza, che ſi proceda a nuoua affiſſione di cedoloni, contra gli Scommunicati ſudetti, e per l' intiera quiete ſupplica a decidere gli ſeguenti articoli:

Se la Città debba dare doppia franchigia a Chierici prouiſionati dalla Regia Camera Sommaria, come dà a i Sacerdoti di due tomola di grano il Meſe, ſtante che la patente di detta prouiſione ſia dalla medeſima Regia Camera ſoſpeſa.

Se la Città debba dare intiera eſentione a' Preti, & à Chierici foraſtieri, che ſono franchi de' loro beneficij, e patrimonij nelle loro patrie, e ſtante che Napoli non riconoſce niun foraſtiere per franco, & eſenta.

Se gl' Eccleſiaſtici aſſenti da Catanzaro, dimorando in Napoli, ò in Roma, ò altroue per cauſa de' negotij, ò di ſtudio, debbano godere per metà l' eſentioni ſudette.

Sacra, &c. Quoad Syndicum, & Gabellarios, Epiſcopus procedat prout de iure.

Quoad 1. exhibeantur litteræ prouiſionales,

Quoad 2. & 3. Iuſtificetur ſolitum coram Ordinario, & mandet illud ſeruari.

Idem mandauit ſeruari in Sorana 16. Ianuarij. 1663.

Et in Boninenſi 20. Decembris 1667. Monſignor Veſcouo rappreſenta all'EE. VV. che il Signor Regente della Giuriſdittione gl'hà ſcritto che i Gabelloti di detta Città hanno hauuto ricorſo da lui, dolendoſi di quattro grauami, che aſſeriſcono di riceuere da detto Veſcouo.

Il primo grauame, che gl' Eccleſiaſtici vendono la franchigia delle gabelle del pane, e del vino, e dicono non poſſa farſi, ſotto preteſto, che la franchigia ſi dà per la robba, che ſi conſuma per ragion del vitto. Secondo, &c.

Et in Anglonenſi 7. Iunij 1633. Sacra, &c. reſpondit, Clericos omnes gaudere debere ſolita franchitia, illamque vendere poſſe.

Et in Sulmonenſi: In riſpoſta della lettera di V. S. ſi dice, che i Chierici, benche aſſenti, e non habbiano ſeruitori, ò che eſſi viuano a ſpeſe altrui, debbano godere delle lore franchigie, e diſporne a loro arbitrio per la Conſtitutione d'Onorio, e d' altri a loro fauore, & in queſta conformità potrà V. S. gouernarſi, e Dio, &c. 21. Marzo 1646.

Luculenter in Salernitana 30. Nouembris 1669. his verbis. Certificata queſta Sagra Congregatione, che vada creſcendo la contumacia de' Gabellieri della farina di coteſta Città, mentre non ſolamente non deſiſtono dall'impedire a coteſto Capitolo, e Clero il poter vendere, ò donare le loro franchigie, ancorche taſſato ſecondo l'antico lor poſſeſſo di 26. tomola annui per ciaſcun Sacerdote, e di 12. per ogni Chierico, ma pretendono ancora in vigore d' vn decreto laicale, di reſtringere le ſudette franchigie. Il che riſultando in gran pregiudicio di detti Oratori, è mente di queſti Eminentiſſimi miei Signori, che

VS.

V.S. continui a procedere contro i ſudetti Gabelloti, come di ragione, non oſtante qualſiuoglia inhibitione.

Et in potioribus terminis, cum fuiſſet dubitatum: *An Communiſtis liceat alterare taxas onerum Cameralium, quæ ſoluuntur prò bonis antiquis Eccleſiarum?*

An dicti Communiſtæ prò nouis oneribus Cameralibus poſſint exigere aliquam taxam ab Eccleſiaſticis, antequam ſit communicata, ac recognita ab Eccleſiaſticis ob præiudicia, quæ illis obuenirent? Et

An dicti Communiſtæ poſſint exigere ab Eccleſiaſticis abſque eo, quod ordo talis exactionis ſit ſubſcriptus ab Ordinario?

Eadem Sac. Congreg. in *Ariminenſi* 17. Nouemb. 1671. itâ reſpondit:

Ad 1. & 2. Negatiuè, ſi prius non fuerint intimati Eccleſiaſtici, Ad 3. etiam negatiuè, quæ tamen ſubſcriptio non debet retardari.

At in *Vritana* 9. Maij 1631. vbi quod Clerici pauperes poſſunt vendere ſuas immunitates. Et in alia *Sulmonenſi* 29. Martij 1648. Vbi quod Clerici debent gaudere ſua integra immunitate, etiam reſpectu colentium bona Eccleſiæ, vt in *Bouinenſi* 25. Iun. 1644.

Hoc idem ſæpius Sac. Cong. Epiſc. præſertim in *Vritana* 5. Maij, ſiuè Martij 1624. *Si è doluto il Clero di coteſta Dioceſe, che ſe bene i Sacerdoti, & altri in Sacris ſono ſtati ſempre eſenti per 25 tomola di grano, & i Chierici ſemplici per 12. e mezzo, ſe le dice però, che quanto alla gabella della Macina, facciate oſſernare l'eſentione douuta a detti Chierici, e Sacerdoti, et a ciaſcuno di eſſi per vſo loro, e delle loro famiglie, ſecondo la diſpoſitione de' Sacri Canoni, e la conſuetudine del luogo de' quali tutti voi ſete Giudice.* Et addit. *Non approua la Sac. Congregatione la taſſa fatta da coteſti Regij intorno all'immunità degl'Eccleſiaſtici del Datio della farina per 25. tomola grano, douendo eſſi goderla ſenza limitatione alcuna; onde in caſo d'occorrenza, non permetta, che per tal cauſa riceuano moleſtia alcuna.*

Et in *Militenſi* 25. *Iunij* 1619. *Quoad Clericos, qui vendunt furnarijs, vel alijs Schedulas ſuæ franchitię, nihil debet innouari.*

Et in *Brunduſina* 10. Auguſti 1604. In *Vritana* 31. Iul. 1612. *Clerici non teneantur ad gabellas prò pane, et vino determinato, licet emerent à laicis.*

Eadem Sac. Congreg. Immun. in *Lycienſi* 4. Decembr. 1628. *Probiberi non debet Clericis, nè inxtà ſolitum vendat ſchedulas ſuarum franchitiarum. Et ſi Princeps, ſeù Magiſtratus fecerit ſuper hoc aliquod decretum, debet reuocari.*

Idque etiam ſi ipſi Eccleſiaſtici Communitatibus medietatem ſuarum immunitatum relaxauerint, vt decreuit eadem Sac. Congreg. Immun. in *Aquilana* anno 1628. & 1629. in qua præcepit integram reſtitutionem. Idem decreuit in *Tarentina* prò Terra Cryptalearum ſub anno 1669. in *Salernitana* 9. Septemb. 1670. in qua cenſuit, concordiam non eſſe confirmandam. Et in *Barenſi* eadem die, & anno, in qua laudauit Archiepiſcopum, qui huiuſmodi reductioni ſe oppoſuit, & vt proſequatur prout iuris admonuit: Nam perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſunt donare Communitatibus medietatem immunitatis, ſibi competentis, vt declarauit eadem Sac. Congregat. in *Salernitana* 12. Decembr. 1645.

Et rurſus in dicta *Aquilana* 5. Martij 1641. declarauit, Magiſtratus ſæcularem non poſſe reducere franchitias Eccleſiaſticorum. Et in eadem 21. Iunij redarguit Epiſcopum, qui dictam reductionem facere intendebat. Itâ enim ſcripſit: *Eſſendoſi differita la reduttione dimandata da coteſto Clero, non permetterà V.S. che per parte di detta Città ſi facci innouatione di gabelle, & impoſitioni, e ſimili in pregiudicio dell'immunità, & eſentione del Clero, ma reſiſterà.* A 27. di Marzo 1640. Eidem Epiſcopo Aquilano. *Si è conſiderata l'iſtanza di coteſto Publico concernente la moderatione della franchigia de' Chierici, e con vniforme ſenſo ſi è giudicato da queſti Eminentiſſimi Signori non poterſi, nè douerſi fare, ma che ella può ſeruirſi de' rimedij, e de' mezzi preſcritti da' Sagri Canoni.* 9. *Marzo* 1641.

Eadem Sac. Congreg. Immunit. litteris eidem Epiſcopo Aquilano ſcriptis 21. Iunij 1641. his verbis. *Venendo rappreſentato a queſta Sagra Congregatione ſopra le controuer. giuriſdit. con l'eſibitione, del decreto fatto da V.S. che ella habbia hauuto ardire di ridurre le franchigie delle perſone Eccleſiaſtiche contro l'eſpreſſo ordine della medeſima Sagra Congregatione, datole ſotto li 5. di Marzo proſſimo paſſato, fondato nella diſpoſitione de' Sagri Canoni, conſuetudine, e conuentione ſpeciale a fauore del Clero in coteſto publico Regno, perciò con la riceuuta di queſta non laſciarà di riuocare d. deduttione, & ogn'atto ſopra di ciò fatto, con reintegrare il Clero dell'eſatto.*

Quin etiam Clericis in minoribus datur eadem immunitas, quæ datur Sacerdotibus, quandò habeant perſonas, quę illis aſſiſtant prò eorum ſeruitio, licet eſſent ijs coniunctę, vt conſtat ex pluribus prouiſionibus Regijs, & notat Squill. *de priuil. Cler. cap.* 8. *num.* 12. & declarauit ſæpius Sac. Congreg. Immun. præſertim in *Canenſi* 27. April. 1632. & in *Aprutina* 22. Auguſti 1662.

IN pleriſque Diœceſibus contrà Cōſtitutiones Synodales cupiens ad Statum Clericalem aſcendere, de licentia Epiſcopi per annum in habitu Clericali incedit, poſt quem ad primam tonſuram admittitur. Quæritur:

An interim gaudere debeat fori priuilegio? tom. 5. Conſult. 47.

Nega-

Digitized by Google

NEgatiuè . Primò , quia licet ob animum aduolandi ad ſtatum Clericalem, ſit aliquo modo Eccleſiæ mancipatus , & videatur eſſe inſtar Nouitiorum Regularium , qui Eccleſiaſticæ perſonæ cenſentur; tamen non eſt , vndè habeamus, ex ſolo hoc habitu aliquem conſtitui in ordine Eccleſiaſticorum, cum nullo modo ſit conſecratus ; Quod certè habetur de ſtatu, & habitu Regulari, etſi neutrum adhuc quis profeſſus ſit Bonac. *de cenſur. in p. diſp. 1. qu. 16. pun. 3. num. 6.* optimè inferens , hunc non gaudere priuilegio fori, & trahentes ipſum ad forum laicum , non innodari Cenſura Bullæ Cœnæ .

Secundò. Quoniam Tridentinum *ſeſ. 25. de reform. cap. 6.* ex Clericis minoribus , aut tonſura initiatis, non omnes donat priuilegio fori , ſed eos, qui incedunt in habitu , & tonſura , ſeruiuntque Eccleſiæ , Clericus verò ſolius habitus non recenſetur .

Tertiò . Quia ſecundum communem iſte non gaudet priuilegio Canonis , quod tamen facilius participatur , quam priuilegium fori .

Sed quid, ſi iſte etiam inſeruiat Ecclſiæ ? Communior ſententia eſt apud Syluest. in *Summ. v. Eccleſia 1. ſub num. 6. §. 5.* quod gaudeat priuilegio fori . Ex *cap. Eccleſiarum ſeruos 12. quaſt. 2.* idq; vt ibi legitur , nè ſeruitium deeſſet Eccleſiæ . Imò Archid. ſuper Glol. *cap. duo ſunt 12. quæſt. 1.* expreſsè ait, quod tales, ex quo habitum mutant , perſonæ Eccleſiaſticæ habentur , quod etiam dicit Gloſ. in *cap. vt lex v. Eccleſiaſticis 27. quaſt. 1. arg. d. cap. Duo ſunt*, vbi hi , cum non ſint laici, inter Dei deuotos, tanquam inter Eccleſiaſticos computandi ſunt . Et ità declarauit Sac. Congreg. Immun. in *Iurenſi* 24. Ianuar. 1668. quamuis diſſentiant aliqui , & velint in hoc ſtandum eſſe conſuetudini .

An ſtante conſuetudine Pij IV. de fidei profeſſione , toleranda ſit conſuetudo quarundam Vniuerſitatum Studiorum, quod Rectores , & Cancellarij earum, prout, etiam Doctores, & Magiſtri in illis publicè docentes, nullam emittant fidei profeſſionem , nec in manibus Ordinarij, nec alterius cuiuſcumque, Scholares verò laureandi illam emittant in manibus Prioris Collegij, qui plerumque eſt laicus . Ipſa quippè Piana Conſtitutio indulgens , profeſſionem fidei poſſe emitti in manibus Ordinarij, ſiuè Superioris Studij , non deſignat an d. Superior debeat eſſe Clericus ? tom. 5. Conſult. 56.

NEgatiuè, non ſolum per motum proprium Pij IV. incip. in *Sacroſancta* ſub anno 1564. Idibus Nouembr. Sed etiam ex decreto B. Pij V. Gregor. XIII. ex ſententia Sac. Congr. Conc. ſub anno 1577. ac demum ex Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 2. ſeſſ. 24. cap. 12. & ſeſſ. 5. cap. de refor.* Poſſe verò Scholares laureandos illam emittere in manibus Superioris Studij , etiam ſi Clericus non exiſtat ; proceſſu tamen , vel debita informatione per ipſos locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios rectè facta, præcedente, ſtatuitur in ipſo motu proprio Pij IV. Et ità etiam cenſuit Sac. Congreg. Conc. in *Vrbinatenſi* 10. Maij 1663. ad dd. locos Conc. nempè ad formã Conſtitutionis Pij IV, & Clericatus non requiri .

Quandò Fiſco competat via exequutiua Collectarum onus etiam contrà Fiſcum quanto tempore præſcribatur, & alia quoad iura fiſcalia in fauorem Eccleſiarum ? tomo. 5. Conſult. 57.

IN hac re certum eſt prò debito liquido , & prò publicis præſtationibus viam executiuam Fiſco competere per *l. 2. C. de apparit. Præf.* cum alijs à Peregrin. *de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 7. n. 5.* congeſtis. At ſi prætensũ debitũ cõtradictioni cõuenti in controuerſiam deducatur, non ſecus , ac in priuatorum cauſis , ſeruato iuris ordine agendum erit, *l. 3. C. de conu. Fiſc. debit. l. vn. C. de conduct. & proc. lib. 11.*

Cum igitur iuſtæ defenſionis , vel commoditatis ratio poſtulauerit inter priuatos, & Fiſcum , ſi aliqua lis mota fuerit , vtrique parti petendæ dilationis per defenſores ſuos copia deneganda non eſt per tex. in *l. omne, C. de dat. lib.* 10. Et generale eſt , vt quoties aduerſus debitum , quod alias ex publica ſcriptura viam executiuam obtineret, aliquid obiicitur , quod reddat cauſam dubiam , & iuſtam , ſaltem apparenter , definitiua ſententia ſit expectanda, & cauſa amittat viam ſummariam , & executiuam , vt luculenter probat Merlin. *contr. for. cap. 2. lib. 2. num. 16.* & ſeq.

Sicuti quod ſpatio 30. annorum onus ſoluendi Collectas præſcribatur , probarunt Curt. iun. *conſ. 42. col. pen. & conſ. 177. num. 10. ac ſeq.* Cephal. poſt alios *conſ. 528. num. 51. volum. 1.* Ann. *conſ. 59. num. 58. & 60.* vbi ex Barbatia, & Iaſone , quod ſufficit ſpatium 20. annorum , & plenè docet Crauet. *conſ. 111. num. 12.* Idque ex ſolo actu negatiuo non ſoluendi longo tempore continuato , vt probat Boer. *quaſt. 132. in par. 1.* & poſt Abb. Dec. & Felician. & alios ibidem .

An , & quatenus hodiè locum habeat , & in quibus Archadij , & Honorij Auguſtorum Sanctio in leg. ſi quis ex conſenſu S. C. de Epiſc. aud. *An ſcilicet laici prorogare poſſint iuriſdictionem Epiſcopalem ?* tom. 5. Conſul. 60.

NEgatiuè; Nam licet Archadius, & Honorius Imperatores ſanxerint, poſſe laicos iuriſdictionem Epiſcopalem prorogare, vt in *d. leg. ſi quis ex conſenſu* 8. Id tamen non ità indiſtinctè obſeruatur poſt compilationem decretorum per Gratianum factam , de cuius authoritate non eſt amplius dubitandum ex firmatis per Præpoſ. *in proem. feud. & in proem. decret. num. 4.* referen-

Digitized by Google

referendo ſe ad dicta in *proem. feud. vbi num.* 3. firmat, eſſe ius ſcriptum, Anchid. *in cap.* 1. *d.* 1. *num.* 1. aſſerens, authoritates ſanctorum Patrum hodie eandem vim Canonum, quos Gratian. in decreta redegit, *Can. quis neſciat num.* 25. *d. quaeſt.* inquiens iſtud eſſe ab Eccleſia receptum; & approbatum, quod repetit Dom. à S. Gemin. *in d. proem. decret. num.* 9. & alij.

In d. autem decreto *d. Can. quoniam d.* 10. ità habetur. *Ideò Militans Deo minimè ſe negotijs ſaecularibus implicaret, ac viciſſim non ille rebus diuinis praeſidere videretur, qui eſſet negotijs ſaecularibus implicatus*; Idem quid ſimile habetur in Can. *Te quidem cauſ.* 11. *quaeſt.* 1.

Remanet igitur lex illa Imperialis, quae impertitur licentiam laicis protogare iuriſdictionem Epiſcopalem inutilis ex prohibitione Sacrorum Can. Lex enim intelligit, ſi ambò ſponte, ac voluntariè in ſuum Epiſcopum compromittunt controuerſiam, non autem, vt poſſit vnus alterum in ius vocare coram Epiſcopo, etiam de iure ciuili, & quandò non vigeret Canonum prohibitio. Colligitur haec diſtinctio ex Gloſ. *d. v. Antiſtitem, & v. abeſſe*, ibique Odrof. & ante ipſum Petr. de Bellapert. *in princ.* ex Butringer. *v. Quod in Epiſcopum bino num.* 9. & alijs.

Neque hic conſenſus deſumi poteſt ex formula obligationis Cameralis, qua vtitur Rom. Curia, quaue quis ſubmittitur omnium, & ſingularum aliarum Curiarum Eccleſiaſticarum, & ſaecularium vbilibet conſtitutarum iuriſdictionibus: Nam haec eſt generaliſſima ſubmiſſio, & non prorogatio effectiua, cum poſſit ab ea ſubmiſſione recedi ex ratione tex. *in leg. ſi conuenerit* 18. *ff. de iuriſd. omn. iudic.*

Et tom. 4. Conſult. 194. habetur ſequens quaeſitum:

An adhuc hodiè poſſit iuriſdictio alterius prorogari, & an requiratur conſenſus Iudicis Ordinarij, & competentis? Et quid in Clericis?

Affirmatiuè, quod pactis iuriſdictio prorogari poſſit, tex. *in leg. eſt receptum* 14. *leg. ſi conuenerit* 18. *ff. de iuriſd. &c.* Quod regulariter litigantibus permiſſum ſit, etiam abſque conſenſu Iudicis ſui Ordinarij, alterius Iudicis iuriſdictionem prorogare, & in Iudicem non ſuum conſentire, *leg.* 1. ibique Bart. Imol. & Curt.

Notandum autem eſt, quod quamuis adhuc hodiè iuriſdictio prorogari poſſit; hoc tamen eatenus procedit, ſi priuilegium fori principaliter concedat fauorem renunciantis, ſecus eſt, ſi etiam fauorem Superioris reſpiciat, quo caſu abſque eius conſenſu, & licentia renunciatio facta non ſubſiſtit, Gail. *lib.* 1. *obſeru.* 40. *num.* 1.

Quod verò ad Clericos idem Gaill. *num.* 7. inquit, adeò Clericis non eſſe permiſſum iuriſdictionem Iudicis laici tacitè, vel expreſsè prorogare abſque conſenſu Superioris: quia tale priuilegium fori non eſt perſonale, ſed toti Ordini Eccleſiaſtico publicè indultum per tex. in *dict. cap. ſignificaſti*, & *in cap. ſi diligenti* §. *fin. de for. comp.* Gloſ. ibidem *in v. manifeſtai* Panorm. *num.* 1. *in fin. & in Canon. placuit* 11. *quaeſt.* 1.

An Clerici Albanenſes ab Epiſcopis Graecis, vel Latinis promoti ad primam tonſuram, & minores, & poſtea coniugati, gaudere debeant immunitate à collectis, & ab oneribus Communitatum? Vide de Ordine tom. 5. Conſul 61.

An cauſae eorum, qui refingunt Officiales S. Officij, cum non ſint, & ſub huiuſmodi praetextu committunt aliquod delictum non ſpectans ad S. Officium, debeant de iure cognoſci à S. Officio priuatè quoad omnes alios Iudices? Vide de S. Officio tom. 5. Conſult. 64.

An, & quatenus Epiſcopus praecipuè contrà Clericum iniuſtè procedere poſſit ad conijciendum eum in Carcerem, adhibere Cuſtodes &c. Vide de Carceribus tom. 5. Conſult. 66.

An ſaluus conductus Mercatoribus, aliiſque datus comprehendat res furto ſublatas? Vel multa de ſaluo conductu. Vide de Saluo Conductu tom. 5. Conſult. 67.

An Domini locorum cogere poſſint ſuos ſubditos, vt ad ſuum tantum furnum, molendinum, tabernam, &c. accedant? Vide de Dominis vtilibus tom. 5. Conſult. 58.

An Statutum laicale confirmatum à Sum. Pont. praeſertim ex certa ſcientia obliget etiam Eccleſiaſticos? tom. 5. Conſult. 71.

NEgatiuè; Niſi de ijs fiat expreſſa mentio: Quia confirmatio non extendit confirmatum extrà ſuos limites, ſed ſolum intrà illos dat robur, Dec. *in leg. more num.* 34. *ff. de iuriſd. omn. Iud. & in rubr. de confirm. vtil. vel inutil. n.* 5. Bald. *in leg. nominationes in fin. C. de appell.* Menoch. *conſ.* 604. *num.* 29. *& conſ.* 778. *num.* 39. ac alij. Eccleſiaſtici autem nullo pacto ſubijciuntur laicis, nec laici habent in ipſos aliquam iuriſdictionem, *cap. Eccleſia S. Mariae*, & Leo X. Sacro approbante Concilio Lateran. *ſeſſ.* 9. Profectò eos non obligabit ex eo quod accedat confirmatio Pontificia, quae ſolum tantum operatur, quantum diſponitur per tale ſtatutum, & ideò operatur ſolum circà obligationem laicorum.

Circà negotiationem Clericorum, & eorum immunitatem à vectigalibus, & mercatura. Vide de Negotijs illicitis tom. 5. Conſul. 84.

An

An Regulares ad exercendum munus Parochiale in Indijs ritè, ac rectè à Magiſtratibus laicis, vel à Principe inſtituantur? Vide de Regularibus tom. 6. Conſult. 1.

An famuli laici Nobilium actu inſeruientiū Eminentiſſimis Cardinalibus, vel Epiſcopis, gaudeant priuilegio fori? Et quid de Coquis Seminarij, ac locorum piorum? Vbi an, & quatenus fori, & immunitatis priuilegia ad famulos extendantur? to. 6. Conſult. 2.

AFfirmatiuè reſpondendum cenſeo, durante famulatu. Siquidem familiares familiarium dicuntur etiam familiares ipſius Domini principalis: quia ſeruiendo familiari dicuntur etiam inſeruire ipſi Domino, Salyc. *in leg. in Eccleſijs in fin. C. de Epiſc. & Cler.* ad quod etiam allegatur *l. quaſitum §. ſed in inſtrumenti ff. de fund. inſtruct.* Idque, non obſtante, quod ſint temporales, & non perpetui, vt per Gomez *ad Regul. Cancell. quæſt. 14. in fine.* Id nihilominus Sac. Congr. Immun. 17. Iul. 1668. reſoluere noluit.

Quoad alios, cum Imperator Fidericus *in leg. habita C. ne fil. prò patr.* indulſerit, tam Scholaribus, quam eorum famulis immunitatem, ac fori priuilegium, ibi: *tam ipſi, quam eorum nuncij,* vbi Bald. & alij, quos refert, ac ſequitur Lucina *de his, qui gaud. priuil. ſchol. num. 2.* & Rebuff. *de priuil. ſchol. priuil. 66.* non dicam idem dicendum eſſe à fortiori de famulis Clericorum, vt non temerè firmauit Duard. *in com. Bull. Cœn. Dom. lib. 2. cap. 15. quæſt. 8. num. 5.* De hoc enim hinc inde eſt communis opinio, vt apud Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect. 1. num. 146. & ſeqq.* Licet opinionem affirmatiuam crebriorem eſſe dicat Sperell. *deciſ. 128. num. 7.* non quidem principaliter, ac per ſe: quia ſunt laici, ſed propter fauorem locorum, ſuorumque Dominorum, quibus inſeruiunt, Marth. *de iuriſd. par. 4. cent. 2. caſ. 111. num. 7.* Carault. *ſuper rit. Magn. Cur. Vic. tit. rit. 66. num. 27.*

At quicquid ſit de huiuſmodi articulo, licèt prò affirmatiua videatur tex. expreſſus *in cap. Eccleſiarum,* vbi Gloſ. *v. Clericorum 12. quæſt. 1.* ceſſat quidem difficultas quandò famuli inſeruiunt Seminario, vbi non ſolum ſunt ſcholares laici, ſed etiam ſcholares Clerici Collegialiter viuentes, quique aluntur ex redditibus Eccleſiaſticis ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. ab Epiſcopo aſſignatis, ſuntque ipſius Epiſcopi prò tempore familiares.

Cum autem etiam Coquus famuletur Seminario, & alijs locis, & Eccleſiaſticis, dicitur etiam famulari prò neceſſitatibus Eccleſiæ, vndè prouenit priuilegium fori, *cap. continua 11. quæſt. 1. cap. 2. extr. de for. comp.* ibid. Gloſ. *v. minores.* Tales enim famuli, quamuis non ſint formaliter Eccleſiaſtici; veniunt tamen appellatione Eccleſiaſticorum, Antibon. *de munerib. §. 4. nu. 52.* quem adducit, & ſequitur Megal. *par. 1. inſtit. lib. 2. cap 17. quæſt. 7. num. 102.* Et propterea priuilegium conceſſum Eccleſijs, locis pijs, ac Seminarijs, & eorū Clericis, includit etiam Miniſtros neceſſarios, ſine quibus commodè non regerentur, vt in terminis ſeruientium Hoſpitali tradit Oltrad. *conſ. 11 per d. leg. quæſitum §. ſi inſtrum. ff. de fund. inſtr.* cùm alijs concordantibus apud Taurel. *num. 11.* & Gratian. *d. diſcep. 340. num. 15.*

Multi indè caſus occurrunt, in quibus famuli, & alij priuilegijs ſuorum Dominorum gaudent. Primò ſaluus conductus Domino conceſſus comprehendit etiam famulos ad ſeruitium neceſſarios, Cagnol. *in leg. ea ſola in fin. ff. de re iud.* Felin. *in cap. Orientis extr. de hæret.* ac alij.

Secundò: Tametſi inter Doctores non conuenit: an fori, & immunitatis priuilegia Clericis cōceſſa, ad eorum temporarios famulos extendi debeant? In eo tamen facilè conſentiunt omnes, quod ad famulos, & Colonos Clericorum priuilegij extentio fieri debeat, ſi abſque hac priuilegij extentione Clerici priuilegio ſuo vti non poſſent. Menoch. *loc. cit. caſ. 562. num. 11.* Felin. *in dict. cap. ſi quis num. 2.* Capyc. *deciſ. 12. per tot.* & alij.

Tertiò: Famuli, qui perpetuò ſunt obligati inſeruire Clericis, immunitate Clericis conceſſa fruuntur, *leg. 2. §. 1. C. de Epiſc. & Cler.* Menoch. *d. l. num. 21.* ac alij. Et familia Epiſcopi alium Iudicem non habet, quam Epiſcopum, *cap. fin. extr. de offic. Archid.* Nec Principis familia alium, quam Principem. Natt. *tom. 3. conſ. 576. per tot.*

Quartò: Priuilegia fori, & immunitatis, quæ à ſolutione gabellarum competunt Doctoribus, & Scholaribus, eadem etiam eorum famulis, & Nuncijs, Bald. *in auth. habita col. 2. C. ne fil. prò patr.* Theſaur. *deciſ. 12. num. 3.* & alij. Idemque Achademiarum pedellis, æconomis, librarijs, bibliopolis, & ligatoribus librorum competunt, Sichard. *ad d. auth. habita num. 11.* Rebuff. *d. l.* Nam omnes hi ſunt Studentium appendices, & quaſi de eorum familia, & domo.

Quintò: Qui tenetur alere Doctorem, etiam tenetur alere eius familiam, Panorm. *in cap. quantò de cenſib.* Rebuff. *d. l.* Menoch. *lib. 4. præſump. 157. num. 28.* vbi ait, quod equus, & ſeruitores pariter præſtari debeant, qui inſeruiunt alimentario, ſi talis ſit eius ſtatus, & conditio, per tex. *in l. cum plures 12. §. penul.*

Sextò: Legatorum immunitas ad eorum famulos, & Comites, præſertim neceſſarios, & publica authoritate illis allectos extenditur *in l. 16. ff. de offic. Præſid. l. 41. §. 2. de excuſ. tut.* Franc. Marc. *par. 2. deciſ. 425.* Bonacoſ. *tract. de famul. qu. 35.* & alij.

Septimò: Priuilegium Communitatis ab oneribus, quod Princeps habet in bonis ſuis, *leg. fin. §. fin. ff. de publ. & vectigal.* etiam ad Colonos,

Digitized by Google

nos, & emphyteutas ejus extenditur, per tex. *in l.priuata l.pen. C.de excuſat. mun. lib.*10. Menoch. *ad d.locum n.*59.*& ſeqq.*

Octauò: Magiſtratibus,& Militibus arma portandi à Principe priuilegium conceſſum, ad famulos illorum extenditur, Bald. *in leg.*3. *§.fin. per eum tex.ff.de offic.Præf.vigil.* Menoch. *loc. cit. num.*64.*& ſeqq. & caſ.*394. *num.*71. *cum ſeqq.* tantò magis ad Principum Satellites.

Nonò: Militum famuli, qui per abſentiam ſuam Reipublicæ cauſa læſi ſunt, non ſecus ac Milites ipſi in integrum reſtituuntur; dummodò famuli Militibus ſint neceſſarij, & dominos ſuos verè ſequantur, aliàs ſecus, *leg. inter eos* 33.*§.*2.*ff.ex quibus cauſ.maior. in integr.* Mantic *de in integr.reſtit.cap.*338.*per tot.* & alij.

An Epiſcopi eiicere poſſint Reos ab Eccleſijs, eorumque bona? Et an Nuncijs Apoſtolicis concedenda ſit extenſio facultatis eiuſmodi eiectionis in toto Regno, vel Prouincia ipſis demandata? Vbi de abuſu immunitatis Eccleſiæ, eiuſque remediis, ſitque ſatis expoſtulationibus Principum? tom.6. Conſult.4. & tom.1,Conſult.167. ac tom.5. Conſult.5.& tandem tom.9. Conſul.4.

GRegorius XIV. *Conſtitutione ſua 7. §.9. incip. Cum alias,* extrahens Reum de loco ſacro, aut ei in loco ſacro exiſtenti aliquod nocumentum inferens in perſonam, aut bona, quæ ſecum intulit, incurrit in excommunicationem ſolumque ad octo caſus excipit, ſeù octo genera delinquentium, itàut in ijs extrahentis excommunicatio non procedat, nempè in publicis latronibus, & graſſatoribus viarum, & depopulatoribus agrorum, & in ijs, qui homicidia, vel mutilationes membrorum in Eccleſijs, earumque Cœmeterijs committere non verentur, & ijs, qui proditoriè proximum ſuum occiderunt,& Reis aſſaſſinij,aut hæreſis, aut læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis. In illis ergo caſibus Rei prædicti non fruuntur Immunitate Eccleſiaſtica, ſed extrahi poterunt, ſeruata tamen forma tradita in eadem Conſtitutione, alias incurritur excommunicatio prædicta: Farinac.*num.*341.*cum ſeq.*Et tunc non tenetur Epiſcopus dans licentiam extrahendi exigere cautionem de impunitate corporali Rei extrahendi, neque irregularitatem incurret, ſi mors extracti ſequatur, vt patet ex eadem Conſtit.Greg. quæ in hoc correxit ius commune, vt per Farinac. *num.*344. & Caſtr. *punct.*13.*num.*2.

Hanc autem Conſtitutionem eſſe generalem, & habere locum vbique, tum ex ipſius verbis. Tum quia ità ſæpè declarauit Sacra Congregat. Immunitat. præſertim prò Statu Mediolanenſi, conſtatque ex actibus ſubſequentibus, perperam reclamante Regio Senatu decreto ſub die 2. Iul. 1666. Ac Regio Conſilio Hiſpaniarum decreto emiſſo 15.Apr. 1667. vtroque autem poſtea acquieſcente; Conſtatque ex litteris eiuſdem Sac. Congreg. Archiepiſcopo Mediolanenſi datis, tenoris ſequentis:

Eſſendo qua peruenuto à notizia, che N.N. detto il Rauarino ſia eſtratto da Miniſtri della Corte ſecolare dal Campanile della Chieſa Collegiata della Scala in coteſta Città, Noſtro Signore col parere di queſta Sagr. Cong. hà ordinato, che V. S. lo faccia rimettere nella medeſima Chieſa, e poi perche ſi pretende, che egli habbia commeſſo vn'homicidio proditorio, & altri delitti eccettuati nella Bolla della San mem di Greg.XIV. douerà ella farlo eſtrarre di nuouo ſer. ſer. in conformità della d. Bolla, e doppo, che l' hauerà fatto porre nelle Carceri ſue Eccleſiaſtiche, Sua Santità le concede col mezzo di queſta la facoltà di poterlo far ritenere per maggiore ſicurezza nelle Carceri della Corte ſecolare, e formato proceſſo ſopra i ſudetti delitti, & aſſegnateli anche le difeſe, V.S. traſmetta qua tutti gli atti per l' opportuno prouedimento &c. Di Roma li 13. *di Nouembre* 1663.

All' Arciueſcouo di Milano. *Non eſſendo ſin'ora ſeguita la remiſſione di N.N. Rauarino nel luogo immune, dal quale fù eſtratto da Miniſtri di coteſta Corte ſecolare douerà V.S. procedere ſer. ſer. con le ſue facoltà Ordinarie contra i Violatori dell' Immunità Eccleſiaſtica con remedij de Sac. Canoni, e delle Coſtitutione Apoſtoliche, affin, che queſta ſia reintegrata, come di ragione, e mi offero &c. Roma* 31. *Decembre* 1663.

Quæ omnia executioni fuerunt demandata, effectumque ſuum ſortita ſunt. Idemque conſtat prò Regno Neapolitano, vt videre eſt apud Acta Epiſcopalia, Nuncij Apoſtolici, & Tribunalium Vrbis. Et prò Regno Sardiniæ, quod nimirum in eo Conſtitutio Gregoriana obſeruanda eſt, fuit declaratum 30. Ianuar. 1632. Idem prò Regno Siciliæ, vt in *Meſſanenſi* 29. Maij 1629. Ac tertiò ſcriptum Archiepiſcopo Mediolanen. & omnibus Epiſcopis illius ditionis 10.Maij 1667. ſub his verbis:

La Santità di Noſtro Signore col parere di queſta Sag. Congregatione hà eſpreſſamente comandato ſi ſcriua à V.E. che ne caſi di violata Immunità, libertà, e giuriſdizione Eccleſiaſtica, non oſtante qualſiuoglia coſa in contrario, ella ſi compiaccia di proſeguire col ſuo ſolito zelo di vigilare per la puntuale oſſeruanza della Bolla della San. mem: di Gregor. XIV. sì religioſamente praticata in coteſto Stato, e che parimente V.E. voglia continuare a procedere vigoroſamente ſecondo la forma preſcritta dalla d. Bolla contro li violatori dell' ſteſſa immunità, libertà, e giuriſditione Eccleſiaſtica. Il che auiſo a V.E. &c.

Idem & ſcriptum die 2. April. 1669. Atque Epiſcopo Papienſi 4. Septem. 1668.

Cæteri autem Rei, qui ad Eccleſiam, vel alia loca immunia confugerint, gaudent immunitate, nec poſſunt indè extrahi, etiam ſi paria exceptis, vel maiora crimina commiſerint; Atque ità immunes ſunt, vt non liceat Principi ſæculari mittere Milites, aut Satellites in ea-

dem

Digitized by Google

dem loca, vt ibi commorantes, vtque confugæ indè diſcendant: quia Reus huiuſmodi non poteſt obſideri, eſt enim obſidio quædam ſpecies carceratinnis, vt habetur *ex l. Præſenti C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* & tradunt communiter Doctores, nominatim Panorm. *in cap. inter alia num.* 13. *de Immun. Eccleſ.* Igneus *l.* 1. *ff. ad Sen. Conſ. Syl.* & alii.

Ac itá etiam eiuſmodi Rei immunes ſunt, vt non poſſint à Clericis, vel Regularibus expelli ab enrum Eccleſijs, Conuentibus, ac Dnmibus gaudentibus immunitate, aut à Conuentibus reijci ad Eccleſias, ſed debent ab ijs defendl, vt habetur in *Cap. Mitor. cap. Reum. cap. Id coſtituimus &c.* Nam concedens immunitatem alicui loco concedit etiam ius omnibus, qui indigent confugiendi ad ipſum, qui autem expellit, priuat confugam iure ſuo, ac proinde facit coutrá iuſtitiam; Vnde Reus habet ius ad omnia loca immunia, quæ maluerit,

Quin ſi confuga non habeat nullo modo vnde ſuſtentetur, debet ſuſtentari ab Eccleſia, ad quam confugit, Panorm. *cap. Inter alia num.* 28. *de Immun. Eccleſ.* Archid. *in cap. definiuit* 17. *quaſt.* 4. & alij.

Si veió confugæ non ſeruent debitam reuerentiam Eccleſiæ, vt ſi in illa dormiant, cibum ſumant, aut quid ſimile gerant, moneri debent à Clericis, quod ad hæc præſtanda extrà Eccleſiam ſe conferant, nempè ad circumiacentia loca immunia. Quod ſi renuant, cogi debent, etiam cum violentia, vt ſtatuitnr *in l. Pateant §. Proindè C. de ijs qui ad Eccleſ. confug.* quia, vt ibi dicit, *præferenda humanitati Religio eſt.*

Si verò in Eccleſijs vel Monaſterijs, aliiſque locis immunibus immodeſtè ſe gerant, itá vt turbent Diuina officia, vel quietem Religioſam, ſintque damnoſi diſciplinæ Eccleſiaſticæ, poterunt ab his locis expelli, obtenta prius licentia Sac. Congregationis Immun. Nam Immunitas eſt priuilegium loci, & proindè nnn debet eſſe cum damno ipſius, & eorum, ad quos locus pertinent, vt habetur In *cap. quod ob gratiam de reg. iur. in* 6. Hinc Sac. Cong. Immun. ſępius ſcripſit Epiſcopis litteras tenoris ſequentis:

Al Veſcouo di Mariana. *Ancorche la Santità di Noſtro Signore col ſuo paterno zelo prema quanto ſi deue, che l'Immunità Eccleſiaſtica ſia inuiolabilmente cuſtodita, & oſſeruata, e la Bolla della ſan.mem. di Gregorio XIV. ſia puntualmente eſſeguita, non intende però, che le Chieſe, & altri luoghi immuni ſeruano per aſilo à maluiuenti, e facinoroſi, i quali abuſando bene ſpeſſo di quel priuilegio, vi ſi ricourano anche tal volta per vſcirne a commetter nuoui delitti; Onde hauendo la Santità Sua ſentito il parere di queſta Sagra Congregatione ſopra l'Immunità Eccleſiaſtica, e controuerſie giuriſdittionali, ordina che a i delinguenti refugiati nelle Chieſe, e luoghi immuni di coteſta Città, e Dioceſe, che ſecondo la diſpoſitione della ſudetta Bolla poteſſero pretendere di poter godere il priuilegio dell' Immunità Eccleſiaſtica, V.S. prefigga vn termine di trè giorni a partirne, e contrauenendo eſſi, gli faccia eſtrarre con quella decenza, che ordina la Bolla medeſima, e ritenendogli nelle carceri della Curia Eccleſiaſtica ſotto buona cuſtodia, dia auuiſo qua de' delitti, e loro qualità, de' quali vengono inquiſiti, acciò che ſe le poſſa reſcriuere quello douerà ſopra di ciò eſeguire. Ordina di più Sua Beatitudine che V.S. faccia precetto a i Superiori delle Chieſe, Conuenti, e Monaſteri della medeſima Città, e Dioceſi, così ſecolari, come Regolari di qualunque Ordine, Religione, ò Inſtituto, che per l'auuenire non diano alcun ricetto a i delinguenti ſotto pena di ſoſpenſione, e dall'eſercitio degl'Ordini, che hanno, e priuatione degli officii, e dignità, & inhabiltà di ottener quelli, ò altro, da incorrerſi ipſo facto, & in caſo di contrauentione, potrà dichiararli incorſi. Così dunque eſeguirà V.S. alla quale per ordine della Santità Sua ſi concede per mezzo di queſta tutta la facoltà neceſſaria per gl'effetti ſudetti per le ſpatio di vn'anno ſolo, e con ordine, che ritenghi appreſſo di ſe la preſente, ſenza publicarla con Editto publico, ò atto ſimile, e da alcuno de' ſuoi Miniſtri non ſi pigli coſa alcuna per gl'atti da farsi in occaſione, come ſopra, ma il tutto si faccia gratis, mentre a V.S. mi offero. Di Roma* 25. *Giugno* 1651.

Idem propè ſcripſerat Card. Ludouiſius Nepos Gregorij XV. nomine Suæ Sanctitatis Epiſcopo Fulginatenſi 9. Octobr. 1621.

Eadem fermè ſcripſit multoties Nuncijs Apoſtolicis, & in ſpecie Nuncio Florentino 2. Nouemb. 1652.

Facultas etiam quoad eſtractionem bonorum conceſſa fuit Nuncio Apoſtolico Neapolitano cum extentione ad totum Regnum die 17. Iul. 1668. quam die 12. Iun. eiuſdem anni denegauerat. Conceſſa etiam fuit cum eadem extenſione R.P.D. Pamphilio olim Nuncio Neapolitano, qui tamen cnm ad Sum. Pontificatus apicem perueniſſet, facultatem hanc ſibi iam conceſſam reuocauit. Verum id pendet ex temporum, rerum, ac morum circumſtantijs, quibus omnia regnntur.

Attamen quoad bona quæ ſecum ad Eccleſiam confugientes in frandem creditorum ducunt, Sac. Congreg. Immun. facultatem Ordinarijs concedit in caſibus tamen particularibus, vt facto illorum ſequeſtro deponantur penes Superiores Eccleſiarum, vel aliam perſonam tutam, ad effectum illa conſignandi cui de iure. Atque irà paſſim de ſtylo. Fagnan. *in cap. inter alia de Immun. Eccleſ. num.* 103, *& ſeq.*

Declarationes, & decreta multa Sac. Congregationis in compendio.

Confugientes ad Eccleſiam, etiam ſi ligati catenis, & ferris confugiant, gaudent immunitate. In *Beneuentana* 6. Maij 1653.

Qui cum armis prohibitis ad Eccleſiam confugiunt, gaudent immunitate. In *Salernitana* 30. Septembr. 1626.

Confugiens ad Eccleſiam prò debitò ciuili gaudet immuaitate. In *Coſtronen.* 21. Iul. 1627.

Digitized by Google

Confugiens ad Eccleſiam, dum ducitur ad ſupplicium, gaudet immunitate. In *Valliſoletana* 19. Maij 1627.

Confugiens ad Eccleſiam, ſi ab ea exeat cum Saluo conductu, & carceretur à Curia laicali, eſt reſtituendus. In *Ariminen.* 3. Maij 1628.

Eccleſiaſtici confugientes ad loca immunia gaudent immunitate, prout gaudent laici. In *Tranen.* 19. Iun. 1735.

Innixus ſtipiti portæ Eccleſiæ gaudet immunitate. In *Amerina* 28. Maij 1628.

Adhærens muro Eccleſiæ gaudet immunitate. In eadem *Amerina* 18. Febr. 1632. & in *Camerinen.* 13. Iul. 1638.

Euadens è manibus Birruariorum, & adhærens Valuis Eccleſiæ gaudet immunitate. In *Firmana* 13. Iul. 1657.

Qui in actu carcerationis cohæret valuis Eccleſiæ vnico pede, & vnica manu gaudet immunitate. In *Brundusina* 4. Septembr. 1640.

Tenens annulum Valuarum Eccleſiæ gaudet immunitate. In *Caputaquen.* 7. Sept. 1638.

Captus à Birruariis in ianua Conuentus, ſiuè Monaſterij gaudet immunitate. In *Roſſanen.* 18. Febr. 1653.

Captus in Platea Cathedralis Eccleſiæ gaudet immunitate. In *Narnien.* 17. Iul. 1663.

Confugiens ad Eccleſiam ligatus cum Birruario non gaudet. In *Florentina* 6. Nouem. 1634. & in *Aletrina* 5. Mart. 1660.

Carceratus ſequens, & manu tenens fibriam veſtis Sacerdotis redeuntis ad Eccleſiam cum Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento gaudet immunitate. In *Militen.* 28. Maij 1626.

Aſſocians proceſſionum Sanctiſſimi Sacramenti gaudet immunitate 30. Septemb. 1636.

Condemnatus ad ſuppliciũ mortis, effrigens carceres, non autem cumpedes, ſi confugiat ad Eccleſiam, gaudet immunitate. In *Romana* 11. Febr. 1648.

Furans in Eccleſia, quamuis gaudeat, punitur pœna exilij. In *Ianuen.* 15. Ianuar. 1647.

Cofugientes non poſſunt retineri in Eccleſia in compedibus, aut ligati, In *Conſentina* 11. Iun. 1627.

Condemnatus ad triremes aufugiens è carcere ad Eccleſiam gaudet immunitate. In *Anglonenſi* 22. Iun. 1660.

Ad gaudendum immunitate ſufficit confugienti probatio arbitrio Epiſcopi. In *Siracuſana* 16. Iul. 1626.

Domus, in qua cũ alijs viuit Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis non gaudet immunitate, 2. Apr. 1669.

Litteræ prò eiectione delinquentium à loco immuni dari poſſunt tantummodò à Sac. Congr. immun. In *Alydrunſina* 11. Iun. 1627.

Decoctorum bona ſunt extrahenda à loco immununi, & conſignanda Iudici cauſæ. In *Amalphitana* 29. Decembr. 1625. In *Ianuen.* 3. Iunij 1625. & in *Derthonen.* 26. Iul. 1626.

Ordinarius loci non poteſt extrahere bona decoctorum abſque facultate Sedis Apoſtolicæ. In *Neritonen.* 17. Ianuar. 1628.

Decoctoribus, qui in Eccleſiam confugiunt, ſolet præfigi terminus, quo elapſo, fer. fer. poſſunt extrahi. In *Neapolitana* 11. Martij 1625. Non poſſunt tamen extrahi abſque facultate Apoſtolica. In *Panormitana* 21. Ianuar. 1626.

Decoctores Regiæ Cameræ poſſunt extrahi, & mancipari carceribus Eccleſiaſticis, donec integrè perſoluant. In *Neapolitana* 12. Iun. 1626. & 9. Octobr. 1629.

Immunitate gaudent Clerici, qui poſt delicta ad Eccleſias confugiunt extrà caſus in Bulla Gregoriana comprehenſos, quo in caſu Abbatis opinio communiter eſt reiecta, ac reprobata à Sac. Congr. Epiſc. in *Tropien.* 24. Ianuar. 1617.

Immunitate gaudet prò debito ciuili ad Eccleſiam confugiens. Eadem in *Cotronen.* 21. Iul. 1617. & in *Beneuentana* 16. Maij 1619. & in *Senogallienſi* 22. Nouembr. eiuſdem anni.

Capellæ priuatorum Palatiorum non gaudent Immunitate. Eadem in *Marſicana* 17. Nouemb. 1617. & Sac. Congr. Immun. in *Peruſina* 9. Decemb. 1631.

Mater occidens filium infantem non gaudet immunitate. Sac. Congreg. Concil. 3. Decembr. 1632.

Qui faciem, vel vultum, vel os cuipiam in Eccleſia vulnerat, gaudet immunitate. Sac. Cong. Epiſc. 16. Nouembr. 1618.

Qui elapſus è manibus ſatellitum confugit ad Eccleſiam, vel apprehendit parietem, aut ſeras Valuarum, gaudet immunitate Sac. Congreg. Epiſc. 31. Mart. 1604. & 18. Iul. 1614. & 20. Decemb. 1616.

Gaudet etiam comprehenſus, qui per locum ſacrum ducitur. Sac. Cong. Epiſc. in *Sypontina* 12. Mart. 1603. in *Theanenſi* 13. Iul. & in *Hieracenſi* eodem die, ac anno. Verum contrà cenſuit Sac. Cong. Immun. vt ſuprà, ſed alibi cas conciliamus.

Attentans mutilare, vel occidere in Eccleſia, non ſequuto effectu, gaudet. Sac. Congr. Epiſc. 22. Ianuar. 1627.

Clerici confugientes ad Eccleſiam gaudent immunitate, etiam reſpectu vtriuſque Iudicis. Eadem in *Fauentina* 20. Auguſti 1601. & in *Tropien.* 24. Ianuar. 1617.

In materia immunitatis procedendum eſt per viam cenſurarum, non capturæ. Sac. Congreg. Immun. in *Cathacen.* 18. Febr. 1631.

Graſſatores, ſiuè latrones publici non gaudent immunitate. Greg. XIV. in ſua Conſtitutione. Non poſſunt verò dici publici latrones, qui ſemel, aut bis aliquem ſpoliarunt, vel ſæpius, ſed occultè in viis priuatis, vel etiam in locis ſacris, dummodò non publicè furari conſueuerint Sac. Cong. Epiſc. 10. Mart. 1610. in *Cathacen.* & in *Laudenſi* 28. April. 1623.

Monetarii gaudent immunitate Eccleſię, ſed contrà Eccleſiaſticos in hoc delicto procedendum eſt iuxtà Conſtitutionem Vrbani VIII. ſub an-

no

Digitized by Google

no 1627. Cong. Immun. in *Oppiden*. 16. Ianuar. 1635.

Cognitio Cauſæ Clerici monetarii ſpectat ad Epiſcopum, iuxta Conſtitutionem Vrb. Eadem Sac. Cong. 18. Febr. 1631.

Monetarii gaudent immunitate Eccleſiæ; quia non ſunt de exceptis in Conſtit. Gregoriana ſolet tamen ob grauitatem delicti à Sanctiſſimo diſpenſari, vt extrahantur cum debita decentia, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ, deducendo Reos ad carceres Epiſcopales, in quibus ſub tuta cuſtodia retineantur, iuxta tenorem d. Conſtitutionis vſque ad nouum ordinem Suæ Sanctitatis, vt in *Piſana* 8. April. 1668.

Declarantur excommunicati ex cauſa cuſtodiæ Baroncelli in Eccleſia cuſtodientes Reos ad illam confugientes. In *Amerina* 4. Decembris 1629. ex Sac. Cong. Immun.

Non eſt permittenda cuſtodia confugientium ad Eccleſiam. Ex eadem Cong. in *Neapolitana* 22. Iun. 1227.

Acriter reprehenditur Archiepiſcopus Conſentinus ſuper cuſtodia Confugiatorum. In *Conſentina* 21. Iun. 1627. ex eadem Cong.

Cuſtodia etiam ſi remota ab Eccleſia eſt amonenda. Eadem Sac. Congr. 14. Febr. 1634.

Capellæ, ſiuè Eccleſiæ in Arcibus, ſiuè Caſtellis exiſtentes gaudent immunitate. Eadem Sac. Congreg. anno 1653. Vndè cum Card. Triuultius nomine Maieſtatis Catholicæ ſupplicaret prò declaratione, vel licentia, nè Milites delinquentes, qui ad illas confugiunt, gaudeant immunitate, Ordinarij poſſint ſe ingerere in impediendam punitionem delictorum, licet confugerint ad dictas Capellas, ſiuè Eccleſias Cong. Immun. eodem anno cenſuit reſpondendum, quod in caſibus particularibus conſulatur Sac. Congregatio.

An percutiens Clericum mortuum incidat in Can. ſi quis ſuadente 17. *queſt*. 4. Vide de Cenſuris to. 6. Conſul. 5.

De abſolutione ab excommunicatione Can. ſi quis ſuadente *&c. prò vtroque foro, etiam prò pœna Cadaueri imponenda*. Vide de Cenſur. to. 6. Conſul. 6.

An, & quatenus ſententia declaratoria cenſurarum ob violationem immunitatis, ſeu iuriſdictionis Eccleſiæ latarum contrà Magiſtratus, Iudices laicos &c. ſit nulla defectu citationis? Vide de Cenſur. tom. 6. Conſult. 13.

1 *An Iudices, & Magiſtratus ſæculares poſſint de facto procedere prò delictis commiſſis ante Clericatum, etiam ad diſtrictionem perſonalem Clerici, qui in fraudem iuriſdictionis laicalis ad primam tonſuram ſe promouere fecit, vel habitum reaſſumpſit*?

2 *Quæ in hac re ſint partes Iudicis Eccleſiaſtici, quæ Magiſtratus ſæcularis, vt vterque forus intrà ll. mites ſuæ iuriſdictionis contineatur? Vbi*

3 *Quandò hæc fraus præſumatur, aliaque huiuſmodi*? tom. 6. Conſult. 17. Item tom. 1. Conſult. 103. tom. 2. Conſult. 66. & tom. 3. Conſult. 8.

Referendo nos ad dicta in præcitatis tom. & Conſult. Addimus declarationes Sac. Congregationum, ac Concluſiones, vt infrà:

Præſuppoſito, quod quidam Clericus initiatus prima tonſura, dimiſſo habitu, & ſeruitio Eccleſiæ, dederit mandatum ad committendum prætenſum delictum, poſteà verò reaſſumpto habitu, & ſeruitio Eccleſiæ fuerit commiſſum prætenſum delictum, quo tempore in habitu, & tonſura incedebat, inſeruiendo diuinis, dubitatur an Clericus prædictus foro priuilegio gaudeat?

Die 1. *Febr*. 1607. *Sac. Congr. Concil. cenſuit, debere vtiq; gaudere; niſi in fraudem habitum reaſſumpſerit, quod Iudex Eccleſiaſticus reſpicere debebit. Ac propterea, ſi de huiuſmodi fraude conſtiterit, Iudicem ſæcularem eatenus in illud iuriſdictionem habere, quatenus à Sac. Canonibus permiſſa eſt illi iuriſdictio in eos, qui poſt delictum commiſſum in fraudem Ordinibus initiati ſunt*.

Rurſus quidam Diœceſis Lunenſis Sarzanenſis in puerili ætate conſtitutus ſuſcepit Ordines minores, ſed deindè per 20. annos circiter nunquam geſtauit habitum, neque tonſuram Clericalem, ſed ſemper inceſſit vti ſæcularis, & vti talis per dictum tempus habitus fuit; Verum nouem, vel decem ab hinc menſibus, cum fuiſſet occiſus quidam eius frater carnalis, ſtatim reſumpſit ex hoc capite, & abſque aliqua adſcriptione Eccleſiæ habitum, & tonſuram Clericalem, & aliquandò etiam inſeruiuit Eccleſiæ, intereſſendo in Choro diuinis officiis, ac etiam inſeruiendo Miſſis. Modò fuit occiſus Pater occiſoris fratris dicti Clerici, & Iudex Sæcularis prætendens inquirere de dicto homicidio contrà Clericum prædictum, illum carcerari fecit, & in actu capturæ fuit inuentus ſine tonſura, & cum armis, ipſe verò ad declinandam iuriſdictionem Sæcularem, exhibuit inſtrumentum ſuorum Ordinum, ac per teſtes probauit à dicto tempore 9. vel 10. menſes ſe geſtaſſe habitum, & tonſuram Clericalem, ac etiam inſeruiſſe Eccleſiæ. Ex hoc dubitatur: nunquid debeat gaudere priuilegio fori Eccleſiaſtici?

Die 26. *Aprilis* 1607. *Sacra Congregatio Conc. cenſuit, huiuſmodi inquiſitionem, an inquiſitus reaſſumpſerit habitum in fraudem, ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum. Cæterum an talis fraus ſubſit, nec nè, ipſum magis ſcire poſſe. Itaque eius muneris eſſe id decernere*.

Die 23. *Mart*. 1626. *Sacra Congregatio Conc. cenſuit, Clericum, qui charačterem, ſeu tonſuram, & habitum Clericalem aſſumpſit in fraudem, etiam poſt proceſſum, & fideiuſſionem de ſe repreſentando coram Iudi-*

Iudice laico, gaudere nihilominus fori priuilegio, & à Iudicis laici iuriſdictione liberum eſſe quoad perſonam. Si tamen Iudex Eccleſiaſticus declarauerit ſubeſſe fraudem, poterit Iudex laicus procedere quoad bona.

Idem cenſuit eadem Sacra Congregat. in *Papienſi* 23. Maij 1626. quæ etiam anno 1622. cenſuit, Clericum primæ tonſuræ, qui in Carcerem Curiæ laicalis coniectus, ac deindè in Carcere Curiæ Eccleſiaſticæ depoſitus fuerat, eo quod ex defectu ſeruitij Eccleſiæ non gauderet fori priuilegio, poſſe à Iudice laico puniri, etiam pœna corporis afflictiua, non obſtante, quod poſt capturam Epiſcopus ei contuliſſet Beneficium Eccleſiaſticum: Quia quamuis ſolum beneficium eximat Clericum à iuriſdictione Iudicis laici *ex cap. 6. ſeſſ. 23. Trid.* tamen hæc qualitas ſuperueniens illi non profuit: quia perſona erat præuenta, & beneficium non reperit eum liberum per doctrinam Io: And. ſuperius relatam. Nec conſtituenda videtur differentia in hoc, quod ille iam eſſet Clericus. Etenim quoad fori priuilegium nulla eſt diuerſitas inter laicum, & Clericum non habentem qualitates à Concilio requiſitas; Ambo enim pariformiter ſubijciuntur iuriſdictioni Iudicis Secularis; Vndè ſicut qualitas beneficij, quæ per ſe ſola poteſt eximere, nihil operatur, quandò perſona eſt præuenta, ità nec operatur Clericatus ſuperueniens.

Die 14. Nouembris 1609. Propoſito hoc dubio in Sacra Congregatione Conc. An Clericus; qui cum laicus eſſet, ex cauſa homicidij à Iudice laico ad certum tempus in exilium damnatus, pulſuſque fuerat cum eo, vt ſi exilium non ſeruaret, incideret in pœnam triremium, & durante tempore exilij, prima tonſura initiatus, & Eccleſiaſticum beneficium adeptus, exilium deindè non ſeruauit, & hac de cauſa nouiſſimè inquiſitus, iuſſuque Secularis Iudicis in carcerem coniectus, opponit exceptionem fori declinatoriam, ſit remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum, nec nè? Sacra, &c. cenſuit, hunc Clericum ante tranſgreſſionem exilij promotum, Eccleſiaſticumque beneficium adeptum, remittendum eſſe ad Iudicem Eccleſiaſticum.

Porrò, cum inſpecto tempore ſententiæ, & delicto homicidij, Clericatus fuerit aſſumptus, & beneficium acquiſitum poſt delictum, & nedum poſt præuentam cauſam, & perſonam, ſed etiam poſt condemnationem executam; Inſpecto autem tempore tranſgreſſionis Clericatus fuerit ſuſceptus, beneficiumque receptum ante delictum tranſgreſſionis exilij, videndum eſt, quod tempus attendatur. Et certè videtur attendendum hoc tempus poſterius exilij non obſeruati, qua in re extat expreſſa deciſio Alberici in *l. meminiſſe ff. de offic. Proc. num. 5.* Qui in caſu conuerſo propoſita quæſtione de Officiali Tholoſano, qui Clericum ad tempus relegauerat, reſeruata ſibi pœna duplicationis, ſi ante tempus reuerteretur, & interim laico effecto, ob viduam in vxorem ductam, & ante tempus reuerſo, reſpondet, nouum Iudicem, ideſt Secularem vindicare debere: quia agitur de nouo facto, & de noua conditione perſonæ. Et in ſuis terminis id ſequutum eſt Neapolitanum Conſilium *tract. de Vincen. de Franch. deciſ. 209.*

An autem Iudex Eccleſiaſticus, ſecuta remiſſione, teneatur ſtare ſententiæ contrà hunc Clericum latæ in foro Seculari, dum laicus eſſet, & cogere eum ad ſeruandum tempus exilij, ac etiam punire ob exilij tranſgreſſionem pœna triremium? Negat Valaſch. *tom. 1. Conſult. Regn. Portug. 44.* Sed de nouo cognoſcere debet. Affirmat Cart. in *l. cum quædam ff. de iuriſd. om. iud.* & Anfred. *de poteſt. ſæcul. ſuper Eccleſiaſt. reg. 1. fall. 11. num. 30.* At non teneri, ſed poſſe, ſi velit, tradidi tom. 1.

Idem declarauit Sacra Congregatio Epiſc. in *Ianuenſi* 20. Iul. 1621. In *Tranenſi* 22. Decembris 1617. Et ſæpius Sacra Congregatio Immunit. præcipuè in *Ciuitatis Caſtellanæ* 23. Mart. 1626. & 18. Febr. 1631. ac 10. Septembris 1622. In *Reatina*, in qua habetur, quod Clericus poſt dimiſſionem habitus, reſumens illum in fraudem gaudere priuilegio fori quoad perſonam; non autem quoad bona. Et 7. Decembr 1632. Clericus effectus poſt delictum commiſſum non punitur quoad perſonam; Niſi à Iudice Eccleſiaſtico.

Itàque Iudex laicus ità demum poteſt procedere contrà bona Clerici, poſt delictum promoti, ſi in cauſa præuenerit Iudicem Eccleſiaſticum ante Clericatum, & in hunc ſenſum accipienda eſt declaratio Sacræ Congregationis Conc. in cauſa *Nuſcana*, in qua cum dubitatum fuerit: *An Clericus Coniugatus, qui poſt dimiſſum habitum, & tonſuram Clericalem, deliquit, & prò eo delicto in Curia Seculari citatus, & condemnatus fuit, deindè reaſſumpto habitu, & tonſura Eccleſiæ inſeruire cœpit, iuxtà decretum* cap. 6. ſeſſ. 23. *poſſit à Iudice laico poſt delictum commiſſum iudicari, & puniri? Sacra Congregatio cenſuit, non poſſe propter idem delictum in carcerem conijci, aut perſonaliter diſtringi, modò non reaſſumpſerit habitum in fraudem, Iudicem poſſe proceſſui finem imponere, & contrà illum realiter procedere, iuxtà doctrinam Io: And.* in cap. vn. de oblig. ad ratioc.

Verba enim illa: *Modò non reſumpſerit habitum in fraudem, non important, vt qui habitum reſumpſit animo vitandi iudicium ſæculare, poſſit indiſtinctè in eo foro perſonaliter diſtringi. Sed ità demum ſi perſona fuerit præuenta, puta quia poſitus in carcere aufugit, aut dimiſſus fuit ſub fideiuſſione. Tunc enim de fraude conſtare dicitur quantum pertinet ad perſonalem diſtrictionem, quemadmodum de ea dicitur conſtare quoad bona, quandò cauſa eſt præuenta.*

Et confirmatur ex *Nepeſina*, in qua Sacra Congregatio tandem reſpondit: *N. & N. quamuis malè promotos, dummodò non ſecularis iudicij fugiendi fraude Clericatum aſſumpſerint, tam quoad perſonam, quam quoad bona exemptos eſſe à ſeculari iu-*

ri iuriſdictione . Sed etſi in fraudem primam tonſuram ſuſceperint, gaudere tamen fori priuilegio quoad perſonam, ſed quoad bona ſubditos eſſe ſeculari poteſtati, ſi modò Iudex laicus ante illorum promotionem praueneriт in cauſa . Cæterum non poſſe Iudicem ſecularem prauenientem in bonis procedere; niſi poſtquam Iudex Eccleſiaſticus pronunciauerit, eos in fraudem Curiæ ſecularis promotos fuiſſe .

Vt autem rem hanc totam illuſtremus, expellamuſque tenebras à varijs ſcriptoribus, qui illam non ſolum obſcurarunt, ſed excœcarunt, placuit ſequentes Concluſiones, cui Canones adijcere .

1. Concluſio . In cauſis ciuilibus Iudex ſæcularis, qui verbaliter citauit laicum, qui poſteà factus eſt Clericus, poteſt cauſam proſequi, & diffinitiua ſententia terminare .
2. In cauſis ciuilibus idem Iudex poteſt ſententiam realiter exequi in bonis Clerici .
3. In cauſis ciuilibus idem Iudex non poteſt Clericum prò illa cauſa perſonaliter diſtringere .
4. In cauſis ciuilibus Iudex ſæcularis, ſi prò delicto ciuili realiter, ideſt per capturam perſonę citauerit laicum, qui exiſtens in carcere ordinatus ſit Clericus, poteſt in cauſa procedere, eumque in carceribus detinere .
5. In cauſis criminalibus Iudex ſæcularis, qui verbaliter citauit laicum, qui poſt commiſſum delictum factus eſt Clericus, poteſt in cauſa illa procedere, & pronunciare .
6. Idem Iudex poteſt ſententiam ſuam exequi realiter in bonis Clerici .
7. Non tamen poteſt eandem ſententiam exequi in perſonam, nec Clericum perſonaliter diſtringere .
8. Iudex ſæcularis, qui prò criminali cauſa realiter, ideſt per capturam perſonæ citauit laicum, qui dum detineretur, factus eſt Clericus, poteſt eum diſtringere, & punire etiam in perſonam .

Harum Concluſionum perſtrictio . Iudex laicus, qui in cauſa ciuili, vel criminali, ſiuè per citationem, ſiuè per capturam pręuenit contrà laicum, qui poſteà factus eſt Clericus, poteſt cauſam illam proſequi, ac diffinire, & exequi realiter, vel perſonaliter ad limites pręuentionis dumtaxat, & non vltrà .

9. Concluſio . Semota fraude, laicus poſt commiſſum delictum prima tonſura initiatus, omninò eximitur à iuriſdictione Iudicis laici, tam quoad perſonam, quam quoad bona .
10. Laicus, qui poſt patratum delictum, primam tonſuram in fraudem ſuſcepit, vt ſcilicet ſe eximeret à ſæculari poteſtate; quoad perſonam nihilominus gaudet fori priuilegio, nec poteſt à Iudice laico puniri, aut perſonaliter diſtingi .
11. Laicus, qui poſt delictum aſſumpſit Clericatum in fraudem quoad bona ſubeſt ſæculari iuriſdictioni, ideòque poteſt à Iudice laico puniri pœna pecuniaria, & confiſcatione bonorum, dummodò Iudex laicus in cauſa præuenerit Iudicem Eccleſiaſticum ante Clericatum .
12. Ad hoc, vt Iudex laicus poſſit procedere contrà bona Clerici, in fraudem promoti, neceſsè eſt, vt procedat declaratio Iudicis Eccleſiaſtici ſuper fraude, & interim debet ſuperſedere .
13. Cognitio, & declaratio, an Clericus fuerit promotus in fraudem, nec nè, ad Iudicem ſæcularem nō pertinet, ſed ad Eccleſiaſticū tantum: quia cum agatur de Clericatu, & illius qualitate, ſiuè quæſtio ſit iuris, ſiuè facti, Iudex laicus nullam habet iuriſdictionem, ideòque malè faceret Iudex laicus trahendo indirectè, ſiuè de facto eiuſmodi Clericum, antequam eſſet declaratum circà fraudem, ac proindè, cum traheret prẹter iuris diſpoſitionem, innodaretur cenſura Can. 19. Bullę Cœnæ .
14. Laicus ſpurius, vel homicida, licet initiari non debeat abſque diſpenſatione Apoſtolica; conſuratus tamen recipit primam tonſuram, & gaudet fori priuilegio, licet Ordinis executionem non habeat .
15. In illis caſibus, in quibus Iudex ſæcularis poteſt procedere contrà Clericum prò obligationibus initis, vel maleficijs commiſſis ante ſuſceptos Ordines, poteſt etiam procedere contrà eum, qui profeſſionem emiſit, & è contrà . In quibus caſibus eximitur Clericus à iuriſdictione Iudicis laici, eximitur etiam profeſſus, cum in hac materia à pari procedant, ſaluo tamen eo, quod defenſio cauſæ ſpectabit ad Monaſterium .
16. Clericus etiam Coniugatus, qui poſt dimiſſum habitum, & tonſuram Clericalem deliquit, & prò eo delicto in Curia ſæculari citatus fuit . Deindè reſumpto habitu, & tonſura, Eccleſiæ inſeruire cepit, iuxtà decretum Conc. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. gaudet priuilegio fori, & Canonis quoad ea, in quibus non eſt inducta præuentio . Sed quoad ea, in quibus eſſet prauentus, non prodeſt reſumptio .
17. Laicus à Curia Sæculari prò criminali cauſa carceribus mancipatus, vel è Carceribus aufugit, vel ſub fideiuſſione dimiſſus, ſi poſteà Clericali charactere inſignitus, habitum, & tonſuram deferat, atque alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat, prò eadem cauſa poteſt à Iudice laico perſonaliter diſtingi, ac puniri .

Hęc autem omnia potiori iure vindicant ſibi locum in Regno Neapolitano, vt tradunt Vincentius de Franchis *dec.* 545. & Genuen. *in pr. cap.* 5. *num.* 4. & alij .

De validitate, & iniuſtitia declaratoria cenſurarum ob impeditam Eccleſiaſticorum iuriſdictionem . Vide de Cenſuris tom. 6. Conſul. 18.

De inualiditate, & iniuſtitia cenſurarum Eccleſiaſticarum, de appellatione ab illis aliqua in praxi? Vide de Cenſuris tom.6. Conſul.19.

An fideiuſſor iuſtè cogi poſſit, quod pratenſus delinquens, quem fideiuſſit habiturum Vrbem, vel domum prò Carcere, ad Eccleſiam confugerit? tom.6. Conſult. 20.

AFfirmatiuè: Quia hic prætenſus Reus contraueniſſe patet, dum ad Eccleſiam confugit, & prò tuto carcere non habuit; frangit enim Carceres, non ſolum qui tenetur ſub claue in arcta cuſtodia, ſed etiam qui ſublata aſſignata Ciuitate, vel loco prò Carcere, Oltrad. *conſ.*65. *num* 1. Io. And. ad Specul. *par.*2. *tit. de præſcrip. §. ſpecies*, & alij.

At facientes huiuſmodi promiſſiones eas frangunt, ſi non redeant ad Carceres, ſed confugiunt ad Eccleſias, licet indè non poſſint extrahi. Farinac. de *Immun. Eccleſ. nu.*200. Fagundenz. *ad precept. Eccleſ.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.*58.

Tenebatur igitur, quia prò tuto carcere pretenſus Reus, non habuit Ciuitatem, vel domum, ſed confugit ad Eccleſiam, præſertim ſi interpellatus, vt ſe repræſentaret, noluit ſe conſtituere in manibus Iuſtitiæ, prout iuſtè poteſt interpellari ante ſententiam, iuxtà praxim, de qua teſtantur Mill. *in prax. §.* 1. *in formul. denuntiat. num.*65. Clar. *§. fin. quæſt.*46. *num.*10. Farinac. *quæſt.*33. *num.*68.

An ſint licite littera exemptionis, tum Eccleſiaſticorum, tùm Sæcularium, vulgò Saluaguardia à iuriſdictione Epiſcopi, eiuſque Tribunalis, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus à Prorege Siculo conceſſa, vti à Sicilia Monarchia? Vbi afferuntur capitula ſuper Regia Monarchia cum nouis reformationibus, & declarationibus marginalibus tranſmiſſa à Regia Curia, & Conſilio Catholica Maieſtatis? tom 6. Conſult. 22.

INter iura extraordinariæ protectionis vnum eſt, quod dicitur Saluaguardia, ſingularis, ac priuilegiata. Illius cauſa efficiens, & finalis indè patet, quod cum in tanta hominum peruerſitate, ac Mundi malignitate innocentes multifariam offendantur, ac opprimantur, inter alia, quibus ſuccurri ipſis poſſe viſum eſt, remedia Summi Pontifices æquiſſimum iudicarunt, ſaluam ipſis guardiam largiri, vt eadem territi aduerſarij ab eorundem offenſione abſtinerent ad notata Bartoli, & Doctorum *in l. illicitas §. nè potentiores ff. de offic. Præſid.* Felin. *in rubr. de tregu. & pac.* & aliorum.

Hanc autem Saluamguardiam definiunt, eſſe protectionem, ac ſecuritatem, quæ minus potentibus contrà potentiores à ſuperiori poteſtate, vel etiam abſolutè ad ſuam, ac bonorum ſuorum tutelam petentibus amicis, aut alioquin charis pręſtatur.

Diuiditur quatuor modis. Vno, & principaliter quidem: Secundo modo ratione ſubiecti in Sęcularem, & Eccleſiaſticam. Hæc eſt quandò perſonæ Eccleſiaſticę, illa verò cum ſęculares in ſingularem protectionem, ac Saluamguardiam à liberis Principibus ſuſcipiuntur.

Huius partitionis ratio indè colligitur, quod tam laici, quam Clerici in ſpecialem Principum clientelam recipi ſoleant, cuius rei innumera extant exempla, & idipſum clarè teſtatur Menoch. *arbitr. quæſt. lib.*2. *caſ.*338. *nu.*6. vbi ſcribit, ſe vidiſſe Sereniſſimum Ducem Subaudiæ Abbati, & Monachis Carthuſiæ Vallis Pixij apud Montem Regalem Pedemontium ampliſſimam Saluamguardiam conceſſiſſe.

Tertiò generatim diuidi ſolet in abſolutam, ſeu generalem, & limitatam. Generalis *eſt illa*, quæ omnem omninò tam facti, quam iuris defenſionem continet. Limitata autem, quæ certæ defenſionis limitibus continetur, atque includitur, vt ſi defendendus cliens fortè plures habeat poſſeſſiones, ac ſubditos in diuerſis locis, & vnam ex illis Princeps, reliquis excluſis protegendam ſuſcipiat.

Quarto ſubdiuidi poteſt in eam, quę in genere, & non contrà certam perſonam, etiam nemine citato, & citrà cauſę cognitionem conceditur, & in eam, quæ aduerſus certas perſonas, à quibus impetrans ſe ſibi metuere narrat, & regulariter quidem citatis eis, ac cum cauſæ cognitione tribuitur. Addidi verbum *regulariter*, quia interdum, & ſine cauſæ cognitione conceditur, & nihilominus illi, contrà quem impetrata fuit, ob Principis, quem facilè adire, & reuocationem obtinere poteſt, voluntatem ſolam, obſeruanda eſt. Menoch. *loco citato num.*8. *&* 9.

Quintò. Porrò ſubdiuiſio eſt, qua diſpartitur Saluaguardia in eam, quę diplomatis, vel litteris patentibus in modum priuilegij per notata Fabri *lib.*4. *C. tit.*12. *de fin.*5. *num.*1. Gail. *lib.*2. *obſ.*54 *num.*7. & in eam, quæ per ſigni tituliuè impoſitionem, de qua in *l.*2 *C. vt in priu. tit. præd. ſuis.* Vel per appoſitionem Cuſtodum, Menoch. *d. l. num.*11. *&* 12.

Saluam autem guardiam habens nullo modo inquirendus, vel moleſtandus eſt per tex. & Doctores in *l. Sancimus* 25. *in princip. C. de adminiſtr. tut. lib.*2. *§.*1. Farinac. *in prax. crim. par.*1. *tit* 4. *quæſt.*29. *num.*1. *& ſeqq.*

Hoctenus de Saluaguardia in genere. De Sicula autem, & quæ ſequuntur videatur D. Author ibidem, me remittendo ad praxim.

1 *An, & quatenus domus Eccleſijs coniunctæ gaudeant immunitate? In dubio an gaudeant?*

2 *Anne ex illis extrahens confugam, incurrat excommunicationem?* tom.6.Conſult.13.

AD 1. Non gaudent, quandò ſunt laicis locatæ, & habent ingreſſum ad viam publicam, quo in caſu, etiam ſi ex alia parte reſpondeant in Clauſtro, vel atrio Eccleſiæ, dicuntur merè laicales, & non gaudent immunitate, vt in ſpecie Aponte *dec.*35. Sanfelic.*dec.*136.Peregrin.*de Immun.cap.*4. *num.* 27. & alij à me adducti *in* 1.*to.* vbi & declarationes Sac. Congreg.Immun.quæ etiam in *Narnien.* declarauit die 28. Febr. 1662. *Apothecas ſitas ſub Palatio Epiſcopali in Platea Eccleſiæ Cathedralis locatas laicis, non gaudere immunitate Eccleſiaſtica.*

Quanquam enim domus Eccleſiæ contiguæ, vel exiſtentes in atrio, vel portico Eccleſiæ, ſiuè clauſtro Monaſterij gaudeat immunitate, id tamen procedit, ſi habitentur à Canonicis, vel à Clericis eiuſdem Eccleſiæ: quia dicuntur de appendicibus, & acceſſorijs Eccleſiæ, tanquam ad habitationem eius Miniſtrorum deputatæ, vel ſi ad illas non poteſt haberi aditus, niſi per locum ſacrum, & immunem; In quo caſu etiam ſi laici illas inhabitent, non poteſt fieri extractio, cum neceſſariò tranſiri debeat per locum ſacrum.

Ad 2. Poſita iuſta cauſa credendi, domus prædictas non eſſe immunes, non incurrit excommunicationem, ſi quis ab eis confugam extraxerit, licet reuera gauderent immunitate, & extractus eſſet eis reſtituendus: quia cum excommunicatio ſit pœna ſpiritualis grauiſſima, ad eam incurrendam requiritur delictum temeritatis, & mali animi inducens peccatum mortale, ſine quo excommunicatio non datur. Ideòque ignorantia, quæ non ſit affectata, ſiuè alia cauſa probabilis excuſat ab excommunicatione. Sayr. *de cenſur.lib* 1.*cap.*18. *num.*1.8. *& ſeqq.*& in terminis immunitatis Eccleſiæ tradit Farinac.*de immun.in append. num.* 528. Poteſt quippè ſimul eſſe, locum, vel perſonam eſſe immunem, ideòque extractum eſſe reſtituendum, & extrahentes non incurrere cenſuras, exemplo eorum, qui in carceres conijciunt Clericos non notorios in habitu laicali incedentes. Et in hoc caſu ignorantia non eſt iuris, ſed facti, atque adeò excuſatione digna; niſi probetur talis facti notorium.

1 *An Epiſcopus licitè retinere poſſit Cymbam piſcatoriam prò ſuo, ſuorumque vſu, & piſces eos, qui ſuperſunt, eorumque pretium in eleemoſynam, ac in ſtipendium piſcatorum conuertere?*

2 *An pretium horum piſcium ſit immune à vectigalibus?* tom 6.Conſult.24.

AD 1. Affirmatiuè, tum ex iure Diuino; Apoſtoli enim, qui & Epiſcopi erant, cymbam piſcatoriam habebant. Io: 21. vbi Chriſoſtom. Auguſt.& Gregor. licitum fuiſſe fatetur etiam poſt conuerſionem: *Negotium*, ait Gregorius, *quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, poſt conuerſionem repetere culpa non fuit*: Traditque Hieronym. loquens de Monachis *ep. ad Ruſtic. relatus in can. nunquam* 33. *de conſecr. d.* 6. ait: *texantur & lina capiendis piſcibus.* Et Chriſtus ipſe iuſſit Apoſtolis, vt mittant in dexteram nauigij rete. Ergò id eſt licitum; Non iubet enim Deus, niſi licita.

Tum ex iure gentium, apud quas liberum, ac licitum eſt omnibus piſcari, & ipſum mare eſt liberum, *Inſtit.de rer.diuiſ.*§.*& quidem*,*&* §.*flumina autē*, ibi: *Ius piſcandi omnibus commune eſt*; Quare licitum eſt cuique in mare piſcari, *l.venditor ff de com.præd.*cum alijs eiuſmodi.

Tum quia piſcatio nullibi iure Canonico Epiſcopis prohibetur. Ergò cenſetur permiſſa, *in can.Eſau diſt.*86. in quo dicitur non inueniri in ſcripturis Sanctis Sanctum aliquem venatorem, piſcatores inueniri Sanctos. Cum igitur licita ſit piſcatio Epiſcopo, multò magis erit licita eius Miniſtris prò ipſo. Cumque piſces, qui capiuntur, ſint ſub dominio capientis, *d.Inſt.de rer. diuiſ.*§. *feræ*, iniquum eſt dicere, liberum non eſſe homini ingenuo de rebus ſuis diſponere, *l. non vſque adeò ff. ſi quis apparente.*

Non obſtat, quod negotiatio Clericis ſit prohibita; Nam eſt prohibita negotiatio lucratiua, non œconomica.

Ad 2. Mihi conſiderandum videtur, an id ſit nouum, & contrà ſolitum, ac præiudiciale Reipublicæ, cum hoc modo aperiretur via multis fraudibus, exemplumque præberetur alijs Eccleſiaſticis; qui emendo & ipſi huiuſmodi cymbas, magnum præiudicium inferrent publicis vectigalibus, quare prò quiete vtriuſq; Reipublicæ Eccleſiaſticæ, & ſæcularis, & ad obuiandum fraudibus, quæ hac piſcatione piſciumque venditione committi poterint, detracta ex captis piſcibus quantitate illa, quæ copioſè ſufficeret Epiſcopo, ſuæque familiæ, reliquum, quod venditur, non ſit immune à vectigali.

Atque ità etiam cenſuit in *Piſaurenſi* 16. Ian. 1652. Sac.Cong. Immun, nempè: *Epiſcopum Piſaurenſem gaudere debere immunitate, & exemptione à gabella piſcium, prò vſu ſuo, familiæ, & prò eleemoſynis.*

An hodie ſit in vſu extenſio priuilegij Immunitatis Eccleſiæ Maioris per 40. *paſſus, & per* 30. *in minoribus?* tom.6.Conſult.25.

OMiſſis aliorum ſententijs, & quicquid ſit de iure communi, & veteri, quod moritus abrogatum eſſe tradunt Nauarr. *in man.*

*cap.*25.*nu.*18.Couat.*cap.*20.*nu.*5.Clar. *quæſt.*30. *num.*1.& alij, tenendum eſt, hos paſſus gaudere, ſi adſit in loco legitima conſuetudo. Ità Suarez *lib.* 3.*cap.* 9.*num.* 8. Et declarauit Sac. Cong.Immun.tum alibi, tum præcipuè in *Interamn.*17.Iul.1663.*vt tradidi to.*1. *Conſult.*436. Quam quidem differentiam à iure antiquo, & immunitatem hodie hac conſuetudine reſtrictam eſſe puto propter ingentem numerum Eccleſiarum, & multitudinem, ac frequentiam delinquentium. Alias enim facilè quilibet malefactor euaderet, nec penderet pœnas ſceleris, cum nulla ferè ſit via in Ciuitatibus, & Oppidis, in qua non ſit vna, & quandòque etiam plures Eccleſiæ, itàut priuſquam caperetur, facillimè poſſet in aliquam earum ſe recipere, maximè nemine perſequente. Quod tamen eſſet contrà mentem eorum, qui Eccleſijs hanc immunitatem tribuerunt, non quidem, vt eſſent aſyla delinquentium, ſed vt præſtarent refugium miſeris, qui humana fragilitate, aut caſu in aliquod crimen incurriſſent. De qua re nos alias fusè; Vndè hos paſſus non gaudere declarauit eadem Sac. Cong. Immun. ſub anno 1634. in *Spoletana*, relata à Donato *de aſylo reſol.*43.*num.*1.*&* 2.Sed forſitan quia non aderat conſuetudo legitima, ad cuius terminos iudicandum in hac re cenſeo, & conformis Sac.Canonibus, ideòque obſeruanda.

Non obſtat, quod immunitati Eccleſiaſticæ non poſſit derogari per conſuetudinem: Nam id procedit in derogatione generali immunitatis, non autem in particulari, vt alibi etiam diximus.

An ſi is, quem Satellites inſequuntur, dum ad Eccleſiam confugit, eiuſque oſtium tangit, vel oſtij veſtem apprehendit, ob metum adhuc inſequentium, cadat propè dictum oſtium ſub Eccleſiæ ſtillicidijs, ibique capiatur, ſit reſtituendus? Vbi? An ad id probandum ſint idonei teſtes amici? Et in caſu dubio, an extrahentes incurrant excommunicationem? Et quomodò ſint abſoluendi? tom.6. Conſult.26.

IN hac re ponderandum puto, quod, & ſi admittatur, confugientem cecidiſſe propter metum; nihilominus: quia metus non cadit ſub ſenſu corporis, atque adeò non dependet à iudicio teſtium. Vermigl.*conſ.*582.*num.*4. debet ad hunc effectum plenè, & concludenter probari. Mar.Ital.*de immun.lib.cap.*5. *§.*1.*num.* 124.Cumque caſu abſque violentia, dolo, aut miniſterio inſequentium confugiens repertus poſſit extrà locum immunem, licita erit captura. Bonac.*de cenſur. tom.*3. *diſp.* 2. *quæſt.*3. *pun.*16 *§.num.*19.*& ſeq.* ac Donat. *de aſyl.reſol.* 39.*num.*16.etiam ſi in ipſo interuenerit metus, vel timor, Donat.*reſol.*22. *num.* 3. & latè Sanfelic.*dec.*286. *num.*56. *& ſeq.p.*2. Siquidem captum aliquem fuiſſe in loco immuni ad effectum infligendi cenſuras, plenè, & concludenter probari debet, tum maximè ſi adſint depoſitiones Satellitum, ſiuè Executorum, concludentes, capturam in loco immuni non eſſe factam, Mar.Ital.*d.cap.*6.*§.*2.*num.*98. & Sperel. *dec.*149.*num.* 15.*p.*2. Vel ſi adſit depoſitio tantum vnius teſtis deponentis de captura in loco immuni, qui non ſufficit ad relaxandum cenſuras. Vermigl.*conſ.*122.*num.*13. *& conſ.* 133. *num.*16. Vel ſi teſtes deponentes de captura in loco immuni vincerentur à maiori numero teſtium contrarium probantium, qui tum ex numero, tum quia ſunt ad defenſionem, ac conformes præſumptioni iuris, ſunt in concurſu cæteris præferendi prò Fiſco examinatis, Vermigliol.*conſ.*55.*num.*16.

In omnem tamen euentum, quatenus ex timore, vel metu à Curia ſæculari non incuſſo, hæc teneretur reſtituere carceratum Eccleſiæ, non tamen teneretur ad damna, & expenſas, & firmant Ricc.*in pr.var.reſol.*328.*nu.*5. *p.*2. & Sanfelic.*d.dec.*286.*num* 6.8.*& ſeq.*

Ideòque ſi poſt adductas hinc indè probationes, res adhuc remaneat dubia; num ex timore iniuſtè incuſſo confugiens ceciderit, cenſeo concedi poſſe abſolutionem ad cautelam, quæ ſemel conceſsa, nequit poſteà abſolutus denuò reintendi in cenſuras, niſi noua cauſa, aut contumacia ſupetueniente, etiam ſi abſolutio illegitima detegeretur, vt reſpondit Rota *de iur. perſonar.lib.*4.*cap.*66.*num.*45.

An confugiens ad Eccleſiam, illamque clauſam inueniens, ſi manibus tangat, vel amplectatur parietem, eique adhæreat, vel oſtij Eccleſiæ vectem, aut catenulam apprehendat, gaudeat immunitate? Vbi quid quoque de tecto Eccleſiæ, aliorumque locorum immunium? De confugiente ad Crucem, & ad Sacerdotem deferentem Sacram Euchariſtiam, vel Oleum Sanctum infirmorum; Vbi non ab re: An, & quatenus extremo ſupplicio afficiendis ſit danda Euchariſtia? De conſuetudine, quòd morte damnatis non miniſtratur, & de eiuſmodi aliis. Quidue tandem de Reo comprehenſo in feneſtra poſita in pariete communi Eccleſiæ, & domus ſæcularis? tom.6.Conſult.27.

GAudere tenendum eſt. Tum quia is reueta eſt in Eccleſia: nam ibi dicitur aliquis eſse, vbi pedes habet, licet à tali corpore non circumdetur. Tum quia, licet is non ſit intrà Eccleſiam, eſt intrà ſitum Eccleſiæ, & adhæret illi, atque adeò gaudet immunitate, non minus, quam, qui eſt in Camera ſuperiori. Is enim non tam videtur gaudere propter muros, quibus circumdatur, vel propter tectum, quo tegitur, quam quia eſt ſupra ipſam Eccleſiam, & intrà ſitum eius. Tum quia domus nedum ex ſolo, ſed etiam ex recto conſtat *ex l.cum, qui in princ.*ibi Gloſ.*ff.de vſucap.*

Atque ità etiam declarauit Sac. Cong. Immun. in *Amerina* 28.Maij 1628. his verbis: *Innixus ſtipiti portæ Eccleſiæ gaudet immunitate*, & in *Firmana* 13. Iulij 1657. *Euadens è manibus birruariorum,*

viorum, & vt dicitur ſi attaccò alla porta della Chieſa, *gaudet immunitate*. Et in *Brunduſina* 4. Septemb. 1640. *Qui in acta carcerationis, vt vulgò dicitur*, ſtaua attaccato alla porta della Chieſa con vn piede, & vna mano, *gaudet immunitate*. Et in *Caputaquenſi* 7. Septemb. 1638. *Tenens annulum portæ Eccleſiæ gaudet immunitate*. Et in *Roſſanenſi* 18. Febr. 1653. *Captus à birruariis in porta Conuentus gaudet immunitate.*

Et quoad confugientem ad nobilem aſylum Crucis certum eſt, gaudere. Fuit quippè Crux Chriſtianis ſemper ſancta, & venerabilis, *l. 26. C. de Epiſc. & Cleric.* Adeòq; fuit Signum Chriſti ſanctum, vt in Inſtrumentis prò fide, & ſubſcriptione cederet, *l. vlt. C. de iur. delib.* Nouel. Leonis 72. Et colloeatione eius profana loca expiari, & Deo conſecrari ſolerent, *l. vlt. C. Theod. de pag. ſacris* Nouel. 5. & 67. Et præferri quoque in Litanijs publicis. Nouel. 123. Cuiac. *in pand. C. nemini licere ſignum Saluatoris Chriſti humi, vel in ſilice.* Doctores, quos allegat Forſt. *in tr. Iuſtin.* & Sanctorum Patrum teſtimonijs probat Ritters *in ſacr. lect.* Et ità quoque declarauit Sac. Cong. Immun. in *Melitenſi* 7 Decemb. 1638. in hæc verba: *Confugiens ad Crucem exiſtentem in via gaudet immunitate.*

Quod demum ad confugientem ad Sacerdotem deferentem Sanctiſſimam Euchariſtiam, tenendum eſt abſolutè cum communi ſententia Iuris vtriuſque Interpretum, inter quos ex antiquioribus Archid. *in can. quæſitum,* Abb. *in cap. ſané de celebr. Miſſ.* vbi Hoſtien. ac cęteri Canoniſtæ, & alij Doctores innumeri immunitatem ſcilicet aſyli perſonalem tribui Sacerdoti deferenti Sacroſanctum Domini Noſtri Ieſu Chriſti Corpus, ad quod confugiens liberatur carcere, in quem ducebatur, vel fuſtigationis pœna, vel morte.

Ratio eſt: quia maior honor exhibendus eſt Euchariſtiæ, quam ipſis Eccleſijs, quibus ob ipſam Euchariſtiam plura priuilegia conceduntur. Ergò multò magis debet ipſum gaudere immunitate, qua gaudent Eccleſię. Additque Suarez, nomen Eccleſiæ non abſurdè extendi ad locum illum, in quo actu, quamuis in tranſitu eſt Corpus Chriſti. His adiungo authoritatem Euangelicam Matth. 9. Vbi Mulier, quæ patiebatur fluxum ſanguinis tangens fimbriam Domini fuit ſalua. Et ego ſubiicio has rationes. Si enim Aræ aſylum erant, multò magis, & Corporis Domini erit. Sanctificatur enim indè Altare, & maius digniuſque quod ſanctificat, quam quod Sanctum factum eſt. Porrò Aræ ſupplices immunes præſtabant, & Sacroſanctorum Altarium aliquoties meminerunt Imperatores *in l. 3.* Et Adonias quod timens Salomonem ſurrexit, & abiit in Tabernaculum, tenuitque cornu Altaris, 3. *Reg.* 1. *an.* 50. Idemque fecit Ioab 2. *Reg.* 2. 28.

Atque ità declarauit Sacra Congregatio Immun. in *Melitenſi* 28. Maij 1626. his verbis: *Carceratus ſequens, & manu tenens fimbriam veſtis Sacerdotis redeuntis ad Eccleſiam cum Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento gaudet immunitate.* Et in *Beneuentana* 30. Septembris 1636. *Aſſocians Proceſſionem Sanctiſſimi Sacramenti gaudet Immunitate.*

Quod autem ad confugientem ad Sacerdotem deferentem Oleum Sanctum infirmorum de iure non gaudere immunitate communis ſententia eſt apud Gambacurt. *de immun lib. 4. cap. 6.* & Ricc. *par. 3. dec. 83. num. 5* & alios, tum quia non eſt ità dignum, vt eſt Euchariſtia continens gratiam, & authorem gratiæ, tum etiam quia Oleum Sanctum non eſt Sacramentum, ſed materia Sacramenti; Vndè multò minus gaudebit confugiens ad ſolum ipſum Sacerdotem, quin & ad Epiſcopum, vel ad Sanctorum Reliquias, vel imagines, quæ per plateas circumferuntur, vt per Delben. *num.* 14.

Secus autem ex conſuetudine, vt per Corream in *relect. in cap. inter alia de Immun. Eccleſ. par. 2. num.* 25. quem ſequitur Delben. *loc. cit.* vbi *n.* 15. adducit Locatellum *in breuiar. de tonſur. inſpect.* 5. *num.* 164. cuius opinionem ait probabilem, dum docet, quod Sacerdos ſuperpelliceo, & Stola indutus extrà Eccleſiam, pręcedente Cruce ad efferendum ver. gr. defunctum, non poſſit de licentia Epiſcopi à Satellitibus capi. Et ità coram Card. Vicario Vrbis anno 1614. deciſum fuiſſe teſtatur, ea ratione; quia Sacerdos in habitu Sacerdotali Diuina miniſtrat, & Eccleſiaſtica Officia exequitur, repreſentat Eccleſiam, & Chriſtum Dominum, cuius vices gerit, quare, ſubdit Locatell. in his caſibus, ſi Sacerdos caperetur, & interrogaretur ab Epiſcopo de aliquo delicto, propter quod captus fuerat, non tenetur ad mentem illius reſpondere, ſed poteſt vtpotè illegitimè captus, capturę nullitatem obijcere. [Hinc Sanctiſſimus Dominus Noſter Innocentius Diuina prouidentia Papa XII. anno 1693. damnauit ad Triremes birruarios, qui carceribus publicè mancipatunt quempiam Sacerdotem cum ſuperpelliceo, & Stola indutum propè Eccleſiam S. Marię de Plancto Vrbis.]

Cæterum morte ob delicta puniendis miniſtrandam eſſe Euchariſtiam, ſi ſint baptizati, & ſufficienter diſpoſiti, decernitur *in d. can. quæſitum* 13. *quæſt.* 2. Et de hæreticis relapſis, qui igne comburuntur *in cap. ſuper eo de hęret. in* 6.

Negant verò miniſtrandam eſſe eis ipſa die ſupplicii Clar. *quæſt. 79. num.* 31. Chartar. *de execut. ſent. contum. cap. vlt. num.* 334. & alij. Quia eſt contrà reuerentiam debitam Sacramenti, quod in illa die, in qua necandi ſunt miniſtretur.

Affirmant Corſet. *ſingul. 38. in fin.* teſtans de praxi, Scapp. *de iur. non ſcript. lib. 5. cap. 110. n. 6.* & alij multi. Hæc aſſertio eſt ad mentem Summorum Pontificum. Siquidem B. Pius V. in ſua Conſtitutione 91. concedit Confraternitati S. Io: Decollati Vrbis, vt eius Capellanus poſſit de nocte celebrare, nè extremo ſupplicio

puniendi careant Euchariſtia, quiuimmò miniſtrare poteſt, etiam ſi paulò poſt, nempè poſt horam, mors ſit inferenda damnatis, & dummodò non ſint illicò ducendi ad patibulum, imò ſtatim, ſi ex vrgenti cauſa debeat mors inferri: Quia habent ius ad Euchariſtiam, & illatio mortis, cum ſit actus iuſtitiæ vindicatiuæ ex natura ſua, non continet irreuerentiam ergà Sacramentum, & ideò ſi exerceatur ſtatim poſt ſumptam Euchariſtiam, non irrogabitur Sacramento aliqua irreuerentia.

Hinc tenendum eſt abſolutè, non poſſe induci conſuetudinem, quod morte damnatis non miniſtretur Euchariſtia, neque inductam ſubſiſtere, ſed omninò eſſe ijs miniſtrandam. Doctores communiter, Gloſ. in *Clem. 1. de pænit.* ibique Card. Anchar. & cęteri Canoniſtæ, Cherub. *in comp. Bullar. ad Conſtit.* 91. *B. Pij V. ſcol.* 2. Gomez. *tom. 2. var. cap.* 14. *de delict. num.* 6. & alii.

Quare nè hanc quidem quoad milites, qui more militari in exercitibus morte plectuntur, valere conſuetudinem, ſed eſſe abuſum omninò euellendum, & curandum, quod ad mortem damnati ità diſponantur, vt miniſtrari ijs poſſit Euchariſtia tenendum eſt, Nam decreta Pontificia procedunt vniuerſaliter de omnibus morti addictis, & hi quoque tenentur præcepto diuino, & habent ius diuinum ſibi aſſiſtens prò obtinenda Euchariſtia, & ideò quoad hos etiam conſuetudo eſt irrationabilis.

Atque ex his communiter Doctores aſſerunt, Iudicem teneri concedere tempus damnatis ad mortem, non ſolum, vt poſſint confiteri, ſed etiam, vt poſſint ſumere Euchariſtiam, & ſi deneget, peccare mortaliter, Suarez. *diſp.* 69. *de Euchariſt. ſect.* 3. *in fin.* Petr. Nauar. *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 3. *nu.* 228. & alij. Elicitur *ex d. Clem.* 1. *de pænit.* vbi iniungitur, quod compellantur Iudices, etiam medijs cenſuris ad concedendum tempus prò Sacramento pœnitentiæ, quod de iure intelligitur etiam de Euchariſtia, vt dixi ſuprà: quia Eccleſia præcipit, quod damnatis ad mortem detur Euchariſtia, vt in *d. Can. quæſitum* 13. *quæſt.* 2. *& in can. tanta dec.* 96. & ex B. Pio V. vt ſuprà. Et vrget etiam præceptum Diuinum ſumendi Euchariſtiam, cum ſint in fine vitæ. Atque adeò tenetur Iudex ſub mortali concedere tempus, vt adimpleatur huiuſmodi pręceptum, cum non poſſit nè indirectè quidem impedire, nè impleantur præcepta Diuina, neque poſſit in re graui contrauenire diſpoſitioni Eccleſiæ.

Vndè non poteſt Iudex negare huiuſmodi tempus ex eo, quod timeat recurſum ad Iudicem Superiorem.

Quod ſi damnatus ad mortem non poſſet ob aliquam indiſpoſitionem ſumere Euchariſtiam, ver. gr. tuſſis, vomitus, non teneretur Iudex differre ſupplicium, donec ceſſet indiſpoſitio, niſi fortè breui ſperaretur ceſſaturam. Tunc enim eſſet eadem ratio de lapſis, ac de infirmis, qui ob talem indiſpoſitionem non poſſunt ſuſcipere Viaticum.

Quandò tamen Iudex timet, ſi mors differatur, quod Reus eripiendus ſit Curiæ, non debet ſtatim denegare tempus prò ſuſcipienda Euchariſtia, ſed debet res ità diſponere, vt obuiet periculo, quoad fieri poterit; Quod ſi ex dilatione mortis timeatur graue ſcandalum, aut graue damnum Reipublicæ, non tenetur Iudex concedere tempus prò ſumenda Euchariſtia: Nam in hoc caſu concurrit vtilitas, & neceſſitas publica cum priuata, & ius naturale Diuinum, quod tenetur Iudex procurare quietem, & vtilitatem Reipublicæ. Ergò debet præferri publica vtilitas priuatæ. Item quandò aliter periculo occurri non poteſt, non tenetur concedere tempus, etiam ſi nullum damnum, aut ſcandalum ſit ſequuturum.

Si autem damnatus ad mortem habuit ſufficientem tempus ſe præparandi, & noluit, imò adhuc perſeuerat in ſua pertinacia abſque ſpè emendationis, non tenetur Iudex concedere aliquam dilationem, quamuis ſi concederet, rectè faceret, quia ſibi debet imputare.

At ſi adſit ſpes emendationis, tenetur Iudex dilationem concedere, vt poſſit ſumere Euchariſtiam. Nauar, *d. cap.* 3. *nu.* 227. Bonac. *d. pun.* 1. *num.* 6. & alij: Nam tenetur ratione charitatis.

Poteſt inſuper miniſtrari Euchariſtia damnatis ad mortem, etiam ſi non ſint ieiuni, Suarez. *diſp.* 66. *de Euchar. ſect.* 5. Nauar. *conſ.* 40. *in fin. de pænit. & remiſ.* & alij; quia præceptum ieiunij huiuſmodi non extenditur ad hoc tempus: Nequè damnati ad mortem tenentur ſeruare ieiunium prò ſumenda Euchariſtia, etiam ſi abſque notabili incommodo id poſſint, quia peruenerunt ad extremum cum maiori certitudine, quam quilibet grauiter ęgrotans.

Et non ſolum licet, ſed etiam ſtante bona ipſorum diſpoſitione, valdè eis expedit quotidiana ſumptio Euchariſtiæ ab intimatione ſententiæ, Io. Sanc. *in ſelect. diſp. &* *num.* 40. Quintanaduen. *ſingul.* 14. *de Euchar. num.* 1. Quia tunc maximè indigent roboratione, & antidoto ſpirituali; Vndè in die ſupplicij eſſe miniſtrandam tradunt Maiol. *lib.* 3. *de irregul. cap.* 34. *nu.* 15. & de praxi teſtatur Corſettus, & Scapp. *loco citato*.

Si quis verò pridie ad ſupplicium ſumpſit Euchariſtiam, poterit in die ſupplicij non ieiunus communicare, nam Euchariſtia per modum Viatici eſt miniſtranda proximò morituris, & quandò probabile eſt, quod eam amplius non ſint ſumpturi.

Reliqua ad hanc rem vide *de Carceribus, & Carceratis tom.* 5. *Conſult.* 66. Item *de S. Officio tom.* 8. *Conſult.* 97. Ac *de Euchariſtia tom.* 9. *Conſult.* 91.

Quod demum ad feneſtram Eccleſiæ, probato,

quod

quod Reus comprehenſus fuerit in illa, gaudebit immunitate. Donat. *de aſyl. reſol.* 39. *num.* 8. *& ſeqq. & reſol.* 59. *nu.* 8. Gimb. *conſ.* 20. *n.* 30. *& ſeqq.* ac alij. Et pluries à Sacra Congregatione declaratum teſtatur Donat. *d. reſol.* 59. *n.* 8. Ideòque articuli ad id probandum admittendi ſunt. Quinimmò ad hunc effectum ſufficit ſola depoſitio Archipresbyteri, vel alterius Sacerdotis eiuſdem Eccleſiæ, cum habeat vim duorum teſtium. Honded. *conſ.* 57. *num.* 38. *vol.* 1. Menoch. *conſ.* 92. *num.* 89. *lib.* 1. & alij.

An Epiſcopus in declaratione facienda: an Reus confugiens ad Eccleſiam gaudeat immunitate, debeat procedere ſeruato iuris ordine? tom 6. Conſult. 28.

Affirmatiuè: Tum ex alibi adductis, tum etiam, quia licet non deſint Doctores dicentes, quod proceſſus fabricatus ſuper delicto ad effectum cognoſcendi de Immunitate Eccleſiaſtica, non indigeat legitimatione, moti ex eo, quod ſatis eſt, cauſam Immunitatis cognoſci ſummariè, & ſine partis citatione, vt Merlin. Pignatel. *controuer. for. cap.* 64. *num* 8.

Alij tamen docent, requiri probationem plenam, ac veram, vt Bonac. *d. tom.* 3. *de cenſur. diſp.* 2. *quaſt.* 3. *pun.* 16. §. 12. *num.* 8. ac cœteri cum Vermigl. *conſ.* 99. *num.* 2. *& ſeqq.* ac ità, vt ſemiplena probatio non ſufficiat *l. huius ff. de condit. & demonſt.* Gloſ. *in cap. ſtatutum de reſcrip.* Rom. *in l.* 1. *C. de teſtam milit.*

Quare iuxtà hanc ſecundam ſententiam dicimus, quod requiritur vera, & plena probatio, idque ex authoritate Conſtitutionis Gregorianæ, ibi: *Cognitio prius per Epiſcopum, vt ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint.* Quæ verba ſignificant, quod delictum exceptum ſit manifeſtum, & clarum, non autem præſumptum *arg. tex. in l. cum hi* §. *modus ff. de tranſact.* Nam cum huiuſmodi probatio ſit grauis præiudicij, non ſufficit præſumptiua probatio, ſed requiritur plena indagatio, Auth. *hodie C. de repud. l. miles* §. *penul. ff. de adult.* Bald. *in l. tabularum* §. *ſi dubitetur num.* 3. *ff. quemadmodum teſtam. aper.* Dum ergò requiritur, quod plenè, ac verè probetur delictum, vtique dicendum eſt requiri, quod teſtes legitimentur: Quia non dicitur verè conſtare de delicto, niſi legitimato proceſſu: quia tunc dicitur conſtare ſecundum regulas iuris. Clar. *quaſt.* 10. *nu.* 2. *& quaſt.* 45. *num.* 13. Farinac. *quaſt.* 72. *num.* 103. & alij.

Ad litteras Clementis VIII. reſpondi *tom.* 1. *Conſult.* 127. *à num.* 11. ac alibi. Et ad declarationem Sac. Congr. Immun. reſpondeo, verum eſſe, quod ad effectum extrahendi delinquentes non requiruntur probationes concludentes, ſed prò arbitrio, & conſcientia Epiſcopi, vt etiam declarauit eadem Sacra Congregatio 15. Iun. 1638. in *Meliuitana* idque tamen, vt extracti in Eccleſiaſticis Carceribus conſtituantur, donec ab Epiſcopo cognitum fuerit, an aliquod ex criminibus exceptis commiſerint. Eadem Sacra Congreg. in *Neapolitana* 30. Septembris 1616. Sic etiam Sacra Congregatio Epiſc. in *Neapolitana* 23. Aprilis 1602. Et in *Meſſanenſi* 4. Maij 1604. & in alia *Neapolitana* 1. Iul. 1626. declarauit, ad licentiam extrahendi concedendam non requiri certitudinem delicti; ſed ſufficere dubium, neque eſſe neceſſarium, quod talis opinio, vel dubium reſultet ex notitia iudiciali, ſed ſufficere extraiudicialem, etiam quæ reſultet ex proceſſu laici. Ad effectum verò conſignandi Reum Curiæ ſæculari non ſufficit ſententia contumacialis, ſed requiritur plena probatio. Eadem Sacra Congreg. Epiſc. in *Cremonen.* 24. Febr. 1622. & in *Lucenſi* 27. Iul. 1618. Nec poteſt conſignari Reus propter ſolum proceſſum factum à Iudice laico. Eadem in *Neapolitana* 25. Iun. 1600. & in *Veſtana* 15. Octobris 1631. & Sacra Congregatio Immun. declarauit die 7. Nouembris 1651. in *Laudenſi*, ad priuationem priuilegij Immunitatis requiri concludentem probationem. Et 1. Iul. 1622. eadem Sacra Congreg. Epiſc. in *Neapolitana* dixit, decretum Clementis VIII. ad Archiepiſcopum Panormitanum fuiſſe locale.

An Clerici creditores poſſint tutò prouocari ad iudicium concurſus vna cum laicis creditoribus coram Magiſtratu Sæculari, cui ex ſtatuto laico de modo procedendi in cauſis decoctorum hoc munus incumbit? Vbi quid de edicto laico, vt compareat coram ſe, qui ſua putauerit intereſſe in cauſa? tom. 6. Conſult. 29.

Negatiuè cum Martha *de iuriſdictione par.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 123. *num.* 9. *& ſeqq.* Duard. in *Bulla Cœnæ lib* 2. *can.* 15. *quaſt.* 11. *num.* 53. Diana *par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 22. & generaliter aſſerimus, Iudicem, ſiuè Magiſtratum huiuſmodi prouocantem ad hoc iudicium Clericos, Eccleſiaſticas perſonas, loca pia, incurrere excommunicationem *can.* 15. *Bullæ in Cœna Domini* inflictam in trahentes ad forum laicum perſonas Eccleſiaſticas *quouis quaſito colore.* Quę clauſula roborat prohibitionem, nec prætextus etiam beneficij ipſorum Clericorum, qui trahuntur, poſſit ſuffragari.

Ratio autem eſt: quia omnis actus iuridicus laici in Clericum, etiam in fauorabilibus, cum fiat per modum ſuperioritatis, eſt inualidus, & illicitus ex Doctoribus in *cap. Eccleſ. S. Marię de Conſtit.* Vndè optimè ex hac clauſula adnotauit Bonac. *pun.* 5. *num.* 13. *in hunc Can.* 15. non excuſari trahentem ex intentione abſoluendi: quia abſolutio eſt actus iudicij, & ſuperioritatis, quod etiam tenet Carol. de Graſſ. cum alijs *effect. Cler.* 1. *num.* 257.

Hinc Iudex laicus innodatur d. Can. 15. tanquam indi-

Digitized by Google

indirectè trahens generaliter, in aliqua cauſa edicens, vt compareat coram ſe qui ſua putauerit intereſſe tangere aliquem ex Clericis, quoties intendit inducere etiam Clericos ſuo foro relinquere mens ſit; quamuis vbi Clericorum, & laicorum ſimul vrget intereſſe, & cauſa diſiungi non poteſt, pertineat ad Iudicem Eccleſiaſticum, arg. quod dignius trahit ad ſe minus dignum, quo ſi nihil de Clericis cogitauit, præſumitur ad ſolos laicos edictum extendi, cum nullus præſumatur eos in ius vocare, in quos ius non habet, quare comparentem Clericum tenetur non admittere, ſed remittere ad ſuum Iudicem.

Si ergò fiat hæc generalis citatio ad effectum, vt Clericus compareat, innodabitur Iudex, etiam ſi de facto Clericus non compareat: Non enim, ſtante clauſula *Vel trahi procurant*, neceſſarium eſt ad hanc cenſuram incurrendam, quod Clericus compareat, & multò minus, quod audiatur, vel iudicetur.

An ſimplex præceptum Curiæ Eccleſiaſticæ ſub pœna excommunicationis ſuper excarceratione Coloni partiarij modicæ quantitatis terrarum Menſæ Epiſcopalis, à quo fuit illicò appellatum, & declaratoria cenſurarum intrà ſex horas ſine citatione perſonali, comparente tertio, ac proteſtante poſt appellationem prolata, abſque citatione ad videndum iurare teſtes, ſint valida, & iuſta? Vbi quid ſi Colonus obtinuerit inhibitionem ab Epiſcopo, & prò maiori parte anni viueret ex fructibus Coloniæ? Quidnè de Conductoribus, & Affictuarijs? tom.6. Conſult.30. ac tom. 7. Conſult. 92. Item tom.1. Conſult.98. & 168. tom.4. Conſult. 7. & 112. & tom.6. Conſult.33.

HVIuſmodi cenſuræ, non ſolum ſunt reuocandæ, vti nullæ, & iniuſtæ, declarando, Iudicem ſæcularem non eſſe illis irretitum: quia excommunicatio notoriè nulla, & iniuſta non ligat, neque indiget abſolutione ad tex. in *cap. cum contingat*, ibique Abb. *num.2. de offic. deleg. can. cui eſt illata 46. quæſt 3.* Sayr. *de cenſur. lib.1. cap.16. num.21.* & alij. Sed etiam Epiſcopus, qui nulliter, ac iniuſtè proceſſit condemnandus eſt ad omnia damna, & intereſſe per tex. in *cap. Sacro 48.* vbi Gloſ. *ver. intereſſe de ſent. excom.* Sayr. *d.lib.1. cap.15. nu.16.* Vbi ait, id procedere, ſiuè nullitas proceſſerit ex ignorantia, ſiuè ex temeritate, ſiuè ex negligentia excommunicantis. Monet. *de diſtrib. par.2. quæſt. 15. num. 45.* Farinac. *loco citato num.42.*

Nullitas reſultat primò, quia præceptum huiuſmodi non continet terminum ad allegandum cauſas, ſi quas citatus haberet contrà illud, neque clauſulam iuſtificatiuam, ſi te ſenſeris grauatum, ſed eſt ſimpliciter preceptiuum de excarcerando, in quo caſu dicitur nullum, & inconſultum, cum nemini debeat auferri defenſio, atque adeò non ſolum corruit ipſum præceptum, ſed etiam excommunicatio illi acceſſoria, Vgolin *de cenſur. tab.1. cap.18. num.4. in fin.* Sayr. *d.lib.1. cap.12. num.28.* & alij.

Secundò ex defectu citationis perſonalis per tex. in *cap. Sacro de ſent. excom.* & per alia alibi adducta; Atque adeò non obſtet, quod citatio conualidetur per comparitionem citati: quia id procedere poteſt quandò citatus comparuit, vel eius legitimus procurator, ſecus quandò comparuit tertius, de cuius mandato procuræ non conſtat: quia factum non legitimi procuratoris non poteſt dominum afficere, neque ei præiudicare. Bald. *in l. falſi col.2. C. de furt.* Card. *in Clem. Paſtoralis §. cæterum de re iudic.* & alij. Et nihilominus quatenus comparitio eſſet valida, debet attendi proteſtatio comparentis, nec poteſt deueniri ad declaratoriam, *ſi ab illo* appelletur, vt mox dicetur.

Tertiò ob breuitatem termini ſex horarum. Monitio enim debet continere aliquod dierum interuallum, nec poteſt reſtringi; Niſi periculum eſſet in mora, quod in hoc caſu abeſt per tex. in *cap. Conſtitutionem in fin. de ſent. excom. in 6.* ibique Doctores, Couar. *in cap. alma mater par.1. §.9. num.5. eodem tit.* Sayr. *d. cap.12. num.32. & ſeqq.* ac alij.

Quartò. Excommunicatio fuit, & eſt nulla, atque attentata, vti lata poſt interpoſitam appellationem à dicto præcepto; Licet enim à ſententia excommunicationis non detur appellatio, vt declarauit ſæpius Sacra Congr. Immun. & ab illius declaratoria in materia immunitatis, certum tamen eſt, quod datur à præcepto de aliquid faciendo ſub comminatione excommunicationis, & excommunicatio poſtea lata eſt nulla, & attentata, neque ligat, ſiuè extraiudicialiter, *cap.1. de appell. cap. per tuas de ſent. excom.* Franch. *in cap. ſæpè num.30. & in cap. peruenit in 6. de appell.* Angel. *conſ.188.* & alij. Neque Epiſcopus ſe tueri poterit, ſi Sacra Congregatio, vt ſæpè ſolet, reſcribat *ad D. Secretarium cum A. C. iuxtà mentem*, ex hoc enim magis reſultabit contemptus: quia debet expectare decretum Sacræ Congregationis non autem facere ſe interpretem, & Iudicem cauſæ, vt ſæpè reſpondit Rota; Ridolph. in *pr. par.3. cap.5. num.231. & ſeqq. ac 216.* cum binis aliis.

Ac denique obſtat nullitas totius proceſſus: quia non adeſt citatio ad videndum iurare teſtes, vt requiritur, iuxtà notata in *cap.1. de teſtib. l. ſi quandò C. eodem*.

Iniuſtitia liquet, cum lata ſit ſub prętextu, quod Colonus modicę quantitatis terræ Menſæ Epiſcopalis gaudeat priuilegio fori: nam quicquid ſit de illa quæſtione, de quo nos alibi; attamen certum eſt, quod non gaudeat priuilegio fori huiuſmodi Colonus, iuxtà diſtinctionem Sacrę Congregationis Immunitatis, tum Sac. Conſultæ, vt ex declaratione emiſſa 9. Ianuar. 1610. & ex illa *Perusina*, quam refert Spetell. *dec.128. num.33. par.2.*

Ac

Digitized by Google

Ac ceſſat quoque in Affictuario, & Conductore, qui terras conducit, conuenta mercede alicuius reſpõſionis. Hoc enim caſu quicquid ſit de exemptione à vectigalibus, de quo alibi, omnes fermè Doctores tenent, quod iſti non gaudent priuilegio fori, vt Tho. Delbene *ubi ſupra num. 27. & ſeqq. & num.* 31. vbi reſtringit hoc priuilegium ad ſolos Colonos partiarios Epiſcoporum. Declarationes verò Sacræ Congregationis Immun. loquuntur de Colonis partiariis, non autem de Conductoribus. & Affictuariis. Multòque magis, ſi huiuſmodi colonia procurata ſit in fraudem iuriſdictionis laicalis, vt ſi extorta fuerit inhibitio, nedum prò ipſo Colono, ſed etiam prò tota eius familia, quod de iure non procedit.

At verò ſi Colonus obtinuerit ab Epiſcopo inhibitionem ſuper exemptione fori, vt nè alibi, quam coram Eccleſiaſtico Iudice iudicari poſſet ad formam Sac. Canonum ſub pœna excommunicationis, eamque præſentauerit Iudici laico, & nihilominus in contemptum fuerit in carcerem coniectus, factoque proceſſu ſuper contrauentione d.inhibitionis, eaque plenè probata emanauerit à Curia Eccleſiaſtica præceptum ſuper excarceratione d.Coloni cum citatione ad allegandum cauſam quare declarari non debeat excommunicatus intrà ſex horas, pront fuit declaratus ob d. controuentionem, & non paritionem in non excarcerando Colonum, videtur ritè, ac rectè relaxatam fuiſſe declarationem excommunicationis, quia Iudex laicus non debet cognoſcere de viribus actus Iudicis Eccleſiaſtici; Sperell. *dec.9. num. 53.cum ſeq.* In quo caſu ceſſant omnia obiecta in ſuperiori caſu. Reliqua vide *dd. tom. ſupra cit.& Conſultation.*

Reprehenditur, caſtigaturque negligentia Prælator. Eccleſiaſticorũ, qui non tuentur immunitatem, libertatẽ, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam à poteſtate ſæculari, eijciente Eccleſiaſticos à ſua ditione, & imponente illis angarias, & perangarios aliauè onera. &c. & exigente cenſus, tributa, &c. tom.6. Conſult.31.

NEgligendo delinquent, ſi v.g. expellatur à Regno, vel ditione Principis laici Clericus ſuæ Diœceſis, & non curabunt monere expulſores prò illius redintegratione, vel ſi timeant Principes laicos, debent certiores facere Miniſtros S.Sedis Apoſtolicæ, quod ſi facere omittant, nequeunt excuſari à negligentia, quæ eſt omiſſio actuum rationis, qui neceſſarij ſunt, vt opus ſuo tempore fiat, Leſſ.*de iuſt.& iur. lib.1.c.2.num.19.* Ventrigl.*de iuriſd. Archiep.cap.4. num. 7.& 8.* & clarè *in can 1.d.39.& in can. Deus ergò 3.quæſt.1.* Delinquit itaque, qui non curat libertatis Eccleſiaſticæ defenſionem. *Qui negligenter,* ait d.cap.2. *paſcit Dominicum gregem toties commendatum, conuincitur ſummum non amare Paſtorem*, quod comprobat *can. nulli 4. cum violatores 6.25. quæſt.1.* vbi Archid. *num.* 1. ait *habentes decreta Romanorum Pont; & non obſeruantes, de temeritate ſunt corripiendi.* Et Gratian.*in can facientis d.* 86. inquit: *Facientis culpam procul dubio habet quicquid poteſt corrigere, negligit emendare, non ſolum qui faciunt, ſed etiam, qui conſentiunt facientibus participes iudicantur*, & ibi: *negligere, cum poſſis deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quam fauere. Et latum pandit delinquentibus aditum, cum iungit cum prauitate conſenſum* Et Eleuterius Papa *in can.*55.*2.quæſt.5.* ait: *non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.* Anaſtaſius, & Damaſus, *vt in eun. qui poteſt* 8.& ex D. Auguſt. *in pſalm.* 81.*in con fin.23.quæſt.3.* Io.VIII.*in can. præterea* 12.poſt multa, ſic ait: *Qui crimina, cum poteſt emendare, non corrigit, ipſe committit. Eadem cauſ.23.quæſt.8.*

Et licet prætexant cauſam iuſtam expulſionis, atque adeò non incurri pœnas Eccleſiaſticas, apud Deum tamen, & Eccleſiam incurrunt in ſacras ſanctiones: Hinc Vrb. VI. *Conſtitutione ſua 3.in Bullar. tom.1. in proem.* ſic ait: *Non attendentes, quod laicis in Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, & illorum bona nulla ſit tributa poteſtas; Nihilominus Miniſtros Eccleſię, etiam interdum in Dignitatibus conſtitutos, temeritate propria bannire, ſeù relegare, aut præſcribere non verentur.* Et *§.1. Nos aduerſus temeritatem huiuſmodi remedium apponere cupientes, omnes, &c. qui huiuſmodi ſacrilegij principaltores extiterent, excommunicationis ſententias incurrere, nec non, &c. in quibus talia fierent, Ciuitates, Terras, Oppida, Caſtra, & alia loca Eccleſiaſtico interdicto ſubiacere volumus, ipſo facto.*

Hæc Vrbani VI. ſacra ſanctio originem duxit à Conſtitutione Imperiali Friderici II. Imperatoris, relata in Conſtitutione 1. Honorij III. *eiuſdem Bullarii tom.*1. vbi damnatur omnia contrà libertatem Eccleſiaſticam, prohibentur laicæ poteſtati collectæ, exactiones, angariæ, perangariæ Eccleſijs, vel alijs pijs locis, aut Eccleſiaſticis perſonis imponere, vt in *§.item nullu, & §.ſeqq.* quæ ſanctio Imperialis fuit ab eodem Honorio III. Summo Pont. comprobata, & excommunicationis gladio munita.

Carolus IV. Imperator anno 1377. 5. Kal. Iul. inter cœtera decreuit *§. Item pronunciamus*, huiuſmodi controuenientes eſſe infames. Quam ſanctionem Bonifac. IX. *in ſuo Conſtitutione* 4. *d.tom.* 1. obſeruari iuſſit ſub pœna excommunicationis. Viget quoque in his *Conſtit.* 10. *§.* 11. Leonis X. *eodem* tom.1.*Bullarii*, quę omnes Conſtitutiones robur, & amplitudinem accipiunt à Bulla in Cœna Domini *can.*11.

Ratio autem eſt: quia laica poteſtas nullam habet in Eccleſiaſticos iuriſdictionem, ergò multò minus coercitiuam, ſeù punitiuam, valdèque indecens eſt, atque in contumeliam ordinis Clericalis cedit, vt minus dignus iudicet, ac puniat digniorem, Epiſcopi autem, Sacerdotes, aliique Clerici digniores ſunt laicis, *cum duo ſunt d.6.* Quam rationem affert Leo I. *ep. 96.*

ad

ad Epiſc. & Presbyt. Tracia, & Greg. VII. *lib.* 5. & *lib.* 8. *epiſt.* 21. ad Hermannum Metenſem Epiſcopum *relata in can.* 2. *d.* 96. & Conc. Matiſconenſe ſecundum *cap.* 9.

Porrò, quod Eccleſiaſtici, quoad perſonas habeant potiſſimum fori priuilegium, quo perſonæ Ordine, aut profeſſione Deo dicatæ eximuntur, & liberæ ſunt à temporali iuriſdictione, & laico tributo, vel onere, ac quolibet ſordido opere ſæculari, aut profano, earum dignitati non congruente, adeòque vt coram Iudice ſæculari conueniri, iudicari, aut puniri nullomodo poſſint, conſtat ex Conc. Calcedon. *can.* 9. Meleuitano *can.* 13. Matiſconenſe *can.* 8. Agatenſe *can.* 32. Carthaginenſe tertio *can.* 8. Toletan. tertio *can.* 8. & *ex cap.* 2. *de for. comp. can. iuxtà ſanctionem can. generaliter*, & alijs paſſim.

Et quidem iniuria eſt Supremi Principis, aut Regis, eius familiam, ſeù bona ab inferiori, ac altero illius ſubdito Principe iudicari, aut diſponi. Iniuria igitur etiam Dei erit, ſi bona illius in alios, quam diuinos, ac pios vſus conuertantur, & perſonæ obſequio emancipatæ diuino alij ſubiectæ ſint Principi, quam Deo, aut illi, quem in rebus diuinis conſtituit Principem, & caput, ſeù Iudicem Deus. Matth. *cap.* 17. in quem locum S. Hieronym. D. Auguſt. *lib.* 1. *quæſt. Euangel, quæſt.* 23. Bellarm. *tom.* 2. *contron. lib.* 1. *de Cleric. cap.* 28.

Et ſpeciatim, quod ad perſonas Eccleſiaſticas ſpectat, ipſas naturali, ac dinino iure exemptas eſſe ſuadetur: quia ſuperior poteſtas non iudicatur ab inferiori, neque oues Paſtores regunt, neque Subditi Iudicem, aut Pricipem iudicant, ſeù puniunt. *Can. lege Imperatorum*, *can. non licet. Can. certum eſt*, & alibi paſſim; Sacerdotes autem poteſtatem ſpiritualem habent, Rectores, atque Paſtores animarum ſunt, & in ijs, quæ ad ſalutem animarum ſpectant, præſunt non ſolum populo, ſed etiam Principibus, quos, benedicunt, ſuperiorque non benedicitur ab inferiori. Atque adeò indignum eſt, illos iudicari ab alio Iudice, quam Eccleſiaſtico, *can. ſatis euidenter, can. in ſcripturis*, *can. quis dubitet*, & alibi.

Quod ſi hæc ratio in alijs Eccleſiæ Sacerdotibus, atquè Epiſcopis valet, valebit plurimum in Romano Pontifice, qui eſt Summus Sacerdos, totius Eccleſiæ Epiſcopus, cui ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis omnibus hominibus, qui ſunt de Chriſti grege, vel ouibus, vt ex Scripturis, Concilia, Sac. Canones, & SS. Patres docent Deutoronom. *cap.* 17. Conc. Nicen. *cap.* 1. & 2. & 39. Sardicenſe *cap.* 4. *et* 7. & alibi paſſim.

Quarè non non poſſunt Principes Clericos, ſi quas Eccleſias in ſuis ditionibus à Sum. Pont. obtinuerint, ab illis eijcere, niſi de licentia eiuſdem Pont. alioquin, tum ipſi, tum mandantes, ratum habentes, & auxilium, conſilium, aut fauorem præſtantes incurrunt in excommunicationem 11. Bullæ Cœnæ, vt communiter tradunt Theologi, nominatim Henriq. *lib.* 14. *cap.* 12. *num.* 6. *et in Gloſ. litt.* V. Suarez *de cenſur. diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 70. Filiuc. *tom.* 1. *tr.* 16. *cap.* 9. *num.* 247. & alij.

Et quamuis non teneantur Principes impunè relinquere in Regnis ſuis Epiſcopos, vel alios Eccleſiaſticos ſeditioſos, & pacem publicam turbantes; in his tamen, ac huiuſmodi caſibus Epiſcopi, ac cœteri Eccleſiaſtici à Summo Pontifice, & ab eius Iudicibus id poſcentibus Principibus reprimi, ac puniri poſſunt, ac debent, quin, & ipſi Principibus è Regno eiici, de licentia tamen eiuſdem Sum. Pont. quod ſi Pontifex conſuli nequeat, tantaque eſſet neceſſitas, quod euidenter periculum eſſet in mora, eo caſu licebit Principi ſæculari ſo Clericos, & Epiſcopos per modum iuſtæ defenſionis facere id, quod recta ratio ad impediendum damnum Reipublicę imminens opus eſſe dicta uerit: quia tunc præſumitur conſenſurus Pontifex, & ratum habiturus, ac proinde id cenſetur, ac ſi antecedens ipſius licentia interceſſiſſet, licet Alterius abſolutè loquens, nunquam poſſe eijci videatur aſſerere. Secus autem, ſi res irà ſe non habreret: quia periculum non eſt in mora, non habet modus locum iuſtæ defenſionis: Nam ad iuſtam defenſionem conditio neceſſaria eſt, vt fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ; Quandò autem Princeps poteſt à Sum. Pont. vel à Prælato Eccleſiaſtico defenſionem petere, inculpatè ſe defendit. Ita docent Molin *d. tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 31. *concl.* 4. Salas *de legibus tr. et diſp.* 14. *ſect.* 8. *num.* 111. & alij.

Tranſmiſſio denique Eccleſiaſticorum ad Summ. Pont. vt ab eo puniantur, eſt quoquè regulariter contrà immunitatem Eccleſiaſticam: quia cum non fit ex ſe neceſſaria, eſt quædam colorata eiectio; Hinc communiter Doctores concedunt Iudici laico, vt tantum capere poſſit Clericum quandò reperitur in flagranti crimine, vel quandò is probabiliter præſumitur incedere ad delinquendum, ad effectum illum præſentandi Prelato Eccleſiaſtico, ſi ſit de fuga ſuſpectus; In his enim ſolis caſibus ex tacita voluntate Prælatorum, vel à iure cenſetur cuilibet capiendi Clericum facta poteſtas, iuxtà *l. raptores C. de Epiſc. et Cler.* non autem titulo iuriſdictionis, vt ex *cap. non ab homine de iudic. et cap. ſi verò de ſent. excom. et cap. ſi Clericus de foro comp.* Et præter præſumptionem fugæ requiritur etiam, vt non potuerit à proprio Prælato impetrari Mandatum, & quod ſtatim Iudici proprio remittatur, ſcilicet intrà ſpatium 20. horarum, & vt docet Paulus breuiori tempore, ſi fieri poteſt: quia in tali caſu, neque Superior Eccleſiaſticus præſumitur conſentire, neque ſæcularis Iudex rationabilem cauſam habet Clericum diutius retinendi, etſi alij Doctores abſolutè negent, Iudicem laicum capere poſſe Clericum, etiam *in* flagranti crimine, vt ſiſtat illum Prælato Eccleſiaſtico, vt Matth. *diſp. par.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 42. *num.* 17. Megal. *in* 3. *par. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 7. & Souſa *in Bulla Cœnę cap.* 16. *diſp.* 82. *num.* 8. Quod ſi ſecus factum eſt, factum eſt de facto, non de iure. Non enim

quod

quod factum ſit, ſed quid fieri debeat ſpectandum eſt. *l. ſed licet* 12. *de offic. Præſid. et cap. cum cauſam de elect.* Neque exempla, niſi bona ſequenda ſunt, vt rectè ait Gelt. *lib.* 10. *noct. Attic. cap.* 19.

Textus verò in *can. ſi filius* 16. *quæſt.* 6. non ſolum non tribuit Principi laico, quod poſſit tranſmittere Epiſcopum ad Sum. Pont. vt ab illo puniatur, ſed tantum permittit, quod apud eundem Principem iſtet, rogando illum, vt prouidere velit, ſed per ſubſequentes Canones eſt abrogatum.

Hoc autem ſubijcio, quod ſi graue periculum, aut ſcandalum timeretur ex admiſſione Epiſcopi ad ſuum Epiſcopatum, vel aliorum Eccleſiaſticorum ad ſuas Eccleſias, nec tunc poſſit admoneri Pontifex, non inducatur cenſura ex eâ prò interim non admiſſione, quæ eſt ad maius malum vitandum. Imò Abb. Innoc, & alii in *cap.* 2. *et cap. cum terra de elect.* volunt Epiſcopos ſcandaloſos, & temporalibus Principibus meritò, ac valdè ſuſpectos poſſe ſine aliqua pœna non admitti.

Porrò, quod Eccleſiaſticæ perſonæ ſint immunes etiam ab angarijs, & perangarijs, vt in notatis in *l. fin. § cenſus, et § legati*, & alibi, voluit Fridericus II. loco relato, & tradidit Sixtin. de *regal. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 11. *et* 14. Io. Arze *de Nobil. Hiſpan. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 23. *et* 26 quas iniuſtiſſimam, & grauiſſimam extorſionem appellat *num.* 34. 36. *et* 37. *ac* 39. Ripol. *de regal. cap.* 19. *num.* 1. *ac* 9. vbi ait. Concluſio in hac regula hæc eſt, quod in caſibus neceſſitatis Vaſſalli teneantur operas Regi præſtare, tàm perſonales, quàm cum iumentis, curribus, & alijs. A quibus omnibus non ſolum eximit Fridericus II. verum etiam, & anteà Magnus Conſtantinus, vt in *l.* 2. *C. de Epiſc. et Cler.* & Bulla in Cœna Domini *can.* 18.

Vndè ſi Coloni Eccleſiaſticorum grauati ad angarias, & perangarias, committeretur in *can. Eccleſiarum* 99 12. *quæſt.* 2. vbi Archid. *num.* 1. Gemin. *num.* 1. *et* 2. Delbene *de Immun. p.* 1. *c.* 5. *dub* 28. vbi refert plures reſolutiones Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Immun. Quod autem Coloni Clericorum non poſſint grauari eiſdem docet Pariſ. *conſ.* 25. *num.* 10. *lib.* 1. Mandel. Alban. *conſ.* 441. *num.* 14. *lib.* 3. et nos alibi attulimus declarationes Sac. Congregatinum.

An acta per Iudicem Sæcularem poſt allegatam a Reo in ſuis conſtitutis immunitatem Eccleſiæ, ante ſubſequutam Iudicis Eccleſiaſtici declarationem, ſint valida? tomo 6. Conſult. 32.

Negatiuè: Nam exceptione immunitatis oppoſita, Iudex laicus remanet incompetens, et quicquid deindè agit, tanquā priuatus agere dicitur in *l.* 3. *ff. de offic. Præſid.* Ber. *conſ.* 113. *num.* 7. *lib.* 3. Sperel. *dec.* 126. *nu.* 28. Nec vllo vnquam tempore ſanantur: quia ex Conſtitutionis Gregorianæ verbis *irritum, et inane decernitur, ſi ſecus ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari.* Quod etiam in hac ſpecie libertatis, et immunitatis Eccleſiaſticæ habetur in auth. *caſſa de Sacroſ. Eccleſ.*

Neque ſuffragatur decretum Iudicis laici, ſi poſteà mandaret certiorem reddere Iudicem Eccleſiaſticum: quia certioratio poſt iam incurſam nullitatem actorum ſubſtantialium, & decretum ſubſequens Iudicis Eccleſiaſtici, non poſſunt conualidare acta, quæ perpetuò nulla, atque irrita ſunt, teſte Donato *de Immun. Eccleſ. tr. ſol.* 26.

An ſit recedendum à declarationibus alias emanatis à Sac. Cong. Immun. quas alibi retulimus, præſertim 18. *Mart. &* 14. *Iun.* 1625. *quibus firmatur, Colonos, & Cuſtodes Eccleſiaſticorum damnum dantes in bonis laicorum cum animalibus eorundem Eccleſiaſticorum, conueniendos eſſe coram Iudice Eccleſiaſtico?* tom. 6. Conſult. 33. Item tom. 1. Conſult. 97. & 168. tom. 4. Conſul. 7. & 112. ac eod. tom. Conſ. 30.

Negatiuè, ac proindè ſpectare cognitionem huiuſmodi cauſarum ad Ordinarium, non obſtantibus laicorum obiectionibus. Tum quia Butr. in *cap. grauamen.* 53. *num.* 18. *de ſent. excom.* Felin. in *cap. Eccleſ. S. Mariæ num.* 104. *ad fin. de conſtit.* & alij loquuntur de damnis datis propria culpa, & malitia, aut negligentia Cuſtodū, permittentium animalia damnum inferre, neqs ea aliter arcendo, nè damnum inferant; Non autem in damnis datis ab animalibus, non ex propoſito, & ex conſulto, ſed de fortuito. Siquidem in hoc euentu ceſſat ratio prædicta, cum pœnę in hoc caſu non ſit locus, ſed ad damni emendationem Dominus animalium teneatur, vt per ipſos Doctores laicos, præſertim Luc. de Pęn. in *l.* 2. *C. de paſc. pub.* Frecc. *de feud. lib.* 2. *tit. de aut. & poteſt. Baron. aut.* 46. *num.* 3. & alios; Quarè cognitio huius controuerſiæ, an damnum ſit fortuitum, an ex conſulto, pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum. Butr. in *cap. ceterum num.* 9. *de Iudic.* Couar. fautor laicæ iuriſdictionis *pract.* 99. *cap.* 33. *nu.* 1. & Farinac. *q.* 8. *num.* 33. vbi de communi.

Tum etiam, quia receptiſſima eſt limitatio contrariæ concluſionis, vt illa non procedat, quandò indirectè reſultaret præiudicium Eccleſiæ, vel perſonis Eccleſiaſticis, prout reſultat in caſu, quo bona Baronorum coherent bonis Eccleſiaſticorum, vt proindè difficillimum eſſet ità animalia cuſtodire, vt aliquandò damnum non inferant. Vndè ſi Coloni, & Cuſtodes poſſent conueniri à Iudicibus Baronum, aliiſque Miniſtris laicis, Eccleſiaſtici neminem inuenirent, qui ſuos agros, & ani-

& animalia coletet, & cuſtodiret,vt per Federic.de Sen.*conſ.*111.*num.*10. Felin. *loc.cit. num.* 99.*de conſtit.*Capra *regul.*96 *num*:86.& alios.

Atque ratione meritò Sac.Congreg. Immun. noluit attendere obiectum prætenſum immemorabilis conſuetudinis cognoſcendi cauſas dãnorum dictorum contrà Clericos, et Cuſtodes laicos damna Inferentes cum animalibus Eccleſiaſticis.

An Præſes Romandiolæ poſſit cognoſcere cauſas appellationum ab Archiepiſcopo, & Epiſcopis Prouinciæ ad ipſum interpoſitarum? to. 6. Conſult. 34.

NEgatiuè: Nam Conſtitutio Marchiæ *lib* 6.*c.* 5. aut non eſt valida,aut non afficit Subditos Prouinciæ Romandiolæ. De inualiditate autem conſtat ex defectu iuriſdictionis ſtatuentis, per ea, quæ adducit Grammatic. *dec.*61. *num.*10.exempta, et immunia à iuriſdictione Iudicis ſecularis per tex.*in can.ſi Imperator*,vbi Gloſ.*v.diſcuti* 96. *cap. quamquam*, ibi gloſ. *de cenſibus* in 6. ad quos textus Doctores communiter. Ac ità nè quidem poſſint Clerici in illam tacitè,vel expreſsè conſentire. *Cap.Significaſti*, *& cap.ſi diligenti de for. comp.*Quinimmò ſi forum ſæculare non declinantes in dictam ſæcularem iuriſdictionem expreſsè conſentirent, deberent per Iudicem Eccleſiaſticum pœna extraordinaria puniri. Grammat.*loc.cit.*et tam Iudices,quàm Notarij,Aduocati, et Procuratores, nec non partes ipſæ inciderent in excommunicationem Bullæ Cœnę *can.*15.

Quod autem ad prætenſam conſuetudinem, ſeù quaſi poſſeſſionem, cum illa ſit contrà libertatem Eccleſiaſticam,induci non poruit, nequè inducta valet. *Cap.at ſi Clerici*, *& cap.Clerici de indic.can.placuit,et can.inolita* 11.*quaſt.*1. *auth. ſtatuimus C.de Epiſc.et Cler.etc.*

An,et quatenus domus, ſiuè Palatium Epiſcopi gaudeat immunitate? Et quid de illius pariete, tecto ianua? Et quid de domo Parochiali, et de domibus iunctis Eccleſiæ? tom. 6. Conſult.36. ac tom. 4. Conſult. 122.

COmmunis ſententia eſt gaudere indiſtinctè, ſiuè adhæreat Eccleſiæ Cathedrali,ſiuè non adhęreat, ſiuè diſtet ab illa 40. paſſibus. ſiuè non diſtet, verbo *vbique poſitum*, ac ſiuè habeat Oratorium, vel Capellam, ſiuè non habeat. Doctorum, qui eam amplectuntur chorum ducit. Gloſ.*in cap.id conſtituimus v.vel domus* 17.*quaſt.*4.vbi Archid.*num.*3,qui poſt aliorum relatas opiniones hanc ſequitur ſententiam.Bellam.*num.*5.*in fin.et num.*6.& alij,appellatione autem loci Sacri,vel Religioſi venit vtpotè locus pius Palatium Epiſcopale, etiam ſi Capellam, vel Oratorium non habeat,quod indè patet: quia pœnę, & eleemoſynæ prò pijs operibus relictæ poſſunt prò fabrica Palatii Epiſcopalis applicari, vt docent Doctores, quos ſequitur Suarez *de relig.tom.*2.*lib.*4.*cap.*30. *num.*19.

Et hanc ſententiam ſequitur Sac.Congr.Immun quę ſępius declarauit: *Palatium Epiſcopi,quamuis locatum,gaudere immunitate Eccleſiaſtica*, vt in *Aquinatenſi* 16.Decembr.1666. & in *Cerutenſi* 17.Septembr.1658.*Executiones non poſſunt fieri in Palatio Epiſcopi*. Alias declarationes alibi adduxi.

Idem declarauit de Domo Parochiali,vt in ſubiectis declarationibus:

Domus Parochialis gaudet immunitate Eccleſiaſtica 18.Feb.1631. in *Mutinenſi*.

Gaudet immunitate, etiam reſpectu bonorum ibi exiſtentium 19. Auguſti 1630. in *Nullius Caſtriduranti*.

Gaudet immunitate, etiam prò ciuili 3. Maij 1661. in *Ariminenſi*.

Gaudet Immunitate,etiam ſi diſtet ab Eccleſia, & non ſit locata laicis 18.Nouembris 1653.in *Caſenatenſi*.

Delinquens in domo Parochiali gaudet immunitatt.4.Maij 1626. in *Nepeſina*.

Domus Eccleſiæ contigua gaudet immunitate Eccleſiaſtica. 17.Nouembr.1654. in *Oppidenſi*.

Domus contigua Eccleſiæ Confraternitatis gaudet immunitate,23.Iulij 1652. in *Ciuitatis Caſtelli*: Quæ omnia multò magis locum habent in Palatio,& Domo Epiſcopali.

Extenditur hæc immunitas, etiam ſi Epiſcopus abeſſe contigerit à ſuo Palatio,ac etiam Sede vacante:quia per abſentiam,& per obitum Epiſcopi, non deſinit eius Palatium eſſe quod fuerat, etiam ſi illud ſit extrà proprium Diœceſim,vt declarauit eadem Sac. Cong. Immunit. in *Caſtren* de qua tom.3.

Habetque locum, non ſolum quoad partes interiores palatij, ſed etiam quoad totam ſuperficiem, & partes exteriores fabricæ, nępè tectum parietes,ianuam,ſcalam,& alia huiuſmodi,vt in ſpecie Bonac.in 1.*præcep.decal,diſp.*3.*q.*7.*pun.*4. *prop.*1.Sperell.*dec.*63 *num.*8.*&* 9.*tom.*1. Dian.*p.* 6.*tr.*1.*reſol.*3.& alij.Cum enim ſint partes integrales Palatij non debent diuerſo iureconſeri. *l.eum,qui ædes ff.de vſu'cap.* Accedente præſertim conſuetudine, quæ ſola ſufficit ad tribuendam iuriſdictionem. *Cap. cum conting at de for. comp.* Ambroſin. *de immun. cap.* 14. *num.* 1. Adeò vt tranſgreſſor huius conſuetudinis puniri debeat, ſicut,tràſgreſſor legis, vt latè Sperell. *dec.* 73.*n.*3.*&* 4.*par.*1.Quarè,conſtito de extractione ab huiuſmodi Palatio,eiuſq; pattibus,debet extractus ad illud remitti, vel ſaltem ad Carceres Eccleſiaſticos prò cuſtodiâ,donec cognoſcatur, an gaudeat immunitate, nè interim violata remaneat, vt poſt multos tradit Ambroſin.*d.cap.*10.*num.*2. Guazzin. *cap.*31. *num.*6. *defenſ.*1.& Giurb.*conſ.*22.*num.*23.

An

An habens vtramque iuriſdictionem cognoſcendi, ac puniendi tum delicta laicorum, tum Eccleſiaſticorum, in puniendo inquiſitum, & exiſtimatum vt laicum, & in ſuo conſtituto dicentem, ſe eſſe Clericum, teneatur procedere ſecundum ius Pontificium? tom. 6. Conſult. 37.

AFfirma per tex. *in cap. quod Clericus de for. comp.* Turrecr. *in can. continua 11. q. 1. num. 2. in can. inter hac 33. q. 2. & in can. lege Imperatorum d. 10.* & tradit Marth. *de iuriſd. p. 4. caſ. 50. num. 1.* Chartar. *dec. 1. num. 74. & 223.* Vnde debet habere diuerſos Iudices, vt certus eſſe poſſit de ſua iuriſdictione. Rot. *dec. 21. de conceſ. prab. in nou. & dec. 143. p. 2. recen. & dec. 265. num. 3. p. 7.*

Productis igitur literis Clericatus, erit procedendum contrà citatum vti Clericum, non vti laicum, licet prætenderetur, non habere Sac. Concilij Trid. requiſita; atque adeò, quod priuilegio fori non gaudeat ex illius diſpoſitione *seſſ. 23. cap. 6. de refor.* quia non idcircò priuilegio Canonis priuatur. Bonac. *de legib. diſp. 2. q. 2. p. 1. §. 4. num. 20.* Dian. *p. 1. tr. 2. reſol. 36.* & alij.

Vel, ſi in contumacia Iudex laicus procedat, tunc enim viſis literis Clericatus, debet ſuperſedere abſque alia requiſitorum probatione, vt etiam obſeruant ipſi Iudices laici, & Sac. Conſilium Neapolitanum, cum multa in facto deduci poſſint, vel ad excuſationem requiſitorum, vel ad illorum probationem, nec interim procedi debet ad condemnationem. Merlin. & de Franch. *loc. cit.*

Vel, quia reſumptio habitus, etiam in fraudem ſuffragatur Clerico, vt priuilegio fori Eccleſiaſtici gaudeat, ſaltem quoad diſtrictionem perſonalem. Marth. *de iuriſd. p. 4. cent. 2. caſ. 121. à num. 10.* Ricc. *dec. 357. p. 4.* & alij. Et ità declarauit Sac. Cong. Conc. in *Conſentina* 26. Septemb. 1630. in *Firmana* 7 Auguſti 1640. in *Nullius Sancti Laurentij in Campo* 17. Decemb. 1630. paſſimque alias.

Vel demum, quia coram huiuſmodi Iudice non exiguntur requiſita Conc. Trid. cum ſemper poſſit Epiſcopus ſuum ſubditum punire, iudicare, & cognoſcere, donec, trina monitione præmiſſa, eum fori priuilegio non priuauerit. Sperell. *dec. 17. num. 33.* Delben. *de immun. cap. 4. diſp. 8. num. 32.* cum in præiudicium ipſius Clerici, non autem Epiſcopi diſpoſitio Concilij locum habeat.

Nec videtur admittenda declaratio Iudicis Eccleſiaſtici in præiudicium Ordinis Clericalis, declarando, huiuſmodi Clericum priuilegio fori non gaudere: quia ſaltem gauderet priuilegio Canonis, quo impeditur Iudex laicus in Clericum manum inijcere. Sanfelic. *dec. 2. n. 24.* Barboſ. *in l. ſi quis poſtea quam num. 232. ff. de inoffic. teſtam.* & alij.

Minuſque obſtaret renunciatio Beneficij ab ipſo Clerico antea facta, ſed potius illi ſuffragaretur, cum beneficium Eccleſiaſticum iam obtinuerit, iuxtà *d. cap. 6. Conc. Trid.* cum ſemper remaneant veſtigia. Neque ex eo, quod beneficium renunciauerit, renunciaſſe cenſetur & Clericatum, neque poſt Clericatus renunciationem impeditur habitum reſumere, atque adeò Clericatus priuilegio gaudere, niſi renunciatio in manibus Epiſcopi fieret, & pœna amiſſionis priuilegij apponatur in caſu reſumptionis habitus, vt refert deciſum de Marin. *lib. 1. cap. 49. num. 4. & 5.* & me teſte quoties hic caſus contingit in Tribunali Illuſtriſſimi Gubernatoris Vrbis, qui vtramque iuriſdictionem exercet, ità iudicatum fuiſſe, & monitorium emanatum in pœnam vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum moderatum in pœnam triremium. Et iure quidem, ne ex facto ſubditi præiudicium fiat Epiſcopo ſuperiori Eccleſiaſtico, iuri Pontificio, ac toti ordini Clericali.

Referam haud prorſus importunè reſolutionem Greg. XIII. & Sac. Cong. Epiſc. de commiſſionibus cauſarum feudalium Epiſcoporum ſub die 3. Iul. 1582. *Che i Veſcoui poſſano deputare chi par loro per giudicare nelle cauſe ſudette fra meri laici, e ancora trà Eccleſiaſtici, e laici quando il Chierico ſarà attore, mà non già quando foſſe reo, nel qual caſo il Giudice dee eſſer perſona Eccleſiaſtica. E che pur anche nelle ſudette cauſe, acciò che appariſca chiaramente, che i Veſcoui ſono padroni della ſudetta giuriſdittione, ſi mutino qualche volta queſti Giudici, ouero Commiſſarij, e che i Veſcoui medeſimi, e loro Vicarij decidano qualche coſa particolare trà laici, e ne deleghino alcune à Giudici Chierici, & anche ad altri laici della Città, e Dioceſe.*

An, & quatenus domus Collegij Scholarium, quam ingreditur per atrium, quod conducit ad Oratorium publicum dicti Collegij, gaudeat immunitate? tom. 6. Conſult. 38.

AFfirmatiuè: quia cum huiuſmodi domus ſit contigua, & cohærens Eccleſiæ, ſiuè Oratorio publico dicti Collegij; quinimmò per eandem ianuam pateat ingreſſus in d. Domum, ſicut in Eccleſiam, ſiuè Oratorium, ſequitur, quod gaudeat immunitate, cum confugiens ad ambitum, vel ſepta Eccleſiæ non minus illius immunitate gaudeat, ac ſi ad ipſam Eccleſiam confugeret. Farinac. qui pluribus comprobat, Eccleſiæ ambitu, vel ſeptis intelligi tota fabrica, *de immun. Eccleſ. cap. 17. num. 268.*

Eòque facilius, ſi dictum Collegium fuerit erectum authoritate Apoſtolica, vel Ordinaria: Nam ſicut propterea totus locus reputatur religioſus, *cap. fin.* ibique Canoniſtæ *de cenſur. cap. 3. de relig. dom.* ità præfata domus gaudere debet priuilegio immunitatis, tum ex iuris communis diſpoſitione per Abb. *in cap. Eccleſia num. 7. de immun. Eccleſ.* Felin. *in cap. de quar-*

Digitized by Google

ta num.3. de preſcript. & alios, tum ex Conſtit. Grogoriana, quæ expreſsè loquitur de locis religioſis, & ſacris, idem Farinac. *loc.cit.num.* 252. Et vbi etiam res dubia remaneret, fauendum eſt immunitati, vt per Decian. *conſ.* 80. *num.*22.*lib.*3.

Secus dicendum eſt, ſi locus non eſt ſacer, neque religioſus. Non ſacer, quia ab Epiſcopo non fuit conſecratus, *cap.nemo de conſecr.d.*1. Non religioſus: quia in illo non humantur mortui, §.*relig.inſtit.de rer.diuiſ.* neque inhabitant Religioſi, aut perſonæ Eccleſiaſticæ, ſed iuuenes ſeculares, *cap.ad hæc de relig.dom.* Decian. *in cap. quonto num.*51.*de iudic.* Non prius, ſi non eſt inſtitutus ad opera pietatis, ſiuè religionis, ſed tanquam Collegium adoleſcentium, quod non eſt locus pius, Capr.*conſ.*54.*num.*10. & Gabr. *tit.de pia cauſ.concl.*1.*num.*29.

Nec Oratorium, ſiuè Capella in eo exiſtens reddit locum ſacrum, ſiuè religioſum: quia Capellæ, ſiuè Oratoria laicorum non faciunt locum religioſum, vel ſacrum ex Abb. *in cap. fin.col.* 1. *de cenſib. & in cap.patentibus de priuil.* Calder.*conſ.*4.*tit.de relig.dom.* & alij.

Neque obſtat, ſi in dicta Capella celebretur Miſſa, & alia Diuina Officia: quia non idcircò illa gaudet immunitate, iuxtà communem opinionem, de qua Clar.*loc.cit.* nam iſtæ Capellæ, ſiuè Oratoria ſunt loca priuata, quæ ad Dominorum voluntatem deſtrui poſſunt, etiam quod in eis celebretur Miſſa, Henriq.Boich. *d. cap. Eccleſia num.*1.*de immun.* Suar.*de relig.tom.*1.*lib.*3.*cap.*9.*nu.*10. Farinac.*de carcer. quæſt.*28. *n.*71. & declarauit ſemel, ac iterum Sac.Cong.Epiſc. per hæc verba:

Al Veſcouo di Marſi; *Eſſendo ſtato riferito nella Sacra Congregatione il caſo di quel laico, che trouandoſi carcerato nella Cappella della medeſima Rocca, e pretendendo di godere l'immunità Eccleſiaſtica, queſti Illuſtriſſimi miei Signori à relatione del Signor Cardinal Lanti mi hanno ordinato di ſcriuere à V. S. che non impediſca l'eſtrattione del ſudetto laico, ſtante che le Cappelle de' Palazzi priuati non godono il priuilegio dell' immunità Eccleſiaſtica. Roma* 17.*Nouembre* 1617.

Minuſque Campana facit locum Religioſum, ſi non eſt appoſita ad vocandum populum, ſed ſcholares, ſeù familiares Collegij, quemadmodum fit in Palatijs Eminentiſſimorum Card. Decian.*d.cap.*25. Tuſc.*litt. B.concl.* 59. *num* 24. vbi de communi.

Authoritas verò Pontificia, vel Ordinaria non facit locum Religioſum, vel pium; niſi quandò ab ipſo Pontifice, vel Ordinario conſecratur, vel ad vſum pium, vel religioſum deſtinatur. Capr.*d.cap.*54. & Farinac.*de immun.Eccl. d.cap.*17. *num.*255. & 258. Non autem quandò ab eis conceduntur aliqua priuilegia, quæ reſpiciunt gubernium, & præeminentiam Officialium, & alia huiuſmodi, quæ non faciunt locum Eccleſiaſticum, ſiuè immunem, vt de Collegio Adoleſcentium. Petr.de Petrus in tr. *de Canon.p.q.*14.*num.*24. Roch.*de Iurepatr.v. in Eccleſia quæſt.*5.

Præcipuè verò ſi huiuſmodi Collegium coactum fuerit ad ſoluendum vectigalia laicorum, ſi gubernentur à laicis, etiam ſi aliquandò ab Epiſcopo ſit viſitatus. Decian.*loc. cit.num.*1.

*Quid comprehendatur nomine hoſtilis inſecutionis, vt can.*11. *Bullæ in Cœna Domini prò S. R.E. Cardinalibus, alijſque Prælatis? An comprehendantur verba iniurioſa, an requiratur effectus, & quod Epiſcopus fugiat, & alius eum inſequatur hoſtiliter.* Vide de Cenſuris tom.6. Conſult.39.

An committens homicidium, vel mutilationem in Viridario Conuentus, vel Hoſpitalis, alijſque in locis Eccleſiæ adhærentibus, gaudeat immunitate? tom.6. Conſult.40. Item tom.1. Conſult.171. acto.9. Conſult. 30.

IVre aſylorum gaudere Monaſteria, certum eſt, verum authoritate priuilegiorum omnibus Eccleſiis conceſſorum, an ex ſpeciali quandòque gratia dubitatur: Non neſcio quidem Monaſteria cum aliis Eccleſiis, & locis piis pari iure cenſeri, vt patet ex *nou.*120. Imò expreſsè Monaſteria nominantur in iure Canonico, & *in can.quiſquis* 16.*q.*4. D.Tho.*q.*99.*art.*7. *diſp.*7. Nauar.*cap.*25. *num.* 17. & alii permulti; Qui id extendunt etiam ad Grancias Religioſorum, ideſt ad paruas Domos Religioſorum, quæ ſunt veluti ſpatia ipſorum, & membra Monaſterii, quos ſubſunt poteſtati, & iuriſdictioni ſuperioris Monaſterii, cuius ſunt Granciæ, quamuis contrarium ſentiat Trullench. *tom.*1.*lib.*1.*cap.*11.*dub.*1. *num.*6. Ego autem cenſeo quoad d.Grancias gaudere, ſi ſint locus ſacer, vel religioſus, hoc eſt ſi in eis adſit Capella, in qua publicè Miſſa celebretur. Atque ità decernitur in Conſt.7.Greg.XIV. §.2. his verbis: Ab Eccleſiis, Monaſteriis, Sacellis, domibus regularibus, lociſque ſacris, aut religioſis.

Hoſpitale etiam gaudere immunitate habetur ex Gloſ.*in l.*17.§.12.*ff.de æd. edict.* Panorm.*in cap. cum Eccleſia num.*6.*de immun. Eccleſ.* Parlador. *lib.*1.*re.quotid.cap.*3. Sanè pari cum Eccleſiis iure cenſeri Xenodochia, Orphonotrophia, Gerontocomia, Prochotrophia, Noſocomia, Brephotrophia, quę vulgò Hoſpitalia audiunt, manifeſtum eſt ex *l.*12 *l.*13. *l.*15. *l.*17. *l.*19. *l.*22. *C.de Sacroſ.Eccleſ.* Et tradunt Abb.*in cap.Eccleſ. in* 6.*de immun.Eccleſ.* Archid.*in can. definiuit n.*1. *per auth.de Eccleſ.tit.in princ.* & §.*ad hoc.* Quod tamen intelligendum eſt, ſi authoritate Epiſcopi ſit conſtructum: alias ſecus, vt notat Innoc. *in cap. cum inter dilectos num.* 4. *de donat.* Abb.*loc.cit.num.*7. & *in cap.vlt.num.*4. alii, & nos alibi.

At verò: an Hoſpitalia, vel Oratoria in dubio cenſeantur publica, atque adeò gaudeant immu-

munitate, vel priuata, cum non appareat, an authoritate Epiſcopi ſint conſtructa, ſi ibi eſt Campana eleuata, quę publicè pulſantur, ſignum eſt, ea eſſe publica, & Epiſcopo ſubiecta; & idem dicitur, ſi ibi celebratur. Sunt enim iſta ſigna loci publici, *arg. can. vnicuique. & can. ſeq. de conſecr. d. 1.* Archid. *in can. nemo n. 3. eadem d.* & nos fuſius diximus alibi.

Atque adeò gaudere quoque eorum hortos certum etiam eſt ex Conſtitutione Theodoſii, & Valentini Imperatorum *in l. 5. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* ibi: *Vt inter Templa, quod parietum deſcripſimus cinctu, & poſt loca publica, & ianuas primas Eccleſiæ, quidquid fuerit interiacens, ſiuè in Cellulis, ſiuè in domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus confugas interioris templi vice teneantur.*

Et in caſu homicidij commiſſi, vel in Oſtio, vel in ſcalis, vel in atrio, vel in alio quouis loco Eccleſiæ adhęrente communiter affirmant Merlin. Pignatel. *controu. for. 55. nu. 25. & ſeq. cent. 2.* Carol. Marant. *reſp. 36. à num. 1.* & alij, quod etiam ſequuta ſunt alia totius Orbis Tribunalia, præſertim Regni Neapolitani. & Siculi, vt teſtantur idem Marin. qui plurimas reſolutiones recenſet *controu. 55. nu. 31. & ſeqq.* Marant. *reſp. 36. n. 16.* & alij alibi.

Ratio deſumitur ex Conſtitutione Gregoriana, quæ expreſsè loquitur de occidente, vel mutilante in Eccleſijs, vel Cœmeterijs. Homicidium autem, vel mutilatio commiſſa in Viridario Eccleſiæ propinquo non dicitur commiſſa in Eccleſia, cum dictio *in* denotet intrinſicitatem, & reſtringatur ad homicidium, vel mutilationem intra Eccleſiam patratum, vt probat Bero *conſ. 177. num. 16.* cum pluribus ſeqq. *vol. 3.* Marant. *d. reſp. 36. num. 5. & reſp. 45. num. 12.* & alij.

Neque obſtant Doctores affirmantes etiam viridaria, clauſtra, & alias partes Eccleſijs adhærentes in materia Immunitatis Eccleſiæ comprehendi: Nam loquuntur in caſu, in quo agitur de fauore Immunitatis, non autem de excludenda immunitate, & ſic de materia pœnali, & odioſa, vt diſtinguunt Bellett. *diſp. Cler. par. 1. §. 2. nu 34.* Marant. *reſp. 36. nu. 20. tom. 2.* & alij.

At ego percipere non poſſum; cur viridarium, cella vinaria, & alia loca huiuſmodi, quæ adhærent Eccleſiæ, debeant eſſe magis priuilegiata, quam ipſa Eccleſia, quod ſi ſunt Eccleſiæ acceſſoria, dum committens in illa, quæ principalis eſt, homicidium, vel mutilationem, non gaudet, multò minus gaudere debent acceſſoria, quę ob reuerentiam Eccleſię principali debitam, immunitate gaudent; Ducor tamen magis authoritate Doctorum, quam ratione ad ſequendum hanc opinionem, in qua declarationem Pontificiam deſidero.

Inſuper hoc eodem *tom. 6. Conſult.* 84. *pręcipuè num.* 17. Inquirendo quoque de Hoſpitalarijs habentur ea, quę ſequuntur; nempè:

Hæc autem immunitas, non ſolum competit Hoſpitalibus, eorumque bonis, ſed etiam perſonis, ſeu Miniſtris inſeruientibus, ac deputatis ad illa regendum, quandò eorum electio confirmatur ab Ordinario, ſiuè ſint Regulares, ſiuè laici. Lezan. *tom. 1. Sum. cap. 6. n. 17.* Barb. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 12. num. 40.* & alij nam reputantur tanquam perpetui, & beneficium non conceditur perſonæ, ſed ratione officij, ac muneris; Quam ob cauſam Sac. Congr. Immun. ſæpè reſcripſit: *Laicos inſeruientes Menſæ Epiſcopali gaudere priuilegio fori.*

Atque ità declarauit ſæpius eadem Sacra Congr. præſertim in *Beneuentana* 20. Mart. 1630. ibi: *Hoſpitalarius, perpetuò addictus ſeruitio gaudet priuilegio fori, & exemptione prò bonis.* Et in *Ripana* 24. Iul. 1644. *Hoſpitalarium Terræ Columbellæ, dum permanet in ſeruitio Hoſpitalis, & Hoſpitale eſt erectum authoritate Ordinarij, gaudere priuilegio fori.*

Et in *Sulmonenſi* 4. Septembris, & 2. Octobr. 1668. *Hoſpitale erectum authoritate Ordinarij gaudere immunitate, ſicuti etiam eius Hoſpitalarius, durante ſeruitio.*

Et quod Hoſpitale, vti Eccleſiaſticum gaudeat Immunitate Eccleſiaſtica declarauit eadem Sacra Congregatio in *Ciuitatis Caſtellanę* 8. Aprilis 1631.

Hoſpitalis verò apothecæ locatæ vſui profano non gaudent Immunitate. Eadem in *Verulana* 13. Iul. 1637.

QVidam à Confraternitate laicali authoritate Ordinarij erecta accepit ad lucrum mille oues cum ſolutione annua ducatorum 7. prò centenario, eas in fine reſtituendo in eodem numero, & qualitate. Nunc à Communitate Sæculari cogitur, vt dictas oues in Cataſtrum referat, ac prò illis tanquam proprijs ſoluat omnia onera, & paſcua, quæ ab alijs Ciuibus ſoluuntur; Ideò quæritur:

1. *An Communitas poſſit eum cogere, vt dictas oues ponat in Cataſtro, cum ſint loci pij?*
2. *An pariter poſſit illum cogere ad ſoluendum omnia onera, quę à Ciuibus ob propria animalia ſoluuntur?*
3. *An etiam poſſit vendere paſcua communia in pręiudicium Eccleſiarum, piorumque locorum? Et*
4. *An quoque poſſit illum adſtringere ad ſolutionem paſcuorum, quę dictis ouibus neceſſaria ſunt? Vbi alia obiter.* tom. 6. Conſult. 71. & tom. 9. Conſult. 46.

NE-

NEgatiuè ad ea, quæ proponuntur: Quia ſunt res Eccleſiaſticæ, atque adeò immunes ab oneribus, & à iuriſdictione laica. Et ità etiam declarauit Sacta Congregatio Immun. in vna *Montis Caſini* 23. Auguſti 1667. Donantur enim huiuſmodi res Deo ad pios vſus, ac proindè ſunt extrà commercium hominum. *l.1. de ver. diuiſ. §. nullius Inſtit. eodem tit.* vbi dicuntur in nullius bonis eſſe.

Ità etiam iure Canonico aſſeritur, quod omne, quod offertur Eccleſiæ Sanctum Sanctorum efficiatur Domino; & ad ius pertineat Sacerdotum: Cap. *Nulli* 12. *quæſt.* 2. Cap. *Qui abſtulerit eadem cauſ. & q.* quod & tradit Gloſ. *in cap. cauſa Carpenſis de verb. ſignif.* Vndè quod bona Hoſpitalium, & Confraternitatum potiantur iiſdem priuilegiis, ac bona Eccleſiaſtica, declarauit Sacra Congr. Epiſc. in *Barenſi* 30. Iunij 1617.

Hinc Priores Confraternitatum, & Adminiſtratores Capellaniarum fundatorum authoritate Epiſcopi, quarum redditus conuerti debent in celebrationem Miſſarum, aliorumque diuinorum Officiorum, ac piorum operum, quamuis ſint laici quoad adminiſtrationem talium redditùum, ſunt conueniendi in foro Eccleſiaſtico, vt declarauit Sac. Congr. Immun. 4. Septembris 1668. in *Cirinolenſi*.

Epiſcopus verò non poteſt prohibere Confraternitatibus laicorum, erectis authoritate Ordinaria, nè faciant expenſas extraordinarias, excedentes ſummam ſcutorum 20. ſine ſua licentia. Sac. Congr. Conc. in *Vrbinatenſi* 10. Maii 1663. *ad cap. 9. ſeſſ. 22. de refor.* Non enim Epiſcopus poteſt ſe ingerere in adminiſtrationem bonorum Confraternitatum laicorum, dum illa non dilapidant, ex Sac. Congr. Epiſc. in *Caſtellanetenſi* 14. Nouembr. 1603.

Nec laicorum Confraternitates, quæ ad formam Gregorianę Congregationis tenentur ſubuenire pauperibus Monaſterii Monialium, poſſunt compelli, ſed hortari tantum ab Epiſcopo ad præſtandam annuam ſubuentionem, iuxtà indigentiam earundem. Nec quia eleemoſynę ab ipſis Confraternitatibus diſtribuendæ in victum, & alimenta pauperũ, de quibus loquitur dicta Conſtitutio, ſunt tenuiſſimę, eædem Confraternitates poſſunt compelli ad ſubueniendum pauperibus Monaſterii ex aliis redditibus qui ſuperſunt neceſſitatibus earundem Confraternitatum. Sac. Cong. Conc. in dicta *Vrbinatenſi* 10. Maii 1663. *ad d. cap.*

An Milites S. Iacobi de Spatha, Calatraua, & Alcantarę gaudere debeant priuilegio fori quoad perſonas, & immunitate ab oneribus quoad bona? Vbi quid de Equitibus Hieroſolymitanis, S. Stephani, Militia Chriſti, S. Mauritij, & Portugallia? Vide de Equitibus tom. 6, Conſult. 72.

1 *An Milites Regulares ſint capaces penſionum Eccleſiaſticarum?*
2 *An per exercitium Iuriſdictionis ſæcularis, abſque tamen ſententia ſanguinis, penſionem amittant?*
3 *Et quid ſi ſententia ſanguinis cum effectu pronunciauerint?*
4 *Quidnè ſi damnatus ad mortem veniret in poteſtatem Curia, & morte afficeretur?* Vide de Equitibus tom. 6. Conſult. 73.

De negotiatione Clericorum? Vide hoc eodem tract. de Immun. tom. 1. Conſult. 480. ac tom. 5. Conſult. 84. Et de Negotiis illic. tom. 6. Conſul. 74. & tom. 7. Conſult. 72.

An Capellani Maiores Regij habeant iuriſdictionem ſpiritualem in Arcibus, & Caſtris priuatiuè quoad Epiſcopos? Vide hoc eodem tract. de Immun. to. 1. Conſult. 430. & tom. 6. Conſul. 80.

An Clericus habens facultatem ſubdelegandi, ac procedendi contrà Eccleſiaſticos, eos viſitando, ac perquirendo in locis immunibus occaſione fraudum, quas in gabellis committunt, poſſint ſubdelegare laicum, qui Eccleſiaſticos ipſos in carcerem conjciat? tom. 6. Conſult. 82.

NEgatiuè ad vtramque. Et quoad primum: quia laicus eſt incapax iuriſdictionis in perſonas, & loca Eccleſiaſtica. Sperell. *dec.* 126. *num.* 34. *& ſeqq.* Bellett. *diſquiſ. Cler. par. 1. de fauor. Cler. §. 3. num.* 31. *&* 33. Quoad 2. verò: quia facultas viſitandi, ac perquirendi Eccleſiaſticos in locis immunibus, non poteſt extendi ad carcerationem, fractionem iannarum, ablationem bonorum, & extractionem, cum etiam in fortioribus terminis procedẽdi contrà graſſatores confugientes ad loca immunia ſeruanda ſit forma tradita in Conſtitutione 7. Gregor. XIV. de qua in *Bullar. tom.* 2. cuius forma multò magis ſeruanda eſt in caſibus, in quibus ſimpliciter agitur de inueniendis fraudibus. Sperell. *dec.* 14. *num.* 18. vbi quod ſi Iudex Sæcularis ex ſpeciali commiſſione eſt cognitor cauſę contrà Clericum, non poteſt ſuam exequi ſententiam, nec auferre illi bona, ſed exequutio facienda eſt ab Ordinario, & ſic talem facultatem ſtrictè interpretari debemus in fauorem immunitatis. Delben. *de immun. tom. 1. cap. 1. dub. 15. ſect. 1. num. 11. & tom. 2. cap 16. dub. 9. ſect. 4. num.* 12. Atque ità quod non poſſit procedi in hoc caſu abſque incurſu cenſurarum contrà violatores libertatis, ac Immunitatis Eccleſiaſticę cenſuit Sac. Cong. Immun. in *Peruſina* 10, Martii 1668.

An,

Digitized by Google

An; & quatenus Eccleſiaſtici obligentur legibus, ac Statutis laicorum? tom.6. Conſult.86.

ASſero tanquam omninò certum, leges ciuiles, quæ aliquo modo pugnant cum Eccleſiaſticorum dignitate, aut contrariantur legibus Canonicis, illos non obligare. Itá ſtatuitur in cap. *Nouerint de ſent. excom.* & in Sacro Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 2. de refor.* Quæ verò non rtpugnant ſtatui Eccleſiaſtico, & legibus Canonicis, obligant Eccleſiaſticos in conſcientia in ordine ad Communitatem ciuilem: Nam ſi Eccleſiaſtici non ſeruarent has leges, inuerterent debitum ordinem politiæ ciuilis, quippè hæ leges eò ipſo, quod ſunt iuſtæ, ſunt etiam neceſſariæ prò conſernatione Communitatis cum debito ordine. Eccleſiaſtici autem ratione exemptionis non poſſunt inuertrre ordinem, & gubernationem politicam. Præterea qui ſunt de diuerſa Communitate, tenentur ſeruare leges illius Communitatis, vbi eſt res, de qua agitur, aut vbi fit contractus, vt proindè ibi ſortiatur forum. Cap. *licet de foro comp.* Quandò igitur materia, de qua eſt lex, concernit publicum commodum politiæ ciuilis, aut requirit conſortium aliorum, tenentur Eccleſiaſtici ſeruare leges: quia agitur de eo, quod eſt ſub diſpoſitione ciuili, cui Eccleſiaſtici ſe immiſcent; Non tamen obligantur legibus ciuilibus, quæ diſponunt de actionibus merè perſonalibus, etiam ſi non repugnent ſtatui Eccleſiaſtico: quia lex non obligat nequè directè, nequè indirectè eos, qui ſunt de alia Communitate; Niſi quatenus volunt ſimul communicare; Perſonæ autem Eccleſiaſticæ ſunt de alia Communitate ſub alio capite. Sunt enim omninò exemptæ à iuriſdictione laicorum; itaut laici nullam habeant facultatem imperandi, vt decernit Innoc. III, in *cap. Eccleſ. S. Mariæ de conſtit.* & itá Bartol. *in l. cunctis populos C. de Sum. Trin.* Medin. *l. 2. quæſt. 96. art. 5.* & alii communiter Theologi, & Legiſtæ.

An Clauis capſulæ, in qua Sanctiſſimum Corpus Chriſti in Fer. V. in Cœna Domini ſeruatur tradenda ſit laicis? to. 6 Conſult. 87.

NEgatiuè: Quia laici nullam ſibi authoritatem attribuere poſſunt ſuper Eccleſijs, & Eccleſiaſticis, tum perſonis, tum rebus, *cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* cap. *fin. de reb. Eccleſ. non alien.* Gloſ. *in cap. Quamuis 17. de decim.* Roman. *conſ. 299. num. 9.* Sunt enim incapaces iuris ſpiritualis. Ac declarauit Sacra Congr. Rit. *id non licere*, damnauitque contrariam conſuetudinem, tanquam abuſum: quia tempua, etiam immemorabile non facit laicum capacem ſpiritualium, cap. *Quanto*, & ibi Abb. *cap. 1. in 7. notab. de conſuetud.*

Accedat, quod, cum *ex cap. 1. de cuſtod. Euchar.* hæc cuſtodia ſpectet ad Parochum, & quidem ſub pœna ſuſpenſionis in caſu negligentiæ, nulla ratio permittit, vt poſſit inuitus cogi ad tradendum alteri claues, ac tantæ rei ſibi ſpecialiter creditæ, vt ait Gloſ. *vlt. in can. fin. 24. quæſt. 1.* laicis de omnibus, quæ ſpectant ad officivm Sacerdotis id ſolum licet, etiam in neceſſitate, quod in iure expreſſum inuenitur.

Quod etiam procedit reſpectu laicorum habentium Iuſpatronatus in Eccleſia: quia patroni nihil proprij iuria acquirunt in Eccleſia. *c. Piæ memoriæ cum trib. ſeq. 16. quæſt. 7.* nec minus poſſunt vigore patronatus ſe ingerere, nec in ſpectantibus ad Sacramenta, nec in viſitationem ornamentorum, nec in huiuſmodi alijs ex Sacro Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 3. in fin. de reform.* Declarationes Sacræ Congregationis ſunt iſtæ:

Sacra Rit. Congregatio reſpondit Epiſcopo Ciuitatenſi, Sanctiſſimum Sacramentum Feria V. in Cœna Domini ſub vnica tantum claue aſſeruari debere, retinenda per Sacerdotem in craſtinum celebraturum, vt nullo modo apud perſonas laicas, & ſæculares cuiuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, non obſtante quacumque contraria conſuetudine, quam abuſum eſſe declarauit. Item præfatum decretum afficere omnes Eccleſias, tam ſæculares, quam Regulares, quouis modo à iuriſdictione Ordinarij exemptas, & itá omninò in Ciuitate, & Diœceſi Ciuitatenſi Prouinciæ Compoſtellanæ ſeruari mandauit die 22. Decembris 1631.

In Pacenſi; *Cum Epiſcopus Pacenſis à* Sacra *Rituum Congregatione declarari procurauerit, cui nam conſignanda ſit clauis capſulæ, in qua Feria V. in Cœna Domini conſeruatur Sanctiſſimum Sacramentum ſumendum in craſtinum, quam ipſe honoris cauſa, vt moris eſt in multis Eccleſijs Hiſpaniarum, conſignauit Gubernatori Ciuitatis, & quam Decanus Eccleſiæ ſibi conſignandam prætendit? Eadem Sacra Congregatio reſpondit: Nequaquam Gubernatori Ciuitatis dictam clauem eſſe conſignandam, ſed potius illi Dignitati, vel Canonico, qui in craſtinum Feria VI. paraſceue erit celebraturus. Et itá cenſuit die 30. Ian. 1610.*

Itá fuit etiam decretum in *Caurienſi* 25. Decembris 1632. & in *Hiſpalenſi* 28. Mart. 1637.

Et in *Calaguritana: Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Ciuitatis de Victoria petit mandari obſeruantiam decretorum Sacræ Congregationis, quod clauis Sacrarij, ſub quo Sanctiſſimum Corporis Chriſti Sacramentum in Feria V. in Cœna Domini aſſeruatur, non cuſtodiatur à laicis, etiamſi Illuſtribus, qui plerumque id ſibi vſurpare conantur.*

Sacra Congregatio, decretis antiquis inhærendo, reſpondit, clauem Tabernaculi, in quo Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum Feria V. in Cœna Domini aſſeruatur nequaquam laicis, etiam Illuſtribus, tradendam eſſe, ſed potius Dignitati, vel Canonico in craſtinum celebraturo. Et itá in Eccleſia præfata ſeruari mandauit die 13. Septembr. 1642.

Sed quid, ſi conſuetudo generalis, ac immemorabilis vigeat in toto aliquo Regno tradendi perſonis ſæcularibus Illuſtribus vnam ex dictis cla-

clauibus? Prò obſeruatiooe reſpondendum videtur: quia coosuetudo generalis vnius Regni in omnibus Eccleſijs illius eſt ſeruanda. Cap. *cum olim*, & ibi Gloſ. *v. in Anglicanis Eccleſijs extr. de conſuet.* taliſque conſuetudo immemorabilis vim habet priuilegij Apoſtolici. Rota *dec. 11. num. 2. & ſeqq. par. 2. recent.* Quod facilius procedit in Patrono, cui debetur ius honorificum, quale cenſetur dicta retentio clauis, præſertim, ſi reperiatur in poſſeſſione. Cap. *Nobis in fin. de iurepatr.* Rocch. de Curt. *de iurepatr. v. Honorificus num. 1.*

Nec obſtat, quod decreta deducta contineāt derogationem quamcumque conſuetudinum in contrarium: quia ſub tali derogatione comprehenduntur conſuetudines inferiores, & particulares, nunquam autem immemorabilis, quæ propter ſui excellentiam eſt digna ſpeciali nota. Gonzal. *gloſ. 33. num. 5. & 6.* Gratian, *diſcept. 492. num. 6.* ſicuti non comprehenditur conſuetudo generalis, vt in puncto caſus noſtri poſt emanatas reſolutiones fuit ab eadem Sac. Rit. Congregatione deciſum in *Hiſpalenſi.* 1637. Et propterea ordinatum, vt non publicaretur decretum antea factum ſuper prohibitione traditionis clauis Sæcularibus, attento quod, vt ibi dicitur, in tota Hiſpania contrarium ſeruatur in honorem Magnatum. Ex conſuetudine igitur immemorabili, ac generali ſimul, id licere puto. Hoc idem Romæ in Eccleſia S. Iacobi Inclitæ Nationis Hiſpaniæ ſeruatur, & in toto penè Regno Siciliæ. Et vide hoc eod. tract. to. 9. Conſult. 63. & to. 10. Conſult. 59.

An bona donata prò erigendo Monaſterio Monialium, Hoſpitali, vel Societate Eccleſiaſtica, vel huiuſmodi alijs, ſint immunia à vectigalibus, alijſque oneribus laicalibus?
tom. 6. Conſult. 91.

AFfirmo. Eò enim ipſo, quò bona, tam mobilia, quam immobilia à fundatoribus, vel alijs fidelibus ad Dei honorem oblata, donata, vel legata ſunt, vt à Prælatis Eccleſiarū ad pauperum ſuſtentationem, Templorum, vel Monaſteriorum fabricam, & ſimilia, conuertantur, redduntur immunia ab omni vectigali, collecta, tributo vt habetur *ex cap. non minus de immun. Eccleſ. ex cap. aduerſus eodem tit. cap. 1. & Clem. 2. eodem cap. 1. de cenſib. & cap. quanquam eodem in 6. & Conſtit. Item nulla, quæ eſt Friderici Imper. poſita poſt l. 1. C. de Epiſc. & Cler.*

Ratio eſt: quia bona fidelium voluntate ad Dei cultum ſpecialiter deſtinata, & oblata ſunt, vt non, niſi in pios vſus conuertantur, ac proindè omnes exactiones, quibus à Sæcularibus illa grauantur, cedunt in diuini cultus diminutionem, iniuriam, atque irreuerentiam Dei, cum talia bona, tanquam patrimonium Dei, & Chriſti exiſtant, vndè res Dominicæ appellantur in *can. 40. Apoſtolorum* Atque adeò exemptio hæc eſt de iure diuino: quia Deum ab exactione Regum terrenorum liberum eſſe, neceſsè eſt.

Atque ità etiam declarauit Sacra Congr. Immun. in *Tropien.* 15. Ian. 1641. lib. 3. decretorum Paulucii fol. 138. his verbis: *Donatio bonorum prò erigendo Monaſterio Monialium eſt immunis ab omni onere laicali.*

Inter Ordinarios Eccleſiaſticos quinam ſit competens? An Ordinarius domicilij delinquentis, an verò loci commiſſi delicti? Et quid ratione contractus? Vbi ad rem alia in praxi tutiora? tom. 6. Conſult. 94.

PRæcipuus modus ſortiendi forum eſt ratione domicilii, *cap. ex parte de for. comp. l. Ciues C. de incol. lib. 10.* cum aliis adductis ab Innoc. *in cap. licet de for. comp. num. 1.* Et hic propriè dicitur eſſe verus, & naturalis forus. Innoc. *num. 3.* Butr. *ibidem num. 16.* & Felin. *n. 23.* Hinc appellatione alicuius Diœceſis, in dubio comprehenditur Diœceſis domicilii, vt notat Compoſtel. *in cap. nonnulli in 15. gloſ. de reſcrip* & Specul. *in tit. de citat. §. 1. in princ.* aliique. Et de Diœceſi dicitur tantum, qui eſt ſubditus ratione domicilii. Archid. *in cap. cum nullus v. Parochia de temp. ordin. in 6.* Subiectus propriè non dicitur, qui ſubeſt poteſtati delegatæ, vt dicit Gloſ. in *cap. Peruenit 7. quæſt. 1.* Quia tales ſubmiſſiones ſunt ſecundum quid, non autem ſimpliciter, & naturaliter, ſed per accidens; Vndè ſolus forus domicilii eſt verus, & ordinarius forus. Ideòque Iudex domicilii poteſt punire ſubditum vbicumque reperiatur, vt in *cap. dilecti de for. comp. & in cap. cum contingat*: Etiam ad ſententiam excommunicationis. Io. de Lignano *in cap. licet*, & Federic. de Sen. *conſ. 16.* quorum opinio communis eſt, vt ſimiliter teſtatur Abb. in *d. cap. licet num. 42.*

At ſecus eſt in Ordinario ratione delicti, vel contractus, quia ità demum poteſt procedere contrà delinquentem, vel contrahentem, eos excommunicando, & immittendo in poſſeſſionem, ſi ſint præſentes in loco, ſi autem ſint abſentes, non poteſt procedere contrà perſonam, ſed contrà bona. Innoc. *in d. cap. licet in princ. de for. comp.* & Oſtien. *num. 3.* quia ſcilicet non poteſt dici contumax, cum citatus extrà Territorium non teneatur comparere. Idem tenet Butr. *num. 6.* vbi concludit, delinquentem, ſi ſit præſens in Territorio, vbi delinquit, eſſe ſubiectum quoad omnes effectus, & perſonam, & bona ibi exiſtentia concernentes. Si verò ſit extrà territorium, eſſe ſubiectum tantummodò quoad poteſtatem diſtringendi bona ſita in territorio Iudicis perpetrati delicti, vt notatur *in cap. poſtulaſti de for. comp.* Et idem in contractibus concludit *num. 5. diuerſ.* Ità demum aliqui ſortiri forum ratione contractus, ſi ibi inueniatur quoad effectus perſonam concernentes. Ideòque ſi Ordinarius vellet eum excommunicare, non poteſt eum quoad hunc finem in contumaciam conſtituere. Idemque putat, ſi vellet, eum de debito directè condemnare;

Niſi

Digitized by Google

Niſi eſſet præuentus, vt ait Innoc. in *cap. Praterea de dilat.* Vel niſi ibi aliquandò comparuiſſet, vt inquit Gloſ. *in l. ſi quis Romæ ff. de iudic.* & ſubdit, ſe hoc in facto habuiſſe.

Quod ad effectus res concernentes, benè poſſet citari, & in contumaciam conſtitui, ac miſſionem pati; dummodò tamen res ſint in loco initi contractus, vt dictum eſt de delictis. Idem tenet Barboſ. *in cap. licet num.* 5. *de for. comp.* dicens, Iudicem contractus poſſe contrahentes citare extrà locum, ac Diœceſim contractus: quia citare eſt iuriſdictionis voluntariæ *d. cap. praterea de dilat.* Veruntamen huiuſmodi citatio non eſt efficax ad conſtituendum citatum in contumacia, ſi non compareat quoad hoc, vt Iudex citans ad excommunicationem, multam, vel aliam pœnam, poſſit contrà eum procedere, ſed miſſionem facere poterit, vt expreſsè habetur in §. *contrahentes*, vbi hoc tenet Io. Andr.

Porrò delinquentis Iudex dicitur is, in cuius iuriſdictione quis delinquit, nam poteſt in perſonam delinquentis, ibi comprehenſam, & etiam bona alibi conſtituta prò qualitate delicti animaduertere, *can.* 13. *quæſt.* 6. Panorm. *in cap. vlt. num.* 6. *de for. comp.* Si verò non fuerit ibi apprehenſus, ità demum poterit Iudex in perſonam animaduertere, ſi priuſquam locum delicti exiret, citatione illum præuenit, ſed ſi latitet, quominus citari poſſit, aut citatio ad eum perueniat, citabitur per edicta in loco delicti, & valuis portarum promulganda, vel Eccleſiarum affigenda. Auth. *Nulli Iudicum* §. *ſi quis verò comprehenſor col.* 9. ad effectum, vt miſſio fiat in bonorum poſſeſſionem, quæ in loco delicti habet; non autem in perſonam quicquam ſtatuatur. Panorm. *in d. cap. vlt. nu.* 6. *& ſeqq.* Poteſt etiam, ſi crimen ſit atrox, requirere Iudicem loci, in quo delinquens degit, vt ipſum citet, & remittat. Couar. *pract. quæſt. cap.* 11. *num.* 5. *ac. ſeq.*

Mulier quoque de iure communi ſtatim contracto Matrimonio, perdit domicilium originis, & efficitur de foro mariti *l. cum quadam puella ff. de iuriſd.* & ibi Gloſ. Bart. Bald. & DD. communiter.

Dicitur etiam Rei Iudex, in cuius iuriſdictione Reus contraxit, vel promiſit; Nam coram eo ſuper contractu conueniri poteſt *d. cap. dilecti cap. vlt. de for. com. l. hares abſens ff. de iudic.*

Conuenitur autem quis ratione contractus ſecundum interpretationem *l. hæres abſens* §. *proindè*, quandò contrahens habet in loco contractus officinam, pergulam, armarium, tabernam, horreum, aut quodpiam ſimile, alioquin ſi ſic venit, vt confeſtim diſcedat, & quaſi viator, & aduena ibi contraxit, non cogitur ſe eo loco defendere, ſed oportet domicilium eius ſequi. Bart. *in d.* §. *proindè, auth.* Butr. Panor. & DD. *in cap. vlt. de for. comp.*

Iudex Rei conuenti is quoque dicitur, in cuius iuriſdictione res, de qua controuertitur, conſtituta eſt, *cap. ſanè, & vlt. de for. comp.*

Hoc tamen prætereundum non eſt, Epiſcopum, in cuius Diœceſi Clericus Sæcularis Sacerdotium habet, etiam non requirens reſidentiam, dici Iudicem competentem in materia Sacerdotium concernente, adeò vt Clericus in loco domicilij, quod fortè alibi habeat, in materia Sacerdotium concernente conueniri nequeat. Felin. *in cap. dilectus* 2. *num.* 9. *de reſcrip.* Quod ſi reſidentiam requirat, etiam in alijs rebus ad illud minimè pertinentibus, reſpondere cogitur. Caſtal. *in d. l. hæres abſens* §. *proindè ff. de iudic.*

Sed ſi Reus nuſquam domicilium conſtituerit, & quouis terrarum vagetur, talis vbicumque inueniatur, tam ciuiliter, quam criminaliter inpeti poteſt, *leg.* 1. *&* 2. *C. vbi de crim. agi opor.* Specul. *tit. de comp. Ind. edeun.* §. 1. & ibi Io: And. & Bald. *in add.*

An adminiſtratores tam Eccleſiaſtici, quam laici fabricæ cuiuſcumque Eccleſiæ, etiam Cathedralis, & quorumcumque piorum locorum deputati ab Vniuerſitatibus, teneantur reddere rationem adminiſtrationis ſoli Ordinario? Et quid de eorum viſitatione? Vbi ad rē alia? tom. 7. Conſ. 15.

AFfirma; Niſi tamen ex conſuetudine, aut priuilegio, aut ex Conſtitutione aliqua loci, alijs ad id deputatis ratio reddenda eſſet. Tunc enim cum ijs adhibendus eſt etiam Ordinarius, & aliter factæ liberationes dicti adminiſtratoribus minimè ſuffragantur. Idem decreuit Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 9. *de ref.* & decidit Rota in *Lucana redditionis computorum* 17. Iun. 1639. coram Merlino 473.

Item, niſi ſecus fortè in inſtitutione, & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu fabricæ expreſsè cautum eſſet, vt ex eodem Tridentino *loc. cit.* Quare licet Epiſcopus habeat ius viſitandi pia loca omnia quomodocumque nuncupentur, quantumuis exempta, & exigendi rationes computorum; non tamen hoc ipſi conceditur, ſi in dictorum locorum fundatione expreſsè aliter cautum ſit. Quod procedit etiam quoad viſitationem, ex ſequentibus declarationibus:

In Licien. 11. Maij 1604. *Sacra, &c. auditis partibus, cenſuit, huiuſmodi Hoſpitale* ex *priuilegio Sedis Apoſtolicæ in limine fundationis exemptum ab Ordinarij iuriſdictione nequaquam poſſe à Diœceſano Epiſcopo viſitari.*

In eadem *Licien.* 12. Auguſti eiuſdem anni. *Sacra. &c. cenſuit, priuilegium in limine fundationis Hoſpitali conceſſum, vt ab Ordinario viſitari non poſſit, nequaquam eſſe derogatum per cap.* 8. *ſeſſ.* 22. *de refor.*

In *Abulen.* 6. April. 1606. *Sacra, &c. inhærens deciſioni à ſe alias editâ, quod Conc. decreto c.* 8. *ſeſſ.* 22. tri-

tribuens Epiſcopis facultatem viſitandi Hoſpitale, & alia loca pia, non ſuſtulit fundationes excludentes Epiſcopos à iuriſdictione viſitandi.

Quæ declarationes fundantur in iure communi Clem. *Quia contingit de relig. dom.* vbi ſtatuitur, quod, ad quos pertinet ex fundatione, priuilegia, &c. reforment loca pia, tollentes abuſus, & ſolum in caſu negligentiæ ſubintrent Epiſcopi quoad loca pia exempta, vt Delegati Apoſtolici.

Parerga.

Mediolanen. *Ordinarij non habent authoritatem viſitandi Hoſpitalia, neque Confraternitates, quæ à laicis reguntur, niſi in caſibus à iure expreſſis. Et hoc decretum loquitur, & habet locum ſolummodò in caſibus à iure communi permiſſis; Licet tamen à prædictis Hoſpitalibus, & Confraternitatibus rationem adminiſtrationis exigere, nulla habita ratione iuris communis, ſed ſeruata tantum diſpoſitione* cap. 8. & 9. Concil. Trident. de reform. 7. Februarii 1575.

Luſenſi Sarzanenſi: *Ordinarius intereſſe poteſt redditioni computorum Hoſpitalis perpetuò vniti ſabricæ, ſeù Cathedralis Eccleſiæ, & alterius etiam non vniti cum eadem authoritate, ſicuti alij deputati, ſcilicet, vt habeat vnicum votum in illo actu abſoluendi, & condemnandi, ſicut alij, quibus hæc ratio reddenda eſt. Item antiani, ſeù operarij coguntur ferre librum rationum adminiſtrationis ſub pœna excommunicationis, & in domo Epiſcopi rationem reddere. Item votum Epiſcopi ſic eſt accipiendum, vt connumerari debeat cum alijs, itàut maior pars votorum abſoluat, aut condemnet.*

Mediolanen. *Regulariter de omnibus locis pijs Epiſcopo ratio eſt reddenda ab Adminiſtratoribus, ſiuè ea ſint publica, vel priuata, Eccleſiaſtica, vel laicalia. Hæc enim loca pia Vniuerſitatum ſunt redditioni rationum Ordinario obnoxia.*

Ruben. *Epiſcopus debet Confraternitatibus viſitationem intimare, & exactionum rationem iuxtà hæc duo decreta, & vtrumque exequi; Si verò Confraternitates, vel alias excipient de priuilegijs, aut alia de re, propter quam viſitare ſe non poſſe ab Ordinario prætenderent, tunc earum allegationes in facto, & in iure traſmittant ad Congregationem, & interim ſuperſedeant.*

Mediolan. *Ab Ordinarijs poteſt ordinari, quod adminiſtratores ſingulis annis rationem reddere teneantur. Item adminiſtratores locorum piorum priuatorum, qui ſecundum iuris communis diſpoſitionem viſitari non poſſunt, ad redditionem rationis per Ordinarium, iuxtà terminos* d. cap. 9. *quod loquitur abſolutè, debet intelligi, cogi poſſunt, nulla habita ratione iuris communis, die 9. Auguſti* 1569.

Grauinenſi: Hoc *decretum* cap. 9. *intelligitur generaliter, etiam in caſibus à iure non conceſſis, eodem die, ac anno.*

Mediolanenſi: *Adminiſtratores piorum locorum, etiam exemptorum nullam rationem reddentes, Epiſcopo, poſt hac reddere teneantur. Quod ſi alijs eàm reddere conſueuerunt, cum illis adhibendus erit etiam Epiſcopus principaliter, & non ſolum in ratione reddenda adhibendus eſt Epiſcopus, verum etiam in deliberatione facienda, nec ſanè erit deliberatio facienda à deputatis. Die 23. Auguſti* 1576.

Æſina Epiſcopo: *Queſti miei Illuſtriſſimi Signori hanno ordinato, ch'io ſcriua a V.S. che doura baſtarle, che le Confraternita di coteſte Compagnie diſtribuiſcano le limoſine ſecondo la mente di quelli, che l'hanno ordinate, purche a lei ne rendano buon conto ſempre, quando vuole, per emendare, in caſo, che vi fuſſe errore, laſciandone nel reſtante la cura ad eſſi. 26. Aprilis* 1583.

Anno 1588. Sixtus V. tranſmittere fecit copiam infraſcriptorum decretorum factorum in Congregatione Conc. ad Nuncium Neapolitanum cum mandato, quod de eis ſimiliter copiam tranſmitteret omnibus Prælatis *Regni*, ad hoc vt iuxtà ipſorum diſpoſitionem exequutioni demandarentur.

In Congregatione Conc. fuit dubitatum: An in exceptione *cap. 8. ſeſſ. 22. de refor.* qua excipiuntur hoſpitalia, quæ ſunt ſub Regum immediata protectione, vt ſine eorum licentia non poſſint ab Epiſcopis viſitari, comprehendantur omnia hoſpitalia, quæ ſunt in eorum ditionibus, & Regnis?

Reſpondit Congregatio, non comprehendi, niſi hoſpitalia, quæ expreſsè reperiuntur eſſe ſub Regum protectione.

Item Congregatio cenſuit, Epiſcopum poſſe viſitare omnia Hoſpitalia, & pia loca quomodocumque nuncupentur, etiam ſi ſint priuata laicorum, & corriggere, & reformare in caſibus à iure conceſſis, nempè ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, vtque voluntas teſtatoris ſeruetur, iuxtà d. cap. 8.

Item Congregatio cenſuit cap. 9. *einſdem ſeſſionis habere locum etiam extrà viſitationem, & in caſibus à iure non expreſſis, & licere Epiſcopis exigere rationem ab adminiſtratoribus, etiam locorum merè laicorum, & priuatorum generaliter ſine vlla diſtinctione, & quandò ex priuilegio, vel conſuetudine, vel aliqua alia conſtitutione alijs reddenda eſſet ratio, eiſdem reddenda eſſe, adhibito cum illis Ordinario, niſi in fundatione aliter cautum eſſet, nempè quod rationes nec Ordinario reddendæ eſſent.*

Item *Congregatio cenſuit, Epiſcopum habere votum abſoluendi, & condemnandi cum cæteris deputatis, & illius votum connumerari debere cum voto cæterorum, quorum maior pars condemnat, vel abſoluit.*

Item *Congregatio cenſuit, Ordinarium ex* d. cap. 9. *poſſe ab adminiſtratoribus Hoſpitalium, aliorumque piorum locorum rationem adminiſtrationis exigere, donec coram Ordinario dictum fuerit de inſtitutione, in qua ſecus expreſsè cautum ſit.*

Item Congregatio cenſuit, executionem aduerſus adminiſtratores condemnatos, iuxtà d. cap. 9. *ſiuè ſoli Ordinario reddita fuerit ratio, ſiuè vnà cum alijs deputatis ad ipſummet Ordinarium ſpectare.*

Item *Congregatio cenſuit:* Si *Epiſcopo hoſpitale viſitare volenti, iuxtà* d. cap. 8. *opponatur exceptio, quod ſub immediata Regum protectione exiſtat, vtique*

que

Digitized by Google

que non ad ſecularem Iudicem , ſed ad ipſummet Epiſcopum talis exceptionis cognitionem , & definitionem pertinere .

Id quoque etiam docent, & deciſum referunt Martha, Armindat. Steph. Vuiemers , & Ciarlin, *loc.cit.* Quia eum in hoc caſu agatur de recognitione immediatæ protectionis , quæ eſt quid laicale , eſt ſub iudicio Epiſcopi , vt Superioris in ordine ad ea , quæ concernunt loca pia .

Firmana Archiepiſcopo : *Che non doueua forzare gl' amminiſtratori dell' Oſpitale di Montenuouo a portare i libri de' conti alla Città in Veſconato per rendergli conto, ma che queſto doueua farlo nel luogo in viſita , ò fuori di eſſa , Die* 26. *Septembris* 1589.

An in generali exemptione à iuriſdictione Ordinarij includatur exemptio à viſitatione ? Vide de Viſitatione tom.7. Conſult.16.

An, & quo pacto contrà Vniuerſitatem deueniri poſſit ad interdictum Eccleſiaſticum ? Vide de Cenſuris tom.7. Conſult.17.

An diſpenſari poſſit cum Catholicis , eorumque familijs , vt in partibus hæreticorum poſſint pecunia ſibi acquirere decimas Eccleſiaſticas ab ipſis hæreticis vſurpatas ? Vide de Decimis tom. 7. Conſult.24.

An Eccleſiaſtici poſſint aperire furnum in præiudicium Baronis habentis ab immemorabili , & ex concordia cum illis inita ius prohibendi ſubditis , ne alibi , quam in ſuo furno panem coquant ? Et an impediens Eccleſiaſticos , poſſit excommunicari ? tom. 7. Conſult.30.

Affirmatiuè , vt ſæpius decreuit Sacra Congregatio Immun. vt ex ſubiectis declarationibus .

Epiſcopus poteſt aperire furnum ad effectum di ſpianare il ſuo grano 14. *Decembr.* 1649. *in* Vrbinatenſi , *in* Nucerina 25. *Ianuar.* 1950. *in* Foroſempronienſi 13. *Auguſti* 1633.

Eccleſiaſtici non poſſunt cogi ire ad certum furnum 13. *Iul.* 1637. *in* Fanenſi . *Clerus poteſt habere furnum proprium , eoque vti , ſeù locare perſonæ ſibi benè viſa* 9. *Martij* 1632. *in* Eugubina .

Item & id : *Furnus Eccleſiaſticorum gaudet exemptione* 20. *Mart.* 1630. *in* Nuſcana .

Et Nuncius Neapolitanus prouideat circà furnos Regularium , vt illis vtantur prò ſuo vſu tantum 4. *Decembris* 1628.

Quia eſt contrà libertatem Eccleſiaſticam , contrà quam nulla induci poteſt conſuetudo , vt ſæpè decantauimus . Et concordia non eſt approbata à Sede Apoſtolica , eſtque contrà *cap. Non minus , & cap. aduerſus de* Immun. *& cap. quanquam de cenſib. in 6.*

1 *An Clericus primæ tonſuræ deprehenſus à Curia Sæculari in flagranti crimine in habitu laicali , gaudeat priuilegio fori , ſi non inceſſerit in habitu , & tonſura , nec inſeruiuerit Eccleſiæ ? Et*

2 *Quid de Clerico non beneficiato , ſolito tamen Eccleſiæ inſeruire , & in habitu , & tonſura incedere , ſi noctu , vel interdiù in habitu laicali deprehendatur cum armis , vel in alio flagranti crimine ? Et*

3 *An Clericus non incedens in habitu , & tonſura , vel alias non habens qualitates* cap.6. ſeſſ.23 Conc. Trid. *ſicut amittit priuilegium fori , ità etiam priuilegium Canonis amittere cenſeatur ?* tom.7. Conſult.31.

Ad 1. Negatiuè : quia de iure nouo Sacri Concilij Trid. *cap.6. ſeſſ.*23. vt Clericus primæ tonſuræ , vel in minoribus Ordinibus conſtitutus gaudeat priuilegio fori , neceſſarium eſt , vt Clericalem habitum , & tonſuram deferat , ſimulque de mandato Epiſcopi alicui Eccleſiæ inſeruiat .

Quæ diſpoſitio procedit , etiam ſi Clericus huiuſmodi non fuerit ab Epiſcopo præmonitus , vt habitum , & tonſuram deferat ; Nam quicquid ſit de iure communi , certum eſt in terminis Concilij monitio non eſt neceſſaria , vt deducit Gratian. *diſcep.* 440. *num.*8. Menoch. *conſ.*912. *num.*34. vbi alij . Et adhunc effectum requiritur ſeruitium aſſiduum , adeò vt non ſufficiat tertiò , vel quartò inſeruire : quia verba Concilij important actum continuum . Menoch. *loc. cit. num.* 70. *& de præſump lib.6. præſumpt.*67. *num.*30. Carol. de Graſſ. *effect. Cler. effec.*1. *num.*1182. *& ſeq.* & alij : Nec ſufficit ſimplex deputatio Epiſcopi abſque exercitio , vt apertè colligitur ex diſpoſitione eiuſdem Conc. ibi : *Alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat.* Quæ verba non ſolum requirunt ſucceſſiuum ſeruitium , ſed etiam aſſiduum , vſque ad tempus commiſſi delicti . Delbene *de immun. num.*29. de Graſſ. *d. effec.* 1. *num.*1183. & alij .

Sicut etiam requiritur aſſidua delatio habitus , & tonſuræ . nec ſufficit interpolata . De Graſſ. *loc.cit.* Menoch. *ibidem. num.*32.

Et quidem tollitur omnis difficultas , ſi tempore commiſſi delicti , in quo hic Clericus deprehenditur in flagranti , non eſſet in habitu , itàue ex hoc ſolum non debeat gaudere fori priuilegio , non poſſit habitum reſumere in præiudicium iuris quæſiti foro ſæculari . Sanch. *de Matrim. lib.*7. *diſp.*46. *n.*10. adducens alios ; Cum eo ipſo , quod quis ſine habitu eſt repertus , illum antea dimiſiſſe præſumendum eſt . Delbene *loc.cit.*

Aduertendum tamen eſt ad illa verba Concilij : *De mandato Epiſcopi , & de licentia Epiſcopi :* quia ex ipſius Congregationis ſententia non ſunt ſubſtantialia , vt in ſubiecta declaratione:

N.N. Clericus Romanus, qui prima tonſura in Vrbe initiatus, quatuor Ordines minores Panormi cum Dimiſſorijs D.Card. Vrbis Vicarij ſuſcepit. Romam reuerſus, & in habitu Clericali incedens, ſtudijs incumbens, frequentauit Collegium S. Thomæ, vbi, Fr. Donatum publicè logicam tradentem quotidie audiuit, prout in fide, quæ datur eiuſdem F. Donati; Et licet nulli eſſet adſcriptus Eccleſiæ tamen non deſtitit, diebus præcipuè feſtis, & alijs interuenire Sacrificio Miſſæ in Eccleſia S. Iacobi incurabilium, & alibi, prout in fide Sacriſtæ, quæ ſimiliter datur. Mox ſororis infamia commotus, & ſtimulis incenſus honoris, eam pluribus vulneribus confodit, et rem omnem ſine difficultate confeſſus eſt. Cùmque inter alia prò ipſius defenſione dicatur, vti Clericum prò tali homicidio non poſſe tradi Curiæ ſæculari, nec affici vltimo ſupplicio, opponitur à Fiſco, eum non gaudere fori priuilegio: quia neque Beneficium habet, neque eſt adſcriptus Eccleſiæ, neque verſatur in Scholis de licentia Epiſcopi, vt requirit Conc. Trid. ſeſ. 23. cap. 6. Vndè quæritur quid iuris?

Die 20. Iunij 1609 Sac. Cong. Conc. perpendit ſecundum, ea, quæ proponuntur in hoc caſu, concurrere omnia requiſita, vt hic Clericus gaudeat priuilegio fori. Eſt enim initiatus primo tonſura, incedebat in habito, et tonſura Clericali, et Eccleſiæ inſeruiebat. Imò etiam in Schola verſabatur; quia publicam Dialectices lectionem in Ædibus S. Mariæ ſupra Mineruam audiebat.

Vnus tamen ſupereſt ſcrupulus, quod nec ad inſeruiendum, nec ad verſandum in Schola vlla præceſſit licentia, nullumque mandatum Vicarij Vrbis, vt requirit d. Conc. *cap. 6. ſeſ. 25.* Sed hanc difficultatem ſuſtulerunt duæ antiquæ declarationes Congregationis quarum altera declarauit: *Priuilegio fori gaudere Clericum Minorum Ordinum in habitu, et tonſura incedentem, inſeruientemque Eccleſiæ, tametſi abſque vllo Epiſcopi mandato.* Altera determinauit: *Talem Clericum inſeruientem tali Eccleſiæ, quam ei, vti mandauerat Epiſcopus, vt inſeruiret, nihilominus gaudere priuilegio fori.*

Ad 2. Hinc, poſito dicto decreto Tridentini Conc. *cap. 6. ſeſ. 23.* Clericus non beneficiatus, ſolitus autem Eccleſiæ inſeruire, & in habitu, ac tonſura incedere, ſi deprehendatur noctù, vel interdiù in habitu laicali cum Armis, vel in flagranti alio crimine, gaudet fori priuilegio.

Primò, quia animi indicium apparet ex perſeuerantia; ideóque breui reuerſa Vxor nec diuertiſſe videtur *l. diuortium ff. de diuor. l. quicquid calore per d. reg. iur.* Animus autem reſumendi colligitur ex ipſa conſuetudine habitum iugiter deferendi. Gloſ. in *cap. 1. v. non timore, quod met. cauſ.* Menoch. *lib. 6. præſumpt. 37. num. 28.* & mutatio voluntatis non præſumitur, niſi probetur *l. qui voluntatem ff. de probat.*

Secundò: Habitus Clericalis non prodeſt ei, qui paulò ante capturam publicè ſe gerebat prò laico. *Cap. Si Iudex laicus de ſent. excom. in 6.* vbi Doctores. Ergò multò minus habitus laicalis nocebit ei, qui anteà ſe gerebat prò Clerico, cum in primo caſu laicus agat de priuilegio acquirendo, in ſecundò autem Clericus de priuilegio iam quæſito, non amittendo, ac proindè potior ſit cauſa Clerici *l. fin. C. de iur. dot. l. vlt. C. ne condit.* Federic. de Sen. *conſ. 112. n. 3* & Rom. *conſ. 179. num. 17.*

Tertiò; Verba legis intelligi debent ciuili modo, non crudè, aut amarè, vt de continuo commenſali, continua reſidentia, vel continuo ſeruitio reſpondit Calder. *conſ.* 88. *alias* 8. *de offic. leg.* Card. *poſt gloſſ. in Clem. 1. in 1. quæſt. de for. comp.* Ergo quod dicitur de habitus delatione, ſicut, & de tonſura, non ità concipi debet, vt cum primum Clericus ex quauis occaſione illum exuit, vel negligentia paſſus eſt creſcentes capillos tonſuram abſcondere, eò ipſo fori priuilegium amiſerit. Vtrumque enim valdè abſurdum videtur. Facit tex. in *cap. is de ſepul. in 6.*

Quartò: Hæc verba Conc. *Niſi habitum, & tonſuram deferens Eccleſiæ inſeruiat* reſoluuntur niſi habitum, & tonſuram deferat, & inſeruiat. Ex defectu autem ſeruitij vno, vel altero die Clericum intelligi ſuſpenſum à priuilegio fori, nemo æquus Iudex dixerit. Atque adeò neque ex prima, aut altera breui habitus dimiſſione *ex reg. l. iam hoc iure §. ſed ſi,* & ibi Bart. *num. 1. ff. de vulg. & pupil.*

Quintò. Habitus Regularis adeò eſt annexus Monachis, vt in quocumque loco conſiſtentes, ſiuè in lecto quieſcentes, conſtanter eo vti debeant. *Can. vidua 30. quæſt. 1. & can. Sanctimoniales 23. d.* itàut temerè dimittentes, ipſo facto excommunicentur in cap. *vt periculoſa nè Cler. vel Monach. in 6.* Et nihilominus Religioſus, qui iocoſa leuitate ad horam dimittit habitum, vt currat, & lapidem projiciat, in excommunicationem non incidit, nec tanquam apoſtata amittit priuilegia Ordinis, ſecundum Paludan. quam ſententiam dicit rationabilem Sylu. *v. excommunicatio 9. num. 5.* Ergo longè minus ex dimiſſione habitus ad breue tempus incidere debet in pœnam amiſſionis fori Clericus Sæcularis, qui non eſt adeò adſtrictus ad continuam, & nunquam interruptam habitus delationem.

Vltimò ſi aliter reſponderetur, conſequens eſſet, vt Clericus in Minoribus nunquam ferè in cauſa criminali gauderet priuilegio fori: Quia commiſſurus delictum, regulariter non incedit in habitu, atque ità Concilium ſtatuiſſet de caſu minus frequenti contrà iura proximè citata.

Ad 3. Negatiuè. Si enim Conc. voluiſſet in caſu *d. cap. 6. ſeſſ. 23.* comprehendere etiam priuilegium Canonis, ſicut ſtatuit de priuilegio fori, ſtatuere potuiſſet de priuilegio Canonis, vt in ſimili in *cap. ad audientiam de decim.* vel ſaltem communi vocabulo de priuilegio Clericali dixiſſet, iuxtà *cap. vnic. de Cler. Coniug. in 6.*

Quod

Quod igitur non eſt Sanctorum Patrum decreto ſancitum, ſuperſtitioſis non eſt adinuentionibus præſumendum. Can. *conſuluiſti 2. quæſt. 5. & cap. inter corporalia de transl. Epiſc.*

Rurſus Clerici hoc caſu, quo ſupponuntur foro ſeculari, non videntur eximi omninò à foro ſpirituali, ſed ſolummodò tunc non gaudent illo priuilegio; Vndè dehinc licet tantummodò inferre, vt ipſi priuilegium exemptionis allegare nequeant, ad declinandam Iudicis Sæcularis iuriſdictionem, ſed non licet inferre quin Epiſcopus non præuentus poſſit illos iudicare, ſi prò Clericis adhuc publicè ſe gerant. Iam enim Sacra Congregatio conſulta: *An decretum Concilii* d. cap. 6. verſ. *Is etiam obſtet Epiſcopo, quominus iure ſuo animaduertere poſſit in delinquentem, qui alioquin ex eodem decreto fori priuilegio non gaudeat? Reſpondit, Clericos in minoribus Ordinibus conſtitutos, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, aut Clericalem habitum, & tonſuram deferentes Eccleſiæ inſeruiant, vel in Seminario, aut aliqua Schola, vel Vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſentur*, iuxtà d. cap. 6. ſeſſ. 23. *forum Iudicis laici declinare non poſſe, non tamen idem decretum obſtare poſſe, quominus iure ſuo in huiuſmodi Clericos delinquentes, ſi Clerici adhuc permaneant, poſſit animaduertere.*

Ex quo patet eò rationabilius Concilium ademiſſe Clericis tantummodò priuilegium fori, quo, eo ſublato, nullum præiudicium infertur Eccleſiaſticæ iuriſdictioni præuenientis, & in eo militant rationes, quæ nullatenus conſiderari poſſunt in priuilegio Canonis. Demum hanc ſententiam olim probauit eadem Sacra Congregatio; Nam propoſito dubio:

An Clerici, qui decreto Concilij cap. 6. ſeſſ. 23. *priuilegio fori priuantur, intelligantur etiam priuati priuilegio Canonis? Die 16. Octobris 1582. Sacra Congregatio cenſuit, non intelligi priuatos.*

SVppoſito Principis Sæcularis Edicto ad bonum publicum lato de armis non ferendis, aut domi retinendis: Quæritur:

1 *An Clerici, ex Epiſcopi licentia poſſint eadem arma deferre, ac retinere, itàut eiuſmodi licentia non ab eodem Principe, ſed ab Epiſcopo tantum ſit eis concedenda?*

2 *An Epiſcopi familia de ipſius Epiſcopi licentia impunè vti poſſit quouis armorum genere, perindè ac familia Principis Sæcularis?* tom. 7. Conſult. 32.

AD 1. Eſto ſententia Couarruuiæ *pract. q. 33. num. 7. & var. reſol. cap. 20. in fine*, & aliorum ſit vera in ea parte, in qua affirmat, Clericos ligari edicto Principis ex dictamine, ac vi directiua rationis tantum, vt & nos alibi diximus. At certè nullo iure defendi poteſt in alia parte, in qua vult, Clericos poſſe à Curia Sæculari apprehendi, atque armis ſpoliari: Nam aut executor, vel Officialis Curiæ Sæcularis apprehendit Clericum, eumque armis vi ſpoliat de facto, & tanquam priuata perſona, & tunc non excuſatur à violenta manuum iniectione: Quia ſicut non liceret alteri priuato Clericum ſiſtere, repellere, dimouere, aut aliquid ex eius manibus per vim abſtrahere abſque incurſu cenſurarum. Can. *Si quis ſuadente 17. quæſt. 4.* vt illic omnes notant, & cap. *tua nos de ſent. excom.* ità nec licebit Miniſtro Sæculari, ſi de facto, & tanquam priuatus procedat per tex. in *cap. ſi verò 1. de ſent. excom.* cui reſponderi non poteſt, vt inquit Aretin. in *cap. cum non ab homine de iudic.*

Si autem Clericum ſiſtat, & armis priuet tanquam Officialis, & executor Curię Sęcularis, tunc negari non poteſt, quin huiuſmodi actus ſit iuriſdictionis, cum procedat in Curiæ Miniſtro, tanquam Miniſtro, & de mandato Iudicis Sæcularis. Executio enim eſt pars iuriſdictionis, cap. *Si delegatus de offic. deleg. in 6.* Io: de Auan. in *c. ſignificaſti in fin. eodem tit.* Quinimmò quoad perſonas alioquin non ſubditas in multis caſibus iura permittunt cognitionem, ſed non executionem, vt in *l. à Diuo Pio ff. de re iudic. Gloſ. 1. Clem. 1. de for. comp.* Quare palam eſt, tam ipſum executorem, qui Clericum armis ſpoliat, quam Iudicem mandantem incidere in excommunicationem in cap. *vt famæ de ſent. excom.* & in Bulla Cœnæ *can. 17.* ſtatutam, vt in ſpecie aduertit Nauar. Magiſter Couarruuiæ *in man. cap. 27. num. 71.* & Belarmin. *conſ. 45.*

Cœterum, licet edictum Magiſtratus ſæcularis arma prohibentis obliget Clericos vi directiua rationis; non tamen hinc ſequitur, vt Epiſcopus non poſſit ex iuſta cauſa, licentiam deferendi arma eodem edicto prohibita, ſuis ſubditis impertiri.

Nequè enim fas eſt Clericis Iudicem Sæcularem adire prò huiuſmodi licentia obtinenda, à quò Iure Diuino, & humano exempti ſunt, vt alias probauimus. Et cum Princeps Sæcularis poſſit eam ſuis ſubditis in ſuo territorio tribuere, nulla ratio ſuadet, cur non idem liceat Epiſcopo, cum & ipſe habeat merum Imperium in ſua Diœceſi, Can. *ſi quis Epiſcopus*, ibique Gloſ. *v. quia alibi 2. quæſt. 7.* Gundilal. *de heret. q. 1 t. num. 16. & ſeq.* ac alij.

Cum itaque Epiſcopus poſſit hanc licentiam impertiri, manifeſtum etiam eſt, non legem laicam prohibentem, ſed Eccleſiaſticam concedentem eſſe quoad Clericos obſeruandam: Nequè enim eſt habenda ratio legis ſæcularis, quandò opponitur Canonicæ. *Cap. 1.* vbi Gloſ. & Doctores *de nou. oper. nunc.*

Ad 2. Cenſeo ſimiliter, familiam Epiſcopi quouis genere armorum impunè vti poſſe perindè ac familiam Sęcularis Curiæ: Nam lex ciuilis prohibens generaliter vſum armorum, vt *C. vt armorum vſus lib. 11. & in tub. de fabric. eodem*

lib.

Digitized by Google

lib. & in auth. de arm. §. ſi autem, non comprehendi familiam Epiſcopi, vt reſcrib. Bald. in *l.3. §. ait enim ff. de offic. Præt.* Barbat. de Cardin. *l.9. 5. num.17.* & alij. Quæ concluſio iiſdem ferè nititur fundamentis, quibus primę quæſtionis ſolutio: Nam cum familia Epiſcopi ſit exempta à iuriſdictione ſæculari, ſitque de foro Eccleſiæ, cap. *fin. vbi omnes de offic. Archid.* Dec. *in cap. cum non ab homine num.4. de iud.* de communi teſtatur Abb. *in cap.2. num.6. de for. comp & nos tom.1.* tenetur ſeruare legem Epiſcopi vſum armorum concedentis, non edictum laici prohibentis:

An, & quibus in caſibus Clericus non ſeruatis gradibus pœnarum in cap. cum non ab homine de Iudic. *præſcriptis, de quibus infrà, ſit degradandus, & tradendus Curiæ Sæculari?* tom. 7. Conſult. 33.

VEra ſententia eſt, quæ aſſerit, non eſſe locum degradationi, neque traditioni Curiæ Sæculari, niſi in caſibus à iure expreſſis. Hanc tuentur in ſpecie, & communem vocant Aretin. *in d. cap. cum non ab homine a n.51.* Barbat. *in cap. at ſi Clerici à nu.120. de iudic.* ibique Dec. *num.258. cum tribus ſeqq.* alijque recentiores, præcipuè Sac. Rot. Rom. coram Coccino in *Lucana Iuriſpatronatus*, ac disertè Oſt. in *cap.1. num.2. de homic.* vbi firmat, Clericum prò homicidio ex inſidijs, ſiuè cum proditione, etſi qualificato, de quo loquitur ille tex; ità demum eſſe tradendum Curiæ Sæculari, ſi ſit incorrigibilis, & non alias, iuxtà tex. *in d. cap. cum non ab homine*. Item Clericum prò homicidio depoſitum, ſi poſteà committat alia homicidia, non tamen eſſe tradendum Curiæ ſæculari; niſi ſit incorrigibilis ſecundum gradus in *d. cap. cum non ab homine* præſcriptos ſenſit apertè Card. *ibi num.4. de iudic.*

Præcipuum huius opinionis fundamentum eſt: quia Eccleſiaſtica libertas, & Clericorum exemptio à ſæculari poteſtate, non tantum Canonicis ſanctionibus, ſed etiam diuina ordinatione fuit conſtituta ex Sacro Concil. Triden. *ſeſſ.26. de ref. cap.20.* quod probaui alias. Ergò ſolus Papa poteſt huiuſmodi exemptionem limitare, ſeù declarare, præſcribendo in quibus caſibus Clerici ſint per Eccleſiam degradandi, & comprimendi per Curiam Sæcularem: quia cum non puri hominis, ſed veri Dei vice fungantur in terris, ius diuinum, non humana, ſed diuina potius auctoritate diſtinguit, ſeù declarat, vt in cap. *Quanto de transl. Epiſc.* & Oſt. *in Sum. de reſcrip. §. quas vires* Io: And. *in cap. actus legitimi num.50. de reg. iur. in 6.* & alij.

Certi autem ſunt caſus, in quibus Rom. Pontifices per ſuas Conſtitutiones vel in corpore iuris inſertas, vel Extrauagantes ordinauerunt, Clericos eſſe degradandos, & tradendos Curię Sæculari, eorum:

Primus eſt in crimine hæreſis. Cap. *Excommunicamus §. damnati, & cap. ad abolendam §.1. de hæret. cap.1. & cap. ſuper eo eodem tit. in 6.*

Secundus in crimine falſificationis litterarum Apoſtolicarum *cap. ad falſariorum de crimine falſi*.

Tertius eſt in crimine inſidiarum, & conſpirationis contrà proprium Epiſcopum. Can. *ſi quis Sacerdotum 11. q.1.* de quo Doctores *in cap. ad abolendam num.44. de hæret.* Et prò his tribus criminibus dumtaxat de iure communi Clericum poſſe degradari, & tradi Curię Seculari, alias verò tuendum eſſe per Eccleſiam tradit Innoc. *in d. cap. excommunicamus num.1.* Gloſ. *in d. cap. ad abolendam §. relinquatur*, ibique Oſt. *nu.5.* & Io: And. *eod. num.* ac alij.

In alijs autem criminibus, vt cumque atrociſſimis, ſufficit ſola depoſitio, nec debet actualiter degradari, ſi paratus ſit ſe corriggere, ſed debet detrudi in perpetuum carcerem, vt tenent omnes ſuprà citati, & hanc dicit communem eſſe Boſſ. *tit. de for. comp. num.136.*

Quartus caſus eſt in Clerico aſſaſſino, qui tanquam publicè diſſidatus abſque vlla depoſitione, vel ſententia ipſo iure, & facto relinquitur Curiæ ſæculari, vt in cap. *prò humani de homic. lib.6.* Vndè tradendus eſt Curiæ ſæculari, non expectata incorriggibilitate, eſtque communis ſententia.

Quintus eſt in Clerico incorrigibili, qui ſeruatis gradibus pœnarum præſcriptis in d. cap. *cum non ab homine*, cum Eccleſia non habeat vltrà quid faciat, præuia degradatione, traditur Curię ſæculari, iuxtà vnum intellectum, vt ibi Gloſ. *vlt*, Oſt. *num.8.* Butr. *n.7. & 17.*

Seſtus caſus eſt in Presbyteris, & Clericis ſæcularibus, ac Regularibus crimen nefandum contrà naturam exercentibus: Nam ex Conſtitutione 72. B. Pij V. quæ incipit *Horrendum illud ſcelus* omni priuilegio Clericali, omnique officio, dignitate, ac beneficio Eccleſiaſtico priuantur, itàut per Iudicem Eccleſiaſticum degradati, Curiæ ſtatim ſæculari tradantur.

Septimò, & Octauò eſt in ijs, qui ad Ordinem Presbyteratus minimè promoti, Miſſarum celebrationem reperti fuerint vſurpaſſe, vel Sacramentalem confeſſionem audiuiſſe. Ab Inquiſitoribus enim, & locorum Ordinarijs, ab Ordinibus, ſi quos habuerint, degradati, ſtatim Curię ſæculari traduntur, debitis pœnis plectendi ex Conſtitutione Pauli IV. apud Maiol. *lib.4. cap.13. num.1.* ex Conſtitutione Gregor. XIII. incip. *Officij noſtri*, ex Conſtitutione Clem. VIII. *Et ſi alias* 81. & ex Conſtitutione Vrb. VIII. *Apoſtolatus Officium*, vbi declarauit eas pœnas procedere etiam in minoribus 25. annis, maioribus tamen 20. annis.

Nonus, & vltimus eſt in perſonis Eccleſiaſticis, tam Sæcularibus, quam Regularibus, quæ in Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, & locis in Italia dumtaxat exiſtentibus, aureas, vel argenteas

teras monetas tondent, fabricant, colorant, vel alias adulterant, vel adulteratas ſcienter erogant, vel exponunt: Nam pręuia degradatione, Curiæ ſæculari puniendę traduntur ex Conſtitutione Vrb. VIII. incip. *In ſuprema* edita Idibus Nouembris 1627.

In alijs autem caſibus non exceptis firmetur regula in contrarium, vt non ſit locus huic pœnæ degradationis, nec traditionis Curiæ ſæculari *l. quæſitum §. deniquè ff. de fun. inſtr.* & alibi, vt dictum eſt.

Atque ità die 16. Nouembris 1650. in Congregatione ab Innoc. X. ſpecialiter deputata actum de cauſa cuiuſdam N.N. Siculi, ſolemniter profeſſi in Religione Fratrum N.N. qui in eadem commiſerat furtum excedens ſummam ſcutorum centum, & loco triremium, ad quas damnatus fuerat, per ſeptennium manſerat in carcere, ac deindè ad Sacerdotium promotus, habitu Religionis temerè dimiſſo, apoſtatauit, & per annum extrà Religionem vagatus in habitu Clericali, tandem Romæ anno Iubilæi patrauit 10. magna furta in Palatijs diuerſorum Magnatum, cum portarum, & ſcriniorum fractura, in quorum vltimo deprehenſus, & carceribus mancipatus, omnia ſigillatim confeſſus fuit. Et cum dubitaretur, an propterea eſſet degradandus, & tradendus Curiæ ſæculari vt lueret pœnam vltimi ſupplicij? Articulo demandato Summi Pont. accuratè diſcuſſo, reſolutum fuit contrà opinionem Ancharani, & Abbatis, non eſſe locum huic pœnæ degradationis, nec traditionis Curiæ ſæculari, ſed tantum detruſioni in perpetuum carcerem, vel ad triremes. Quam Congregationis ſententiam Sanctitas Sua ſibi relatam approbauit. Et ità prædictus Reus in effectu ad triremes in perpetuum fuit tranſmiſſus.

De Presbyterio, ſiuè Choro ad excluſionem ab eo Magiſtratus, aliorumque Sęcularium? Vide de Eccleſijs, tom. 7. Conſul. 35. & ibi alibi.

An falſus calumniator in materia S. Officij ſit de hæreſi ſuſpectus? An gaudeat Immunitate Eccleſiæ, & an idem de teſtibus, &c. Vide de S. Officio tom. 7. Conſult. 37.

An Sæculares manutenendi ſint in iure ſedendi in ſuis ſedilibus poſitis in Eccleſijs? Vide de Eccleſijs tom. 7. Conſult. 48.

Regularis degens extrà Clauſtra, ſi delinquat, à quo puniendus? Vide de Regularibus tom. 7. Conſult. 68.

An concubitus Iudæi cum Chriſtiana, vel Chriſtiani cum Iudæa ſpectet ad S. Officium priuatiuè? Et an data, quod non pertineat ad S. Officium, illius cognitio ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, vel ad laicum, aut ad vtrumque præuentiuè? Vide de Iudęis tom. 7. Conſult. 69.

An Clericis concedenda ſit licentia exercendi agriculturam prò ſua, ſuorumque ſuſtentatione, ac retinendi Apum aluearia. Vbi aliqua de conductoribus bonorum Eccleſiæ, eorumque Immunitate à vectigalibus? tom. 7. Conſult. 72.
Item to. 1. Conſul. 480. to. 2.
Conſult. 50. to. 5. Conſult. 84. tom. 6.
Conſult. 30.

AFfirmatiuè. Et quoad Clericos in minoribus res caret difficultate: quia prohibitio negotiationis à Sacris Canonibus indicta eos non comprehendit, cum ſint ijs permiſſa negocia ſæcularia. Innoc. Hoſtien. & Abb. *in can. 5. nè Cler. vel Monach.*

Quod verò ad conſtitutos in Sacris, licet ſit prohibita negotiatio, *ut conſequens eſt decis. 88. cap. Quoniam multi 14. quæſt. 4.* hæc tamen prohibitio eſt ob cauſam turpitudinis, & cupiditatis, non autem ob vrgentem neceſſitatem, vt ait Gloſ. *in cap. 1. 14. quæſt. 4.* & tunc negocium iuſtum non eſt interdicendum propter diuerſas neceſſitates, *d. cap. 1. nè Cler. vel Monach.* & quandò ſua ipſis non ſufficiunt, *d. Gloſſ.* Clericus enim quantumlibet verbo Dei eruditus artificio victum quærat ait Conc. Carthag. 4. *can.* 51. & habetur in *can. Clericus dec.* 91. ac ſequitur huic ſimilis *can.* 52. & habetur in *can. Clericus victum, & veſtitum artificio, vel agricultura abſque ſui officio detrimento paret.* Eadem docet, iubetque Clemens Papa *lib. 3. conſtit. Apoſt. cap. vlt.* adducens Apoſtolorum exempla & ſpeciatim Pauli, qui tabernaculorum opificijs victum ſibi comparabat. *Actor 18 v. 4. & cap. 20. v. 34. 2. Theſal. 3. Epiphan. hær.* 80. fidem facit ſuo tempore pleroſque Sacerdotes ſolitos eſſe proprijs manibus operari.

Cum igitur Presbyteri ſint pauperes, non ſolum ob tenuiſſimos redditus Eccleſiarum, ſed etiam ob regionis, ſuamque inopiam, quæ conſtare debet ex relatione Ordinarij, non videtur eis deneganda licentia exercendi agriculturam, ex clara Sac. Canonum diſpoſitione.

Atque ex his alias Sac. Cong. Epiſc. mota eſt ad concedendum hanc licentiam toto Clero Diœceſis *S. Seuerinæ, & Martyriani.* Et Sac. Cong. Conc. ſæpè cenſuit, eſſe quidem permiſſam conductionem bonorum patrimonialium, & beneficiorum, eorumque culturam prò ſua, & ſuorum ſuſtentatione, non verò conductionem aliorum bonorum; niſi ex vrgenti, & pręciſa neceſſitate, vt die 23. Maij 1627. in *Caſſanen.*, & 11. Iulij einſdem anni; Ideòque prò eorum neceſſaria ſuſtentatione ab Ordinario declaranda, & petendo prius licentiam à Sac. Cong. vt alibi dicebamus.

Ad Apum aluearia quod attinet, illa inter opera quotidiana Monachorum enumerantur *in c. Nunquam de conſecr. d. 5.* atque adeò ſunt permiſſa. Sic enim ibi habetur: Apum fabricate

Aluea-

Aluearia ad quas te mittunt Salomonis prouerbia, & Monaſteriorum ordinem, ac regiam diſciplinam in paruis diſce corporibus. Quippè illorum vſus prouenit ex artificio, & induſtria, ac proindè licitus eſt.

Quod verò ad conductores bonorum Eccleſiæ, eorumque immuoitate: præter alia alibi dicta, hæc accipe:

In cauſa Melphitenſi vertente inter Capitulum, & Clerum ex vna, & Miniſtros, & Dohanerios eiuſdem Ciuitatis, partibus ex altera, propoſitis infraſcripis dobijs, nempè:

1 *An Conductores bonorum Eccleſiæ, quandò ſunt laici, in introducendis & extrahendis fructibus dictorum bonorum à Ciuitate, gaudeant exemptione?*

2 *An Clericis liceat prædicta bona conducere, & caſu, quo liceat, an productione, & extructione fructuum à re conducta recollectorum ſint immunes à Gabellis?*

3 *An ius immunitatis poſſit per Eccleſiaſticos in conductores cedi, & transferri per contractum, etiam ad effectum introducendi, & tranſportandi fructus extrà locum?*

Sac. Cong. Epiſc. partibus hinc indè informantibus, referente Eminentiſſimo Carpineo, reſpondit: Affirmatiuè in omnibus. Romæ 30. April. 1683.

Item & iſta Sac. Cong. Immun. in Agrigentina *die 14. Febr. 1628. cenſuit, Affictuarios bonorum Eccleſiaſticorum, ſeù Clericorum non teneri ad ſolutionem gabellarum prò fructibus recollectis in eorundem bonis.*

Et in Fanenſi, inſtante R.P.D. Caſtracano 27. Septemb. 1623. cenſuit, Affictuarios bonorum Oratoris prò eiuſdem bonis gaudere exemptionibus, priuilegijs, & immunitatibus eidem competentibus.

Et in Oſtunenſi *die 24. Iulij 1634. eſſe etiam exemptos à gabellis laicalibus prò portione Colonica. Secundò fructus vniuerſos, qui colliguntur in bonis, tam beneficialibus, quam patrimonialibus Clericorum, eſſe exemptos, nec exemptionem reſtringendam eſſe ad certam ratam. Tertiò eadem exemptione gaudere Clericos conducentes prò neceſſaria tamen ſui, & ſuæ familię ſuſtentatione, agros, & bona laicorum.*

Et in Aſſiſienſi. *Abbas Brionza, & Hieron. Cerichellus eius affictuarius ex vno, & Gabellarij ex altera &c. die 4. Oct. 1657. cenſuit: Affictuarium gaudere exemptione à ſolutione gabellę tranſitus prò frumento recollecto in bonis Abbatiæ ad formam inſtrumenti affictus.*

Vndè eadem Sacra Congregatio ſcripſit Epiſcopo Melphitenſi 14. Ianuar. 1679. ſe pluries ad fauorem Immunitatis affictuariorum bonorum Eccleſiaſticorum decidiſſe, ipſique mandauit, quod illos defendat, iuxtà petitionem Capituli, & Cleri, & in alia epiſtola 10. Septembris 1682. idem firmauit, & præcepit, vt ex ſcripturis præſentatis prò parte ſupplicantium Sac. Congregationem Epiſc.

Tandem, quod Eccleſiaſticis non fuerit interdicta conductio bonorum Eccleſiaſticorum, non ſolum prò eorum ſuſtentatione, ſed etiam prò alijs cauſis honeſtis, deducitur ab infraſcriptis decretis eiuſdem Sacræ Congregationis Epiſc. quæ tunc erat etiam Immun. Ità anno 1595. definiuit:

Clerici cultores agrorum Eccleſiaſticorum non debent titulo negotiationis illicitæ moleſtari, refertur à P. Delbene *tom. 2. de Immunit. cap. 5. dub. 3. sect. 5. num. 7.*

Et in *Vliſſipponenſi* cenſuit 16. Nouembris 1618. Clericos conducere poſſe res Eccleſiaſticas, dummodò opera manualia per laicos exerceant, vt refero *tom. 2. Conſult. 34. in fin. nu. 11.* & habetur in Secretaria eiuſdem Sacrę Congregationis.

An toleranda ſint mulieres nuptæ meretrices, ac de remedio? Vide de Matrimonio tom. 7. Conſult. 81.

An, & quatenus pignorationes, clarigitiones, vulgò repreſaliæ indici poſſint? Et an contrà Clericos? tom. 7. Conſult. 82. Item tom. 1. Conſult. 448. & 451.

SVnt repreſaliorum iura, vt quicumque eorum, quibus indicuntur, territorium eius, qui indicit intrauerit, poſſit retineri cum bonis vſque ad ſatisfactionem.

Permiſſas eſſe hominum, etiam liberorum, & rerum detentiones, & pignorationes, dummodò obſeruemus primum iuſtam eſſe cauſam præcedentem, demum clarigationem rectè, & modo legitimo factam, & ſi in eos, in quos oportet, & per quos oportet, fuerit executioni demandata. Cauſa legitima erit, ſi iniurię pręcedant, vel prędationes, quem dum reſarciri poſtulantur, contemnuntur Bart. *in d. tr. repreſal. quæſt. 1.* Guid. Pap. *quæſt. 32.* & D. Tho. 2. 2. *quæſt. 40. ar. 1.* Sic Romani Illyricum bellum ſuſceperunt, quod Illirij nauigantes, qui Romanę ditionis erant, infeſtarent, nec conquerentibus illis per Legatos, ſatisfacerent, vt author Polybius *lib. 2. hiſtor.*

Iuſtum hoc bellum ob pręceptum illud, alterum non lædere, nemini nocere, quę iuris naturalis ſunt; Pari modo quæ in Regno, vel inter ſubditos iura obſeruantur, eadem alienigenis reddi debent. *Qui Magiſtratum*, inquit lex *l. 1. quod quiſque iuris ff. lib. 2. tit. 2. poteſtatemque habuerit, ſi quid in aliquem noui iuris ſtatuerit, ipſe quoque poſtulante aduerſario, eodem iure vti debet. Quod iuſtum eſt* ait Moyſes Deuter. 1. & 16. Leuit. 24. Iacob. 2. *iudicate, ſiuè ciuilis ille ſit, ſiuè peregrinus, nulla enim erit diſtinctio perſonarum.* Et rurſus. *Peregrino non erit moleſtus.* Exod. 23.

Exigitur quoque prò cauſa legitima, vt primum de iniuria, vel prædatione commiſſa conſtet, requiſitumque fuiſſe Dominum loci, vel Principem, qui non agnoſcit Superiorem, vel po-

pu-

pulum, ſeù Rempublicam, vbi commiſſa hæc, vt iura ſtatuunt in ſuum Regnicolam, vel Ciuem, vel Subditum prò ſpoliato, vel iniuria affecto, qui poſtulat, *d.can. Dominus Noſter* 25. deſumptus ex D. Auguſtino *lib.6. q.*10. Bart. *loc. cit. quæſt.*1.

Excipi tamen debent ab hoc iure repreſaliarum aliquę perſonę, quę nec earum bona capi poſſunt. Primum repreſaliæ contrà alicuius Regni, vel Ciuitatis, vel Reipublicę perſonas intelliguntur de ibi habitantibus, ſi nati indè in Regno, qui indixit, habitent. Bart. *in l.*1. *§, remouet ff. de poſtul. & in l.prouinciales ff. de verb. ſignif. & in tr. de repreſal. quæſt.*7. Bald. *in cap.*1. §.1. *de for. fid. in feud.*

Secundò non habet locum contrà peregrinantes religionis cauſa. Bart. *in* 9. *quæſt. par*.7.*repreſal.* vel ſtudiorum, quales Scholaſtici. Auth. *habita C. nè filij prò patr,* Et eorum bidelli, ſcriptores, ſeù librarij. Bald. *in l. ſed omninò;* Nec etiam contrà Oratores, Legatos, Mulieres, ac alias perſonas, de quibus vide diſputantem Bartolum *in eodem tract.repreſal. quæſt.*7. & Bertach. *in d. iur. v. repreſalia contrà quos commendantur.*

Tandem excipiuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, eorumque bona. Quod expreſsè iure Pontificio cautum eſt in *cap. vn. de iniur. in* 6. Vndè qui eas concedit, vel extendit ad dictas perſonas Eccleſiaſticas; niſi eas reuocauerit intrà menſem, vel niſi reſtituerit in priſtinum, ſi intrà menſem ſunt executioni demandatæ, eſt ipſo iure excommunicatus. Et ſi Vniuerſitas id fecerit, ipſo iure ſupponitur Eccleſiaſtico interdicto *ex d. cap.vn.* Et declarauit ſæpius Sacra Congregatio Immun. vt ex ſubiectis declarationibus. In *Firmana* 29. Maij 1646. *lib.*3. decretorum Paulucij *fol.* 281. Sacra, &c. *Repreſalias non poſſe fieri contrà bona Clericorum.* In *Spoletana* 28. Iulij 1648. *lib.*4. decret. d. Paulucij *fol.*56. *Repreſalia relaxari non poſſunt contrà perſonas Eccleſiaſticas, neque contrà eorum bona, etiam prò debito Communitatis.* Et in *Peruſina* 27. Septembris 1646. *Patentati S. Officii eximuntur à repreſaliis.*

Id autem aliqui quoad perſonas Eccleſiaſticas intelligunt de repreſalijs admiſſis à Dominis laicis. Nam ſi de Epiſcopis denegantibus iuſtitiam, vel Archiepiſcopis, vel alijs agatur, dubitant. Hoc tamen certum eſt, quod repreſaliæ ſint illicitæ contrà Eccleſiaſticos, etiam ſi offenſa illa ſit facta ab Eccleſiaſticis, ratione cuius ſunt conceſſæ. Nam alij Eccleſiaſtici non poſſunt grauari, vt de communi Canoniſtarum teſtatur Boſſ. *tit. de iniur. n.*36. cum Io: de Lignan. *tract. de repreſal. cap.*37. ac alij. Et aduerto, quod hæc excommunicatio, & interdictum non ſunt reſeruata Papæ, vt patet ex textu.

Bellum autem inferens, vel repreſalias concedens alicui Principi, ſeù populo nulla diffidatione, ſeù monitione præmiſſa, infamiam iuris ipſo facto incurrit ex Conſtitutione Imperiali, quã refert Guid. Papæus *dec.*191. & conſequenter talis fit irregularis. Solumque poſſunt concedi repreſaliæ, monitione præmiſſa, cum comminatione de repreſalijs concedendis. Menoch. *de arbitr. caſ.*527. *num.*14.

An pęna mortis comminata Clericis à Sacris Canonibus intelligatur de morte naturali, niſi addatur, praua degradatione Curiæ ſæculari tradenẽ? Vide de Clericis tom.7. Conſult. 83.

IN aliquibus Prouincijs Regni Neapolitani viget perpetua conſuetudo, quod hæredes defunctorum Baronum ſoluant Epiſcopis, intrà quorum Dięceſes habent Baronias, quaſdam Regalìas, etiam ſi extrà Diœceſes moriantur, nempè lectum, equum, pileum, enſem, annulum, calcaria, de qua conſuetudine Lauor. [tom. 1. var. lucubr. tit.2. cap.3. nu. 204. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 86. ſub n.32.] Quæritur modo:

An Baro, ſeù Princeps, qui habet nouas, & diuerſas Baronias in diuerſis Dięceſibus, ſiuè Principatui acceſſorias, ſiuè non, prò quibus Barones fuerunt ſoliti ſoluere Regalias, teneantur pro dd. Baronijs Epiſcopis, in quorum Dięceſibus illas habent, Regalias ſoluere? tom.7. Conſult.92.

AFfirmatiuè. Tum ex conſuetudine, tum ex iure ipſo Regaliarum. Atque ità deciſum fuiſſe ſemel, ac iterum à S.Cong. Epiſc. teſtatur Lauor. & Barboſ. *loc. cit.* ac Nicol. *in floſc. v. canonica portio num* 5. per hæc verba: *Declarauit alias Sac.Cong: Epiſc. & Regul. quod quandò Barones, & alia ſimiles perſonæ moriuntur extrà Diœceſim, vbi habent feudum, & Baroniam; Regaliæ nihilominus dari debeant Epiſcopo, in cuius Diœceſi ſitum eſt feudum. licet Baro haberet domicilium alibi; niſi de conſuetudine alicubi ſeruaretur contrarium.* Et in *Lícienſi* 26. Iulij 1599. 17. Ianuar. 1600. 17. Martij 1606. 29. April. & 23. Septembris 1624. in *Neritonenſi*. Ratio autem eſt: quia iſtæ Regaliæ non dantur ratione ſepulturæ, ſed Baroniæ, neque deferuntur poſt funus, ſed prò funeralibus certa portio exigitur ratione ſubiectionis.

An, & quatenus Eremitæ gaudeant priuilegio fori? Vbi de pluribus Eremitarum generibus, eorumque impoſturis? tom.8.
Conſult. 1.

PRò ſolutione quæſtionis diſtinguendæ ſunt plures ſpecies Eremitarum. Prima eſt eorum, qui emittunt tria vota ſubſtantialia in aliqua Religione approbata, quales ſunt Camaldulenſes Montis Coronæ, Montis Senarij, Auguſtiniani, & cœteri. Ij, eorumque Nouitij abſque vlla difficultate gaudent, non ſolum priuilegio fori Eccleſiaſtici, hoc eſt exemptione à poteſtate ſeculari, cum ſint verè, & propriè Religioſi ex *cap. 1. in fin. de exceſſ. Prælat. in 6. & cap. priuil. de verb. ſignif eodem lib.* Felin. *in cap. nullus de for. comp. num. 6.* vbi Canoniſtæ communiter, ſed etiam priuilegio exemptionis à iuriſdictione Epiſcopi, etiam ratione delicti perpetrati, contractus initi, vel rei ſitæ extrà locum exemptum, vt per Doctores in *cap. Tuarum de priuil.*

Secunda ſpecies eſt Eremitarum in Congregatione habentium modum viuendi ab Epiſcopo approbatum. Et iſti licet non ſint verè, ac propriè Religioſi: quia non profitentur aliquam ex Religionibus approbatis; Ideòque teſtari poſſunt, iuxtà Archid. *in cap. vn. num. 1. de exceſſ. Prælat. in 6.* Abb. in *rubr. de teſtam. num. 6.* & alios; Sunt tamen perſonæ Eccleſiaſticæ, atque adeò ſubſunt iuriſdictioni Epiſcopi Diœceſani. Patet multis argumentis. Ex tex. enim in *cap. idemnitatibus §. penul. de elect. in 6.* Mulieres viuentes in Congregatione, licet non renuncient proprijs, nec profeſſionem faciant, nihilominus inſtar Monialium ſunt ſub iuriſdictione Eccleſiæ, & tamen illarum ſtatus ſine regula non approbatur, vt ibi dicitur. Idemque eſt de Beguinis in Extrauag. Ratio Ioannis XXII. *de relig. domib.* Et in mulieribus, quæ vulgò dicuntur Canonicæ ſeculares, vt ex tex. in *Clem. 2. de ſtat. Monach.* Vndè illas eſſe conueniendas coram Iudice Eccleſiaſtico firmauit Rota *dec. 8. de iurepatr. in antiq.* quam ſequitur Felin. *in cap. dilecta num. 2. de maior. & obed.* Ergò idem dicendum eſt de Eremitis in communitate viuentibus.

Tertia ſpecies eſt Eremitarum, qui licet non ſint profeſſi alicuius Religionis, neque viuant in communi; Si tamen ſunt authoritate Epiſcopi deputati ſeruitio alicuius Eccleſiæ, vel Oratorij, ac de Epiſcopi manibus ſuſcipiant habitum Eremitarum, vt ſub illius obedientia viuant, ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, & gaudent priuilegio fori. Card. *in Clem. per litteras num. 9. de præben.* allegans *Clem. 1. de decim. & cap. per exemptionem de priuil. in 6.* & conſuluit Butr. *conſ. 19. num. 19.* eſtque ad mentem Abbatis Mariani, Socini, & aliorum, ac in ſpecie Matth. *de iuriſd. par. 4. cent. 2. conſ. 213. num. 4. & ſeq.* Squillant. *de priuil. Cler. cap. 7. dub. 1.* nu. 44. & alij. Eſtque ità communis opinio Doctorum, quod etſi nullum ſit ius, quod expreſsè id decernat, ab ea tamen recedere abſque nota temeritatis non poteſt.

An autem iſti gaudeant priuilegio Canonis? Negat Card. *loc. cit.* Io: And. Alex. de Neu. & alij communiter, quibus adſtipulor: quia *Can. Si quis ſuadente* locum habet in percutiente Clericum, vel Monachum, vt ibi dicitur; & ſic non in alijs, niſi quatenus inueniamus iure expreſſum.

Quarta denique ſpecies eſt Eremitarum, qui non ſunt deputati ſeruitio Eccleſiæ authoritate alicuius Prælati Eccleſiaſtici, ſed voluntariè ſuſcipiunt habitum eremitanum, illumque ad libitum deferunt, & iſti nullo modo ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, & nullatenus gaudent priuilegio Clericali ex communi Doctorum ſententia. Card. in *d. Clem. per litteras n. 9.* Abb. *in d. cap. nullus num. 19. de for. comp.* Anfred. *in 2. reg. num. 37. can. duo ſunt 12. quæſt. 1.* aliorumque; Abſonum enim eſſet, vt ait Card. *loc. cit.* vt hi Eremitæ cenſeantur perſonæ Eccleſiaſticæ, cum ſint merè laici, & recedant ad ſui libitum, ad nullum vſum Eccleſiaſticum, vel pium authoritate Eccleſiæ ſiuè Prælati ſint deputati. Et in hoc caſu procedit opinio Lauduni, in iiſque comprobatur illius dictum, quod ſunt ſicut locuſtæ ſine *Rege*, imò vulpeculæ, & vt plurimum *impoſtores*, *Apoſtatæ* à Religione, & deſertores *militiæ*, & de genere Sarabaitarum, qui ex D. Auguſt. & *Hieronym.* apud Crinitum *lib. 3. de honeſt. diſcipl. cap. 15.* tales ſunt, vt eorum genus omni ſtudio, atque effectu ſit euitandum. Ipſi enim in Ægipto poſiti ſunt in foraminibus petrarum habitantes, induti ferarum pellibus, diſcalceati, & ſanguine cruentati, cauernis exeuntes ad feſtum Scenophegiæ pergunt Hieroſolymam, & Sancta Sanctorum intrantes, paupertatem, & abſtinentiam prædicant à ſe ſeruari, tum barbam, ſpectante Populo ibidem acriter peruellunt, itàque nummis tali actu, & commento adeptis, in ſuam regionem remeant, & in lætitia, & dapibus epulantur. Hos nolite obſecro imitari: quia non beatos illos, ſed in magnis ſuppliciis damnatos, meritò eſſe prædicamus, ait Auguſtinus.

Hoc genus Eremitarum *Remboth.* appellatur. Hi non adſimiles ſunt, quos Gyrouagos appellarunt, quaſi vagando girantes, Alij Sarabitas nuncuparunt his ſimiles.

1 *An examen teſtium prò informatione Curiæ receptum coram Iudice ſæculari, legitimari poſſit coram Iudice Eccleſiaſtico? Et quid verſa vice?*

2 *Et quid de incompetentia Iudicis ſæcularis impediti, qui ratione præiudicij ſuper Immunitate Eccleſiaſtica prius diſputandi, proceſſit ad legitimationem proceſſus?*

3 *Et quid de teſtibus examinatis coram Iudice laico*

ion-

contrà aliquem, qui poſteà iſti teſtes coram Iudice Eccleſiaſtico reuocarunt ſuum dictum, an ſcilicet poſſint torqueri, à quonam fuerint ſubornati, & in quo dicto perſiſtere velint? tomo 8. Conſult.6.

QVoad 1. Negatiuè. Etenim proceſſus cauſarum tripliciter conſiderari poteſt, ſecundum triplicem cauſarum ſpeciem: Nam cauſæ aliæ ſunt merè Eccleſiaſticę, quę dupliciter perpendi poſſunt, vno modo reſpectu materiæ, vt hęreſis, alio modo reſpectu perſonę delinquentis, vt Clericus. Sed hæ cauſæ reſpectu perſonæ potius cauſæ Canonicæ, quam Eccleſiaſticę dici debent. Bald. *in auth. Clericus quoque C. de Epiſc. & Cler.* Alię ſunt merè ſęculares, vt laici homicidium. Alię ſunt mixti fori, vt percuſſio Clerici.

Iudex autem ſæcularis nullam omninò habet iuriſdictionem in cauſis merè Eccleſiaſticis, quo in caſu, ſi Iudex laicus reciperet teſtes, & formaret proceſſum, nihil ageret, nec ille proceſſus quicquam prodeſſet, nequè faceret indicium coram Iudice Eccleſiaſtico. Cap. *at ſi Clerici in princ. de iudic.* Sed denuò Iudex Eccleſiaſticus deberet alium proceſſum formare, & nouum incohare, ac indicia denuò cumulare, vt per Ruin. *conſ. 7. num. 6. lib.* 5.

contra autem in cauſis merè ſæcularibus, cum Iudex Eccleſiaſticus, ſi non actu, ſaltem habitu habeat omnem iuriſdictionem, etiam ſanguinis, vt colligitur ex Bonifac. VIII. in *Extrauag. vnam ſanctam de maior. & obed.* & tenet Barbat. *conſ. 93. diuerſ. par. 1. in magnis num.* 30. & alij. Non videtur negari poſſe, quod proceſſus ab Eccleſiaſtico Iudice formatus afficiat in foro ſæculari. Et ideò acta, & proceſſus coram Epiſcopo probant coram Iudice laico. Scacc. *de re iudic. gloſ. 14. quæſt. 21. n. 67.* maximè ſi ſit eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas, & ad eundem finem, Farinac. *conſ.* 168. *num.* 37. In alijs verò cauſis mixti fori benè probant proceſſus in vtroque foro per ea, quæ dicit Farinac. *quęſt. 7. num.* 43.

Licet tamen proceſſus ſæcularis Iudicis non operetur ad condemnationem coram Eccleſiaſtico; nihilominus quoad inſtructionem, ſeù informationem optimè valet. Bald. *in l. Clericus quoque num. 11. C. de Epiſc. & Cler.* Et ideò poteſt ab Epiſcopo legitimari, repetendo teſtes, vel illos cum Reo confrontando, vt innuere videtur Ruin. *d. conſ. 7. num.* 10. *lib.* 5. imò etiam per declarationem. Genuen. *in prax. c. 8. n.* 1.

Ex quibus colligitur, quod non ſufficit, quod Iudex Eccleſiaſticus iterum ſine citatione requiſita in legitimatione repetat teſtes, ſed repetitio fieri debet modis legitimis, nempè citato Reo, & publicato proceſſu, cum repetitio, & confrontatio ſit noua examinatio teſtium.

Quoad 2. caſus eſt: Quidam allegauit fuiſſe captum in loco immuni, qua allegatione ſtante Iudex proceſſit ad vlteriora in proceſſus fabricatione, imò etiam legitimauit proceſſum per confrontationem, deindè prædictus Iudex ſęcularis certiorauit Iudicem Eccleſiaſticum de prædicta allegata immunitate, qui præfixo Carcerato termino ad probandum aſſertam allegatam immunitatem, qua non probata declarauit, Carceratum non gaudere immunitate, de qua declaratione, habita fide Iudex ſęcularis proceſſit contrà delinquentem, & dubitans de prædicta proceſſus legitimatione per confrontationem, operatus fuit, vt carceratus declararet, & teſtes prò ritè, ac rectè examinatos. Quæritur: an hæc declaratio validet proceſſum?

Dicendum eſt per ſubſequentem declarationem non euaſiſſe validas, ſed neceſsè fuiſſet, vt iterum teſtes audirentur, ac cum Reo denuò conteſtarentur: Nam declarare non eſt iterum teſtes repetere, ſed eſt teſtes, non citata parte, examinatos habere, ac ſi citato reo fuiſſent examinati, atque etiam cum declaratio ſupponat depoſitiones teſtium, quamuis non in figura iudicij receptas, eſſe aptas ad recipiendam legitimationem. Prædictæ autem depoſitiones, veluti receptæ à Iudice, quamuis competente, ſed per allegatam immunitatem impedito, non fuerunt aptæ ad recipiendam legitimationem.

Quod ad 3. Negatiuè: quia prima depoſitio facta coram Iudice ſæculari prò non facta haberi debet; ideòque non poſſunt puniri, nequè torqueri. Clar. *quęſt. 88. ver. 5. eſt opus* Menoch. *caſ.* 108. Add. ad Capyc. *dec.* 142. & alij.

An Eccleſiaſtici poſſint licitè conficere vini ſtillati aquam ex vino, quod è ſuis vineis percipiunt, illamque ad plenum, siuè minutim vendere? tom. 8. Conſult. 7.

TEnendum eſt, id non licere; niſi prò vſu proprio, præſertim Regularibus: quia ſpectat negotiationem, & quæſtum. Probatur vniuerſim ex Sacris Canonibus *tot. tit. de vit. & honeſt. Cler.* ex Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ. 22. c. 1. de refor.* & ex viſitatione Apoſtolica Vrb. VIII. anno 1637. de quibus alibi. Ex ijs enim prohibetur perſonis Eccleſiaſticis, præcipuè Regularibus omne opificium, quod ordinatur ad lucrum.

Et ità etiam reſolutum fuit in Sacra Congregatione ſuper contr. iuriſd. vt ex ſequentibus reſolutionibus.

All'Eminentiſſimo, e Reuerendiſſimo Signor Cardinal Legato di Ferrara. Eſſendoſi diſcorſo nella Sagra Congregatione ſopra le controuerſie giuriſdittionali, ſe i Frati Geſuati poteſſero eſſer impediti nel vender l'acqua vita, & altre acque diſtillate, e doppo l'hauer conſiderato il Breue della fa: me: di Paolo V. ſotto la data de 18. Febraro 1606. a fauore di detti Frati, e i banni ſuſſequenti con quel più, che

occorreua, hauno queſti Eminentiſſimi Signori vniſoimemente riſoluto, che a detti Frati ſia permiſſo vendere le dette acque nel modo, e forma preſcritta nel detto Breue nel verſo quoque Fratres,*e così ſi debba oſſeruare, del che ſi è giudicato bene darne parte à V. E. accioche con la ſua ſolita pietà, e rettitudine ſi compiaccia fore eſſeguire, mentre per fine le bacia vmilmente le mani. Roma 17. Gennaro 1646.*

Particula autem ſupradicti Breuis eſt huiuſmodi. *Quoque Fratres ipſi aliquo Sacro Ordine initiati ſuæ dignitatis memores exercitia diſtillationis aquarum nullo pacto vacent, neque earum venditionibus ſe ſe immiſceant: Imò cæteri eiuſdem Ordinis Regulares, qui ad Ordines promoti non fuerint, &c. huiuſmodi aquas diſtillatas, quas hactenus fecerunt, mulieribus deinceps nullo prætextu vendere, ſeù alias tradere debeant, neque venales habere, ſeù exponere, ſed eas tantum ſeorſum ab alijs poſſint vendere aromatarijs, vel alijs particularibus perſonis.*

Al Sig. Cardinal di S.Suſanna Legato di Ferrara. *Hauendo Noſtro Signore rimeſſo a queſta Sagra Congregatione vn memoriale de' poueri mendicanti di coteſta Città per conto della fabrica, e vendita dell'acqua vita, che ſi fà da Padri Geſuati, e da altri Religioſi, e luoghi pij in pregiuditio dell'Appaltatore. Queſti Eminentiſſimi miei Signori, anche di conſentimento eſpreſso di Sua Santità hanno giudicato bene, che V. E. faccia vn editto, ò banno a fauore de ſudetti poueri, e loro Appaltatare, il quale obligbi tutti gl'Eccleſiaſtici ſecolari, e Regolari, ancorche eſenti a ſimilitudine, e proportione di quello, che ſi è fatto qui in Roma, che però ſe l'inuia, e ſe gli ſudetti Eccleſiaſtici pretenderanno qualche ius, ò priuilegio, ſaranno benignamente vditi da queſta Sagr.Congregatione. Si contentarà V. E. di adempire quello, che ſi deſidera, & vmilmente le bacio le mani. Di Roma 24 Gennaro 1657.*

An diebus in honorem Dei, & Sanctorum dicatis, præcipuè die Dominico, fieri poſſit executio bonorum prò viaticis Commiſſariorum, aliorumque, illaque eiſdem diebus vendere? Vide de Feſtis diebus tom. 8. Conſult. 10.

An in bonis Eccleſiaſticis concordandum ſit cum hæreticis? Vide de Eccleſijs tomo 8. Conſult. 14.

De armis Gentilitiis apponendis, ſiuè auferendis? Vide de Armis Gentilitijs tom. 8. Conſult. 25. & 26.

An Conſtitutio *Vrbani VIII. ſuper Clericis inſignitis cum falſis dimiſſorijs ab alieno Epiſcopo, quod non gaudeant priuilegio fori, comprehendat etiam Militenſes?* Vide de Equitibus tomo 8. Conſult. 37.

Fiſcales Regij ab omnibus Eccleſijs poſſidentibus loca iuriſdictionalia intrà fines Regni Neapolitani ſub prætextu, quod ea ſint feuda, petunt quindennium, ſuffectum vice Releuij, quoties nouus Prælatus ſuccedit in locum demortui. Ideòque tria diſcutienda ſunt ad veritatem indagandam:

1 *An verè ſubſiſtat, quod omnia loca iuriſdictionalia poſſeſſa ab Eccleſijs in Regno, præſumenda ſint feuda?*

2 *An poſito, quod ſint feuda, & de iure verum ſit, quod in ſucceſſione cuiuſlibet Prælati, debeat Regiæ Cameræ ſolui Releuium, & conſequenter eius loco d. Quindennium?*

3 *Coram quo, Eccleſiaſticis diſſentientibus, & negantibus, ſe teneri ad illius præſtationem, hæc controuerſia cognoſcenda ſit? Num coram Iudice Eccleſiaſtico, an coram Domino feudi, ſicque Curia Summariæ?* to. 8. Conſult. 38. & to. 1. Conſult. 83.

AD 1. De hac re plura diximus in d. tom. 1. Conſult. 83. nunc propter noua cauſæ fundamenta, iterum rem ipſam verſabimus. Et ſanè negatiuè reſpondit Andreas Iſernia omniū feudiſtarum Dux in Conſtitutione Iuſtitiarij nomen, & normam in *Conſtitutione Regni lib. 1. tit. 44. de officio Iuſtitiariatus v. de feud. ad med.* pag. 68. diſtinguens, vt infrà: *Sed quid in Eccleſia, ſi habet Caſtrum? An dicatur feudum, & ſic eò ipſo feudum Regis? Cum omnia, quæ ſunt in Regno præſumantur Regis, ſicut omnia, quæ ſunt in Diœceſi præſumantur eſſe in iuriſdictione Epiſcopi, &c. Poteſt acquiri feudum Eccleſia ex munificentia Principis, & tunc eſt planum, ſi dicat: donamus tale Caſtrum in feudum tali Eccleſiæ; poteſt enim feudum haberi ab Eccleſia, & quolibet alio, &c. Item etiam ſi præſtitiſſet ſeruitium, ſicut de feudo per tantum tempus, quo eſſet præſcriptum per 40. annos, in laico per 30. &c. His enim caſibus eſſet feudum. Sed ſi Eccleſia tenuit Caſtrum liberè, nihil indè reddirum præſtando, si non probaret Curia Regis eſſe feudum, liberum cenſebitur, sicut aliæ res Eccleſiæ, quæ non ſunt de iuriſdictione Regis, eò ipſo, quod ſunt in Regno ipſius, &c. Hæc autem Conſtitutio ſi expreſsè diceret, quod omnia Caſtra ſunt feuda, non intelligeretur de Caſtris Eccleſiæ, quia non poteſt rebus Eccleſiæ temporalis Princeps legem imponere.*

Idemque ſcripſit Petrus de Manforte Conſiliarius Caroli *in annotationibus ad Conſtitutionem poſt mortem Baronis lib. 3. tit. 25. de morte Baronis nuntianda Imperatori ſub fin. pag 236 Ibi: Omnia Caſtra ſunt feuda, ſcilicet quæ ſunt feuda, nam poſſe eſſe Caſtra, ſed non feuda, ſicut habet Eccleſia*

Sa-

Salerni, *Caſſinenſis*, *& Cauenſis*, *& alia Eccleſię in Regno*. Quare Marinus Freccia *de Subfeudis lib.2. author.29. num.5.* concluſionem ab eo relatam ſub præcedenti *n.3.* quòd omne Caſtrum in Regno cenſeatur eſſe feudum quaternatum ex dictis ab Iſernia in *Conſtitutione ſi dubitatio lib.3. tit.8.* quia eo ipſo, quod eſt Caſtrum, Curia Regis dicitur in eo habere intentionem fundatam, vt ſit feudum quaternatum ex lege Federici II. *Conſt. Iuſtitiarij nomen*, *& normam propè fin. intelligendam eſſe ait*, *quandò Caſtrum poſſidetur à priuato, ſecus ſi ab Eccleſia, qua illud poſſidet, &c.*

Vbi quoque Andreas, & Periti Regni, quod pariter adnotarunt Iacobus de Ayello *de iure Adhoęn.69. poſt med. verſ. niſi in Eccleſia tract. 10.t 2.* & Genuen. *Practicab.l. Eccleſiaſt. Tricenario 1. quæſt. 1. num. 1. verſ. Idque in Eccleſia*, & alij.

Et dicuntur quaternata, quæ ſpectant ad collationem Regis, vel Principis, & ſunt ſcripta in quaterno Cameræ. Iaſon. *in repetit. feud. in princ. num.127. in fin.*

Vndè in Regno valet conſequentia: eſt Caſtrum, ergò feudum, niſi teneat Eccleſia, nam tunc pręſumitur allodiale. Cap. *in verſ. feuda allodialia circà fin.* Quare, conceſſo Caſtro, non veniunt cauſæ appellationum, niſi eſſet donatum Eccleſiæ Romanę, *idem cap. col.1.*

In ſpecie autem, quod Eccleſiæ Metropolitanæ Brunduſina, & Tarentina in Prouincia Hydruntina poſſideant loca iuriſdictionalia in allodium, non in feudum, colligitur ex eo, quod Taſſon. *de Antephato* ſcripſit *pag.158.*

Quod verò ad 2. Regula negatiua ſtatuenda eſt, vt in Eccleſia poſſidente feuda, nouus Prælatus non teneatur releuium ſoluere, quam firmarunt *in d. Conſt. poſt mortem Baronis lib.3. tit.25. pag.235. col.1. ad med.* & latius *in cap.1. §. ſimiliter in oſtenditiis num. 15. de Capitulis Corradi*. Afflict. *in dicto cap.1. num.17. cum ſeq.* Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib 2. author.3. num.39. pag.327.* & alij: quia ſolutio releuij eſt inducta de conſuetudine in hęrede; Eccleſia autem poſſidens feuda non habet hęredes, ſed poſſidet per Prælatos Procuratores, & Colonos. Item *in d. §. Similiter de oſtenditiis n. 16.* vt diximus ſuprà *tom.1. Conſult.81.*

Quoad 3. Diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus ſi Eccleſię negent, loca iuriſdictionalia, quæ poſſident, eſſe feudalia, aſſerentes ea poſſidere in allodium, ac vti Burgenſatica. Alter ſi admittant eſſe feuda, Siquidem primo caſu erit agendum coram Iudice Ordinario ipſius Eccleſię negantis rem eſſe feudalem ex Innoc. *in cap. cæterum §. de reſcrip.* Baid. *in cap. 1. §. præterea ſi contentio eſt inter Vaſallos num.4. de prohibit. feud. alien. per Federic.* & alijs.

Secundus verò coram Domino feudi, ſicque Regia Camera Summarię, tum inſpecta generali diſpoſitione iuris communis per tex. *expreſſos in cap. nouit 13. verſ. non enim, cap. ex tranſmiſſa 6. Matt. caſ.89. ex num.4. verſ. & quod hæc concluſio*, & Anſaldo *d. c.8. ex n.118. verſ. feud. aliiſque quæſtio vſque ad 162.*

Quod tamen limitatur, ſi ad feudi amiſſionem agatur, tunc enim quæſtio mouenda, ac terminanda eſt coram Iudice Eccleſiaſtico. Abb. *loc. cit. num.17. verſ. ſed ſi agatur contrà Clericum Vaſallum ad amiſſionem feudi*. Marian. Soccin. *d. cap. ex tranſmiſſa n.32. verſ. Hæc tamen.*

Tum ſpeciali exemptione ex lege Inueſtituræ Regni Neapolitani, vt legitur ex Capitulis Caroli I. confirmatis ab Honorio IV. Ex quibus liquet dum ciuiliter agitur citrà amiſſionem feudi cauſam concernentem ius feudale, qualis eſſet: An Releuium debeatur, vel nè, ſicque an Eccleſia ſit in terminis Regulæ, vel potius Regia Camera in terminis limitationum, cognoſcendam eſſe coram dicta Regia Camera Summariæ.

An conuentio Summorum Pontificum cum Proregibus Neapolitanis, vt ipſi exules, ſiuè banditos poſſint hinc indè proſequi inter fines ſuę ditionis per decem millia paſſus, adhuc perduret?
tom. 8. Conſult. 39.

Negatiuè: Nam licet Pius IV. id conuenerit cum Parafano Duce de Alcalà Regni Neapolitani Prorege nomine Catholici Regis Philippi II. vt patet ex litteris eiuſdem Pontificis datis Romæ 10. Nouembris 1564. Pontificatus anno 5. impreſſis Bullario veteri to.1. Conſt.3. meminitque idem Dux de Alcalà *pragm.3. col. ponul. de proſequen. malefact.* & Beatus Pius V. cum eodem Parafano, ſicut ex parte dicti Pontificis habetur in litteris *die 1. Febr.1566. Pontif. an.1. Bullar. veteris tom.2. Conſt.2.*

Item Sixtus V. cum Petro Oſſunenſi, dictique Regni Prorege nomine eiuſdem Philippi II. iuxtà litteras d. Pont. datas Romę 28. *Iul.1585. Pontific. an 1. & pragm. 7. de exulibus* editam à dicto Prorege, de qua loquuntur Io: Grande *loco citato in prædicamento quantitatis quæſt.3. num.88.* & alii. Nulla tamen vis fieri poteſt ſuper prędictis, cum rectè animaduerterit Farinac. *conſ.136. num.14. vol.2.* omnes fuiſſe temporales, ſicque expiraſſe morte dictorum Pontificum, fineque regiminis dictorum Proregum.

Idemque patet primò, quia dicti Pontifices non proceſſerunt per viam legis, cui ſi non poſitiuè, ſcilicet verbis expreſſis, ſaltem negatiuè, ideſt donec non reuocetur, ſit annexa qualitas perpetuitatis, quam de ratione legis, Statuti, vel Conſtitutionis eſse inquiunt Gloſ. *in cap. à nobis 21. v. non niſi*, ibique Abb. *n 12. de ſent. excom.* & alii relati à Suarez *de legib. lib.1. c.10. num.5.* Sed ſupponendo ſuum, ac certi Proregis conſenſum in idem placitum, cui pactioni nomen dedit Vulpian. *in l.1. ff. de pact.* proceſſerunt

runt

runt per viam ſimplicis præcepti, & mandati, quod dederant Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, aliiſque Officialibus, præcipuè Ciuitatis Beneuentanæ.

Secundò vterque Pius vſus fuit verbis indicantibus perſonam propriam, ibi: *Voleuteſque propterea, uos & dilectus fil. nobilis vir Paraſanus Alcala Dux, &c.* Quare locus eſt d. Gemin. *conſ.* 93. *num.* 13. quod exprimentes verba denotantia perſonas ipſorum cenſentur voluiſſe, quod diſpoſita ab ipſis ſolum durent tempore ſuo.

Ceſſante igitur ſpeciali conuentione, ſtandum eſt concluſioni iuris, quod Bannitus Regni, nec proſequi, neque impunè occidi poteſt extrà territorium bannientis, itàut occidens puniendus ſit de homicidio a Iudice loci, vbi illud commiſit, Bald. *in margar. verſ. Excommunicatus repellitur col.* 2. Iaſ. *in l. omnes populi nu.* 49. *ff. de iuſt. & iur.* & alij antiquiores relati à Roman. *ſingul.* 27. *num.* 2. optimamque rationem refert Bald. *in l.* 1. *nu.* 33. *C. de hered. inſtit.* quia bannum non afficit perſonam; niſi in territorio, vndè eſt bannitus, ex quo infert pœnam bannitæ perſonæ in loco bannientis, non autem perſonæ ſimpliciter; Concludendo ex hoc bannitos tales eſſe à certa parte, ſcilicet à territorio bannientis, & prò alia parte non eſſe bannitos in alijs locis, in quibus liberas ædes habent, præſertim quia hodie de conſuetudine non fit remiſſio.

A Quodam Senatu emiſſi ſunt huiuſmodi articuli de forma procedendi contra Ecleſiaſticos in delictis atrocibus, quæ vocant priuilegiata:

1 *In delictis atrocibus priuilegiatis, quæ merentur pœnam inflictiuam, & corporalem, Senatus, & Iudices Ducales informabunt contrà Eccleſiaſticos priuatiuè ad omnes Iudices inferiores, continuando vſus antiquos.*

2 *Si Clericus præuentus prò dictis delictis priuilegiatis apud Iudices laicos quærit remitti ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, eius remiſſio non debet admitti, niſi cum conditione, quod eius proceſſus fuit à Iudice laico prò caſu priuilegiato vnà cum Iudice Eccleſiaſtico, ſtante delicto communi, & quod actus proceſſus remanebunt in ſuo ſtatu, vt conſiderentur.*

3 *In delictis læſæ Maieſtatis Iudex laicus non tenebitur remittere Clericum accuſatum apud ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, vt vnà cum ipſo procedatur, ſed Iudex laicus potuit per ſe ſolum procedere ad inſtructionem, & ad iudicium.*

4 *Eccleſiaſticus, qui reperitur delinquens in habitu purè, ac merè ſæculari, poteſt capi, & puniri à Iudice laico, pariter in caſu delicti communis, & non priuilegiati.*

5 *Quandò Iudex Eccleſiaſticus, & Iudex laicus ſimul procedunt in delictis atrocibus priuilegiatis contrà Eccleſiaſticum accuſatum, poſtquam proceſſus eſt plenè inſtructus, quiſque ex dictis Iudicibus ſuam profert ſententiam; Eccleſiaſticus quidem iuxtà pœnas Canonicas, ſæcularis iuxtà pœnas præſcriptas à rigore legis.*

6 *Antequam procedatur ad exequutionem arreſti, ſiuè ſententiæ mortis contrà Clericum, eius Epiſcopus Diæceſanus requiratur cum Hortatoria ad illum degradandum, niſi fuerit requiſitus cum reſeruatione delictorum læſæ Maieſtatis, & aſſaſſinij, in quibus Eccleſiaſtici poterint condemnari, abſque præcedenti degradatione.*

7 *Poſtquam Epiſcopus requiſitus fuerit, ſi recuſauerit degradare Clericum condemnatum à Iudice ſæculari, ipſe Clericus habebitur vti degradatus & ſubiectus executioni Iudicis.*

8 In *caſu abſolutionis à Iudice Eccleſiaſtico, Iudices laici non omittunt procedere in ſuis perquiſitionibus, arreſtis, & indicijs ſuper caſu priuilegiato, ne à Iudice Eccleſiaſtico compellantur.*

9 *Quandò Iudex Eccleſiaſticus, & Iudex laicus ſimul procedunt, ſi in continuatione proceſſus caſus delicti priuilegiati nõ habetur prò ſtabilito, ac probato, Iudex laicus relinquat Iudici Eccleſiaſtico iudicium proceſſus.*

10 *Quandò perſonæ Eccleſiaſticæ reperiuntur implicatæ, & complices eiuſdem delicti cum perſonis laicis, ſi delictum cadit ſimpliciter in caſu delicti communis, Eccleſiaſticus iudicabitur à ſuo Iudice Eccleſiaſtico, laicus verò à Iudice ſæculari, ad quem pertinebit cognitio.*

11 *In caſu quo Iudici laico Senatus remittet proceſſus complicum laicorum, poterit ipſe exhortari Iudicem Eccleſiaſticum, vt conficiat proceſſum contrà Clericum delinquentem.*

12 *Princeps Supremus dumtaxat poteſt concedere literas gratiæ Eccleſiaſticis, qui commiſerunt caſus, & delicta priuilegiata.*

13 *In omnibus ſupradictis extimabuntur prò Clericis omnes illi, qui conſtituti fuerint in Sac. Ordinibus, ſaltem Subdiaconatus, & Clerici actu ſeruientes officijs, Beneficijs, ac miniſterijs Eccleſiaſticis, & deferentes aſſiduè habitum Clericalem. Quæritur:*

An, & quatenus præfati articuli, ſint contrà immunitatem, libertatem, & Iuriſdictionem Eccleſiaſticam? tom. 8. Conſult. 40.

AD 1. Hic articulus eſt contrà Can. 19. Bullæ Cœnæ Domini verbis illis: *Item excommunicamus &c. omnes, & quoſcumque Magiſtratus, & Iudices, Notarios, Scribas, Executores, & ſubexecutores, quomodolibet ſe interponentes &c. proceſſando &c.* quibus verbis abſolutè damnat proceſſum; proceſſus autem eſt etiã informatiuus & ſine animo puniendi, & ex eo, quod non declinatur læſio Eccleſiaſticę exemptionis, per hoc, quod interpoſitio fiat tantũ ad cognoſcendum de crimine, comprehendit enim proceſſus omnem actum cauſæ, quæ in cauſa criminis à Iudice fit, vt per Souſ. in *relect. Bulla Cœnæ* 20.

& in

& in not. circà tex. num.3. & diſp. 95. num.2. Filiuc. *tom.1. tr. 16. c. 11. num.312.* & alij.

Eoque magis, ſi id fiat iuridicè, & authoritatiuè eo modo, ac ſi ad laicos pertineret de Clericis cognoſcere: quia tunc ſignificant ea actum iudicialem. Sayr. *de cenſur. lib. 3. cap. 23. num. 2.* Imò alii, inter quos Filiuc. *loc. cit.* communius, & probabilius extraiudicialem etiã interpoſitionem opinatur damnatam ex particula *quomodolibet*, quæ omnes modos excogitabiles includit.

Solumque aliqui negant, induci cenſuram interpoſitione ad effectum recurrendi ad Iudicem Eccleſiaſticum facta, vt Duard. in *d. cap. 19. Bullæ quæſt.5. num.2.* dummodò fiat ex neceſſitate, ne delicta remaneant impunita, & modò minus præiudiciale Eccleſiaſticæ iuriſdictioni, ac perſonæ ignominioſo, alias ſecus.

Item ſi criminis apparentis, aut putati tantum ignoretur auctor, poteſt Iudex laicus ad perquiſitionem auctoris procedere, modò deſiſtat, poſtquam inuenerit eſſe Eccleſiaſticum.

Non ſuffragatur vſus antiquus: tum quia laici non poſſunt acquirere conſuetudinem, neque præſcriptionem contrà iuriſdictionem Eccleſiaſticam: quia ſunt incapaces. Et tum quia abrogatur quotannis in dicta Bulla Cœnæ, & tum ex alias à nobis dictis.

Ad 2. Hic articulus, data etiam in laicis facultate cognoſcendi, ac puniendi huiuſmodi delicta, quæ vocant priuilegiata, eſt in præiudicium iuriſdictionis Eccleſiaſticæ: Nam cum poſſit etiam Eccleſiaſticus cumulatiuè cognoſcere. Carol. de Graſſ. *effect. Cler. 1. num. 1289.* dum procedit abſque præiudicio præuentionis, iniuſtè impeditur à laico præueniente, ac proindè inducitur cenſura. *Can. 16.* Bullæ Cœnæ contrà impedientes Eccleſiaſticos in vſu iuriſdictionis. Sicuti è conuerſo Iudex laicus præuentione facta per Eccleſiaſticum, non dicitur impedire, ſi ſine præiudicio Iudicis Eccleſiaſtici ſe ingerat, tanquam præparatoriè ad iudicium ſuum. Gram. *conſ. 2. poſt Baiard.* Clar. *§. fin. quæſt. 36. num. 37.* Præterea eſſet in poteſtate laicorum inquirere in Clericos, illoſque condemnare tanquam reos criminum priuilegiatorum, ſicque penitus deſtrueretur iuriſdictio Eccleſiaſtica.

Ad 3. Hic articulus eſt contrà tex. in *cap. At ſi Clerici de iudic.* ibique Doctores, ac fusè Clar. *in pr. § fin. quæſt. 36. per tot.* & Gail. *lib. 1. de pac. pub. cap. 11. num. 7.* Quia Princeps laicus ob delictum nullam habet iuriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, etiam ratione Regalium, feudorum, ac beneficiorum ſæcularium, vt alibi diximus. Id ipſum, & iure ciuili conſentaneum eſt: quia omnes cauſæ Clericorum tam ciuiles, quam criminales ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinent, vt huic priuilegio nec tacitè renunciare poſſint per tex *in cap. ſi diligenti de for. comp. §. Si Clericus de pac. pub. & eius viol.*

Nam ad effectum, quod Clerici amittant priuilegium fori, requiritur præcedens ſententia declaratoria Iudicis Eccleſiaſtici ſecundum communem, ac veriorem ſententiam; & cenſuit Sacra Congregatio Conc. in ſequenti declaratione:

Die 5. Martij 1616. in Lucana Sacra Congregatio cenſuit, huiuſmodi Clericum ita demum fori priuilegium amiſiſſe, ſi prius fuerit à Iudice Eccleſiaſtico declaratus incorrigibilis, obſeruata forma præſcripta in cap. Cum non ab homine de iudic.

De quo nos alias.

Ad 4. Hic articulus eſt pariter contrà immunitatem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam; Licet enim Clericus habitum, & tonſuram dimiſerit, ac prò laico communiter habitus fuerit, in habituque laicali fuerit deprehenſus; non tamen idcircò poterit Iudex laicus poſt oppoſitionem, & notitiam Clericatus contrà Clericum procedere, abſque incurſu Cenſurarum, antequam procederet declaratio Iudicis Eccleſiaſtici, quod Reus non eſſet Clericus, vel quod amiſerit priuilegium fori, per tex in *cap. ſi Iudex laicus v. non ſic* Farinac. *diſquiſ. quæſt. 8. num. 33. & 35.*

Ad 5. Hic articulus eſt etiam contrà exemptionem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam, nec poteſt habere locum, niſi in cauſis mixtis in perſonas laicas: nam Clerici prò delicto ſemper ab Eccleſiaſtico coercentur. Et nihilominus in caſu, quo Iudex Eccleſiaſticus proceſſerit contrà Clericum, & eum condemnauerit ad pœnam non condignam delicto ex defectu poteſtatis, vt qui deberet prò delicto imponi pœna mortis naturalis, quam imponere non poteſt, & imponit pœnam perpetui carceris, tunc poſſe Iudicem laicum eundem punire pœna à iure ſtatuta, etiam mortis, docet Scacc. *de iudic. par. 1. cap. 11. num. 101.* cum aliis ab eo allegatis, ac ſequitur de Graſs. *d. effect. 1. num. 1289.*

Ad 6. Hic articulus, quatenus non requirit ſententiam degradationis in crimine læſæ Maieſtatis, eſt contrà immunitatem, exemptionem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam ex ſuperius dictis. In aſſaſſinio verò probabilius eſt, illam non requiri, ex *d. cap. 1. de homic. in 6.*

Ad 7. Hic articulus deſtruit omninò exemptionem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam: quia poterit contingere, quod Epiſcopus fuerit requiſitus ad degradandum Clericum, qui verè non commiſit delicta, quæ illi imputantur, ac proptereà non poterit illum degradare, & nihilominus habebitur prò degradato. Remedium Canonicum eſt, quod ſi Epiſcopus recuſauerit degradare Clericum conuictum in huiuſmodi delictis, recurrendum eſt ad eius Metropolitanum, quo etiam recuſante, vel negligente, recurrendum eſt ad Summum Pontificem per tex *in cap. Qualiter in fin.* de *iudic. & can. placuit 11. quæſt. 1.* quo tamen negligente, ad Principem laicum recurri non poteſt; niſi

fa-

factò id neceſſarium ſit in defenſione ſuorum ſubditorum: quia tunc locum habet ius naturę. Atque reſpondetur ad tex. *Can. filijs 16. quæſt.7.* vbi Prælatis negligentibus, implorатur auxilium Regis, ſcilicet vt protectoris, vel defenſoris, non autem vt Iudicis.

Ad 8. Hic articulus eſt præiudicialis iuriſdictioni Eccleſiaſticæ: quia non poteſt Iudex laicus iudicare Clericum delinquentem, ſi antequam Iudex ille ſe ingerat, fuerit per Eccleſiaſticum punitus, vel abſolutus: Nam priuatio priuilegij, etſi pœnalis ſit delinquenti, non debet eſſe præiudicialis foro Eccleſiaſtico, quominus poſſit ſuum Clericum punire, vel abſoluere, ſed hunc tantum habet effectum, vt cum prius non poſſit per Iudicem laicum iudicari Clericus, non poſſit. Dec. *in prax crim. par.1. lib.4. ca.9. num.* 86. & Ambroſin. *de Immunitate cap.17. num.27.*

Ad 9. In hoc articulo nihil animaduerſione dignum occurrit.

Ad 10. Hunc articulum ex Doctoribus ſunt, qui admittunt, ſunt qui explodunt, vt apud Dian. *par.3. tract.1. reſol.1. & par.4. tract.1. reſol.7.* Declarationes Sacrę Congregationis Immunitatis pluries hac de re adduxi, illas adi.

Ad 11. In hoc item articulo nihil eſt obſeruatione dignum.

Ad 12. Tenendum eſt, gratiam non valere: quia eſt contrà vtilitatem publicam, cuius intereſt, nè crimina remaneant impunita, C. *vt famæ de ſent.excom. l.ita vulneratus ff. ad l. Aquil. l. licitatio §. quod illicitè ff.de public.* Maximè quia per conceſſionem huiuſmodi Clericis audacia tribuitur delinquendi contrà *Clem.1. de offic. ord. & cap. vt Clericum de vit. & honeſt. Cler.*

Secundò quia Princeps in dubio non præſumitur velle præiudicare iuri tertij. Cap. *ſuper eo de offic. deleg. cap. quamuis de reſcrip. in 6.* Et licet quandò ſolius Fiſci intereſt, Princeps pœnam remittere poſſit, vt tenere videntur Cynus, Bald. & Salicet. in *l. reſcripta C. de prece. Imper. offeren.* & alij. De pœnis tamen, & iuribus ſingularium perſonarum non poteſt hoc licitè fieri in præiudicium eius, cuius eſt quæſitum per tex. *in l. venia C.de in ius vocan.* cum Gloſſ. ſecundum Baldum *in l.fin. ff.de pac. l. ſi cum Hermes ff. locat* cum alijs. Sic Princeps gratiam huiuſmodi concedens Clerico, pęnam delicti remittere non videtur.

Tertiò. Certiſſimum eſt, quod Princeps ſæcularis Clericos condemnare non poteſt de crimine: quia ſunt exempti iure diuino, vt alibi probauimus. Ergò neque etiam abſoluere. Par enim eſt ius ligandi, & abſoluendi. Can. *Verbum de pænit. dec.1.* & cui denegatur cognitio, multò fortiùs denegatur diſpenſatio, *l.2.C.de his qui ven. ętat. impetra.* Talis igitur gratia, ſiuè remiſſio tanquam contrà ius diuinum conceſſa, eſt nulla, Gloſſa, Bartolus, Baldus, & Io: Fab. *in l.1. ff.ſi contr. ius, vel vtil. pub.*

Quartò ex defectu iuriſdictionis. Cap. *Nullus 11. quæſt.1. cap. Nullus de for.comp. l.generaliter C.de Epiſc. & Cler.*

Ad 13. Hic articulus, quod attinet ad Clericos, qui continuò deferre debent habitum Clericalem, & habere requiſita Iuris communis, & Conc. Trid. *ſeſſ.23. cap.6. de refor.* eſt contrà decreta Sacræ Congregationis Conc. quæ ſæpè cenſuit, quod etſi Clericus priuilegio fori non gaudeat, quia qualitates Concilij non habet; eum tamen non poſſe à Iudice laico detineri; niſi prius ſuper qualitatibus huiuſmodi Iudex Eccleſiaſticus cognouerit, & pronunciauerit. Ideòque Epiſcopus vtique poſſe hoc caſu contrà laicos ad ſententiam cenſurarum procedere, vt alibi docuimus.

Quod ſi aliter diceremus, funditus euerteretur iuriſdictio Eccleſiaſtica, cum eſſet in poteſtate laicorum aliquam probationem facere, ac declarare, quod Clerici non haberent huiuſmodi qualitates. Præſertim Epiſcopo volente vindicare Clericum, vt ex rationibus, & decretis eiuſdem Sacræ Congregationis Conc. quę adduxi *tom.1. Conſult.46.* ac alibi.

De oſculo Euangelij, de aſſiſtentia in Presbyterio ſęcularibus deneganda, de vſu Baldachini. Vide de Ritibus tom.8. Conſult.54.

An, & quatenus cauſa Clerici committi poſſit Iudici Sæculari? Vide de Appellat. tom. 8. Conſult.61.

An extremi pauperes, & mendici poſſint Vrbibus excludi? Quid de indigenis pauperibus? Vide de Pauperibus tom.8. Conſult.64.

Quidnè de Cingaris, & huiuſmodi furfuris hominibus? Vide de Zingaris ibidem à num. 35. & ſeqq.

IVdex Sæcularis, poſtquam deputauit per modum prouiſionis in ſuum Cancellarium in Cancellaria laicali Cancellarium foraneum Epiſcopi, præſentare fecit à ſuo Baliuo eidem Cancellario intimationem, in qua illum aſtringebat ad declarandum intrà terminum duorum dierum à die præſentationis, vtram velit retinere, renunciando in ſcriptis illi, quam in poſterum nollet exercere. Quæro:

Digitized by Google

An hoc ſit contrà Immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam? tom.8. Conſult.72.

Cenſeo, quod vltrà graue præiudicium, quod ex hoc infertur Tribunali Eccleſiaſtico, remaneat etiam ex huiuſmodi actu violata immunitas, & libertas Eccleſiaſtica. Cum certum ſit, Epiſcopum ius habere vtendi officio Notarii, qui actualiter inſeruit Iudici laico, vel de Notario Criminali Communitatis. Barboſ. *in collect. Concil. ſeſſ.22. de refor. cap.10.num.3.* ex declaratione Sacræ Congregationis Epiſc. Et de Notario, ſiuè Cancellario ciuili declarauit Sacra Congregatio Immun.in *Firmana* 11. Ianuar.1631. Et de quocumque alio Miniſtro laico in *Sutrina* 11. Auguſti 1636. Et in *Oſtunenſi* 3. Maii 1629.

Neque Iudex ſecularis hac in re vllatenus prohibere poteſt ſuis Miniſtris abſque incurſu in excommunicationem per tex. in *cap.Eos, qui de immun.Eccleſ. in 6.* ibi: *aut alia obſequia*, vt ſæpius declaratum eſt ab eadem Sacra Congregatione Immunit. nominatim in *Balneoregienſi* 10. Iunij 1657.& in *Auellina* 6. Maij 1636.

Vndè cum ex hac intimatione reddatur incompatibilis vna Cancellaria cum alia, atque adeò Cancellarius reddatur inhabilis Cancellariæ Eccleſiaſticæ, ſi vellet perſiſtere in Cancellaria laicali, videtur ex hoc neceſſariò violari immunitas, & libertas Eccleſiaſtica, dum aufertur Epiſcopo ius, quod habet vtendi Cancellario ſæculari. Eòque magis ſi prò Tribunali Eccleſiaſtico concurrat conſuetudo utendi indifferenter ſimilibus Miniſtris.

Non obſtat, quod id non contineatur directè in d. intimatione, nam ſufficit ad effectum, de quo agitur, quod laicus promulget ordinationes, decreta, ſiuè generalia, ſiuè ſpecialia, quibus indirectè, & ſub quouis prætextu, vel quæſito colore tollatur, vel reſtringatur ius, ſiuè poteſtas Eccleſiaſtica, iuxtà *can.15.Bulla Cœna*.Carthar. *de Immun. Eccleſ. num.*410.

Neque ex eo, quod hic Cancellarius, dum inſeruit laico, & Eccleſiaſtico ſimul, Iudex laicus priuetur facultate illum puniendi, ſatis eſt ad vitandum in hoc caſu violationem immunitatis: Nam Sac.Cong. Immun. iam declarauit, quod ratione delicti commiſſi in officio, debeat Officialis puniri ab eo Superiore, quem in dicto officio recognoſcit.

Vide etiam, quæ ſuper hac re diximus *to.1. Conſult.172.*

An Miniſtri Cameræ Apoſtolicæ poſſint exequi contrà debitores dictæ Cameræ manu Regia, etiam ſi debitores ſint Officiales S.Officij ex illis, qui gaudent priuilegio fori, abſque Exequatur Inquiſitoris? Vide de S.Officio tom.8. Conſult.83.

An furtum Pyxidis pertineat ad S. Officium? Vide de S.Officio tom.8.Conſul.86. Et hoc eodem tract. in quæſit.de furtum committente in Eccleſia tom.4.Conſult.111.

An Princeps ſæcularis promulgare poſſit Edictum ſub pœna mortis, vltrà pœnas Eccleſiaſticas contrà Incantatores, Sortilegos &c. Vide de S. Officio tom.8.Conſult.87.

Deturpantes, violantes &c. Sacras Imagines an debeant puniri à S.Officio priuatiuè quoad Iudices laicos? Vide de S.Officio tom.8.Conſult.89.

An patentati, & exempti S. Officij gaudeant priuilegio fori? Vide de S.Officio tom.8. Conſult.94.

An Reus, qui ſecum per vim ad Eccleſiam trahit Miniſtros Curiæ ſæcularis, gaudeat immunitate? tom.8. Conſult.116.

Negatiuè. Fundatur in illa inconcuſſa ratione, quod nemo ſibi poteſt retinere rem alienam; Sed tenetur reſtituere Domino. Quod præſertim verum eſt, ſi Dominus contradicat tali retentioni. Nec vlla lex, ſiuè diuina, ſiuè naturalis, ſiuè humana poteſt oppoſitum ſtatuere, alioquin non eſſet lex, ſed iniquitas: quia ſtatueret iniuſtum.

In hoc autem caſu Curia ſæcularis iniuſtè ſpoliatur Reo: quia priuatur ſuo iure, ac dominio, quod ex captura, ac retentione actuali in eum acquiſiuerat; Vndè retinet ius, & dominium ſuprà Reum per actualem, ac continuam retentionem in ipſa Eccleſia. Et proindè poteſt ipſum repetere apud quemcumque ſit.

Atque ità etiam declarauit S.Congr. Imm.ſi rectè memini, in *Neocaſtrenſi* anno 1663.in caſu, in quo Miniſtri Curiæ ſæcularis ducebant Reum ligatum, ac vi ſe recipientem ad Eccleſiam: quia tamen erat adhuc ligatus, & funibus retinebatur à dictis Miniſtris, Sac.Congr. cenſuit, non gaudere.

Ex tom.9.Conſult.51. num.10. & ſeqq. hæc habentur:

Capto à Curia ſæculari, ſi dum ducitur ad carceres, ponat alterum pedem ſuper gradū Oſtij Eccleſiæ, abſque eo, quod vnquam à ſatellitibus relinquatur, non ſuffragatur immunitas Sac. Congr. Immun. in *Sarzanen.* 1.Septemb. 1671.

Qui manibus, & corpore adhæret muro Campanilis Eccleſiæ gaudet Immun.Eadem Sac.Congreg.in *Montis Faliſci* 24.Maij 1672.

Captus ſuper ſedili marmoreo muro Eccleſiæ gaudet immunitate, Eadem Sac.Congr.in *Montiſalti* 8.Febr.1664.

Il Veſcouo di Gerace rappreſentò, che conducendoſi dalla Corte ſecolare carcerata Eliſabetta, andando libera vicino ad vna Chieſa, ſi poſe in fuga, ma prima d'arriuare fù ripigliata da Miniſtri della

me-

Digitized by Google

medeſima Corte, rimonendo mezza dentro, e mezza fuori. Eadem Sac.Cong.die 17.Septemb.1651. reſpondit, non gaudere.

Item de hac re, vide aliqua *eod.tom.9.Conſul.*54.

An Legati Sedis Apoſtolicæ poſſint in prima inſtantia in præiudicium Ordinariorum cognoſcere cauſas, in quibus intret obligatio Cameralis? tom.8. Conſult.121.

NEgatiuè, iuxtà declarationes Sac. Congreg. Concil. præſertim 3. Maij 1642. 4. Maij 1675. vbi declaratum, non poſſe vigore obligationis Cameralis, diſſentiente Ordinario, cauſam in prima inſtantia cognoſci coram Iudice Superiore. Et in *Piſaurenſi* 14. Martij 1648. his verbis:

Sacra &c.cenſuit, Legatum de latere non poſſe in præiudicium Curiæ Epiſcopalis cognoſcere cauſas in prima inſtantia; niſi habeat ſpecialem, & expreſſam facultatem à Sede Apoſtolica.

Declaratio autem hæc continet limitationem, dum in authographo regeſto ſequentibus verbis concepta reperitur:

An diſpoſitio Sac.Concil.Trid. cap.20. incip. Cauſæ omnes ſeſſ.24.de reform. *locum habeat in cauſis executiuis? Sacra &c. reſpondit locum habere etiam in cauſis executiuis, exceptis tamen cauſis obligationis Cameralis, & in quibus datur certus executor, & in alijs, iuxtà præſcriptum Sac. Conc. Trid.*d.cap.20.

Hac potiſſimum ratione: Quia *d.cap.*20. non ſolum inductum fuit in fauorem partium, nè ſcilicet extrà Diœceſim traherentur ad litigandum, ſed præcipuè in fauorem Ordinariorum, ità vt ijs tantum requiſitis, ac negligentibus, tunc Legati procedere poſſint, vt habetur ex eodem Conc.decreto, quod eſt deſumptum ex *cap.1.de for.comp.& ex cap.ſignificaſti eod.tit.*

An Milites Catholici, qui deficiunt in Regiones Hæreticas ad exercitum hæreticorum, & poſteà à Militibus Principis Catholici intercepti reducuntur ad Regiones Catholicas, & tunc quandóque confugiunt ad loca ſacra, gaudeant immunitate Eccleſiaſticæ? to.8.Conſult.211.

CEnſeo, non gaudere, non quidem per ſe, ſed ratione hæreſis, cuius ſuſpicionem incurrunt: quia cùm hæreſis crimen exceptum ſit per Conſtitutionem Gregorianam, & in animo conſiſtat, & ſic examen requirat, ſit quotieſcumque delinquentes illius ſuſpicionem incurrunt ob bónum publicum, & ob fauorem fidei ab Eccleſia extrahi poſſint, vt examini ſubijciantur, ſi non de iure, ſaltem de conſuetudine, etiam poſt dictam Conſtitutionem Gregorianam iuxtàque intentionis declarationem, ac abiurationis, gradum ſuſpicionis ex propoſitionibus prolatis, vel alias quomodolibet per eos contractæ congruentem, admittuntur. Pegn.*ad 2.partem direct. Inquiſ ſchol.9. §. qui autem*, Mar.Ital.*lib.1. cap.5. num.59.* & alij ac Farinac. *de immun.cap.13. num.*175. qui de inconcuſſa praxi S. Tribunalia teſtatur.

De hac re extat decretum Sac. Congr. S.Officij ſub die 6.Maij 1593.tenoris ſeq.

Militantes prò hæreticis contrà Catholicos abſoluuntur à cenſuris, & pœnis incurſis, & iuxtà facti qualitatem abiurant, recepta obligatione de non militando ampliùs prò hæreticis; Si igitur debent abiurare, ſunt ſaltem ſuſpecti de hæreſi: nam cenſentur hæreticorum fautores. Et ideò eadem Sac.Congr.S.Officij declarauit 31. Auguſti 1627.his verbis:

Hæreſis ſuſpecti, vt & ipſi hæretici, poſſunt in Eccleſia capi: quia eiuſmodi delinquentes non gaudent immunitate Eccleſiaſtica.

Et ità fuit ſcriptum Epiſcopo Rhegienſi, qui conſuluit. An id facere potuerit Inquiſitor ciuitatis, extrahendo ab Eccleſia quendam blaſphemum.

An Iudæus, qui blaſphemias hæreticales profert in Chriſtum, vel B.Virginem eius Matrem, confugiens ad Eccleſiam, gaudeat illius immunitate? Vide de Hæreticis tom.8.Conſul.143.

An Fratres Clericorum viuentes cum ipſis Clericis in communi, ac continui eorum familiares, & commenſales, necnon famuli ſint exempti à iuriſdictione fori laicalis? Vbi quid de Clericorum Concubinis, ac de laico delinquente cum Clerico. tom.9. Conſult. 1. Vide etiam tom.1. Conſul.95. & 467.ac tom.2. Conſul.51

ASſero, familiares, ſiuè ſeruos perpetuos Clericorum gaudere fori priuilegio, ſecus autem conductitios. Hæc ſententia certa eſt, ac vbique ſeruatur in praxi: Ratio autem diuerſitatis inter mancipia, ſiuè ſeruos proprios ipſius Clerici, & famulos conductitios, eſt: quia quandò eſt ſeruus proprius, ac perpetuus ipſius Clerici quicquid acquirit, ipſi Clerico acquirit, ſicuti ſeruus ipſius Clerici; vndè potius dicitur conueniri ipſe Clericus, ad quem commodum, atque incommodum pertinet, *leg.1.§. in propria per quam. appell.nt. &c. biduum verſ. in propria* 2.*qu.*6. Secus in Seruo conductitio: quia non eſt ipſius Clerici, neque illi acquirit; Vndè tanquam bona ipſius Clerici ſunt extrà iuriſdictionem fori Sæcularis: quia ſicut ipſe non ſubijcitur iuriſdictioni fori ſæcularis, ità nec eius bona. *Auth. ſtatuimus* 11. *q.*1. Oltrad. *conſ.* 84. Bald. *in cap.*2. *in fin. de iudic.* & alij innumeri. Qua de re extant deciſiones Sac. Rotæ omninò ſeruandæ in *Brunduſina*, & in *Albanenſi gabella*, & coram Pegna, & Merlino, ac decreta Sac.Congregationis Imm. 26.Mart. 1629. in *Taurinenſi* & in *Fauentina* 2. Iul. 1647. & in *Farnenſi*, 20. Ianuar. 1637. in *Montis*

Re-

Regalis 11. Augnſti 1631. ac. alibi.

Et hæc de familiaribus Clericorum ac ſeruis. Quid autem ſetiendum ſit de familiaribus Eminentiſſimorum Cardinalium & Epiſcoporum, vide tom. & Conſult. ſupra notatis.

Quod verò attinet ad Concubinas Cleticorum, diſtinguendum eſt: Aut quæritur, qnis Iudex poſſit procedrre contrà Concubinam prò criminè commiſſo cum perſona ipſius Clerici, & dicendum eſt, poſſe procedere ſolum Iudicem Eccleſiaſticum. Et in hoc caſu intelligendus eſt *tex. in can. eos d.* 32. Quia, cum cauſa concubinatus ſit indiuidua intrr Concubinam, & Clericum, non poteſt contrà ipſam inſtitui proceſſus, quin tangatur perſona Clerici, quæ exempta eſt à poteſtate ſæculari; Vndè ratione indiuiduitatis cauſæ Concubina forum Clerici ſortitur.

Aut quæritur: quis ſit Iudex competens contrà Concubinas Clericorum in delictis per eas commiſſis cum laicis, vel in cauſis ciuilibus ipſarum, & in hoc caſu, ſi delicta non ſunt Eccleſiaſtica, vel miſti fori, ſecundum ea, quæ annotantut *in d. cap. cum ſit generale de for. comp.* ſolus Iudex laicus eſt competens. Non enim hoc caſu Concubinæ gaudent priuilegio fori: qnia non debent ex ſuo delicto commodum reportare. Mat. Soccin. *in d. cap. ſi quis n.* 22. *de for. comp.* Vndè non releuat, quod ſint de familia Clerici, vt ait Gloſ. *in d. cap. eos*: Quoniam hæc familiatitas prodeſſe non debet, cum ſit turpis, & à iure damnata *c. 1. & tot. tit. de cohab. Cler. & mulier.* Id verò certum eſt contrà Concubinas etiam laicorum, non obſtante præuentione Iudicis ſæcularis, ſolum Epiſcopum poſſe procedere ad pœnam excommunicationis ex decreto Sac. Conc. Trid. *cap. 8. ſeſſ.* 24. *de refor. Matrim.* & docent Doctores *in cap. pernicioſus de offic. Ord.* de qua re nos alibi fusè.

An autem quandò laicus, & Clericus ſimul delinquunt, cognitio cauſæ ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum? Diſtinguendum eſſe puto: Aut agitur de cauſis diuiſibilibus, & quilibet conueniendus eſt coram ſuo Iudice competenti: Aut agitur de cauſis indiuiſibilibus, in quibus nulla congrua poteſt fieri diuiſio, nè continentia cauſæ diuidatur, & nè fortè etiam diuerſæ Sententiæ ſeqnantur, tunc Clericus, qui eſt magis dignus, trahit ad ſe laicum, qui eſt minus dignus; non ſolum in cauſis ciuilibus, ſed etiam criminalibus. Atque itá intelligendæ ſunt declarationes Sac. Congregat. ex Scaccia apud Dian. ac Delben. & c̄ę, quas *tom. 1.* adduxi. nec non & quę ſequitur: *Cauſæ laicorum culpabilium in fuga Monialis ſpectat ad Iudicem Ecſiaſticum, maximè quandò præuenit in captura Monialis, cum hęc cauſa non ſit diuiſibilis. Nec permitti debeat, vt aſſiſtat examini perſona laica, Sac. Cong. Epiſc. in Raguſina 6. April.* 1619. Ac itá etiam intelligendi ſunt DD. qui de veritate praxis teſtautur.

An Monetarius, etiam Clericus, aut Religioſus ſiu Regularis gandeat Eccleſiæ immunitate?

Et quid de ijs, qui de crimine monetæ adulterinæ inſimulantur? Vbi

De pœnis in Monetarios varia, & Quot modis delinquatur circà monetam analyſis methodica?

tom. 9. Couſult. 2.

TEnendum eſt, monetarium, etiam ſi fuerit Clericus gaudere immunitate Eccleſiæ: Quia licet hoc crimen ſit Principibus infeſtum, ac immane, ideòque pœna capitali dignum, non eſt tamen exceptum in iure communi, nequè in Gregoriana vt communiter contrà Sarpum *de iur. aſyl. cap.* 5. docent Farinac. *in append. de immun. cap. 6. num.* 91. Mar. Ital. *lib. 1. cap. 5. n.* 15. & alij plurimi, ac Rouit. *in rubr. de monet. pragm. 1. num.* 20. vbi, quod licet monetarius cofugiens ad Eccleſiam cum moneta fabricata, vel inciſa gaudet illius immunitate nec poteſt ab illa extahi, poteſt tamen ſpoliari eadem moneta, & applicari Cameræ Principis. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 3. num.* 122. vbi ait, quod cum Neapoli quidam monetarij ad Eccleſiam confugiſſent, Prorex Summo Pont. Paulo V. ſupplicauit, vt eius Nuncio mandaret, quod huiuſmodi Reos Regiæ Curiæ conſignare vellet, & Pontifex ſub die 19. Iulij 1619. mandauit dari litteras Nuncio, vt conſtito ſibi ſummariè, & ex proceſſu laicorum, quod tales erant monetarij, eos conſignari mandet.

Non obſtat, quod ſit ſpecies criminis læſæ Maieſtatis: Quia non eſt in perſonam Principis, ſed in eius Statum. Solum autem in Gregoriana priuantur immunitate, qui committunt crimen læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis, & ideò monetarius gaudet immunitate. Farinac. *in append. de immun. cap. 14. nu.* 190. & 192. Peregrin. *de immun. cap. 10. num.* 13. & alij.

Quoad Clericos, Canones prohibentes extrahi Reos ab Eccleſijs loquuntur generaliter, non diſtinguendo Clericum à laico, vt *in d. cap. inter alia de immun. Eccleſ.* ac per verba vniuerſalia negatiua, vt *pat. ex can. reum* 17. *q.* 4. ibi: *Reum ad Eccleſiam confugientem nemo abſtrahere audeat*, & alibi. Deindè maior ratio eſt in Clerico, vt in Eccleſia capi non poſſit, quam in laico, cum Clericis domus propria quodammodò Eccleſia ſit. In domo autem propria neminem capi permiſſum eſt, *l. plerique ff. de in ius voc. l. nemo de domo ff. de reg. iur.* Item quia eſt priuilegium conceſſum Eccleſiæ, *l. præſenti verſ. ipſis ſeruata loci reuerentia C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* & alibi. Alias ſequeretur, quod Clerici eſſent peioris conditionis, quam laici, imò peioris quam Iudęi, & pagani, qui ſecundum magis communem opinionem gaudent immunitate confugientes ad Eccleſiam, etiam timore pœnarum, non autem zelo fidęi, vel Reli-

gionis Chriſtianæ, Batr.Card.Guliel.& alij.

Atque ità ſæpè, ac ſeriò cenſuerunt Sac. Eminentiſſimorum Patres Congreg.quod ſcilicet Clerici confugientes ad Eccleſiam gaudeant immunitate, vt ex Barboſa refert Dian. *p.3. tr. 1. reſol.35.* Sac.Cong. Epiſc. *in Tropienſi 29.* Ianuar. 1617. vbi declaratur, quod gaudere debent immunitate Clerici, qui poſt delicta perpatrata, ad Eccleſiam confugiunt, extrà caſus in Gregoriana comprehenſos, & 17. Auguſti 1618. & *in Conſentina* 14. Mart. 1630. & *in Aquilana* 20. Mart. eiuſdem anni, & alias, Et Sac. Congr. Immun. cuius declarationes alibi adduxi, præſertim *in Iſernien.* 20. April. ſcribens Epiſcopo, quod Sac.Cong.Conc.ſequuta eſt opinionem contrà Abb. *in cap. inter alia num.13.* Et quod Eccleſiaſtici gaudent immunitate; Adeò vt contrarium nunc aſſerere ſit temerarium, errori proximum, ac pœnis Eccleſiaſticis coercendum.

Si verò agatur de tonſione monetarum, eſt crimen falſi, non autem læſæ Maieſtatis, *l.quicumque, C.ad l.Cornel.de falſ.* Peguer. *dec.86.num.2.* & de hoc ſi eſſet confeſſus, vel conuictus, ſola pœna arbitraria puniri poteſt, habito etiam reſpectu prò illa temperanda ad Clerici qualitatem, ac nobilitatem. Cabal.*conſ.291. n.5.* Carpzou.*in pr.crim.par.1.q.43. num.32.* cum de iure communi, nec in ipſa quidem fabricatione monetæ falſæ Clericus fuit traditus Curiæ ſeculari, Lopez ad Diaz *in pr.crim.can.cap. 188.verſ.an puniatur.*

Nec refragatur Conſt.Vrb.VIII.in qua impoſita eſt pœna mortis, etiam Clericis prò tonſione monetarum: Quia loquitur de Clerico actuali tondente, vel fabricante, non autem de mandante incidi, vel fabricari, vel de imputato & de mandato alijs dato, ac proindè non eſt comprehenſus: quia in delictis, qui mandat, non cenſetur facere, & non comprehenditur in edicto contrà facientem. Bart.*in l.ſi quis iniquum, §.ſi procurator num.1.* Buccaron.*de diff.inter iur. ciuil.& crim.diff.1412.num.21.&c.*

Porrò monetarum fabricatio ad ſolum Principem ſpectat iure diuino, & humano, Chriſtus enim innuere volens, politicos Magiſtratus eſſe neceſſarios, Matt.22. ait: *Oſtendite mihi numiſma cenſus, cuius eſt hæc inſcriptio, Cæſaris; Reddite ergò quæ ſunt Cæſaris Cæſari &c.* Sicut ad vitæ communis vſum neceſſarius eſt nummus, ità & ciuilis poteſtas, Magiſtratus, & authoritas publica. Gratian.Imper.*lib.Cod.11.*

Nè autem moneta corrumpatur ſeduló operam Principes dederunt. Huc autem faciunt acerbiſſimæ, quæ vbique in corruptores monetæ conſtitutæ ſunt, pœnæ. Conſtantinus Auguſtus falſæ monetæ reos maieſtatis crimine, ac pœna teneri obnoxios ſtatuit *in l.ſi quis nummos, C. de falſa moneta.* Idem ſanxerunt Valentinianus, Theodoſius, & Archadius *in l. ſi quis C. eodem.* Proindè, & quia moneta iuris eſt Principis, falſæ monetæ ex cauſæ vindicta, & cognitio ad ſolos purè Magiſtratus Regios pertinet, non ad Dominorum locorum iuridicos.

Et quidem circà monetam peccatur decem modis. Primò, ſi priuatus homo, citrà Principis commeatum cudat monetam, licet probam in pondere, & materia. Secundò, ſi cudat improbam, atque vitioſam. Tertiò, ſi probam in materia, & forma cudat, ac in pondere, & numero ſciens delinquat læſæ maieſtatis, & falſæ monetæ videbitur, *tit.de falſ.monet. tit.de vet. numiſm.poteſt.tit.de aur. pub. perſecutor.* Vulpian. tres alios delinquendi modos ſtatuit *in l.quicumque ff. de falſ.* Monetæ falſæ crimen admittitur minuendo, fingendo, & tingendo. Minuitur moneta, quandò per raſuram demitur aliquid. Fingitur quandò metallum penitus adulterinum admiſcetur. Tingitur quandò color imprimitur alius. Idem Vulpianus *in eodem tit. de falſ. l.lege Cornelia,* alias tres falſæ monetæ ſpecies poſuit. Delinquitur enim circà monetam addendo quid vitij, ſcienter exponendo, ac emendo. Si quis addat metallo publico vitioſam materiam. Si quis exponat contrahendo. Si quis emat mala fide falſam monetam, vel alios decipiat. Decimum, ac vltimum falſæ monetæ genus tradiderunt Imperatores Theodoſius, & Gordianus Auguſti *in tit.de vit. numiſm. poteſt. l.ſi quis* imaginem Principis impreſſam monetæ deſtruat, difformet, vel reſcindat, læſæ maieſtatis Reus habetur, quaſi temerator falſarius.

Authoritate cudendi ſine licentia Principis vſurpata etiam punienda in proba materia, & in improba, & qui hanc vſurpanit, ſi liber, ad beſtias dari, ſi ſeruus, ſupremo ſupplicio affici debebat, *l.quicumque 8.ff. de falſis*, & alibi alias pœnas inflixerunt.

Tenent pœnæ inſuper falſæ monetæ, non tantum eos, qui eam cudunt, raduntue, aut tingunt, ſed & eos, qui ſcienter expendunt, vt late docet Aufrer.*dec.162.*Capel.Tholoſ. Fuit & capitalis pœna ſtatuta in Chimiſtas, quos ſtatuarias dicit Conſtantius: qui, vt ipſe loquitur maiorinam pecuniam, non minus criminoſè, quam crebrè, ſeparato argento ab ære, purgabant, *l.Comperimus, C.de falſ.monet.*

Monetam auream, vel argenteam tondentes, fabricantes, colorantes, aut alias adulterantes, vel quomodolibet adulteratas ſcienter erogantes, aut exponentes in Italia plectuntur vltimo ſupplicio, licet Eccleſiaſtici ſint, ſiuè ſeculares, ſiuè quorumuis Ordinum Regulares, etiam exempti, degradati prius ab Ordinibus, ſi quos habent, Iudices verò in huiuſmodi monetarios deleganturin locis quidem immediatè, vel mediatè ſubiectis Eccleſiæ, Cardinales, in alijs verò intrà Italiam locorum Ordinarij, etiam priuatiuè quoad omnes alios. Pius V. *Conſt.* 120. quam confirmauit, & auxit Vrb. VIII.*Conſt.*75.de qua nos alibi.

Per *Extrauag.vn.de crim.falſ.* Qui Chimicum, ſiuè

Alchi-

Digitized by Google

Alchimi:um aurum, vel argentum f. clt, aut fieri mandar, ſequuto effectu, aut facienti miniſtrat ſcienter, & præſertim qui monetam ex auro, vel argento alchimico faciunt, ſeù fabricant, aut fieri mandant, incurrunt pœnam infamiæ iuris eò ipſo, & tenentut pauperibus erogare tantundem probę monetæ, ſeù ponderis metalli.

Quod ampliatur primò, quod procedat etiam de vtente ſcienter tali moneta, aut aureo, vel argento alchimico in damnum tertij. Io:Crot. in *tr.de teſtib.rub. in cauſ. ciuil. quis poteſt eſſe teſt. num*197. Ampliatur ſecundò, quod pœna erogandi in pauperes obligat in foro conſcientiæ ante ſententiam iure naturali in quantum ſit ſequutum damnum tertii, cui reſtitui nequeat, vt quia facta deligentia adhuc ſit ignotus. *cap.cum te de vtur.* ibique DD. Leſſ. *lib.* 2. *cap.*14.*num* 49.& alii.

Id limitant plerique Doctores, vt hęc Conſtitutio non abſolutè damnet, ac puniat artem alchimicam, ſed tunc ſolum, quandò quis prętendit facere verum aurum, vel argentum, & illud prò vero expendere. Etenim hoc eſt peccatum graue contrà iuſtitiam, ſecus ſi tale prò tali venderet. S.Tho.2.2. *quaſt.*77. *art.*2.*ad* 1. Alber.Brun.in *tr.de mon.augum.praſump.*1.*num.*13. & alij.

Adſunt de hac re reſolutiones Sac. Congregationis Immun. pręcipuè in *Mantuana* 18. Iul. 1651. quas alibi adduximus.

Varia autem monetæ poteſt eſſe materia. Poteſt enim talis eſſe ferrum, vt apud Clazomenios 2.*Occon.*1. Stannum, vt apud Syracuſios *loc.cit.* *cap.*3. *Æs*, ſeù Cuprum, vt Erimanum apud Suecos, Gallos, Italos. Corium, vt apud Spartanos. Charta, vt apud Tartaros Catharinos, Arnis *lib.*2.*de Maieſt.iur.d.cap.*7. Aurum, Argentum, quę duæ poſteriora monetæ materię ſunt aptiſſima, cum talia metalla apud omnes ſaniores precioſiora ſint. Ad Monetæ materiam Ariſtot.*lib* 1.*Pol.cap.*9. requirit, vt ſit ex numero vtilium, adeò vt licet monetæ valor eſſe deſinat, vtilitatem tamen omnem non amittat. Huiuſmodi ſunt ferrum, argentum, aurum.

Antiquitus autem, & ab initio monetæ valor, pondere, ac magnitudine fuit extimatus, progreſſu verò temporis, vt homines moleſtia ponderandi ex parte leuarentur nota, ſeù ſigno definitus fuit Ariſtot.*lib.*1.*Pol.*9.

Nota hæc apud varios varia fuit. Romani veteres imponebant Bouis, Ouis, & ſui effigiem. Plutarc.*quaſt. Roman.*41. Erat etiam in parte vna Iani bifrontis, & altera verò imagine proræ, ſeù puppis. Idem *loc.cit.* Primus in Græcia Philippus Rex Macedonię nummos ſua ſignauit effigie, eude Philippæi nominati ſunt, ſicut & Darij effigie ſignati, Darici vocati; Similiter, & Imperatores Romanos ſuam monetæ effigiem impreſſiſſe, conſtat ex Marth. *capit.* 2. *verſ.*21.

Apud Hebræos monetam Agni imagine notatam extitiſſe videtur innuere vox *Agnus*, fortè, quia Iacob.Gen. *cap.*97. nummos Agni imagine ſculpſerit. Et alia apud alios, &c.

De executione animalium Eccleſiaſticorum facta à Commiſſarijs, ſiuè Curia Seculari, ac de cenſuris ob eis incurſis, deque ab illis abſolutione, ac quomodò abſoluendi, præſertim in materia recurſus ad tribunalia laica? tom.9. Conſ. 3.

SÆpè id accidit; vndè Curiæ Eccleſiaſticæ declarare debent excommunicatos huiuſmodi executores, qui aliquandò appellant ad forum A.C. à quo abſoluuntur cum reincidentia, ſed quia A.C. in materia iuriſdictionis, ac immunitatis Eccleſiæ caret iuriſdictione; ideò recurrendum eſt ad Sac.Congreg.Immun. quæ aliquandò cauſam cognoſcendam, ad ipſum A.C. remittit, ſuſpenſis tamen cenſuris vſque ad finem litis. Vigore huius reſcripti A.C. ſer. ſer. procedit ad probationem ſententię condemnatoriæ contrà eoſdem executores ad reſtitutionem animalium, declarando illos excommunicatos in caſu non reſtitutionis. Ab hac ſententia iterum recurſum habent ad dictam Sacram Congregationem prò Cenſurarum A.C. ſuſpenſione, quo in caſu non ſunt audiendi, vt cenſuris pareant.

Quia validæ, ac iuſtæ illę fuerunt, vt de iure pręſumitur, quibus propterea omninò parendum eſt, cum pręſertim laię fuerint prò defenſione libertatis, ac immunitatis Eccleſiaſticę aduerſus Miniſtros laicos, illam perturbantes, quo in caſu non datur appellatio ſuſpenſiua publicationis, vt ex mente Sac. Congregat. Immun. teſtatur. Sperell.*dec.*44.*num.*49. *&* *dec.*160.*num.*56.*&* *ſeq.* ac nos alibi. Cumque agatur de cenſuris accuratè, vt ſui moris eſt, prolatis à Cur.Rom.& in foro A.C. non eſt facilè concedenda abſolutio cum reincidentia eiuſmodi excommunicatis, vt demum reſipiſcant. Vbert.*de citat.cap.*15.*num.*39.*q.*3. Vel ſaltem non, niſi, cauſa cognita, & data cautione de parcendo, vt per Seraph. *dec.*432. *num.* 1. ac Pegn.*dec.*224.*num.*8.

Eòque minus, ſi huiuſmodi executores appareant incorrigibiles, vt ſi nimirum condemnati à foro Eccleſiaſtico, recurſum habuerint ad Tribunalia ſæcularia, à quibus extortis litteris hortatorijs, illas Curijs Eccleſiaſticis intimarunt, in quo caſu nouis cenſuris in Bulla Cœnę Domini fulminatis, ligati ſunt. Bonac. *de Cenſur. in Bull.Cęn.diſp.*1.*quaſt.*17.*num.*4. Delben.*de Immun.Eccleſ.cap.*9.*dub.*5.*num.*13. Sicq; non ſunt abſoluendi, ſed aggrauandi, dum illas diù ſuſtinendo, paruipendere videntur. Rot.*dec.*257. *num.*1.*p.*8.*rec.* Otthob.*dec.*156. *num.*2. *&* *ſeq.* Idque præſertim, ſi agatur de laicis Regularibus, contrà quos praxis eſt, vt de conſuetudine teſtatur Clar.*§* *fin.q.*37.*num.*8. Decian.*in prax.crim.q.*64.*cap* 26.*num.*15.& alij,

licet

Digitized by Google

licet de iure ſecus dicendum eſſet, vt per Sperell. *dec.4. num.4.* Ciarlin. *controu.forenſ.cap.50. num.34.lib.1.*

An homicida, qui confugiens ad Eccleſiam, ibique periculoſo morbo ęger, obtinuit à Iudice ſæculari generalem ſaluum conductum, ſiuè ſecuritatem per menſem, poſſit iam conualeſcens, menſe nondum elapſo; comprehendi, & in carceres ſæculares ab eo conijci? Vbi ad rem decreta Sac. Congregationis Immunitatis. tom.9. Conſult.4.

NEgatiuè, & dictum Iudicem in pœnas in Gregoriana contentas: quia ex huiuſmodi fraudolenta extractione ſpoliata eſt Eccleſia, & læſa immunitas Eccleſiaſtica, atque adeò debet redintegrari eum actuali reſtitutione extracti, & condemnatione Iudicis ſęcularis ad refectionem damnorum.

Et quamuis videatur inſpiciendum: an delictum commiſſum ſit exceptum in dicta Gregoriana atque adeò: an hic homicida gaudeat immunitate; hęc tamen inſpectio tunc facienda eſt quandò agitur de extrahendo Reum ſer. ſer. ab Eccleſia, omiſſa quacumque inſpectione, an Reus gaudeat, vel nè, deueniendum eſt de facto ad redintegrationem Eccleſiæ ſpoliatæ, cognito dumtaxat de violenta, vel fraudolenta extractione, etiam ſi delictum eſſet de exceptis per tex. *in can.miror 17.q.4.* ibi: *Eccleſia igitur illæſum reuoca, quem vt irreligioſiſſimus requiſiſti.* Vbi Gloſ. & Archid. *num.2.* ac Bellam. *num.1.* ac decernit dicta Conſtitut. Gregoriana vbi amplius exprimitur, etiam ſi delicta ſint notoria, & exempta ab ipſa Conſtitutione extrahi non poſſe confugientes ad Eccleſiam à Iudicibus laicis, niſi præuia licentia Epiſcopi, ac interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ.

Atque itá declarauit ſæpius Sac. Cong. immun. nempè:

Extractus à Curia ſæculari debet reſtitui eidem Eccleſię, etiam superuenientibus probationibus ſuper alijs delictis, die 8. *Decemb.* 1632. in Ianuenſi.

Et deindè extrahendus eſt ſer.ſer.iuxtà formam Bullæ Gregorianæ, 13. *Nouemb.* 1663. in Mediolan.

Si delinquens iniurioſè extrahatur ab Eccleſia, reſtituendus eſt eidem Eccleſiæ, etiam ab eo, qui non extraxit, ſi detinet, non Epiſcopo, vel alteri Eccleſiæ, niſi de licentia Sac.Cong.Epiſc. in Boienſi 10. *Febr.*1604. & in Aſculana 14. *Maij* 1613.

Si Reus non fuit extractus ſer.ſer. ſed poſteà conſtiterit, eum commiſiſſe aliquod ex delictis exceptis, reſtituitur quidem Eccleſiæ, ſed ſtatim conſignatur Curiæ ſæculari, Sac.Cong.Epiſc. in Montiſpeluſij 5. *Febr.* 1604.

Idem de eo, qui fuit extractus ante licentiam. Eadem in Regienſi 23. *April.* 1602.

Non obſtat, quod Reus non fuerit per vim extractus ab Eccleſia, ſed à ſuo domo: quia, cum ipſe ab Eccleſia non ſua ſpontè diſceſſerit, ſed ſub fide, & ſecuritate ſibi à Iudice laico data, proindè eſt, ac ſi violenter fuiſſet extractus, cum in hoc caſu æquiparetur vis, ac fraus, & Sac. Canones, ac Conſtitutiones de hac re loquentes procedunt ſiuè directè, ſiuè indirectè ſequatur extractio per *tex. in l. præſenti §. ex his ergò C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* ibique Gloſ. ac DD. & tradunt in ſpecie de huiuſmodi Saluiſconductibus, promiſſionibus impunitatis, ac ſecuritatibus. Cyn. *in d. l. præſenti n.5.* Nauar. *in man. cap.15. num.22.* & alij. Atque adeò declarandum eſt, dictum Iudicem incurriſſe in pœnas, quas decernunt Sac. Canones, Concilia, & Conſtitutiones Apoſtolicæ, vt per Farinac. *de immun. quæſt.20.* Et declarauit Sac.Cong.Immun. in hunc tenorem: *Extrahentes indebitè, vel apponentes cuſtodias loco immuni ſunt excommunicati,* in *Aprutina* 1. Octob. 1641. in *Neapolitana* 2. Iun. 1632. in *Andrienſi* 6. Febr. 1635. in *Biteitenſi* 22. Maij 1635. in *Theatina* 20. Iunij 1651. ac alibi paſſim.

Quò verò ad refectionem damnorum extracti condemnandus eſt idem Iudex. Iodoch. *in prax. crim. rub. de viol. templ. cap.106. num.4.* Suarez. de Relig. *lib.3. cap.13. num.7. & 8. ac ſeqq.* ac alij.

Minus obſtaret, ſi prò alio delicto anteà commiſſo in carcerem conieceerit: Nam prò omnibus delictis immunitas ſuffragatur. Tuſch. *v. immunitas concl.*355. & alii citati, ſicut prò omnibus ſuffragatur Saluuſconductus: quia fuit generalis prò qualibet cauſa. Atque itá etiam declarauit Sacra Congregatio Immun. in *Ariminenſi* 3. Maij 1628. ſcilicet: *Confugiens exiens cum Saluoconductu, & carceratus à Curia laicali, eſt reſtituendus.*

Quale homicidium priuet immunitate Eccleſiæ? tom.9, Conſult. 5.

QVotieſcumque homicidium non eſt qualificatum aliqua qualitate excepta in Conſtitutione Gregorij XIV. de Immun. Ec. Nec concurrunt probationes validę, ac ſufficientes, nèdum reſpectu qualitatis, ſed nequè reſpectu delicti, ſiuè circà locum delicti prętenſus homicida gaudet Immunitate Eccleſię.

Et licet ex eo, quod conſtet de amicitia, quæ pręſumitur, non probata inimicitia, & præſumptio amicitię ſufficiat ad tollendum iudicium, quod ex inimicitia oritur, iuxtà adducta per Honded. *conſ.107. à num.27. lib.1.* Atque hanc eſſe probationem ſufficientem aſſerat Peregrin. *de immun. cap.3. num.6.* Et deducitur ex Epiſtola Sacrę Congregationis Epiſc. ſub *die* 16. Decembris 1596. miſſa Epiſcopo Papienſi in qua ſcribitur: *Che ſe bene i Veſcoui non ſono meri eſſecutori della Bolla di Gregorio XIV. ma hanno facoltà di chiarirſi della verità, e qualità del delitto per quella via, che giudicheranno più ſicura, in tal caſo debbono procedere più ſommariamente, che ſia poſſibile.* Ac item refertur decretum eiuſdem Sacrę Congregationis ſub die prima Augusti

guſti 1619. prò Epiſcopo Caſalenſi, vt extraiudicialiter ſe informet, quantum ad animum ſuum monendum ſufficit. Nec non quędam relatio Roberti Hermanni *cent.*45. *lib.*2.*nu.*10. in qua dicitur, ſe audiuiſse à Cardinali Mellino, quod Sacra Congregatio pluries declarauit, ſufficere talem qualem informationem extraiudicialem. Attamen contrà Reum, maximè ad effectum priuandi illum immunitate, id non ſuffragatur, cum qualitas excepta in dicta Conſtitutione Gregoriana ſit plenè, & concludenter probanda, non per indicia, & coniecturas, vt defendit Farinac. *conſil.*168. *à n.*8. & nos alibi fusè, ea pręcipuè ratione: quia qualitas adimit iuriſdictionem ab Eccleſiaſtico, illamque transfert in laicum, & qualitas aſsaſſinij, & proditionis eſt ſeparabilia. Ciarlin. *controu.* 10. *num* 114. idem Farinac. *conſ.*57. & Conſtitutio loquitur conditionatè, & materia eſt præiudicialis Eccleſiæ. Farinac. *de immun. num.*154. De quo nos *tom.*2. *Conſult.*37. fusè.

Nequè ex eo, quod nulla inimicitia inter occiſorem, & occiſum intercesſerit, qualitas proditionis deducitur. Delben. *de immun. tom.*2. *cap.*16. *dub.*20. *ſect.*7. Quare dici non poteſt proditorium, ſi à tergo occiſor percuſſerit, etiam ex cauſa præcedenti, ac præmeditata. Bart. in *l. reſpiciendum* §. *delinquunt ff. de pœn. num.* 1. Grat. *diſcept.* 619. *num.*23. & alij. Et quamuis proditio ſupponat amicitiam, non tamen infertur ab ipſa ſola. Ciarlin. *contr. for. cap.*10. *num.*112. *& ſeq.* Sed etiam requiritur ſub extremis amoris ſignis amicum circumuentum eſſe, & ad diſcrimen non pręmeditatum ſub amicitiæ velamine ſeductum. Gratian. *diſcep.*380. Guazzin. *defenſ.*2.*c.*38. & alij.

Sicque homicidium potius præſumitur commiſſum in rixa ex iuris diſpoſitione. Giurb. *conſ* 2. *nu.*13.15.52. *& ſeq. & conſ.*51. *n.*2. *& conſ* 82. *num.*9. *&* 11. Sufficitque leuis cauſa, vt non dicatur proditorium, vt ſi nimirum promiſſum non ſeruetur, quæ cauſa eſt prouocare, ac iram mouere. Magnan. *deciſ. Lucen.* 100. *num.*7. *&* 18.

Quinimmò nec quælibet amicitia ſufficit, ſed ea requiritur, vt amicus illi adeò adhæreat, quod omninò ſe tutum habeat in amicitiæ lege ex tribus actibus comprobata Bart. *in d. l. reſpiciendum* §. *delinquunt num* 1. *ff. de pœnis*, cum alijs per Frauch. *dec.*113. *à n.* 14. & alij.

Idque etiam ſi fuerint affines, ſi litem aliquam contraxerint, vel ſuper toto, vel ſuper maiori parte Patrimonij. Quod indicium inimicitiæ, etiam capitalis præſeferre probant congeſti per Farinac. *in prax. crim. quæſt.*49. *à num.*2. Vel ſi notitia, & ſcientia inimicitię ad occiſum peruenerit, vel de inſidijs, etiam ſine externis ſignis, Ciarlin. *d. contr.* 10. *ſub num.*116. *ac ſeqq.* Si igitur non poteſt ſupponi præmeditatum, qualitas proditionis ceſsat. Farinac. *loco citato num.*14.

De qua re vide reliqua *tomo* 2. *Conſult.* 53. 68. *&* 102. *tomo* 4. *Conſult.* 15. *ac tomo* 5. *Conſult.*15.

Nequè vlla habenda eſt ratio de teſtibus à Fiſco laico examinatis ſuper qualitate excepta; niſi examinentur coram Ordinario Eccleſiaſtico ſer. ser. dilationibus datis, & admiſſis defenſionibus, & quidem ante extractionem ab Eccleſia, ità vt poſtea remiſſio indè non impediatur. Farinac. *d. conſ.*168. *nu.*4. & nos *tom.*1. *Conſult.*128.

Et etiam ſi comprobetur delictum patratum fuiſſe propè Eccleſiam animo confugiendi ad Eccleſiam, adhuc non indè reſultaret qualitas priuatina immunitatis: Quia Conſtitutio Gregoriana excipiens caſum delicti commiſſi in Eccleſia, vel Cœmeterio, alios in aliis locis, etiam quæ ſint de Eccleſia, non comprehendit, Ricc. *par.*3. *dec.*250. etiam ſi in oſtio Eccleſiæ *idem num.*2. De quo nos fusè *tom.*1. *Conſult.*171. 470. *&* 490. *Item tom.*2 *Conſult.*67. *&* 38. ac tandem *Conſult.*40. Quo vade.

Itàque remanet hodie approbata noſtra ſententia vt ſcilicet non quodcumque delictum in Eccleſia patratum, ſed ſolum homicidium, ac membri mutilatio excludat à priuilegio immunitatis, ſi hæc commiſſa fuerint animo deliberato, & ex propoſito in ipſa, ſiuè ſub ſpè immunitatis, ſiuè non, cum Conſtitutio non diſtinguat, ſecus autem ſi extrà Eccleſiam, vel propè illam, vt dictum eſt in prænarratis tomis, ac Conſultationibus citatis.

An, & quatenus in cauſis Immunitatis Eccleſiaſticæ prò delictis exceptis in Conſtitutione Gregoriana, ſit locus legitimationi proceſſus? tom 9. Conſult. 6.

Affirmatiuè. Concluſionem, quod teſtes examinati abſque partis citatione, niſi repetantur, nullam fidem faciant, habere locum etiam in criminibus læſæ Maieſtatis, craſſatione, latrocinijs, teſtatur Farinac. *quæſt.*72. *n.*126. allegans in hac ſpecie immunitatis Ambroſin. *de immun. cap.*11. *num.* 2. idemque Farinac. *conſ* 76. *num.*5. *&* 21. *& conſ.*168. *num.*39. Affirmant Vermigl. *conſ.*90. *num.*5. & alij: Idque maximè ſi detur fumus falſæ depoſitionis, ac inſimulationis ex examine extraiudiciali ad perpetuam rei memoriam facto ab aliquot teſtibus, qui aiunt vi tormentorum depoſuiſſe. Sicque omnes teſtes examinati ab Ordinario non iurauerint coram Reo, ſed aliquot tantum, nequè iſti fuerint ab ipſo interrogati, nequè ei conceſſa facultas illos interrogandi; Ideòque eſse locum repetitioni tenendum puto, iuxtà *conſil.*101. Hondedi *num.*25. *& ſeqq. vol.*2. & aſsertionem Farinac. *in cit. quæſt.*72. *num.*146. & Guazzin. *defenſ.*20. *cap.*21. *n.*30. Atque adeò Reus poteſt teſtes repetere, ſuis tamen expenſis, in loco tutiori coram Ordina-

rio,

Digitized by Google

tio, vel alio Iudice Eccleſiaſtico non ſuſpecto, eique praefici terminus competens, quo elapſo, conficiatur proceſsus, & conteſtatur.

Caeterum delinquentes extracti à loco immuni quomodò concedantur liberè Curiae laicali, alibi diximus.

An Reus extractus ab Eccleſia ob crimen non exceptum in Conſtitutione Gregorij XIV. de Immunit. Eccleſ. & in carceres coniectus, ſi ab eis aufugiat, & indè aliquod committat delictum, & comprehendatur à Curia ſaeculari, reſtituendus ſit Eccleſiae, à qua fuit extractus, illiuſque gaudeat Immunitate? tom. 9. Conſult. 7. ac 57.

AFfirmatiuè: Nam priuilegium Immunitatis Eccleſiaſticae conceſsum eſt loco; ideòque non poteſt confugiens ad Eccleſiam tacitè, vel expreſsè illi renunciare. Maſtrill. *deciſ.* 269. *num.* 9. *lib.* 2. Sed omninò redintegranda eſt eadem Eccleſia, quae fuit ſpoliata. Caualcan. *dec.* 1. *num.* 42 Giurb. *conſ.* 100. *num.* 42. & alij, ac Zerola in *prax. v.* Immunitatis *num.* 13. vbi, quod ſi Iudex capiens Reum, non reſtituat illum Eccleſiae, ſed dimittat liberum, non euadit poenam excommunicationis, & Eccleſiae ſpoliatae competit interdictum *de liber. homin. exhiben.* Sanfelic. *dec.* 286. *num.* 2. ac de Marin. *lib.* 1. *var. cap.* 180. *à num.* 1. Et perſona extracta ab Eccleſia dicitur affecta ad quemcumque tranſiens cum eodem onere, *arg. tex. in l. adducta C. de furt. & §. furtiuè inſtit. de vſucap.* adeò vt, pendente iudicio ſuper reſtitutione Eccleſiae, ſi nouum committat delictum, adhuc reſtituendus eſt. Mar. Ital. de Immunitate Eccleſ. *lib.* 1. *cap.* 62. *num.* 41. Sanfel. *loco citato num.* 3. vbi ità refert deciſum per Magnam Curiam Vicariae. Quod ſi Reus iterum Eccleſiam adiuerit poſt fugam, non idcircò videtur Eccleſia redintegrata ſuo priuilegio, cum adhuc dubitare poterit extractus ab ea interum comprehendi ob antecedens grauamen. Quod ſi delictum commiſsum poſt fugam è carceribus fuerit exceptum in dicta Gregoriana, poterit Reus poſt eius reſtitutionem factam Eccleſiae, iterum extrahi, ſer. ſer.

Et hanc ſententiam vti certam, ac receptiſſimam ſequuta eſt Sacra Congregatio Immun. vt in *Aglonenſi Extractionis ab Eccleſia* 14. Decembris 1655. Cum enim quidam Baſsanus extractus eſset ab Eccleſia prò delicto non excepto, & carceri mancipatus, ac deindè comprehenſus prò homicidio cum praetenſo aſsaſſinio, cumque aufugiſset è carceribus, & poſteà iterum comprehenſus in loco non immuni, emanauit à Sacra Congregatione haec declaratio, quae tunc temporis in Tribunali A. C. fuit executioni demandata, & dictus Baſsanus in Vrbe, in qua fuit comprehenſus, & cuſtodię traditus, fuit Eccleſiae reſtitutus.

An, vt mittatur ad inquirendum, praeſertim in materia Eccleſiaſticę Immunitatis, ſufficiant indicia? tom 9. Conſult. 8.

REſp. quod ad hunc effectum non requiruntur probationes plenae, neque ſemiplenae, ſed leuiores ſufficiunt arbitrio Iudicis. Clar. *in pr. crim. §. fin. quaeſt.* 20. *verſ. ad formandum.* Vitalin. *de maleſic. tit. de inquiſ. num.* 8. & alij. Quare ex legitimis indicijs poterit monitorium ad allegandum cauſam quare, &c. expediri, ſi ea, quae concurrunt ſatis ſint ad condemnationem.

Eòque magis, quandò non agitur de poena vltimi ſupplicij, neque triremium, vel de alia corporali, vel pecuniaria, vt aduertunt citati à Farinac. *d. quaeſt.* 1. *num.* 48. Sed de cenſuris, ſiuè excommunicatione tantum, quae licet inter caeteras poenas Eccleſiaſticas maior ſit ex Abb. *in cap. cum ſit generale de fore competen.* & alibi; eſt tamen potius medicina, quam pęna.

Ac praeſertim, ſi non agatur in foro contentioſo ad paenas fiſcales, ſed de periculo animae, Gloſ. *in cap.* 1. *de ſcrut. & in cap. iuuenis de ſponſal.*

Vndè ſi praeceſſerit monitio, ſeruarique fuerunt in ipſa monitione praeſcripti, & Reus non comparuerit ad allegandum cauſam, ex qua non deberet declarari, ſe incidiſſe in cenſuras, ſiuè in excommunicationem, redditusque ſit contumax, validè deueniri poterit ad declarationem, ac expeditionem edictorum, eorumque affixionem. Suar. *de cenſur. diſp.* 4. lit. *O. verſ. tertiò argumentor.* Panorm. *in cap. fraternitati n.* 1. *de Cler. excom. & in cap. P. & G. nu.* 7. *de offic. deleg.* & alij.

Idque praecipuè ſi agatur de impedimento praeſtito exercitio iuriſdictionis Eccleſiaſticae, de quo, cum ſit facti tranſeuntis, & de eo non remanſerint veſtigia, ſatis eſt, quod conſtet per coniecturas, vel per indicia. Boſſ. *in tit. de delict. num.* 19. & 23. Clar. *in pr. crim. quaeſt.* 4. *verſ. ſcias tamen, & quaeſt.* 55. *verſ. quomodò autem*, ac relati à Farinac. *quaeſt.* 2. *num.* 13. adeò vt ſi conſtiterit per vnum teſtem immediatè ſuper ipſo impedimento deponentem, & per alia indicia, ſine alia prorſus difficultate poterit etiam ſuper hoc expediri monitio contrà Reum, & in contumaciam declarari incurriſſe excommunicationem: Nam, vt ſuprà diximus, ad effectum tranſmittendę inquiſitionis, ſeù monitorij, indicia ſatis ſunt.

Cui

Cui nam, & quo pacto incumbat onus probandi comprehenſionem Rei factam eſſe in loco immuni? Et qui teſtes ſunt repellendi ad hunc effectum? to 9.
Conſult. 9.

INcumbit ipſi Reo, vti aſſerenti, & agenti. Burat. *dec.* 157. *num.* 1. Vetmigl. *conſ.* 216. *nu.* 6. *& ſeqq.* idque claris, & concludentibus probationibus, tanquam qualitas prætenſam Immunitatem ei tribuens. Ciarlin. *controuer. for. cap.* 10. *num* 63.

Et quoniam ſuper hac re ſolent induci teſtes prò Reo, ideò inſpiciendum eſt, qui nam ex illis ſint repellendi ad hunc effectum? Et primò quamuis ex regula duo teſtes ſufficiant ad plenam probationem faciendam in qualibet materia, *cap. in omni negocio de teſtib. & in l. vbi numerus ff. eodem*; nihilominus nulla fides eſt eis adhibenda, ſi patiantur exceptiones circà perſonas, ac depoſitiones. Farinac. *de teſtib. quæſt.* 62. *num.* 381. Guazzin. *par.* 2. *defenſ.* 29. *cap.* 3. *num.* 9. Quæ exceptiones ſi ſint plures, licet ſingulę de per ſe non ſufficerent, ſimul tamen iunctæ admittuntur, ad dextruendam probationem ex ipſis reſultantem, etiam ſi verſaretur in caſu, quo veritas aliundè haberi non poſſet, & teſtes alias inhabiles lex diſpenſaret ad teſtimonium ferendum. Surd. *conſ.* 132. *num.* 72. *lib.* 1. Farinac. *quæſt.* 57. *num.* 46. *& q.* 62. *num.* 80. & alij.

Contra perſonas multa opponi poſſunt, præcipuè verò, ſi ſint viles, pauperes, & criminoſi, qui ſanè fidem non merentur, vt de teſte paupere, quod non ſit idoneus, ac integer; quia paupertas eorum fidem minuit, ſunt tex. expreſſi in *l.* 3. *in princ. ff. de teſtib. in can. ſi teſtes §. teſtium fides* 4. *quæſt.* 3. *& can. in primis* 2. *quæſt.* 1. vbi communiter Doctores de teſte criminoſo, præſertim ſi ſit etiam vilis, & pauper, vel alias exceptiones patiatur, firmant Farinac. *conſ.* 79. *num.* 17. *lib.* 1. *quæſt.* 44. *nu.* 25. ac plenius *quæſt.* 56. *num.* 126. *& ſeqq.* vbi, quod de iure Canonico indiſtinctè id procedit, quamuis condemnatio indè ſequuta non fuerit, & agatur de vnico crimine punibili commiſſo, Vermigl. *conſ.* 273. *nu.* 10.

Contrà depoſitionem verò eorundem teſtium opponi poſſunt plures vrgentiſſimæ exceptiones. Prima ſi ſit contrarietas inter eoſdem, & Reum: quia tanquam falſi nihil probant, DD. communiter in *l.* 2. §. *creditum ff. ſi certum petat. & in cap. cum tu de teſtib.* Vetmigl. *conſ.* 403. *num.* 17.

Secunda exceptio ſit, quod ipſi inuerisimilia depoſuerint, & idcircò non probant, ſuntque de falſo valdè ſuſpecti, *ad tex. in cap. quia veriſimile*, vbi DD. *de præſump.* Grammat. *conſ. crim.* 62. *num.* 1. *& ſeqq.*

Et quandò etiam nulla in contrarium eſſet facta probatio, adhuc tamen credendum non eſt teſtibus multifariè ſuſpectis, cum arbitrarium Iudicis ſit ſequi teſtium dicta, vel non ſequi, ſecundum circumſtantias veritatem, vel falſitatem laudantes: quia probationes in lite ab eius regulato arbitrio dependent. Caſtr. *in l. Lucius num.* 4. *ff. de infamibus*. Farinac. *quæſt.* 73. *num.* 52. & alij.

Neque obſtat populare illud, quod in dubio pronunciandum eſt prò immunitate: Quia ſatius eſt, Reum extrà locum immunem repertum, Eccleſiæ ob illius venerationem reſtituere, quam è loco immuni extractum Curię ſęculari relinquere. Sperell. *deciſ.* 149. *num.* 28. aliique vulgares.

Nam quicquid ſit de veritate huius concluſionis, hoc certum quandò dubium verſatur non circà iuris articulum, ſed circà ſimplicem facti quęſtionem, aſſerens, ſe comprehenſum in loco immuni, cum ſuſtineat in hoc caſu partes actoris, iuxtà regulas communes, debet exhibere probationes claras, non dubias, & Fiſco tanquam reo videtur ſufficere illas offuſcare, ac dubias reddere ex traditis à Rota *deciſ.* 93. *num.* 49. 54. *& ſeqq.* In *Interamnen. redintegrationis* 26. Iun. 1651. *§. nec relevant* coram Tarraconen. & in *Calaguritana Beneficij* 13. Maij 1652. *§. ad probandum* coram Bichio, alioquin aperirentur via prætextu extractionis à loco immuni debitoribus, ac delinquentibus facillimè fraudandi creditores, ac eludendi iuſtitiam, cuius potiſſimum cultrix debet eſſe Eccleſia, itaut licet prò eius immunitate, ac libertate, vbi iuſtitia id ſuadet, ſit ſemper pronunciandum, non tamen illius fauor extra terminos iuris, & in præiudicium alterius trahi debet, vt ex pluribus textibus, ac deciſionibus, loquendo in his terminis de priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ firmat idem Sperell. *dec.* 62. *num* 27. *& ſeqq.*

Id ſolum adijcio, quod licet ad gaudendum immunitate, ſufficiat confugienti probatio arbitrio Epiſcopi, vt declarauit Sacra Congregatio Immunit. in *Siracuſana* 16. Iulij 1626. hoc tamen arbitrium debet eſſe regulatum à Iure.

An Reus extractus ab Eccleſia, tanquam hæreticus, vel ſuſpectus de hæreſi iuſſu S. Officij Inquiſitionis, in quo expeditus, conſignatus, deindè fuit à dicto S. Officio Curiæ A. C. Apoſtolicæ vti reus cuiuſdam homicidij, reſtituendus ſit Eccleſiæ, à qua fuit extractus, illiuſque Immunitate gaudeat? tom. 9. Conſult. 10.

TEnendum eſt, hæreticum, de hæreſi ſuſpectum gaudere in alijs criminibus, præter hæreſim, & caſus in Conſtitutione Gregoriana exceptos, immunitate Eccleſiaſtica, itaut non poſſit Iudex ſæcularis, neque Eccleſiaſticus Reum in hoc caſu à loco immuni extrahere; niſi ob delicta excepta: quia in Gregoriana excipitur crimen hæreſis, atque adeò hæ-

 reticis

reticus ſolum ratione hereſis. Verba enim ſunt formaliter intelligenda; ac proindè quatenus hæreticus eſt, non autem quatenus homicida, fur, monetarius. Quare modò magis gaudet priuilegio Immunitatis, qui ab hæreſi receſſit, ſiuè illam abiurauit: quia non eſt amplius hæreſis reus, vtpotè iam per pœnitentiam Eccleſiæ reconciliatus, atque adeò dignus, qui ab Eccleſiæ immunitate protegatur. Is enim quemadmodum per reconciliationem nanciſcitur vtramque teſtamenti factionem, quę illi ſuffragatur, vt in futurum poſſit teſtari, ac heres inſtitui, vt in ſpecie ſcribunt Gregor. Lopez *in l. 5. v. Scarrapienta tit. 25. par. 2.* Menes de maior. *par. 1. quaſt. 1. n. 67.* & alij; Ità quoque priuilegium immunitatis Eccleſiæ. Atque ita etiam declarauit Sac. Congr. Immun. in *Firmana* 27. April. 1655.

Atque hinc Sac. Cong. S. Officij non debet tradere A. C. vel alijs Iudicibus huiuſmodi reos abſq; Ordinarij conſenſu, etiam ſi delictum eſſet de comprehenſis in Conſtitutione Gregoriana. Quia ſicut A. C. alijque Iudices nequeunt ſine Summi Pontificis, aut Ordinarij Eccleſiaſtici licentia Reum à loco immuni extrahere, antequam Ordinarius cognoſcat de crimine, an ſit exceptum; Ità non poteſt ſine licentia, & cognitione Ordinarij Sac. Cong. illum eiſdem tradere. Gratian. *diſcept. 576. num. 1. & ſeqq.* Cum hoc ſit de forma expreſſa *in d. Conſtit.* idque ſiuè delictum ſit exceptum, ſiue non.

Et quidem praxis S. Officij eſt, vt quoties extractus ab Eccleſia eius iuſſu non tradiur brachio ſæculari prò executione ſententię capitalis, ſtatim, ac Reus expeditur, vel libertate donatur, vel Eccleſiæ, à qua fuit extractus, reſtituitur, nec ſuper alijs delictis, quamuis exceptis, in eum inquiritur, niſi hereſim, vel eius ſuſpicionem contineant, minuſque Curię ſęculari traditur prò illis puniendis. Farinac. *de immun. cap. 13. num. 172.*

Quid requiratur, vt quis incurrat excommunicationem Can. Bullę Cœnę *contra inuadentes Ditionem, vel Terras Eccleſiæ? Vbi quid de mandante, ac de citatione requiſita prò validitate cenſurarum?* Vide de Cenſuris tom. 9. Conſult. 11.

1 *An filio Clerico ex eo, quod eius Pater laicus ſit excommunicatus, deneganda ſit audientia in Tribunalibus Eccleſiaſticis? Et*

2 *An filii Colonum Menſæ Epiſcopalis gaudeant priuilegio fori? Vbi alia de filijs quoad immunitatem Eccleſiaſticam remiſſiuè ex decretis* Sac. Con*gregationis*, tom. 9. Conſult. 12.

Ad 1. Negatiuè: Nam textus *in cap. decernimus de ſent. excomm. in 6.* mandat denegari audientiam excommunicato ideoque trahi non poteſt ad filios, & alios, qui in crimine non participarunt, cum excommunicatio vnius non præiudicet alteri; Prò peccato enim Patris filius grauari, non debet Eccleſiaſticis cenſuris, *Can. ſi habes conſ. 24. q. 3.* Et in terminis cenſurarum, quod filius prò Patris crimine grauari non debet tradit poſt alios Sayr. *de cenſur. lib. 1. cap. 9. nu. 21.* Et hoc præcipuè, ſi filio Clerico iam ſit ius quæſitum in re, de qua agitur, vt in terminis potioribus latè firmauit Rota, & approbauit Clem. VIII. coram Pegna *dec. 311. num. 34. & ſeq.*

Ad 2. Affirmatiuè: quia priuilegium Patris, qui admittitur prò Colono, ſuffragatur filio, qui reputatur portio ipſius Patris. Decian. *in tr. crim. lib 4. cap. 9. num. 49.* & Carol. de Graſſ. *eff. Cler. 1. d. num. 202.* & alij. Atque etiam declarauit Sac. Congreg. Immun. in *Vrbeuetana* 6. Mart. 1635. & in *Interamnenſi filius legitimus, & naturalis Clerici Sacerdotis &c. dum viuit cum Patre, durante vita Patris, gaudet priuilegio fori.* Idem in *Vrbauia* 28. April. 1654. Cœtera vide *in tom. 1. Conſult. 99.*

De aliquibus cauſis commutandi aliquandò pœnas extractorum ab Eccleſia. tom. 9. Conſult. 13.

Cum aliquandò aſſerta crimina, quæ præſumuntur patrata à confugientibus ad Eccleſiam non probentur perſpicuè eſſe de exceptis in Gregoriana; ideoque à Sac. Congregatione Immunitatis decernitur, Reos gaudere quidem immunitate Eccleſiaſtica, ſed cum Sanctiſſimo pro pœna extraordinaria non excedente triremes per decennium, vel prò alijs pœnis huiuſmodi; Cumque propterea Rei inſtent, quod reſtituantur Eccleſiæ, vel ſaltem, vt commutetur pœna triremium in aliam mitiorem, certum eſt, illam commutari poſſe, concurrente cauſa rationabili, vt per Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 96. num. 14.* Clar. *in pr. quæſt. 85. verſ. Vlterius quæro.* Farinac. *de delict. & pœn. quæſt. 17. num. 7.*

Cauſa vrgens videtur eſſe nobilitas familiæ Reorum, qui tanquam tales non ſunt afficiendi pœnis ignominiam irrogantibus, qualis eſt pœna triremium. Couar. *var. reſol. lib. 2. cap. 9. num. 4.* Farinac. *de pœn. temper. quæſt. 98. num. 99.* vbi vt plurimum hanc pœnam tradit commutari, vel in exilium, vel pecuniariam, vel relegationem, vel in aliam Iudicis arbitrio. Quod etiam probat, & extendit ad populares diuites, ac honeſtos, traditque Fab. de Ann. *conſ. 34.* Præcipuè verò ſi concurrant merita maiorum, quę pœnam delinquentibus, non ſolum minuere, ſed etiam remittere poſſunt, vt firmat Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ. 49. num. 10. & ſeq.* Farinac. *d. q. 98. num. 141.*

Cauſa item commutandi pœnam eſt peritia inſignis alicuius artis Reorum. Solet enim peritis in arte vel tota pœna remitti, vel ſaltem minui, vt *per tex in l. ad beſtias ff. de pœn.* Pariſ. de Put. *in tr. de Syndic. v. pœna cap. 1.* & alij.

Qualitas etiam perſonæ cauſa eſſe poteſt commutandi pœnam, quę qualitas per Iudicem in im-

impertiendis pœnis, quæ in eius arbitrio ſunt commiſſæ, conſiderari debet, itàut indictas à lege valeat augere, vel minuere, iuxtà facti, ac perſonarum qualitates. *tex. in l. ſi ſeuerior*, vbi Gloſ. & DD. *cap. ex quibus cauſ. infam. irroget l. hodie*, ibique Bartol. *ff. de pœn. l. omnes, ff. de milit.* Alias cauſas pœnæ temperandę lege apud Tiraquellum, & Farinac. loc. alleg. Atque ità obſeruauit ſępius eadem Sac. Cong. in quibuſdam caſibus particularibus.

Porrò cum quæreretur ab Epiſcopo Cęphaludenſi in Sac. Cong. Immun. An Curia ſęculari non inſtante, vt ab Ordinario declaretur, confugientem ab Eccleſiam gaudere non debere priuilegio immunitatis Eccleſiaſticę, liceat Epiſcopo dictum confugientem, etiam inuitum ab Eccleſia expellere ſub cautela, nè incidat in manus Curiæ laicalis. Eadem Sac. Cong. reſpondit: *Negatiuè*, vt habetur *ex lib. 2. decret. Paulucij fol. 7.*

An committens horrendum, & nefandum crimen, etiam in Eccleſia, gaudeat immunitate Eccleſiæ? Et quid in hac re obſeruandum? tom. 9. Conſult. 15.

SOdomita non priuatur immunitate Eccleſiæ: Quia, licet ſit crimen immane, non eſt tamen exceptum in Conſtitutione Greg. XIV. *de immun. Eccleſ.* quæ lata eſt per modum legis vniuerſalis, vt ait Macerat. *lib. 2. reſol. 15. num. 5.* Cur autem non fuerit exceptum, in arcano eſt. Ità in hac ſpecie docent Sanchez *in opuſc. to. 2. lib 6. cap. 1. dub. 10. num. 2.* Giurb. *conſ. 100. n. 4.* & alij paſſim, ac Nouat. *in Summ. Bullar. tit. de immun.* qui id extendit, etiam ſi ſodomiæ crimen commiſſum ſit in Eccleſia. Rouit. *ad pragm. de ſodom. in rub. in nou. add.* ac Donat. *de aſyl. reſp. 87. num. 8.* vbi teſtatur, ità declaratum fuiſſe à Sac. Cong. Immun. in *Fauentina*, & in *Valliſoletana* 9. Maij 1627.

Fruſtrà reclamantibus Correa *in relect. in cap inter alia de immun. Eccleſ. p. 3. nu. 40. quæſt. 17.* & alijs, inter quos Caſtill. *p. 2. dec. 155.* in qua habebatur, quod in Curia Archiepiſcopali Panormitana fuit deciſum, quendam Regularem, qui crimen hoc in Dormitorio, ſui Monaſterij commiſerat, immunitate non gaudere: Nam deciſio illa nitebatur litteris prò illo caſu particulari conceſſis à Summo Pontifice Clemente VIII. Archiep. Panormitano. Quare meritò illā reprobat præ cæteris Marant. *p. 2. reſponſ. 36. num. 22. & ſeq.* & nos alibi. Et ità in caſibus particularibus, tum in hoc crimine, maximè ſi in Eccleſia commiſſum ſit, tum in alijs enormibus non exceptis in d. Gregoriana, facto verbo cum Sanctiſſimo, Sanctitas Sua iubet extrahi Reos huiuſmodi ab Eccleſia, & puniri extra ordinem, & aliquandò prout de iure. Quod factum in *Meſſanenſi* 9. Nouemb. 1626. ac alibi ſæpius.

An Eccleſia, ſiuè Capella authoritate Epiſcopi erecta in eius Diœceſi, ex eo quod in illa diuina audiunt, & percipiunt Milites ſtationarij Legatorum Sedis Apoſtolicæ, quorum ſumptibus conſtructa fuit, ità ſit exempta, vt viſitari non poſſit ab Epiſcopo authoritate Ordinaria? Vide de Viſitatione tom. 9. Conſult. 15.

1 *An Princeps, vel eius Miniſtri inuenientes Eccleſiaſticos extrahentes è Regno pecuniam, frumentum, equos, & huiuſmodi alia contrà legem Principis, prohibentes ſub pœna commiſſi, poſſint ab illis hęc auferri abſque læſione libertatis Eccleſiaſticæ, & timore excommunicationis? Vbi plura de exemptione Clericorum ex Sacris litteris, Concilij, Patribus &c.*

2 *Et quid in ditione Eccleſiaſtica, etiam quoad Epiſcopos? Vbi de poteſtate Theſaurarij Cameræ Apoſtolicæ. Vbi: An Epiſcopi poſſint ſacros interdicere Reges, eorumque Miniſtros, & Officiales?*

3 Et an res huiuſmodi extractæ ſint immunes à vectigalibus? tom. 9. Conſult. 16.

AD 1. Negamus cum Azorio 3. *lib. 5. cap. 19. quæſt. 13.* Alter. *de cenſur. tom. 1. diſp. 16 lib. 5. cap. 5. in fin.* & alij: Quia cum Eccleſiaſtici non ſubdantur legibus Principis laici ſecundum vim coactiuam, non poſſunt comprehendi ſub tali Statuto; Laici enim ſuper Eccleſiaſticis, eorumque perſonis, ac bonis nullam habent iuriſdictionem, *can. 1. d. 10. can. Benè quidem d. 96. cap. cum cauſa de re iud.* Quare huiuſmodi Statuta tanquam excedentia limites poteſtatis, ſunt ipſo iure nulla. Abb *in cap. quæ in Eccleſiarum notab. 2.* & Decian. *num. 14. de Conſtit.*

Quod declaratum eſt in Synodo Romana tertia *can. 1. relato in d. can. Benè quidem*, & in Synodo Romana 4. cuius decretum refertur *in can. in omnibus 16. quæſt. 2.* In Conc. generali ſub Innoc. III. *cap. 44. relato in cap. cum Laicis de bon. Eccleſ. non alien.* & alibi paſſim.

Vt proindè non ſæcularem, ſed Eccleſiaſticum Magiſtratum, Pontifices, Epiſcopos, & Presbyteros eſſe Iudices in cauſis Religionis, & Clericorum aſſerant Sacræ litteræ *Deuter. 17. v. 8. 2. Paralip. 19. v. 11. & 26. v. 16. Epheſ. 4. v. 11.* & alibi ſæpè. Aſſerunt quoque Concilia Occidentalia, & Patres Latini Clemens Romanus ſub anno 80. *epiſt. 1.* Cyprian. ſub anno 250. *epiſt. 55.* Caius Papa ſub anno 283. *epiſt. ad Felicem* Marcellinus ſub anno 296. *epiſt. 2.* Conc. Rom. 1. ſub anno 320. *cap. 4.* & alij ſæpiſſimè, & ſucceſſiuè.

Præcipua ratio eſt: quia cum Eccleſiaſtica poteſtas ſit à Chriſto lege Euangelica ſupernaturaliter conſtituta, & Petro vt Principi Apoſtolorum, eiuſque ſucceſſoribus, non autem Principibus laicis commiſſa. Can. *in nouo d. 21. ſolita de maior. & obed. & habet diſt. 96. per tot.* eaq; circà ſpiritualia verſatur, conſequens eſt, vt

ad Eccleſiaſticam, non laicam poteſtatem pertineat iuriſdictio in perſonas Eccleſiaſticas, quę omninò corpus, & animam in ſortem Dei tranſtulerunt, ac Dei ſeruitio dedicarunt. Can. *cui portio* 12. q. 1. Oſtien. *in d. cap.* 2. cui adſtipulantur Io: Andr. Imol. & alij.

Atque hinc capientes, vel retinentes res huiuſmodi ab Eccleſiaſticis extractas incidunt in cenſuras contrà lædentes, & violantes immunitatem, ac libertatem Eccleſiaſticam inflictas in *cap. Aduerſus de immun. Eccleſ.* In cap. 1. *& 3. eodem tit. in* 6. in cap. *quanquam de cenſibus in* 6. in Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *de refor.* & in Bulla Cęnæ Domini, quarum abſolutio eſt Summo Pont. reſeruata, de qua abſolutione Alter. *de cenſur. diſp.* 22. *lib.* 5. *cap.* 2. Adeòque indigent abſolutione ſimpliciter, non autem ad cautelam, cum conſtet, excommunicationem fulminatam eſſe iuſtam, & validam per tex. *in cap. cum deſideres*, ibique Abb. *num.* 5. *de ſent. excomm.* cap. *quod in dub. in princ.* & cap. *ſacris eodem tit.* & alij.

Ad 2. In ditione Eccleſiaſtica non ſuffragatur decretum Theſaurarij Camerę Apoſtolicæ: quia illud non poteſt continere abſolutionem à cenſuris, niſi ei fuerit ſuper hac re conceſſa facultas à Sanctiſſimo, ſed reuocatoriam declaratorię cenſurarum cum omnibus forſan attentatis in partibus, quo etiam in caſu non illicò excommunicatio debet declarari nulla, ſed excommunicatus debet abſolui ad cautelam per tex. *in cap. Venerabilibus*, vbi Anchar. *nu.* 1. *& ſeqq. de ſent. excom. in* 6.

Et cum Eccleſiaſtici ſint immunes à quibuſuis exactionibus, non tenentur aſſignare frumentum, & alia huiuſmodi Miniſtris Principis, alijſque ſęcularibus, nec Miniſtris quidem Camerę Apoſtolicę, niſi hic habeat ad id facultatem à Pontifice, & de illis fiat ſpecifica mentio, quę omninò eſt neceſſaria per tex. *in cap. quia periculoſum de ſent. excom. in* 6. cap. *dilectus de conceſſ. pręben. & al bi.* Genuenſ. *d. cap.* 30. *n.* 5. & Graff. *p.* 1. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 19. *& ſeq.* ac alij.

An autem poſſint Epiſcopi à Fidelium communione diſiungere Reges ſi ipſorum hi perturbent iuriſdictionem? Affirmant Alter. *de cenſur. tom.* 1. *diſp.* 10. *lib.* 3. *cap.* 5. Fagund. *præcep.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. & alij apud ipſos, quamuis ſubdant, quod propter reuerentiam quandam id ab Epiſcopis effici non debeat; niſi in caſu, quod ſic ſceleris pondus, & qualitas poſtularet. At negat Auila *de cenſur. p.* 2. *cap.* 4. *diſp. vn. dub.* 4. Laym *lib.* 4. *tr.* 6. *cap.* 10. *nu.* 4. & alij; Conſtatque quamplures Imperatores, ac Reges ab Epiſcopis a fidelium communione ſeiunctos fuiſſe, vt videre eſt apud Baron. paſſim. Sed quia hodie ſunt exempti priuilegio Summi Pontificis ab Ordinariorum iuriſdictione, fortè propter abuſum poteſtatis Clauium; Ideò à ſolo Papa, non autem ab Epiſcopis, aut à Legatis, ſiuè per ſententiam, ſiuè per Conſtitutionem excommunicari poſſunt. cap. *nè aliqui de priuil. in* 6. & cap. 1. *de verb. ſignif. in* 6. Et ſic Imperator, Reges, Reginę, & eorum filij ex priuilegio eximuntur, ex Gloſ. *in d. cap. nè aliqui.* Henriq. *lib.* 13. *de excom cap.* 25. *§.* 5.

Hoc tamen priuilegium non extenditur ad Regios Officiales, & ad Conſiliarios. Graſſal. *lib.* 2. *regal.* Franc. *iur.* 9. Io: Ferrant. *de iur. Reg.* Franc. *lib.* 1. *tit.* 4. *arreſt.* 9. Quia hoc priuilegium eſt perſonale. Io: Dionyſ. Portocar. *in allegat. prò Iuriſd. Inquiſ. num.* 52.

Ad 3. Affirmatiuè: Quia id non eſt negotiatio: Nam illa eſt negotiatio Clericis prohibita, & quæ debitum tributi habet annexum, in qua lucrum intenditur, ex emptione prius facta; ſecus autem ſi lucrum non ex emptione formaliter, ſed aliundè proueniat. Et ſic negotiator non eſt, ſi quis Clericus vendat vinum, triticum, oleum ex redditibus ſui beneficij, aut ex poſſeſſionibus ſuis patrimonialibus collectas quia illi non fructus emptionis, ſed eius poſſeſſionum ſunt; Idque ſiuè in eodem loco vendat, ſiuè aliò transferenda curet, vbi carius vendere poſſit. Molin. *de iuſt. tom.* 2. *diſp.* 341. Leſſ. *eodem tract. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 1. *n.* 4. *ac ſeq.* & alij, & nos ſępè diximus.

Atque ità etiam in his omnibus declarauit Sac. Cong. Immun. in *Cortonenſi* 25. Septemb. 1627. Eccleſiaſtici poſſunt extrahere frumenta recollecta in proprijs bonis.

In *Lucienſi* 24. Iun. 1634. Clerici non tenentur ad vectigal prò extractione olei recollecti in proprijs bonis.

In *Parmenſi* 4. Iul. 1626 & in *Papienſi* 10. Sept. 1629. Edictum ſuper bladis extrahendis à Iudicibus laicis emanatum, non comprehendit Eccleſiaſticos.

In *Caſalenſi* 13. Auguſti 1637. Eccleſiaſtici non tenentur conſignare frumentum Principi laico, nec denunciare frumenta Iudici laico in *Ferrarienſi* 19. Iun. 1592.

Pro ditione Eccleſiaſtica extant de hac re huiuſmodi decreta.

In *Fanenſi* 14. Ianuar. 1630. Eccleſiaſtici non poſſunt extrahere extrà Statum abſq; licentia.

In *Auximana* 22. Septemb. 1654. Eccleſiaſtici circà extractionem in Prouincia Marchiæ debent ſeruare ſolitum.

In eadem *Auximana* 10. Decemb. 1647. Gubernator Marchiæ non poteſt prohibere extractionem victualium Eccleſiaſticis.

In *Aſſiſienſi* 22. Ianuar. 1629. Eccleſiaſtici non debent impediri aſportare frumentum, ſi non adſit indigentia Ciuitatis.

In *Eugubina* 22. Ianuar. 1629. Impedientes extractionem frumenti Eccleſiaſticorum excommunicantur.

Ciuitatis Caſtelli 24. Maij 1649. Eccleſiaſtici non poſſunt cogi, vt ſua frumenta contribuant prò abundantia annonæ.

In *Aſſiſienſi* 10. Decembr. 1629. Aſſignationes frumenti ſunt dandæ Ordinario loci,

ſed

Digitized by Google

ſed cognitio ſuper fraudibus poteſt fieri à Gubernatore, ſi habeat facultatem.

Ciuitatis Caſtelli 14. Ianuar. 1630. In caſu etiam penuriæ. *Le raſſegne delle biade* ſunt faciendæ Curię Eccleſiaſticę ab Eccleſiaſticis.

In *Ferrarienſi* 28. Nouemb. 1634. Monaſterium Carthuſię Ferrarienſis eximitur à vectigali prò frumento vendito.

In *Florentina* 15. Decemb. 1648. Perquiſitio frumentorum in locis immunibus non poteſt fieri à laicis.

1 *An qui dolo malo domum incenderit gaudeat Eccleſia immunitate?*
2 *Quid ſi incenderit Valuas* Eccleſiæ*, vel ipſam Eccleſiam?*
3 *Quidne ſi in Eccleſia hominem incenderit?*
4 *Vbi iterum, ſed ſtrictim, contrà incendiarios.* Vide de Incendio tom. 9. Conſult. 17.

An, & quatenus homicida proditorius priuetur immunitate Eccleſiæ? Vbi quodnam ſit homicidium proditorium, & alia, quæ ad hanc rem pertinent, ac de proditionis crimine? tom. 9. Conſult. 18. Item vide tom. 2. Conſult. 53. 68. & 102. Ac tom. 4. Conſult. 115. & tom. 5. Conſult. 15.

PRęter reſponſiones relatas in ſupradictis Conſultationibus, adduntur ſequentes declarationes Sacrarum Congregationum.

In Beneuentana 18. *Auguſti* 1637. *Ad probationem homicidij proditorij requiritur amicitia præcedens Sac. Cong. Immun.*

Et Sac. Cong. Epiſc. in Rhegienſi 12. *Octob.* 1602. *& in* Boianenſi 6. *April.* 1622. declarauit: *Dicitur proditor, qui aliquem, cui ſe tanquam ſocium adiunxerat in via, nulla rixæ cauſa interueniente occidit, ſeù qui doloſè ſub amicitiæ colore ſeducit aliquem, vt occidat.*

In Conſentina *eadem* 8. *April.* 1603. *Generaliter homicidium commiſſum ſine præcedentibus inimicitijs dicitur proditorium, & non gaudet immunitate.*

Die 26. *April.* 1611. *Tunc dici præceſſiſſe inimicitias, quandò conſtat inter homicidam, & occiſum aliquot ante dies ſequutam fuiſſe rixam.*

Etiam ſi non occidat ferro, ſed veneno, vel quolibet alio modo dicitur proditor. Sac. Cong. Conc. 7. *Decemb.* 1632.

Non eſt tamen proditor, qui occidit inimicum, etiam per inſidias, & à tergo Sac. Cong. Epiſc. *in* Boianenſi 6. *Apr.* 1612. *Et ità declaraſſe Clem. VIII. teſte* Giurba conſ. 100. num. 9. *vt ſequitur.*

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Panormitano Clem. PP. VIII. &c. Tuæ Fraternitatis nomine nuper nobis expoſitum fuit, quod cum ſuperioribus diebus in Ciuitate Panormitana Carolus, Gregorius, Innocentius Caſita, Scipio Taxis, Octauius Baglinus, & Gerardus Rigius quondam Carolum de Amato nobilem Panormitanum tormenti bellici breuioris ictibus, ex inſidijs, nimirum ex cuiuſdam Domus, in quam deliberato animo, dum ſe receperant, & aliquandiù delituerant è feneſtra occidiſſent, ſtatimque ad quandam Eccleſiam fugiſſent, ibidemque capti, in carcerum tuæ Archiepiſcopalis Curiæ, iuxtà fel. recor. Gregor. XIV. Prædeceſſoris noſtri Conſtitutionem ſuper immunitate Eccleſiarum editam, reducti fuerint, & ibi etiam nunc ſub diligenti cuſtodia detinentur. Cum autem Curiæ ſæcularis Miniſtri prædictos carceratos ſibi, & eorum Curię conſignari inſtanter abs te p'ant, prætendentes, prædictam Gregorianam Conſtitutionem in hoc caſu locum non habere. Tu verò ſuper hac re Nobis, & Apoſtolica Sede inconſultis nihil deliberandum eſſe cenſueris, ſed ad nos quaſdam ſuper dicto caſu, & ſuper dicta Conſtitutione dubitationes tranſmiſeris, nobis humiliter ſupplicando, vt quid in huiuſmodi cauſa faciendum ſit, præſcribere dignaremur. Nos itaque, licet omnes ſupradicti Carcerati Eccleſiaſtica immunitate gaudere, & frui debeant, nihilominus attenta huius homicidij qualitate, necnon circumſtantiis prædictis, & aliis, quæ in eo perpetrando interuenere Octauium Baglinum, & Gerardum Rigium, quorum alter in 16. & alter in 18. ętatis ſuę anno circiter conſtitutus eſſe dicitur, Eccleſiaſtica immunitate dignos eſſe iudicamus, cęteros verò ex rationabilibus cauſis aamam noſtrum mouentibus, vt iuſ. à Curiæ ſæculari tradendos cerſemus, ac propterea Fraternitati tuæ per præſentes iniungimus, vt Octauium, & Gerardum prędictos Eccleſiaſtica immunitate gaudere debere declares, ac in foro tuo Eccleſiaſtico retineri facias, reliquos verò tres prænominatos, ſi tibi tamen prius, ſummariè, ſimpliciter, & extraiudicialiter, & quantum prò conſcientię tuę informatione ſufficere videbitur, illos homicidium prædictum perpetraſſe, aut illi cooperatiuos, ſeù in illo culpabiles fuiſſe, quod ſi omnes Rei, aut culpabiles homicidii prædicti per ſe, vt præfertur reperti comperiantur, Curię ſęculari prędicta liberè tradas, & dimittas, non obſtante prędicta, aut quibuſuis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cęteriſque in contrarium facientibus. Dat. Romę apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 6. Febr. 1597. Pont. noſtri ann. 5.

In quo diplomate illud notãdum eſt, quod Clem. in eo dicit, ſupradictos debuiſſe gaudere Eccleſiaſtica immunitate quamuis ex cauſis particularibus mandauerit, non omnes debere gaudere: Quod ſæpius fit à Summ. Pontificibus, iuxtà homicidij, vel alterius criminis qualitatem, & circumſtantias obſeruatum.

Sequitur primò, immunitate Eccleſiæ priuari, tanquam proditorem, qui veneno aliquem necat: Nam maius delictum eſt occidere aliquem veneno, quam gladio *l. 1. C. de maleſic. & Mathem.* Bald. *in l. nemo C. de Sum. Trin.* Felin. *in cap. 1. de homic. num. 1.*

Secundò, priuatur immunitate Mater occidens filium infantem, & quicumque procurans abortum fętus animati aliqua noxia potione, vel quocumque alio modo. Ità declarauit Sac. Cong. Conc. 3. Decembr. 1632. apud Barb. *in collect. Bullar. v. immunitas, & de iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 3. num. 42.* & alios.

Non

Non tamen priuatur immunitate Medicus, qui prægnanti pharmacum præber, non intentio abortus, ſed vt ſanitatem recuperaret, quamuis indè fętus animati mors ſequatur: Quia talis actio ex ſui natura curatiua eſt, vel ſaltem talis iudicatur à Medico, & mors indè ſequitur per accidens, non autem per ſe.

Nec priuatur immunitate, qui aliquem per inſidias ſeducit, vt ab alio occidatur, & re vera occiditur: quia ex Conſtitutione Gregoriana, vt proditor homicida priuetur immunitate, requiritur, quod ipſe proditor occidat; Seducens autem aliquem, vt ab alio occidatur, licet ſit proditor, non ipſe occidit, ſed alius.

Cœtera de hac re vide non ſolum hic, ſed in pręcitatis tomis, &c.

An, & quatenus ſtructura ſilicea, ſeù via ſilice ſtructa, vel murus ſeſſilis, ſiuè ambulatorius circum Eccleſiam, vel cubile Eccleſiæ, vel Oratorio adhærens, gaudeat Immunitate? to.9. Conſul.19. ac vid. to.1. Conſul. item 19.

Affirmatiuè, dummodò adhæreat Eccleſię, ſaltem ad quinque palmos fabriles, pręſertim verò in Eccleſia rurali ſita extrà muros Ciuitatis, in qua locum habet Immunitas 30. paſſuum debita Eccleſijs inferioribus ex decreto Conc. Tolet. in *can definiuit 17. quæſt 4.* & cauetur ſub cenſura excommunicationis in *can. ſicut antiquitus eadem 17. quæſt.4.* & eſt etiam de iure Cœſareo *in l. præſenti C. de his, qui ad Eccleſiam confug.* ibi: *Ex his ergò locis, eorumque finibus.*

Quod ſi agatur de Eccleſia Cathedrali gaudet per 40. paſſus *d. can ſicut antiquitus*. Couar. *var. lib.2. cap.20. nu.5.* Farinac. *de carcer. quæſt.28. num 12. ac de immun. Eccleſ in append. cap.18. num.284.* & alij. Quod procedit etiam ſi locus intrà 40. paſſus non eſſet ſacer, cum ſufficiat, quod ſit Eccleſiæ. Tuſc. *v. immunitas concl. 59. num.23.* Sicque platea, vel atrium, quę ex ſe gaudeat immunitate. Decian. *tract. crim. lib. 6. tit. de extract. ab Eccleſ. cap.25. nu.12.* Bell. *§.4. num.30.* Eòque magis, ſi ſit circumdata marmore, & catenis ſumptibus Eccleſię, vt de Platea Eccleſiæ Cathedralis Patauinæ reſtatur Marc. Ant. *reſol.70. num.9.* Et extaret conſuetudo prò immunitate. Clar. in *§. fin. lib.4. quæſt. 30. num.1.* Peregrin. *de immunit. cap.4. num.26.* Tuſch. *ibidem num.19.*

Neque huic diſpoſitioni obſtare poteſt conſuetudo; Quia cum immunitas Eccleſiarum induċta ſit de iure Diuino, nequit tolli per conſuetudinem, neque creditur aliquibus Doctoribus de immunitate Eccleſiarum malè ſentientibus, dum teſtantur de huiuſmodi conſuetudine, pręſertim in locis, in quibus ipſi non fuerunt, vt per Farinac. *d. cap.18. num.294.* ac Tuſch. *v. Immunitas concl.49. num.18. & ſeq.* vbi ſub *num.19.* refert plures alios Doctores atteſtantes de conſuetudine fauorabili immunitati Eccleſiaſticæ, & declarat, conſuetudinem contrariam procedere ſolum in Eccleſijs Caſtrorum, aut locis paruis, in quibus ob frequentiam Eccleſiarum, & propter cohęrentes habitationes laicorum, nè de iure quidem debetur immunitas 30. paſſuum, per tex. in can. *quiſquis* in hæc verba: *Capellæ, quæ ſunt intrà ambitum murorum Caſtellorum non ponuntur in hac 30. paſſuum obſeruatione.* *Et in d. can. definiuit 17. quæſt.4. abſque domorum extraneorum receptaculo.* Et in hiſce tantum Eccleſijs Caſtellorum, non autem de alijs ſitis extrà eorum menia, diſputatur hæc immunitas, vt referunt Dlu. Antonius in *Sum. par.3. tit.12. cap.3. §.1.* Decian. *tract. crim. lib.6. cap.25. num.9.* & alij. Quod demum declarauit, cauſa maturè diſcuſſa, & pluries propoſita, Sacra Congregatio Immun. in *Tiburtina* Menſe Octobris 1687. his verbis. *Eccleſia ruralis gaudet immunitate per 30. paſſus, etiam in via publica.* Quod tantum in Eccleſijs ruralibus ratum habeo, quod alias ſcripſi *d. tom.1. Conſult.19.*

Ceſſatque omne dubium de hac Immunitate Eccleſiarum extenſiua, ſi area eſt pars, & membrum ipſius Eccleſię, vel ſi cohęreat eius ianuis, & muris, habeatque ſtructuram ſiliceam palmorum 15. vel 20. qua contradiſtinguuntur ambitus Eccleſię a via publica, quę non eſt ſtrata ſilice. Area enim ſequitur domum, & dicitur illius pars, *l. qui res ſuas 98. §. aream*, ibi: *Pars enim inſulæ area eſt, & quid maxima, ff. de ſolut.* Cœpol. *de ſeruit. vrban. præd. cap.28. num.5.* Et ideò gaudet Immunitate Eccleſiaſtica, quę conſertur vſque ad vltimam *Templi* partem, & vſque ad extremas fores Eccleſię, vt ſunt verba textus *in l. pateant in princ. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.*

Et ex hac ratione immunitas competit etiam ſchalis Eccleſiæ, licet ſint extrà illius muros: quia ſunt membra, & pars ipſius. Marc. Ital. *loco citato* Peregrin. *de immun. cap.4. num.24.* & alij, & Dian. *par.6. tom.1. reſol.1.* ait præter ſchalas huiuſmodi immunitatem non ſolum deberi quoad ambitum interiorem, ſed etiam quoad totam fabricam exteriorem Eccleſię connexam, & Delbene inquit, competere omnibus ędificijs connexis, & adhęrentibus ipſi Eccleſiæ. Ea enim, quę Religioſis adhærent, religioſa ſunt, vt ait tex. *in l. quæ Religioſis 43. in princ. ff. de rei vind.* & in his terminis concludit Paul. de Caſtro *conſ.458. num.2. lib.2.* Vndè Sacra Congregatio Immun. declarauit, non priuari immunitate qui occidit, vel mutilat ſuprà tectum, vel in Campanili, vel in ſcalis, aut in porticu, & ſimilibus. Quæ licet in fauorabilibus comprehendantur ſub nomine Eccleſię, in odioſis tamen non comprehendun-

duntut. Et ſub anno 1631. declarauit Eccleſiæ Capannam ab ea diſtantem, ſed intrà 30. paſſus prò ſtruitio Eccleſiæ gandere Immunitate.

Et hęc multò magis locum habent in Cubili Eccleſiæ, vel Oratorio publico adhærenti, tam ex *l. ciuili in d. l. pateant* vbi Odofred. *num.*1. Salic.& Paul. *de Caſtr. C. de his, qui in Eccleſ. confug.* quam de iure Canonico, *cap. inter alia de Immun. Eccleſ.* ibique omnes, itàut non poſſint, qui ad eum confugerint, ab eo per vim extrahi. Quod priuilegium ad ſepta cuiuſque Eccleſiæ, eiuſque circuitum, ſaltem per 30. paſſus. *Can. definiuit*, ibi: *In quibus* 30. *paſſus uniuſcuiuſque Eccleſiæ in toto circuitu reuerentia defendatur.* Oſt. *in Sum. de* Immun. *Eccleſ. n.*8. Syluest. *v. immunitas* 3. *num.*1. & alij. Qui 30. paſſus incipiunt in foribus Eccleſiæ *in d can. definiuit*, ibique Bellam. *num.*3. Decian *d. lib.*6. *cap.*22. *num.*29. *& cap.*25. *num.*12. *&* 16. vbi voluit, etiam domos laicorum conſtitutas intrà 30. paſſus immunitate gaudere, præſertim ſi inſeruirent ipſi Eccleſiæ.

Vndè, cum in Sacra Congregatione Immun. proponeretur, *Come hauendo il Veſcouo di Foſſambruno ſupplicato a dichiarare, ſe vn Prete ritiratoſi nella ſtanza, che ſerue per habitatione del Sagreſtano della Cathedrale, poſſa eſſer eſtratto da quella per alcuni delitti fatti in diſprezzo dello ſteſſo Veſcouo, mentre la detta ſtanza è in parte diſgiunta dalla Catedrale, come fù riferito nel foglio de* 15. *Nouembre proſſimo paſſato la Sagra Congregatione ordinò, che ſi ſentiſſe, ſe la detta ſtanza era della Chieſa, Ora eſponendoſi, che è della Chieſa, & è habitata tuttauia dal Sagreſtano, ſi ſupplica a dichiarare, ſe debba godere? Eadem Sacra* Congregatio *die* 12. *Februarij* 1662. *reſpondit, gaudere*.

Et in Narnienſi eadem die, & anno cum proponeretur. *Che nella Congregatione de'* 15. *di Nouembre ſudetto fù differita la riſolutione del dubio propoſto dal Veſcouo, ſe le botteghe vnite al ſuo Palazzo vnito alla Catedrale, locate à laici, debbano godere l'immunità, tanto più, che hanno l'ingreſſo dalla piazza, che è immune, ſecondo li decreti altre volte fatti da queſta Sagra Congregatione, e ſi allega a fauor dell'Immunità*, il Cartario nella dec.45. nu.21. e Lambrono de Immun. par.6. cap.10. *Sac. Congreg. declarauit, Apothecas locatas laicis habentes ingreſſum à Platea publica non gaudere*.

Et In Ciuitate Pennenſi, cum etiam proponeretur in eadem Sac. Congreg. *Che doppo, che il Chierico Clemente Turſio nelle Carceri della Nuntiatura condannato alla galera per cinque anni, il detto Chierico allegò d'eſſer ſtato preſo in Chieſa; Onde il Nuncio mandatolo a queſte carcere nuoue, ha anche fatta prendere informatione della preteſa eſtrattione per mezzo d'vn ſuo Commiſſario, e ne manda il proceſſo, dal quale coſta per detto de' teſtimonij de viſu, che il detto Clemente del Meſe d'Agoſto* 1660. *fù carcerato nella ſtanza d'vna caſa contigua alla Chieſa, e fù traſportato per la ſala della detta caſa della Propoſitura, & vno di eſſi teſtimonij aggiunge, che la caſa, nella quale ſeguì la cattura, oltre alle porte, che vanno a ſtrada publica, ne hà vna, che corriſponde in vn Coro di tauole, che ſtà a piede di eſſa Chieſa, non ſpecificando, ſe queſto Coro ſia recinto della Chieſa, ò altro luogo immune; Onde il Carcerato fà inſtanza d'eſſere rimeſſo nella detta Caſa. Eadem Sacra Congregatio dicta die* 28. *Febr.* 1682. *declarauit, ſi eſt domus locari ſolita, non gaudere*.

Et Epiſcopo Spoletano ſub die 2. Iul. 1646. ità reſcripſit: *Stante la relatione, che la Caſa dell'Oratorio di S. Saluatore habbia porta nella ſtrada publica, e ſi appiggioni, non è luogo immune, e perciò laſci fare le ſue parti alla giuſtitia, e Dio la proſperi*.

Et in *Ariminenſi* 8. Aprilis 1636. Ità etiam reſcripſit Vicario Ariminen. *Quando la ſtanza della Chieſa Parochiale di S. Michele, oue fù carcerato il Zannicoli, ſia locata, ſicome ella viuiſa, ad vſo publico, e profano, e non habbia porta, ſe non in ſtrada publica, & il tetto di eſſo ſia diſtinto da quello della caſa del Curato, con quel più, che ſi contiene nella relatione da lei data con lettere ſue di* 3. *Gennaro, e di* 9. *Marzo paſſato, concorrono queſti Eminentiſſimi miei Signori, che eſſo Zannicoli non debba eſſer ſcarcerato per il capo, che la carceratione ſia ſeguita in loco immune; Che, &c.*

1 *An Capitulum, & Clerus exempti ſint à vectigalibus? Vbi quid ſi interceſſerit concordia inter Clerum, & Vniuerſitatem?*

2 *An permiſſum ſit Vniuerſitatibus minuere datium, ac vectigal carnis, farinæ, &c. illudque imponere, vt vulgò dicitur, allo Scannaggio?*

3 *An à vectigalis ſolutione immunia ſint animalia propria Clericorum, ſiuè moriantur, vel mactentur extrà Ciuitatem, & deferuntur ad illam, ſiuè mactentur in domibus Clericorum, vel extrà illas? Et*

4 *An bona, quæ perueniunt ad Clericos titulo donationis, emptionis, teneantur ſoluere collectas, & alia onera, quibus illa obnoxia erant apud laicos? Vbi proponitur modus concordiæ inter Clerum, & Vniuerſitates ſaeculares in vectigalibus. Vbi an Epiſcopus abſoluere poſſit lædentes Immunitatem Eccleſiaſticam, ſaltem cum reincidentia?* tom.9. Conſult.20. *Item quoad vectigalia prò dd. queſitis* vide tom.1. Conſult.479. tom.2. Conſult.64. tom.3. Conſult.2. tom.4. Conſult.114. to.5. Conſult.7. & 84 tom.6. Conſult.24. tom.7. Conſult.72. & tandem hoc eodem tom.9. Conſult.16.

Circà collectas. Vide etiam tom.2. Conſult. 30. & 50. tomo 3. Conſult.25. ac tomo 5. Conſult.57.

Circà donationes Clericorum, & aliorum locorum piorum? Vide tom.1. Conſult. 262. 263. 446. & 453. tom.4. Conſult. 33. & tomo 6. Conſult.91.

Circà Concordias? Vide etiam to 3. Conſul.4.

AD

AD 1. Affirmatiuè per tex. celebrem in *cap. quanquam*, vbi Gloſ. *v. ipſarum*, *&* *v. humano de cenſibus in 6.* & in Clem. *præſenti eodem tit.* Eſtque communis tam Pontificij, quam Cæſarei iuris, vt apud Federic. de Sen. *conſ.* 207. *n.* 1. Calder. *conſ* 2. *n.* 4. & alios.

Non obſtat concordia Cleri cum Vniuerſitatibus, cum huiuſmodi concordia ſit contrà Immunitatem Eccleſiaſticam, nec ei Apoſtolicæ authoritatis robur acceſſerit, ſemper fuit à Tribunalibus Vrbis reprobata per textum in *cap. Clericis de Immun. Eccleſ. in 6. cap. aduerſus eod. tit.*

Ad 2. Negatiuè: quia hoc etiam indirectè tendit in præiudicium Immunitatis, qua in comeſtibilibus quoque gaudere debent Clerici, & Eccleſiaſticę perſonæ. Azor. *Inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *quæſt.* 2. *&* *par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 11. Burſat. *conſ.* 42. *num.* 4.

Ad 3. Affirmatiuè per tex. in *l. Sacroſanctæ*, vbi Gloſ. *v. capitationis*, & poſt eam Bald. *in princ. & num.* 1. *&* 2. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Calder. *conſ.* 2. *num.* 2. Burſat. *loc. cit, nu.* 5.

Ad 4. Negatiuè: Nam ex veriori, & receptiori opinione bona, quæ à laicis in Eccleſias, aut Eccleſiaſticas perſonas deueniunt, quocumque titulo deuenerint, ab oneribus laicalibus incertis, & variabilibus immunia ſunt per tex. in *cap.* 1. *de Immun. Eccleſ. in* 6. Gloſ. *in l. incola* 2. *v. deſtinatus ff. ad municip.* Bart. *in repet. in l. placet num.* 25. ibique etiam Bald. *num.* 11. Caſtrenſ. *num.* 8. & alij plurimi, & nos alibi, vt in citat. *Conſult.*

Porrò, cum in Sacra Congregatione Immunit. relatum eſſet ab Epiſcopo Conuerſanenſi: *Come hauendo egli hauuto notitia, che nella Terra di Rotigliano ſua Dioceſe, non s'oſſeruaua agl' Eccleſiaſtici l'eſentione à loro douuta per gl'aggrauij delle gabelle, e de datij, che ſi eſiggeuano da quelli, che gouernauano, doppo le monitioni, e l'eſortationi, non ſi prouedeua, gli dichiarò ſcommunicati, ſer. ſer. con l'affiſſione de' Ceduloni, & hauendo quegli doppo alcuni Meſi fatto inſtanza per l'aſſolutione cum reincidentia, gli la conceſſe, ad effetto di trattar qualche concordia col Clero, e che poteſſero ricorrere all EE. VV. per la confermatione della medema concordia, della quale manda copia, e ſupplica per la confermatione, pel qual' effetto ſi leggerà per extenſum.*

Sacra Congregatio itá reſpondit: *Non eſſe concedendam abſolutionem, niſi redintegrata ſolita exemptione violata, ac inſuper indiſtinctè monendum Epiſcopum, non ei eſſe permiſſum concedere abſolutionem, etiam cum reincidentia in caſibus in Bulla Cœnæ, & in Bulla Gregoriana de Immunitate Eccleſ. reſeruatis; Sed etiam illam ſpectare ad Sedem Apoſtolicam. Itá habetur ex lib.* 2. *decret. Paulucij fol.* 2.

Item, cum Epiſcopus Soranus eidem Sacræ Congregationi exponeret: *Come quel publico per poter con maggior facoltà corriſponder al pagamento de' peſi fiſcali, ha ſtimato vtile commune il ſottoporſi al viuere a gabella, e non più ad eſtimo, come per l'addietro, hà però poſta vna gabella di baiocchi* 15. *per tumolo di grano, che ſi macini, e quatrino vno per foglietta di vino, che ſi compri, e vuol far franchi i Sacerdoti per tomola* 24. *e dare loro ſolamente qualch'altra franchigia determinata riſpetto al vino, allegando eſempii ſimili in diuerſe Communità del Regno.*

Che perciò ſi è proibito a Molinari il macinare a perſona alcuna, etiamdio Eccleſiaſtica ſenza il bollettino del deputato ſecolare, e la gabella del vino ſi eſigge da qualſiuoglia compratore.

Il medemo Veſcouo dice d'hauer ordinato, che non s'innoui coſa alcuna ſopra gl' Eccleſiaſtici, in fin tanto, che queſta Sagra Congregatione non hauerà deciſo quello, che dourà farſi, acciòche non s'incorra nelle cenſure, ma che il publico penſa di poter farlo con la ſola autorità ſecolare, hauendone ottenuto il Regio aſſenſo, il quale ſi crede, che ſia con la clauſola, ſaluis Eccleſiaſticis.

Dall'iſteſſo Veſcouo però ſi propongono cinque dubij ſeguenti, ſupplicando la Sagra Coogregatione a riſoluerli:

Primo. Se i ſecolari sẽza leſione dell'immunità per macinare debbano chiedere, e riceuere il bollettino dal Deputato ſecolare, ò pure ſe il Veſcouo per ouuiare al'e fraudi degl' Eccleſiaſtici, debba deputar perſona, la quale noti quello, che eſſi vanno macinando?

Secondo. Hauendo il Veſcouo proibito agl' Eccleſiaſtici il chiedere, ò pigliar dal deputato ſecolare l'accennato bollettino, andandoui quelli a chiederlo, ò a pigliarlo, conforme effettiuamente vi vanno, ſi debbano punire?

Terzo. Se la taſſa di 24. *e di* 12. *tomola di franchigia per li Sacerdoti, e Clerici reſpettiuamente s'approui dall' EE. VV. per tutti gl' Eccleſiaſtici indifferentemente, così per poueri, come per ricchi, che tengono groſſa famiglia in ſeruitio de' loro poderi, & animali?*

Quarto. Riſpetto alla gabella del vino, & taſſa di franchigia ſia veramente tolerabile per gl' Eccleſiaſtici, che lo comprano?

Quinto. Se ſia tolerabile, che per l'iſteſſa indiuidua vendita di vino, di grano. ò d'altro raccolto ne' poderi degl' Eccleſiaſtici, poſſano i ſecolari compratori eſſer' aſtretti a pagar la gabella col ſolo titolo d'hauer comprato, ch'è attione non ſeparata dalla vendita degl' Eccleſiaſtici, vedendoſi manifeſto, che perciò vengono conſeguentemente aſtretti gl' Eccleſiaſtici a vender quel meno del giuſto prezzo, che aſſorbiſce la gabella?

Soggiunge finalmente, che ſono ormai 25. *anni, che il publico di quella Città con preteſto di creſcer l'affitto del Macello à beneficio dell' Vniuerſità, venne ancora creſciuto il prezzo della carne, & il Veſcouo di quel tempo fè vn decreto Sinodale, dichiarando che perciò ſ'incorreua nelle cenſure di violata libertà, mentre gl' Eccleſiaſtici non ſi eſimenano, ma ſeguitandoſi fin' ora ſenz' altra contradittione in queſt' abuſo, ogni Eccleſiaſtico ne' viene grauato. E ciò non baſtaado, ſi fà penſiero di gettare vn' altra gabella*

Digitized by Google

bella sù la carne, e dare vna picciola franchigia agl'Eccleſiaſtici, i quali non venendo a qualche concordia con approuatione Apoſtolica, ſaranno aſtretti ad aprir Forno, Macello, e Pizzicaria, e Magazeno di vino per loro ſeruitio.

Sacra Congregatio ſub die 26. Februarij 1662, ad hęc omnia generaliter reſpondit: *Epiſcopus procedat ad cenſuras, & certioret.*

Deindè ſub die 16. Ian. 1663. ſigillatim ad ſingula dubia ità reſpondit:

Ad 1. *Non teneantur recipere bollettinum à laicis, & Epiſcopus oretenus deputet miniſtrum ſæcularem, & ſi inconueniens ſuccedat, certioret,*

Ad 2. V*t ſuprà prouiſum.*

Ad 3. *Seruetur ſolitum, quod in alijs Diœceſibus Regni.*

Ad 4. *Vt ad proximum.*

Ad 5. *Dentur decreta.*

Ad 6. *Negatiuè, ſed procedat Epiſcopus, & curet, vt Clerici habeant franchitiam.*

Porrò, cum Eccleſiaſtici gaudere debeant omnimoda immunitate à gabellis, impoſitis à Communitatibus, tam prò bonis proprijs, quæ introducuntur, vel educuntur a Ciuitate, quam etiam prò bonis venalibus, quæ emere coguntur ad ſuum victum, difficileque ſit, ac penè dixerim impoſſibilè, vt detrahi poſſit gabella ex quotidiana, & minuta immunitate bonorum; ideò propono temperamentum traditum ab Azorio, quod ſequitur Rot. coram Coccino *dec.* 159. *num.* 18. *& ſeq. par.* 7. *recen.* dicente, onus gabellæ reficiendum Eccleſiaſticis in fine cuiuslibet anni pecuniaria compenſatione, ità tamen, vt corruat conſenſus Cleri, ac præcedat beneplacitum Apoſtolicum, & quod ſi oriatur aliqua controuerſia ſuper quantitate ipſius deductionis, terminari debeat iuramento Eccleſiaſticorum coram Iudice Eccleſiaſtico præſtando. Quod etiam amplexum fuit eadem Sacra Rota in *Cæſaraugustana exemptionis* coram Corrado *§. verum*. Hoc enim modo immunitas Eccleſiaſtica nullatenus læditur, ſed potius facillimus redditur immunitatis vſus, ac fruitio, fauetque ratio, quod in ijs, quæ pręcisè, vt par eſt, pręſtari nequeunt, ęquipollens ſatisfactio admittatur. Hicque modus obſeruatur, non ſolum in illis Ciuitatibus, quos recenſet Azor. ſuprallegatus. Sed etiam in Ciuitate Senarum, in qua ex Breui Pij II. Eccleſiaſtici ſoluunt ad portas Ciuitatis gabellas, & poſt certum tempus illas recuperant, iuxtà taxam concordatam. [Idem ſeruatur religioſiſſimè in Hiſpanijs, à Miniſtris illius Regiæ Maieſtatis Catholicæ, vt mihi retulit perſona fide digna.]

1 *De Clerico Coniugato delinquente à Curia ſæculari comprehenſo, ac reſumente habitum Clericalem poſt nouum delictum, & à Curia Eccleſiaſtica vendicato. Vbi.*

2 *An cogi poſſit ab Epiſcopo ad ſuſcipiendos Sacros Ordines?*

De Clerico libero alias diſceptati, nunc aliqua de Clerico Coniugato, & aliqua iterum de Clerico libero? tom. 9. Conſult. 21.

AD 1. Tenendum eſt tanquam certum, Bullas Clericatus probari ex ijs, quæ alibi adduxi. Et quod ad reaſſumptionem habitus Clericalis, etiam ſi intentio reſumentis ſit ſe ſubtrahere à iuriſdictione laica: quia tamen in hoc vtitur iure ſuo, ideòque nemini facit iniuriam, cum ſit in ipſius poteſtate ſe ſubtrahere ad libitum quandò vult, ac proindè non debet priuari priuilegio, quod ſecum affert ſtatus aſſumptus. Peri. *conſ.* 5. *crim. num.* 1. Ac etiam ſi in fraudem id fecerit, adhuc non poteſt Reus iudicari à Iudice laico, ſed ſolum ab Eccleſiaſtico, vt contrà nonnullos tradit Io: Andr. in *cap.* 1. *de oblig. ad ratioc.* vbi alij. Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap* 9. *num* 60. teſtans de communi: Quia cum priuilegium ſit conceſſum ſtatui Clericali, habet locum in quacumque perſona, quę quocumque modo acquirat talem ſtatum: quia reſpicitur ſtatus ipſe, non autem modus, & intentio, quibus aſſumitur.

Ad 2. Cum Sacræ Congregationi Epiſc. hunc libellum ſupplicem porriggeret Ioannes Migliaccius humiliter narrans: *Come da* 20. *anni fù initiato alla prima tonſura, e aſcritto al ſeruitio della Chieſa, e poi preſa moglie vnica, e Vergine, ottenne decreto dal Veſcouo di godere i priuilegij de' Chierici Coniugati, e continuò l'habito, e tonſura, e ſeruitio in Diuinis, e doppo la morte della moglie hà continuato da Chierico celibe, ora il Veſcouo di Ierace ſuo Ordinario pretende di non farli godere il Clericato, ſe non aſcende a gl'Ordini Sagri; Supplica di ordinare al detto Veſcouo, che lo tratti da Chierico, e gli facci godere gli priuilegij Clericali.*

Sacra, &c. *Eminentiſſimo Pallotta referente, & Epiſcopo Hieracenſi audito, cenſuit, Oratori licere, nec ei denegandum permanere in ſtatu Clericali abſque eo, quod ad maiores Ordines aſcendat, & Clericorum priuilegijs gaudere. Romæ* 24. *Mar.* 1645.

Eidem Epiſcopo datæ poſteà fuerunt ab eadem Sacra Congregatione ſub die 10. Maij 1661. litteræ ſequentis tenoris:

Illuſtre, & molto Reuerendo Signore come Fratello Monſignor Veſcouo di Gierace. *Informarà V. S. ſopra l'eſpoſto nell'accluſo memoriale del Chierico Giouanni Migliaccio, & in tutto lo defenderà con le ſue facoltà ordinarie; Sicome ſarà di raggione, dalle moleſtie, che aſſeriſce patire, e priego a V. S. ogni bene.*

1 *An, & quatenus occidens, vel mutilans in Eccleſia, etiam ex aliquo temporis interuallo, gaudeat eius immunitate?*

2 *Et an mandans homicidium, vel mutilationem in Eccleſia gaudeat Eccleſiaſtica Immunitate?*

3 *Quidnè ſi in vna Eccleſia occidat, vel mutilet, & in aliam Eccleſiam ſe recipiat?* tom 9. Conſult. 23.

ſult.23. & tom.2. Conſult.67.

Et quoad aſſaſſinium? Vide tom. 2. Conſult.68. ac hoc eodem tom.9.Conſul.43.

AD 1. Præter ea, quæ dicta ſunt in d.tom.2. alia ſubiungimus. Et affirmatiuam ratam habemus, tum ex Authoribus, & declarationibus Sac. Congreg. eo loco relatis, tum ex Remig.de Gonn. *de Imm.reg.1.fall.2. num.4.* Barboſ. *in collect.ad cap.fin.de Immun.Eccleſ. num.3.* Ægid.*conſ.13.in princ.* vbi requirit, vt Reus Eccleſiaſtica immunitate priuetur, quod delictum in Eccleſia fuerit commiſſum ſub ſpe immunitatis conſequendæ, Clar. *§.immunitas verſ.17.* Guazzin.*defenſ.1.cap.38.num.14.*& alij.

Primò: quia illi ſunt excluſi ab immunitate, qui occidunt, vel mutilant in Eccleſia, vel Cœmeterio cum animo gaudendi immunitate. Ergò ſi non animo gaudendi immunitate occidant, vel mutilent, gaudebunt. Gambacur. *lib.5. de immun.cap.17.num.20.* Non enim ſatis eſt, homicidium, vel mutilationem eſſe culpabilem, vt priuet immunitate, ſed etiam neceſsè eſt coniunctā aliquam temeritatem, ſiuè præſumptionem adeſſe; Quod indicant verba illa tex. *in cap.inter alia de immun.Eccleſ.homicidia,& mutilationes in Eccleſia committere non verſentur.* Quod videntur excuſare,qui repentino iræ motu, vel culpabili facto occidunt, vel mutilant in Eccleſia. Quoniam motus ille iræ excuſat nè priuentur immunitate; Vndè Remig. de Gon. *loc.cit.fall.3.num.3.* ait,quod ſi ex propoſito aliàs non deliquiſſet, niſi intuitu Eccleſiæ, non gaudebit. Sed ſi conſtat, quod aliàs erat commiſſurus delictum, gaudebit: Quia non videtur occidiſſe, vel mutilaſſe cum animo gaudendi.

Probabilis ſententia eſt, quod ſi quis occidit, vel mutilat in vna Eccleſia, & confugiat ad aliam, gaudeat immunitate. Tum quia minor poteſt vti ſuo priuilegio minoritatis contrà alium minorem, *leg.in cauſa*, ibique Doctores, *ff. de minorib.* Ergò etiam vna Eccleſia poterit vti ſuo priuilegio immunitatis contrà aliam Eccleſiam. Tum quia alia Eccleſia, ad quam Reus confugit, nulla ab eo affecta eſt irreuerentia,& iniuria. Ergò nulla ſubeſt cauſa cur eum nequeat defendere. Tum quia in hac alia Eccleſia, ad quam Reus confugit, ceſſant omnes rationes *cap.fin.de immun.Eccleſ. & Conſtit. Gregorianæ*, quia non implorat auxilium illius Eccleſiæ, in qua deliquit, neque in illius legeos immunitatis deliquiſſe, neque puniri in ea, in quo deliquit. Ex quibus Sac. Congreg. Imm. ſæpiùs declarauit, reſtitutionem extracti eſſe faciendam illi Eccleſiæ, à qua extractus fuit, non autem alijs Eccleſijs: quia illa particularis Eccleſia, quæ fuit offeſa, habet interdictum de libero homine exhibendo, cui ſpeciatim fuit facta offenſio, Declarationem refert Dian. *par.6 tract.1. reſol.2.* Aliam declarationem refert Donat. *de Aſyl.reſol,119. de confugio ad aliam Eccleſiam.* At verò, licet hæc ſententia aliquandò fuerit probabilis, hodie tamen re maturius examinata, contrarium tenendum eſt, iuxtà ea, quæ alibi dixi.

At verò, etſi quæ hactenus à me dicta ſunt, probabiliori nitantur opinioni, nihilominus, vt certa omninò reddantur, placuit ea temperare hiſce reſtrictionibus, dummodò ſcilicet homicidium, vel mutilatio non ſit in Eccleſia commiſſum ſub ſpe immunitatis præmeditatè, ſiuè animo deliberato, & ex propoſito, & conſilio, voluntariè, ſcienter, prudenterque, ſed tantum inconſultò, ex ſubita ira, in pura rixa, per accidens ſuborta, vel calore iracundiæ, & maximè prouocatus, ob ſui defenſionem, cum moderatione inculpatæ tutelæ, non ex temporis interuallo, ſed momento, ſiuè nulla temporis mora.

Quia in hoc caſu homicidium, vel mutilatio non eſt voluntarium, ne quidem in cauſa; Vt enim aliquid ſit voluntarium in cauſa, requiritur, quod ſit volita cauſa, tanquam cauſa illius; atque adeò cum ordine ad effectum. Cauſa autem per accidens: quia non eſt vera cauſa, non habet hunc ordinem. Et ideò eò ipſo, quod eſt volita,nō eſt volita propter effectum.

Reliqua vide non ſolum hic, ſed etiam in *cit.to.2.*

An, & quatenus Clericus vulneratus à laico, poſſit à Iudice laico examinari, & fieri recognitio corporis delicti abſque incurſu Cenſurarum. Poſſitque Iudex laicus à Clerico doceri, ac inquirere contrà laicum offenſorem dicti Clerici? Et quid de examine Clerici ad perpetuam rei memoriam excepto à Notario laico coram Iudice laico? tom.9.Conſult.23.

ET ſanè poteſt Iudex laicus adire Clericum vulneratum ad eliciendam veritatem, & excipiendam ab ipſo poſtulationem contrà laicum vulnerantem: Nā id non reperitur prohibitum; imò de iure permiſſum eſt Iudici laico excipere, & Clerico exhibere poſtulata, etiam in caſu, quo ſit imponenda pœna vltimi ſupplicij, præmiſſa tamen proteſtatione per Clericum,quod ad illam agere non intendit. Clar. *q.14. n.3.* vbi, quod hęc ſit praxis, & vidit ſæpiſſimè ſeruari,& proſequitur Farinac. *quæſt.12. num.2.de homic,*

Atque adeò poteſt recognoſcere vulnera, cum nihil aliud ſit recognoſcere vulnera, quam inſignia delicti, quæ Iudex laicus à Clerico exquirere, & habere poteſt, *idem tex.*

Hæc tamen aſſertio limitanda eſt. Primò, vt Iudex laicus preueniat in cauſā. Secundò, vt Clericus vulneratus non ſit translatus ad Hoſpitale,vel alium locum ſacrum, vel ſi mortuus non ſit delatus ad Eccleſiam. Tertiò, vt Iudex laicus non examinet Clericum authoritatiuè, deferendo ipſi iuramentum, quod in nullo caſu poteſt ei deferre, ſed Epiſcopus. Farinac. *de teſtib.quæſt.75.num.88.*

Quod

Quod ſi laicus examinat Clericum inuitum, præcipuè cum iuramento in criminalibus, incurrit excommunicationem Bullę Cœnę. Chartar. *in pr.interrog.reos lib.1.cap.2. num.12.* Ambroſin.*de immun.cap.17.num 23.* Quare Iudex laicus examinans Clericum ad veritatem indagandam, non incidit in excommunicationem, niſi illum examinet, vti principalem quoad ſe, & vti teſtem quoad alios. Duard.*in Bull.Cœn. can.19. quaſt.vlt.* Bonac. *de cenſur.in pr.diſp.1. quaſt.20.pun.2.num.10.* ac alij.

Iudex igitur laicus in tali caſu abſque violatione iuriſdictionis Eccleſiaſticę poteſt doceri, & cognitionem à Clerico accipere contrà dictum laicum: Quia cum poſſit Clericus conuenire laicum coram Iudice laico, tanquam ſequens forum rei, poteſt etiam Iudex proſequi cauſam, & proindè poteſt ea omnia exercere, ſine quibus cauſam proſequi non poſſet, iuxtà *l.cui iuriſdictio ff de iuriſd.omn.iud.*

Quatenus verò ex dictis, adhuc reſtaret aliquod dubium, cenſerem, huiuſmodi Iudicem laicum abſoluendum eſſe ad cautelam.

De examine verò ad perpetuam rei memoriam facto à Clerico, & excepto à Notario laico coram Iudice laico, ſi examen huiuſmodi factum fuerit iudicialiter, cum interrogatorijs, & iuramento ab ipſo Iudice ſęculari, vel eius Notario, tanquam ſuperiori, exhibito eiſdem Clericis, in hoc caſu certum eſt incurriſſe omnes in cenſuras: Nam Iudex, vel Notarius ſęcularis interrogando, & exhibendo iudicialiter iuramentum Eccleſiaſticis, vſurpat iuriſdictionem Eccleſiaſticam; atque adeò committit in Sacros Canones. Secus autem ſi abſq; interrogatorijs, & abſque iuramento; Quare legendum erit in his caſibus examen. Quod ſi adhuc ſupereſſet dubium: an in huiuſmodi examine vſurpata fuerit aliqua iuriſdictio Eccleſiaſtica, etſi ſub initio examinis diceretur: *Coram D. Gubernatore. Prò Clerico N. contrà quoſcumque examinatus fuit in Palatio Curiæ ſecularis pro me ad perpetuam rei memoriam N. & N.Clericus &c.* In hoc, & huiuſmodi caſu abſoluendi ſunt omnes, tam ipſe Gubernator, & Notarius quam ipſi Clerici ad cautelam. Vt cenſuit Sac.Cong. Immun.in *Portuenſi* 21. Auguſti 1663. de quo & nos alibi.

Quod ſi docuerint, ſuiſſe abſolutos occaſione Inbileı, etiam in hoc caſu requiritur remiſſio partis, & ea obtenta fuerit, abſolutio non ſuffragatur, & ideò refigendi ſunt Cedulones.

An, & quatenus Legati, ac Nuncij Sedis Apoſtolicæ poſſint damnare ad pœnam capitalem eos laicos, qui gaudent fori priuilegio, vti ſunt Subſtituti Fiſcalis Epiſcopi, filij Cancellarij Curiæ Epiſcopalis, & huiuſmodi alij, ab Epiſcopo ad pœnam triremium iam damnatos? Vbi de ſclopi exploſione abſque vulnere, & quid ſi amoris cauſa ob zelotypiam diſploſus fuerit à minore? tom.9.Conſult.24.

Cenſeo, non poſſe, ſed cauſæ cognitionem ſpectare ad Curiam Epiſcopalem, cuius forum huiuſmodi laici ſortiuntur, vt de filio Cancellarij eiuſdem Curiæ declarauit Sac. Cong.Immun.in hæc verba: *Die 14. Septemb. 1655. Sacra &c. cenſuit, Ioſephum Pellegrinum Marianum filium Iulii Cæſaris Cancellarii Curiæ Epiſcopalis Cæſenatenſis gaudere debere priuilegio fori, nec propterea Gubernatorem contrà cum procedere poſſe.*

Et de Subſtituto fiſcali pariter declarauit eadem Sac. Cong. in *Parmenſi* apud Ciarlin.*controu. 187.num. 27.lib.1.* Ac proindè Curia Legatorum ſine iuriſdictione procederet, obſtante Sac.Conc.Trid.*ſeſſ.24. cap.20.verſ. Legati quoq; de refor.* cuius decreto nè ipſi quidem cognitionem huiuſmodi Cauſarum ad ſe auocare poſſunt.

E contrà verò iniuſta erit Legatorum, aut Nunciorum ſententia damnans reum ad pœnam capitalem, ac bonorum publicationem, quæ nullo iure, neque edictis generalibus legitur impoſita prò exploſione ſclopi mediocris, vulgò *Terzarolo* ſine vulnere. Non enim ſequuto effectu, punitur affectus, neque voluntas delinquentis, niſi in caſibus expreſſis. *l. qui falſam ff. ad l.Cornel.de falſ.*

Præcipuè ſi Legati, aut Nuncij procedant tanquam Iudices Eccleſiaſtici, ac in foro Eccleſiaſtico. in quo caſu non poſſunt ad pœnam capitalem damnare, vt in Can. *ſæpè Principes 23.quaſt.* 8. & cap. *ex litteris* 10. ibique Gloſ. *v.corporalem, & v. cedat de exceſ. Prel.* Sed requiritur licentia Sum.Pont. cum ſola Ordinaria Legatorum non ſufficiat. Vermigl.*conſ.312. num.17.* Et liquet ex ſequentibus litteris Sac. Conſultationis.

Al Veſcouo di Ceſena: *Eſſendoſi hauuto auuiſo, che vn famigliare di V.S. ſia ſtato catturato con vn mazzogatto, ò piſtola carta, e ſtilletto, armi prohibite ſotto grauiſſime pene nelle Bolle de' Sommi Pontefici. Noſtro Signore, a cui è ſtata data parte di ciò, hà ordinato, che ſe le dica, che ella in queſta cauſa deputi il Luogotenente Criminale dell' Eminentiſſimo Signor Cardinal Legato, per eſſeguir poi quello, che di vantaggio ſarà dalla Santità Sua comandato. Contentiſi d'eſſeguire in tal forma la mente di Sua Beatitudine, e le deſidero ſalute. Roma 20. Febraro 1641.*

Atque ex litteris Sac.Congregationis ſuper Epiſc. ſcriptis Eminentiſſimo Cardinali Honodeo Legato Vrbinati: *Nella cauſa degl homicidij commeſſi dalla Chieſa Parochiale di S. Donato Dioceſe di Montefalco, incominciata da quel Veſcouo, per eſſerci complicità di perſone Eccleſiaſtiche, e poi auocata dall' Eminentiſſimo Pio anteceſſore di V.E. come delitto atroce con participatione della Sagra Congregatione, e con preſeruare al medemo Veſcouo l'applicatione delle confiſcationi, che quì poteſſero eſſere. Queſti Eminentiſſimi miei Signori per togliere ogni controuerſia ſopra la facoltà de' Legati in ſimili occaſioni nelle prime inſtanze, e ſe il*

reo poſſa punirſi in tal caſo con le pene del foro ſecolare, mi hanno comandato per ordine di Noſtro Signore di ſcrivere a V.E. che ſtante la gravità del delitto, potrà procedere ex integro, con fabricare nuovo proceſſo, e venire alla ſentenza, come ſe la detta cauſa foſſe ſtata cominciata immediatamente nel Tribunale della Legatione, communicandole Sua Beatitudine a tal'effetto la facoltà neceſſaria, & opportuna, con queſto però, che portando la ſentenza pena alcuna di confiſcatione de' beni, ſi debbano applicare a poveri, & a luoghi pij della detta Diœceſe, come ſe foſſe ſtata cominciata da quel Giudice Eccleſiaſtico. E tanto le ſignifico. Di Roma 11. Settembre 1655.

Hinc Eminentiſſimi Cardinales Franciottus, & Pius, ille Legatus Romandiolæ, hic Vrbini noluerunt ſuis Locumtenentibus criminalibus huiuſmodi condemnationes capitales permittere, ſed ſpecialem licentiam Pontificis deſiderarunt. Quatenus verò indulta Legatorum hanc facultatem continerent; id tamen eſt intelligendum, ſi delictum pœnam capitalem promereatur. Vermigl. *conſ.* 118. *n.* 7. *& ſeq.*

Neque ſententia Legati ſuſtinetur, quod huiuſmodi exempti deferunt arma prohibita: Quia tanquam Officiales Curiæ Epiſcopalis, non incidunt in pœnas à Principe laico in arma prohibita deferentes impoſitas, vt in ſpecie Officialis Epiſcopi firmat Menoch. *lib.* 2. *cent.* 4. *conſ.* 394. *num.* 65. & nos alibi, & ex generali conſuetudine Tribunalium intelligitur pœna capitalis prò delatione ſclopuli, vulgo *Archibugetto*. Guazzin. *de confiſc. bon. concl.* 13. *ampl.* 68. *num.* 7. *& def.* 29. *num.* 3. *cap.* 2. Cabal. *reſol. crim. de omn. gen. homic. num.* 505. Præcipuè ſi non fuerit probatum ſclopum mediocrè tuiſſe adaptatum ad homicidium patrandum, alioquin corpus delicti prohibitæ illius delationis, non comprobatur, *arg. l. rei* §. *opere ff. de verb. ſignif.* Ricc. *dec.* 93. *num.* 1. *par.* 1. Sique illum exploſerit ex zelotypia, quæ eſt animi ęgritudo, quod alter quoque potiatur re illa, quam ipſe concupiſcat. Impetus enim ſuos valdè animi oculos perſtringentes habet etiam amor, ſiuè is bonus ſit, ſiuè malus, cogitque quodammodò mentem ea facere, quæ alioquin quis non eſſet admiſſurus. Ac proindè ſi ex ipſo impetu amoris ſubitò quid commiſſum eſt, temperanda eſt pęna *l. verum* 4. *ff. de furt. l.* 2. *ff. de recep. l.* 4. §. *fin. de re mil. l.* 3. §. *ſi enim ff. de lib. hom. exib.*

Me tamen vrit amor, quis enim modus adſit amori?

Virg. Eclog. 2. latè Farinac. *in pr. de delict. carn. quaſt.* 142. *num.* 170.

De qua re vide tuſè tom. 4. Conſult. 115.

Sitque ſclopi diſploſor minor ætatis, quæ illum facit miſeratione dignum, vt conſtituitur in *l. ferè* 99. *ff. de reg. iur.* ibi: *ferè in omnibus pœnalibus iudicijs & ætati, & imprudentiæ ſuccurritur, & in l. aut facta* §. *perſona ff. de pœnis* his verbis: *In huius rei conſideratione ætatis ratio habetur*; Vndè licet in aliquo caſu eſſet locus pęnę capitali; ob minorem tamen ętatem, eſt temperanda per tex. in *l. ſi adulterium cum inceſtu* §. *fratres ff. ad l. Iul. de adult. Ætas excuſationem meretur* Idemque habet ius Canonicum *in cap.* 1. *&* 2. *de delict. puerorum.*

Et quidem diſtinguere debet Iudex perſonam infantis ab Adulto. Infantes omninò doli incapaces delinquentes ob conſilij infirmitatem abſoluit, vt & furioſos, *l. infans ff. ad l. Cornel. de Sicar. can. illud relatum* 25. *quæſt.* 1. *l. illud ff. de minor.* Si aliquo modo capaces ſint doli, non omninò excuſat, nec malorum morum infirmitas animi defendit, *l.* 1. *&* 2. *C. ſi aduerſus delict. l. ſi quis C. ad Cornel. de Sicar.* Sic malitia ſupplet illis ætatem *l.* 3. *C. ſi minor ſe maior. dix. Cap. de illis ſponſal. impub.* Mitius tamen cum iſtis agitur, quam cum Senioribus. *d. cap.* 2. *de delict. puer.*

1 *An Coloni Clericorum ligentur edictis Principum de non extrahendo res à Principatu, vel Regno, & extrahi impedientes incidant in Cenſuras Eccleſiaſticas, atque adeò declarari poſſint excommunicati?*

2 *An animalia Clericorum detineri poſſint per Iudicem laicum prò damno dato, donec illud extraiudicialiter taxatum, reficiatur domino prædij, cui damnum illatum fuit?*

3 *Anne Affictuarius bonorum Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum teneatur ad vectigal, ſiuè pedagium, & guidagium prò fructibus, quos à dictis bonis colligit, ac vendit?* tomo 9. Conſult. 24.

AD 1. Certum eſt, quod Principes condere poſſint huiuſmodi edicta ad bonum publicum, quæ licet non obligent Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, vt tradunt innumeri, quos cumulat Carol. de Graſs *effec. Cler.* 2. ac Dian. *de Immun. Eccleſ. reſol.* 68. & nos alibi; ligant tamen Colonos, & alios Inquilinos, qui conducunt bona Eccleſiaſticarum perſonarũ, vt probat Salicet. *in auth. caſſa C. de Epiſc. & Cler.* & ex cap. *non minus* Card. & Anchar. *de Immunit. Eccleſ.* alijque, ac Menoch. *de arbitr. caſ.* 562. *num.* 36. *ac ſeqq.* vbi adducit 26. Doctores prò hac opinione, ac teſtatur de veriori, & magis recepta. Rationem adduco: quia ſicut Coloni Eccleſiaſticorum tenentur ſoluere vectigal ex fructibus collectis, ſi eos vendant, aut tranſferant de loco ad locum, vt alienent; quia tunc ſunt bona laicorum, & non pertinent nè quidem indirectè, ſed valdè remotè ad Eccleſiaſticos, vt docet Filiuc. *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 11. *num.* 212. Molin. *tom.* 3. *de iuſt. diſp.* 663. *nu.* 5. & alij, ità quoque ligantur edicto, nè illos transferant extra Principatum, aut Regnum.

Maximè autem, ſi huiuſmodi edicta non prohibeant abſolutè extractionem, ſed ſine licentia tantum, idque vt euitentur fraudes, ſicque fuerit ab Eccleſiaſticis obſeruatum. Navar. in

man,

man. cap.17. num.201. Menoch. *conſ.800.n.39. ac ſeq. vol.8.* & alij.

Ideoque nulla cauſa in hac re excommunicationis digna conſiderari poteſt, ſine qua non poteſt Epiſcopus contra aliquem procedere ad fulminationem excommunicationis, cum id expreſsè prohibeatur ab Innoc.III. in cap. *Sacro de ſent.excom.* & in *cap.1. eodem tit.in 6.*

Ad 2. Affirmat Gutier. *lib.1. pr. quæſt.4. ex n.2.* Carleual. *de iudic. tom 1. lib.1. diſp.2. num.155. cum ſeqq.* poſt omnes DD. Hiſpanos, & hanc opinionem communiter ſequuntur. Luc. de Penn. *in l. Iubemus C. de muner. non excuſ. lib.10.* Acac. Anton. de Ripol. *var.reſol cap.1. à n.20.* & alij, ac de Luca *de iuriſd. diſc.66. n.8.* eſſeque vſu receptum in Regno Neapolitano teſtatur de Marin. *lib.1. cap.220. num.11.* ac ferè per totum Orbem Terrarum, de Luca *eodem diſcurſu 66. & in Sum. Miſcell. Eccleſ. num.47. tom.16. par.4.*

Probatur, tum quia taxatio damni, & retentio non fit per modum iuriſdictionis, ſed ſimplicis detentionis inſtar illius retentionis, quæ datur Domino domus conductæ de bonis inuectis, ac illatis, nè alias manibus vacuis cogatur prædiorum Dominus coram Iudice Eccleſiaſtico Clericum conuenire, quod eſſet valdè durum. Delben. & de Luca *loc.cit.*

Tum quia talis actio dirigitur contrà Cuſtodes laicos, & agitur prò ſola refectione damni, non autem pro pœna ſtatuta, vltrà damnum datum. At cu mi lector adi *Conſultationem noſtram 112. tom.4.*

Ad 3. Negatiuè per tex in cap. *non minus, & cap. aduerſus de Immun.Eccleſ. cap.1. & 3. eodem tit. in 6. cap. quanquam de cenſib. eodem Clem.vn. de Immun. Eccleſ.* Et vide, quæ alibi de huiuſmodi Affictuarijs diſſeruimus.

1 *An, & quatenus famulus laicus, qui de mandato Clerici ſui Domini damnum dediſſe in iudicio ſæculari aſſeruit, expediendus ſit? Et quomodò ipſe Clericus nominatus?*

2 *Et quid de Clerico venditore, qui de euictione tenetur, ſi in iudicio laicali ſit laudatus ab emptore ad defendendum rem venditam?*

3 *Anne, & quatenus Clericus denunciare, ac poſtulare poſſit de damno ſibi dato apud Iudicem ſæcularem?* tom.9. Conſult.26.

AD 1. Tenendum ità eſt. Quamuis laicus in ſuo conſtituto, ad ſe eximendum, alleſat, damnum dediſſe de mandato Clerici eius Domini, & proptereà tanquam factor, non ſolum eſt excuſandus, vt per Clar. *in princ. crim. lib.5. § fin. quæſt.60. num.15.* vel propter nominationem auctoris contrà ipſum amplius non debet procedi, vt per Marant. in *ſuo ſpecul. aur. par.6. memb.6.num.1.* Nihilominus tamen hæc locum habent, ſi Clericus nominationi aſſentiat, & comparendo in iudicio fateatur, damnum datum fuiſſe de ſuo mandato & litem in ſe ſuſcipiat, vt declarant DD. relati à Magonio *deciſ. Flor.150. num.29.* Quod ſi fiat, & Clericus doceat de Clericatu, poterit forum declinare. Sperell. *dec.24.* & nos infrà. Si vero Clericus auctor nominatus non compareat ad defendendum laicum, cenſetur is nominationem feciſſe per calumniam, in quo caſu non facit ſilere iudicium ſæculare. Scappucc. *de ſalu. lib.1. quæſt.24.* & ipſe delinquens, non obſtante ſuppoſito mandato, eſt condemnandus. Bald. *conſ.44. lib.3.* ac Sperell. *loc.cit. n.29.* & alij.

Ad 2. Licet regulariter Clericus, ſi conueniatur prò euictione rei, quam ipſe vendidit, conueniri debeat coram Iudice Eccleſiaſtico; ſi tamen lis mota fuerit contrà laicum, qui rem à Clerico emit, & Clericus velit aſſiſtere defenſioni emptoris, adire tunc debeat Clericus Iudicem laicum: Quia tunc agitur contra laicum non contrà Clericum. Quod ſi hoc in caſu Clericus iudicio aſſiſtit, ſeu nomine emptoris, ac prò defenſione emptoris. Tambur. *de iur. Abbat. tom.1. diſp.15. quæſt.19. num.26.* Molin. *de iuſt. & iur. tomo 2. tract. 2. diſp.380. num.55.* & alij.

Secus autem dicimus, ſi Clericus ad id præſtandum coram Iudice laico interpelletur iuridicè ab emptore: Quia in hoc caſu, cum citetur à Iudice laico ad defenſionem cauſæ, & vocetur, vt illam defendat, prætextu, quod teneatur de euictione, non voluntariè, ſed coactè Iudicem laicum adit. Quod eſt contrà immunitatem, & exemptionem Eccleſiaſticam. Non autem ità, ſi id faciat ex ſe volens aſſiſtere defenſioni emptoris, vel ſi Clericus venditor canonicè coram Iudice Eccleſiaſtico denunciatus, de eius licentia velit defendere emptorem coram Iudice laico. Gramm. *dec.21,* Menoch. *de iuriſdict. par.4. cent.5. caſ.35. num.21.* & alij.

Ad 3. Hoc extat decretum Sacræ Congregationis Epiſc. in *Cauſa Ciuitatis Caſtelli* ſub die 14. Aprilis 1625.

I Chierici non ſono impediti di denuntiare, ò querelare ciuilmente nell'Officio di danno dato per li danni delle loro poſſeſſioni, ma il giuramento ſi faccia nel Tribunale Eccleſiaſtico.

Reliqua vide, quæ ſæpè diximus alibi de damnis datis.

Quomodò ab Epiſcopo ſit vindicandus Clericus à lictoribus Curiæ ſecularis comprehenſus in flagranti crimine in habitu laicali, qui illum tradiderunt Curiæ ſeculari, in qua erat inquiſitus?

Quid ſi cenſura non fuit lata ab Aſſeſſore Vicarij Epiſcopi, ſed ab ipſo Vicario?

tom.9. Conſul.27.

CErtum eſt, quod in hoc caſu poteſt Clericus à lictoribus Curiæ laicalis comprehendi, tanquam repertus cum armis in flegranti crimine, & in habitu ſeculari. Gloſ. *in cap. ſi Iu-*

dex

Digitized by Google

dex laicus de ſent. excom. in 6. his verbis: *Nota primò, quod Iudex ſæcularis ſine metu excommunicationis poteſt capere Clericum in delicto comprehenſum.* Couar. *pr. quæſt.* 33. Farinac. *quæſt.* 8. *n.* 36. ac cæteri communiter, & nos alibi.

Quod verò ad Iudicem laicum, & Miniſtros, concluſio eſt, quod vbi comprehenſus non eſt in poſſeſſione Clericatus, neque prò Clerico eſt communiter habitus, nequit Iudex Eccleſiaſticus in Iudicem laicum, qui Clericum retinet, litteris inhibitorijs, ſiue remedio Cenſurarum vti, niſi, præuia cauſæ cognitione, ſufficienter ei liqueat, illum eſſe Clericum, & eas omnes qualitates habere, quæ à iure, & Canonicis Sanctionibus requiruntur, vt diſponitur in *cap. ſi Iudex in princ. verſ. Iudice illum de ſent. excom. in 6.* Bart. & Bald. *in l. ſi qua per calumniam C. de Epiſc. & Cler.* Cepoll. *conſ.* 11. *col.* 2. *& ſeqq.* & alij; Vndè ſi proferetur ſententia excommunicationis, non docto prius de Clericatu, & alijs requiſitis, ſententia eſſet iniuſta: Quia interim, donec de Clericatu conſtet, Clericus comprehenſus debet permanere in eiſdē carceribus, in quibus reperitur. Tex. in *d. cap. ſi Iudex verſ. non ſic autem.* Anchar. *conſ.* 234. Decian. *in pr lib.* 4. *cap.* 12. *num* 5. Quare, ſi hoc interim ſpatio Iudex laicus non incidit in crimen, ſed detinendo Clericum in habitu laicali repertum, vtitur iure ſuo, facitque quod ſuum eſt, meritò puniri non debet.

Neque ſatis eſt, liquere de Clericatu: Nam aliquandò quoad Clericatum non intercedit contentio, ſed de requiſitis, in quorum cognitione citandus eſt Iudex laicus ad tex. *in cap. ſi Iudex laicus de ſent. excom. in 6.* Tabien. *v. iudicare num.* 15. *verſ. ſed debet vocari.* D. Antonin. *par.* 3. *tit.* 9. §. 4 *cap.* 2. & alij.

Verum licet Clericus, ſequuta monitione Ordinarij ſub pœna cenſurarum, qui illum comprehenſum vindicare prætendit, ſit tradendus Curiæ Eccleſiaſticæ, non poſſunt tamen ex contumacia in illum non tradendo, iuſtificari cenſuræ, ſi ante monitorium traditus fuerit Curiæ Regiæ, itàut non amplius ſit in lictorum poteſtate illum tradere Iudici Eccleſiaſtico. De iure enim nulla eſt obligatio impoſſibilium, per *reg. impoſſibilium de reg. iur. in 6.* Et ità ceſſat contumacia, quæ eſt fundamentum cenſurarum. Cap. *venerabilibus* § *porrò de ſent. excom. in 6.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 10. *de iudic.* Felin. in *cap. ad probandum n.* 6. *de re iudic.* & alij.

Præcipuè verò ſi Vicarius, qui promulgauit cenſuras, habeat Aſſeſſorem, ſine cuius ſuffragio in cauſa proceſſit, quo in caſu cenſuræ ſunt nullæ defectu iuriſdictionis, cap. *ſtatutum* §. *aſſeſſorem de reſcrip. in 6.* Vant. *de nullit. ex defect. iuriſd. Ordin. num.* 146. *& ſeqq.* Reſtitutio itaque carcerati, docto prius de Clericatu, ſpectat ad Curiam, ſiue ad Iudicem ſæcularem, qui illum detinet, non autem ad lictores, qui fuerunt ſimplices miniſtri, quibus ſatis eſt, quod non reperiantur doloſi, & culpabiles in actu ipſo comprehenſionis.

An ille, qui in inſidijs poſitus ſecus viam publicam, & in eam exultans, illac prætereuntem adoritur, nudatiſque armis timorem incutit ei, quem facilius prędaretur, & interficeret, vt minabatur, conuerſis in eum armis, dicens: Volo te occidere, *niſi fugiſſet aduentu viatorum, qui eius fratrem latroni ſuccurrentem interfecerunt, cenſendus ſit publicus latro, itàut non gaudeat Immunitate Eccleſiaſtica? Vbi*

De publico latrone, & viarum graſſatore quoad eandem immunitatem vera ſententia.

tomo 9. Conſult. 28.

IN hac re primum diſceptandum eſt quiſnam ſit latro publicus, quis graſſator, & quomodò conſtituantur ad mentem Conſtitutionis Gregorianæ *de Immun. Eccleſ.* Deindè illam definiemus.

Publicus latro is eſt, qui in locis, aut vijs, vel itineribus publicis, vel in mari, aut flumine, cum armis, & violentia, vel per inſidias, palam, vel per vim publicè in domibus priuatorum deprædatur. Auth. *vt nulli Iudic.* §. *fin. verſ. fures autem.* Decian. *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 2. Gomez. *tom.* 3. *var. cap* 10. *in rubr. quandò Reus gaudeat immun. Eccleſ. num.* 2. & alij. Ideòque dicitur latro publicus, tum reſpectu loci publici, in quo deprædatur, tum reſpectu frequentiæ, propter quam omnibus, vt publicè notus prò latrone habetur. Decian. *loc. cit. num.* 2. Hinc non ſolum propter notorietatem iuris, vt ſi in iudicio crimen illud confeſſus, vel propter illud aliquandò damnatus ſit, ſed etiam propter notorietatem facti, vt ſi vel vno ex multis latrocinio publico, vel ex aliquibus ſecretis diffamatus ſit, & publicè latro reputetur, verè aliquis dicitur latro publicus. Contrà verò latro, qui non eſt publicus notorietate iuris, neque notorietate facti, immunitate gaudebit. Baccon. *in* 4. *d.* 13. *art.* 1 Sot. *de iuſt. & iur. lib* 5. *quæſt.* 33 *art.* 3. Sanchez *tom.* 2. *conſil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 14. & Lezana *v. immunitas num.* 8.

Quare, vt quis immunitate Eccleſiaſtica priuetur, conſtare debet, eſſe latronem publicum, neque ſufficit præſumptio, vel dubitatio: quia non præſumptus, ſed verus latro publicus immunitate priuatur. Vt autem id conſtet, debet prius parte citata, fieri informatio, & ſententia declarari, alioquin immunitate non priuatur. Decian. *cit. num.* 2. Farinac. *d. n. cap.* 10. *num.* 155. *& ſeqq.* Ac proindè, vt aliquis ſit publicus latro, non eſt facti, ſed iuris: quia ius ità illum definit; Vndè ſi Reus fateatur multa latrocinia commiſiſſe, fatetur quidem factum, non autem ius, ſcilicet, quod ſit publicus latro. Dicuntur autem latrones, quaſi laterones, vel quod latentes itineribus publicis inſidientur viatoribus; Atque ex his ad quæſtionem propoſitam de Reo, in ea relato, in quo dicta requiſita non comprobantur, bre-

breuiter reſpondeo : quia grata eſt breuitas. Gloſ. *in l. 1. ff. quod metus cauſa*, ac fine obſcuritate. Eadem Gloſ. *in l. 1. ff. ſi certum petatur.* nimirum, gaudere.

De quadam Colonia ſpecie in quibuſdam Italiæ regionibus quoad immunitatem Eccleſiaſticam. An reuera ita ſit? tom. 2. Conſult. 29.

ITà eſſe probatur primò: Quia laici ſupponunt, Colonos Eccleſiæ habere propria animalia, vtenſilia, ſemina, aliaque huiuſmodi ad culturam neceſſaria, nempè propriam maſſaritiam, ſiuè maſſam. Et tamen nemo, vel pauciſſimi Coloni ſunt, qui talia habent propria, ſed domini hæc ferè omnia illis ſuppeditant, reſtituenda in fine locationis. Fuerunt enim ſemper Coloni in tota Italia pauperes. *Rip. in tract. de peſt. tit. de remed. preſeru. contrà peſtem num. 221.*

Secundò ſupponunt laici, terras egere tanta maſſa, quanti valet dimidia pars bonorum, nempè ſi terræ valent octo millia aureis, maſſam eſſe debere aureorum quatuor millia: Alibi verò quanti valet octaua pars bonorum: videlicet ſi bina, ſeù terræ valent octo millia aureis, maſſam requiri aureorum mille. Et tamen hoc vero ſimile non eſt, cum vt plurimum, terræ maſſam habeant, quæ ne quidem ad vigeſimamquintam pretij partem aſcendit. Veriſimilitudo porrò, quam laici allegant, nullis innititur principijs, eſtque falsa opinio, atque error.

Tertiò, Supponunt, Colonos dimidiam fructuum partem ſibi ex ſua iſtiuſmodi maſſa lucrari, deductis prò parte dominicali expenſis, alimentis, literaribus, alijſque ſimilibus, necnon deducta laboris mercede. Et tamen impoſſibile hoc eſt. Cum enim dimidiam integram ſoluant Domino, reliqua dimidia luctum eſſe non poteſt, ſi prædicta deducantur. Ijs ſiquidem deductis, altera ipſa dimidia minuatur, neceſsè eſt, Sed neque in alijs locis poſſunt Coloni octauam fructuum partem ſuperlucrari, deductis deducendis, cum fructus omnes, qui per Dominum Colono remittuntur, vix ad neceſſaria alimenta, & expenſas ſufficiunt, adeò vt nullus ferè inueniatur Colonus, qui pauper non ſit, imò & miſerrimus.

Quartò. Nedum grauantur Coloni, ſed bona Eccleſiaſtica allibrantur, & in Cataſtro deſcribuntur. Et quod peius eſt, fit executio contra præſentem Colonum, ſiuè is idem ſit, qui tempore indictæ collectæ colebat, ſiuè non ſit, nullaque præmiſſa diſcuſſione, an bona, quæ capiuntur, ſint Coloni collectati, an Eccleſiæ Dominæ, vel hypothecata, quaſi agatur de exactione oneris merè realis.

Quintò. Quod dictum eſt de collectis, idem obſeruant quoad Militum hoſpitationem, tranſmittuntur enim Milites in domos Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, quas inhabitant Coloni, ac ſi ex Colonorum eſſent propriæ, prò rata ſcilicet dimidiæ, vel octauæ partis Eccleſiaſticorum bonorum, quæ colunt, ac ſi ipſi eorum eſſent domini. Idemque faciunt circà contributionem, quam æqualentiam vocant, de militarium hoſpitationum expenſis, & circà alia quæcomque realia onera.

Quamobrem onera huic prætenſæ colonicæ portioni indicta, proculdubio in Eccleſiam redundant; cum Coloni neque prætenſam maſſam habeant, neque ex ea prætenſum lucrum percipiant, atque adeò cogatur Eccleſia prò ipſis ſoluere. Tum quia onerum executio fit in illius bonis, ac rebus. Tum nè ij rebus omnibus ſpoliati, vel in carcerem detruſi derelinquant culturam; Vndè perſpicuum eſt, colonicam illam portionem eſſe inuentam in Eccleſiaſticæ immunitatis fraudem, ac læſionem contrà piiſſimam Principum mentem, quæ ſemper fuit, vt immunitas Eccleſiaſtica illibata conſeruetur.

Cętera, quę in puncto iuris deduci poſſunt à laicis, alibi retuli, ac dilui. Et ad prętenſam illorum immemorabilem cõſuetudinem, etiam ſi probaretur, nullius eſt valoris contrà immunitatem Eccleſiaſticam, vt ſæpius probaui.

Prò remedio hæc pauca ſubijcio, Primum Ordinarijs locorum iniungendum, vt Eccleſiaſticam tueantur immunitatem, iuxtà Sac. Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum diſpoſitionem, ſicut plenè videri poteſt ex litteris de hac re ſcriptis iuſſu Pauli V. & Greg XV. à me *to. 6.* deductis. Deindè ſi contumacia durauerit, ad Eccleſiaſticarum cenſurarum declarationem deueniri debent. Quod ſi laici nedum ab inceptis abſtineant, ſed etiam ad exactionem vlterius procedant, nec conſcientiæ ſtimulo cenſurarum incurſu terreantur, ſupplicandus eſt Summ. Pontifex prò opportunis remedijs, ſaltem, vt Eccleſiaſticis permittatur à Diuinis ceſſare, donec congruam recipiant tantæ læſionis ſatisfactionem.

An, & quatenus homicida, extractus è viridario Monaſterij per Curiam ſæcularem, prętextu homicidij proditorij in amicum reconciliatum commiſſi, ac poſteà detentus ſub fideiuſſione, ſit loco immuni reſtituendus, ac fideiuſſio irritanda? tom. 9. Conſult. 30. Item vide tom. 1. Conſult. 171. & to. 6. Conſult. 40.

DE immunitate Viridarij, ſiuè horti, qui ſitus eſt intrà ambitum, ac muros Monaſterij diximus *d. tom. 6. Conſult. 40.* quo adi. Quoad reliqua dicimus, quod

Non obſtat prętenſum homicidium proditorium in amicum conciliatum. Primò: quia de homicidio ipſo, quod eſt ſubſtantia, conſtare debet, ac eo magis conſtare debet de qualitate, quæ eſt ipſa proditio. Secundò, conſtare debet, inquiſitos homicidium perpetraſſe, aupec

per indicia, aut per probationes; non autem per famam.

Eóque præſertim, ſi inquiſitus fuerit extractus à loco immuni per Curiam ſecularem, nulla Iudicis Eccleſiaſtici præmiſſa licentia, nec cauſa cognita. Extractio enim non debet fieri à Curia ſæculari, etiam in caſibus exceptis, vt expreſsè cauetur in Conſtitutione Gregoriana *§. ne autem.* Dian. *p.* 1. *tr.* 1. *reſol.* 14. & *p.* 4. *tr.* 1. *reſol.* 42. Etiam ſi eſset de licentia Epiſcopi, ſine tamen interuentu perſonę Eccleſiaſticæ, vt declarauit Sac. Cong. Immun. in *Cathacenſi* 11. Auguſti 1631. nempè:

Epiſcopo, vt ſe abſtineat in futurum à ſimilibus licentijs extrahendi per laicos, ſed fiant extractiones ad praſcriptum Bullæ cum aſſiſtentia Iudicis Eccleſiaſtici, ac debita reuerentia.

Ideóque reſtituendus eſt eidem loco, & redintegrandus cum omnibus indè ſecutis. Licet poſt extractionem factæ fuerint probationes prò priuatione Eccleſiaſticæ immunitatis neceſſariæ. Giurb *conſ.* 100. *num.* 300. & *conſ.* 50. *num.* 13. De Mario. *var. lib.* 3. *cap.* 176. ac Specul. *dec.* 104. *num.* 72.

Suppoſito igitur, quod inquiſitus nulliter, ac iniuſtè fuerit extractus à loco immuni, & quod propterea neceſsariò ſit reſtituendus, tum ex defectu probationum delicti, tum ex defectu qualitatis, tum ex defectu formæ non ſeruatæ in extractione, ſequitur omninò prò controuentione fideiuſsores moleſtari non poſse. Farinac. *q.* 34. *nu.* 65. & *ſeqq.* Vbi, quod fideiuſsores de tuto carcere, vel de ſe repræſentando moleſtari non poſsunt, ſi Reus veniat abſoluendus, & in his terminis tradit Fontanella *dec.* 583. *num.* 7. Vbi, quod reſtitutio debet eſse omninò libera, & Reo reſtituenda ſunt omnia. Et ità declarauit Sac. Cong. Immun. in *Camplenſi* 21. Nouemb. 1635. his verbis:

Sacra &c. cenſuit, Oratores gaudere debere immunitate Eccleſiaſtica & propterea Epiſcopum procedere non poſſe contrà fideiuſſores de tuto carcere, immò fideiuſſionem praſtitam omninò eſſe caſſandam.

1 *An iure, meritòque Epiſcopus prò re temporali Eccleſiæ ſuę ſitę in dominio Principis non recognoſcentis Superiorem, & habentis priuilegium, vt viuat legibus ſuis, adire poſſit Summ. Pont.?* Et

2 *An feuda impropria ſint dicti Epiſcopi, eorumque collatio ad ipſum pertineat, an verò ad dictum Principem?* tom. 9. Conſult. 31.

AD 1. Aliqua diximus alibi. Hanc controuerſiam placet dirimere non authoritatibus recentiorum Theologorum, ſed Conciliorum, Sacrorum Canonum, Patrum, & antiquorum Doctorum.

Et ſanè priuilegium alicui Principi conceſſum, vt viuat legibus ſuis, debet intelligi, quod viuat legibus proprijs, *l. omnes populi de iuſt. & iur.* & ſi non ſit opus alia confirmatione, vel authoritate Superioris, declaratur tamen, dummodò non fiant Statuta iniqua, & ordinationes nutritiuæ peccati.

Non poteſt preſcribi, quin appelletur, aut accurratur, & prouocetur ad Principem: quia id pertinet ad ſupremam iuriſdictionem. Bald. *in auth. quas actiones C. de Sacroſ. Eccleſ.* Franch. *in cap dilecti col.* 8. *de appell.* Quid ergò ad Sum. Pont.? Quod enim à quouis iudicio fas ſit appellare Summ. Pont. habetur ex *tit. Supremus Capitis Eccleſiæ*, & ex eo, quod Pontifex dictus ſit *Portus Fidei*, qui alicubi ab alijs, etiam Antiſtitibus, vel à Concilijs malè grauantur, vt factum eſt à S. Athanaſio iniuſtè oppreſſo ab Orientalibus Epiſcopis, & ab alijs.

Sed diſertè tradere hanc doctrinam videtur Nicolaus I. *epiſt.* 42. Quod ſtatuit Iſidorus de Inſulanis *lib.* 2. *de Imp. milit. Eccleſ. tit.* 6. *q.* 1. Maldet. 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. *diſp.* 4. *dub.* 2. Et contrarium errorıs in fide damnauit Vaſquez 3. *p. queſt.* 93. *art.* 2. *dub.* 1. & 4. Daniel à Ieſu *cap.* 1. *apolog. aſſert.* 2.

Ideò, ſi à quocumque homine, Rege, vel Imperatore quis iniuſtè grauetur, licitè poteſt Summum Pontificem appellare. Can. *ad Romanam,* qui eſt Zephirini Papę *p.* 6. Hocque etiam habetur ex Conſtitutione, quę inſeritur in Cod. Theodoſiano approbata in Can. *quicumque litem habens* 11. *qu.* 1. Quia Pontifex eſt Iudex omnium, etiam non recognoſcentium Superiorem, atque adeò Regum, & Imperatorum, ratione peccati, vel iniuſtitię, vt fusè Auguſtin. Triumph. *de poteſt. Eccleſ. à quæſt.* 24. *ad* 28. Ludouic. de Bolognin. *in addit.* ad Cataldin. de Boncomp. *tract. de poteſt. Papæ in* 3. *vol.* & alij.

Ad 2. Aſſerendum eſt, Principem vigore præinſertę exceptionis, loquentis de feudis, eorumq; collatione non poſſe prætendere ius in bonis libellarijs, & cenſualibus, quæ ad Epiſcopum pertinent intrà illorum fines, ac propterea non poſſe eorundem poſſeſſores edictis pœnalibus obligare Cataſtro, eoſque cogere, vt inueſtituram ab ſe recipiant, quod non ſolum cederet in diminutionem omnimodæ iuriſdictionis totius temporalis dominij, atque imperij, quę dictę pactiones voluerunt liberè remanere apud Epiſcopum, ſed amplius in ademptionem eius peculiaris dominij directi, quod hactenus habuit, ac certum eſt habere in agris, & bonis, quę recognoſcuntur ab eo in libellum, eique certam penſionem annuam pendunt.

An Clericus in ſacris conſtitutus reſtituendus ſit Eccleſiæ, à qua fuit extractus, prętextu, quod proditoriè, atquè ex inſidiis ſuum ſocium itineris latali vulnere ſauciauerit, ex quo ille obiit? tom. 9. Conſult. 32.

IN hac re, vt ſępè diximus, certum eſt, quod vt quis priuetur immunitate Eccleſiaſtica, vt homicida proditionis, conſtare debet de qualitate, & cauſa proditionis ex Conſtit. Gre-

go-

goriana 7. §.5. Quod procedit, non ſolum quandò agitur de priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ, ſed etiam de puniendo ipſum delictum homicidij proditorij, ſeù cum qualitate aſſaſſinij patratum: Nam tunc illa qualitas proditionis debet concludenter probari. Cabal. *de omn.gen. homic. num.* 519. Farinac. *de inquiſ.quaſt.8.num.85.ac ſeq.& de Reo confeſ.q.86. n.49.* Idque adeò certum eſt, vt ad hanc inducendam qualitatem nō ſufficiant pręſumptiones, & coniecturę, ſed plenè, & concludenter per veras probationes probari debet qualitas proditionis: quia prouenit à lege. Farinac. *de immun. Eccleſ. cap.12. num. 374.in append. & conſ.76.num.1.& ſeq. tom.1.* Imò etiam ſi concurrant indicia ad pœnam ordinariam, ſiuè ad torturam irrogandam, non ſufficiunt, quandò agitur de priuilegio Immunitatis Eccleſiaſticę, vt reprobatis contrarium aſſerentibus, tradunt tres celebres conſulentes inter conſilia Farinacij *conſ.168.tom.2.*

Pręſertim verò in hoc caſu, in quo prætenſus Reus eſt Clericus in ſacris conſtitutus, cui etiam ad effectum puniendi denegari non debet priuilegium Immunitatis Eccleſię; niſi quandò locum haberet actualis degradatio, quę tantum fit in crimine hęreſis, & in crimine falſi in litteris Apoſtolicis, & in alijs à nobis alibi relatis, in cęteris verò delictis denegatur. Barboſ. *de offic.& poteſt.Epiſt.alleg.* 110. *num.11.& 12. par.3.* Ex quibus, cum delictum remaneat ſine legitimis probationibus proditionis, reſtituendus eſt huiuſmodi Clericus Eccleſię, à qua fuit extractus.

Quomodò probatur recurſus in cauſis Eccleſiaſticis ad Iudices laicos, vt incurrantur cenſura? De Regulari recurrente, an, & quatenus teneatur ad damna? Et quis? Vide de Cenſuris to.9.Cōſul.33.

An laici Conſanguinei, aliique viuentes in communi, ac prò indiuiſo cum Clericis, debeant gaudere illorum immunitate, an verò ſit demandanda diuiſio bonorum, vt cognoſcatur portio laici, vtque à ſuo Iudice compelli poſſit ad ſolutionem onerum, & collectarum?

2 *An patrimonium Clerici debeat ſoluere onera laicalia prò ea parte, in qua excedit ſolitam quantitatem conſtituendam iuxtà morem regionum? Et*

3 *An in domo Clerici fieri poſſit à Curia ſæculari executio rerum laicorum? Et quid ſi fieret in odium immunitatis, libertatis, ac iuriſdictionis Eccleſiaſticę in domo eius conſanguineorum?* tom.9.Conſult.34.

Quoad 1. Pręter ea, quę hic dicemus, vide etiam, quę diximus *tom.1.Conſult.454.& to.2. Conſult.49.*

Quoad 2. Vide etiam *tom.1. Conſult. 446. tom.3. Conſult.2.& tom.9.Conſult.20.*

Quoad 3. Vide etiam *tom.1. Conſult.473. & Conſult.456.ac tom.9.Conſult.19.*

AD 1. Negatiuè, vt ex ſubiectis declarationibus Sac.Congr.Immun.

In *Viterbienſi* 6. Decemb. 1627. *Bona Clericorum prò indiuiſo cum fructibus ſunt exempta prò virili.*

In *Albanenſi* 14. Auguſti 1634. & in *Auximana* 25. Ian. 1650. *Exemptio bonorum Eccleſiaſticorum non ſuffragatur bonis ad Matrem, Fratrem, & Sororem ſpectantibus.*

In *Aprutina* 8. Mart. 1635. In *Hydruntina* 8. Ianuar.1630.

In *Cauenſi* 27.April.1632. *Eccleſiaſtici viuentes ſolum cum coniunctis, ſunt exempti à collectis prò portione bonorum ad eos ſpectantium.*

Idemque iuſſu Vrbani VIII. ſcriptum Epiſcopis Ditionis Eccleſiaſticæ, vt patet ex litteris tenoris huiuſmodi:

Al Vicario Arciueſcouale di Fermo. *Perche alcuni Chierici di Monte Rubbiano, e in particolare Domenico Segreti, e Concetto Tullij, pretendono di participare l'immunità, queſto alla Madre per lo datio del fuoco, e quello al Fratello per la gabella ſopra gl'animali in danno di quella Communità, che con queſte impoſitioni ſuppliſce a peſi Camerali. Noſtro Signore comanda, che ciaſcheduno paghi i ſuoi peſi, & ella non permetta, che i Chierici col manto della loro eſentione fraudino il publico di quello, che deuono i loro congionti; Sarà però cura ſua di fare, che ſiano eſeguiti i commandamenti di Sua Santità, e Iddio la conſerui. Di Caſtel Gandolfo 10. Maggio 1634. Al piacer ſuo. Il Card. Barberino. Giulio Donati Segretario.*

Al Gouernatore di Mont'Alto. *Alcuni particolari di Porchia, che viuono in commune con gl'Eccleſiaſtici loro congiunti ricuſano pagare a quella Communità la gabella del paſcolo per la rata de' loro animali, pretendendo eſſi col manto de gl' Eccleſiaſtici andare ancor eſſi eſſenti del peſo, il che non eſſendo conforme alla giuſtizia. Noſtro Signore comanda, che fatta la diuiſione, ad effetto di vedere ſolamente quanto ſia la portione loro paghino per quella quantità, che ſpetta la ſudetta gabella. Si compiacerà per tanto V.S. di far eſeguire la diuiſione ſudetta, e di permettere poi alla Communità, e al Giudice l'eſecutione contro i laici, ſecondo la giuſtitia. E Iddio la conſerui. Di Caſtel* Gandolfo *a 22. Giugno 1637. Di V.S. come Fratello. Il Card.Barberino. Giulio Donati Segretario.*

Rationes alibi adduximus:

Ad 2. Affirmatiuè: Nam ità aliàs à Sac. Congr. Immun. fuiſſe declaratum tradit Cohell. *in ſuo Bull.fol.171. §. E ſopra i beni.* Et patet ex hac Epiſtola iuſſu eiuſdem Vrb.VIII. miſſa.

Al Vicario Veſcouale di Ripa Tranſone, *Noſtro Signore per ouuiare alle fraudi, che ſi commettono da que' laici, che donano à congiunti groſſo patrimonio ad effetto di poterſi promouere a gl' Ordini ſagri, comanda, che il detto patrimonio non ſia eſente da ſoliti peſi, ſe non in quella quantità, che vien preſcritta dalle Conſtitutioni, e dalle conſuetudini della Dioceſe, e ch'il remanente ſia ſogetto all'impo-*

Digitized by Google

ſitioni, ſicome prima, E di più comanda, che coloro, i quali ſono ordinati ad titulum patrimonij, ottenendo beneficij ſufficienti alla loro ſoſtentatione, non godano più eſentione alcuna, ma paghino i ſoliti peſi. Così ella farà, che s'eſſeruiſca, e Iddio la proſperi. Di Roma 16 Agoſto 1634. Al piacer voſtro. Il Card. Barberino. Giulio Donati Segretario.

Ad 3. Dubia eſt hæc quæſtio. Verior tamen ſententia eſt, domum Clerici non gaudere immunitate quemadmodum gaudet domus Parochi, vt alibi tradidi. Hoc certum eſt, quod ſi affigatur oſtio domus Clerici inhibitio Epiſcopi, ne ſub pœna cenſurarum laici audeant d. domum ingredi, & executionem facere, ipſo Epiſcopo inconſulto, non poteſt Curia ſæcularis huiuſmodi executionem facere abſque incurſu cenſurarum: Nam inhibitio, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta, timenda eſt; Vndè non debet eſſe penès arbitrium laicorum illam ſpernere, ſed recurrendum eſt ad inhibentem prò moderatione, vt per Abb. *ad Buratt. deciſ.* 177. & in *Cracouienſi iuris reſpondendi* 23. Ian. 1651. coram Bichio. Et in *Colonienſi Vicariæ* 24 Ian. 1653. coram Meltio, ac in alijs.

Quod ſi hoc in odium Immunitatis libertatis, ac Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, nec non ipſius Clerici fiat in domo coniunctorum eius, eſt vtique contrà diſpoſitionem cap. *ſciant cuncti de elect. in* 6. Metus enim illatus conſaguineis Clerici, cenſetur illatus ipſi Clerico, vt notat Felin. *in cap. Eccleſ. S. Mariæ num. 99. de Conſtit. & in cap. litteras num 20. de præſump. in Clem. 2. verſ. quomodolibet de ſent. excom.* & iniuria facta vni de agnatione cenſetur facta omnibus *l. lex Cornelia* ibique Bart. *ff. de iniur.* Ideòque qui in odium Prælatorum, ſiuè Iudicum Eccleſiaſticorum, coniunctos, vel affines eorum, aut aliorum Clericorum in carceres detrudunt, percutiunt, eorum bonis, gradibus, & dignitatibus ſpoliant, ſeù alias iniuſtè perſequuntur, & grauant, ſunt ipſo facto excõmunicati *in d. cap. ſciant cuncti*, vbi Gloſ. *v. conſaguinei de elect. in 6.* & Clem. 2. ibique etiam Gloſ. *v. quomodolibet*, & Abb. *num. 8. de ſent. excom. & cap. Quoniam iuncta Gloſ. v. propinquorum de immun. Eccleſ. in 6. & cap. Quicumque, vbi etiam Gloſ. v. ſuorum de ſent. excom in 6.* Hæc enim committentes, & committi mandantes, tacitè, ac indirectè lædunt, deprimunt, & reſtringunt libertatem Eccleſiaſticam.

An extractio delinquentis ab Eccleſia in caſibus exceptis facta de licentia Vicarij Foranei, cui Vicarius Generalis in abſentia Epiſcopi delegauerat facultatem in genere concedendi huiuſmodi licentiam, ſit valida, ità vt nulla indigeat ſanatione Summi Pontificis? Vbi

Per quem Iudicem extractio fieri debeat? tom. 9. Conſult. 35.

Cum in Sac. Congr. Immun. Eccleſiaſticæ proponeretur: *Come nella Congregatione de' 20. di Decembre 1661. fù reſcritto per la pena ſtraordinaria della galera per 7. anni contro Giuſeppe Orlandi, inquiſito d'hauer vcciſo il proprio Capitano nella Fortezza di Liuorno, ma perche l'eſtrattione dalla Chieſa del detto Giuſeppe fù fatta con licenza del Vicario Foraneo, a cui il Vicario Generale in aſſenza del Signor Card. Arciueſcouo haueua delegata la facoltà in genere di conceder ſimili licenze, ſi è dubitato, ſe il Vicario Generale haueſſe perciò la facoltà neceſſaria, e non eſſendoſi trouato alcun decreto ne' Regiſtri della Sagra Congregatione, ma ſolo vna lettera, che parla in perſona del Veſcouo, sicome fù riferito nel foglio di Monſignor Segretario nella Congregatione de' 16. di Gennaro proſſimo paſſato, ſi ſupplica di riſoluere, ſe l'eſtrattione fatta con la licenza ſudetta foſſe valida, ò habbia biſogno della ſanatione di Noſtro Signore.*

Quare Sacr. Conge. Immun. in *Spoletana* 29. Maij 1629. declarauit in hæc verba: *Vicarius Foraneus non habet facultatem extrahendi* Sac. Congr. reſpondit ſub die 13. Martij 1663. *Extractionem in caſu, de quo agitur non indigere diſpenſatione.*

An autem in caſibus, in quibus ad Eccleſiam confugientes non gaudent illius immunitate, fieri debeat extractio per Iudicem Eccleſiaſticum, an verò per *Iudicem laicum*? Dicendum eſt in nullo caſu extractionem fieri poſſe per Iudicem ſæcularem: Quia Eccleſia non eſt de territorio Principis ſæcularis, *cap. Poſtulaſti cum ibi adnotat. de for. comp. & can. Rex debet 23. quæſt. 5.* Abb. *num. 29.* Verum hodiè abolita remanet Doctorum controuerſia de hac re; Quoniam in Conſtitutione Gregoriana expreſsè cauetur, nè Iudices ſæculares poſſint propria authoritate extrahere, vel extrahi facere delinquentem per vim ab Eccleſia abſque *licentia* Epiſcopi, vel eius Officialis, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo authoritatem habentis, etiam in caſibus exceptis, & à iure permiſſis; niſi quandò Epiſcopus talem licentiam dare recuſauerit, vt fuſius Farinac. *in pr. crim. p. 1. tom. 2. quæſt. 28. tit. de carcer. num. 75. & 76.*

An, & quatenus Clericus, præcipuè Coniugatus priuatus habitu Clericali per ſententiam ſui Ordinarij, poſſit illum reſumere, & poſt illius reſumptionem declinare iuriſdictionem Iudicis ſæcularis, & gaudere priuilegio fori, aliiſque immunitatibus, & exemptionibus à iure, vel à conſuetudine huiuſmodi Clericis conceſſis, dummodò habeat omnia requiſita cap. vn. de Cler. Coniug. in 6 *innuati à Sac. Concil. Trid. adeò vt contrà ipſum geſta à d. Iudice ſint irrita, ac proindè ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum ſit remittendus? Vbi*

Qid de Clericis, qui exercuerunt officia publica, circà quod adeſt Epiſtola Sac. Congreg. Epiſc. tom. 9. Conſult. 36.

TE-

Digitized by Google

TEnendum eſt, quod licet Clericus Coniugatus, non incedens in habitu, & tonſura, non priuetur perpetuò priuilegijs Clericalibus, ſed ad tempus, donec ſine habitu incedat, ità vt habitu reſumpto, recuperet ſua priuilegia, etiam poſt monitiones, & in his terminis loquuntur DD. *in d. cap. vn.* Secus tamen eſt poſt latam ſententiam priuationis; Quare ſi Clericus Coniugatus, qui habitum, & tonſuram dimiſit, & pluries monitus ab Epiſcopo cum termino vnius Menſis ad reſumendum habitum, & deferendam tonſuram, & poſt alteram canonicam monitionem parere neglexerit, iure, ac meritò priuari poteſt per ſententiam omni priuilegio Clericali, iuxtà Oraculum Vrbani VIII. datum Cardinali Pamphilio olim Præfecto Sac. Congregat. Immun. poſtea Innocentius X. nuncupatus, quo ſcilicet continebatur, quod Epiſcopi præfixo Clericis Coniugatis, & non Coniugatis termino vnius Menſis ad reſumendum habitum Clericalem, tonſuramque deferendam, eo elapſo, ſi inobedientes fuerint, eoſdem denudarent omni Clericali priuilegio, ac fusè Riccius *in pr. par. 2. reſol. 172. tom. 1. vlt. edit.*

Quinimmò ſi Clerici Coniugati ſine aliqua monitione priuantur Clericali priuilegio quandò habitum, & tonſuram non deferunt, vt *in dict. cap. vn.* Ergò multò magis poſt monitionem. Ricc. *loc. cit. num. 2.* Maximè autem nunc ex Sac. Conc. Trid *ſeſſ. 23. cap. 6. de refor.* ex cuius diſpoſitione non requiritur monitio.

Itaque facta declaratione, quæ neceſſaria eſt poſt dimiſſionem habitus Clericalis, Clerici non poſſunt illum reſumere, vt declarauit Sacra Congregatio Immun. 16. Decemb. 1642. in *Mazarienſi*, quibus & id ſubijcio ex Congregatione Epiſc. 3. Octobris 1652.

Al Veſcouo di S. Marco. Accioche l'habito Clericale non ſerua di ſcudo alle fraudi, che molti commettono in pregiuditio di coteſta Vniuerſità, ricordano queſti Eminentiſſimi miei Signori a V.S. di non permettere in veruna maniera a quelli, che hanno eſercitato officij publici di reaſſumerlo, ſe non doppo, che haueranno reſo conto della loro amminiſtratione, e ſodisfatto a loro debiti, e che ella traſmetta vna nota de' Chierici, che ſono in coteſta Città, e del biſogno, che ne hà ciaſcuna Chieſa, conformandoſi nel reſto in quanto all'eſentione de' Chierici Coniugati da peſi communi con la diſpoſitione del Sagro Concilio di Trento. Eſſeguiſca, e Dio la proſperi.

An cauſa ſuper validitate, vel inualiditate pacti appoſiti in contractu cenſus, vt ſi per biennium, vel triennium fructus ſoluti non fuerint à venditore cenſus, poſſit emptor repetere illius ſortem principalem, ſit cognoſcenda coram Iudice Eccleſiaſtico, non verò coram Iudice laico? Vbi aliqua de quæſtione facti, & iuris, ac de vtraque poteſtate Eccleſiaſtica, & Ciuili hac in re diſceptantur? tom 9. Conſult. 37.

AFfirmatiuè: Quia eſt pactio vſuraria pertinens ad quæſtionem iuris: Nam B. Pius V. in ſua Conſtitutione ſuper forma creandi cenſus reprobat quodcumque onus alicuius pœnę ſubeundæ. Quare ſtante hac clauſula, non poteſt ità paciſci. Primò quia imponeretur onus venditori, præter naturam contractus cenſualis, Pactum autem, per quod obligatur ob dilationem ſolutionis ad reſtituendum pretium receptum, inducit onus graue præter naturam contractus: Quia natura contractus tribuit quidem ius emptori exigendi vſuras, & cogendi per viam iuris ad eas perſoluendas; atque adeò debet agere ad implementum ipſarum, non ad reſciſſionem. Deindè quia, completo contractu per legitimum conſenſum, ac per ea, quæ requiruntur ex natura eiuſdem, vt ex diſpoſitione iuris, maximè ſi ſint contractus pertinentes ad emptionem, ac venditionem, non poteſt emptor pretium ſolutum repetere, ſed ſolum poteſt exigere rem emptam, ſi illa ei reddita non ſit; Ac proindè etiam completo contractu cenſuali, potiſſimum quia contractus cenſus eſt quædam emptio.

Cum igitur huiuſmodi pactum ſit improbatum à Conſtitutione B. Pij V. tanquam vſurarium, atque adeò nullum, vt relatis verbis eiuſdem Conſtitutionis firmat Bedoan. *in tract. de animal. redit. lib. 2. quæſt. 1. num. 7.* ideòque ſit reijciendum, neque poſſit abſque labe vſuraria in praxim adduci docet Cenc. *de cenſib. par. 2. cap. 1. quæſt. 3. ar. 8. alias quæſt. 60. num. 15.* iuxtà recentem editionem; Quare Iudex ſæcularis eſt omninò incapax vſurariæ prauitatis. Et quanquam de vſuræ crimine, etiam ſi agatur de quæſtione iuris aliter ſentiat Tanner. *in 2. 2. diſp. 4. quæſt. 4. dub. 1. num. 25.* Salas *in tract. de emp. dub. 45. num. 1. & 2.* ac alij; Contrarium tamen certum eſt, ac docent magnum Iuris Canonici lumen Abb. vt cum appellat Pius II. in *cap. cum ſit num. 17. de iur. iur.* Molin. *tomo 2. diſp. 333.* & alij plurimi.

Quare in hoc caſu vſuræ, ſicuti & in omni alio ſimili, poteſt Iudex Eccleſiaſticus ſub pęna excommunicationis præcipere Iudici ſæculari, vt ſuperſedeat exequutionem contractus, donec decidatur, an ille ſit vſurarius, & Iudex ſæcularis tenetur ei obedire, ac ſuperſedere. Alexand. *in l. 4. §. condemnatum num. 17. ff. de re iud.* & Guttier. *de iuram. confirm. par. 1. cap. 2. num. 11. ac ſeqq.* Quia cum exceptio hæc ſit præ-

iudicialis executioni, non debet ſuper ea amplius procedi, alioquin iudicium Eccleſiaſticum redderetur eluſorium.

Atque ita demum declarauit Sacra Congregatio Immun. 16 Aprilis 1630. in *Meluitana* nimirum: *Quandò quæſtio vſurarum eſt iuris, cognitio cauſæ ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum priuatiuè quoad Iudicem ſæcularem. Quandò verò eſt facti datur locus præuentioni.*

An Clericus, qui à ſententia ſui Epiſcopi appellauit ad ſuum Archiepiſcopum coram perſonis laicis incurrerit aliquam cenſuram? tom.9. Conſult.38.

Dicendum puto, id remitti arbitrio Iudicis. Simile eſt, quod legitur in *cap.vlt. de appell.* deficiente ſcilicet Iudice, & Epiſcopo, appellatio poteſt coram viris bonis interponi; Boni viri erunt Iudicis arbitrio æſtimandi, ſiuè laici ſint, ſiuè Clerici, cum id Canones non exprimant, vt per DD. apud Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſ. 69.* Decius tamen *in diſt. cap. vlt. num. 24* docuit honeſtam perſonam, & virum bonum non dici, qui excommunicatus eſt: quia eum non tolerat Eccleſia.

Et quidem contingit aliquandò, non ſine iniuſtitia, quod Iudices proferant ſententias, à quibus cum quis vult Superiorem appellare, eorum præſentia nequit haberi. Quo in caſu conſulendum eſt, vt appelletur coram Actuario. Arnon. *cant.* 12 Seu quia interdum nè quidem Actuarij præſentia haberi poteſt, appellandum eſt hoc caſu ad Iudicem ad quem per tex. in *l. 1. dies ff. quand. appel. ſit*. Vel appelletur, ac fiat proteſtatio coram probis viris in præſentia aliquorum teſtium, iuxta cap. *ſi iuſtus metus de appell.*

De Clerico Coniugato, incedente ſine habitu, & tonſura, & comprehenſo in habitu laicali à Curia ſæculari. Vbi cuinam competat diſcuſſio Clericatus, eiuſque habitus? tom.9. Conſult. 39.

Hic Clericus debet remanere in carceribus laicis, donec definiatur à Iudice Eccleſiaſtico, an gaudeat priuilegio fori, quicquid ſit de Clerico non Coniugato. Fulgoſ. *conſ.* 123. *num.* 2. Alexan. de Neu. *conſ.* 59. *num.* 26. Rot. *dec.* 3. *de ſent. excom. in nou.* & alij.

Et Sacra Congregatio Conc. 2. Ianuar. 1619. ità declarauit: *Clericus repertus à Curia ſæculari ſine habitu Clericali donec doceat de ſuo Clericatu, in carceribus laicis poteſt detineri, dummodò non ſit notoriè Clericus, & ſi per octo menſes ante carcerationem habitum dimiſerat, priuilegio Clericali nullo modo gaudet, ſi à Curia, vt ſuprà, captus fuerit in tali habitu.* Vide quæ alibi ſcripſimus.

De diſcuſſione Clericatus, & eius habitu dubio? Vide tom. 2. Conſult. 44.

An, & quatenus ob nullitatem cenſurarum in materia Immunitatis Eccleſiaſticæ procedi poſſit ex integro? to.9. Conſul. 40.

In Sacra Congregatione Immun. 18. Nouembris 1664. ad recurſum à Lelio Pariſio Gubernatore Terræ Booeti declarato excommunicato à Vicario Generali ob proceſſum ab eo formatum contrà Ioſephum Puglieſem Clericum Coniugatum eiuſdem loci poſt reſumptionem habitus Clericalis ob inſuſſiſtentiam huiuſmodi declaratoriæ, reſponſum fuit, *declarationem cenſurarum non ſuſtineri, & Vicarius procedat ex integro, die 16. Ian. 1665.*

Iterum inſtitit idem Pariſius, non poſſe Vicarium Generalem formare nouum proceſſum ex integro poſt nullitatem declaratam; niſi prius ſibi à D. Vicario expenſæ reficiantur cum damnis, ac intereſſe, vt de expenſis Menoch. *deciſ. Bononien.* 2. *num.* 16. Surd. *conſ.* 3. *num.* 5. *vol.* 2. & alij plurimi. Et generaliter Iudex non poteſt formare nouum proceſſum ex integro; niſi procedat refectio expenſarum, *l. Sancimus* 13. vbi Iaſ. *num.* 14. *C. de iudic.* Peregrin. *dec.* 52. *nu.* 7. Cum, parte opponente, debeat prius nullitas purgari cum refectione expenſarum. Coccin. *deciſ.* 206. *num.* 1. & 2. Roca in *Reatina Caſtrorum.* 27. Iunij 1664. *§. vlt.* coram Taia. Ac ità etiam declarauit eadem Sacra Congregatio Immunit. 15. Septembris 1665. proponente de Rubeis.

1 *An, & quatenus Eccleſiaſtici, tam ſæculares, quam Regulares teneantur contribuere ad ſumptus belli prò communi neceſſitate, vel vtilitate geſti, & prò qua portione? Et*

2 *An quandò Clericus in ſubſidium Ciuitatis cum conſenſu Apoſtolico, cæteriſque ſolemnitatibus tranſegerit cum ipſa Ciuitate, quod ſibi retineat partem ſuæ immunitatis à vectigalibus, poſſint ſucceſſores huiuſmodi tranſactionem impugnare? Et*

3 *An Clerici exteri, degentes in dicta Ciuitate teneantur ſeruare huiuſmodi tranſactionem?* tomo 9. Conſult. 41.

Ad 1. Satis, ſatiſque reſponſum eſt alibi, & præcipuè *to.* 3. *Conſult.* 15. & *to.* 4. *Conſul.* 13.

Ad 2. Negatiuè, ſed tenetur ſtare dictæ compoſitioni, tanquam legitimæ, & Canonicæ, vtpotè celebratæ cum omnibus ſolemnitatibus, quæ requiruntur in *cap. non minus, & cap. aduerſus de Immun. Eccleſ.* dummodò tamen compoſitio non ſit facta ad tempus limitatum, quod ſit tranſactum, & quoad non ceſſauerit cauſa, ob quam facta eſt: Quia licet exemptus non poſſit renunciare priuilegio exemptionis, poteſt tamen renunciare cum conſenſu Summi Pontificis. Abb. *in cap.* 1. *num.* 19. *de re iudic.* & *in cap. ſi de terra num.* 5. *de priuil.* Felin. *in cap. cum acceſſiſſent n.* 29. *de conſtit.* & alij.

Si

Si igitur validè fuerit renunciatum parti immunitatis à vectigalibus, talis renunciatio afficit etiam ſucceſſores: quia ſubintrat ius commune tollens immunitatem *d. cap. non minus & cap. aduerſus*, vt in caſu poſito. Inſuper de huiuſmodi concordijs vide *tom. 3. Conſult. 4. & to 9. Conſult. 20.* ac alibi.

Ad 3. Affirmatiuè: quia ratione incolatus, ac domicilij incorporantur Communitati Clericorum, & habentur tanquam Ciues. Alexan. *conſ. 19. num. 6. lib. 6.* Alciat. *in l. prouinciales num. 2. de verb. ſignif.* & alij, ac proindè dicti DD. notant obligari, tanquam Ciues, & quicquid in Ciue diſponitur, cenſeri diſpoſitum in ipſis, facitque *cap. dilecti de for. comp.* Imò, quod incola habens domicilium, ſit propriè ſubditus, & teneatur ferre onera communia ſimul cum alijs, docent Gloſ. in *Clem. de for. comp. v. ſubditos.* Zabarel. & Anchar. ibidem, alijque.

Accedit, quod prædicti Clerici ratione incolatus gaudent commodis, & priuilegijs aliorum Clericorum, vt docent Bartol. *in tract. de repreſal. quaſt. 5. princ. quaſt. tunc. 1.* Aretin. *conſ. 77.* & alij. Et ideò tanquam participes commodi, debent etiam eſſe participes incommodi, atque oneris, iuxtà regulam: *Qui ſentit de reg. iur. in 6.*

An licitè, & quomodò Eccleſiaſtici, præter regalia, quæ ijs occaſione Epiſcopatus, tanquam Principibus competunt, peculiares titulos Principatuum, Comitatuum, Baroniarum vſurpent. to. 9. Conſ. 42. ac to. 3. Conſult. 6.

Affirmatiuè. Occaſio huius ampliſſimæ conceſſionis veterum Principum fuit in Religione deuotio, qui tum demum omnia rectè proceſſura credebant, ſi Religionis Antiſtites ſuis Concilijs præſentes haberent, idque Caroli Magni temporibus cepiſſe ait Andreas Knich. *de iur. territ. cap. 1. num. 12.* Ludouici verò Pij deuotione Epiſcopos expreſsè in ordinem Principum relatos teſtatur Helmod, *lib. 1. cap. 4.* vbi ait: *Ludouicum Pium maxima libertate ergà Dei cultum vſum in tantum, vt Epiſcopus, qui præter animarum regimen Principes ſunt Cæli, ipſe eoſdem nihilominus effecerit Principes Regni.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. num. 125.* Cacheran. *dec. 30. num. 5. & 6.* ac alii. Communicationem verò iuriſdictionis ſæcularis ſub Ottone I. cepiſſe ex Reiner. Reinec. *ad annal. incert. author. de geſt. Carol. Magn.* ſcribit idem Knich. *de autocrat. num. 1065. & ſeq.* At hanc poteſtatem antiquiorem eſſe probaui *tomo 3. Conſult. 6.* quam adi.

De aſſaſſinio quoad immunitatem Eccleſiaſticam. Quibus modis, & à quibus committatur? Quomodò probetur? An, & quatenus redintegrationi immunitatis Eccleſiaſticæ quis poſſit moram inijcere prætextu conſtructionis noui proceſſus? Et de pænis in aſſaſſinos? tom. 9. Conſult. 43. Item tomo 2. Conſult. 68. & hoc eodem tom. 9. Conſult. 22.

Inter caſus exceptos à Conſtitutione Gregorii XIV. *de Immunit. Eccleſ. § 3.* Secundus eſt aſſaſſinus, qui etiam cum ſuis bonis mundanis omnibus, tanquam Chriſtianæ Religionis Emulus à toto Chriſtiano populo perpetuò diffamatus eſt, vt legitur *in cap. prò humani.* Et ideò ſi ad Eccleſiam confugiat non eſt tutus illius immunitate, ſed poteſt indè extrahi à Iudice tantum Eccleſiaſtico, non autem ſæculari ex dictis Conſtitutione Gregoriana DD. communiter, ac tex. Iuris Canonici in *d. cap. prò humani de homic. in 6. l. non ſolum §. ſi mandato v. proculus ff. de iniur.* DD. etiam communiter.

Aſſaſſini autem illi dicuntur, etiam quoad Conſtitutionem Gregorianam, qui pecunia, vel alia re pretio æſtimabili accepta, ſiuè fideles ſint, ſiuè infideles, Chriſtianos incautos interficiunt, vel occidi mandant, d. cap. *prò humani*, & DD. quos ſequitur Clar. *in §. Aſſaſſinorum verſ. item liceat*, & alij congeſti à Boſſio *in prax. crim. tit. de mandat. ad homic. num. 16.* ac alij. Tum ex Conſtitutione Gregoriana, quæ loquitur generaliter de aſſaſſinis, ideòque ità intelligi debet ad tex. in *cap. ſolitæ §. fin. de maior. & obed.* Tum ex communi vſu loquendi, qui nomine aſſaſſini comprehendit omnes quicumque ii ſint.

Ex communi quoque vſu aſſaſſini dicuntur, ac ſunt quicumque pretio conducti, non ſolum ex mandato Principum, & Magiſtratuum, vt ex d. cap. *prò humani*, ſed etiam qui ex mandato hominis priuati, hominem occidunt. Decian. *l. b. 6. cap. 28. num. 18. in fine*, & Ambroſin. *de immun. dict. cap. 7. n. 6.*

An autem Conſtitutio Gregoriana locum habeat in Mandatario? Communis ſententia eſt affirmatiua: Nam omnes ſub nomine aſſaſſini comprehenduntur, vt ex commum interpretatione receptum eſt, & nos alibi diximus.

Non autem id procedit, non ſequuto effectu quoad Immunitatem Eccleſiaſticam; qui vulnerat tantum, & non occidit, gaudet Immunitate. Tum quia Gregoriana loquitur tantum de occidentibus, non vulnerantibus, & pœnę, maximè in præiudicium immunitatis, non ſunt extendendæ, niſi extenſæ reperiantur in iure. Tum quia *d. cap. prò humani.* Solum ſtatuit de mandante, quod puniendus ſit pœnis aſſaſſini, quamuis mors non ſequatur, nihil ſtatuens de mandatario, atque adeò ſi mortem non intulerit, relinquitur diſpoſitioni iuris

ris communis decernentis, quod nemo ob vulnerationem tantum Immunitate Eccleſiaſtica priuetur. Farinac. *de homic. quaſt.* 123. *nu.* 77. *de immun. cap.* 8. 123. *in fin.* Maſcard. *de probat. concl.* 138 *nu.* 2. & 5. & alii.

Multòque minus quis immunitate in caſu, quo conductus eſt ad vulnerandum dumtaxat. Farinac. *de homic. d. quaſt.* 223. *num.* 139. *ac de Immun. cap.* 8. Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *num* 41. & alii.

Non eſt autem aſſaſſinium, qui pretio conducto occidit infidelem. Couar. *var. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 10. Gurtier. *d. quaſt* 7. *nu.* 8. aliique. Quia illa decretalis condita fuit contrà infideles, nè occideretur fidelis. Verior tamen ſententia eſt, quod etiam aſſaſſinus ſit, ac immunitate priuetur, qui pretio conductus occiderit infidelem in ditionibus Chriſtianis toleratum. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 18. Farinac. ſe retractans *in append. de immun. lib.* 1. *cap.* 5. § 4. *num.* 20. & *ſeqq.* ac alii. Tum quia fidelis vel infidelis materialiter ſe habet ad crimen aſſaſſinii. Alias nequè etiam occidens per fidelem aſſaſſinium committeret; Et tum quia Gregoriana non diſtinguit inter ipſos.

Licet autem aſſaſſinus ſit, ideòque immunitate priuetur, qui pretio conductus occidit inimicum mandantis tantum, aſſaſſinus tamen non eſt, & immunitate non priuatur, qui pretio conductus occidit inimicum mandantis, ac ſuum ſimul, etiam cum ſociis pretio conductis. Couar. *cap.* 20. *num.* 9. Farinac. *cit. q.* 123. *num.* 157. & *de immun. cap.* 8. *num.* 132. alijque. Nequè aſſaſſinus eſt, qui propriam iniuriam vulciſcens per ſeipſum, ope tamen aliorum, quos pretio conduxit, hominem occidit, ac propterea non priuatur immunitate. Farinac. *loc. cit. num.* 148. & *de immun. cap.* 8. *num.* 123. Vulprl. *conſ.* 143. cęterique: Nam in hoc caſu non occiditur incautus, cum quiſque ſe proſpicere, ac pręcauere debeat à ſuo inimico, ſibique imputet, ſi non præcaueat, nec qui eos pretio conducit eſt propriè aſſaſſinus, ſed inſtigator.

Priuantur tamen immunitate Eccleſiaſtica, qui receptat, defendit, vel occultans ſit verè cauſa mortis illatæ per aſſaſſinium, & cognoſcant aſſaſſinum eſſe, cui auxilium præſtent, alioquin pœnas aſſaſſinii non incurrent. Farinac. *loco citato num.* 29. & *ſeqq.* Gurtier *loc. cit. n.* 53. Non autem priuantur mediatores, vt perperam Barboſ. *de iur. Eccleſ. cap.* 3. *num.* 97. & Curtel. *de immun. lib.* 1. *quaſt.* 18. *nu.* 6. Nequè priuantur ſocii, & complices huius criminis aſſaſſinii, qui habuerint ſcientiam qualitatis aſſaſſinij, vt minus rectè tradit Peregr. *cap.* 7. *n.* 38. Cabal. *de omn. gen. homic. n.* 412. & alij: Nam in Gregoriana priuantur tantum aſſaſſini, mediatores autem ſocij, & complices huiuſmodi non ſunt propriè aſſaſſini. Et ità in Sacro Conſilio Neapolitano ſub anno 1615 deciſum fuiſſe refert Rouit. *in pragm.* 1. *de aſſaſ. nu.* 49. & docent multi.

De Clerico aſſaſſino alibi copiosè diſſeruimus

Quod verò ad pœnas Eccleſiaſticas in aſſaſſinio *ex d. cap.* 1. *de homic. in* 6. Si quis quempiam Chriſtianorum per aſſaſſinium interfici fecerit, vel tantum mandauerit, quamquam mors non ſit ſequuta, aut aſſaſſinum receptauerit, vel defenderit, ſeu occultauerit. Primò excommunicationis ſententiam incurrit ipſo facto, quæ tamen non eſt reſeruata, vt notat Gloſ. ibi, & Farinac. *quaſt.* 123. *num.* 11.

Secundò. Incurrit pœnam depoſitionis, ſeù priuationis omnis dignitatis, honoris, ordinis, officij, ac beneficij ipſo facto ex *d. cap.* 1. & hęc pœna reſpicit tam laicos, quam Clericos, vt de communi teſtatur Farinac. *loc. cit. num.* 13. Et hæc depoſitio priuat etiam omni priuilegio Clericali. Sed non ligat hęc pœna ante declarationem criminis commiſſi. Suarez *diſp.* 24. *ſect.* 5. *num.* 46. *de cenſur.*

Tertiò. Ex eodem *cap.* 1. incurrit pęnam perduellionis, ſeù diffidationis perpetuę à toto populo Chriſtiano ipſo facto, in perſonam, & bona ſua, vt tanquam publicus hoſtis habeatur, itàut poſſit impunè à quocumque occidi, vt declarant Gemin. in *d. cap.* 1. Sylueſt. *v. aſſaſſinus* § 3. & alij. Sed requiritur ſententia declaratoria criminis probati.

Quartò. Irregularitatem incurrit ex homicidio voluntario mandans, & mandatarius, & omnis cooperans, ſequuto effectu. Reginal. *lib.* 30. *num.* 123. Auil. *de cenſib. par.* 3. *diſp.* 6. *ſect.* 2. *dub.* 2.

Quintò. Etiam non ſequuto effectu, ſequuta tamen ſententia de crimine probato, erunt infames infamia iuris: quia eſt iudicium publicum, & erunt conſequenter irregulares.

Sexto. Mandans, & Mandatarius, & cooperantes eò ipſo priuantur Immunitate Eccleſiæ, etiam effectu non ſequuto ex Gregoriana.

Septimò. Clerici, & Eccleſiaſtici de hoc crimine puniri poterunt a Iudice laico abſque alia degradatione: quia ſunt ipſo iure degradati. Gemin. *in d. cap.* 1. *in fin.* Capyc. *dec.* 155. *n* 25. Quod intelligendum eſt, ſequuta prius ſententia declaratoria Iudicis Eccleſiaſtici.

Reliqua vide, non ſolum hic, ſed in ſupradictis Conſultationibus, ac de proditorio homicidio.

An Principi, ſiuè Vniuerſitati vigore generalis edicti ſacularis, liceat, abſque metu cenſurarum, Epiſcopum, alioſque Eccleſiaſticos venientes à locis morbo contagioſo infectis, vel ſuſpectis, impedire, nè ingrediantur eorum Ciuitatem, ac Diœceſim, quę libera eſt à contagione? Vbi aliqua de excommunicatione cautè ferenda, deque peſte nonnulla?

Vide de Peſte tom. 9. Conſult. 44.

De

Digitized by Google

De præcipuis probationibus Clericatus, eiuſque qualitate quoad priuilegium fori, tom. 9. Conſul. 45. ac to. 2. Conſul. 44.

QValitas Clericatus præcipuè probatur ex Epiſcopi certioratione de probationibus Clericatus à ſe factis, & ex illarum exemplo ad Iudicem laicum miſſo cum requiſitione ad ſubminiſtrandum iudicia, quibus non ſubminiſtratis, nec re aliqua, probationibus factis oppoſita, Iudex Eccleſiaſticus, negligente Iudice ſæculari ſuas exceptiones deducere, ad cauſæ expeditionem deuenire poteſt *cap. licet ex ſuſcepto, & cap. ex tranſmiſſa de for. comp.* cum alijs apud de Graſſ. *effect. 1. num. 391. & ſeqq.* Quare permitti non debet, quod Clerici conſtituant ſe in carceribus laicalibus, etiam pró copia proceſſus habenda ex Sacra Congregatione Epiſc. in *Hydruntina* 19. Nouembris 1609. Nec ideò Iudex laicus poteſt contrà Clericum in contumacia procedere. Eadem Sacra Congregatio in *Neapolitana* 9. Octobris 1623. ſed. Sufficit habere certam notitiam extraiudicialem, quod carceratus ſit perſona Eccleſiaſtica, ad hoc vt eum remittere teneatur. Eadem Sacra Congregatio in *Aquilana* 16. Febr. 1589.

Ex publico inſtrumento collationis primæ tonſuræ, quod in hac re omnem ſuperat probationem. Roland. *conſ. 4. num. 5. vol. 1.* Maſcard. *de prob. concluſ. 305. num. 2. & 4.* ac alij. Quare ſtatim, ac Iudex laicus videt Inſtrumentum, ac litteras Clericatus, debet Clericum ad ſuum Iudicem remittere, nec debet in cauſa ſe ingerere.

Ex teſtibus de viſu formiter examinatis, vt alibi dictum eſt, & ſufficere vnum teſtem affirmat Afflict. *in Conſt. Regni tit. de Apoſtat. rub 3. n. 12.* Delben. *dub. 29. num. 9.* quia cum agatur de fauore immunitatis Eccleſiſticæ non requiritur plena, & exacta probatio. Capyc. Latr. *dec. 17. par. 2. & 173. & dec. 73.*

Ex fidibus Sacriſtæ, vel Vicarij foranei, vel aliorum atteſtantium, reum ſemper inceſſiſſe in habitu, & tonſura, Eccleſiæ inſeruiſſe, ac interfuiſſe diuinis officiis eo modo, quo cęteri Clerici, cui probationi nihil obiici poteſt. Alex. de Neu. *conſ. 59. num. 4.* Vermigl. *conſ. 98. num. 2.* & alii.

Ex ſententia, etiam ſi ſit interlocutoria, Vicarii Epiſcopi, declarante reum eſse Clericum, cui declarationi Iudex ſæcularis ſtare tenetur. Cabal. *reſol. crim. caſ. 223. num. 81. cent. 3.* Adeòque, vt ab hac declaratione minimè poſſit appellare, quamuis Clericus requiſita Sac. Conc. Trid. non habeat. Sperel. *dec. 17. num. 33. & dec. 134. num. 7.* vbi referuntur declarationes Sacræ Congregat. approbatę ab Vrbano VIII. anno 1630.

An Vniuerſitates ſæculares transferre poſſint collectam impoſitam animalibus laicorum ad paſcua Ciuibus communia? Vbi aliqua de paſcuis? tomo 9. Conſult. 46. ac tom. 6. Conſult. 71.

NEgatiuè: Nam id eſt in fraudem, ac in odium Clericorum, vt hoc modo Clerici etiam ſoluerent ratam taxæ huiuſmodi collectę ſicuti illam ſoluunt laici. Cum enim paſcua ſint communia Ciuibus laicis, & Clericis vti ſingulis, non autem vti vniuerſis abſque onere quicquam ſoluendi, non poſsunt Vniuerſitates imponere collectam, vel aliam ſolutionem in præiudicium Clericorum, vt diſtinguit Ab. *cap. 6. num. 1. par. 1.* & latè Marth. *de iuriſd. par. 4. cent. 1. caſ. 8. num. 5. & 6.* Ac declarauit Sac. Congr. Immun. in *Ferentina* 26. Iun. 1628. his verbis: *Paſcua reducenda ſunt pró Eccleſiaſticis in priſtinum ſtatum libertatis.* Et in *Firmana* 13. Iulij 1637. *Eccleſiaſtici quoad paſcua animalium non ſunt ſubiecti ſtatutis Communitatis.* Et in *Laquedonen. Communitas non poteſt transferre collectam animalium laicorum ad paſcua communia etiam Clericis.*

Nec manutentio poteſt dari Vniuerſitati, ſi non probauerint poſſeſſionem exigendi ab Eccleſiaſticis, præſertim ſi ipſi libertatem non ſoluendi præſcripſerint per immemorabilem, ideòque non tenentur, *l. citatio ff. earum*, vbi Gloſ. & DD. *ff. de publican.*

Porrò, qui immitit animalia in paſcua, vel ſyluam, vel ſaltum Principis, ſi ius non habeat paſcendi, iure illa amittit, & fiſco dantur, atque ſaltuum, vel paſcuorum procurator, ideſt, qui curam gerit eorum, ſi conniueat, & pretio venalem gratiam fecerit, grauiſſimo ſubditur ſupplicio, *l. 1. C. de fund. & ſalt. rei. domin.* Paſcua ſunt propriè loca inculta crebris ſyluis, & dumis, etſi repleta, vt tradit Varro *lib. 4. de ling. lat.*

Saltua, atque paſcua, aut ſunt priuatorum, aut publica, ſeù Vniuerſitatis alicuius. Generaliter non licet in paſcua alterius, ſiuè ea ſint fiſcalia, ſiuè priuata, pecus paſcendi gratia immittere, nec militibus quidem, *l. 2. & 3. C. de paſc. pub. & priu.* Quia nec licet fundos alienos, inuito Domino, ingredi, ſine iure ſeruitutis. *Can. omnes leges d. 1. l per agrum 1. C. de ſeruit.* Iuſtin. §. *fera de rer. diuiſ.* maximè ſi prohibeat dominus. Prohiberi autem videtur ingreſſus duobus modis, vel expreſſa voce, vel ſigno. Quid vocalis expreſſa prohibitio ſit, palam eſt. Signo verò fit prohibitio, ſi in ingreſſu, vel limitibus, ſeù terminis fundi, ſeù prati Crux, vel aliud ſimile, quod dicitur bannum ponatur.

An

An Regularis eiectus à ſua Religione tanquam incorrigib.lis, ſi committat delictum, gaudeat priuilegio fori Eccleſiaſtici? tom.9. Conſult.48.

Gaudet. Ità declarauit Sac. Congr. Immun. in *Nolana* 11. Maii 1669. Etenim eiecti ab Ordine, etiam iuſtè, ac definitiuè, non deſinunt eſſe ſubditi Prælatorum Regularium, imò manet eiuſdem veri Ordinis Religioſi, ac votis ligati, ſicque vice verſa Superiores Regulares remanent Prælati, & Paſtores, *Cap. nè Religioſi de Regul. num.*34. *ac ſeqq. &* tom.3. *num.*46, Molin. *diſp.*140. *verſ. quandò verò, & verſ. quoad votum*, aliique. Si igitur electi, vt incorrigibiles, non deſinunt eſſe ſubditi ſuis Prælatis Regularibus, remanent Regulares, atque adeò gaudent priuilegio fori Eccleſiaſtici.

1 *An, & quatenus ad validitatem cenſurarum non ſufficiat prima citatio ad dicendum cauſam quare &c. ſed requiratur noua monitio, ſiuè citatio ad ſententiam? Præſertim in materia immunitatis.*

2 *Quid in delicto notorio, an ſcilicet in notorijs ordo iuris ſit ſeruandus? Et quid de ſententia?*

3 *Nunquid in notorio requiratur probatio, & quot teſtes requirantur ad illud probandum? Et*

4 *An à ſententia ſuper notorio lata, detur appellatio? Vbi par erga nonnulla de appellatione in materia Immunitatis Eccleſiaſtica ex decretis Sacrarum Congregationum.* tom.9. Conſul.49.

Ad 1. Nullitas cenſurarum clara eſt, ſi defecerit canonica monitio ad ſententiam prò die, quo relaxatæ fuerunt cenſuræ, ac emanauit ſententia declaratoria. Hæc enim citatio eſt omninò neceſſaria, nec ſufficit præcedens prima citatio ad dicendum cauſam quare &c. executa ante biduum relaxationis cenſurarum, ſi Reus comparuerit: quia euanuit per comparitionem, adducendo cauſas quare non erat locus cenſuris, ſi quæ Epiſcopus poſt diem citationis receperit probationes, & examinauit teſtes abſque alia citatione; Vndè totus proceſſus eſt nullus vnà cum ſententia declaratoria. Couar. *in cap. alma mater p.*1. *§.*9. *num.*4, *&* 5. Vbi quod requiritur trina monitio canonica, & neceſſariam eſſe citationem, etiam ad probandum factum, & crimen, per quod prætenditur violata immunitas Eccleſiaſtica, Reliqua vide de Cenſuris.

Ad 2. In notorijs non eſſe obſeruandum iuris ordinem putant aliqui, & alij alia. Ego autem honeſtius puto, ac tutius eſſe, vt in omni caſu fiat citatio, ac monitio, quod ante cenſuit Calderin. *in d. cap. veſtra nu.*47. *de cohab. Cler. & Mulier.* Nam, vt dicunt Oſt. & Io: And. *in cap. cum ſit Romana in fin. de appell. cap.* Multi dicuntur notorij, qui non ſunt. *cap. conſuluit de appell.* Et ideò iuſtius, ac tutius eſt, nullum, quantumcumque notorium fore damnandum ſine citatione, vel admonitione. Et ità captiunculæ forenſes, & altercandi vices libellis frequentibus euitantur.

De ſententia verò, nunquid in notorio ſit neceſſaria? Quidquid de iure, certè de conſuetudine indiſtinctè obſeruatur, vt etiam in criminibus notorijs requiratur ſententia declaratoria, ac atteſtantur Clar. *in pr. crim. quæſt.*9. *verſ. prætereà quarò.* Couar. *in d. cap. alma mater p.*1. *§.*2. *n.*9. *de ſent. excom. in* 6.

Ad 3. Tenenda eſt indiſtinctè opinio Innocentij, quæ efficaciter probatur *in cap. cum dilectus verſ. dicitur enim de purgat. Canon.* quam ſequitur Calderin. *in d. cap. veſtra num.*48. inquiens, ſatis eſſe probare qualitatem iſtam, *ſcilicet*, quod eſt notorium, vel maior pars populi prò certo aſſerit, id publicè factum fuiſſe, vt eſſe, & quod inficiationi locus non fuit, nec eſt, nec ab aliquo contrarium aſſeritur; Debet igitur Iudex ſuper tali notorio informationes aſſumere, & hæc eſt communis opinio. Affliſt. *ſuper* 2. *p. Conſtit. Regn. rub.*10. *poſt num.*30. Neque ſufficerent informationes extraiudiciales. Et proptereà maiorem partem viciniæ examinet ſuper delicto commiſſo, nec poſteà tempore depoſiti officij puniatur, ſi de notorio non doceat. Et quidem iuſtius, tutius, ac æquius eſt, ideòque obſeruandum.

Ad id autem probandum ſufficiunt duo, vel tres teſtes idonei, ſicuti ſufficiunt ad probandam famam. *cap. tam litteris de teſtibus, cap inquiſitionis, & cap. teſtamentum de accuſat. l. bonorum &c.* Ellq; communis opinio, teſte Buttio *ad d. cap. veſtram num.*48.

Ad 4. Variè DD. loquuntur; Iura tamen decernunt, quod notorius criminoſus non auditur appellans *cap. cum ſit Romana, §. prætereà in fine, & cap. peruenit.* Et ità inquie communiter tenent Io: And. *in cap. quam perniciosum poſt nu.*1. *de vſur.* & Butr. *d. cap. veſtra num.*41. *de cohab. Cler. & Mulier.*

Sed Calder. *in d. cap. veſtra num.*51. diſtinguit: aut Iudex proceſſerit contrà abſentem non citatum, aut prò citato, probationibus receptis, vel non receptis. Ego autem conſequenter ad dicta cenſeo, tutius eſſe admittere appellationem. Id ſolum ſubiicio.

Cum in Sac. Cong. Immun. Eccleſiaſticæ proponeretur ab Epiſcopo Cæphalunenſi: an appellatio prohibita in Conſtit. Greg. XIV. de Immun Eccleſ. intelligatur tantummodò de appellatione friuola. Eadem Sac. Cong. reſpondit: Appellatio in Bulla Gregoriana intelligitur indiſtinctè prohibita *ex lib.*2. *decret. Pauli* Lucij *fol.*7. Alia vide *tom.*1. *Conſult.*6.

1 *An abſolutio Rei à crimine ſibi imputato, à carceribus cum libertate dimiſſi, fieri debeat poſtquam ipſe reſtitutus ſit eidem Eccleſiæ, de qua iniuſtè fuit extractus? Et*

2 *An verè extet indultum prò ditione Mediolanenſi, quod cauſæ omnes Eccleſiaſticæ, tam ciuiles, quam criminales in omni inſtantia committi debeant à Romana Curia Iudicibus eiuſdem ditionis, in beneficium, ac commodum litigantium?* tom.9.Conſult.50.

AD 1. Tenendum eſt, huiuſmodi Reum eſſe prius reſtituendum eidem Eccleſię, à qua fuit extractus, & poſteà ex proceſſu iam conſtructo, poſt extractionem conualidato per diſpenſationem Summ.Pontificis, cum ſit nullus, legitimè eius cauſam expediendam: Quia priuilegium immunitatis non conceditur intuitu perſonarum, ſed propter honorem, ac reuerentiam, quæ locis ſacris, & diuino cultui debetur. *l.præſenti verſ. ipſis ſeruata loci reuerentia C.de his qui ad Eccleſ.confug.* & alibi, vt ſæpè dictum eſt. Ac illi Eccleſię, cui ex captura irrogatur iniuria. Priuilegio autem Eccleſiæ nemo poteſt renunciare.

Cur autem reſtitutio extracti fieri debeat eidem Eccleſiæ, à qua fuit extractus? tradidi *tom.1. Conſult.*172. ibique plures Sac. Cong. Immunitatis reſolutiones adduxi, quibus nunc addo ſequentes.

*Extractus à curia laica'i debet reſtitui eidem Eccleſiæ, etiam ſuperuenientibus probationibus ſuper alijs delictis. Sac.*Cong.*Immun.* 8. *Decemb.*1632. in Ianuenſi.

Deindè eſt extrahendus ſer.ſer. iuxtà formam Bullæ Gregorianæ. Eadem *Sac. Cong.* in Mediolanen. 13.*Nouemb.*1634.

*Si delinquens iniurioſè extrahatur ab Eccleſia, reſtituendus eſt eidem Eccleſiæ. Sac.Cong.*Epiſc.

*Etiam ab eo, qui non extraxit, ſi detinet. Eadem Sac. Cong.*in Boienſi 10.*Febr.*1604

Non autem Epiſcopo, vel alteri Eccleſiæ, niſi de licentia Sac.Cong.eadem in Aiculana 14.*Maij* 1613.

Reliqua ad rem fusè vide *d.tom.*1. *Conſult.*172.

Ad 2. Huiuſmodi edictum verè extat, eſtque à Leone X. conceſſum Franciſco Primo Galliarum Regi, tunc Mediolanenſis Duci. At nunquam fuit obſeruatum, ſed neglectum, ſicuti teſtantur Doctores ipſi Mediolanenſes, inter quos Boſſ. *in tit. de princ. num.*344. Gallia *conſ.* 82. *num.*6. & alii, ac Borgnin. *dec.*28. *n.*115. *par.*2. vbi etiam refert, non ſolum in Romana Curia minimè attendi, ſed nec nominari quidem, & pluries reiectum fuit à Signatura Iuſtitiæ, præſertim in vna *Comenſi* 17. Mart.1662. ponente Eminentiſſimo Ginetti. Prætereà huiuſmodi indultum fuit perſonale; ideòque expirauit per d. Franciſci I. diſceſſum à d. Ducatu, ac per eius obitum.

1 *An inimicus, & quiſque alius extrahens ab Eccleſia inimicum, vel quemcumque alium vi ſua priuata, incidat in excommunicationem Conſtitutionis Gregorianæ, & extractus ſit Eccleſiæ reſtituendus?*

2 *Quidnè de extracto ſinè egreſſo ab Eccleſia per metum? Vbi aliqua de Reo trahente ſecum per vim ad Eccleſiam Satellites?* tom.9. Conſul.51.

QVoad 1. Præter ea, quæ hic dicuntur, vide etiam *tom.*5.*Conſult.*3. Tenendum eſt igitur Iudicem non reſtituentem reum per vim, ſiuè expulſiuam, ſiuè impulſiuam ab Eccleſia, etiam priuata poteſtate extractum, peccare contrà Religionem, ac iuſtitiam. Farinac. in *append. de immun. cap.*2. *num.* 53. *& cap.*19. *num.*295. Bonac. *diſp.*3. *quæſt.*7. *de immun.* §.2. *& de excom. in part. extr. Bull. Cęn. diſp.*2.*quæſt.* 3. *par.*6. §.3. *num.* 10. & alii. Eſtque *tex. in cap. ſollicitè in fin. de reſt. ſpol.* Quia, cum talis extractio, vtpotè violenta, nulla ſit, Reo prę iudicare non debet: Nam alioquin facilè poſſet Iudex confugientes ad Eccleſiam capere, ac punire, ſi per vim ab aliis extractus licitè capere, ac punire poſſet. Quoniam talis etiam ſi à priuata perſona ſit extractus, tamen habet ius, vt Eccleſiæ reſtituatur. Atque adeò Iudex tenetur illum reſtituere: quia in tali caſu non condemnat Reum iuridicè, ac proindè iniquè, ac priuata authoritate id facit. Adde, quod difficilè poſſet reddi ratio diſparitatis, cur liceat Iudici condemnare Reum à priuata perſona iniquè extractum ab Eccleſia, & non liceat extractum ab ipſomet Iudice. Et hanc ſententiam veram eſſe cenſeo, quæ eſt Turrecrematæ in *Can. Sacrilegium* 17. *quæſt.*4. eamque confirmo declaratione Sacræ Congregationis Epiſc. in *Neapolitana* 2. Iunij 1620. quæ eſt huiuſmodi:

E*xtrahentes inimicum per vim, illumque extrà locum ſacrum ſatellitibus conſignantes, incurrunt in excommunicationem, & qui ſuſcipiunt, vel damnant, ſi ſciant, extractum fuiſſe à loco immuni.*

Ad 2. Si talis metus fuerit illatus, qui cadere poſſit in virum conſtantem, quique metus iuſtus dicitur, mortis periculum, aut corporis cruciatus continens, facultatumque omnium iacturam, ni aliquid fieret, qui, & actum reuocat; Sicque Reus ob metum illatum, quod Iudex laicus ſit eum à loco immuni extracturus, ac pęna capitali puniturus, ideòque oporteret egredi ab Eccleſia, & egręſſus comprehenditur, vtique cenſerem eſſe Eccleſiæ reſtituendum cum Delben. *cap.*16. *dub.*25. *ſect.*4. *num.*1. Farinac. *in append. de immun. cap.*2. *num.*55. id extendens ad metum, etiam non cadentem in conſtantem virum. Lezen. in *Sum. v. immunitas num.*18. Genuen. *cap.*17. *num.*6. & alij: quia tunc non tam dicitur egredi, quam extrahi per violentiam. Sperell. *dec.*149.*n.*65. aduerſus quod hodie non exigitur amplius vio-

leotia, ſed ſat eſt, quod voluntas minis, ac terroribus coacta fuerit. Maximè ſi metus ità eſſet illatus, vt perturbaret vſum rationis, ex quo operatio non eſſet libera. Ceterum quæ fiunt ex metu ſemper habent admixti aliquam rationem inuoluntarii.

Secus autem dicendum eſt, ſi metus non caderet in virum conſtantem, eſſetque vanus. Hic enim non excuſat, *l. metum autem 2. ff. quod met. cauſ. l. vani timoris ff. de reg. iur.* Quod arbitrio Iudicis relinquitur *l. metus autem ff. ex quibus cauſ. maior.* Abb. *in cap. cum virum num. 8. de regular.* & alii apud Menoch. *de arbitr. caſ. 135. n. 3.*

Quod verò ad trahentem ſecum per vim ad Eccleſiam Satellites vide *tom. 8. Conſult.* 116.

An, & quatenus Epiſcopus poſſit declarare excommunicatum Equitem Hieroſolymitanum, ex eo præcipuè, quod extractioni Rei ab Eccleſia Hieroſolymitana ſe oppoſuerit in caſibus exceptis à Conſtitutione Gregoriana, eandemque Eccleſiam interdicto Eccleſiaſtico ſupponere? Et quid de Equite S. Iacobi, qui in loco publico Vicarium Generalem Epiſcopi in exercitio ſuæ iuriſdictionis verbis iniurioſis affecit? Vide de Equitibus to. 9. Conſul. 52.

1 *An Regulares, ac Moniales, ſaltem Ordinum Mendicantium teneantur ad ſolutionem ſubſidij triennalis?*

2 *An Epiſcopi teneantur ad collectam impoſitam prò reparatione aggeris fluminis publici? Et*

3 *An Coloni partiarij Eccleſiæ grauari poſſint à laicis prò oneribus mixtis?* tom. 9. Conſult. 53. Item quoad 2. quæſitum vide etiam tom. 1. Conſult. 50 & quoad 3. vide etiam tom. 2. Conſult. pariter 50.

AD 1 Negatiuè, etiam ſi probetur, huiuſmodi onus eſſe perpetuum, certum, ac inuariabile, & impoſitum bonis propter bona ex communi Canoniſtarum doctrina in *can. 1. de Immun. Eccleſ. in 6.* præſertim Innocent. *in cap. non minus eodem tit.* & Abb. *in cap. fin. de vit. & honeſt. Cleric.* de quo nos alibi: Quia per Conſtitutionem XI. B. Pij V, quæ incipit. *Dum ad vberes §. 1.* ibi: *Etiam ſubſidij triennalis* facti ſunt immunes à ſolutione huius oneris, ideóque ceſſat iuris diſpoſitio per tex. *in cap. priuilegia d. 3. l. pecuniam C. de priuil. fiſci*, & tradit Felin. *in cap. ex litteris de fid. inſtrum.* Neque illa fuit abrogata per alias poſteriores Conſtitutiones Sum. Pontificum Pauli V. & Vrb. VIII. quinimmò præſeruatur. In illa autem Pauli *ſub* §. 4. & Vrb. *§. item* 4. ſuntque adhuc in viridiſſima obſeruantia,

Atque ità in ſpecie huius oneris declarauit Sacra Congregatio Immun. in hæc verba: *Quatuor Ordines Mendicantium ſunt exempti à quocumque onere, etiam Camerali, die 7. Nouembris* 1651. *in* Fulginatenſi. Et die 22. Decembris 1621. decreuit, ſeruandum eſſe decretum Clementis VIII. in fauorem Eccleſiaſticorum ſoluendi ſubſidium triennale, & alia onera Cameralia.

Ad 2. Negatiuè: tam ex diſpoſitione Sacrorum Canonum *in cap. non minus, & in cap. quanquam de cenſib.* quam ſi ex immemorabili tempore non ſoluta fuerit huiuſmodi collecta; itàut Eccleſia libertatem præſcripſerit. Burlatt *conſ. 186. num. 8. & ſeqq.* Et declarauit pluries eadem Sacra Congregatio Immun. vt in *Nucerina* 5. Febr. 1630. his verbis: *Eccleſiaſtici non tenentur ad onera Cameralia, ſuppoſita illorum quaſi poſſeſſione.*

Eſtque receptiſſima omnium ſententia, quod Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ pro bonis Eccleſiarum ſint immunes a quibuſcumque oneribus, gabellis, collectis, aliiſque impoſitionibus realibus, perſonalibus, & mixtis iure diuino, ac humano. Ciarlin. *cap. 103. à num. 1.* & hoc certum eſſe Theologorum, Canoniſtarum, & Iuriſconſultorum ſententiam, firmauit Rota coram Merlino *dec. 339. num. 1. par. 6. recent.* & in ſpecie, quod Clerici prò ſuis prædiis viciois non teneantur contribuere expenſis pro refectione viarum, pontium, ac hoſtilium, vt eſt reparatio aggeris fluminum, tradit Antonell. *de regim. Eccleſ. Epiſ. lib. 4. cap. 4. num. 34.* vbi cum alijs inquit, quod huiuſmodi onera imponuntur perſonis pro rebus, & quod nullo iure cauetur, fundos, ſiuè bona Clericorum his oneribus eſſe obnoxia. Secus autem quando concurrerent requiſita, de quibus nos *tomo 1. Conſult.* 50.

Ad 3. Pariter negatiuè, durante colonia prò oneribus mixtis, qualia ſunt, quæ perſonis pro rebus imponuntur ad tex. *in l. reſcripta §. fin. ff. de muner. & honor.* Eſtque conſtans Sac. Congreg. Immun. ſententia, de qua nos alibi, nè grauando Colonos, grauaretur Eccleſia. Reliqua diffuſè vide *d. tom. 2. Conſult.* 50.

An Reus comprebenſus à lictoribus, dum ab Eccleſia vnico tantum paſſu diſtabat, & vnum ex illis eodem inſtanti traxerat ad ipſam Eccleſiam, à qua per vim fuit extractus, reſtituendus ſit eidem Eccleſiæ? to. 9. Conſult. 54.

AFfirmo cum Caſtropal. *tom. 2. theol. moral. de recur. deb. loc. ſacr. diſp. vn. pun. 7. num. 11.* his verbis: *Quod credo extendendum, etiam ſi per vim tecum ferres miniſtros iuſtitiæ. Semper enim verum eſt, te ad Eccleſiam confugere, ac proindè illius debere immunitate gaudere.* Idem tradit Mar. Ital. *de Immun. Eccleſ. lib. 1. §. 2. cap. 6. n. 70. & ſeq.* Farinac. *eodem tract. cap. 15. n. 196.* Dian. *par. 4. tract. 1. reſol. 106.*

Quod ſi abſolutè procedit ad fauorem illius, qui extrà Eccleſiam fuit comprehenſus, & ſecum traxit lictorem ad ipſam Eccleſiam, nulla facta diſtinctione, an in ſpatio vnius tantum paſſus fuerit comprehenſus, in quibus terminis

lo.

loquuntur præcitati DD. facilius id affirmandum eſt ad fauorem huiuſmodi Rei, qui tunc temporis in Eccleſia commorabatur, animo in ea perſiſtendi, tanquam proximus Eccleſiæ comprehenſi eum de tam minima diſtantia nulla ſit habenda ratio, ex traditis à Becc. *conſ.* 15. *num.* 18. *lib.* 1.

Etenim ob tam breue ſpatium proximum Eccleſiæ muris, ille, qui in illa permanebat, vt eius Immunitate gauderet, propè Eccleſiam ſtare dicitur. Qui autem ſtat propè Eccleſiam, ei contiguè ſtare dicitur; quod vicinitatem ſignificat. Quæ vicinitas extremas fores Eccleſiæ continere dicitur ad tex *in l. pateant in princ.* C. *de ijs, qui ad Eccleſ. confug.* ibi: *Sed vſque ad extremas fores Eccleſiæ, quas oratum geſtiens populus primas ingreditur confugientibus, aram ſalutis eſſe præcipimus. Extremas autem fores, non niſi vltimam vicinitatem, quam finem Eccleſiæ, vbi cum via publica coniungitur dicimus.* Et notandum, quod dicit fores, non valuas: Quia fores propriè ſunt, quæ foris aperiuntur; Valuæ, quæ intus reuoluuntur, & ſe velant, vt ex Varrone teſtatur Seruius.

Eòque magis, cum agatur de Immunitate Eccleſiæ, cuius fauore quis redditur tutus, etiam intrà 30. vel 40. paſſus, vt latè Farinac. *de Immun. cap.* 18. *num.* 283. *& ſeqq.* de quo nos alibi. Ideòque cenſeo, hunc reum Eccleſiæ reſtituendum, etiam in dubio, vt firmat Giurba *conſ.* 10. *num.* 25. *lib.* 1.

1 *An cenſuræ latæ in materia Immunitatis Eccleſiaſticæ ſint irritæ ex eo, quod Iudex allegatus fuerit ſuſpectus?*

2 *Quod excommunicatus eſſet infirmus, & ideò non poterat comparere?*

3 *Quod in declaratoria nominatim non fuerit excommunicatus, ſed ſolum in cedulone?*

4 *Quod in declaratoria facta fuerit mentio incurſus in excommunicationem Conſtitutionis Gregorij XIV. de immunitate Eccleſ. in qua caſus excommunicationis iam latæ, non eſt comprehenſus? Et*

5 *Quod excommunicatus ſit exemptus, tanquam ſubcollector Nuncij Apoſtolici?* tomo 9. Conſult. 55.

NEgatiuè ad omnia; Non enim releuat prima nullitas de præuia allegata ſuſpicione: Quia declaratoria ob violatam Immunitatem non admittit appellationem, iuxtà declarationes Sacræ Congregationis Immun. de quibus nos alibi, & teſtatur Sperell. *dec.* 68. *num.* 42. Vbi autem denegatur appellatio, reijcitur etiam recuſatio. Cap. *ſuper eo* 2. *de appel.*

Nequè 2. De allegata infirmitate: Nam in cauſis cenſurarum poſſunt deduci defenſiones per procuratorem, & non eſt opus perſonali conſtitutione, *cap. intelleximus de iudic.* Zabarel. *in cap. veniens num.* 9. *de accuſat.* Farinac. *quæſt.* 99. *num.* 208.

Minus 3. De omiſſa expreſſione nominis excommunicatorum: Nam declaratoria eſt relatiua ad monitorium, & Cedulones, in quibus ſunt expreſsè nominati. Expreſſio autem per relationem ſufficit in omnibus, neque differt ab ea, quæ legitur ad litteram. Chart. *dec. crim.* 94. *num.* 35. cum ibi allegatis.

Pariter neque 4 Quoniam, dum cauſa violatæ immunitatis, ac iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ob quam fuerunt excommunicati, eſt vera, atque adeò eſt iuſta, licet facta fuerit expreſſio iuris non facientis ad cauſam, adhuc excommunicatio ſuſtinetur. Apoſtil. ad Bart. *in l. ſi cum inter C. quandò prouoc. non eſt neceſſ. verſ. iura nulla* ibi. *Item ſallit ſi ſit expreſſio iuris non facientis ad cauſam.* Abb. *in cap. per tuas num.* 11. ibi, *aut contrà ius, ſed non contrà idem, de quo agitur.* Neque continet errorem intolerabilem, neque abſurdum, de quibus exhibetur exemplum in *cap. venerabilibus* §. *poteſt quoque de ſent. excom. in* 6.

Similiter nec 5. Defectus iuriſdictionis, quoad ſubcollectorem exemptum: Nam in articulo violatæ immunitatis, ac iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, in quo ex iuris communis diſpoſitione incurritur ipſo facto excommunicatio, etiam exempti poſſunt per Epiſcopum excommunicati publicari, vt euitentur à populo ſuæ Diœceſis. Piaſec. *in pr. Epiſc. par.* 2. *cap.* 3. §. 6. *n.* 59. Alter. *de cenſur. tom.* 1. *diſp.* 10. *lib.* 3. *cap.* 5. *in fin.* vbi etiam refert declarationem Sacræ Congregationis. Et ità etiam declarauit Sacra Congregatio Immun. in *Auerſana* inter Gregorium Piccirellum Beneficiariũ Diaconiæ S. Felicis, & Fratrem Antonium Turcum, Equitem Religionis Hieroſolymitanæ, quem vti detentorem bonorum Eccleſiæ Epiſcopus Auerſanus in cenſuras incurriſſe declarauit, de quo, & nos ſæpè.

An auferens Galerum è capite Epiſcopi, vt in caſu poſito, & in terram proijciens, incidat in pœnam Can. *ſi quis ſuadente* 17. *quæſt.* 4. *& cogi ad canendam palinodiam poſſit? Quid ſi Epiſcopus eſſet etiam Miniſter Regius?* Vide de Cenſur. tom 9. Conſult. 56.

An extractus ab Eccleſia per Iudicem laicum ob crimen non exceptum, & carceribus mancipatus, à quibus fuit dimiſſus, cum cautione de ſe repreſentando, iterumque poſtea comprehenſus à Curia Eccleſiaſtica, & in carceres coniectus, gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica? tom. 9. Conſ. 57. & Conſult. 7. hoc eodem to.

AFfirmatiuè. Primò quia, licet ſecunda carceratio facta ſit à diuerſo Iudice, non ideò tamen eſt diuerſa à prima, ratione enim

continuationis prò vna reputatur. Bald. *in l. quicumque num.5. C. de ſeru.fug.* Atque adeò ſicut per primam carcerationem non fuit priuatus priuilegio Immunitatis, ità neque per ſecundam continuantem primam, mediante fideiuſſione præſtita, ac proindè habetur, ac ſi ſemper retentus fuerit in carceribus; Vndè ſicut gaudere debet immunitate,ſi ſemper permanſiſſet in Carceribus, ità pariter, dum fuerit è Carceribus dimiſſus, *l. nec non §.item ſi quis ſſ ex quibus cauſ.maior.* Maſcar. *de prob.concl.* 820. *num.7. lib.2.* Igneus *in lib.1. num.25. & ſeqq.ff.ad Syllan.l. naturalem ff.de aquir.rer.dom.* quem textum air notatle ſingulariter Bartolus prò illis, qui ad Eccleſiam confugiunt, qnl in ea liberrare reddi debent, vt liberè, & abſque impedimento poteſtatem Iudicis euadere poſſint.

Deindè,quia ſicut Reus ab Eccleſia iniuſtè extractus, ſi poſtea è carceribus effugiat, & iterum capiatur in loco non immuni,reſtitui debet Eccleſiæ; quia ſic extractus affectus eſt reſtitutioni Eccleſiæ: quæ per iniuriam ſpoliata fuit. Dian. *par.4. tract.1. reſol.34. in fin.* Donat. Ant. de Marin. *reſol. quotid. cap.80.* & nos in *d. Conſult.7.* Ita pariter à fortiori dici deber in hoc caſu: quia reus cum cautione, non liberè à carceribus dimiſſus fuit. Farinac. *de Immun. in append. cap.2. num 53.*

[Inſuper ſiuè ex prima,ſiuè ex ſecunda carceratione, adhuc Eccleſia iniurioſè ſpoliata, remaneret redintegranda,& ſcandalum abolendum]

An attenta neceſſitate belli, Coloni, penſionarij, conductores, cenſuarij, ac inquilini Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum compelli poſſint ad ſolutionem earum, quæ tangunt dictorum Colonorum perſonas, eorumque colonicam portionem,non obſtante immunitate eis conceſſa per priuilegia Regum,vel Principum? to.9.Conſul. 57.

RESpond. Soluendum eſſe ex forma priuilegiorum. Si enim hæc priuilegia conceſſa ſunt titulo oneroſo, certum eſt ad id non teneri: Nam priuilegium ex cauſa oneroſa, vt ſi magna quantitas pecuniarum ſoluta fuerit,non poteſt a Principe reuocari. Bald. *in l. qui ſe Patris num.32. C.vndè liber.* Alex. *conſ.vlt.n.16. lib.4.* Socin. *conſ.87. num.12. lib.3.* Quia cenſetur hoc caſu orta mutua obligatio ex conſenſu vtriuſque Partis, quæ altera inuita, & renuente, tolli non poteſt. Bart. *in l. quod ſemel ff.de decret. ab ord. fac. & in l. omnes populi in 3. quaſt. princ. de iuſt. & iur.* Felin. *in cap. cum olim col.4. de rè iud.* Contractum verò cum Principe initum etiam cum ſubditis eſſe irreuocabilem probat tex. *in cap. ex epiſtola de probat.* eſtque communis opinio,vt teſtatur Iaſ.*conſ.1.de princ. lib.1.* Quod adeò verum eſt, quod nec de plenitudine poteſtatis poſſit Imperator, vel Papa contrauenire contractui, vt ibidem Bald. notat *in l.1.§. ad hoc col.5.ff. de pact. iur. firm.* Paul.de Caſtr *in l.digna vox C.de legib.* alijque. Et idem eſt de ſucceſſore, qui nec ipſe poteſt reſilire à contractu per prædeceſſorem inito, etiam de plenitudine poteſtatis, Paul.de Caſtr. ibidem cum alijs allegat. a Gabriel. *concl.7. de iur. quaſ. non toll. num.18.*

Præcipuè autem rationes ſunt; quia nihil eſt, quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in Principe. Et quaſi eſſet in ſola Principis voluntate contractum, quem cum ſubdito facit, infringere; nullus veriſimiliter contraheret cum ipſo, & ſic hominum commercio careret in contrahendo.

Atque ex his pernecesſè reſultat, quod etiam ſi priuilegium eſſet conceſſum dictis Colonis vti laicis, ac ſubditis ipſis Principibus, qui illud conceſſerunt, adhuc rectiſſimè pronunciandum eſt, quod illud in hiſce præciſis terminis caſus belli, ac conſeruationis Regni, vel Principatus, non poſſunt reuocari, ſed præſeruari debent prout Senatus Mediolanenſis ab anno 1564. & ſequenti firmauit, quod priuilegia conceſſa Carthuſiæ Papienſi, ac eius Colonis erant conceſſa titulo oneroſo, & ideò ad nullam ſolutionem teneri. Quod inconcuſsè ad præſentem vſque diem obſeruatum eſt.

Accedente præſertim libertate non ſoluendi legitimè præſcripta, quæ ſola ſatis eſt ad eos præſeruandum ab hac ſolutione ex iuribus vulgò notis.

Quare conſulendum eſt idemnitati huiuſmodi Colonorum, alioquin actum erit de portione colonica acerrimè defenſa ſub Paulo V. & Vrban. VIII. prò qua ad fauorem Eccleſiaſticorum ſcripſerunt Io: Baptiſta Spada, & Hortenſius de Rubeis, alijque celebres Iuriſconſulti collecti à Gattica in ſua catena aurea prò Immunitate Eccleſiaſtica.

An, & quo iure violetur immunitas Eccleſiaſtica per violentam extractionem rerum ab Eccleſiis, & locis immunibus? Et quænam pœnam incurrant? tomo 9. Conſult.59. Item tomo 1. Conſul.167.& tom.5.Conſult.5. ac tomo 6. Conſul. 4.

CErtum eſt, immunitatem violari, non ſolum per extractionem perſonarum,ſed etiam rerum ex *can.ſicut antiquitus 16.qu.4.* ibi: *Aut perſonã hominis,vel bona eius indè ſubtraxerit, ex eo quiſquis eadem cauſa,* & 9.ibi: *Vel domos,quæ intra prædictos paſſus fuerit, aliquid indè diripiendo, vel auferendo,* & infrà. *Aliqua inde abſtulerit,* & ſimilia. Sicque abſtrahentes ſacrilegi iudicantur in *can.ſi fortè,* & *can.qui rapit 17.q.4.* Committitur enim ſacrilegium auferendo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro, ſiuè ſacrum de

de non ſacro, vt legitur *in d.can.quiſquis*.

Verum, & ſi tales, vti violatores Immunitatis, & ſacrilegi de iure communi, niſi emendent, ſint excommunicandi, vt *in d.can.ſicut antiquitus*, & notat Gloſ. *in cap. conqueſti, v. excommunicatos nuntietis de ſent. excomm.* Tamen non videntur incidere in cenſuras Conſtitutionis Greg. XIV. Quia hæc loquitur de abſtrahentibus perſonas, nec debet extendi ad eos, qui abſtulerunt res. Tum quia Perſonarum appellatione non veniunt res, vt Iuſt. *de iur. nat §. fin. & de rer. diuiſ. ſub init.* Tum quia non viget tanta ratio in extrahentibus res, quanta in abſtrahentibus perſonas. Imò qui perſonas violenter abſtrahunt, plus delinquunt; quia inferunt iniuriam loco ſacro, ac perſonæ ſimul. can. *miror* 17. *qu.* 4. Ideòque plus puniuntur. can. *non afferamus* 24. q. 1. cap. *quæſiuit de his, quæ fiunt à maior. par. capit.* & cap. *vlt. in fin. de exceſ. Prælat.*

Si verò extractio bonorum fieret authoritatiuè per Miniſtros Curiæ, vel de mandato Iudicis, ſeù Magiſtratus ſecularis, tam abſtrahentes, quam mandantes, quamuis non inciderent in pœnas Conſtit. Greg. inciderent tamen in excommunicationem *Bullæ Cœnæ Domini* §. 17. latam in vſurpatores Iuriſdictionis ad Sedem Apoſtolicam, vel quaſcumque Eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum pertinentis. Siuè enim facultas dandi licentiam abſtrahendi res à locis immunibus ſpectet ad Sedem Apoſtolicam, ſiuè ad Epiſcopum, iuxtà tex. *in d. can. quiſquis* 17. q. 4. ibi: *Si quis Domum Dei violauerit, & aliqua ſine licentia illius, cui commiſſa eſſe dignoſcitur* (idest Prælati ſecundum Gloſ.) *inde abſtulerit &c. vtroque caſu Eccleſiaſticam iuriſdictionem vſurpat*. Et ideò incidit *in illud caput Bullæ Cœnæ Domini*.

Prò extrahendis autem rebus à locis Immunibus licentia expediri ſolet per litteras Sac. Congr. ſuper Epiſc. & Regul. quæ ſub die 14. Nouemb. 1636. præcepit bona poſita in loco immuni in præiudicium creditorum deponi debere in loco non immuni. Et ſub die 9. Martij 1635. præcepit Vicario Generali Mediolanenſi, nè talia bona tenerentur in loco immuni in præiudicium creditorum. Et ſub die 12. Decemb. 1642. præcepit, vt ex quadam Eccleſia extraherentur bona eò tranſportata in fraudem creditorum, conſignanda tamen Iudici competenti. Hodie tamen huiuſmodi epiſtolares licentiæ conceduntur à Sac. Cong. Immun. Ordinario directæ ſub hac formula:

Supponendoſi per parte di N. di hauer ottenuto mandato eſſecutiuo contro i beni, e i mobili di N. qual mandato non può fare egli eſſeguire, per eſſer ſtati traſportati detti mobili nella Chieſa N. acciò che ſia remoſſo il pregiuditio publico, e conſeruata l'immunità Eccleſiaſtica, potrà V. S. col mezzo de' Miniſtri Eccleſiaſtici far eſtrarre dalla ſudetta Chieſa, ò da altro luogo immune le dette robbe, e quelle con inuentario conſegnare à Giudice competente, à fin che ſopra di eſſe ſi poſſa eſſeguire quello, che ſarà di giuſtitia concedendoſele con la preſente dalla Santità di Noſtro Signore la facoltà in ciò neceſſaria.

An, & quatenus lædatur immunitas, & libertas Eccleſiaſtica in comprehenſione operariorum, panis, aliarumque rerum facta à Iudice, & Fiſco laico in domo annexa ſub eodem tecto, ac ſtillicidio Eccleſiæ, præſertim ruralis. tom. 9. Conſult. 60.

PRimò læditur ratione loci, ſi pateat ex fundatione, ac dotatione Eccleſiæ, quod domus eſt ipſius Eccleſiæ erectæ in beneficium; Vndè cum ſit domus Eccleſiaſtica, & in ambitu 30. paſſuum, gaudet immunitate, can. *ſicut antiquitus*. can. *quiſquis* 17. §. *ſacrilegium*, & can *definiuit* 28. *verſ. in quibus* 17. *quæſt.* 4. Farinac. *in pr. crim. p.* 1. *tom.* 2. *quæſt.* 28. *& de carcer. n.* 12. Donat. *de aſyl. reſol.* 43. & alij, ac declarauit Sac. Cong. Immun. in *Spoletana* 24. Iul. 1634. & in *Ariminenſi* 15. Septemb. 16. de quo, & nos

Quod adeò verum eſſe autumant Dian. *reſol.* 2. §. *rectè etiam & p.* 3. *tr.* 1. *reſol.* 71. Donat. *reſol.* 47. *num.* 1. & alij, vt ſi talis domus Eccleſiæ eſſet locata laicis, adhuc gaudere immunitate, atque ità obſeruatum fuiſſe Mediolani anno 1593. teſtatur Chartar. *dec. crim.* 46. *num.* 20. & nos de hoc alibi diximus.

Secundò læditur huiuſmodi immunitas ratione fori: Quia nequit Iudex laicus perquirere loca Eccleſiæ, Rectoris, Presbyteri, & Clerici. vt firmat Sperell. *dec.* 49. *num.* 16. Nam id pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum, neque auferre annonam prò illius introductione contrà ſua edicta, Sperell. *dec.* 12. *num.* 59. Dian. *p.* 5. *tract. reſol.* 6. *& p.* 6. *tract.* 8. *reſol.* 4. §. *Secundò infertur num.* 59.

Tertiò, læditur libertas Eccleſiaſtica: quia non poteſt Iudex laicus prohibere Clericis introductionem frumenti, & panis forenſis. Dian. *d. p* 6. *reſol* 4. *& p.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 69. *&* 70. Io: Beltram. *in propugnac. liber. Eccleſ. aſſer.* 1. §. 3. *n.* 11. & alij. Nam id eſt contrà libertatem Eccleſiaſticam. Sperell. *dec.* 12. *num.* 61. *& dec.* 4. *num.* 7. atteſtans, ità reſpondiſſe Sac. Cong. militatque eadem ratio de pane, ac de furno, macello, ac molendino, quod ſcilicet Clerici non poſſint cogi ad molendina laicorum declarauit Sac. Cong. Immun. etiam quoad Colonos 25. Maij 1655. in *Vrbeuetana*. Nam Clericis neque Iure Diuino, neque humano id prohibetur, vt docet Souſa *in Bull Cœn. can.* 16. *diſp* 46. *contr.* 3. Filiuc. *tom.* 1. *tr.* 16. *cap.* 10. *num.* 270. & alij. Vndè ſic ſtatuentes eſſe excommunicatos ipſo iure firmat Rota *in Sulmonenſi* 7. Iun. 1627. coram Durano *dec.* 61. *num.* 11. *tom.* 2. & *in Hydruntina pecuniaria* 26. Iun. 1641. coram Merlino.

An

Digitized by Google

An Immunitas Eccleſiaſtica ſit de Iure Diuino? tnm.9. Conſult.61.

ASſerunt Cathnlici, & conuenit inter omnes Theologos, hanc immunitatem in rebus ſpiritualibus, diuinis, & Eccleſiaſticis eſſe de iure diuinn. Talia ſunt Sacramenta miniſtrare, ſacra muuera, & officia obire, ac exequi, ſacras literas interpretari, peccata, quibus in his delinquitur punire, pœnas Eccleſiaſticas ſancire, quales ſunt excnmmunicationes, ſuſpenſiones interdicta, irregularitates, depoſitiones, & degradationes, hæreticos punire, cauſas omnes quoquo modo ad fidem pertiuentes cognoſcere, idnneos Eccleſiarum Miuiſtros examinare, eligere, creare, inſtituere, cnnfirmare, ad Ordines promouere, vel alia huiuſmndi, quæ Religioni opponuntur, ac polygamia, quatenus Matrimnnij contractus in Sacramentum à Chriſto eſt eleuatus. Prætereà iuris diuini eſt, vt omnes etiam fatentur Clericos ſacris vſibus conſecratos, profanis, ac ciuilibus rebus, ac negocijs perpetuò implicari non poſſe, nec Imperator, Rex, nulluſque ciuilis Princeps poteſt edicere, vt Clerici ſacris rebus addicti, arma tractent, militant, bella gerant, aut alia ſæcularia factitent. Illud etiam nemo negat, quicquid iuris, & pnteſtatis habent laici in rebus ſpiritualibus, habere conceſſu, ſeù priuilegio, ac beneficio Eccleſiæ, quale eſt Iuſpatronatus in nominandis, deſignandis, & offerendis Clericis, qui præficiuntur Eccleſijs, vel in beneficijs Eccleſiaſticis inſtituuntnr. Item ius ſepulturæ, ius exigendi penſiones beneficijs Eccleſiaſticis impoſitas, ius eligendi aliquns ad beneficia, & Dignitates Eccleſiaſticas, & alia huiuſmodi iura, de quibus priuilegij alibi dictum eſt fusè.

Quare, ſicut nefas eſt Iudicibus, ſeù Principibus ſæcularibus ſpiritualia miniſtrare, ità neque de ijs quoquomodò iudicare. Ideòque Ozias Rex *2.Paralip.*20. annotante Lyrann volens ſibi arrogare Sacerdotis officium, fuit reprobatus à Sum. Sacerdnte, dicentibus viris fortiſſimis: *Non eſt hoc tui officij, Ozias, quia ſunt diſtincta Regis, & Sacerdotis officia.* Idem confirmatur *Deuthor.*17.

Confirmat id Paulus *ad Epheſ.*4. vbi ait: *Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas &c.*

Extat in hanc rem Epiſtnla Honorij Auguſti ad Archadium Orientis Principem, quæ inter alia, ſic ait: *Si quid de cauſa Religionis inter Antiſtites ageretur, Epiſcopale oportet eſſe iudicium. Ad illos enim diuinarum rerum interpretatio, ad nos religionis ſpectat obſequium.*

Iuſtinianus quoque Imperator *conſt.*123. *Si Eccleſiaſticum, ait, negocium ſit, nullam communionem habent Ciuites Magiſtratus, ſed religioſiſſimi Epiſcopi ſecundum Sacr. Canones negocio finem imponunt.*

Hoc idem probant verba Ambroſij *epiſt.*32.*ad Valentinianum Imperatorem, & epiſt.*33. *Nolite grauare Imperator, vt putes & in ea, quæ diuina ſunt, imperiale aliquod ius habere.*

Idem probant In: Carnotenſis *lib. 4.polyc. cap.*3. Sulpit.*lib.2.ſac.hiſt.* Vgo Victorinus *de Sacram. fid.lib.2.par.2.*

Idipſum decreuit Bonifac.I. *epiſt.ad Anaſtaſium Imperatorem Romana Synodus quarta ſub Symmacho cap.*2. Eugenius II. *epiſt.* 4. Nicolaus I. *epiſt.8.ad Michaelem* Imperatorem.

Dilucidè S.Thn: Cantuarienſis *epiſt.ad Regem Angliæ.* Genrgius Cedreuus *in Leone Iconomico.* Lucifer Calaritanus *lib.2. ad Conſtantinum Auguſtum prò S.Athanaſio.*

Non obſtat, qund plures Theologi aſſerant, Immunitatem Eccleſiaſticam eſſe iure humano dumtaxat: Nemo ex illis dubitat eſſe de iure diuino, quod ad res ſpirituales, diuinas, & Eccleſiaſticas, Theolngi autem allegati à Duardn, & ab alijs loquuntur de Immuuitate in ordine ad ſolutinnem turbatorum, quæ ſolent Principes laici communiter imponere, qui tamen addunt, hanc immunitatem eſſe iuri naturali, & diuinn conſentaneam, ex qun alij Thenlogi, & Canoniſtæ omnes inferunt, eſſe de iure etiam naturali, quod idem eſt, ac ius gentium primæuum cum ipſo genere humano à rerum natura proditum; quinimmò illam eſſe de iure etiam *Diuinò ipſi* cnmprobant Cannniſtæ, & alij, quos alibi adduxi. Quod autem eſt diſpoſitum, iuri diuinn conforme, iuris diuini eſſe dicitur, non autem humani, vt habetur ex Geminian. & Matth. *de iuriſd. p.2. cap.6.num.* 15. Vndè ipſe Suarez *lib.3.de relig. cap.9. de immun. Eccleſ.* qui contrarium in hoc ſentit, fatetur, immunitatem hanc eſſe multò cnnuenientem vnluntati Chriſti Domini, qua vnluit omnia in Eccleſia cum ordine *diſponi*, & ſancta ſanctè tractari. Et quod ad *immunitatem* Templorum habetur expreſsè Exod. 21, de qua alias fusè.

An Principibus laicis competat imperium aliquod circà ſacra? tnm.9.Conſult.62.

TEnendum eſt, tanquam certum, Principibus laicis nullam cnmpetere imperium, nullamque iuriſdictionem circà res ſacras.

Hæc aſſertio ità à nobis probata fuit ex ijs, quæ docuimus *tom.2.Conſult.*56. vt nullus ſuperſit lncus dubitandi, ſed ſolum reſtet, vt reſpondeamus ratinnibus, & authoritatibus in contrarium adductis.

Primum, qund aduerſarij aſſerunt de ſumma poteſtate, ineptum planè eſt, cum enim ipſi illis verbis: *Principes laicos deſcribant*, ſequitur, vt fallaciam cnmmittant petitionis principij. Nam hoc eſt, quod in quæſtione inter Cathnlicns, & aduerſarios vertitur; an ſcilicet Chriſtianus populus ſit tantum in politicis Regi ſubiectus, an etiam in rebus ſacris, vt ouis ſummo Paſtori,

Google

ri, ſacrorum Principi ſubijciatur. Illi negant Catholici affirmant. Quod ergò quæritur, & controuerſum eſt, iſti prò fundamento aſſumunt.

Quoniam autem Apoſtolus Chriſtianos homines monet ad *Hebr.*13. vt Præpoſitis Eccleſiaſticis obediant, vt oues ſubiectæ Paſtoribus: *Obedite*, inquit, *Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem prò animabus veſtris reddituri*, hinc ſequitur, quod Aduerſarij, non Principes Chriſtianorum, ſed Ethnicorum deſcripſerint. Hi enim ſoli Deo Creatori ſunt ſubiecti, qui extrà Chriſti ouile vagantur, & paſtoribus carent Eccleſiaſticis, quibus obedire tenerentur, iuxta Euangelij doctrinam. Sed quid mirum, ſi ità diſſerant, Poteſtates enim illas pugnaciſſimè defendunt, quæ ſunt extrà Eccleſiam Catholicam, & illarum gentium conditiones delineant, quæ varijs hæreſibus fœdantur; vtique autem gentiles ſunt, non Chriſtiani, vt obſeruat Tertull. *de præſcript. hæret.* ac cæteri Eccleſiæ Patres. Hæreticus enim eſt nomine Chriſtianus, re paganus. Cum ergò dixerunt, eos Principes laicos *ſummas Poteſtates*, extrà Chriſti ouile, cuius Paſtor eſt Petrus, illos conſtituit. Cumque ſubdat *Populum ſoli Deo ſubiectum* fidei Catholicæ deſertores deſcribunt, qui Deum, vt naturæ authorem, habent Principem, non vt inſtitutorem gratiæ, qui ouibus ſuis Paſtorem dedit, *Ioan. ac vlt. & Matth.* 16.

Porrò Imperatorem, ac cæteros laicos Principes in ſuo munere nulli inferiores eſſe in genere ciuilium, ſiuè politicarum rerum, in quibus ſoli Deo eſſe ſubiectos, eo tamen modo, quo in citata *Conſult.* 56. expoſuimus planè fatemur. At in ijs, quæ religionis ſunt, ſi Chriſtiani eſſe velint, Summo Chriſtianorum Paſtori ſubijci oportet: Quia ipſi oues ſunt, ille Paſtor. Nequè aliter metaphora Saluatoris noſtri de ouibus, & paſtoribus intelligi poteſt. Nam omnis ouis in eò genere, quo ouis eſt, Paſtori, qui in hoc genere maior eſt, non poteſt non eſſe ſubiecta, quod ad directionem, & correctionem. Cumque ſupernaturalia, & naturalia ſint alterius generis, ac ex primatu circà naturalia inepta ſit illatio ad primatum ergà ſupernaturalia.

Vndè Chriſtus manifeſtè docuit, nequè ſe, nequè Petrum Cęſari eſſe ſubiectos. *Matth.*17. vbi Chriſtus ſoluit cum Petro tributum, non quidē de iure, ſed ad remouendum ſcandalum, quo remoto, fatetur, ſe, & Petrum à debito ſoluendi tributum exemerit, à ſubiectione ſe, & Petrum liberos denunciauit: Quæ præpendens Hieronym. ſic ait: *Poſt inuentum ſtaterem, poſt tributa reddita, quid ſibi vult Apoſtolorum repentina interrogatio? Quia viderant prò Petro, & Domino idem tributum redditum, & æqualitate pretij arbitrati ſunt, Petrum omnibus Apoſtolis eſſe Prælatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus.* Sicque Paulus, Chriſoſtom. & Bern. Petri Romanam Cathedram non ſubijciunt Regum poteſtati, nequè ſubijcere poſſunt. Deſtruerent enim Chriſti doctrinam.

Hinc iure Catholici inferunt, non tantum Cathedram Petri eſſe Summam Poteſtatem, nemini ſubiectam, ſed cum Chriſto Deo vnum, ac idem eſſe tribunal, quemadmodum cuiuſcumque Vicarij tribunal illud idem eſt, quod Principis, cuius eſt Vicarius. Et hoc Bernard. ipſe docuit, Petri ſcilicet Romanam Cathedram poteſtatem ſublimiorem eſſe nemini ſubiectam *in epiſt. ad Corrad. Imper.* Legi, inquit, *omnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Quam ſententiam cupio vos cuſtodire in exibenda reuerentia Chriſti Vicario, ſicut ipſam vobis vultis ab vniuerſo ſeruari imperio.*

Quare poteſt Rex iudicare, ac punire omne malum pertinens ad ius ſui Tribunalis. Cum igitur Rex circà doctrinam reuelatam non ſit conſtitutus Iudex, quomodò malum in hoc genere illi diiudicare licebit? Quis enim ſanæ mentis ignorat, omnes Chriſti oues, vt oues eius ſunt, non Cæſari, ſed Petro commiſſas fuiſſe?

Teſtes verò, quos adducunt, non niſi patrocinium adiutorium, & obſequium Principum ergà Petri Romanam Cathedram, non autem Imperium, poteſtatem, ac iuriſdictionem oſtendunt.

Quod autem ità ſit eiuſdem virorum illuſtrioribus ſententijs hæc veritas demonſtraretur.

Gregorius Nazianz. *orat.* 17. ad populum ait: *Quid autem vos Principes, & Præfecti? Ad vos enim noſtra ſe conuertit oratio.* Et mox. *An me liberè loquentem æquo animo feretis? Nam vos quoque lex Chriſti imperio meo, ac throno ſubijcit imperium nos quoque gerimus, addo etiam præſtantius, ac perfectius; niſi verò æquum eſt ſpiritum carni faſces ſubmittere, & cæleſtia terrenis cedere.*

Oſius Cordubenſis ad Conſtantinum Imper. ſic inquit apud Athanaſium *in epiſt. ad ſolit. vit. agent. Tibi Deus imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit. Et quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ, ità & tu caue, nequè ſunt Eccleſiæ ad te trahens, magno crimini obnoxius fias.*

Et ſimilia alij, inter quos Chryſoſt. *homil.* 5. *in epiſt.* 21. *ad Cor. & homil.* 4. *ſuper Iſaiam tom* 1. Sozomenus *lib.* 6 *cap.* 7. *de Valentiniano* Imperat. Ambroſ. *lib.* 5. *epiſt. in orat. de Baſilicis tradendis ad finem tom.* 5. *& epiſt.* 32. *ad Valentinianum Auguſtum*, ac alij innumeri.

Ex quibus, & huiuſmodi alijs euidens eſt, Principibus laicis nullam creditam fuiſſe ſpiritualem poteſtatem; quia omnem naturæ ordinem ſuperat, quam Chriſtus Dominus Petro, & Apoſtolis ſub metaphora ligandi, ſoluendi, & paſcendi tribuit, nec tunc Regum mentio facta fuit, ac proindè Principibus laicis Eccleſiaſticas leges condere non licet. Ad euendos autem Canones leges dare decet, imò, & tenentur: quia ſunt oues Chriſti, & Eccleſiæ filij. Et hoc

dice-

Digitized by Google

dicebat Leo Papa *epiſt.81. ad Leonem Auguſt. Debes incunctanter aduertere, Regiam poteſtatem tibi, non ſolum ad mundi regimen, ſed etiam maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam.*

An, & quatenus Imperium, & functio, cui imperatur, differant viciſſim? tom.9. Conſult. 63.

OMnia contrariorum pugnant cum verbo Dei ſcripto: Nam Petro dictum eſt Matth.16. *Quodcumque ligaueris ſuper terram &c.* Quæ verba ſupremum principatum inferunt; nam Principis eſt ligare, & ſoluere, non funibus, ſed legibus. Sic enim Princeps ligat, non autem hoc, vel illud, ſed *quodcumque*. Hunc autem horum verborum fuiſſe legitimum ſenſum Catholica Eccleſia ab initio teſtimonium reddidit. Ità quoque *Io.cap.vlt.* Petro dictum fuit à Domino: *Paſce agnos, & oues meas*. Vt autem hæc Saluatoris ſimilitudo ſubſiſtat, Petrum vſq; ad conſumationem ſæculi ſucceſſoribus ſuis omnium, & quorumcumque Chriſtianorum, qui ouis Chriſti nomine gaudent, Principem eſſe, certò aſſeuerandum eſt: Nam vllo vnquam modo ouis à poteſtate directiua, & coercitiua Paſtoris eximi poteſt. Vel ergò omnes Chriſtiani, etiam Principis, Petro ſubijciuntur, vel ſimilitudo Chriſti incepta eſt. Quod aſſerere impium planè eſt. Enim verò ſi Petri ſucceſſor Cæſari, ac cæteris poteſtatibus debet eſſe ſubiectus, Saluator non ſimilitudinem Paſtoris, ſed Oratorum, Medicorum, & Conſiliariorum aſſumpſiſſet, & Dauid Rex, cui, vt eſſet Rex dictum fuit: *Tu paſce populum meum Iſrael*, ſuper Hebræos nullam obtinuiſſet poteſtatem, ſed Oratoris, Medici, vel Conſiliarij munus accepiſſet.

Matthæi *item cap.16.* Petro dictum eſt: *Tibi dabo claues Regni Cælorum* ideſt Eccleſiæ, qua in Sac. Scripturis Regnum Cælorum ſignificatur, vt *Dan.2. Suſcitabit Deus Cæli Regnum. Et ſimile eſt Regnum Cælorum Sagenæ &c.* Claues autem poteſtatem iudicant aperire, & claudere, probare, & reprobare, intromittere, ac reijcere poteſt. Quomodò igitur qui ſuper vniuerſam Eccleſiam poteſtatem à Chriſto ſuſcepit, inferior eſt, ac ſubditus vnius Regni Principi?

Apoſtoli autem abſtinuerunt à nomine Sacerdotum, vt Eccleſiam à Synagoga diſtinguerent, ne ſimile aliquid inducere viderentur, quod ad legem Moyſis abrogatam ſpectaret. At poſtquam Ieruſalem euerſa fuit, ac Templum combuſtum, & memoria veteris Templi, & Sacerdotis abolita, paſſim ceperunt Sancti Doctores nomine Templi, & Sacerdotis vti, cum occaſio non amplius aderat credendi Iudaicas cæremonias adhuc permanere. Attamen ſicut *Iſaiæ cap.vlt.* legimus: *Et annunciabunt gloriam meam Gentibus &c.* Ità etiam ſubdit. *Et aſſumas ex eis Sacerdotes, & Leuitas dicit Dominus*. Et hoc idem alibi: Nam Apoſtolus *ad Hebræos* ait: *Translato Sacerdotio, neceſſè eſt, vt & legis translatio fiat*. Sacerdotium autem translatum dicit, non abrogatum. Sicque antiquiſſimi Eccleſiæ Patres his vſi ſunt nominibus, vt Iuſtinus, Ignatius, Tertullianus, & alij: Et Cyprian. *lib 4. epiſt.9.* nunquam Dominum, nec Apoſtolos reprehendiſſe Pontifices, & Sacerdotes Iudæorum, nominando eos Pontifices, & Sacerdotes, ſed ſolum nomine Scribarum, & Phariſæorum, vt Cathedram, & Sacerdotium obiurgare viderentur, ac vt moneret, quod ſemper nos honorem adhibere debeamus Sacerdotio, & Pontificatui, etiamſi fortè perſona, quæ Cathedram tenet, ſit minus proba.

Quouſque conueniant ſacra, & profana quoad ius imperandi? tom.9. Conſult.64.

SVnt, qui perſuadeant, ius Imperij laicorum Principum, tam circà ſacra, quam circà profana extendi. Diſtinguunt actiones hominis internas, & externas. Externas eſſe primariam; Internas autem ſecundariam materiam humani Imperij fatentur, neque propter ſe, ſed propter externas: quia in iure *cogitationis pœnam nemo patitur*, & quid ſimile.

Sed in his verbis craſſa Minerua agunt. Vel enim ad ſubditos laicos ſermonem dirigunt, vel ad Paſtores, & ad Paſtorem Summum Petri ſucceſſorem. Si primo modo, id nunc non diſcutimus, ſi ſecundo *falſidici ſunt*: Quia Paſtor Eccleſiæ cultum, & legem Dei, ac lanam ouibus ſuis religionem tueri debet, ac ità peruigilare tenetur, vt monet Apoſt. *ad hebr. cap. vlt.* quaſi rationem prò animabus redditurus. Ideòque Saluator noluit in Eccleſia ſua Paſtores conſtitui, vt Lupos prò viribus expellant. Quare Ambroſ. *lib.2. in cap.2. Lucæ* ait: *At fortaſſe etiam ille ſit Paſtor, cui dicitur: eſto vigilans, & confirma: quia non ſolum Epiſcopos ad tuendum gregem Dominus ordinauit, ſed etiam Angelos deſtinauit.*

Enim verò Saluatorem noſtrum Paſtor imitari tenetur, qui fecit flagellum de funiculis ad eijciendos ementes, & vendentes de Templo. Hoc flagellum aſſumpſit Ambroſius cum Theodoſium Imperatorem propter cædem Theſſalonicam ingreſſu Eccleſiæ prohibuit, & publicam pœnitentiam ei impoſuit, quam humiliter egit. Non ergò Paſtores Eccleſiæ Medicis, pedagogis, & artificibus pares ſunt, vt hæretici nugantur; Non enim exiſtimandum eſt, Ambroſium, qui fuit Galliæ Præfecti filius, & poteſtatem Mediolani exercebat, munus illud voluiſſe dimittere, vt illius Vrbis fieret Pedagogus. Optimè nouerat Ambroſius, vir eximiæ nobilitatis, doctrinæ, & ſanctimoniæ, poteſtatem ligandi, & ſoluendi, paſcendique, miram, valdèque venerandam ſecum ferre authoritatem, ac iuriſdictionem.

Digitized by Google

De iudicio circà ſacra. tom.9.Conſult.65.

IMpetium circà ſacra Romanæ Petri Cathedræ à Domino tributum, & Principes laicos oues eſse ſub Petri regimine, circà ſacra præcípuè conſtitutns ex euangelica doctrina conſpicuè alibi demonſtrauimus, ac ſimiliter iudicium Imperatiuum circa Religionem ſic Petro, & ſucceſſori ſuo creditum eſse, vt non tantum Principibus, ſed nè Angelis quidem contingat, qui plura Diuina myſteria ab Eccleſia diſcere debuerunt, vt Apoſt. *ad Epheſ.3.* monet: *Vt innoteſcat Principibus, & Poteſtatibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei*.

Nequè hnc iudicium ſibi atrogat Romanus Pontifex, ſed ille, qui ouis eſt, & munus Paſtoris ſibi vſurpat. Ad illum verè impetium circà Religionem ſpectar, cui dictum: Tu es Petrus. *Quodcumque ligaueris. Paſce agnos, & oues meas*; cui ſcilicet totius Chriſtiani gregis cura commiſsa eſt, non autem ad Cęſarem, ac cæterns laicos Principes, prò quibus in rebus huiuſmodi, nè verbum quidem factum eſt, Reges autem, ac Imperatores, qui iudicium circà ſacra exhibere renuetunt, viri eruditi, pij, optimique fuerunt. Qui autem hoc ius ſibi arrogarunt, alienę poteſtatis inuaſores extiterunt, & temporum ratio Romanum Pontificem vniuerſalis Eccleſiæ Paſtorem cohibuit, nè aliquandò huiuſmodi alieni iuris aggreſsnres virga icotripetet, qua poſteà, cum opus fuit, vſus eſt.

Cœtera, quæ adducuntur ab aduerſarijs, errores falſitates, cauillationes ſunt, iam anteà depulſæ: Nam Conſtantinus, Imperator à iudicio circà ſacra ſic abſtinuit, vt aliquandò coactus ab importunis Dnnatiſtarum hæreticorum clamoribus, qui Rom. Pontificem non venerabantur, illorum cauſam iudicare voluerit, cum talem iudicium primò repulerit, veniam ab Epiſcopis petiturus, vt Auguſtinus ait.

Marcianus Imperator in Concilio Chalced. *act.6.* cum Synodo intereſſet, ità dixit: *Nos enim ad fidem confirmandam, non ad potentiam aliquam exercendam exemplo religioſi Principis Conſtantini Synodo intereſſe voluimus, nè vel vlterius populi prauis ſuaſionibus ſeparentur*. Similia Theodoſius, & Valentinianus Imperatores teſtantur.

Leo III. accuſatus in Concilio Romano præſente Carolo Magno Francorum Rege, vt refert Anaſtaſius in vita Leonis anno 800. Epiſcopi, & Proceres Francorum ſic omnes dixerunt: *Nos ſedem Apoſtolicam, quæ eſt caput omnium Dei Eccleſiarum, iudicare non audemus. Nam & ab ipſa nos omnes, & ab eius Vicario iudicamur, ipſa autem à nemine iudicatur, ſicut antiquitus mos fuit. Sed ſicut ipſe Summus Pontifex cenſuerit, canonicè obedimus*. Non potuit ergò Carolus contrarium doctre, ac exequi, dum re ipſa in actione illa ſolemni Cathedræ Petri poteſtatem agnouit, & veneratus eſt.

Id ipſum oſtenditur multis exemplis.

Statuitur, nulli Principi, aut Magiſtratui ſæculari competere in ſua ditione primatum Eccleſiæ, nec eius inſtituendi Miniſtros Eccleſiaſticos, ſicut nec populo? tom 9. Conſult. 66.

PRò reſolutione veritatis Catholicæ notandum eſt, quod ad primam partem attinet, triplicem diſtingui debere poteſtatem Eccleſiaſticam, de qua tota lis eſt. Vnam Ordinis, conſiſtentem in collatione, & adminiſtratione Sacramentorum. Alteram iuriſdictionis interioris prò regimine populi Chriſtiani in foro conſcientiæ, cum ligando, vel abſoluendo. Tertiam iuriſdictionis exterioris, ad regendum eundem Populum in foro exteriori, Synodos conuocando, & in eis præſidendo, conſtitutiones condendo, cauſas audiendo, & cognoſcendo, controuerſias definiendo, beneficia conferendo, miniſtros Eccleſiæ conſtituendo, delinquentes excommunicando, verbo, omnium cauſarum, & controuerſiarum, quæ ad fidem ac religionem ſpectant, Iudicem agendo. Cum autem aduerſarij libenter admittant duas primas poteſtates Regibus, ac Principibus non competere, tota controuerſia verſatur circà poteſtatem iuriſdictionis exterioris, an ijdem habeant in ſuis Regnis, ac ditionibus, & quidem ſuprà Pontificem, & Epiſcopos, ideſt: an Rex ſit ſupremus Iudex Eccleſiaſticus, qui ſua authoritate à nullo alio in terris dependente, poſſit conuocare Synodos, eis præſidere controuerſias circà fidem, ac religionem componere, Epiſcopos conſtituere, ac deponere, beneficia conferre, ſimileſque religionis actu, exercere. Hoc enim eſt habere primatum in Eccleſia quoad iuriſdictionem, & gubernationem exteriorem.

Affirmant Hæretici. At nos Catholici negamus. Cum autem veritas noſtræ Concluſionis ſufficienter maneat probata ex dictis à Bellarm. *de Sum.Pont.Rom.* ex noſtra ſequenti Conſultatione atque ex alijs paſſim, qui oſtendunt, eum legitimè electum, verum eſſe B. Petri ſucceſſorem, eandemque cum illo obtinere in omnibus vbique Eccleſijs ligandi, ac ſoluendi poteſtatem. Romanoſque Pontifices indè vſque ab initio ſemper hunc primatum, agnouiſſe. defendiſſe, & in alios exercuiſſe. Tum etiam Chriſtianos Imperatores, Reges, Principes, & Magiſtratus ſæculares ſemper Romanæ Eccleſiæ primatum agnouiſſe, ſeque eius Pontifici, tanquam Patri filios ſubieciſſe, ſicque de cœteris, vnico argumento omnia alia comprehendente, res hic breuiter ità planè abſoluitur.

Si Rex, aut alius Princeps ſæcularis in ſuo Regno, vel ditione primatum Eccleſiæ haberet, vel talis primatus illi competeret iure naturali, vel iure diuino, veteris teſtamenti, vel iure diuino nouo, vel iure Canonico, vel Ciuili, vel con-

ſenſu Patrum, aut Doctorum hominum, vel denique titulo præſcriptionis. At nullo ex his modo ipſis competit. Id enim videtur omninò certum ab enumeratione omnium titulorum, ob quos primatus Eccleſiæ conuenire poſſe vnicuique Regi in ſuo Regno.

Et primò, quod non competat iure naturali, ità vt Rex, aut Princeps ex eo præcisè, quia iuriſdictionem habet in tribunali politico, illam quoque habeat in Eccleſiaſtico, vel ſpirituali, patet ex eo, quod iſta ſit ſupernaturalis, atque adeò non à natura, ſed à ſolo Deo immediatè ſuam poteſtatem trahit originem, maximè ſi ſermo ſit de ſuprema, de qua procedit controuerſia. Poteſtatem autem Eccleſiaſticam, vt talem, eſſe ſupernaturalem, politicam verò naturalem, ſatis oſtendit diuerſitas finium vtriuſque, ſiuè Chriſtiano homini propoſitorum. Vnus eſt, naturalis, qui eſt pax, & tranquillitas Reipublicæ, ſpectans ad poteſtatem politicam, cuius proindè eſt præſcribere media neceſſaria ad dictum finem. Alter autem ſupernaturalis, qui eſt ęterna beatitudo, proprius Eccleſiaſticæ poteſtatis, cuius pariter ſolius eſt præſcribere media ſupernaturalia, ad illius conſecutionem neceſſaria.

Deindè probatur non competere iure diuino veteris teſtamenti, quaſi tunc Reges habuerint tali iure primatum Eccleſiæ, & indè tranſierit ad Reges noui teſtamenti. Prò quo animaduertendum eſt, iuris diuini veteris teſtamenti lege Moſaica contenti, triplicia fuiſse præcepta moralia, cęremonialia, iudicialia, in hoc intereſſe diſtincta. Primò, quod moralia per ſe contineantur in Decalogo, reliqua extrà illum. Secundò, quod moralia ſint iuris naturalis, reliqua poſitiui. Tertiò, quod moralia non ſint abrogata à Chriſto, ſed melius explicata, reliqua verò præſertim cęremonialia, abrogata ſunt. *Si* ergò Rex, aut Princeps iure diuino veteris teſtamenti habet primatum Eccleſiæ, vel illud ius diuinum continetur in lege morali, vel cęremoniali, vel indiciali. At in morali non continetur. Siquidem in Decalago, cuius decem præceptis lex moralis generatim comprehenditur, nulla fit mentio primatus Regis in Eccleſia.

Nequè etiam in ceremoniali, vel indiciali, imò potius oppoſitum. Tum quia *Deuter*. 17. *v*. 14. vbi habetur tota diſpoſitio iuris diuini circà Reges veteris teſtamenti, nulla fit mentio primatus Eccleſiæ, qui ſine dubio primo loco ponendus fuiſſet. Tum quia ipſimet Reges veteris teſtamenti ingenuè faſſi ſunt, ſibi non competere, ſed Sacerdotibus primatum Eccleſiæ, *vt pat. ex lib*. 4. Paralip. *c*. 19. *v*. 11.

Ex quibus patet ad omnia Aduerſariorum obiecta, non ex iure, ſed ex factis petita, diuerſorum Regum, quæ ſi legitimè arguerent, fuiſſe in ipſis primatum Eccleſiæ, reſpondendum eſſet, non propterea ſequi, illum ineſſe Principibus Chriſtianis, iam abrogatione facta legis Moſaicę in ſtatu legis Euangelicæ.

Nunc tertiò probandum eſt, nec huiuſmodi primatum conuenire Regibus iure diuino noui teſtamenti, ad quod dico, Reges ex inſtitutione Chriſti non habere, primatum Eccleſiæ, ſeù Chriſtum noluiſſe, eum eſſe apud Reges, & Principes ſęculares, ſed apud Apoſtolos, & eorum ſucceſsores. Quod quia abundè probat Bellarm. *de Sum. Pont. ac de Conc.* primò ex verbis Chriſti, quibus ſuam mentem in hac re declarauit. Secundò ex teſtimonijs Apoſtolorum, qui procul dubio Chriſti mentem aſſecuti ſunt. Tertiò ex praxi primæ ad hęc vſque tempora Eccleſiæ, ideò ſufficit hic iſta oſtendiſſe.

Quartò nec Regem iure Canonico, vel ciuili habere primatum Eccleſiæ; Nec quintò ex conſenſu Patrum, aut Doctorum clarè demonſtrant eorum teſtimonia, quæ locis citatis idem Bellarm. fideliter adducit.

Sextò demũ nec titulo præſcriptionis Regi competit primatus Eccleſiæ, dum videtur voluiſſe Iacobus Angliæ Rex, dum in monitoria præfatione ait, aliquos ex ſuis prædeceſſoribus vſurpaſſe primatum Eccleſiæ in Anglia, nequè paſſus eſſe, vt Pontifex vllam iuriſdictionem ibi exerceret, atque adeò nihil noui ſe facere, eundem primatum vſurpando. Sed vanitas huius argumenti patet. Prętérquam enim ſic facilè poſſent omnes penè abuſus, ac impietatem excuſari, vt innumeris probari poſſet malè agentium: & excuſationes in peccatis adducentium exemplis contrà ius diuinum, quo locis citatis oſtenditur Eccleſiæ primatum ad eius Prælatos, non autem ad Reges pertinere, nihil proſunt, etiam ſi infinita in contrarium proferrentur exempla. Cum enim tale ius à Deo, qui homine maior eſt, ſuam vim habeat, nulla præſcriptione, nulla conſuetudine humana abrogari poteſt, ſed quandiù *Deus* vult, vim ſuam retineat, neceſſè eſt.

Quod ad alteram partem de inſtitutione Miniſtrorum Eccleſiæ, ſiuè Epiſcoporum, cuius appellatione tria continentur, *Electio*, qui nihil eſt aliud, quam deſignatio certæ perſonæ ad Eccleſiaſticam præfecturam, *Ordinatio*. quæ ſacra eſt cęremonia, qua certo ritu futurus Epiſcopus inungitur, & conſecratur, *Vocatio*, ſeù miſſio, qua iuriſdictio tribuitur, à reipſa Paſtor, & Præſul quis fit.

Doctores Catholici vnanimiter docent, tanquam quid ad fidem ſpectans. Primò ordinationem, tum Epiſcoporum, tum aliorum Eccleſiæ Miniſtrorum, non ad plebem, ſed ad ſolos Epiſcopos ſpectare. Secundò vocationem, ſeù miſſionem Miniſtrorum non competere *populo*, ſed Epiſcopis, ac præſertim Summo Pontifici Romano. Tertiò electionem Miniſtrorum non fieri à ſolo Deo, ſed etiam conuenire Clero iure diuino. Quæ omnia, quia ſatis patent ex ijs, quæ tradit Bellarm. *loco alleg.* ac de Miniſtris Eccleſiæ, ſatis eſt hæc breuiter attigiſſe, vt ſcia-

ſciatur quid in hac re inter Catholicos, & hæreticos controuertatur, ſtabilitaque ſemel veritate ſententiæ Catholicæ, ex ea ſequi, nullam vocationem, nullam electionem, ac proindè nullam Eccleſiam, niſi malignantium.

An, & quatenus Imperatores in approbandis Pontificibus Romanis ius habuerint? Et quomodò viceverſa Pontifices Cæſarum confirmandorum, reyciendorumque authoritatem habeant? Vbi ad rem multa, ſed paucis, præſertim de inueſtituris Eccleſiaſticis hiſtoricè, ac iuridicè narrantur, ſine tamen odio, vel amore, ſed in omnibus modeſte, & moderatè?

tom. 9. Conſult. 67.

PRò Imperatoribus ità diſceptari poterit, electione Epiſcopi, ſeù Pontificis Romani in initio naſcentis Eccleſiæ, vt & aliorum Epiſcoporum penes populum, & Clerum fuiſſe, hiſtoriç tradunt. Teſtatur id, præter alios, Nicephorus *lib.5. cap.26. Eccleſ. hiſtor.* cum Fabianum Pontificem Romanum populi, & Epiſcoporum ſuffragatione in Epiſcopalem thronum collocatum refert. Durauit hæc eligendi Pontifices ratio ad ea vſque tempora, quibus Imperatores Romani, Chriſtiana fide recepta, Eccleſiarum curam mandato diuino ad ſe quoque pertinere, & plurimum Eccleſiæ Chriſtianæ intereſſe, vt idonei, ac boni Pontificatui præficerentur, cognouerunt. Tunc enim vana Cleri, ac populi electio habita fuit; niſi Imperatoris authoritate confirmata fuiſſet, & ſi quis, conſenſu Imperatoris neglecto, Sedem Pontificiam inuaſiſſet, mox ea deiectus, etiam exilio temeritatis ſuæ pœnas dedit. Plat. in *vita Seuerini I.* Sequitur ſeries hiſtoriæ, & exemplorum ſimilium Pontificum.

Hactenus pro Imperatore.

His tamen minimè attentis, ſit prima aſsertio Catholica. Dignitas Summi Pontificatus, quç hactenus ſemper fuit in Epiſcopo Romano, non ab Imperatoribus, neque ab alijs hominibus, ſed ab ipſo Chriſto immediatè creata eſt, & ex ipſius præcepto, & inſtitutione aſſiduè perſeuerat. Aſsertio eſt de fide, illamque confirmat Suarez *de triplici virtute Theologali diſp.10. ſect.1. & 2.* Hinc Gelaſius Papa in Conc.70. Epiſcoporum Romanam Eccleſiam aſserit à Chriſto Domino habere primatum Monarchicum, quod eſset maximè conueniens ipſi Eccleſiæ, vt probat idem Suarez *loco citato ſect.2. diſp.9.*

Secunda aſsertio certa. Dum Pontifex Summus creatur, Electores perſonam deſignant, ſolus autem Chriſtus immediatè confert dignitatem ac poteſtatem. Id enim volunt Pontifices, & Patres, cum docent, Romanum Pontificem à Chriſto Domino poteſtatem, Papam eſse Chriſti Vicarium. Si enim Eccleſia præberet hanc poteſtatem, poſset illam limitare, vel augere, vel modum illi præſcribere, vt ſolet Pontifex, cum Epiſcopos creat. Nec Chriſtus dedit hanc poteſtatem toti Eccleſiæ, ideòque nec ipſa poteſt illam dare. Cçterum Chriſti conceſſio, quamuis reſpectu deſignatæ perſonæ noua ſit; ex priori tamen conceſſione facta Petro, originem habet, atque etiam moraliter eadem eſt cum illa. Tunc enim ſtabili, vnaque voluntate ſtatuit Chriſtus, eam Petro concedere, ac omnibus eius legitimis ſucceſſoribus loco illius ritè, & canonicè electis, ſeù deſignatis. Poteſtas verò eligendi, ac deſignandi perſonam data fuit hominibus, vt patet ex vſu Eccleſiæ: Nam expediens quidem fuit, hominum Eccleſiam humano modo gubernari, quod ad fieri poſset. Nec erat conſentaneum ſtatui legis gratiæ, ac fidei, vt ſemper de Cçlo expectetur ſignum, ad cognoſcendum, quem eligeret Dominus.

Tertia aſsertio etiam certa: Modus eligendi Pontificem non fuit à Chriſto præſcriptus, ſed commiſsus eſt Eccleſiæ. Conſtat enim varium fuiſse in Eccleſia huius electionis modum. Si autem Chriſtus modum determinaſset, ille idem, ac vnicus fuiſset ſemper in Eccleſia ſeruatus. Petrus quippè, qui fuit primus Pontifex ſucceſsorem ſibi delegit Clementem, vt conſtat ex ipſius Clementis Epiſtolis, & ex Epiſtola 2. Alexand. I. ad Orthodoxos, ex Epiſt. Io: III. ad Epiſcopos Germaniæ, & ex *can. ſi Petrus, & can. vndè 8. quæſt.1.* Et ſi Clemens reuera non videatur fuiſse ſecundus Pontifex à Petro, ac proindè ab eo non fuerit electus, deſumitur tum ex can. Miſsæ, vbi Linus, & Cletus ante Clementem numerantur, tum ex varijs Patribus, & hiſtorijs. At vero dicendum eſt, vel Clementem fuiſse quidem à Petro electum, & ſtatim poſt mortem Petri renunciaſse, ac noluiſse ſuccedere, quod ſentit Epiphanius *ſerm.27.* vel certè probabilius, Clementem de facto immediatè ſucceſſiſse Petro, vt per Damaſum in Pontificali. Tertull. *de præſcrip. hæret.* & alios. Linus itàque extitit Coadiutor Petri, eo viuente, Romanamque Eccleſiam gubernabat, illo abſente, ipſique ante Petrum defuncto, Cletus in eodem munere ſuffectus eſt, tandem vero mortuo Petro, Clementis eius ſucceſsoris Cletus itidem quandiù vixit Coadiutor fuit, ob idque hi duo inter Epiſcopos Romanos numerantur. Vndè Turrian. *lib. 3. contrà Centuriatores cap. 10.* Poſt Petrum verò nullus Pontificum ſibi elegit ſucceſsorem, quamuis Epiphanius eo loco id videatur tribuere Lino, & Cleto, ſed & ſub dubio loquitur, ac potius de conſecratione Epiſcopali, quam de iuriſdictionis poteſtate. Quare licet non ſit omninò certum, probabilius tamen eſt, quod diximus.

Quarta aſsertio. Sub initio Eccleſiæ electio Summi Pontificis à Clero Romano, & Epiſcopi, qui Romæ eſsent, peragebatur, vt colligitur

ex Cypriano *lib.4. epiſt 2.* vbi electioni Cornelij interfuiſse ait 16. Epiſcopos ex Euſeb. *lib.6. hiſt. cap.21.* dum de Fabiano ſcribit. Atque ex Damaſo in Pontificali. Expectabatur autem in hac electione Populi conſenſus, non vt ſuffragia ferret in electione, ſed teſtimonium vitæ, ac morum eius, qui eligebatur. Can. *cum longè dec.69.* & Can. *electionem dec.70.* ac. Cyprian. *lib.1. ep.4. & lib.2. epiſt.5.* Poſteà verò etiam conſenſus Imperatorum cepit expectari, itàut non cenſeretur omninò firma electio, donec Imperator aſsentiret. Quod priuilegium aliquandò fuit per tyrannidem vſurpatum, vt ab Henrico V. tempore Paſchalis II. Interdum verò conceſsum ab ipſis Pontificibus, vt de Carolo Magno, & Pipino habetur *can.2. Adrianus eadem deciſ.63.* Cui ſtatim renunciauit Ludouicus eorum ſucceſsor. Can. *Ego Ludouicus ibidem.* Quamuis poſteà alij tentauerint illud repetere, de quo multa Pighius *lib.3. de Eccleſ. Hierarch. cap. 13.* & Palud. *lib. de Repub. Eccleſ. cap.7.* & alij. Vndè perperam Francorum Reges in poſterum ad hæc Carolina, & antiquiora tempora prouocarunt, cum in Epiſcopos ageretur, nequè de Romano Pontifice dubitatum eſt poſt Greg. VII. Licet ante ipſum Nicolaus I. fuerit, qui Pontificiæ dignitati maximam poteſtatem vindicare palam per fas viſus ſit, & Adrianus II. ſucceſsor Nicolai, veſtigia illius prudenter præmendo, non arbitria modò Regnorum aſsecutus fuerit, ſed fulmina excommunicationis in hos vſus torquendæ inſtiſſimà intentauit. Sicque *d. can. 2. Adrianus dec.63.* in quo dicitur, quod poteſtas eligendi Summum Pontificem ſpectat ad Regem, fuit ſanè, vt ibi dicitur, data Carolo Magno poteſtas ordinandi Sedem Apoſtolicam, & inueſtiendi Archiepiſcopos, & Epiſcopos per ſingulas Prouincias, & d. can. *in Synodo eadem diſt.* in quo pariter fuit conceſsa poteſtas per Leonem Pontificem Othoni I. Theutonicorum Regi, & ad ſuos ſucceſsores prorogata, alijque Canones huiuſmodi loquuntur in priuilegio, quo caſu laici ſe immiſcere poſsunt rebus ſpiritualibus, de iure verò communi ſecus dicendum eſt per tex. *in can. I. Adrianus cum ſeq. d.63.*

Inueſtituras ſiquidem Eccleſiaſticas per annulum & baculum poſsunt laici conferre Summi Pontificis permiſsu, conſenſu, ac priuilegio, cuius rei documentum exhibuit Paſchalis II. cum in poteſtatem hoſtis Henrici V. redactus, ei ius inueſtituræ; neceſſitate ità efflagitante, & iuſta fortaſſis cauſa vrgente, conceſſit. Quo priuilegio hodie Imperatores non vtuntur ex rationibus in *can. quia S. Romana §. verum d.63.* & alibi, & ex innumeris decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, Synodis, Concilijs, &c. vt videri poteſt.

Et profectò Imperator nullum ius habuit, neque habere poteſt in electione Pontificis, *cap. nullus laicorum dec.63.* Quia eſt cauſa ſpiritualis, & Eccleſiaſtica, in qua Imperator poteſtatem non habet, nec eam conſuetudine, quamuis longiſſima, neque vlla præſcriptione ſibi poteſt acquirere, cum laicus capax iuris Eccleſiaſtici non ſit. Quare authoritatem in electione, vel conſecratione Pontificis contra Canones, & Ius Diuinum ſibi Imperatores vſurparunt aliquandò vi, aliquando prætextu inani, & falſo.

Nec eſt, quod obijciatur, quod olim factum eſt ab Imperatoribus: Nam id factum eſt contrà Canones, & iura, Damaſus, Bonifacius, & Symmachus ſe ſe ſubmiſerunt Valentiniano, Honorio, Theodorico Regi, neceſſitate compulſi, grauioris mali deuitandi gratia, nimirum, vt ſeditioſorum tumultus, & violentia Imperatorum authoritate reprimerentur, Iuſtinianus itidem ſibi vſurpauit ius, quo voluit nè Romanus Pontifex electus abſque ipſius Imperatoris aſſenſu conſecraretur, quod poſteà ſucceſſores eius imitati ſunt.

Vndè autem euenerit, vt mutato veteri inſtituto, Imperator confirmatur à Pontifice? Non tractatur hæc quęſtio de Imperatore Auguſto Cęſare, neque de cæteris Imperatoribus Romanis, qui illi ſucceſſerunt, ac fuerunt à fide, & Religione Chriſti alieni quique modò à populo, modò à Senatu, modò ab exercitu Militum, &c. eligebantur. Et nihilominus etiam tunc penes Romanos Pontifices erat ius adimendi ex certis cauſis Imperium Ethnicis Imperatoribus.

Neque item tractatur de ijs Imperatoribus, qui poſt Conſtantinum Magnum vſque ad Carolum Magnum imperarunt. Hi etenim quamuis Chriſtiani fuerint, ac proindè Summo Pontifici, vt Chriſti Vicario ſubiecti, magis tamen per ſucceſſionem, quam per electionem Romani Pontificis authoritate inſtitutum, ac peculiariter confirmatam facti ſunt Imperatores; tametſi eorum nonnulli per vim, ac tyrannidem Imperium inuaſerint, & vſurpauerint, & alij vel ab exercitu militum, vel ab ipſiſmet Imperatoribus nominati, ſiuè electi Imperium ſuſceperint.

Cęterum, quia Imperatores Chriſtiani erant Romano Pontifici, tanquam oues Paſtori ſubijciebantur iure diuino; Vndè etiam in temporalibus, etiam erat Imperium tunc Summo Pontifici ipſo iure ſubiectum, non, quod Summus Pontifex nutu, & arbitratu ſuo poſſet Imperium Imperatoribus abrogare, ſed quod in certis quibuſdam cauſis ipſo iure, quamuis non facto, poſſet Imperatorem Imperio priuare, vt puta, ſi Imperator eſſet hæreticus, ſchiſmaticus, hæreticorum fautor, ſiuè ſchiſmaticorum adiutor, defenſorem Conſtantinus Papa Philippicum Imperatorem hæreticum, non ſolum anathemate percuſſit, ſed etiam coacto Concilio decreuit, nè Philippici, tanquam Imperatoris hæretici, aut litteræ, aut nummi reciperentur, neque imagò eius, vt moris erat, in Templum inferretur, neque nomen eius in

ſo-

Digitized by Google

ſolemnibus Sacrificijs ederetur. Item de Leone III. contrà Iconomacum Imperatorem. Poterat Iure Imperator authoritate Romani Pontificis Imperio ſpoliari, ſi pacem Eccleſiæ promiſsam, & iuratam non ſeruabat, ſi Epiſcopos contemnebat, ſi Eccleſiæ iura ſibi vſurpab.t, ſi deniquè Chriſtianæ Reipublicæ pacem, ſalutem, & bonum conturbabat. Item ſi vacante tunc Imperio, ius Chriſtianis populis eſset ex neceſſitate dicendum, poteſtas erat apud Romanum Pontificem dicendi ius populis: Nam vacante Imperio, adminiſtratio eius ipſo iure ad Summum Pontificem ſpectat ex *cap. licet de for. comp. & extrauag. Si Fratrum Io. XXII. tit. ne ſed vac.* & docuerunt Bartol. *in l. naturaliter ff. de vſucap.* Bald. *in l. cum notiſſimi §. Immò C. de præſcrip.* & alij.

Solum igitur trahitur hæc quæſtio de Imperatore Carolo Magno, ac de alijs, qui poſt ipſum imperarunt, de qua ſit.

Prima aſſertio: Imperatoris iuriſdictio, & poteſtas eſt, ac pendet proximè à Romano Pontifice: quoniam ipſi data eſt à Deo omnis poteſtas gubernandi, ac adminiſtrandi Eccleſiam, & Chriſtus Dominus vnum ouile, & vnum gregem conſtituit, cui Petrum, & ſucceſſores eius præfecit: Petro enim dictum eſt: *Paſce oues meas*, non has, aut illas, ſed abſolutè, ac ſimpliciter oues meas. Omnes ergò, ac proindè Imperatores, Reges, & Principes. Petro item dictum eſt: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c.* Romanuſque Pontifex vtriuſque Regni terreni, ac Cœleſtis claues accepit. Nicolaus I *in can. omnes diſt. 22.* Et in *can. duo ſunt dec. 96.* ità legimus: *Duo ſunt quippè Imperator Auguſte, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas Sacra Pontificum, & Regalis poteſtas, in quibus tantò grauius eſt pondus Sacerdotum, quantò etiam prò ipſis regiminibus in diuino ſunt reddituri examine rationem. Noſſis itaque inter hęc ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam poſſe redigi voluntatem.*

Hiſque inſtitutis, talibuſque functi authoritatibus plerique Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicarunt; Ideòque probat idem Pontifex exemplo B. Innocentij Papæ, qui excommunicauit Archadium Imperatorem, qui cenſuerat, vt S. Io: Chriſoſtomus è ſua Sede pelleretur, & exemplo B. Ambroſij, licet non vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus.

Præterea Imperator creatur, vt ſit Eccleſiæ Miniſter, patronus, protector, ac tutor contrà hęreticos, ſchiſmaticos, paganos, & omnes Chriſtiani nominis hoſtes. Ergò Imperium exiſtit, ac pendet à Summo Chriſti Vicario.

Accedit, quod Eccleſia eſt vnum corpus, cuius eſt vnum caput. At Summus Pontifex poſt Chriſtum Dominum, eſt totius Eccleſiæ caput, cum ſit Chriſti Domini Vicarius, & à capite eſt omnis virtus in corpore. Alioquin erunt duo capita, duo in terris Dei Vicarij, quod dici non poteſt.

Hæc ſententia iure Canonico confirmata eſt ſæpius: Nam in *cap. Venerabilem de elect.* Innocen. III. ait: *Electionem Imperatoris ad Germanos Principes pertinere, verum,* inquit, *illis Principibus ius, & poteſtatem eligendi Imperatorem recognoſcimus quidem iure, & antiqua conſuetudine conuenire, pręſertim cum ad eos ius, & poteſtas huiuſmodi ab Apoſtolica Sede prouenerit, quę Romanum Imperium à Græcis tranſtulit in Germanos, ſed & Principes recognoſcere debent, & vtique recognoſcunt, ſicut ijdem in noſtra recognouere pręſentia, quod ius, & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promouendum ad Imperium, ad nos ſpectat, qui eum inungimus, conſecramus, & coronamus.*

Quæ omnia perſpicua ſunt argumenta, quod Imperatoris iuriſdictio, & poteſtas ſit, & pendeat à Romano Pontifice. Prædicta enim non niſi Superioris ſunt poteſtatis.

Ad hæc Romanus Pontifex Imperatori Imperiũ abrogat: Nam Greg. VII. Henricum IV. Imperio priuauit. Alexand. III. Federicum I. Innoc. III. Othonem III. Greg. IX. & Innoc. IV. Federicum II. Ioannes XII. & Clemen. IV. Ludouicum IV. Bauarum, & alij alios.

Secunda aſsertio: Electus in Imperatorem, facta electione debet iure communi à Pontifice confirmari. Conſtat ex d. *Clem. Romani de iur. iur.* in qua legitur, electum in Regem Romanorum examinari, & approbari à Summo Pontifice. Idem etiam colligitur *ex d. cap. Venerabilem de elect.* Auguſt. Triumphus *de poteſt. Papę quęſt. 38. art. 11.* D. Antonin. *par. 3. tit. 22. cap. 5. §. 13.* Gloſ. *in can. legimus v. Imperium dec. 93.*

Tertia aſſertio: Electus in Regem Romanorum communi iure conſecratur *ex d. Clem. Romani, & ex d. cap.* Venerabilem, qua etiam ratione vocatur meritò Sacratiſſimus. Et ſicut eum Romanus Pontifex vngit, ſic etiam ipſe ſuis manibus conſecrat. Differt autem Imperatoris conſecratio ab vnctione: quia vnctio fit oleo Sacrato, conſecratio verò ſine oleo: Nam ſolus Summus Pontifex ſuper eum manus imponit, adhibitis quibuſdam precibus.

Sunt, qui putant, Imperatorem per conſecrationem Sacrum Ordinem recipere, & Subdiaconum fieri. Sed Glo. *in can. Valentinianus 63. v. ſecundum ordinem meum*, quæ verba ſunt ipſius Imperatoris, ait, ex hoc verbo dixerunt quidam, quod Imperator debeat habere Ordinem. Sed non eſt verum: quia habet militare characterem. Can. *quod quidam §. ſi forte 1. quęſt. 1.* gerit tamen officium Subdiaconatus quandò miniſtrat Epiſcopo, ſic Gloſ. ibi & Abb. in *d. cap. Venerabilem* inquit, hanc Gloſsam eſse communi conſenſu receptam.

Aſſertio vltima: Imperator electus, vnctus, & conſecratus, iure debet coronam auream à Romano Pontifice accipere *ex d. cap. Venerabilem, & d. Clem. Romani*, ibique Gloſ. *v. veſtigijs*, ait, Imperatorem electum triplici corona exornari ferrea, argentea, & aurea. Cur autem

has

has tres coronas accipiat? Vide Sigonium lib.7. de Regn. Ital qui te docebit.

Porrò Imperatores hactenus à Romano Pontifice coronati ſunt ſequentes. Carolus Magnus anno 801. die Natalis Domini à Leone III. Romæ in Eccleſia S. Petri. Ludouicus Pius vnctus, coronatus, & conſecratus eſt a Stephano IV. Remis in Gallia anno 816. Lotharius coronatus eſt Romæ à Paſchali I. anno 823. Et ſic de 21. alijs Imperatoribus vſque ad Carolum V. de anno 1530.

Conſtat inſuper tum ex iure Canonico Imperatorem diademate Romæ à Summo Pontifice non coronari, niſi prius iuret, ſe Romanam Eccleſiam, & Chriſtianam Religionem tutaturum, atque defenſurum per d. *Clem. Romani de iur. iur.* vbi formula iuris iurandi taliter continetur.

Ego N. Romanorum Rex, annuente Domino, futurus Imperator promitto, ſpondeo, & polliceor, atque iuro coram Deo, & B. Petro, me de cętero protectorem, procuratorem, & defenſorem fore Summi Pontificis, & huius S.R.E. in omnibus neceſſitatibus, & vtilitatibus ſuis, cuſtodiendo, & conſeruando poſſeſſiones, honores, & iura eius, quantum diuino ſuffultus adiutorio fuero, ſecundum ſcire, & poſſe meum, recta, & pura fide. Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Ita ibi.

Item oſtendit ibidem Pontifex, Imperatores, qui præceſſerunt, iuſiurandum præſtare conſueuiſſe. Et certè in *Can. Tibi Domino diſt.* 63. Otho I. Imperator iurauit in hunc modum.

Tibi Domino Ioanni Papæ ego Rex Otho promittere, & iurare facio per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & per Signum hoc viuæ Crucis, & per has reliquias Sanctorum. quod ſi permittente Domino, Romam venero S.R.E. & Te Rectorem ipſius exaltabo ſecundum meum poſſe, & vitam, & membra nunquam, neque ipſum honorem, quem habes, mea voluntate, ac meo conſilio, aut meo conſenſu, aut mea exhortatione, perdes, & in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad Te, aut Romanos pertinent, ſine tuo conſilio Et quicquid de terra S.Petri ad noſtram poteſtatem peruenerit, Tibi reddam, & cuicumque Italicum regimen commiſero, iurare faciam illum, vt adiutor tui ſit, ad defendendam Terram S. Petri, ſecundum ſuum poſſe. Hæc ibi

Iurat igitur Imperator antequam Diadema ſuſcipiat a Pontifice Romano, ſe ipſius Pontificis, & S.R.E. perpetuum patronum, propugnatorem, & protectorem futurum. Atque de his non plura.

An, & quatenus ſit licita defenſio? An armis poſſit defendi Religio? Sitque Bellum Chriſtianis licitum? Illudque gerere poſſint contrà Turcas? Et hæreticos propter ſolam hæreſim? Et an, & quatenus bellum licitum ſit? Vide de Bello tom. 9. Conſult. 68.

An Satellites præoccupantes, ſiuè obſidentes portam Eccleſiæ, ne quis ad eam confugiat, pròque faciliori confugientium carceratione, incurrant cenſuras contra lædentes immunitatem Eccleſiæ? tom. 9. Conſult. 74.

AFfirmatiuè, & carceratio hoc modo ſequuta non ſuſtinetur, ſed reſtitutio eſt facienda Eccleſiæ, non ſecus, ac ſi reus fuiſſet ab ea extractus. Quia priuilegium immunitatis ſe extenditur ad portas, & parietes Eccleſiæ, vt probauimus fusè in *Conſult.* 54. *huius tom.* Ex quo infertur, quod ſicut non poteſt præoccupari Eccleſia à Satellitibus, nè ad illam pateat confugientibus aditus, ità nec illius ianua, neque ſpatium 40. vel 30. paſſuum *ex can. definiunt eadem cauſ. 17. quæſt. 4.* Vt ibidem dictum eſt. Quomodò autem patere poſſint Templa, ſiuè Eccleſiæ timentibus, ſi pręoccupentur, & obſideantur earum ianuę à Satellitibus?

Quare poteſt, ac debet Epiſcopus huiuſmodi ſatellites declarare incurſos in cenſuras contrà lędentes immunitatem Eccleſię latas, eiſque pręcipere, nè deinceps audeant obſidere, ſiuè pręoccupare Eccleſiam per dictos 30. paſſus, vt per dictum ſpatium liberè confugientibus ad illam, eamque petentibus pateat aditus, idque pręcipuè, ſi hac intentione Reus confugiat ad Eccleſiam, vt gaudeat immunitate. *Leges* enim, & Canones concedentes hanc immunitatem hoc præcipuè intendunt, ne quis fide, quam in veneratione Eccleſiæ, & ſacrorum locorum habet, defraudetur.

An priuilegio Apoſtolico habenti decretum irritans, & clauſulam ſublata, vt Rector Vniuerſitatis teneatur quolibet triennio ſtare Syndicatui, derogari poſſit per non vſum? tom. 9. Conſult. 76.

NEgatiuè: Nam contraria vrget iuris præſumptio, ideòque neganti incumbit onus probandi legitimè, & concludenter. *cap. accedentibus de priuil.* Rot. apud Creſcent. *dec.* 4. *n.* 2. *de priuil. & dec.* 67. *num* 3. *ac ſeq. p.* 3. *diuer.* Card. Caual. *dec.* 423. *num.* 1. *& in recent. dec.* 197. *nu.* 5. *ac dec.* 213. *num.* 1. *p.* 1. *& dec.* 572. *num.* 16. *p.* 4. *tom.* 3. Quare ſufficit allegare priuilegium Pontificis, quod omninò ſeruari debet. Straph. *dec.* 1043. *num.* 1.

Neque ob ſolam patientiam, & tolerantiam Vniuerſitatis fuit amiſſum huiuſmodi priuilegium ampliſſimis clauſulis ſublata roboratũ. Ideoq; nõ vſus, vel contra eius vſus ſuffragari non poteſt. Archid. *in cap. eum de beneficio num.* 2. *de præb. in* 6. Felin. *in cap. eum acceſſiſſent ſub nu.* 30. *de conſtit.* Rot. *dec.* 4. *de priuil. in antiq.* & apud Creſcent. *d. dec.* 4. *num.* 4. *& ſeqq. eodem* tit. *& dec.* 240. *num.* 5. *& ſeq. p.* 4 *diu.*

Imò non poſſunt Iudices aliter iudicare, minuſque

Digitized by Google

qne aliquid contrarinm dicere, donec illis per Papam os aperiatur. Caputaq. *dec.*34.*num.*4. *p.*3.Put.*dec.*48.*num.*9.*p.*1.*in nou.*

An Bulla Baronum comprehendat ceſſionem translatiuam? Et

An huiuſmodi ceſſatio translatina ſit alienatio, quam Eccleſia, vel locus pius facere non poteſt abſque beneplacito Apoſtolico?

Et quid de regreſſu ad primeua iura? tom.9. Conſult. 106.

BVlla Baronum, quamuis non loquatur de ceſſione translatiua, eò tamen ipſo, quod mandat ſolui pretium creditoribus, recepta prius ab eis iurium ceſſione ad fauorem emptionis, ſatis conſtat, voluiſſe ceſſionem fieri translatiuè.

Primò, quia ceſſio aliud non eſt, quam iuris, & actionis translatio, nec dicitur vera ceſſio, niſi ſit translatiua. Mandoſ.*conſ.*207.*num.*12.*conſ.*628. *num.* 12. Gallerat. *de renunc. lib.* 1.*cap.* 4. *num.*26.

Secundò, quia non dixit, fieri ceſſionem iuris, ſed iurium, & conſequenter nedum iuris exceptionis, ſed actionis, quæ non acquiritur, niſi per ceſſionem translatiuam. Gloſ. *in l. v. Curia C. quandò, & quibus lib.*10. Roman. *ſingul.*16. Bertaz *clauſ.*27.*gloſ* 6.*num.*1.& alij.

Tertiò, quia mandauit fieri ceſſionem ad fauorem emptoris, cum de iure, in quo in hac parte Bulla recipit interpretationem, debeatur emptori ceſſio translatiua à creditore, præſertim vendente ſub haſta, *ad tex. in l. in creditore* 38.*ff. de euict.* Georg. *alleg.* 39.*num.*17.Giurb. *dec.*8.*num.*20.

Quartò, quia hucuſque Bulla fuit intellecta, vt ceſſio fieri debeat translatiuè, quem obſeruationem non modò ſuaptè, ſed cogit adita ſentiendum, etiam ſi alias eſſet de iure. Gregor. *dec.*184.*num.*8.& Buratt.*dec.*944.*num.*6.

Nec obſtat, quod ceſſio translatiua ſit alienatio, quam Eccleſia, vel locus pius facere nequit abſque beneplacito Apoſtolico: Nam cum fiat authoritate Papę, qui ità mandat in Bulla, non eſt opus alio beneplacito. Bald. *in l.* 2. *C.quandò decret opus non eſt*.Abb.*conſ.*45 *num.*5. *lib.*1. Et in terminis Bullę Baron. Rot. *dec.*36. *num.*99.*p.*5.*recen.*

De regreſſu autem ad primeua iura Bulla non facit mentionem, & meritò quidem: Nam ſi admitteretur, dextrueretur eius diſpoſitio, vel in ea parte, qua mandat, bona Baronum tranſire debere in emptores exēpta ab omnibus vinculis, & hypothecis, quatenus regreſſus pretenderetur aduerſus bona, vel in ea parte, qua mandat, fieri ceſſionem, quatenus prætenderetur contrà obligatos in credito ceſſo, cum effectus ceſſionis in fauorem emptionis in eò præcipuè conſiſtat, quod in caſu euictionis poſſit agere contrà obligatos in credito ceſſo, Rota in *Perusina Pecuniaria* 10.Maij 1618. coram Vbaldo, quæ eſt *deciſ.* 12.*num.*3.poſt Gilion.ad *Statut.Peruſiæ*, ac referunt Add. ad Buratt. *dec.* 420.*num.*9.in hac ſpecie.

An Eccleſiaſtici ſequeſtrare poſſint per Curiam Eccleſiaſticam pretium bonorum. quæ iam fuerant ſub haſta ſuper ſententiam Curiæ ſæcularis? tom.9. Conſult.107.

AFfirmo: Nam Eccleſiaſtici, inter quos & Moniales prò bonis, quæ pertinent ad Monaſterium, eorumque fructibus, gaudent priuilegio fori. Surd.*dec.*30.*num.*10.& fusè Mar. Ant.Macerat.*var.reſol.lib.*1.*reſol.*38.Vndè cum elegerint forum Eccleſiaſticum, non poſſunt trahi ad forum laicum, ex reg. quod priuilegiatus trahit, non trahitur; ſicque iuridicè poſſunt obtinere ſequeſtrum à Curia Eccleſiaſtica. Quod ſi alias diceremus, eſſet compellere Eccleſiaſticos litigare coram ſæculari, qui etiam ſi ſint actores non tenentur, vt alias diximus.

An recedendum ſit à decreto Sacrarum Congregationum Immun. Eccleſ, Conc. & Epiſc. quæ ſæpius firmarunt, Colonos, & Cuſtodes Eccleſiaſticorum damnum dantes in bonis laicorum cum animalibus eorundem Eccleſiaſticarum, conueniendos eſſe coram Iudice Eccleſiaſtico, & propterea cognitionem huiuſmodi cauſarum ſpectare ad Ordinarium? tom. 9. Conſult.120. *Item vide* tom. 1. Conſult. 97, & 168. *Inſuper multa decreta reperies ad rem* tom.3.Conſult.26.*Ac vide* tom.4. Conſult.7.& 112.*Et demum* tom.6.Conſult.33.

ADhuc negatiuè reſpondetur: Nam reſolutio eſt iuſtiſſima, non obſtantibus obiectis contrarijs.

Ac meritò Sac.Congreg.Epiſc.noluit attendere obiectum prætenſæ conſuetudinis immemorabilia cognoſcendi cauſas damnorum datorum contrà laicos, damna inferentes cum animalibus Eccleſiaſticis, vt *in Firmana* his verbis:

Nella cauſa, e differenza, che verte in queſta Sagra Congregatione fra il Duca Ceſarini, e i Confrati dell'Oſpidale di Camerino ſopra la cognitione de' danni dati da' lauoratori, e da altri Miniſtri laici di detto Oſpidale, i Meſi paſſati, parue à queſta Sagra Congregatione, che ſi doueſſe conoſcere dal Giudice Eccleſiaſtico, mentre ſi daua il danno da detti Miniſtri inſieme co gl'animali di detto Oſpidale, circoſcritta la conſuetudine vniuerſale della Marca, e particolarmente in Ciuita noua, e Monte Cauſano Stato dell'Oratore, per non ſi eſſer prouata; Onde ora, che tale conſuetudine vien prouata per parte di teſtimonij addotti dall' Oratore, la depoſitione de' quali ſi dà in mano dell' Illuſtriſſimo Sig. Cadinal Torres, al quale fù commeſſa la cauſa, ſi ſupplica queſta Sagra Congregatione di ordinare, che ſi diſputi il dubio ſopra l'oſſeruanza di detta conſuetudine, etiam contro gl' auuerſarij, da quali non ſi deſſe per proua detta conſuetudine, per non eſſer ſtati

citati

Digitized by Google

citati nell' eſame di detti teſtimonij, ſi ſupplica di lettere miſſiue, ò remiſſiue, ad effetto di repetergli, e fra tanto ordinare, che non s'innoui coſa alcuna nella cauſa.

Propoſita petitione in Congregatione 14. Iun. proximi pręteriti S.Cong. negatiuè reſpondit. In quorum &c. Romæ die 12. Decemb. 1625.

Cum enim conſuetudo, vbi probata ſit cum requiſitis, non ſit maioris potentiæ, quam ius commune, ideò ex cauſa præcedentis limitationis, nè Eccleſia indirectè, ac obliquè lædatur, recedendum eſt à conſuetudine, ſicuti receditur à iure *l. omnes populi*, vbi Bart. *n. 1. ff. de iuſt. & iur.* Caual. *dec. 497. num. 2.*

Neque obſtat prætenſa reſolutio Sac. Congreg. controuer. iuriſd. propoſitæ, in qua firmatum dicitur, quod vbi Coloni, & Miniſtri Eccleſiarum, & Clericorum damnum inferunt cum animalibus Eccleſiarum, vel Eccleſiaſticorum, cognitionem quoad perſonas ſpectare ad laicum, quod verò ad animalia, ad Curiam Eccleſiaſticam.

Nam præterquamquod huiuſmodi diſtinctio fieri nequeat, ſaltem vbi damnum ſit illatum ab animalibus fortuitò, non ſtudiosè, cum tunc ex quo cauſa reſpectu emendationis damni concernat intereſſe Eccleſiarum, debet ab Eccleſiaſtico Iudice cognoſci, tanquam digniore, nè continentiæ cauſarum diuidantur &c.

Adhuc tamen, attenta dicta diſtinctione prò vera intelligenda videtur, vbi non applicatur limitatio ſupradicta, ſecus verò vbi applicatur, ſicuti applicatur in hoc caſu, nam alioquin læderetur Eccleſia, & Eccleſiaſtici in non reperiendo Colonos, & Cuſtodes ex dictis, alijſque rationibus ſæpè in eadem Sac. Congr. admiſſis, & ex Foderic. de Senis *d. conſ. 111. num. 10.* ex Felin. Menoch. alijſque.

Atque ità etiam eadem Sac. Cong. Epiſc. declarauit *in d. Firmana* per hæc verba:

All' Areiueſcouo. *A relatione di Monſignor mio Illuſtriſſimo Card. de Torres ſi ſono eſaminate nella Sagra Congregatione le controuerſie, che paſſano frà il Signor Duca Ceſarino per l'vna, e l'Oſpedale di Camerino per l'altra parte in materia de' danni dati, e conſiderate le ſcritture, e ragioni prodotte, e allegate da ambedue le parti, ſi è riſoluto, che quando da' Coloni degl' Eccleſiaſtici ſi apporta danno a' beni de' laici con gl'animali degl' Eccleſiaſtici, la cognitione delle cauſe de' ſimili danni, ſpetti al Tribunale di V. S. la quale douerà perciò in tali occorrenze mantenere, e difendere la giuriſdittione del ſuo medeſimo Tribunale, che tanto tengo ordine di farle ſapere. E Iddio la conſerui. Roma 18. Marzo 1625.*

Et ità reperitur in Regiſtro Sac. Cong. Card. negotijs Epiſcoporum præpoſitæ præſentis anni 1625. & collationata concordat, meliori &c. In quorum &c. A. Epiſcopus Caſertanus Secretarius.

Porrò, cum Sac. Cong. Immun. ſæpius, vt dixi, decreuit, quod animalia Clericorum prò damnis datis ſint ſubiecta tantummodò refectioni damnorum, non autem pœnis ſtatuarijs. Cumque Statutum laicum expreſsè diſponat, quod in damnis datis, quoad pœnam, & damnum dominus teneatur prò animalibus. Quæritur:

An Iudex ſæcularis, non potens Iuriſdictionem exercere contrà Clericos, cogere poſſit eorum Colonos ad ſoluendum pœnam prò damno dato ab eorum animalibus?

Reſp. Quod decretum Sac. Congr. diſponit, Colonum laicum quoad perſonam ſubiacere Iudici laico, & ſic conceditur, quod ſi prò damno dato eſſet impoſita aliqua pœna perſonalis, tunc Colonus eſſet ſubditus Iudici laico, non autem in hoc caſu, in quo expreſsè cauetur, quod pœna ſit ſoluenda per dominum animalium, qui ad eam non tenetur, cum ſit Clericus.

An ſicuti reducta ſunt delicta, quæ non gaudent immunitate Eccleſiarum, ità quoque reduci poſſint Eccleſiæ, quæ immunitatis priuilegio non gaudeant? Vbi de numero Ciuitatum refugij in Regno Iſraelitico, & an Templum Salomonis, ſiuè Iudæorum gaudebat hoc priuilegio? Vbi etiam de cauſis multitudinis Templorum apud Chriſtianos? tom. 9. Conſult. 141.

AFfirmatiuè. Primò, quia contrarium non reperitur ſcriptum, neque ab Apoſtolis traditum, nec talis traditio ex Patribus, aut alio probabili modo oſtendi poteſt.

Deindè ex illo principio generali, quod Chriſtus nullas leges cęremoniales Eccleſiæ ſuæ tribuit, præter ſubſtantiales ritus ſacrificij, & Sacramentorum; Reliqua verò, quæ ad cęremonias, & res ſacras pertinent per ſuos Vicarios diſponenda reliquit, inter quæ recenſeri poteſt Immunitas Eccleſiarum; Vndè ipſa Templorum benedictio, & conſecratio ab *Eccleſia* inſtituta eſt, modus etiam huius Immunitatis, determinatio eius quoad loca, perſonas, delicta, effectus, & alia huiuſmodi, de iure Eccleſiaſtico ſunt.

poſtremò, quia non eſt per ſe, ac intrinſecè malum, malefactores per vim è Templo extrahere. Quia, cum id non fiat formali, & directa intentione in contemptum, vel irreuerentiam Templi, vt ſupponendum eſt, ex vi ſolius operis, & ſecluſa prohibitione poſitiua, non irreuerentia, aut iniuria Templi; Vndè in caſibus exceptis à Conſt. Greg. XIV. hoc ſit ſine irreuerentia Templi; Nec etiam ipſe locus ex vi ſuæ conſecrationis habet ius peculiare ad tuendum confugientes ad ſe, niſi ei ab aliquo habente poteſtatem concedatur.

Quatenus verò tolerari debeant Aſyla diſputant multi. Ego, non niſi quinque poſitis cautionibus Aſyla retinenda eſſe autumo. Primum, nè priuatæ, ſeù publicæ res ea licentia lædantur. Deindè nè ipe ventę, atque immunitatis cuiquam iniuria fiat, aut vitia nutriantur, faueau-

ueantutque. Ad hæc videtur eſſe cauendum, nè pateant omnium generum criminum, ſed certis quibuſdam concedantur, quod factum à Greg.XIV. Omnibus enim ſceleribus Aſyla date longè à pietate alienum eſt. Statuendum præterea videtur, nè crebra, & frequentia ſint, vt homines prudentius, & grauius in actionibus periculoſis agant. Ideòque eorum numerus contrahendus. Occurrendum etiam eſſet, nè qui detinentur in Aſylis cum adhibito iudicio, ſontes deprehenſi fuerint, facilè poſſunt euadere.

Et quidem lex vetus in toto Regno Iſraelitico ſex tantummodò habuit Aſyla, conſtat enim ex *Num.*75. *& Deuter.*19. fuiſſe Ciuitates refugij, quarum tres vltrà Iordanem fuerunt, ſcilicet: *Bazar* in deſerto, *Ramoth* in Galaad, *Golon* in Baſan. Atque hæ in Moyſe conſtitutę fuerunt, nempè *Sichem* in Monte Ephraim, *Kadeſch* in Monte Nepthali, & *Hebron* in Iuda.

An Templum Salomonis habuerit hoc priuilegium? Ego dixerim 1. nempè *Macbab.*10.*verſ.* 45. vbi Demetrij reſcriptum de Sacro Templo Iudęorum refertur. Quid, quod ſi Templum caruit Immunitate, qua ſpe Ioab in illud confugit, tanquam ab omni violentia ſecurus futurus? Nequè propterea Athalia 2.*Reg.*11. vì à Templo auulſa, & occiſa fuit, indè ſequitur, Templum non habuiſſe immunitatem, cauſa enim necis eius tam pręgnans fuit, vt indigna haberetur, quę Aſylo gauderet; Quemadmodum non ſequeretur Iudæus, vel latro detractus eſt ab ara. Ergò ara non eſt immunis. Quin potius eò ipſo, quod Athalia in ipſo Templo non fuit trucidata, ſed manu militari educta, Immunitas Templi probari videtur.

De cauſis verò multitudinis Templorum apud Chriſtianos hæc accipe. Quod autem paſſim poſt Conſtantini Magni tempora, imprimiſq; poſt annos Chriſti 500. & 600. toto Orbe Chriſtiano innumerabilia extructa ſunt Templa cauſa, ſiuè origo, & fons eius rei fuit recta doctrina de iuſtificatione, deque vera Dei adoratione, ac Sanctorum veneratione, hoc eſt, quod crederent, ſe extructione, atque ædificatione Templorum Deo, Angelis, Sanctis, & Martyribus præſtare cultum. Sic enim *Vincentius* in Specul.*hiſt. lib.*25. *cap.* 25. *Qui Eccleſiam, ſiuè Templum ædificat; Regnum Dei ſibi præparat.*

Probantur, quę diximus primò, quod in locis omnibus, vbi, vel integra corpora Sanctorum ſepulta, vel ſaltem reliquiæ corporum aliquæ aſſeruatæ, & conditæ fuerunt, Templa extruxerint. Sic enim Templum, vbi S. Io: Euangeliſta ſepultus dicitur extructum eſſe Metaphraſtes in vita eius indicat apud Surium *tom* 6. *de vita Sanctorum*.

Secundò, quod Templa in honorem, non ſolum Dei, ſed Angelorum, item ac Sanctorum, & Sanctarum ędificarunt, eorumque nomina ipſis indiderunt. Sic Baſilius Orientis Imperator, vt ſe Deo conciliaret, quia Michaelem Imperatorem occiderat, in multis locis Conſtantinopoli Templa erexit in honorem S. Archangeli Michaelis, qui Archiſtrategos Græcis dicitur, mirabili, ac pretioſo opere, ſicut ex Zonara refert Cuſpinianus.

Tertiò. Quod in periculis conſtituti Religioſi homines Templa Sanctis vouerunt, ſi ipſorum ope, & auxilio liberarentur, Sic Narſetes Eunuchus in Gothos exercitum ductans ſacella duo, ſi res bellicæ ex ſententia cederent, Venetijs vouit, & votis parta victoria dicauit, alterum Theodoro, alterum verò Geminiano, & Menæ Cælitibus. Egnat.*lib.*2.*cap.*1.

Quartò. Quod Sanctis Templa extruxerunt, vt eorum interceſſionem apud Deum hac ratione promererentur. In Modęcia enim Thęodelinga Longobardorum Regina Agilulfi vxor, cum Adoaldum filium peperiſſet, Templum Io: Baptiſtæ prò ſe, & omnibus Longobardis conſtruxit, *vt prò ſe apud Chriſtum intercederet*. Ex quo etiam tempore demum Longobardi D. Ioannem inuocare cęperunt. Paul. Diac. *lib.*4. *lib.* 7 *de geſt. Longomb.* & Sabellic. *lib.* 5. *Enn.* 8. Miracula etiam aliqua, quę Sanctos ediſſe hiſtorię tradunt, cauſa multitudinis Templorum fuerunt. His rebus factum eſt, vt omnibus poſt Magnum Conſtantinum ſęculis ad hoc pręſens vſq; Templorũ numerus creuerit.

De iure acquirendi ſedilia in Eccleſſia à laicis. Vide de Epiſcopis tom.9. Conſult.147.

De adminiſtratione Legatorum, ſiuè Oratorum Regum, Principum, eorumque immunitate, impunitateq; tom.9. Conſult.184. ac tom.1. Conſult.111.

VT Legati admittantur locus eſt Liuij, vbi Hanno Senator Carthaginenſis in Anibalem ſic inuehitur, *Legatos ab ſocijs, & prò ſocijs venientes bonus Imperator noſtra in Caſtra non admiſit, ius gentium ſuſtulit*. Quod tamen non ita crudè intelligit Grotius *lib.* 2. *de iur bell. cap.*18. *num.* 3. *Non enim, ait, omnes admitti præcepit gentium ius, ſed vetat ſine cauſa reijci*.

Cauſa eſſe poteſt, ex eo, qui mittit, ex eo, qui mittitur, & ex eo ob quod mittitur, vt patet ex plurimis exemplis Romanorum. Optimo autem iure reijci poſſunt, quæ nunc in caſu ſunt legationes aſſiduæ, quibus quam non ſit opus, docet mos antiquus, cui illæ ignotę. Proſequitur Grotius §.5.

Quare denunciari poteſt, ac ſolet, nè mittantur Legati, alioqui prò hoſtibus fore, vt Ætholis à Romanis eſt denunciatum.

Solet, ſubdit Grotius §.7. & illud quęri, an iure talionis interfici, aut malettactari Legatos poſſit ab eo veniens, qui tale quid patrauerit? Et ſunt quidem, ait, vltionis talis exempla in hiſtorijs ſatis multa, ſed nimirum hiſtorię, non tantùm quæ iuſtè, ſed quę iniquè, iracundè, impotenter facta ſunt memorant;

Ius gentium non tantum mittentis cauet dignitati, ſed & eius, qui mittit ſecuritati: Quare cum hoc quoque tacitè contrahitur. Huic ergò fiat iniuria, etiam ſi ei, qui miſit, nulla fiat.

Comites quoque, & vaſa Legatorum ſui generis ſanctimoniam habent. Sed hæc ſancta ſunt acceſſoria, ac proindè quatenus Legato videtur. Ità ſi quid Comites grauius deliquerint, poſtulari à Legato poterit, vt eos dedat. Vi enim abſtrahendi non ſunt. Quod ſi dedere eos noluit Legatus, eadem ſcilicet facienda erunt, quę modò de Legato diximus. Ipſe autem Legatus an iuriſdictionem habeat in familiam ſuam, & an ius Aſyli in domo ſua, prò quibus eò confugientibus, ex conceſſione pendet eius, apud quem agit. Illud enim iuris gentium non eſt.

Bona quoque Legati mobilia, & quæ proindè habentur perſonæ acceſſio, pignoris cauſa, aut ſolutionem debiti capi non poſſe, nec per iudiciorum ordinem, nec quod quidam volunt manu regia, verius eſt: Nam omnis coactio abeſſe à Legato debet, tàm quæ res ei neceſſarias, quàm quæ perſonam tangit, quo plena ſit ei ſecuritas. Si quid ergò debiti contraxit, & vt fit, res ſoli eo loco nullas poſſideat, ipſe compellendus erit amicè, & ſi detrectet is, qui miſit, ita vt ad poſterum vſurpentur ea, quæ aduerſus debitores extrà territorium poſitos, vſurpari ſolent. Vide Grotium *d.cap.* 18. & ad illud adnotata, Crometum *lib.* 19. *&* 21. & Parutam de Legatis Venetis in itinere in Galliam retentis, *lib.* 7. 10. *&* 11. & alios.

Quod enim Legati ſunt inuiolabiles, priuilegij inſtar, eſſe fortè nemo inficiabitur. Priuilegia autem ſi ſunt accipienda, vt tribuant aliquid vltrà ius commune. Quod ſi Legati ab iniuſta tantum vi tuti eſſent, nihil præcipui haberent. Vide quæ his reſpondimus *in cit. Conſul.* 111. *tom.* 1. *à num.* 8.

Quare ità concludendum cum Grotio *de iur. bell. d.cap* 18. *num.* 4. *lib.* 2. potius puto, ſi tale ſit delictum, quod contemni poſſe videatur, aut diſſimulandum erit, aut è finibus iubendus excedere Legatos. Vel ſi crimen ſit atrocius, & ad publicum malum ſpectans, mittendus erit Legatus ad eum, qui miſit cum poſtulato, vt eum puniat, aut dedat quomodo Gallos poſtulaſſe legimus, vt ſibi dederentur Fabij.

An, & quatenus electio ad dignitates Eccleſiaſticas per abuſum ſæcularis poteſtatis irrita, infectaque ſit? Quid de electione ad beneficia, & de ea obtinente, vel conferente, ac de eorum pœnis, & an electio ſit irrita, ſi fiat hebdomada maiori? Vide de Dignitat. tom. 10. Conſul. 16.

1 *An, & quatenus Ciuitas, Baro, alijque ſeculares manutenendi ſint in vſu, ac retentione duarum ex quatuor Clauibus arcæ, in qua ſitum eſt Corpus alicuius Sancti?*

2 *Quid de manutentione aperiendi, & claudendi eandem arcam ad libitum, & expoliri faciendi Corpus à Capellano Magiſtratus, ſuperpelliceo, ac ſtola induto, eodem Magiſtratu præſente, cum facultate illud liberè oſtendendi populo, ac diſtribuendi flores, reſque alias, quæ ſacras Reliquias tetigerunt?*

3 *Quidue de manutentione in quaſi poſſeſſione eligendi officialem, qui die feſtiuitatis eiuſdem Sancti aſſiſtat, eique tradantur claues Eccleſiæ, præſertim Regularium, in qua requieſcit idem Corpus?*

4 *Quid denique de manutentione oblationum, & eleemoſynarum, quæ fiunt dictæ Eccleſiæ occaſione d. Corporis?* tom. 10. Conſult. 59.

MAnutentionem in his omnibus reſpondetur, denegandam eſſe ex defectu poſſeſſionis legitimæ, & manutenibilis; Et

Quod 1. Cum claues d. arcæ ab initio traditę fuerint Regularibus, debet prò parte Ciuitatis, Baronis, aliorumque oſtendi, quomodò, & à quo poſtmodum fuerint eis traditæ, & quo tempore, ac per quot annos eas retinuerint, alioquin niſi exhibeatur legitimus titulus, maxima vrget vſurpationis ſuſpicio, quam certè ſuadet ſubiecta materia, cum Sacrarum Reliquiarum claues debeant eſſe apud Rectorem Eccleſię, aut ad ſummum, vbi adeſt conſuetudo, ſoleat permitti laicis vſus vnius tantum ex clauibus, non quidem, vt indè ius aliquod quæſitum prætendi valeat, ſed ſolum gratia ſecurioris cuſtodiæ, vt habetur in Conc. Prouinciali Mediolanenſi 4. *tit. de Sac. Reliq. §. Is porrò locus act. par.* 1. ac refert Gauant. *in man. Epiſc. v. Reliquiæ Sanctorum num.* 20. Laici namque ex diſpoſitione Sac. Canonum ſunt *incapaces* exercendi ius aliquod in Eccleſia. Azor. *inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 14 *quæſt.* 16. *in fin.* & ſæpè dictum eſt ſuprà.

Neque ijs facilè patere debet ingreſſus in Sanctuarium, vt habetur in Apoſtolicis Conſtitutionibus Clementis Romani, *lib.* 3. *cap.* 10.

Nec prò euitanda huiuſmodi incapacitate ſuffragaretur præſcriptio, ſiuè conſuetudo: Quia illa non eſſet ſuper re, quæ à laicis præſcribi poteſt, ſicut eſt adminiſtratio ſpiritualium, & ſacrarum rerum, quæ vllo vnquam tempore præſcribi poſſunt Peregr. *conſ.* 74. *num.* 6. *tom.* 1.

Ad 2. Non eſt ſufficienter prouiſum incapacitati Magiſtratus laicalis exercendi ſupradictos actus, ſpectantes ad perſonas Eccleſiaſticas, deputando Capellanum, qui fungatur tali officio: Quia cum iſte non proprio nomine id agat, ſed ipſius Magiſtratus, qui illi prætendit dare huiuſmodi iuriſdictionem, non videtur ceſſare incapacitas, ſed eò magis vigere, ponderando præſertim, quod Reliquiæ Sanctorum,

tan-

tanquam res Eccleſiaſticæ pretioſiſſimæ ſolum contrectari poſſint à dignioribus Eccleſiarum Miniſtris; non autem à Capellanis mercenarijs laicorum, qui aliquod ius in Eccleſijs prætendere nequeunt, niſi ex gratia Ordinarij, cuius vices gerit Superior Regularis in propria Eccleſia. Ricc. *deciſ.198.num.2.tom.2.*

Ad 3. Poterit hoc permitti ad titulũ ſimplicis cuſtodię, & aſſiſtentię, ſed ſeruandus eſt modus, ne prætextu cuſtodię, & aſſiſtentię prætendatur acquiri ius aliquod ſuper Eccleſia, & ideò non videtur permittenda libera clauium traditio, minuſq; toleranda prætenſio, quod Superior Regularis cum alijs ſuis Regularibus obuiam eat Officiali ſæculari extrà ianuam Eccleſię, cum Superior, vt eſt Eccleſiaſticus, non debeat occurrere inferiori, vt eſt laicus. Ricc. *in prax. præcedentiarum reſol.553. num.4. tom.2. par.1.* Rot. *deciſ.310. num.4. coram Greg.*

Ad 4. Reſpondetur cum Paſchali Papa *in cap. cauſa de verb. ſignif. Quod quicumque, etiam per poteſtatem ſæcularem oblationes, & eleemoſynas Eccleſijs factas, obtinere præſumat, & raptor, & ſacrilegus iudicatur.* Hoc idem fuit etiam ſancitum a Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.22. de refor. cap.11.* & tradit Fuſc. *de viſit. lib.1. cap.24. nu.7.* Etenim ius ad oblationes eſt Eccleſiaſticum ad Clericos pertinens, atque adeò ſub laicorum dominio nequeunt detineri. Barboſ. *in collect. Doctor. ad cauſ.10. quæſt.1. can.15. num.1.* Ita vt ne conſuetudo quidem, ſiue præſcriptio laicis ſuffragetur. Mareſcot. *var. reſol. cap.42. num.5. lib.2.* & Fagnan. *in cap. Paſtoralis num.19. de his, quæ fiunt à Præl.*

At vide alia eodem tom. & tract. Conſult.59. & tom.6. Conſul.87. vbi de Claui Capſulæ SS. Euchariſtię ac fuſius tom.9. Conſul.63.

An, & quatenus claues Sacræ Imaginis Miraculoſæ Beatiſſimæ Virginis, aliorumq; Sanctorum in Eccleſia conceſſæ ſæcularibus à Summo Pontifice, retineri poſſint à Magiſtratu ſæculari? Vbi alia tom.10. Conſul.75. Item vide hoc eod. tom. Conſult. 59. & tom.6. Conſult.87. ac tom.9. Conſult.63.

TEnendum eſse puto, quod ſi teſtes prò Magiſtratu examinati deponant, illum prò tempore exiſtentem per annos 50. citrà retinuiſſe Claues dictę Sacrę Imaginis, illiuſque oſtium aperuiſſe, & claudi feciſſe in ſolitis feſtiuitatibus, videtur ſine dubio concludentiſſimè probatum eius dominium, & poſſeſſio. Socc. Sen. *conſ.13. num.14 lib.4.* Oltrad. *conſ.209. num.2. & 3. alijque.*

Pręſertim, ſi teſtium depoſitio ſit etiam adminiculata ex Inſtrumentis publicis confectis ſuper hac retentione Clauium, aperitione, ac reſerratione oſtij eiuſdem Imaginis, quæ pariter plenam probationem inducunt, idem Socc. *conſ. 205. num.5. lib.2.*

[Notandum, quod D. Auctor in hac Conſult. contradicit citatis Conſultationibus.]

Quænam probationes requirantur ad probandum recurſum Regularis ad Iudices laicos? Vbi effectus huiuſmodi recurſus. Vide de Regulat. tom.10. Conſult.81.

An, & quatenus de rebus Eccleſiæ, etiam Regularis fieri poſſit compromiſſum, ac eligi in arbitrum Princeps ſæcularis, & an ſit approbatum, & ſuſtineri valeat? Vide de Alienat. rer. Eccleſ. tom.10. Conſult.85.

An, & quatenus facienda ſit à Curia Romana remiſſio cauſarum, etiam Regularium ad Iudices Regni Franciæ, vt ab ijs definiantur? tom.10. Conſult.88.

QVoties agitur de ſententia lata, præuio proceſſu formali, & in contradictorio iudicio, & partes ſunt de Regno Galliæ, ac ius, de quo diſceptatur, eſt in Regno, locum habent concordata inter Leonem X. & Franciſcum I. impreſſa in Bullar. Rom. *tom 1.* Quia, cum concordata ſint clara, quod cauſæ debeant vſque ad tertiam ſententiam incluſiuè cognoſci in partibus, dubitari non poteſt, quin ſint obſeruanda, cum tranſiuerint in vim contractus. Creſcent. *deciſ.2. & 5. de priuil.* & Sum. Pontifex nunquam derogat concordatis, ſed potius ſemper illa excipit, & præſeruat, Gonzal. *ad reg.8. gloſ.25. num.8.*

Eòque magis, quia hæc concordata ſtrictè cuſtodiuntur, atque obſeruantur, dum cauſæ Regni Franciæ diiudicantur in Curia Rom. ſed omnes cognoſcuntur à ſuis Iudicibus in partibus, & propterea multò magis obſeruanda ſunt, cum non ſint immutanda, quæ ſemper certam, & diuturnam conſuetudinem habuerunt, *leg. ſi de interpretatione, & leg. de quibus ff de legib.*

1 *An Conductores bonorum Eccleſiæ, vel Clericorum prò bonis conductis gaudeant immunitate à vectigalibus &c.?*

2 *Et quid de Colonis?* tom.10. Conſul.198.

REſp. Affirmatiuè, vt ſæpè ſępius dictum eſt ſupra, & pręcipuè *tom.4 Conſult.7. & 123. tom 6. Conſul.30. & 112. ac alibi eodem tract.* Hic ſolum adduntur declarationes Sacr. Congregationis Immun. in *Hydruntina*, vt ſequitur.

All'Arciueſcouo d'Otranto. Illuſtre, e Reuerendiſſimo Signore, come Fratello. *E ſtato più volte dichiarato da queſta Sagra Congregatione dell'Immunità Eccleſiaſtica, che gl'Affittuarij de' beni degl Eccleſiaſtici godano l'eſentione de' peſi per i frutti raccolti ne' medeſimi beni; Onde doppo eſſerſi vdita l'informatione di V.S. ſopra il memoriale del Sacerdote Baſilio. Ferrari affittuario d'vna Maſſaria del Clerico Pietro Angelo Romano da San Pietro in Galatina, luogo di coteſta Diœceſe, hanno queſti Eminentiſſimi miei Signori ordinato, che ſi mandi a V.S. l'incluſo documento di decre-*

ti, affinche ella ſi confor mi alla diſpoſitione de medeſimi, con farli pienamente oſſervare. Ghele ſignifico, e mi offero. Di V.S. Roma 6. Decembre 1695. Come Fratello affettuoſiſſimo. G. Card. di Carpegna G. Vallemani Segretario.

Ità reperitur in libro decret. Sac. Congreg. Immunit. ſub die 14. Febr. 1628. videlicet. Agrigentina Clerus *Sac. Congr. cenſuit, Affictuarium bonorum Eccleſiaſticorum, ſiuè Clericorum non teneri ad ſolutionem gabellarum prò fructibus recollectis in eorundem bonis.*

Et ſub die 17. Septemb. 1632. Fanen. *Clericus Caſtracanius Sac. Congr. ſecundam ea, quæ proponuntur, cenſuit, Affictuarios bonorum Oratoris gaudere debere exemptionibus. In quorum fidem &c. Dat. Rom. hac die 6. Decemb. 1695. G. Card. Carpineus. I. Vallemanus Segr.*

De Imperatoris, Regum, ac Principum officio in protegendo Romanam Eccleſiam, Sedem Apoſtolicam, eiuſque immunitatem, libertatem, ac iuriſdictionem. Et alia tom. 10. Conſult. 200.

HVius rei antiquitas ex eo ſatis manifeſta euadit, quod in Conc. Maleuitan. quod D. Auguſtino Præſide in Numidia ab Epiſcopis totius Aphricæ tempore Conſulatus Arcadij, & Honorij anno poſt natum Chriſtum 402. circà tempora Innocentij I. Papæ habitum eſt, *& tom. 1. Concil.* extat inter alia *cap. 16* ſtatutum fuerat, vt omnibus Eccleſijs à Principe defenſores, atque protectores poſtularentur. Verba Canonis ità habent: *Placuit etiam, vt petatur glorioſiſſimis Imperatoribus qui habeant Iudicibus dari petitos ſibi defenſores ſcholaſticos, qui in actu ſint, vel in officio defenſionum cauſarum Eccleſiaſticarum more Sacerdotum, vt Provinciæ ijdem ipſi, qui defenſionem Eccleſiarum ſuſceperint, habeant facultatem prò negotijs Eccleſiarum, quoties neceſſitas flagitauerit, vel ad obſiſtendum callidè decipientibus, vel ob repentibus, vel ad neceſſaria ſuggerenda, ingredi Iudicum ſecretaria.* Hactenus verba Canonis.

Sic etiam conſtat in ſequenti tempore Anaſtaſij Papæ in Conc. Carthaginenſi 5. poſt Conſulatum Cęſaris, & Attici 6. Kal. Iunij anno ſalut. noſtræ 398. celebrato *Conc. tom. 1. pag. 562.*

Ex his igitur antiquiſſimis Conciliorum decretis primo firmiſſimè contrà Andreæ Knichij pronunciatum inſtituta defenſionis Eccleſiæ ad tempora Pipini, & Caroli Magni referentis, ſumitur, cum ea Concilia quadringentis, nonquo amplius ante Caroli Magni æuum annis celebrata fuerint, eoque tempore Protectorum Eccleſiaſticorum vſus viguerit.

Deindè ipſum quoque ex vetuſtiſſimis diplomatibus, & multis antiquorum Galliæ Regum exemplis eluceſcitur.

Sed vt alia eiuſmodi Conſtitutionis Protectionis exempla de Pipino, Carolo Magno eius filio, itemque Ludouico, qui pariter ex more, & conſuetudine maiorum ſuorum, protectiones Eccleſiarum inſtituerunt, vt eorundem diplomata apud Franciſcum de Ruſieres ſub *nu. 9. 12. & 18.* inſerta edocent, omittamus, illud etiam non minimum continuatæ vetuſtatis protectionum Eccleſiaſticarum momentum præbet, quod multo tempore, etiam ante Carolum Magnum, Conſtantinopolitanos Imperatores Catholicos in actu inaugurationis, non minus, atque à Carolo Magno, eiuſque ſucceſſoribus, fieri conſueuit de protegenda Eccleſia ſolemne Sacramentum præſtiterunt, Marquardo Freher *in ſuis ad Petrum de Andlau de Imperat. Rom. not. lib. 2. cap. 6.*

Dubium non eſt, eiuſmodi iurandi conſuetudinem apud Chriſtianos Imperatores in vſu continuò permanſiſſe, Petrus Anch. *in Clem. vnic. de iure iur. notab. 17.* teſtatur.

Præſertim autem poſt Imperatores Orientales iuramentum prò defenſione Eccleſiæ Apoſtolicæ Leoni III. Papæ Carolum Magnum in Coronatione anno 800. præſtitiſſe hiſtorici teſtantur.

Verum enim verò, non attento etiam iuramento, quod ab omnibus Imperatoribus iam indè à Conſtantino Magno de protegenda Eccleſia Romana, Sede Apoſtolica, & Papa, præſertim fuiſſe, oſtendimus, ex eo etiam firmiſſimum id fit, quod Imperatoribus ipſo iure, abſq; vllius iuris iurandi religione, tutela, ac defenſio Eccleſiarum, maximè verò Romanæ, Sediſque Apoſtolicæ, & Papæ ex officio incumbat, *leg. 1. 3. penult. 10. & tot. tit. C. de Sum. Trin. cap. Clerici de iurepatr.* & alibi.

Hinc Card. Baron. *ad ann. 422. num. 3.* ſcribit, Eccleſiæ, Religionis, & iurium Eccleſiaſticorum defenſionem, ſolidum eſſe ad ſubſtinendum Imperij Molem, fundamentum, ac ſuſtentaculum, quo ſi careat, corruat neceſsè eſt, idemque cum in alijs mundi proceribus, tum euidenter in Galliæ Monarchis oſtendi *poſſe*, ait.

Maximè autem ſupremam Romanæ Eccleſiæ Protectionem Imperatori, ac Regi Romanorum primitus ſemper attributam fuiſſe comprobat tex. *in cap. Venerabilem verſ. nunquid de elect.* And. Knich. *de ſax. non provoc. iur. ver. Duc. Saxoniæ cap. 5. num. 557.* alijque.

Idem probatur paſſim multis exemplis, & Auctoribus. Ac vide ſupra *tom. 9.*

Alia de Immun. Vide de Nũcijs, ac de Negotijs illicitis.

DE

Digitized by Google

DE INDVLGENTIIS.

De Indulgentijs celebrantis Miſſas de feſto occurrenti in Altari priuilegiato. Vide de Altar. priuil. tom.2.Conſult.6.num.9.& tom.8.Conſult.23.

An Epiſcopus, confirmando Conſtitutiones ſuorum Prædeceſſorum de 40. diebus Indulgentiarum, poſſit addere alios 40. dies? tom.6. Conſult. 81.

NEgatiuè. Id enim vitaſſe videtur Epiſcopis omnibus Innoc.III.in Conc.Lateran. relato *in cap. cum ex eo de pœn. & remiſſ.*& Innoc. IV.*in cap.Romana eodem tit. in 6.*& ibidem Bonifac.VIII.*cap.tit.* Et ſanè ſi Epiſcopis ſucceſſoribus hoc permitteretur, ità quidem breui huiuſmodi Indulgentię multiplicarentur, vt pœnitentialis ſatisfactio propè eneruaretur, contrà mentem Summorum Pontificum *in cap.cit.*& Trid.Conc. *ſeſſ.25.ſub fine.*

Verum ego in his non acquieſco; Nam duplex eſt limitatio huiuſmodi poteſtatis Epiſcopalis. Vna in quantitate Indulgentię, altera in perſonis, quibus concedi poteſt. Quod attinet ad primam, ea eſt, vt Epiſcopus ſolum poſſit concedere vnum annum Indulgentię in dedicatione alicuius Eccleſiæ, in anniuerſario autem die talis dedicationis ſolum Indulgentiam 40. dierum, quam etiam concedere poteſt in quocumque caſu, in quo ei occurrit cauſa ſufficiens ad concedendas Indulgentias. Ità ſtatutum *in d.cap.cum ex eo de pœnit.& remiſſ.* Rationem autem tantę limitationis aliqui fuiſſe credunt, quia theſaurus vniuſcuiuſque Eccleſię tenuis eſt. Sed hęc ratio ſupponit falſum: quia particularis Epiſcopus non ſolum concedit Indulgentias ex illis meritis, quę in ſua Diœceſi ſuperfuerunt, alioquin ſi illa deeſſent, quod fieri poteſt, Indulgentia eſſet nulla ex defectu theſauri, & proindè ſemper eſſet incerta, quod abſurdum eſt; Habet ergò Epiſcopus iuriſdictionem ad diſpenſandum ſimpliciter de theſauro Eccleſię, & de omnibus meritis eius, ad effectum ſibi proportionatum ſufficientem, quorumcumque fidelium fuerint. Idcircò exiſtimo, nullam aliam fuiſſe huius rei rationem, niſi quia ſecundum prudentem exiſtimationem, ad Epiſcopale munus hoc ſufficiebat, & ad impediendas ſuperfluas, & indiſcretas Indulgentias, erat maximè conueniens.

An Indulgentiæ omnes, in quibus porriguntur manus adiutrices, ſint reuocatæ? tom.6. Conſult. 40.

TEnendum eſt tanquam certum, huiuſmodi Indulgentias eſſe reuocatas à B.Pio V.Conſtitutione ſua 30. quæ incip. *Et ſi Dominici*, in qua Indulgentias omnes à Sede Apoſtolica cōceſſas, prò quibus conſequendis manus ſunt porrigendæ adiutrices, & quę quęſtuandi facultatem, quomodolibet continent, generaliter, & perpetuò reuocauit. Quod intelligitur ſiuè verba accipiantur coniunctim, ſiuè ſeparatim, vt communiter ab omnibus accipiuntur, quod nimirum reuocatę ſint tam Indulgentię conceſſę, prò quibus conſequendis manus ſunt porrigendę adiutrices, quam illę, quę facultatem quęſtuandi quomodolibet continent. Franciſcus Leo *in theſ.for.Eccleſ.par.3. cap.2. nu.130.* P.Theſaur. *in prax. Eccleſ. v. Indulgentia 2.* Fagnan.*in cap. ne prò dilatione num.29. de pœn. & remiſſ.* Eſtque communis fidelium praxis, & ſenſus, qui poſt pręfatam Conſtitutionem id ſemper, & vbique ſeruarunt; Adeòque vt tantum reuocatę non ſint Indulgentię conceſſę, prò quibus conſequendis debeat fieri aliqua eleemoſyna pauperibus indeterminatis: Nam & hoc iniungi ſolet in Bullis Iubilęi.

Nec ſolum ratio pręcipua reuocationis B.Pij V. fuit quęſtuatio ſcandaloſa, ſed illud etiam, quod aſſeritur in d.Conſtitutione, ac refertur à Bzouio in illius vita ad annum Chriſti 1567. §.21 *num.2.* hoc eſt nè cuiuſuis Indulgentię remiſſionis, vel facultatis obtentu Chriſtifideles ad illicita procliuiores in polleram committenda redderentur, aut facilitas venię eis peccandi tribueret incentiuum, & exindè Clauium authoritas deduceretur in contemptum, & Chriſti fideles quamplurimum ſcandalizarentur, omnes Indulgentias, prò quibus conſequendis, manus eſſent porrigendę adiutrices, & quę facultatem quęſtuandi quomodolibet continerent, reuocauit, caſſauit, irritauit, & annullauit *6.Idus Febr.*

1 *An honorantes Deiparam Salutatione Angelica ad horarum ictus, verè mille dierum indulgentias lucrentur?* Et

2 *An ad Campanæ pulſum meridianum, & veſpertinum ſit neceſſariò orandum, itàut ad huiuſmodi preces iure quiſque cogi poſſit?* tom.7. Conſult.79.

AD 1. Indulgentiam iſtam eſſe falſam, & apochripham declarauit iampridem ſub die 9. Octob.1613.ſub Paulo V. ac anno, quo typis euulgatum eſt Antuerpię Officium puriſſimę, ac Immaculatę Conceptionis Sac. Congreg. S.Offic. Inquiſitionis; Quare ad id refutandum non immoror.

Ad 2. Affirmatiuè. Primò experientia enim nos docet, Eccleſiam ſine aliquibus externis ritibus conſtare non poſſe, prǽſertim vbi craſſiores, & rudiores ſunt homines.

Deindè omni loco, ac tempore, iuxtà Apoſtolum, orare nos debere, & id quidem vltrò, Sed quia tardiores ſumus; quam oportet, publico ſigno, quaſi claſſico quodam ad preces nos excitari debere.

Præ

Præterea aſſidua apud nos eſſe debet beneficiorum Chriſti memoria. Quis ergò inutilè eſſe affirmare auſit, illa tempora, quibus Chriſtus ſingulare opus ſaluris noſtræ peregit, proprijs notis inſignire? Vt nimirum homines illo tempore ad agendas Deo gratias excitentur. Itàque tres illæ horę à veteribus ità obſeruatæ videntur, quod tertia hora ſententia mortia contrà Chriſtum lata eſt, ſexta Crucifixus, nona Spiritum in manus Patris tradidit. Quid ergò vetat, nos eaſdem, aut alias etiam horas obſeruare? Matutinum ſcilicet, qua vinctus, & ad Pilatum ductus; Meridiem, ſeù ſextam, qua Crucifixus. Veſperas, qua de Cruce depoſitus, ac ſepultus eſt, quo videlicet memoria beneficiorum Chriſti à nimis rudium, & imperitorum hominum insereretur, & plebs aſsueſieret ad hæc beneficia ſeruatoris meditanda, & ad agendas illi gratias. Cum igitur Paſſionis, Mortis, & Sepulturæ Chriſti his ſignis publicis admoueamur, quis Chriſtianus ea obſeruare inutilè eſse, & ad huiuſmodi preces iure cogi non poſse dixerit?

Laurentius Surius *tom. 4. de vit. Sanct.* ex oratione ab Octauiano de Martinis Sueſsano coram Sixto IV. Pontifice habita, refert B. Bonauenturam Ord. Min. Generalem Miniſtrum inſtituiſſe, vt Minoritæ populum hortarentur ad ſalutandam Vig. Mariam ſigno Campanæ audito poſt Completorium, quod creditur ſit eadem ea ipſa hora ab Angelo ſalutatam fuiſſe.

Hoc inſtitutum à B. Bonauentura annis circà 70. ante Io: XXII. ſi verum eſt, quod Surius indicat.

An Indulgentia Societatis Corrigiatorum S. Monicæ à Summis Pont. conceſſa, & à Paulo V. reuocata, ſint poſtea reſtituta?
tom. 7. Conſult. 87.

QVod priuilegia, Indulgentiæ, ac facultates à Summis Pont. Greg. XIII. & XIV. Societati Corrigiatorum S. Monicæ anteà conceſsæ, ac deindè à Paulo V. ſublatæ, poſtremò fuerint à Greg. XV. reſtitutæ per eius Breue, quod incip. *Iniuncti nobis* &c. vbi hæc omnia confirmantur, ex ſequentibus perſpicuè demonſtrantur.

Primò ex clauſula poſita in d. Breui confirmationis §. 3. *in fin.* ſcilicet, *ac de nouo etiam concedimus*; Hac enim ſatis indicat, mentem Pontificis fuiſse, non ſolum confirmare priuilegia, ſed etiam ſublata reſtituere; quia non ſolum præmiſerat dictiones: *confirmamus, robur adijcimus*, ſed etiam: *innouamus*; Vndè cum ſubdat clauſula, *ac de nouo etiam concedimus*, oportet, quod voluerit concedere, quæ ſublata erant reuocatione, aut quocumque alio modo: Nam huiuſmodi clauſulam reualidare priuilegia reuocata, aut alias nulla, tradunt Ruin. *conſ. 31. num. 6. vol. 1.* Surd. *conſ. 319. num. 25.* ac alij.

Deindè hoc ipſum oſtenditur ex clauſula *quorum tenores*; Hęc enim operatur, eandem reſtitutionem priuilegiorum reuocatorum: Nam Pontifex quandò eſt ipſi impoſſibilè tollere in ſpecie omnia, & ſingula impedimenta, quæ impediunt effectuationem ſuę voluntatis efficacis, adhibet hanc clauſulam, & vult, quod ſit talis efficaciæ, vt eodem modo operetur, ac ſi reuera tenores, de quibus loquuntur, eſſent in ſpecie expreſſi; Et ità ſemper iudicauit Rot. & tradunt Butr. *conſ. 2. num. 4. & conſ. 29. n. 5* Dec. *conſ. 165.* & alij.

Et ex his, & alijs rationibus declarauit Sacra Congregatio Indulgentiarum pro dicta Archiconfraternitate Corrigiatorũ S. Monicæ apud Eccleſiam Auguſtinianorum Vrbis, confirmationem huiuſmodi fuiſſe, & *eſse validam*, fruſtrà reclamante Michaele Angelo Riccio Secretario einſdem Sacræ Congregationis poſteà S.R.E. Cardinali.

Quomodò proſpiciendum ſit conſcientijs aliquorum, qui vſi fuerant facultatibus Bullæ Cruciatæ, vel alterius Indulgentiæ nullæ ex defectu voluntatis Summi Pontificis, illam concedentis, ob non adimpletas aliquas conditiones?
tom. 8. Conſult. 67.

REſp. Quod ad Indulgentias, & gratias conceſsas certum eſt, illos non potuiſse eas conſequi defectu voluntatis, quod reſpicit tantum pęnas temporales, quæ in Iubileo condonari potuerant. Solum igitur eſt difficultas, quoad ad abſolutionem à peccatis, & à cenſuris, Ordinario, & Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, etiam in Bulla Cęnę Domini: Nam ex defectu poteſtatis iuriſdictionis fuerunt nulliter abſoluti.

At nihilominus dico primò, cum quilibet Sacerdos ritè, ac rectè ordinatus, habeat poteſtatem ordinis, quam in ſua ordinatione virtute Spiritus Sancti in impoſitione manuum ſuſcipit; ideòque poſſit abſoluere à quocumque peccato, ac vinculo. Cumque reſeruatio caſuum, & abſolutio à Cenſuris, ac poteſtas ipſa iuriſdictionis, quæ requiritur in Sacerdote, vt validè abſoluat vigore Conc. Trid. ſit de iure poſitiuo, & Summus Pontifex ſit ſuprà ius poſitiuum, nulla videtur eſse difficultas, quin poſſit ipſe tollere cenſuras, & reſeruationes, atque abſoluere, etiam inuitos, ac per conſequens, cum poſteà remaneant ſolum peccata ſine reſeruatione, ac cenſuris, & cum pęnitentes ſint in bona fide, remanent in ſequentibus confeſſionibus indirectè abſoluti ab eiſdem peccatis, abſque noua ipſorum confeſſione, tanquam à peccatis oblitis.

Secundò. Poteſt Eccleſia, ſiuè Summus Pontifex ſupplere, & de facto ſupplet regulariter iuriſdictionem in adminiſtratione Sacramentorum quandò adeſt error communis, & titulus coloratus,

ratus, de Lugo *de iuſt. tom.2. diſp.37. ſect.3. num.27.* & Doctores communiter. In hoc autem caſu adeſt error communis, & titulus coloratus ex Bulla Apoſtolica, atque adeò ſine alia gratia Summi Pontificis, iſti ſunt validè abſoluti.

1 *An Regulares proponentes in ſuis Eccleſijs populo lucrandas Indulgentias, quæ iam à Sede Apoſtolica fuerunt declaratæ falſæ, vel apochriphæ, vel indiſcretè, poſſint ab Epiſcopo loci, in quo fuerunt poſitæ puniri?*

2 *Et quatenus affirmatiuè, qua pœna? Cum in dicta prohibitione nulla fuerit appoſita pœna?* tom.8. Conſult. 142.

AD 1. Affirmatiuè. Deſumitur ex Sac.Conc. Trid. *ſeſſ.5. cap.2.§.ſi verò*. Vbi contrà Regulares errores, aut ſcandala diſſeminantes in populum, etiam ſi in Monaſterio ſui, vel alterius Ordinis prædicent, Epiſcopus procedit, cui decreto concinit *Clem.1. de priuil. & exceſ. Prælat. &* Clem.*Cupientes de pœn. cap. ad abolendam*, vbi Gloſ. *fin.de hæret.* Nequè illi per priuilegia Regularibus conceſſa derogatum eſſe, niſi in ipſis priuilegijs appareat expreſſa diſpoſitio contraria, cenſuit Sacra Congregatio eiuſdem Conc. Proponens autem Populo Indulgentias falſas, vel apocriphas, errores, aut ſcandala diſſeminent: Quia Populus Indulgentiarum falſitate à Concionatore inductus, pœnitentias ſuis peccatis deſſitas vel negligit, vel tepidior redditur ad illas adimplendum, quod, ſi ſcit, eſſe tanquam falſas à Sede Apoſtolica declaratas, ſcandalo illi eſt audire Concionatorem contrà declarationem Sedis Apoſtolicæ illarum falſitatem aſſerere, ac ſi ipſa Sedes in ſuis declarationibus erraret. Quare in terminis mitioribus Sacra Congregatio S. Officij 10. Maij 1616. & 24. Auguſti einſdem anni declarauit, Regulares publicantes indulgentias ſine participatione Ordinariorum, vel excedentes modum in illis publicandis, puniri ab Ordinario.

Quinimmò puniri poſſe ab Inquiſitoribus, tanquam proferentes propoſitiones ſcandaloſas, & temerarias ex Conſtitutione Pauli III.apud Pegnam, tradunt Carena *par.2. tit. 16. §.4. num.15.* & dari inter ipſos præuentionem, & Epiſcopum Zanard. *in ſum. diuin. præcep.par.1. rubr.de Inquiſ quæſt.54.* Caren. *loco citato n.16. & ſeqq.* Epiſcopi quidem tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati à Sacro Concilio Tridentino *loco citato*. Inquiſitores verò, tanquam Delegati à Paulo III. *cit eius Conſtitutione*.

Ad 2. Ex Trid. *loco citato* poterit eis Epiſcopus prædicationem interdicere. Ex prohibitione à Sede Apoſtolica emanata, cum nulla impoſita fuerit pœna, remanet Epiſcopis arbitraria, atque adeò prò modo culpæ poterunt puniri, etiam cenſuris Eccleſiaſticis. Ac tandem ex cit. Conſtitutione Pauli III. poſſunt cogi ad retractandum in loco, vbi id propoſueruut, prò tollendo ſcandalo, expediri in S. Officio cum correctione, ac penitentijs ſalutaribus, ac pœnis alijs arbitrarijs prò modo ſcandali, ac temeritatis.

DE INCENDIIS, ET INCENDIARIIS.

Quibus modis incendia contingere ſoleant? Vbi de hac re plura ex vtroque iure? tomo 3. Conſult. 67.

INcendia contingere ſolent vel dolo, quandò quis conſultò, data opera, ſciens præuidenſque incendium immittit, *l. Qui ædes 9. & l. vlt. §.1. ff.de incen. ruin. naufrag.* taliſque doloſus incendiarius vel pœna capitis punitur per *l.1. in princ. & l. qui dolo ff. ad l. Cornel. de Si-* & alibi. Vel viui comburio, *l. capitalium §.qui ob inimicitias*, & de vtraque Menoch. *de arbitr. conſ.390. num.31.*

Vel lata culpa, quandò per ſummam, diſſolutam, & ſupinam alicuius negligentiam exoriuntur, *l. ſi fortuitò 11. eodem tit.* Quo caſu pœna arbitraria locum habet, & inſuper Incendiarius ad damni per incendium dati reſtitutionem tenetur.

Vel leui culpa. quandò quis in habendo, & cuſtodiendo igne, non eam diligentiam adhibet, quam quilibet diligens adhibet. Hæc negligentia damni reſtitutione coercetur, *l. capitalium 28. §. Incendiarij 12. ff. de pœn. l.1. C. de l. Aquil.* Inſuperque pœna pecuniaria Fiſco applicanda punitur, *d. l.ſi fortuitò 11.* ibi: *Vt luxuria ff. de incen. ruin. naufrag.*

Vel leuiſſima culpa, quandò quis omittit, vel facit, quod diligentiſſimus pater famil. omiſſurus, vel facturus non fuiſſet, *l. in rebus 16. in princ. ff.commod.* Huiuſque incendij, ſiuè in omittendo, ſiuè in faciendo culpa leuiſſima conſtat, pœna eſt damni reparatio, aut ſi quis non ſoluendo fuerit, leuis caſtigatio, *d.l.qui ædes 9.*

Vel caſu fortuito, quandò vi quadam maiori fit, quę præuideri, aut auerti non potuit, *l. Contractus 23. in fin.ff. de re iud. l. Conductor 15. §.ſi vis 2. & §. cum quidam*, & alibi. Et huiuſmodi incendium nullam omninò pœnam meretur, *d. l.ſi fortuitò ff. de incen. ruin. naufrag.* niſi culpa caſum fortuitum præceſſerit. Marian. Soccin. *in cap. ſi quis domum 6. num. 13. extr. de iniur.*

In dubio autem præſumitur doloſum, aut culpoſum; Non tamen, vt ex lata, vel leui culpa, ſed leuiſſima, & quidem tali, quę in omittendo conſiſtit, incendium exortum putemus præſumendum, per tex. *in d. l.3. de offic. Præf.*

vigil.

Digitized by Google

vigil. & l. ſi vendita 11. *ff. de pericul. & comm. rei vend.* Farinac. *in prax. crim. par.* 3. *quæſt.* 150. *cap.* 2. *num.* 9. ibi: *Limita ſeptimò, & num.* 92. ibi: *Et in iſta culpa*, Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. cent.* 4. *de caſ.* 390. *num.* 7, Præſumitur autem dolus, ſi clam fiat. Menoch. *de præſump. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 107. Vel ſi manifeſto cum periculo ignem quis applicauit, Menoch. *ibidem n.* 97. Onus igitur probandi incendium culpa lata vel leui inhabitationis eſſe ortum, incumbit ei, qui ad damni reparationem agit. Quandò verò quis teneatur ad reſtitutionem ob culpam ſolam, vide Rotæ Rom. *deciſionem* 104. *tom.* 1. *poſthum.* Farinac. vbi quod, ſi conuenitur ex contractu, vi locati, non tenetur, niſi adſit ſaltem lata, vel leuis culpa; ſi autem l. Aquilia de damno dato, tunc etiam de leuiſſima in committendo tenetur.

Quod ſi domeſticorum alicuius facto incendium ortum eſt, Pater familias tenetur, ſi de certa perſona ex domeſticis conſtet, eaque circà officium ſuum deliquerit. Puta ſi ſtabularius ignem, vel candelam in ſtabulo, focaria in culina, lotrix in lauatrina, calefactor in fornacibus negligenter cuſtodiuerit. *l. Si ſeruus* 27. *ſi fornicarius* 9. *ff. ad l. Aquil.* Gaill. *obſer.* 21. *num.* 3. Quæ tamen ſententia non procedit, ſi eiuſmodi perſonæ communiter prò fidelibus, & diligentibus habitæ, & receptę fuerint. Illud dubio caret, de incendio culpa hoſpitantium, & diuertentium exorto, non teneri Cauponem, per tex. *in l.* 1. *§. vlt. v. viatorum autem factum ff. furti aduerſ. naut. caup. ſtabul.* ſimiliter nec dominium ob incendium culpa operariorum teneri magis eſt, vt dicamus, maximè ſi tales ſint operarij, quos etiam diligentiſſimi patres fam. ſimili modo conducere ſolent, ſicut in ſpecie de patre fam. qui mulierem ad torrendum canabem in furno, conduxerat, reſpondit Io: Cęphal. *conſ.* 362. *n.* 10. *& ſeqq. lib.* 3.

De eo quoque variant Interpretes, num ſi priuati inimici ædibus alicuius ignem ſuppoſuerint, ſicque in domos vicinorum proceſſerit, eaſque conſumpſerit, vicinis damnum reſarcire cogatur? Et quidem ſi vicini ab incendiis authoribus damni reparationem conſequi nequeant, in ſubſidium, & illum ipſum, cuius domus ab inimicis fuit combuſta, conueniri poſſe arbitror cum Alberico de Roſat. *ad d. l.* 3. *de offic. Præf. vigil. num. vlt.* per tex. *in l. ſi merces* 26. *§. culpa* 4. *ff. locati*. Quid tamen ſi inimicitiæ ſine eius culpa ortæ ſint? Idem dicendum putant plerique. Verum, hanc ſententiam iniquam eſſe nullus dubitat, niſi, veriſimiliter cogitare potuiſſet, inimicos eius tale quid attentaturos. Tum enim vel pacem cum ipſis inire, vel domum ſuam cautius cuſtodire debuiſſet. Mar. Socin. *in d. cap. ſi quis domum* 6. *num.* 12. *extr. de iniur.*

Quid verò ſi incendium ortum ſit in domo vicini mei, idque ob negligentiam meam in non extinguendo ignem, aliorum vicinorum ædes tranſiuerit, an nè hisce ad damni reſtitutionem tenebor? Vtique per tex. *in l. capitalium* 28. *§. Incendiarij* 12. *verſ. nam fortuita ff. de pęn.* At nunquid licuit mihi ędes meas negligere *arg. l. ſed & ſi lege* 25. *§. conſulit* 11. *ff. de hered. pet.* Non arbitror, cum id cum damno vicinorum coniunctum fuerit. Alberic. de Roſat. *ad d. l.* 3. *de offic. Præf. num.* 6. Num autem ſi quis Bombardam miſerit, & exindè aliorum ędificia exuſta ſint, ad damni emendationem obligetur? Affirmo *arg. legis ſi ſeruus* 27. *§. ſi quis Inſulam* 8. *& l. Qui occidit* 30. *§. In hac quoque actione* 3. *ff. ad l. Aquil. l. videamus* 12. *§. vlt. ff. locati* Gaill. *lib.* 2. *obſer.* 22. *num.* 7.

In *cap. tua nos de ſent. excom.* Incendiarij ex quo ſunt per Eccleſiæ ſententiam publicati pro abſolutionis beneficio ad Apoſtolicam Sedem ſunt mittendi, ſicut Clericorum percuſſores mittuntur. Sed in *cap. peſſimam* 23. *quęſt.* 8. dicitur ſi quis malo ſtudio, aut vindictæ cupiditate ignem appoſuerit, excommunicetur, & ſi mortus fuerit Incendiarius, careat ſepultura Eccleſiaſtica. Item in *cap. ſi quis membrorum* 23. *quæſt.* 8. incendia domorum faciens, & mandans, aut conſentiens, ſi coram Epiſcopo requiſitus reparare damnum noluerit, ab Eccleſia ſe priuatum agnoſcat.

Quod intelligitur de omnibus incendiarijs quoties fuerint declarati ab Ordinario excommunicati, excommunicatio erit Papę reſeruata, vt Gloſ. *in cap. tua nos v. publicati.* Abb. *ibidem* Turrecrem. *in d. cap. peſſimam num.* 1. & alij. Quod etiam procedit in muliere incendiaria, hæc autem denunciata, non poteſt abſolui, niſi à Papa, Graff. *lib.* 2. *de caſ. reſer. cap.* 23. *num.* 8.

Incendiarij quomodolibet locorum, & cooperantes non incurrunt interdictum latæ ſententię, ſed ob impænitentiam, ſeù contumaciam notoriam carere Eccleſiaſtica ſepultura, ſicut alii notorij peccatores defuncti in impœnitentia.

Incendiarij quandò fuerint in iudicio definitiua ſententia de hoc crimine condemnati, ſcilice de incendio dolo cauſato, incurrunt iuris infamiam: Quia hoc eſt crimen publicum, & capitale, *vt l.* 1. *ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. qui eirs ff de incen. ruin. naufrag. l. capitalium §. nonnunquam ff. de pęn.* Et conſequenter ſunt irregulares, vt alibi dictum eſt.

In d. *cap. peſſimam*. Epiſcopus abſoluens Incendiarium, non ſeruata forma ibi præſcripta, ſcilicet præuiæ ſatisfactionis, iurationis, cautionis, & pœnitentiæ ibi præſcriptę impoſitionis, damnum reſtituat, & per annum ab officio Epiſcopali abſtinent. At verius eſt, eſſe ſimplex præceptum, quia verba non ſonant cenſuram; Vndè tranſgreſſor non eſt irregularis. Ità Reginal. *lib.* 3. *tract.* 18. *num.* 2. Filiuc. *tract.* 20. *num.* 215. Quod præceptum non videtur obligare ad pœnam ante ſententiam.

Digitized by Google

Per hæc autem verba inferri videtur. Primò, quod abſolutio data contrà formam prædictam, ttit nulla propter illam particulam, *penitus denegetur*, quæ habet vim latę ſententiæ, & decreti irritantis. Tiraquel. cum magis communi in *l. ſi vnquam v. Reuertantur n.* 105. *& ſeqq.*

Secundò. Inferri videtur ex eo textu, Clericos tranſgreſſores talis præcepti incurrere priuationem beneficij ipſo facto. Quia particula *careat*, eſt latæ ſententiæ ſecundum magis communem, Tiraquel. *loc. cit. num.* 161.

1 *An, qui dolo malo domum incenderit gaudeat Eccleſię Immunitate?*

2 *Quid ſi incenderit Valuas Eccleſię, vel ipſam Eccleſiam?*

3 *Quidnè ſi in Eccleſia hominem incenderit?*

4 *Vbi iterum ſed ſtrictim de pœnis contrà Incendiarios?* tom. 9. Conſult. 17.

AD 1. Gaudere. Farinac. *in appen. de immun. num.* 104. Diana *par.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 21. *& par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 16. ac alij: Quia hoc crimen nequè *in cap. inter alia de Immun. Eccleſ.* nequè in Conſtitutione Greg. XIV. nequè alibi excipitur; Ideòque non priuatur Immunitate Eccleſiæ.

Non obſtat, quod dicebatur de incendiarijs, ſiuè depopulatoribus agrorum: quia illi comprehenduntur in dictis iuribus, non autem cęteri incendiarij.

Ad 2. Pariter gaudere: quia non eſt caſus exceptus in dicta Conſtitutione Gregoriana. Cum enim priuatio immunitatis ſit pęna, non eſt extendenda ad alium caſum non exceptum, Iaſon. *in l. cum quidam col.* 2. *& ſeqq. ff. de lib. & poſth.* Idcò non eſt hęc pœna extendenda vltra fines legis, ideſt ad alia crimina in Eccleſia commiſſa, præter homicidium, & mutilationem, licet taies delinquentes puniendi ſint à Iudice Eccleſiaſtico ratione loci, in quo delictum committunt, vel conſulto ptius Summo Pontifice, poſſint tradi Curiæ ſæculari, ſi delictum ſit atrociſſimum, vt docent ferè omnes, qui ſcripſerunt poſt dictam Conſtitutionem Gregorianam, vt Farinac. *loc. cit. cap.* 16. *num.* 208 *& conſ.* 76. *num.* 7. *&* 9. Gratian, *tom.* 2. *diſcep.* 380. *num.* 19. & alii.

Ad 3. Negatiuè: Quia homicidium, & mutilatio tantum commiſſa in Eccleſia priuant immunitate ex citata Conſtitutione Gregoriana, & ità priuantur immunitate, vt ſi quis in vna Eccleſia delinquat, & deindè ad aliam confugiat, non defendatur in hac ſecunda Eccleſia, vt gaudeat eius immunitate eſt communis opinio, vt ait Remig. *in tract. de Immun. Eccleſ. in* 11. *fall. num.* 2. Capell. Tolol. *dec.* 422. Couar. *cap.* 20. *num.* 15. & alij.

Ad 4. Satis dictum eſt in ſupradicta Conſultatione 69. tom. 3.

DE INTERDICTO. Vide de Cenſuris.

DE IRREGVLARITATE.

An promotus litteris dimiſſorialibus Metropolitani ſit irregularis, & à quo diſpenſabilis? Vide de Ordine tom. 1: Conſult. 343.

An Clericus habita licentia ab Ordinario querelandi malefactores in foro laicali citrà pęnam ſanguinis, ſi quęrelat, & indicia, ac probationes ſubminiſtret ad probandum delictum, incurrat irregularitatem, ſequuta mutilatione delinquentis quęrelati? to. 1. Conſul. 377.

AFfirmatiuè. Ità declarauit Sacra Congregatio Conc. in vna N. die 4. Februar. 1615. *ad cap.* 6. *ſeſſ.* 14. *de reſor.* Nam actionem criminalem de delicto, quod mortem, & mutilationem meretur, Clericum ſine peccato, & irregularitatis nota inſtituere non poſſe connenıunt Doctores apud Suarez *de cenſur. par.* 7. *diſp.* 5. *dub.* 10. Licet accuſator proteſtetur, velle ſe criminis vindictam, citrà penam mortis, & mutilationis, quia eſt proteſtatio contraria facto, ideòque inutilis; Cum Iudex poſtulatus ſecundum leges iudicare ſoleat. Idque ex *cap. Pralatis de homic. in* 6.

An Clericus prò delicto in perſonam coniunctam commiſſo, habens licentiam ab Ordinario querelandi, ſi non querelet, ſed tantummodò proſequatur accuſationem, & ſuminiſtret indicia in foro laicali, inſiſtendo prò punitione, incidat in irregularitatem, ſequuta mutilatione? tom. 1. Conſult. 378.

AFfirmatiuè: Iuxtà declarationem Sac. Congregationis Conc eadem die 4. Febr. 1651. Quia cenſetur petere pęnam, quæ propter delictum à lege Reo imponitur, cooperaturque ad mortem, ſeù mutilationem alterius in iudicijs criminalibus. Cap. *His, à quibus dec.* 23. *quæſt.* 4. & Conc. Tolet. II.

Aliqua de irregularitate? Vide de Penſionibus tom. 2. Conſult. 2. præcipuè à n. 4. & ſeqq.

A Sacra Congregatione de Propaganda Fide concedi ſolet Miſſionarijs decretum ſequentis tenoris:

Sacra Coogregatio cenſuit, concedi poſſe diſpenſationem petitam, concurrentibus infraſcriptis conditionibus, videlicet, vt Sacerdos

 Miſ-

Digitized by Google

Miſſionarius ſit peritus in arte Medicinæ, & Chirurgiæ, & eam gratis exerceat, vt abſque inciſione, & aduſtione operetur, & in loco, vbi Miſſionarius degit non ſint Medici laici.

Nunc quaritur:

1 *Quomodò ſe gerere debeat huiuſmodi Miſſionarius in illis partibus, quandò ob euidens periculum vita alterius patientis neceſſarium eſſet aliquam ex pracipuis corporis partibus incidere?*

2 *Cum vnus ex dictis Miſſionarijs ad preſeruandum brachium, & vitam cuiuſdam in digito vulnerati, ipſum digitum inciderit, an incurrerit irregularitatem?* tom. 4. Conſult. 124.

AD 1. Poſſe in caſu neceſſitatis.

Ad 2. Non incurriſſe. Atque ità quod ad vtramque cauſam declarauit Sac. Congt. Conc. in vna *Chinen. Irregularitatis* 9. Febr. 1669. Hinc Congregatio particularis ſub die 28. Nouembris 1669. prò Miſſionarijs Ethiopię vnanimiter cenſuit, in caſibus neceſſitatis Miſſionarios poſſe licitè mederi, neque egere diſpenſatione. Vide Dian. *p. 3. tract. 2. reſol. 23.*

De Clerico minori obtinente per reſignationem cum penſione Parochialem Eccleſiam, mediante exhibitione falſa fidei baptiſmatis, & ſucceſſiuè eadem fide mediante, promoto vigore Breuis Apoſtolici extra tempora ad Ordines Sacros, in quibus miniſtrauit, & curam animarum exercuit. Quoad irregularitatem incurſam? Vide de Parocho tomo 4. Conſult. 140. Item tomo 10. Conſul...... de Equitibus.

De poteſtate Epiſcopi diſpenſandi ſuper irregularitate. Vide de Diſpenſationibus tomo 6. Conſult. 99.

An Clericus, qui de homicidio inquiſitus, indicia tortura diluit, durante nihilominus communi exiſtimatione populi, illum prò homicida reputantis, cenſendus ſit irregularis, ità vt promoueri nequeat? tomo 7. Conſult. 19.

AFfirmatiuè reſpondendum cum Sacra Congregatione Concil. in *Nouarien. dimiſſoriarum ad Ordines* die 1. Octobris 1661. Quoniam obſtat irregularitas ratione generalis infamiæ conſurgens ex notorio delicto homicidij, Et cum verſemur in Clerico promouendo, non exiguntur exactæ probationes, ſed ſola diffamatio ad effectum prædictum, cenſetur cauſa ſufficiens pro denegatione Sacrorum Ordinum, quod ſpeciale eſt in homicidio, in quo etiam in dubio quis ſe gerere debet prò irregulari, ob maximam indecentiam criminis cruenti cum incruento ſacrificio. Sperell. *dec. 175. num. 50. & 190. tom 2. cap. tabernaculum de conſecr. dec. 1.* licet enim eſſet Dauid ex ſtirpe Sacerdotali, attamen propter homicidium excluſus fuit ab ędificando Dei Templo, & ab Altaris miniſterio. 1. *Paralip. cap. 28. v. 3. Deus autem dixit mihi:* Non ędificabis domum nomini meo, eo quod ſis *vir bellator, & ſanguinem fundens*. Ideòque tam in veteri, quam in nouo teſtamento ſecundum ſuam originem irregularitatis eſt de iure diuino poſitiuo. Nauar. *in ſum. de cenſur. cap. 23. nu. 191.* Tabien. *v. irregularitas num. 2.* licet quoad modernam obſeruantiam ſit de iure Canonico poſitiuo, Archid. *in cap. omnes 17. queſt. 4. nu. 2.* Innoc. *in cap. niſi cum pridem 10. n. 8. de renunc.*

Probatur noſtra concluſio clariſſimè ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 4 de refor. cap. 7. & cap. 1. ſeſſ. 14.* cuius verba, non ſolum præbent facultatem Epiſcopo, promotos ad Sac. Ordines ſuo arbitrio in omnibus his caſibus ſuſpendendi, ſed eò magis promouendis aſcenſum ad maiores Ordines denegare, vt pluries in terminis dicti Concilij declarauit eius Sac. Cong. & habetur apud Barboſam ad dictum locum.

Et quanquam dictum Con. diſpoſitio *cit. cap. 1.* diſponat de promoto, & promouendo, notabilis tamen inter vtrumque conſtituitur differentia: Nam Epiſcopus interdicens promoto Ordinum exercitium, irrogat pœnam poſitiuam priuationis iuris iam obtenti, ac quęſiti, at non promouendo non irrogat pœnam, ſed ſolum denegat gratiam; quia illi non auſertur ius quęſitum, ſed impedit ius quęrendum; Vndè facilius cum iſto, quam cum illo procedit Concilium, & in ſpecie, quod plura impediant ordinandum, quam ordinatum. Habetur ex Gloſ. *in cap. ambiguus, §. non eſt nouum, ff. de reg. iur.* ac Sutd. *conſ. 174 num. 12.*

Quidquid igitur ſit de promotis, de quibus alibi, quoad promouendos diſtinguendum eſt inter arctatos, & non arctatos ad Ordinum ſuſceptionem. Illi enim, qui nullam habent arctationem, ità vt Ordines ex libera voluntate, ac deuotione ſuſcipere cupiant, nullum haberet ius recurrendi, quia dare, vel negare Ordines, remiſſum eſt arbitrio Epiſcopi, adeò vt cauſas deducere non teneantur, neque ab eiuſmodi denegatione appellare liceat. Secus autem eſt in arctatis, quibus ex Ordinum denegatione præiudicium inferri poteſt, atque adeo, tunc licitum erit appellare, ac cauſas denegationis diſcutere, vt diſtinguendo firmauit. Rot. in *Elboren. Ordinum* 25. Iun. & 12. Nouemb. 1618. coram Remboldo *d. 186 & 195.*

In hoc autem caſu Clericus repellendus eſt ab aſſecutione beneficij, tanquam publicè diffamatus de homicidio, prò quo inquiſitus carceratus, & torturam paſſus eſt: Non enim danda ſunt ijs beneficia, qui ſcandalum populo ſunt præbituri. *c. Tantis 81. d. cap. Omnipotens*, vbi Gloſ. *de accuſ.* Abb. *in cap. 1. num. 8. & cap. per inquiſitionem num. 11. de elect.* ac Rot in *Sabinen.* coram Sacrato apud Marcheſ. *de commiſſ. p. 1.* & fusè in *Calagurnana* 5. Iul. 1655. & 15. Maij 1656. coram Bichio.

Vndè non eſt inſpiciendum, an ex huiuſmodi inqui-

inquiſitione, ac tortura reſultet infamia irregularitatem producens, & ad conſtet ſufficienter de delicto: Nam hæc inſpicienda eſſent, quandò ageretur de priuatione beneficij, iam adepti, ac poſſeſſi, ſiuè de impediendo iam promoto exercitium ſuorum Ordinum: Quia cum tunc eſſet formalis pœna priuationis iuris quæſiti, neceſſaria quidem eſſet plena probatio delicti, ſeu vera infamia, quæ irregularitatem inducat, ſecus verò quandò agitur de promouendo reſpectu Ordinum, ſiuè de repellendo à conſecutione beneficij nunquam poſſeſſi, & quod poſt diffamationem adipiſci quis velit: quia tunc non requiritur irregularitas ex delicto, vel infamia reſultans, ſed ſufficit ſimplex diffamatio, ex qua populo ſcandalum oriri poſſit.

Idque locum habet, etiam ſi inquiſitus de delicto, vel diffamatus ſententiam abſolutoriam obtinuiſſet; Nam hæc tollit punitionem, ac infamiam iuris, non autem infamiam facti, ex qua ſcandalum populi oritur, vt in ſpecie reſolutum fuit in allegata *Sabinien.* coram Sacrato *num.3.*

Non ſuffragatur, quod ſi fortè arctatus propter obtentum beneficium, ſi illud obtinuerit poſt commiſſum homicidium; Vndè ex hoc etiam fuit incapax beneficij, ex *d.cap 7 ſeſſ.14. de reſor.* Et beneficium, quod iniuſtè retinet, non debet ei patrocinari ad ſuſcipiendos Sacros Ordines.

Et quamuis homicidium non ſit plenè probatum, ad effectum condemnandi in pœnam iuris, ſaltis tamen eſt probatum ad inducendam irregularitatem ex ſola notorietate facti, Buratt. *in cap.ex tenore num.5.de temp. Ord.* Tolet. *in Sum. lib.1.cap.69.num.1.*

Itaque hic Clericus promoueri non debet ratione infamię facti, niſi ea purgata fuerit, vel niſi ex graui cauſa, & ceſſante ſcandalo, fuerit diſpenſatus. Sanch. *opuſc.lib.6.cap.5. in fin. cum ibi allegat.*

*An decretum Conc.Trid.*cap.7. ſeſſ.14. de refor. *inducat nouam irregularitatem, ità vt etiam ille, qui dat operam rei licitæ, & omnem adhibet diligentiam, ne ſequatur homicidium, ſi deindè ſequatur, incurrat irregularitatem? Vbi de homicidio cum propulſatione iniuria moderata.* tom. 7. Conſult. 20.

NEgatiuè. Ità declaratum fuit in Sac. Cong. Conc. 1. Octob. 1588. Et deſumitur ex *cap. dilectus, cap. ex litteris, & cap. fin. de homic.* Item declaratum, quod dicti Conc. decretum loquatur in eo, qui fuiſſet in aliqua culpa, & indigeret diſpenſatione, vt *in Hiſpalen.* eodem anno 1588. *in Auerſana* 13. Nouemb. 1627. *in Preneſtina* 7. Septemb. 1630. & reſolutum in Rota apud Farinac. *tom* 1. *dec.* 260. & cenſuit Sac. Cong. Epiſc. *in Ianuenſi* 23. Maij 1589. cuius declarationem alibi integram adduxi. Idem declaratum à Sac. Cong. Conc. *in Lucerina* ſub anno 1588. & *in Sebenicen.* ſub anno 1587. quæ etiam *in Cremonen.* cenſuit, ſupradictum decretum, quod loquitur de incapacitate beneficiorum, in qua ſunt homicidæ, non extendi ad penſiones, & ideò ſocius homicidæ obtinere, & obtentas retinere valeat penſiones.

Porrò homicidium priuatum neceſſarium, ſi contingat ad defenſionem vitæ, ſeù corporis proprij, cum moderamine ſcilicet inculpatæ tutelæ non inducit irregularitatem vllam. Hæc hodie eſt certa doctrina *ex Clem. ſi furioſus de homic.* ibique Panorm. *& in cap. ſicut dignum num. 14. de homic.* Nam vim vi repellere licet, *cap. dilecto de ſent. excom. in 6. cap. 6. & cap. ſignificaſti de homic. & l. ſententiam §. qui enim plures ff. ad l. Aquil.* Quam ſententiam tradit D. Auguſt. *epiſt. 154. & lib. 1. de lib. arb. cap. 5.* D. Tho. 2. 2. *quæſt. 64. art. 7.*

An verò teneatur inuaſus conſulere ſaluti inuaſoris, ſi periculum damnationis æternę ſubſit amittendo vitam corporalem ſuam? Reſp. Non teneri, cum nulla hic extrema neceſſitas ſubſit, propria enim malitia ſe inuaſor in tale periculum conijcit, à qua ſola voluntatis mutatione ſeipſum eximere poteſt. Si tamen inuaſoris perſona Reipublicæ admodum neceſſaria foret, magnæ charitatis opus eſſet vitam propriam negligere prò conſeruatione vitæ illius.

Si verò ſit commiſſum ob defenſionem neceſſariam vitæ alterius innocentis, aut Reipublicæ cum moderamine inculpatæ tutelę, quandò ſcilicet lege naturali, vel diuina obligatur quis ad talem obligationem innocentis, probabilius eſt non inducere irregularitatem, Syluest. *v. Bellum q. 2 §. Adde,* Couarr. *in d. Clem. ſi furioſus p. 3. §. vnic. num. 5.* alijque. Imò generaliter etiam in caſu quo quis non tenetur occidere inuaſorem alterius innocentis, ſed tamen licitè poteſt occidere, non induci irregularitatem, eſt probabilior ſententia. Petr. Nauar. *lib. 2. de reſtit. cap. 3. num. 419.* Couar. *ibid. num. 5.* & alij. Quamuis contraria ſit magis communis, ſcilicet, quod occidens ad defenſionem neceſſariam alterius, vel Reipublicæ, licet non peccet occidendo, tamen fiat irregularis ex defectu lenitatis. Farinac. *quæſt. crim. 125. num. 180.* Suar. *ſect. 3. num. 6. fin.* & alij, qui ideò aiunt, tutius eſſe impetrare diſpenſationem.

Debet igitur eſſe ad neceſſariam ſui defenſionem, videlicet cum quis neque clamando, neque fugiendo, neque alio modo mortem euitare poteſt. Gloſ. *in Clem. vn. v. non valens de homic.* & ibi Panorm. *num. 4. & 10.* Couar. *in d. par. 3. relect. Clem. ſi furioſus de homic. §. vn. num. 2.* qui ait, hoc habere locum in periculo mutilationis. Ac propterea illud homicidium, vel mutilatio debet fieri in illo inſtanti aggreſſionis, non autem poſt illud inſtans, dum ceſſauit periculum, & aggreſſor ſe fugæ dedit. Hoc enim caſu non eſt propulſare à ſe iniuriam, ſed potius

vlciſci, *cap. ſignificaſti* 18. *de homic.*

Prætereà] iſta defenſio fieri debet cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt patet *ex d. Clem. de homic.* Moderamen autem tunc eſt, vt notat Panorm. *in d. cap. ſignificaſti num.* 5. Quandò quis ſolum id facit, quo omiſſo, violentia propulſari non poteſt; Adeò vt, ſi poſſum cum minori percuſſione me defendere, non debeo cum maiori illum verberare, ſi cum mutilatione, vel ſimplici vulnere tantum, non debeo illum occidere, ſi fugiendo poſſum euadere periculum mutilationis, vel mortis, teneor fugere, etiam cum ignominia, nec debeo illi reſiſtere, etiam ſi ſim laicus, & hoc quoad incurſum irregularitatis tantum. Pluris enim debeo facere vitam alterius, quam ignominiam meam, & honorem, Couar. *in d. 3. p. §. vnic. num.* 4.

Poſtremò huiuſmodi moderamen eſt, quandò æqualibus modis, & terminis propulſatur iniuria, vt ſi armis inuaſus ſum, armis etiam inuaſorem propulſare, & offendere poſſum. Si ſine armis, & ſolum pugnis inuador, debeo ſimili modo illum expellere, niſi inuaſor haberet tantum roboris, vt plus eſſet inermis, quam ego armatus; tali enim caſu poſſum armis me defendere, Bartol. *in l.* 1. *num.* 7. *C. vnde vi*, Bald. *in l.* 1. *col.* 2. *C. de confeſ.* Dec. *in d. l. vt vim* 3. *n.* 4. *ff. de iuſt. & iur.* Et ob eandem rationem hoc extenditur ad inæqualitatem armorum. Cum enim quis inuaditur à peritiore in tractando enſe, vel alio ſimili, poſſum vti ſclopo, & potentioribus armis ad defenſionem.

At ſi aggreſſus ſit minus fortis, aut viribus, aut animo, ſi armis percutiat aggreſſorem inermem, non peccabit mortaliter, atque adeò non contrahet irregularitatem: Nam, cum liceat vim vi repellere, licet etiam ęqualem vim obijcere vi illatæ.

Quinimmò, etiam ſi aggreſſus, & aggrediens ſint ęquè fortes animo, & corpore, adhuc tamen licebit ſe baculo defendere, & licet caſu occidat, non incurret irregularitatem, dummodò tamen ſiſtat intrà terminos defenſionis, nequè ex induſtria, vel data opera tendat ad inferendam maiorem percuſſionē, quam ſit neceſſaria prò defenſione. Quia tunc obſeruatur moderatio inculpatæ tutelę, quandò illa vis aggreſſori obijcitur, quæ tendit ad propulſandam vim illatam, & eſt ſufficiens prò illa propulſanda.

Notandumque, vt quis neceſſariò, & impunè ſe defendat cum morte, vel mutilatione aggreſſoris, non eſſe neceſſarium, vt expectet ſe ab illo percuti prius, ſed ſufficere terrorem, & ſtrepitum armorum. *l.* 3. *§. qui armati ff. de vi, & vi arm.* Imò ſufficit, ſi videat venientem, & irruentem contrà ſe armatum, euaginato gladio, vel ſclopo parato in manibus ad explodendum. Anau. *in cap. ſi perfodiens* 3. *de homic.* Dec. *in d. l. vt vim* 3. *ff. de iuſt. & iur. num.* 10. Nomine verò aggreſſoris intelligitur ille, qui non prouocatus aggreditur, *l. is, qui aggreſſorem* 2, vbi Gloſ. *C. ad l. Cornel. de Sicar.* Ac ille, qui nedum actu vim infert, ſed etiam, qui paratus eſt inferre, quandò primum commoditas tulerit; quia minæ ſolæ, vel terror armorum faciunt aliquem aggreſſorem, Bart. *in d. l.* 1. *§. cum arietes ff. ſi quadrup. pauper.* Florian. *ibid. num.* 5. & alij. Et proindè quandò iuſtè timetur, quod quis inuadat, poteſt iure naturali defenſionis præueniri: Quia licet non aggrediatur, eſt tamen aggreſſor præparatus, ſeù quoad animum, atque adeò vim infert, Gloſ. *in l. ſi de poteſt. C. de vi.* Iaſ. *in d. l.* 3. *num.* 9. *ff. de iuſt. & iur.* Imol. *conſ.* 103. *vol.* 1. & alij. Id, quod ſolum admiſerim, quandò nullo modo poteſt præcaueri damnum: quia, cum ſit damnum irreparabile, erit licitum præuenire homicidio, hoc autem ſolum licet eo modo pręuenire, quo licet repellere, dum actu infertur iniuria. Reliqua quoad defenſione, vide de Bello *tom.* 9. *Conſult.* 68. *à num.* 3. *& ſeqq.*

CVm conſtante Matrimonio genitus, ac natus accepit à ſua Matre, ipſum non eſſe filium legitimum, & naturalem ſui Patris, ſed ſpurium Pomponij adulteri, qui credens, eum eſſe ſuum filium, apud ſe educauit, cognomen, & inſignia familiæ dedit, & in publicis, ac priuatis ſcripturis ſuum *filium* appellauit; Vndè fama publica tanquam ſpurius habitus eſt; Cumque admiſſus eſſet ad minores Ordines, inſtante dicto Pomponio, Epiſcopus cum eo diſpenſauit ſuper defectu natalium, & Summus Pontifex ad Sacros Ordines, quos nondum ſuſcepit: Verum re poſtea maturè perpenſa, & cognita, inſpectaue fide ſui baptiſmatis, reperit fuiſſe baptizatum, vti filium legitimum, & naturalem ſuorum parentum; Ideòque petit ad Sacros Ordines, & ad Canonicatum in Cathedrali promoueri abſque vlla diſpenſatione. Quæritur:

An ei obſtet aliqua Irregularitas? tom. 7. Conſult. 40.

SEcundum ea, quę proponuntur reſp. niſi ei obſtet aliud Canonicum impedimentum, nul-

nullam ex hac facti ſpecie illi obſtare irregularitatem, atque adeò poſſe ſine diſpenſatione ad Sacros Ordines, & Canonicatum promoueri io Cathedrali: Nam huiuſmodi præſumpta irregularitas excluditur per filiationem, & legitimationem comprobatam ex Matrimonio, quæ probatio omnes alias contrarias probationum ſpecies euincit, vt eſt caſus expreſſus *in cap.per ſuas qui fil.ſin.legit.* Conſtat autem in præſenti, ſupradictum Caium genitum, ac natum eſſe, conſtante Matrimonio, atque adeò conſtat de eius filiatione, & legitimitate. Quare ad conſtituendum filium, quod natus ſit ex ea, quæ videbatur vxor, vt declarat Alex. *conſ.* 51.*num.*2.*l.c.*Dec.*conſ.*54. *nu.*5.*in fin.* Fagnan. *in cap.lator qui fil.ſin.legit. num* 3. *&* 13. Rota *in Parmenſi Status* coram Sacrato 26. Maij 1618. §. *Veritas ergò* cum alijs ibi adductis. Ratio autem eſt, quia probatio per aſſertionem Matris ſæpè eſt mendax ob multos reſpectus, probatio per famam viciniæ eſt probatio opinata, & probatio per nominationem, & tractatus Pomponij adulteri eſt probatio ſimulata, vel præſumpta, ſed probatio ſuper exiſtentia Matrimonij eſt vera probatio. Semper autem mendacium, opinio, & ſimulatio, vel præſumptio cedit veritati. Quod innuitur *in d. cap. per tuas* his verbis: *Nos autem attendentes, quod plus eſt, quod in veritate agitur, quam quod ſimulatè concipitur;* ibique tradunt Butr.*num.*21. Anchar.*in* 4 *notab.*1.Præpoſ.& Alex.de Næu *in* 2. *notab.* alijque communiter. Quare poteſt dubium ſpeculatiuum deponere, & practicè ſe reputare certum filium legitimum, Suar.*loc.cit. num.*6.*in fin.*

An Sacerdos, qui pluries in die celebrat ob quæſtum, ſit verè, ac propriè Simoniacus? An incurrat pœnas contrà Simoniacos ipſo iure illatas? An ex criminis notorietate, & ex ſententia condemnatoria efficiatur irregularis? Et quatenus affirmatiuè, an cum eo diſpenſare poſſit eius Epiſcopus? An diſpenſatio ſit ei concedenda à Sac.Cong. *Conc.*? Vide de Simnnia tom.7.Conſult.43.

Quis nam declarare debeat, vel poſſit, num occidens, vel mutilans, defendendo vitam ſuam, indigeat diſpenſatione ab irregularitate, Sedes ne Apoſtolica, an verò Ordinarius? tom.7. Conſult.80.

NOn indiget diſpenſatione, idque declarare etiam poterit Ordinarius, vt cenſuit ſæpius Sac.Cong. Epiſc. præſertim *in Lucerina* 1580. *in Sebenicenſi* 1587.& *in Ianuenſi* 23.Maij 1589. his verbis:

Al Vicario di Genoua. *Eſſendoſi propoſto à queſti miei Illuſtriſſimi Signori il motiuo del dubio, che fate ſopra il particolare di N. doppo maturo diſcorſo, hanno riſoluto, ſicome altre volte ſi è fatto in ſimil caſo, che ſe egli vcciſe l'aggreſſore, non potendo euitare altrimente la morte, non ſia incorſo in irregolarità, e non habbia biſogno però di diſpenſa, ſecondo i termini della Clementina* ſi furioſus de homic. *E così ancora quanto alla dichiaratione da farſi ſopra di ciò, che non ſia riſeruata à queſta Santa Sede, ma poſſa farſi anche dall'Ordinario, eſſendo, che il* cap.7.*della* ſeſſ.14. *Sicome altre volte è ſtato dichiarato dalla Congregatione del Concilio dee intenderſi ſenza alteratione del ius antico per quello, che tocca à queſto caſo.*

Ratio autem eſt: quia Ius naturale hoc dictat, vt quis potius vitam ſuam propriam, quam vitam proximi tueatur, quod certum eſt, quandò aliter vitam ſuam tueri non poſſit, quam proximum occidendo: Quia vim vi repellere licet. Vtantur igitur Ordinarij iure ſuo.

An ſit irregularis quidam Iudæus conuerſus, vt in caſu poſito? Vide de Iudæis tom.8.Conſult.77.

1 *An Pharmacopola laicus ſit Irregularis, adeò vt nè poſſit nequidem ad primam tonſuram promoueri? Et*

2 *An irregularitas impediat ſuſceptionem etiam primæ tonſuræ?* tom.8.Conſult.146.

AD 1. Laicum exercentem artem Pharmacopolæ, ſiuè Aromatarij, ſi non eſt in culpa, ex qua moriatur ægrotus, ſed eam exerceat ſecundum illius regulas, ad primam tonſuram, & ad maiores Ordines promoueri poſſe, niſi aliud ei obſtet canonicum impedimentum, certum exiſtimo.

Etenim nemo, niſi in caſibus à iure expreſſis, irregularis iudicandus eſt per tex.*in cap.is, qui de ſent.excom.in* 6.& tradunt Archid. *in cap. Apoſtolica d.*56. *ſub initio, & can. Excommunicatos* 11.*quæſt.*3.Felin.*in cap. Ad audientiam in fin. de homic.* Vndè qui dicit, aliquem eſſe irregularem, caſum legis adducere debet, Sayr.*de cenſur.lib.*4.*cap.*3.*num.*11.& Canoniſtæ communiter. In iure autem antiquo nullibi reperitur, pharmacopolam laicum peritum in arte ſua, qui omnem adhibet diligentiam, quam debet, incurrere irregularitatem. Quare, ſi mors infirmi ſequatur, præſumitur eueniſſe potius culpa ægroti, aut alias, quam ex pharmacopolæ negligentia, vel imperitia, vt de Medico, de Chirurgo, de Barbitonſore, ſeù Phlebotomante, ac ſimilibus perſonis laicis docent Specul. *in tit.de diſpenſ.*§.*iuxta v.Factio in fine,* Soccin. *in d. cap. Ad audientiam de homic.num.*149.*& ſeq.* alijque.

Quare ſi id conceditur Medico, qui eſt tanquam cauſa formalis, & vt ſupponitur *in d.cap. ad aures,* erat Clericus, multò magis conceſſum eſſe cenſeo Aromatario laico, qui eſt tantum cauſa materialis in ordine ad medendum ægrotum.

Hinc non denegantur Ordines ex eo, quod quis fuit Iudex, ſi nullam incurrit irregularitatem, vt declarauit Sac. Cong. Epiſc. *in Squillacenſi* 15.Nouemb.1606.

Itaque cum pharmocopolæ laico non ſit Iure Canonico impoſita irregularitas, niſi ſit in culpa.

pa, & eius culpa moriatur ægrotus, nihil ei obſtat, quominus ad primam tonſuram, & alios Ordines, etiam maiores, ritè promoueri poſſit. Atque ità etiam declarauit ſub die 5. Iun. 1688. Sac. Cong. Conc. in vna *S. Marci*, nempè: *Pharmacopolam præfatum non indigere diſpenſatione*.

Ad 2. Irregularitatem impedire ſuſceptionem etiam primæ tonſuræ, certum omninò eſt, Auila, Nauarr. Filiuc. Reginal. Suarez, & alij plurimi: Quia licet prima tonſura non ſit propriè Ordo, ſed tantum via, & præparatio quædam ad Ordinem, vt dixi *tom. 2.* quoniam tamen conſtituit in ſtatu Clericali, vt ait Sixtus V. in motu proprio contrà malè promotos anno 1588. ideò apud Sacros Canones obtinet nomen Ordinis, & præcipuè *in cap. cum contingat de ætat. & qualit. Ordin.* Cum ergò irregularitas ſit inhabilitas ſtatuta à Sac. Canonibus ad Ordines ſuſcipiendos, nomine Ordinum debent venire ea omnia, quæ apud Sac. Canones Ordines dicuntur. Eòque præſertim: quia apud Sacros Canones explicatur irregularitas, tanquam inhabilitas ad ipſum ſtatum Clericalem, & Eccleſiaſticum miniſterium *in can. ſi quis de laicis*, vbi de irregularitate, & bigamia *d. 34.* ibi: *In Clericum nullatenus admittatur*, & *in can. ſi laici eadem deciſ.* vbi de eadem irregularitate, ibi: *Hic talis ad miniſterium Eccleſiaſticum nullo modo adducatur*, & *in can. ſi quis viduam d. 50.* vbi etiam de eadem irregularitate, ibi: *Non admittatur ad Clericatum*. Cum igitur irregularitas ſit inhabilitas ad ſtatum Clericalem, erit etiam inhabilitas ad primam tonſuram: quia per ipſam ſtatuitur ſtatus Clericalis, ex Trid. Conc. *ſeſſ. 23. cap. 4. de refor.* Et ità praxis, & ſenſus communis interpretatur legem *l. ſi interpretatione, ff. de legib.* & *cap. cum dilectus de conſuetud.* Communis autem ſenſus tenet, quod irregularitàs inducat inhabilitatem etiam ad primam tonſuram, Et fundatur in eo, quod quandò prohibetur aliquid, prohibentur etiam omnia, per quæ, tanquam per media ex natura ſua ad ipſum ordinata, peruenitur ad illud, *l. pupillus, §. ſed ſi per interpoſitam ff. de authorat. cap. cum quid prohibetur de reg. iur. in 6.*

An leuiter rixans cum Clerico incurrerit irregularitatem, dum eius Frater, videns caſu à longè fratrem rixantem, currens ad ei ſuccurrendum, Clericum occiderit? Vbi quid ſi rixa fuerit facta animo occidendi, fuitque cauſa phiſica, vel moralis, leuiterque primus vulneraſſet, ac rixa eſſet illicita? Vbi etiam de homicidio caſuali, & alijs huiuſmodi.
Tom. 9. Conſult. 71.

CErtum omninò cenſeo, huiuſmodi rixantem in hoc caſu nullam contraxiſſe irregularitatem. Irregularitas enim ex homicidio non contrahitur, niſi effectu ſequuto, & ſolum ab iis, qui ſunt cauſa homicidij vel phiſica, vel moralis, ſiuè directa, ſiuè indirecta. In præſenti autem caſu rixans non fuit cauſa phiſica homicidij, cum nihil egerit, ex quo phiſicè mors ſit ſequuta; Non enim vulnerauit, neque percuſſit, aut aliquo modo phiſicè perſonam offendit.

Et hoc habet locum, etiam ſi rixa facta fuerit cum animo occidendi: Nam ad contrahendam irregularitatem, non ſufficit animus occidendi: Quia in hac materia non attenditur animus, ſed effectus, Sot. *lib. 5. de iuſt. & iur. quæſt. 1. num. 9.* Sayr. *lib. 6. theſ. cap. 2. num. 17. & 30.* vbi plures alij, & *cap. 16. nu 3. in fin.* Suarez. *de cenſur. diſp. 40. ſect. 5. num. 13.* Lex enim humana non ligat eòs actus, quos nequit cognoſcere.

Nequè pariter erit cauſa moralis homicidij, cum non incitauerit fratrem occiſorem, aut illum iuuerit. Imò, etſi in ea rixa rixans, leuiter primus vulneraſſet, & alius occidiſſet, non tamen ſe mutuò incitando, aut opitulando, non ipſe, ſed ille eſſet irregularis, vt per Doctores *in cap. ſignificaſti 2. de homic.* Io: And. Panorm. & alij. Quod etiam extendunt, quandò rixans lętaliter percuſſiſſet, & alius ità percuſſiſſet, vt ſtatim percuſſus obierit. Coninch. *de cenſur. diſp. 18. dub. 8. num. 70.* Auila *de cenſur. par. 7. diſp. 6. ſect. 5. dub. 7.* Item etiam ſi rixa eſſet illicita. Henriq. *ibidem cap. 13. num. 4. lit. O.* Panorm. *in cap. Petrus de homic.* & communiter Theologi recentiores.

Ratio autem eſt quia, quandò concurrentibus pluribus ad aliquem offendendum, aliqui ſolum leuiter, & non lętaliter percutiunt, & aliquis lętaliter percutit, nec iſte occidit eorundem ſtudio, conſilio, aut mandato, ſolus occidens contrahit irregularitatem. Ità ſancitur in *d. cap. ſignificaſti 2. de homic.* Cumque itàque in hac ſpecie rixans cum Clerico *nullo* modo percuſſerit, ac proindè non *fuerit* cauſa phiſica, neque ſtudio, conſilio, aut mandato, vel quouis alio modo mouit occiſorem à ſe longè diſtantem, atque adeò nec fuit cauſa moralis homicidij; Idcircò ſolus occiſor, non autem rixans, qui habuit per ſe actionem omninò diuerſam, irregularitatem contraxit. Ideòque meritò dixit Pontifex *in d. cap. ſignificaſti*, grauitatem eius eſſe per ſe ſpectandam ad ferendum iudicium de irregularitate contracta ab illo primo percuſſore: Nam, quod poſteà ſuperuenerit, non imputatur rixanti, cum fuerit extrà eius voluntatem directam, ac indirectam, neque ex vtriuſque actionis concurſu fuit moraliter vna, itàut totus effectus tam rixanti, quam eius fratri occiſori imputetur: quia reſpectu rixantis concurſus fuit merè accidentalis, ac fortuitus, Suarez. *loc. cit. ſect. 3. num. 12.*

Nequè videtur hæc doctrina limitanda iuxtà Maiolum *lib. 5. cap. 48. §. 6.* Angel. *v. homici-*

dium

dium 1. §.17. nempè niſi omiſſio ex dolo procederet, vt per dolum videntur intelligere deſiderium, vt alius occidatur, *arg. cap. quantæ de ſent. excom.* ibi: *Sentetiam Canonis incidat qui facinori percuſſionis Clerici, cum poſſit, deſint obuiare*. Nam tunc id verum eſt, & in foro exteriori præſumitur dolus, quandò quis eſt præſens, ac potens obuiare, & non obuiat, vt per Abb. *ibi num.*3. Quod, vt diximus, abeſt à caſu noſtro, cum rixans non erat præſens, ſed abſens ab homicida, quem nedum impedire, ſed nec videre poterat. Præterea Suarez *ibidem num.*8. adnotat, eſſe neceſſarium, quod hæc omiſſio ſit voluntaria; quia alias non eſt culpabilis, ideòque non poterit effectus ſequutus imputari omittenti, atque etiam eſſe neceſſarium, vt omiſſio ſit præuiſa ſimul cum mortis periculo, ac ſit directè volita, vel admiſſa: Nam ſi ex incuria, & inaduertentia, etiam culpabili, mors eueniat, non videtur ad banc irregularitatem ſufficere; quia homicidium ex ſola omiſſione ſequutum eſt valdè indirectè, & per accidens, & ideò ſi ipſa etiam omiſſio ſit ſolum indirectè voluntaria, relinquitur caſualitas homicidij valdè remota, & per accidens, ac proindè inſufficiens ad inducendum irregularitatem. Et ità exprimitur in *cap. quæſitum de pœnit. & remiſſ.* Quod Card. extendit etiam ad latam culpam, Suarez. *loco citato d. num.*8.

Cum igitur rixan. habuerit per ſe actionem ab homicida omninò diuerſam, eiuſque rixa non fuerit à ſe præuiſa cum mortis periculo, nec ipſe fuerit cauſa homicidij phiſica, neque moralis, directa, vel indirecta, nec dederit operam actioni de ſe periculoſæ in ordine ad homicidium, & ex natura ſua immediatè illud illatiua, neque potuerit impedire homicidium: quia non erat præſens, ac proindè nullo modo fuit illi voluntarium, neque debebat, quia non tenebatur ex iuſtitia, ſed tantum ex charitate, ideòque non imputatur ipſi tanquam cauſa, vt liquidò conſtat ex D.Tho. 1.2. *q.*6. vbi Theologi omnes.

Atque ex his clarè liquet, non poſſe declarari, huiuſmodi homicidium fuiſſe caſuale, ac proindè rixantem incurriſſe irregularitatem: Nam iuxtà regulam, quam tradunt Doctores, præſertim Caſtro *lib.*2. *de legib. pœnal. cap.* 14. tunc homicidium caſuale ex actu illicito inducit irregularitatem, quandò eſt ità caſuale, vt ſit aliquo modo indirectè voluntarium, ac proindè requiritur, quod opus illicitum ſit aliquo modo inductiuum homicidij, itàut in ipſo ſit aliquo modo homicidium intentum, aut, quod in iure ob periculum homicidii, quod indè ſequi poteſt, ſit ſpecialiter prohibitum, Socin. *in cap. ad audientiam num.*49. *de homic.* Franc. *in cap. fin. eodem tit. in* 6. Villadieg. *de irregul. cap. de percuſſore*, & alij multi.

DE IVDAEIS, SIVE HAEBREIS.

Vtrum Iudæus recens baptizatus, & ad Chriſtianiſmum conuerſus, per conuerſionem, & pœnitentiam illam ab anterioribus, & priſtinis delictis in Iudaiſmo perpetratis, etiam in foro ſeculari, quoad pœnam corporalem rectè excuſetur, & impunitatē conſequatur? tom. 1. Conſult. 92.

Qvamuis affirmatiuà, vel mitior, æquior, & Religioni Chriſtianæ magis fauens adſtruenda, & defendenda videatur, tamen negatiuę ſententiæ defenſores ſequi malo, qui ſtatuunt cum S. Tho. *in* 3. *par. queſt.*69. *ar.* 2. per baptiſmum impunitatem corporalem Iudæo non tribui; Baptiſmi enim effectus non eſt, vt tollat pœnam corporalem, ſed ſpiritualem; Quamuis interim non negem, Magiſtratum ſæcularem politicum poſſe Iudæo verè pœnitenti præterita delicta in honorem Chriſtianiſmi condonare vel eorum pœnam commutare, vt & alij infideles hac ratione ad Chriſtianiſmum inuitentur. Vide Petr. *concluſ. crim.* 35. Decianum *lib* 5. *pract. crim. cap.*11. *nu.*7. *& ſeqq.*

Atquè hæc opinio receptior eſt, eamque probant Hoſtien. Butr. Præpoſ. & Abb. *in cap. gaudemus de diuor.* Nam quemadmodum per libertatem adeptam non tollitur delictum in ſeruitute commiſſum, *l. Athletas §. Pomponius, & l. penul. de his qui not. infam.* ità per ſuſceptionem baptiſmi non tollitur pęna delicti. Quod procul dubio procedit, quandò adſunt indicia, baptiſmum ſuſceptum fuiſſe in fraudem ad pęnam euitandam, vt probat tex in *cap. ad abolendam de hæret.* ibique Abb. *num.*6. Ruin. *conſ.*13. *nu.*3 *lib.*5. Ità ei, qui efficitur Clericus in fraudem delicti commiſſi, Clericatus non prodeſt, Dian. & Bartol. *in l.*1. *ff. de pæn.* Quibus tamen non aſſentio de hac re, de qua alias.

Cęterum, fraude ceſſante, cum infidelibus ad fidem conuerſis conſueuit mitius agi, quod fieri poſſe à Iudice ex arbitrio tradit ibidem Ruin. Quod etiam cenſuit Sacra Congregatio S.Officij ſub anno 1634. Volens enim Iudæus baptizari cum tota ſua familia, Sacra Congregatio dixit, quod baptizetur, ſed non retardetur executio pænæ mortis, ad quam fuit damnatus, eò quod ſclopum exonerauerit in Imaginem Beatiſſimæ Virginis, dum venatum iret.

Quod praxi confirmo. Accidit enim annis elapſis.

pſis, quod tres Iudæi inquiſiti, ac condemnati fuerint de aſſaſſinio contra Chriſtianum commiſſo. Ex ijs duo ſe declararunt poſt ſententiam capitalem Chriſtianæ fidei myſterijs initiaturos, & D. Card. Veraldus impetrauit à Summo Pontifice commutationem pœnæ capitalis in pœnam triremium. Circà verò modum baptizandi, fuerunt inſtructi in fide intrà carceres per decem dies, indequè baptizati in Capella eorundem carcerum. Aduerto tamen, quod pœnæ commutatio eſt mera gratia, quodque in criminibus læſæ Maieſtatis, & adulterationis monetæ, ac ſimilium, nunquam huiuſmodi gratia concedi ſolet.

De iuriſdictione Domini Cardinalis Protectoris Cathecumenorum in ipſos Cathecumenos delinquentes? to.3. Conſult.44.

EX Conſtitutione 18. Pauli IV. confirmata a Pio IV. *Conſt.*2. Neophiti, Cathecumeni, & Conuerſi ſunt exempti, ac liberati ab Ordinaria iuriſdictione quorumcunque Iudicum Vrbis, & ſic etiam Illuſtriſſimi D. Gubernatoris, & quoad cauſas ciuiles, criminales, & mixtas ſunt ſubiecti ſoli Protectori, vt conſtat tum ex verbis claris Conſtitutionum, tum etiam quia, licet conceſſa eſſet ſimpliciter Protectori iuriſdictio quoad Neophitos, Cathecumenos, & Conuerſos, nihilominus conceſſa eſſet priuatiuè ad Iudicem Ordinarium, Bald. *in l. vnic.* §. *nihil autem num.*7. *C. de caduc. toll.* Angel. *in l. teſtamenta num.*1. C. *de teſtam.* & alij plurimi. Et propterea Cathecumeni ſubiecti ſunt iuriſdictioni D. Protectoris. & ad illum à D. Gubernatore remitti debent.

Multa de Iudæis quoad Baptiſmum, Matrimonia, commercium cum Chriſtianis, ritum, &c. Vide de Baptiſmo tom.4. Conſult.190.

An, & quo pacto Iudæis à Summo Pontifice, alijſque Principibus fœnerandi poteſtas ex cauſa publicè fieri poſſit? An Summus Pont. ſex Iudæis Chriſtianorum Religionem ſuſcipientibus poſſit vſuras condonare, ac vniuerſim ſtatuere, quod reſtituant partem tantummodò ex vſuris? Vide de Vſuris to.4. Conſult.75.

Quo iure prohibitum ſit Iudæis conducere vectigalia Principis ſæcularis, illaque per ſeipſos exercere? Vel etiam conducere bona Principis ſæcularis, vel priuatorum? An eadem prohibita ſint Iudæis ex Conſtitutionibus Pontificijs? Et an ijdem, ſiuè alij infideles præfici poſſint Chriſtianis? Vbi effata varia de Iudæis tom.4. Conſult.192.

REſp. Id illis prohiberi ex iure Canonico, & Ciuili. Et quoad ius Canonicum prohibitum eſt Sacroſanctis Concilijs, & ſanctionibus Summorum Pontificum, Principibus, & Republicis Chriſtianis, quemquam Iudæum ad munera publica admittere, ne occaſione officiorum in Chriſtianos, quos odio capitali proſequuntur, graſſentur. Ità ſancitum in Conc. Matiſconenſi 1. *cap.*13. *tom.*2. *Concil.* & *in Can. conſtituit* 17. *quæſt.*4. & habetur disertè in Conc. Toletano 3. *cap.*4. refertur *in Can. nulla d.*54. ibi: *Nulla officia publica Iudæis iniungantur, per quæ eis occaſio tribuatur Chriſtianis pœnam inferre.* Quod innouatum eſt in Conc. Lateran. ſub Innoc. III *cap.*69. relatum *in cap. cum ſit nimis abſurdum de Iudæis*, ibi: *Cum ſit nimis abſurdum, vt blaſphemus Chriſti in Chriſtianos vim poteſtatis exerceat, quod ſuper hoc Toletanum Conc. prouidè ſtatuit, Nos propter tranſgreſſorum audaciam, in hoc generali Concilio innouamus, prohibentes, ne Iudæi publicis officijs præferantur, quoniam ſub tali prætextu Chriſtianis plurimum ſunt infeſti.* Et clariſſimè decernitur *in cap. ex ſpeciali eod. tit.* quod eſt Gregor. IX ſcribentis ad Epiſcopos Aſtoricenſem, & Lucenſem in hunc modum: *Mandamus, quatenus Regem ipſum ſolicitè inducatis, ne in officijs publicis Iudæos Chriſtianis præficiant*, ſicut in generali Conc. Lateran. ſub Innoc. III. *d. cap.*69. continetur; Additque Pontifex ad rem: *Et ſi fortè redditus ſuos Iudæis vendiderint, vel Paganis Chriſtianum tunc deputet de grauaminibus inferendis Clericis, & Eccleſijs non ſuſpectum, per quem Iudæi, ſiuè Saraceni ſine Chriſtianorum iniuria regalia conſequantur.* Quod ibi annotant Doctores, nominatim Abb. & tradit Gutierr. *de gabel. quæſt.*123. *num.*5. vbi varijs Catholicorum Regum legibus apud Chriſtianiſſimos Hiſpanos ait eſſe ſancitum. Honor. Papa I. in ſua Conſtitutione incip. *dilectus filius* §. *Item quod Iudæis*, & proſequuntur Alex. *conſ.* 13. *num.*2. *vol.*7. ac Syluest. *in ſum. v. Iudæi num.*7. ac ſtatuit, præ cæteris Carolus II. Siciliæ Rex, vt *in cap. Item ſtatuimus, quod Iudæis pag.*316.

Hoc idem ſaluberrimè decreuit Sanctiſſimus vir Carolus in Conc. I. Mediolanenſi de Iudæis, vbi *ne dignitatem*, ait, *vel publicum officium, quod ad Chriſtianos pertinere aliquo modo poſſit, Iudæi obtineant; Cederet id namque in ſcandalum. & periculum fidei, cum facilè Superiorum infidelium auctoritate peruerterentur fideles ſubditi. Item fieret, vt Superiores Infideles facilè cognoſcerent peccata ſubditorum fidelium, atque ità contemnerent ipſorum fidem.* Quæ ratio mouit Apoſtolum, vt prohiberet, ne fideles in iudicio contenderent coram Iudice infideli, 1. *Corint.*6.

Quod verò ad ius Ciuile ità etiam ſanxerunt Cæſares Gratianus, Valentinianus, Theodoſius in *l. iuſſio* 5. C. *de iud.* inquiunt: *quæ ſibi Iudaicæ legis homines blandiuntur, immunitas, reſcindatur.* Et luculentius *in l. hac valitura* 18. *eodem tit.* his verbis: *Hac valitura in omne æuum lege ſancimus, neminem Iudæorum, quibus omnes adminiſtrationes, & dignitates interdictæ ſunt, nec defenſoris Ciuitatis fungi ſaltem officio, nec patriæ honorem arripere concedimus*, ſubdentes pulcherrimam, & euidentiſſimam rationem, *ut in-*

quiunt

quiunt ijdem Auguſti, *acquiſiti ſibi officij auctoritate muniti aduerſus Chriſtianos, & ipſos plerumque S. Religionis Antiſtites, veluti inſultantes fidei noſtræ, iudicandi, vel pronunciandi quamlibet habeant poteſtatem*; Idemque eliciunt ex *l. iubemus* 19. *C. de Epiſc. aud.* & *l. nemo* 8. *C. de poſtul.* & *l. probatorias* 9. *C. de diuerſ. offic.* quas adducit Toloſan. *de Repub. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 23.

Ratio habetur ex eiſdem textibus allegatis. Quare committens officium Iudæo, monitione præmiſſa, per prouinciale Concilium compeſci debet; Iudæo vero Officiali tandiù Chriſtianorum communio in commercijs, ac alijs eſt deneganda, donec in vſum pauperum Chriſtianorum, ſecundum prouidentiam Diœceſani Epiſcopi, conuertatur quicquid à Chriſtianis fuerit adeptus occaſione officij ſic ſuſcepti, & officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter aſſumpſit, vt in eodem *cap. cum ſit nimis §. ſi quis autem*, ibique Abb. *in princ.* & Sylueſt. *d. num.* 7.

Quod autem attinet ad conductionem bonorum Principis ſæcularis, vel etiam priuatorum reſpondetur affirmatiuè extrà Vrbem, & ditionem Eccleſiaſticam: Nam iuris communis inſpecta cenſura, Iudæi etiam inter Chriſtianos poſſunt habere bona ſtabilia, vt docemur ex *cap. Iudæi* 2. vbi Abb. *ante num.* 3. & ex *cap. multorum de Iudæis*, & alibi, vbi Doctores.

Limitaui concluſionem: Quia ſicuti Iudæi nequeunt in ditione Eccleſiaſtica bona immobilia poſſidere ex ſpeciali Conſtitutione Pauli IV. quæ eſt 3. *in ordine §.* 2. *in fin.* Ità nequeunt prædia conducere; Vndè Iudæis nullo modo conceduntur licentiæ conducendi prædia à Chriſtianis, & hactenus conceſſæ à Cardinali Camerario reuocandæ. Reliquæ Conſtitutiones B. Pij V. & Clem. VIII. reſtringuntur ad ditionem Eccleſiaſticam, vt patet ex conſuetudine, & obſeruatione, qua omnes leges interpretamur.

Quod verò non ſit licitum Fidelibus infideles de nouo dominos præficere, puto eſſe doctrinam certam, quæ neminem, quod ſciam, Catholicum Doctorem diſſentientem habet. Tradit eam aſſeueratiſſimè D. Tho. 2. 2. *quæſt.* 10. *ar.* 10. *in corp.* Eadem interpretum eſt mens, qui illum articulum explicandum ſuſceperunt.

Quę cum ità ſint, manifeſtum eſt, nullum eſſe præſentius delendę fidei venenum, quam infidelium ſuper fideles principatum. Illicitum eſt igitur, magnumque crimen infideles dominos fidelibus præficere, vel ad hoc conferre operam ſuam. Ideòque rè maturius conſiderata, non deſidero ſolum, ſed poſco, & efflagito, præcipi Collegijs, Communitatibus, ac perſonis tam Eccleſiaſticis, quam ſęcularibus, cuiuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, ac dignitatis, nè Iudæis dare poſſint in emphiteuſim, vel in cenſum, locationem perpetuam, vel temporalem, nè quidem ad breue tempus, Caſtra, Terras, ſiuè quæcumque alia bona ſtabilia, laudemia, cenſus, fructus, vel vſusfructus quorumcumque bonorum ſtabilium, etiam per modum ceſſionis, ſub pœna Iudęis ditionis Eccleſiaſticæ, præter nullitatem contractus, ſoluendi Fiſco omne id, quod ratione Contractus ſoluiſſent Chriſtiano, ac verberationis, & Chriſtianis ſoluendi etiam Fiſco quicquid exigiſſent ob huiuſmodi contractum à Iudæis. Extrà tamen ditionem Eccleſiaſticam proſpiciendum generali Conſtitutione: Tum quia hæc prohibitio tendit ad fauorem fidei: Tum etiam quia, cum committens officium publicum Iudæo, vel Infideli inter Chriſtianos, debeat, non dum puniri, ſed etiam dicatur committere Sacrilegium, cap. *nimis §. Sacrilegij* 17. *quæſt.* 4. Anan. *in d. cap. cum ſit nimis ante num* 3. *de iud.* Ideò partes erunt Summi Pontificis his omnibus malis in Chriſtiana Republica proſpicere, quod fieri non poteſt, niſi per generalem Conſtitutionem.

Eſſata

Iudæi tenentur per ſeipſos ſuos libros expurgare, alias puniendi.

Pœnè ſemper eſt ipſis deneganda licentia medendi Chriſtianos.

Non debet permitti, vt à Chriſtianis accendatur ignis in eorum domibus die Sabathi, etiam ſi offerent eleemoſynam locis pijs erogandam.

Prohibentur cum Chriſtianis promiſcuè laruati accedere ad audiendum comędias, ac ſimul tripudiare, & contrà eos poteſt procedi per Inquiſitores.

Retinentes in ſuo famulatu puellas Chriſtianas, quæ Miſſam non audiunt, puniuntur in S. Officio, ad quod huiuſmodi cauſæ ſpectant, non autem ad Iudicem ſęcularem.

Deferentes arma Tunetum, vel Algerium, prætextu illa deferendi ad aliquem locum Catholicum, puniuntur in S. Officio.

Teſtes Iudæi abſque tortura non faciunt fidem in cauſa fidei contrà Chriſtianum, ità vt poſſit procedi ad torturam contrà Reum.

Retinentes libros prohibitos puniuntur ab Inquiſitoribus ex Conſtitutione Clem. VIII. etiam cum confiſcatione; Vndè Inquiſitores, ſi habeant ſufficientia indicia, quod eiuſmodi libros retineant, præcipuè Talmud, qui corrigi non poteſt, debent contrà eos procedere, nec ijdem Inquiſitores debent illorum correctionem acceptare, vel libros expurgatos ſubſcribere.

Transferentes cum pompa, & luminibus Arcam ab vno domo ad aliam, puniuntur à S. Officio,

Non poſſunt abſque licentia Sedis Apoſtolicæ nouas Synagogas conſtruere.

Accedentes ad Hoſpitia Chriſtianorum non puniuntur in S. Officio.

Conceſſa ipſis eſt per diploma emanatum die 2. Iunij 1593. facultas accedendi ad quæcumque loca ditionis Eccleſiaſticæ occaſione mercaturæ, dummodò in illis non contrahant do-

micilium, quod in nullis Ciuitatibus, & locis habere poſſunt, niſi Anconæ, Romæ, ac Ferrarię, & ex diplomate Vrbani VIII. in Ducatu Vrbini.

Dantes Chriſtianis panes azymos, quos conficiunt in Paſchate, puniuntur extrà Vrbem à S. Offi io, in Vrbe ab Eminentiſſimo Cardin. Vicario.

Perſoluunt pęnas ſibi impoſitas, non quidem manendo pię foribus Eccleſiæ, ſed ante Synagogam.

Circumcidentes infantem Chriſtianum ſeuerè puniuntur ab Iuquiſitoribus.

Exiſtentes in Triremibus, volentes ſuſcipere baptiſmum, inſtruuntur, & baptizantur, ſed remanent in Triremibus.

Habentes ſimplex commercium carnale cum mulieribus Chriſtianis, non puniuntur à S. Officio, ſed ab Ordinarijs; Aliquandò tamen ſimul procedunt, vel ratione contemptus fidei, & Religionis Chriſtianæ, vel cohabitationis.

Non poſsunt ſuam Synagogam, licet combuſtam, in alio loco ędificare, ſed debent in eodem loco illam reficere.

Percutientes, vel corrumpentes imagines Sanctorum puniuntur in S. Officio, etiam priuatiuè quoad Iudices laicos; idque etiam ſi pręuenerint.

Deſcendentes ex eorum progenie non admittuntur ad Canonicatus in Cathedralibus, neque ad Dignitates in Collegiatis, neque ad beneficia curam animarum habentia, neque etiam ad munus Vicarij, & curæ etiam amouibilis. Quod ſeruandum eſt à Regularibus in Eccleſijs, in quibus habent curam animarum. Ad Ordines verò promouendi non ſunt, niſi viri probatæ vitæ, & ij quibus merita ſuffragantur.

Non poſſunt accipere in pignus res cum Crucibus, aut Sacris Imaginibus, neque in ſuis tabernis tenere poſſunt venalia, quæ ſpectant ad Religionem Chriſtianam, veluti Cruces, Imagines Sanctorum, & huiuſmodi alia, quibus abuſibus occurrere tenentur Ordinarij.

Pro exercendo ſęnore debent petere licentiam à Summo Pontifice.

Nequeunt ſua animalia in vſum carnis mactare in Macellis Chriſtianorum cum ſuis ſuperſtitionibus.

Neque poſſunt vti opera fullonum Chriſtianorum, verum ob penuriam aquę poteſt propter bonum publicum permitti, vt ipſimet deferant pannos lineos ad fullonicum mulierum Chriſtianarum, vt ipſos abluant, & lotos ad ſuas domos referant.

Procurantes liberationem Turcarum à triremibus, vt iudaizent, puniuntur in S.Officio.

Non poſſunt vti opera Chriſtianorum in addiſcendis litteris latinis, vel ſcientijs, aut artibus. Quod ſi concedatur licentia, poteſt concedi, vt doceantur in aliqua domo priuata extrà Ghettum, in qua non conueniant pueri Chriſtiani, & exceptis diebus feſtis, atque habita prius diligenti inquiſitione de doctrina, & pietate Pręceptoris.

Nequeunt docere Chriſtianos aliquam doctrinam, vel artem.

Prohibentur accedere ad cauponas Chriſtianorum cum meretricibus.

Non poſſunt promoueri ad gradum aliquem Doctoratus in Vniuerſitatibus Catholicis.

Prohibentur apponere in ſuis ſepulchris epitaphia, & ſculpere nomina, & cognomina, ac patriam defunctorum, & appoſita ſunt amouenda.

Permittitur ipſis vti opera Chriſtianorum quoad frumentum, ligna, & vinum aduehendum tantum, cętera denegantur, & vtentes in rebus alijs famulatu, vel opera Chriſtianorum puniuntur in S. Officio, ſicut & Chriſtiani illam exhibentes.

Nequeunt vocare nominibus Chriſtianorum.

In vendendis, ac emendis libris tenentur ſeruare mandata, quæ ſeruant Bibliothecæ Chriſtiani.

Debent ſubſcribere ſuum examen, licet examinentur die Sabathi.

Cum Medicis, & Chirurgis Chriſtianis ad eorum domos cauſa eos medendi accedentibus Epiſcopus poteſt conniuere, annuum tamen ſalarium ijs prohibeant.

Barbitonſores debent ab Epiſcopo prohiberi, nè accedant ad eorum domos, vt illos tondeant.

Cum puellis vltrà ſecundum gradum, originem à Iudæis trahentibus, diſpenſatur, vt ingredi poſſint Religionem, & habilitantur ad officia, & munera.

Occaſione peſtis permittitur ipſis opera Medicorum Chriſtianorum, ſi non habuerint Medicos hæbreos.

Eorum Sinagogæ erectæ abſque licentia Sedis Apoſtolicæ ſupprimendæ, ac dextruendæ.

Prohibetur ipſis mercatura librorum Eccleſiaſticorum, illoſque apud ſe retinere; Nec ipſis permittitur typographia idiomatis hæbraici.

Non poſſunt deferre proceſſionaliter per ſuum Ghettum Bibliam.

Tenentur deferre ſignum in pileo, ad idque cogendi.

Eorum filij, quamuis non poſſint, inuitis parentibus baptizari; ſi tamen de facto baptizentur, valet baptiſmus, & apud Chriſtianos alendi ſunt; Non licet tamen huiuſmodi baptiſmum conferre, eorum parentibus inuitis; Quia tamen ſi finis ſit bonus, media tamen ſunt illicita, præſertim ex Conſtitutione Iulij III. imponentis pęnam mille ducatorum, & ſuſpenſionis baptizantibus filios hæbreorum, inuitis parentibus, de quo vide Conſult. 207. eiuſdem tom. de Baptiſmo.

Contrà hortantes proprios filios neophitos ad redeundum ad Iudaiſmum non deuenitur ad confiſcationem bonorum, ſed ad mulctam pecuniariam.

Am-

Digitized by Google

Amplectentes ſectam turcicam, & inquiſiti in S. Officio expediendi, ac ſi eſſent ſponte comparentes cum abiuratione, vel retractatione erroris, in quem inciderunt, iuxta formam preſcriptam à Pegna *in com. q.146. Direct.*

Pronunciantes blaſphemias hæreticales puniuntur in S.Officio.

Qui à lege Hæbraica apoſtataret ad Mahumetiſmum damnantur ad reuocandam, & deteſtandum Sectam Turcicam, juxtà formam preſcriptam, damnatur ad carceres ad tempus arbitrio, & interim benignè moneantur ad ſuſcipiendum baptiſmum.

Alia de Iudeis alibi diſperſim, ac vide in ſequenti *Conſult.14.tom.5.*

An liceat baptizare filios Iudæorum extrà periculum mortis, quamuis eorum parentes conſentiant ad alium finem, vt in caſu poſito? Quid in periculo mortis? Quid de adultis? Vide de Baptiſmo tom.4.Conſult 207.

*An iuſtè Iudæi à Chriſtianis recipiantur, vel potius expellendi ſint? Vbi de ipſorum Kabala, Thalmude, impietatibus, blaſphemijs, conuerſione ad fidem, & ad illam catecheſi, alijſque.*to.5.Conſul.14.

Licèt aliæ rationes id ſuadere videantur, nè Iudæi facilè recipiantur; ijs tamen non obſtantibus, nihil obſtare videtur, quin illi recipi poſſint. Et ità pronunciandi fiduciam præbet tex.expreſſus *in leg.Nullus 12. C.de Iud.* vbi Iudæis tutela à iure data eſt, nè Chriſtiani inſultent in eos, Bald.*conſ.315.in princ.vol 1.* Rolan. à Valle *conſ.25. num.12. vol.3.* Et Iudæis nihil tentantibus turbulentum, legique contrarium, iniuriam fieri non debere, dilucidè etiam ſtatuit *lex Chriſtianis 6. C. de pagan.* & humaniter eſſe tractandos, pariterque ferendos eſſe tradiderunt Hoſtien.*in ſum.tit.*de Iud. Ripa *in leg. in Inſulam num.20.& 21.ff.de verb.ſignif.*ac alij.

Nam ſi Iudæi nullum hoſpitium inueniant apud Chriſtianos, cateruatim confluent ad Turcas, ſicut fama eſt, olim ad centum millia Iudæorum ad Turcam migraſſe, memorieque traditum eſt, Turcicum Imperatorem dicere ſolitum, ſe mirari Chriſtianorum Regum ſtoliditatem, quod tantam multitudinem potius in propriam perniciem expellere, quam ad ſuum emolumentum retinere maluerint, vtpotè quod ſi interficere non voluiſſent, tamen mancipiorum loco ad varia ſeruitia preſtanda ſeruare potuiſſent. Et ſanè memorabile eſt, quod hiſtorici annotant, Iudeos illos, qui à Chriſtianis expulſi fuerunt, primò omnium ad Turcas attuliſſe varia artificia, & perfectiorem vſum machinarum bellicarum, aliarumque multarum rerum, quibus antea barbara Turcarum gens deſtituta fuerat, id quod incredibili Chriſtianę Reipublicę damno accidit.

Subſcribit his nominatim Io: de Citier. *in tract. de trimog.quaſt.16.num.16.lib.1.* expreſſim ſtatuens, quod Iudei ſint ſub protectione Summ Pontificis, & Imperatoris, ſequiturque Pariſ. *conſ.2. num.12.vol.4.* aliique, & Becc. *conſ.84. per tot.lib.1.vbi num.8* Papam Iudeorum tutorem eſſe, quia cum Petro dictum fuit: *Paſce oues meas*, hoc eſt de omnibus, adeòque etiam de illis, de quibus Io.10. *v.16.* agitur, quales vocatione, gubernatione, & redemptione ex parte Chriſti ſunt Iudei, intelligendum eſt, quomodò Florianum de S.Petro ratiocinari refert Tuſc. *pract.concluſ.iur.tom.4 litt.I.concl.368. num.5.& concl.371.num.40.*

Hinc, & Iudeos offendere vel in bonis prohibet tex. *in cap.ſicut §.fin.de Iud.* Quinimmo eoſdem diligendos eſſe, in quantum ſunt humanę naturę participes, monemur per tex.*in cap. Charitas de pœnit. d.2.* & tempore neceſſitatis eis ſuccuri debere probat *Can Quieſcamus d.4.cap.ſi cupis & c.17.quaſt.*Olerad.*conſ.87.num.3.*& alij. Principem ſecus facientem peccare, *leg. Benè à Zenone C.de quadrup. preſer.* Quia licet ſit Dominus quoad protectionem, non tamen eos ſine iuſta cauſa expellere, aut bonis ſpoliare poteſt, Innoc. *in cap. Quia plerique extrà de Immun. Eccleſ.*

Pręter hęc iuris fundamenta ſolidè etiam ex ſequentibus rationibus id ſtabilitur. Primò quia cum fides eorum ſit primordium veritatis, *leg. cum filius §. hæres ff. de legat.2.* ipſique ſint teſtes legis antiquę, in qua de Meſſia venturo ſcriptum eſt, quem Chriſtiani ex eadem lege eum veniſſe probant, & oſtendunt eleganter Petr.Greg.Tholoſ. *in tract.de vſur.cap.7.nu.12. lib.2.* ſicque ſecundùm Theologos ſint memoria maximi fundamenti fidei noſtrę eique apprimè vtiles; Vndè D.Auguſt. ſuper *Pſal.40.* *Iudæi*, inquit, *tanquam capſarij noſtri nobis ſeruiunt, quia per eos codices alios infideles conuincimus.* Vide Olerad.*ibidem num.1.in med.* Necnon per eorum conſortium eos Deo lucrari poſſumus, *arg.11. quaſt.3. C.ad menſem, cap. infideles 23.quaſt.4.*Oltrad. *d.conſ.87.per tot.& conſ.264.* alijque.

Deindè confirmatur etiam ex eo, quod Iudæi ſint fideles, & deuoti, ideſt non rebelles S.Eccleſiæ Rom. vt luculenter ſcribit, *Anchar.conſ. 261.col.2.* Et hinc eſt, quod Iudæi obedientes legibus non ſint moleſtandi, *cap. diſpar.33. quaſt.8.cap.1.de nat.ex lib.ven. l. die Sabbathi C. de Iud.* Innoc. *in cap. ſuper his de vot.* Felin. *in cap.conſuluit not.3.*de Iud. Et Eccleſia eos in ſuis ritibus; & cœremonijs toleret, *d.l.die Sabbathi C.de Iud.* Poteſt ergò Iudæus eſſe fidelis S.Matri Eccleſiæ, quia eius protectioni ſe ſubijciens, miſericorditer ab ea ſuſtinetur, & iniuriam ei fieri inhibet, eumque tutatur, *cap. ſi quis de Iudę.* Idemque Apoſtol. nos admonet, *Rom.11. v.19.& 20.*

Præterea, eos à Chriſtianis opprimendos, atque arcendos non eſſe, vult ipſe Deus, quod haud obſcurè colligitur ex eo, quod d.Apoſt. docet

*ad Rom.*11. *v.*15. *&* 26. Iudæos ante finem mundi, cum inter gentes electorum numerus completus fuerit, ad Chriſtum conuertendos eſſe. De qua conuerſione Sophonias quoque Propheta vaticinatur *in cap.*3.*v.*8. Hoſ.3.*v.*4. & Chriſtus ipſe Luc.21. *v.* 24. Indè ergò ſequitur, Iudæos, dum tempus illud conuerſionis diuinitus definitum, ac determinatum aduenìat, inter Chriſtianos ferendos, & tolerandos eſſe. Sed & hæc diuini Numinis voluntas clarius etiam indè colligitur, quod Regius Propheta Dauid ſub perſona Chriſti *Pſal* 59.orat, nè gens Iudaica prorſus aboleatur, ſed per Orbem terrarum diſperſa paſſim vagetur antè oculos Eccleſiæ, ſiuè populi Dei, Chriſtianorum, & fidelium. Et imprecatio iſta vim habet vaticinij, & prædictionis. Prædictio autem quæ ſit voluntas Dei oſtendit.

Prædictis accedit quartò quod Iudæi viuunt iure Romanorum *l.Iudæi* 8.*Cod.de Iud.& cap. Gaudemus*, ibique Anan. & Doctores *de diuor.* & alij: Hinc dicuntur habere filios ius patriæ poteſtatis, quæ eſt de iure Romanorum, vt obſeruat Gloſ.*in cap.Romanorum* 28.*quæſt.*1. & alibi.

Quod denique de licita Iudæorum expulſione, nimirum, eos ad libitum Principum, ac Dominorum Chriſtianorum ditionibus eijci poſſe ex Doctoribus adductum eſt, id non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quatenus ſcilicet Chriſtianis periculum, vel ſcandalum ex cohabitatione eorum, vt prædictum eſt, imminet, accipiendum eſt, ità communiter reſpondetunt Doctores Iaſ.*in leg.apud Iulian* §.*conſtat nu.*29. *ff de leg.*1. Iacob de S.Gregorio *v. Dux n.*11. aliíque plurimi quorum magna pars teſtatur de communi, eſtque veriſſima. Nam ceſſante iuſta cauſa politica, nulla alia cauſa remanet expellendi Iudæos, vel Infideles, niſi cauſa Religionis, ſcilicet, quia Princeps zelo Religionis adductus, vellet eos ad fidem conuerti. At illa cauſa non eſt legitima, tum *ex l.Chriſtianis C. de pagan.& ſacr.ſic. eor.* Tum etiam quia Iudæi, & Infideles neque directè, neque indirectè poſſunt ad fidem compelli. D.Thom.2.2.*quæſt.*10. *art.*8. vbi communiter Theologi, aliíque Canoniſtæ.

Declaratur tamen præcedens ampliatio, vt tunc locum non habeat, ſi Iudæi iam recepti contrà recipientis præceptum à blaſphemijs contrà Chriſtianam Religionem ſibi parcere, vt & alias Chriſtianorum Principem, vt Magiſtratuum legibus politicis, viuere nolint, ſi Chriſtianos ad ſuam ſuperſtitionem traducere præſumant. Si cum hoſtibus Chriſtiani nominis quandóque factum hiſtoria loquitur proditoriè colludere animaduertuntur, & omnino ex cauſa imminentis periculi, vel ad amouendum ſcandalum, non grauiter modò coerceri, & durioribus conditionibus ſubijci, ac quaſi ſeruituti colonariæ, ſeù adſcriptitiæ mancipari, ſed & omninò expelli, ac bonis quoque diſpoliati poſſunt, *leg.*11. *in fin. leg.*14. *in fin. leg.*16.*&* 18.*Cod. de Iudæis nou.*146.I ſ. *in d.l.apud Iul.* §. *Conſtat num.*29 *ff.de leg.*1. Innoc. de Hoſtien.& Io.Andr *in d.cap.quod ſuper his de vot.*& alij.

Reliqua vide ſupra tom 4. Conſul.192. & alibi, præcipuè de Bapciſmo, ac de Matrimonio Iudæorum.

Adeſt pariter Edictum D.Card.Varij prò Iudæis, vt ibi videre eſt.

De conuerſione Habreorum, eiuſque difficultatibus. tom.7. Conſult.39.

QVæritur 1. *An expediat ſtatuere, vt Neophiti, & alij, qui agunt de conuerſione Hebræorum perſuadeant ipſiſmet, qui cupiunt baptizari, petere per ſe baptiſmum, præſertim ſi ſint adulti, & viri, quibus patet aditus ad Tribunalia Chriſtianorum?*

Secundò: An expediat ad mulieres, puellas, & pueros, quibus non licet adire per ſe ad Epiſcopum, vel alias Superiores, *mittere aliquas probatæ vitæ, qui ſecretò domi ſuæ, vel alio opportuniori loco explorent earum voluntates, videantque an habeant fundamentum delationis Neophitorum, antequam capiantur à ſatellitibus, & ducantur ad domum Cathecumenorum?*

Tertiò: An pueri ante vſum rationis, qui habent affines Habreos, & Chriſtianos in æquali gradu, debeantur potius Hæbreis, cum ſint quaſi in poſſeſſione, an verò Chriſtianis in fauorem fidei. Item pueri, qui habent plures affines Habreos, vnum tantum Chriſtianum in æquali gradu, an debeantur Habreis? Item vtrum pueri in æquali gradu debeantur potius affini, qui eſt Tutor, aut Curator, an verò Chriſtianis?

Quartò: An credendum ſit vni dicenti, puerum aliquem eſſe ſibi affinem, vel filium, & ideò ſub ſua poteſtate, an verò exploranda ſit veritas, antequam pueri capiantur?

Quintò. An præferendi ſint, cæteris paribus, viri mulieribus, affinis ex parte Patris ijs qui ſunt ex parte Matris, quandò plures ſunt, qui pueros ad ſe pertinere dicunt, an verò in fauorem fidei ſemper præferendi ſint Chriſtiani Habreis?

Sexto. Poſtquam pueri peruenerunt ad vſum rationis, an parentes poſſint eos capere, & ducere ad Cathecumenos, vt ibi adiſcant articulos fidei?

Septimò: An tutè queant baptiſmo donari, ſi dubitatur an ſint, nec nè rationis compotes, tamen petant baptiſmum?

Octauo: An qui conuertuntur ad fidem cogendi ſint ſoluere debita contracta ante baptiſmum, ipſis etiam Habreis, etiam conſanguineis?

Nonò: An petentibus parentibus neophitis, capi poſſint filij habrei, qui ſunt iam rationis compotes, etiam inuiti, & nolentes, vt ducantur ad domum neophitorum? Item an petente marito eadem de cauſa capi poſſit vxor inuita, & nolens fieri Chriſtiana? Rurſus an petente fratre capi poſſit frater, vel ſoror vidua iam rationis particeps, etiam nolens, & repugnans, vt ducantur ad domum Cathecumenorum?

Ad

Ad 1. Reſp. Expedire, vt ij, qui poſſunt adire Superiores per ſe, petant baptiſmum, & non per Neophitos Cathecumenos, aut aliam interpoſitam perſonam. Primò, quia non eſt credendum ex animo, eos deſiderare baptiſmum, qui cum poſſint illum petere, nolunt petere. Illi autem, qui non accedunt ad fidem animo ſincero, non ſunt admittendi ad Sacramentum baptiſmi.

Ad 2. Puerorum, ac mulierum, quibus non licet per ſe adire ſuperiores Chriſtianos, & petere baptiſmum. antequam in dictam domum perducantur, diligenter explorandas eſſe voluntates ab aliquibus probis viris ſecretò domi ſuæ, vel alio opportuniori loco, videaturque an habeant fundamẽtum aliquod delationis Neophitorum, vel Cathecumenorum, antequam capiantur à Satellitibus, & ducantur in domum Cathecumenorum, iuxtà *cap. ſicut de Iud. & Saracen.*

Atque ſæpius decretum fuit in caſibus longè fortioribus, vt in ſubiectis decretis.

Iudæam puellam, quæ confugiens ad Chriſtianos pluries aſſeruit, velle fieri Chriſtiana, quam alij Iudæi ad alias partes traduxerunt, nè fieret Chriſtiana, Sanctiſſimus mandauit recuperari, eamque collocari apud aliquam mulierem nobilem, ipſam, eiuſque parentes examinari, & facta diligentia, ipſaque nolente fidem amplecti, fuit parentibus reſtituta 26. Maij 1615. & 29. Octob. eiuſdem anni.

Hebræa infantula, cuius Pater conſenſum, vt baptizaretur, præſtiterat, & poſteà pœnituit, retenta fuit ſub cuſtodia Chriſtianorum, examinati teſtes ſuper conſenſu, & illo non conſtito, reſtituta Patri 4. Nouemb. 1627.

Ad 3. In his omnibus caſibus ius ſeruandum eſſe. De iure autem ſatis eſt, vt puer ante vſum rationis baptizetur conſenſu ſolius patris, renitente matre, *cap. ex literis de conuerſ. infid.* vel ſolius matris, ſi pater ſit hebræus, ex Conc. Tolet. 3. *cap.* 14. & Tolet. 4. *can.* 61. & communi Doctorum ſententia, Suar. 3. *p. tom.* 3. *diſp.* 25. *ſect.* 3. Valentia *tom.* 3. *diſp.* 4. *p.* 3. *pun.* 3. & aliorum. Et nomine parentum intelligi debent Aui, & Proaui, mortuo Patre, & Matre, imò, & Tutores illi, quorum curæ relictus eſt puer, & notant Auctores *cit.* & Nauar. *conſ.* 3. *de conuerſ. infid. in fine* refert Greg. XIII. iuſtiſſimè baptizari iuſſit puerum, petente Auo paterno, renitente matre hæbrea, idque publica ſententia decretum. In omnibus ergò caſibus relatis in 3. quæſito pueri debentur potius Chriſtianis, quam hebræis fauore fidei.

Ad 4. Non eſſe credendum vni, ſed probandum iuridicè, cuius poteſtatis ſit puer, qui debet baptizari: Nam cum hic agatur de iure, quod conuenit alicui ſupra puerum, contra ius, & fas eſſet priuare aliquem ſuo iure, quod habet in puerum aliquem, non probato veridico iure alterius.

Ad 5. vt ad 3. Semper ſcilicet præferendos eſſe Chriſtianos hæbreis.

Ad 6. Puerum in eo caſu tradendum illi, qui habet patriam poteſtatem, vel cuius curæ relictus eſt.

Ad 7. In dubio, meliorem eſſe conditionem poſſidentis; Vndè inuitis parentibus, qui poſſident, non ſunt baptiſmo abluendi.

Ad 8. Reſp. cum Tabiena *in Summ. v. Iudæus n.* 16. Panorm. *in cap. debitum de baptiſ.* Gloſ. *de conſecr. d.* 4. *cap. Iudæi*, illos, qui baptizantur, teneri ſoluere omnia debita ante baptiſmum facta, niſi ſint vſuraria, & iniuſta, neque hac de re poteſt vllus dubitare; Vndè Gloſ. *in cap. Iudæi de conſecr. d.* 4. inquit: *Obligationes in baptiſmo non tolluntur.*

Ad 9. Pueros iam rationis compotes, non poſſe inuitos, & nolentes capi, petentibus parentibus Chriſtianis: Quia iam ſunt ſui iuris circà materiam Religionis; nec ab vllo cogi poſſunt, vt ſuſcipiant fidem Chriſtianam. Multò minus capi poſſunt vxores inuitæ, petentibus maritis, aut fratres, vel ſorores nuptæ, aut viduæ, petentibus fratribus, aut propinquis; Omnes enim, qui ſunt rationis participes, liberi ſunt in materia Religionis, nec poſſunt cogi, vt ſatis conſtat ex dictis.

Confirmatur, quia inuito patre hæbreo, poteſt filius rationis compos fieri Chriſtianus: quia iam eſt ſui iuris. Ergò inuito etiam parente Chriſtiano, poteſt manere in hæbraiſmo. Eadem de cauſa.

1 *An concubitus Iudæi cum Chriſtiana, vel Chriſtiani cum Iudæa ſpectet ad Sanctum Officium priuatiuè? Et*

2 *An dato, quod non ſpectet priuatiuè ad Sanctum Officium, illius cognitio ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, vel ad laicum, aut ad vtrumque præuentiuè?* tom. 7. Conſult. 69.

Ad 1. Secluſo contemptu legis, ac Religionis Chriſtianæ non ſpectare priuatiuè ad Sanctum Officium: quia, cum non ſit caſus comprehenſus in Conſt. Greg. XIII. incip. *Antiqua Iudæorum improbitas*, non poſſunt Inquiſitores in eo procedere, ac proindè eius cognitio relinquitur Iudici ſuo. Atque ita cenſuit Sac. Congreg. S. Officij, nimirum: Iudæi habentes commercium carnale cum mulieribus Chriſtianis, non puniuntur à Sancto Officio, ſed ab Ordinarijs 4. Auguſti 1610. die 18. Ianuar. 1617. die 15. Ianuar. 1623. Quandóque tamen inſimul proceſſerunt, vt die 11. Iulij 1618. quatenus ſcilicet adfuerit contemptus fidei, ac Religionis, quo in caſu cognitio ſpectat ad Sanctum Officium cumulatiuè cum Iudice Eccleſiaſtico, & priuatiuè quoad poteſtatem ſæcularem, *ex cap. decernimus de iudi. ac cap. vt inquiſitionis* 18. *§. Probibemus de hæret. in* 6. vel quatenus adfuerit cohabitatio cum Chriſtiana, vt cenſuit eadem Sac. Cong. anno 1652. & die 15. Septemb. 1670. & docent Doctores, quos ſequitur Farinac. *q.* 8. *pract. n.* 137. *& de hæreſ. qu.* 18. §. 4.

28.§.4.*num.*101.& Card.de Lugo *tract.de fide disp.*24.

Ad 2. Conſentaneè ad primum, nempè citrà contemptum fidei, & Religionis Chriſtianæ, eſſe locum præuentioni; Nam ex magis communi, & veriori ſententia huiuſmodi concubitus eſt peccatum luxuriæ pertinens ad ſacrilegium: quia, vt inquit Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 6. *nu.* 45. eſt prohibitus in honorem Chriſtianiſmi ab Eccleſia, & quia, vt ait Menoch. *de arbitr.caſ.* 290. *num.* 16. Religionis Chriſtianæ Sacramenta violat, ac tenent Nald. *in Summ. v. Fornicatio* 2. Lopez *in inſtr.p.*1.*c.*35. & alij, ac Sanch. *de Matrim.tom.*2.*lib.*7.*disp.*5.*num.*12. vbi aſſerit, hunc concubitum habere circumſtantiam luxuriæ mutantem ſpeciem, ac neceſſariò fatendum acceſſum fidelis cum infideli aduerſus impedimentum dirimens Matrimonium ob cultus diſparitatem: Quia ratio, ob quam Eccleſia hoc Matrimonium dirimit, videlicet, quia cedit in Religionis dedecus, ſi fidelis cum infideli copuletur Matrimonio, locum habet in copula illicita. Et ideò prohibito Matrimonio, cẽſetur ſimpliciter copula illicita prohibita. Adde etiam, eſſe quoque periculum educationis probis in infidelitate, & peruerſionis coniugis fidelis, quæ pericula in coitu fornicationis etiam reperiuntur, vtpotè, qui vnitatem carnis efficit, & valdè amorem conciliat. Et tandem pœnæ peculiares grauiſſimæ huic copulæ legibus ſtatutæ argumentum non leue inducunt, vt indè illius ſpecialis grauitas colligatur. Sacrilegium autem eſt mixti fori, atq; adeò eſt locus præuentioni. Calderin. *conſ.* 2. *de Iudæis*, Bald. *conſ.*315. *lib.*1. Io: de Lignano, Laurent. *de Prasbyt.* & Io: de Fantut. apud eundem, plurimique alij.

An deturpantes, violantes, vel percutientes Sacras Imagines puniri debeant priuatiuè quoad Iudices laicos in Sancto Officio? Vbi quid de Iudæis hoc ipſum committentibus? Vide de Sancto Officio tom.8.Conſult.89.

QVidam Iudæus coniugatus annorum 58. ante annos 40. fuit captiuus Tartarorũ, & Turcis venditus, & ab his transfuga, in inſula Corcyræ à Deo illuminatus, ad baptiſmum, & fidem Chriſtianam acceſſit, & Græco ritu baptiſmum accepit in Cathedrali Ciuitatis Corcyræ, vbi grauiter ægrotans votum fecit de profitendo in Religione S. N. quod executus eſt, & nomen Marci Matthæi aſſumpſit, & profeſſionem emiſit, inſcia vxore Iudæa, & per ſex annos in ea Religione, & Ciuitate permanſit; Tranſeuntibus autem Polonis, ac Ruthenis, eis ſe coniunxit, ipſoſque vt interpres aſſociauit vſque in Poloniam, & Chiouiam appulit, vbi ab Archiepiſcopo Pangagnei prò interprete aſſumptus, ipſumque ſequutus, ab hoc ordinatus eſt Subdiaconus, & Diaconus, & pluribus vicibus eidem Archiepiſcopo in his Ordinibus ſolemniter inſeruiuit ſemper ritu Græco.

Poſt ſex annos ſe contulit in Ciuitatem ſuam Coloniæ, repertaque ſua vxore vidua, cum illa cohabitauit, & hebraicè vixit per quinque Menſes in ſuo priori officio Rabini prædicante. At conſcientiæ ſtimulo agitatus ad Sacerdotem Græcum ſe præſentauit, & ab hoc iterum ritu Græco baptizatus eſt. Quod factum reſciente vxore, ad eum cum ſuis quatuor filijs acceſſit, & paucis interpoſitis, ipſa quoque cum filijs baptiſmum accepit, & poſt aliquot dies coram eodem Presbytero, qui eos baptizauerat iterum cum eadem vxore iam Conuerſa Matrimonium contraxit.

Horum ergò delictorum Synderesi maximè agitatus, ſtatuit peregrinationem facere ad Diu. Iacobum Galliciæ, ſed in via per vim captus, & militiæ adſcriptus, reperitur nunc in Neapolitano Nauali. Ex hoc facto oriri videntur hæc dubia:

1 *An ex conuerſione ipſius Iudæi, inſcia vxore Matrimonium intelligatur ſolutum quoad vinculum?*

2 *An profeſſio emiſſa ſit valida, & ſaltem ad quid obliget, ſi Matrimonium ſubſiſtat?*

3 *An poſſit deinceps cohabitare cum vxore, ſi Matrimonium ſubſiſtit?*

4 *Quas cenſuras incurrerit, præter irregularitates ex multiplici capite?* tom.8.Conſult.77.

AD

AD 1. Negatiuè. Cettiſſimum namque eſt, non eò ipſo, quod alter ex coniugibus infidelibus ad fidem conuertitur, altero manente in infidelitate, diſſolui coniugium. Ità conſtat ex illis verbis D. Pauli *1. Cor. 7. num. 12. Ego dico, non Dominus, ſi quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam, & ſi qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum*. Per Sacramentum enim baptiſmatis non ſoluuntur coniugia, ſed crimina dimittuntur, vt ait Innoc. III. *in cap. gaudemus de diuort.* Ratio autem eſt, quia Matrimonium iure naturæ conſiſtit inter infideles, vt ipſa fidei profeſſio nec naturam, nec eius iura è medio tollit. Habeturque ex Conc. Maldenſi *cap. 1. relato in cap. ſi quis 28. quæſt. 2.* & aliundè, & tradunt Baſil. Poncius *de Matrim. lib. 7. cap. 48. num. 4.* Perez *eodem tract. diſp. 36. ſect. 3. nu. 3.* & alij.

Ad 2. Tenendum eſt, Matrimonium conuerſi cum infideli contractum, & conſumatum ante baptiſmum non diſſolui per ſolemnem, ac Religioſam profeſſionem: Quia profeſſione ſtatus Religioſi tantum diminuitur Matrimonium ratum fidelium, vel ex Chriſti priuilegio, vt probat Pontius *loc. cit. lib. 9.* vel ex iure Eccleſiaſtico, iuxtà aliorum ſententiam. Hic autem nihil horum oſtendi poteſt,

Non diſſoluto igitur huiuſmodi Matrimonio, certum eſt illi, qui iam Matrimonium conſumauit, non licere ad Religionem tranſire, inuita coniuge, dum non adeſt cauſa perpetui diuortij, *can. ſunt, qui dicant C. Agatoſa cum ſeqq. 17. quæſt. 2.* Habet enim Coniux poteſtatem in corpus alterius; quare ſine eius conſenſu alterius iuris fieri non poteſt, *cap. ſi dicat, cap. notificaſti, cap. Mulier 33. quæſt. 5.* D. Hieron. *epiſt. 14. ad Celantiam*, & ex D. Auguſt. *epiſt. 49. ad Armentarium, & epiſt. 199. ad editiam*; Vndè peccat profitendo, nequè eſt valida profeſſio, *d. cap. notificaſti 33. quæſt. 5. cap. veniens de conuerſ. Coniug.* redire cogitur ad vxorem, nec petit, licet reddat debitum, *cap. placet, & d. cap. quidem de conuerſ. coniug.*

Ex qua communi, receptaque doctrina colligitur; Primò, votum illud caſtitatis, quod hic coniux, qui ſua vxore inſcia, ſiuè inuita, ad Religionem tranſijt, emiſit in profeſſione, eſſe omninò nullum, nullamque obligationem parere, ſi ille intendebat tantum ea vota emittere in illa profeſſione, & ea obſeruatione, & ſtatu Regulari: Quia cum in Religionis profeſſione fiat Deo promiſſio, cuius fundamentum, & traditio, qua ſeipſum Religioni tradidit, ſi traditio illa nulla eſt, nulla etiam fuit vota Deo facta, quæ illam ſupponunt, vel ad ſummum cum tutiori ſententia dicendum eſt, hunc coniugem teneri ad id, quod potuit promittere, ſcilicet ad non petendum debitum, *ex dd. cap. quidam, & cap. placet de conuer. coniug.*

Secundò. Colligitur, eiuſmodi profeſſionem, inuita Coniuge, ſi reuocatus, vel ſponte exiuit, non teneri, defuncta ſua Coniuge, redire ad Religionem, *dd. cap. quidam, & placet.* In quorum primò dicitur non teneri, in ſecundò verò dicitur tantum adhortationibus cum illo agendum, vt redeat, non tamen cogendum; quia, cum huiuſmodi votum fuerit omninò irritum, & nulla ex ea profeſſione orta fuerit obligatio, non eſt cur obligetur ad Religionem redire, mortua ſua vxore.

Et in caſu planè ſimili Sac. Cong. Conc. apud Farinac. *ad ſeſſ. 25. de Regul. cap. 16.* inclinabat, quod mulier cogeretur repetere virum, aut præſtare ei conſenſum, vt in Religione maneret, aut ipſa quoque Religionem ingrederetur, iuxtà notata *in d. cap. Agatoſa*.

Ad 3. Poſſe. Conſtat ex dictis, dummodò reddat, non autem petat debitum. Sed quoniam, vltrà profeſſionem Religioſam, hic Coniux promotus etiam fuit ad Ordines ſacros, inuita, vel inſcia ſua vxore in caſibus non permiſſis; Ideò poteſt ex hoc etiam capite ab vxore reuocari, ſi illa non ratum habuit, vt per *Extrauag. vn. de vot.* niſi ipſe Matrimonio non conſumato, velit Religionem approbatam ingredi, & in ea profiteri ſolemniter, & ad talem ingreſſum debet Epiſcopus promotum ad ſacros. Matrimonio nondum conſumato, admonere, quod ſi ingredi nolit, cogi poteſt ab vxore ad conſumandum Matrimonium, ſed ea vxore præmoriente, ipſe in ſacris ordinatus, non poteſt aliam ducere. Hæc omnia *in d. Extrauag.* habentur, & tradit Sanch. *lib. 7. de Matrim. diſp. 83. per tot.* Quod etiam procedit in hoc Coniuge ordinato ritu Græco.

Ad 4. Primò certum eſt, incurriſſe in cenſuras, & pœnas contrà Apoſtatas à fide latas, nempè excommunicationem, infamiam, irregularitatem, priuationem omnium bonorum, & alias pœnas contrà hæreticos ſtatutas, vt de communi teſtatur Sanch. *lib. 2. in decal. cap. 7. nu. 18.* & tradunt Canoniſtæ *in cap. 1. de Apoſtat.*

Secundò. Certum eſt, incurriſſe in pœnas contrà baptiſma reiterantes, nempè irregularitatis, *cap. confirmandum 50. cap. qui bis de conſ. cap. qui in qualibet 1. q. 7. cap. Afros 98. d. cap. 2. de Apoſtat.* Vbi deponendi ſunt Clerici rebaptizantes, & rebaptizati, & laici ſunt excommunicandi. Card. *num. 3.* Ancharr. *num. 2.* & alij. Quare damnati de hoc crimine ſunt infames, & iterum irregulares. Item ſunt ſuſpecti vehementer de hæreſi Anabaptiſtarum, & Nouarionorum, de qua Baron. anno Chriſti 218. damnata in Conc. Arelatenſi ſub Sylueſtro Papa anno Chriſti 314.

Tertiò. Videtur incurriſſe in cenſuras ob Ordines Sacros ſuſceptos poſt contractum, & conſumatum Matrimonium. Sed videndum, an id procedat in hoc caſu, in quo promotus fuit ritu Græco.

Quarto. Videtur etiam incurriſſe cenſuras ex

ec,

Digitized by Google

eò, quod inualidè profeſſus, non poterat ad Ordines abſque titulo promoueri per Conſtitutionem 75. Pij V. *incip. Romanus Pontifex*. Sed videndum quoque eſt an dicta Conſtitutio locum habeat inter Græcos extrà Italiam commorantes.

Cæterum Eccleſia Græca vigore vnionis obligatur recipere leges Apoſtolicas, etiam in his, quę ſpectant ad ius humanum. Imò in profeſſione fidei Græcorum, iuſſu Greg. XIII. edita, iuramento, & ſubſcriptione firmarunt recipere Conc. Trid. decreta, Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obligationes, & Conſtitutiones.

Atque ex his omnibus cenſeo, huiuſmodi ſpontè comparentem, præuia abiuratione de formali, poſſe abſolui à cenſuris, & cum eo ab irregularitatibus diſpenſari, ac ſuæ vxori reſtitui, cum qua cohabitare poterit, reddendo, non autem petendo debitum, poſt mortem verò ſuę vxoris, poſſe ad ingreſſum dictæ Religionis moneri, non cogi, nullo autem modo aliam ducere, propter Sacrorum Ordinum ſuſceptionem.

IVdæus ſupponens dediſſe libellum repudij in Iudaiſmo Vxori hębreę, cum qua Matrimonium non conſumauerat, Chriſtianus factus, & continere non valens, vult contrahere Matrimonium cum Chriſtiana, viuente adhuc Vxore hæbrea. Quæritur:

1 *An ex dicto libello repudij fuerit diſſolutum dictum Matrimonium non conſumatum?*

2 *Quid requiratur ad effectum diſſoluendi dictum Matrimonium, ex quo dictus hębreus Chriſtianam fidem amplexus eſt, & tranſire cupit ad ſecunda vota cum muliere Chriſtiana?*

3 *Maximè verò degente in remotiſſimis partibus vxore hæbrea? Vbi multa de libello repudij.* tom. 8. Conſult. 93.

AD 1. Apud hæbreos ante Euangelium repudium quoad vinculum vel licuit ex diſpenſatione Dei, *Deutoron. cap.* 24. vel certè permiſſum fuit, tanquam minus malum ad vitanda maiora, ex *Matth.* 19. Apud Gentiles autem permiſſum fuit quidem legibus ipſorum, non tamen fuit licitum: quia prò ijs Deus non legitur vnquam diſpenſaſſe. Poſt legem verò Euangelicam nulli licet, nec etiam Iudæis: quia Chriſtus *Matth.* 19. illud reprobauit, & *Matth.* 5. illis verbis: *Ego autem dico vobis &c.* Cum autem ſit contrà ius naturale, omnes obligat, niſi Dei diſpenſatio, ideòque Iudæi, & Gentiles repudiantes vxores peccant mortaliter, vt qui ex infidelibus conuertuntur, tenentur ad illas vxores redire, quibus dediſſent libellum repudij; Atque adeò Matrimonium huiuſmodi non fuiſſe diſſolutum certa res eſt apud omnes, præſertim Sanch. *de Matrim. lib. cap.* 1. *num.* 9. & 10. Ponc. *eodem tract. lib.* 7. *cap.* 50. *num.* 3. & declarauit Innoc. III, *in cap. Gaudemus*, §. *Qui autem de diuort.*

Formula libelli repudij apud hæbreos erat huiuſmodi:

Ego Rabbi Simeon filius Rabbi Abraham filij Rabbi Dauid filij Rabbi Salomonis die 1. Menſis 2. anno 5296. à creatione Mundi hic, & in hac Ciuitate ex animi mei conſenſu, & ſine vlla coactione repudiaui Rachel filiam Rabbi Moyſis filij Rabbi Ioſeph filij Rabbi Iacob, & dedi illi libellum repudij in manu Schedam abſciſſionis, & ſignaculum diuiſionis, vt ſit à me abiecta, & abeat quocumque velit, & nemo poſſit illi prohibere iuxtà Conſtitutiones Moyſis, & Iſrael.

Ità referunt Verablus Oleaſter. Cornel. in c. 24. *Deutoron.* & Maldonatus *in cap.* 19. *Mat.*

Ad 2. & 3. Requiritur id, quod diſponit d. Innoc. *in eit. cap. gaudemus*, ibi: *Qui autem ſecundum ritum ſuum legitimam repudiauit vxorem, cum tale repudium Veritas in Euangelio reprobauerit, nunquam, ea uiuente, licitè poterit aliam, etiam ad fidem Chriſti conuerſus, habere, niſi poſt conuerſionem ipſius, illa renuat cohabitare cum ipſo, aut etiam ſi conſentiat, non tamen abſque contumelia Creatoris, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum. In quo caſu reſtitutionem petenti, quamuis de iniuſta ſpoliatione conſtaret, reſtitutio negaretur, quia ſecundum Apoſtolum frater, aut ſoror non eſt huiuſmodi ſubiectus ſeruituti.*

Quibus in verbis comprehendi etiam Matrimonium non conſumatum certum eſt. Sed quia Doctores, qui ex communi ſententia volunt apud Ponc. *loco citato lib.* 9. *cap.* 2. *num.* 8. Matrimonium infidelium conſumatum non poſſe diſſolui auctoritate Pontificis, conſequenter admittunt poſſe diſſolui non conſumatum, præſertim in fauorem fidei Chriſtianæ. Si autem fuerit conſumatum, requirenda eſt vxor conuerſi, an illa conuerti velit, vel ſaltem cohabitare ſine iniuria Creatoris, vt alibi diximus. Quis enim ſcit an conuertatur, & viuat? De quo videndus Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *tot. diſp.* 74. & Ponc. *eodem tr. lib.* 7. *tot. cap.* 48. referens *num.* 23. diploma diſpenſationis Gregorij XIII.

An dos, eiuſque augmentum reſtitui debeat viro Iudæo ad fidem Chriſtianam conuerſo Vxori in Iudaiſmo permanenti? to. 8. Conſul. 100.

SVppoſito tanquam certum, quod inter conuerſum, & non conuerſum adhuc perſeueret vinculum Matrimonij antea conſumati, vt probauimus in *Conſult.* 93. *huiuſmet tom.* Item ſuppoſito, quod reſtitutio doris, ac donatio, ſiuè augmentum dotale non debeantur, conſtante Matrimonio, ſed eo ſoluto, nedum ex diſpo-

diſpoſitione iuris communis, ſed etiam ex pacto, quo conceditur mulieri reſtitutio dotis; deficiente viro, quod importat ſolutionem Matrimonij, ſequi planè videtur, quod cum non ſit ſolutum vinculum Matrimonij, neque ſit purificata conditio pacti in inſtrumento dotali interpoſiti, non debeat conuerſus ad fidem conſtringi ad reſtitutionem dotis, eiuſque augmenti.

Verum, quoniam dos data eſt ad ſupportandum onera Matrimonii, & illius fructus ſunt vxori loco alimentorum, iuſtum ſanè videtur, quod nè mulier alimentorum priuatione cogatur contrà ius diuinum, & humanum ad ſuſcipiendam fidem Chriſtianam, dos illi reſtituenda ſit, non autem augmentum dotis: quia in iſto non militat ratio alimentorum, quemadmodum in dote, & quia in iſto mulier agit de lucro captando, non de damno vitando, ac permitteretur, quod mulier perſiſtendo in Iudaiſmo, perciperet ex ſua perfidia premium, & vir pateretur pœnam immeritam prò præmio ex eo, quod conuerſus ſit ad fidem,

Quod etiam dicendum in caſu, quo ad fidem conuerſus tranſiret ad ſecunda vota, ſicut tranſire poterit, vt ibidem probauimus. Neque obſtaret pactum in inſtrumento dotali fortè appoſitum, quod ſcilicet, ſi vir præuaricaretur, vt vxorem duceret, ſit obligatus, antequam eam ducat, reſtituere *ehedubà*, ideſt dotem, & eius augmentum: Nam vel non intelligitur de caſu conuerſionis ad fidem: quia id non eſt præuaricari, vel ſi de illo intelligeretur, non obligat in præiudicium animæ, ac Religionis. Præterea mulier Iudæa ſibi imputare debet, ac ſuæ perfidiæ, dum nolit ſine contumelia Creatoris perſeuerare in Matrimonio cum ſuo viro ad fidem conuerſo, vel ipſam fidem ſuſcipere.

An, & quatenus Iudæi ſint, vel eſſe poſſint Chriſtianorum ſerui? Vbi de eorum ſuppreſſione, ac per transſendam: Quid de deſcendentibus à Chriſtianis nouis captis à triremibus? Quidnè de Apoſtatis pyraticam exercentibus?
tomo 8. Conſult. 139.

IVdæorum appellatione hic intelligimus, non popolum Dei peculiarem, qui eadem nobiſcum fide ſalutem æternam quæſiuit, & adeptus eſt, *act.* 15. *num.* 11. *Rom.* 4. Sed Iudæos recentiores, qui Ieſum Chriſtum promiſſum Mundo Meſſiam ſua malitia crucifixerunt, etiam nunc reiiciunt, & contrà fidem Catholicam deteſtabilia in dies committunt. De his in præſentiarum, & in *tit. C. de Iudæis, & Cælicol.* agitur, & quæritur, an nè Chriſtianorum ſerui ſint, & eſſe poſſint.

Et quod Iudæi Chriſtianorum ſerui dicuntur, declaratur procedere, vt ſint ſerui Principum, & aliorum, ſub quibus habitant, Magiſtratuum, non enim omnium aliorum. Et illorum Principum ſerui ſunt, non quod propriè ſint tales, & ſeruitutis vocabulum ſtrictè, eoque modò, vt in iure ciuili, per omnia in eos quadret. Sed quod in quibuſdam cum ſeruis conueniant, & haud ſecus à Chriſtianis, ac olim ſerui à Dominis ſupprimantur, & deterioris, & humilioris conditionis, quàm Chriſtiani eſſent. Propriè autem Iudæos Principum Chriſtianorum ſeruos non eſſe innuit Pontifex in cap. *Et ſi Iudæos in v. Tanquam extrà de Iudæ.* & probat Felin *conſ* 30. *num.* 14. Qui ſi veri eſſent ſerui, ſequeretur, quod non ſibi, ſed Dominis contrahendo acquirerent.

Quod ſi quæratur in quibus eorum ſuppreſſio conſiſtat? Reſpond. primò, quod huius ſuppreſſionis intuitu Iudæi habitus diuerſitatem, quæ eos à Chriſtianis diſtinguat, *cap. in nonnullis extr. de Iudæ.* & flauum annulum veſtibus impreſſum in Ciuitatibus, & locis aliis, vbi habitant, portare coguntur. Quod ità in ſubiectionis vilitatis, & à qua vna cum Meretricibus, & carnificibus laborant infamiæ notam Chriſtianis Principibus circa Iudæos placuit; Sunt namque Iudæi vſurarii publici, quos ipſo iure infames exiſtere docet tex. *in cap. porrò* 3. *quæſt.* 7. *& in l. improbum fœnus*, vbi Glol. & Bald. *C. de his, qui not. infam.*

Secundò. Prædictæ ſuppreſſionis intuitu Iudæi non tam, quod ſint infames, quam etiam nè Chriſtianos in commodandi, & iniurias inferendi anſam habeant ad inſtar ſeruorum publicis officiis ſub ſacrilegii pœna præfici non poſſunt, ac debent, *cap. cum ſit, cap. & ſpeciali extr. de Iudæis*, & nos alibi ſupra.

Inſuper nè Iudæi pupillos Chriſtianos ferali ſua ſecta vti ab Imperatore Conſtantino vocatur in *l.* 3. *C. de Iuda.* imbuant, tutores eorum eſſe non poſſunt, etſi inter ſe poſſint, Zaſius *dict. leg. num.* 8. Hartuman. *miſcel. iur. Ciuil. cap. obſeru.* 15.

Tantò minus autem Iudæi inter ſe Regem habere debent, Zaſius *d. l. n.* 5. § quidem ſceptrum, & omne dominium de Iudæis per Veſpeſianum, & Titum Imperatores, tanquam diuinæ voluntatis executores 40. annis poſt paſſionem Domini, eſt ſublatum, Ioſeph *lib.* 20. *antiquit. cap.* 5. Mattha *de iuriſd. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 34. *& ſeq. & eadem p.* 1. *cap.* 24. *n.* 19.

Tertiò. Huius ſuppreſſionis ratione Iudæis, tum vt per operis effectum recognoſcant, ſe ab eo, in cuius mortem nequiter coniurarunt, reprobatos, atque ſeruos illorum eſſe, quos mors Chriſti liberos fecit. *d. cap. Et ſi Iudæos*, cum etiam nè per aſſiduam familiaritatem ſimplicium animos ad ſuam ſuperſtitionem perducant, cap. *Ad hæc de Iudæis.*

Quartò. Huius ſuppreſſionis intuitu Iudæis aliqua certa ſedes nuſquam terrarum relinquitur, ſed iuxta vaticinium *Pſalmi* 109. *num.* 10. *& Pſal.* 49. *num.* 12. ibi: *Diſperge eos in virtute tua*, ex mera gratia, & indulgentia terras Principum

Chriſtianorum incolunt. Cephal. *conſ.549. num.63. lib.4.*

Quintò, ac denique Iudæis in ſuppreſſionis ſuæ ſignum nullibi locorum prædia poſſidere licet, Zaſius *ad d. quæſt. 1. in 6. decid.rat. & in reſponſ. ad 1. centr.* vbi ità ſcribit: *Iudæos non eſſe ſeruos, habere enim poſſeſſiones; præſcribere contrà nos, &c. nihil obſtat. Talia enim ex pietate eis permittuntur, vt quaſi in modum peculij potius, quam iure proprietatis poſſideant.* Nec aliquid eis legari poteſt, *l. 1. C. de Iuda.* de quo vide Ricciul. *de iur.perſon.*

Quid verò cenſendum ſit de deſcendentibus à Chriſtianis nouis, captis à triremibus Religionis Hieroſolymitanæ? Cenſeo, eſſe dimittendos: quia, ſi Chriſtianè viuunt, & non ſunt capti pugnantes contrà Chriſtianos, vel pyraticam exercentes, non poſſunt retineri tanquam ſerui.

Quid etiam cenſendum ſit de Apoſtatis captis ab eiſdem Triremibus, vel ab aliis Chriſtianis ſuper Nauibus infidelium pyraticam exercentium, & pugnantium contra Chriſtianos: an ſcilicet remaneant captiui eorum, qui illos capiunt? Cenſeo remanere mancipia; debet tamen confici proceſſus ſuper Apoſtaſia, & Apoſtatas, vel reconciliare Eccleſiæ, ſi ad pœnitentiam reducantur, iniunctis de iure iniungendis, vel tradere Curiæ ſeculari, ſi pertinaces exiſtant, nec eos conſignare ſuis Dominis, niſi habita cautione de illos non manumittendos, ſaltem inconſulta Sede Apoſtolica.

An Iudæus, qui blaſphemias hæreticales profert in Chriſtum, vel Beatiſſimam Virginem eius Matrem, confugiens ad Eccleſiam, gaudeat illius Immunitate? Vbi eſſata de blaſphemis, & blaſphemiis. Vide de Hæreticis to.8. Conſul.143.

An Iudæus conſequi poſſit gradum Doctoratus, ſaltem in Medicina? to.8. Conſult.144.

NEgant Bartol. *in l. fin. C. de Iudæis*, vbi teſtatur ſic in facti contingentia ſuo tempore reſpondiſſe, & *in l. fin. C. de poteſt. & in l. 1. C. de non Cod. fac. num. 12.* Hoſtien. *in Sum. tit. de Iuda num.5.* Anchar. *in Clem. 2. de Magiſtr.* & alij multi. Quia, vt alibi diximus, Doctoratus eſt Dignitas, cuius Iudæi ſunt incapaces per tex. *in d. l. fin. C. de Iud.*

Et hoc primò locum habet, etiam ſi Iudæus poſlicceretur, ſe non exerciturum munus Doctoris, quia ad effectum, vt repellatur, ſufficit, quod conſequatur poteſtatem Doctoratus, Abb. *in cap. propoſuiſti in fin de probat.*

Secundò locum habet etiam in Doctoratu in Medicina, vt per Anan. *in rubr. extr. de Iud. n 5.* Et licet apud Chriſtianos non deſint Iudæi, & alii infideles, qui Medicinam exerceant inter ſeipſos; hoc tamen fit, quia, vt quis dicatur Medicus, non requiritur Doctoratus, cum etiam ſerui poſſint eſſe Medici; *L. 1. ſunt autem C. de com. ſerui manum.* Bald. *in l. ſciendum ff. de edil. edict.*

Vndè cum à S. Officio Inquiſitionis Iudæi petiiſſent ſibi concedi licentiam vtendi opera alicuius Chriſtiani in addiſcenda grammatica, & aliis ſcientiis, & adduxiſſent exempla, quod ipſorum aliqui didicerint ſcientias à Chriſtianis, & quod alii gradum Doctoratus in Medicina ſumpſerint, tam in Vniuerſitate Vrbis, quam aliarum Ciuitatum, Sanctiſſimus dixit, præfata fuiſſe facta per abuſum, & nihil voluit eis concedere, mandauitque fieri verbum cum Rectore Vniuerſitatis Vrbis, nè ipſe, aut ipſius Collegium huiuſmodi licentias concedant 8 Nouembr. 1618. Et cum quidam Iudæus lauream Doctoratus ſuſcepiſſet in Vniuerſitate Piſarum, ſcriptum fuit propterea Nuncio Apoſtolico, vt ageret cum Magno Duce, qui prouideret, nè deinceps gradus Doctoratus conferatur alicui Iudæo in dicta Vniuerſitate 16. Septembris 1621. Qui Dux id ægrè tulit 4. Nou. 1621.

Ex quibus reprobatur praxis, quam teſtatur Ricciul. *de iur. perſ. lib. 2. cap. 25. num. 4.* Quare executioni demandanda eſt *cit. lex vltima C. de Iuda.* quæ poſt quam Iudæis interdixerit omnes adminiſtrationes, & Dignitates, ità ſancivit: *Quis quis igitur vel infulas acceperit, quæſitis Dignitatibus non potiatur.* Et mox: *Et qui ad honores, & dignitates irrepſerit, habeatur, vt antea, conditionis extremæ, etſi honorariam illicitè promeruerit dignitatem.*

DE IVDICIBVS, ET IVDICIIS,

An cognitionum, & ſententiarum Iuſtitiâ diſcutienda ſit cum Partibus, quarum principaliter intereſt, ſuos recurſus, & ſententias à ſe obtentas defendere, an verò cum Iudicibus? Vide de Archiepiſcopo Metropol. tom. 1. Conſult. 31.

De iuriſdictione Eminentiſſimi Cardinalis Protectoris Cathecumenorum in ipſos Cathecumenos. Vide de Iudæis tom 3. Conſult. 40.

An Monachi Caſinenſes, aliique iuriſdictionem ſpiritualem per ſeipſos, temporalem verò per Iudices deputatos adminiſtrare poſſint? Vide de Regular. tom. 10. Conſult. 26.

An Regulares, qui obtinuerunt à Papa Breue directum Epiſcopo ad id Delegato, vt alienare poſſint bona quædam Eccleſiaſtica, illudque ei præſentarunt, eiuſque firmata iuriſdictione, fuit coram eo, præuijs edictis, inceptus proceſſus, & inchoatum iudicium prò dicta alienatione cum ſolemnitatibus ad id requiſitis, poſſint etiam vigore cuiuſcumque ali-

alterius facultatis hoc indicium omittere, & aliud inire, an verò teneantur coram ipſo Epiſcopo illud proſequi, & quibus ſub pœnis? Vide de Alienat. rer. Eccleſ. tom. 10. Conſul. 30.

An, dum Epiſcopus eſt in poſſeſſione Iuriſdictionis in Clerum, & populum alicuius loci, cuius exemptio controuertitur, poſſit punire nedum cenſuris Eccleſiaſticis, ſed etiam carceribus, prætenſos exemptos defacto Epiſcopum in ſua iuriſdictione turbantes, Et ad quem Iudicem pertineat cognitio huius cauſæ, aliarumque huiuſmodi, an ad Sacram Congregationem Epiſc. an Concilij, an verò ad Sacram Rotam? Vide de Epiſcopis tomo 10. Conſult. 93.

1 *An denunciatio prò accuſatione, & denunciator prò accuſatore habendus?*
2 *An denuncians cogi poſſit ad crimen delatum probandum, & in iudicio contrà delatum procedendum?*
3 *Si denuncians non probat delictum delatum, an, & qua pœna affici debeat?*
4 *Quandò Index arbitrium ſuum formabit in puniendo falſum accuſatorem, falſumque denunciatorem?* tom. 10. Conſult. 199.

AD 1. Non deſunt ex Doctoribus, qui ſimpliciter affirmatiuè reſpondent ex tex. in *l. cum Patronum* §. 1. *ff. de iurepatr.*

Contrarium tamen, & quod denunciator non ſit ad inſtar accuſatoris, apparet primò ex ipſa diuerſitate nominis, quę arguit diuerſitatem rerum, *l. ſi idem 7. C. de codicil. l. 6. ff. de teſtam. tut.* Tuſc. *lit. D. conclus.* 517. Et quod accuſator publicè prodeat, & delinquentem palam in iudicio accuſet, denunciator autem clam Iudicem informet, & in ſecreto id, quod ſcit, indicet.

Ex quo deducitur, quod denunciatio proprius accedat ad inquiſitionem, & quod nihil aliud operetur, niſi quod ſuccedat loco diffamationis, vel querelæ, & ſic aperiat viam Iudici ad inquirendum ex officio contrà aliquem. Quod admitti poteſt, quandò Iudex procedit per inquiſitionem propter denunciationem, ſecus autem ſi procedat ſuper denunciatione, Maſcard. *concl.* 507. *num.* 9.

Ad 2. Negatiuè. Denunciator enim non cogitur denunciationem ſuam probare, nec Fiſco aſſiſtere, neque litem ſuis proſequi ſumptibus, ſed dumtaxat obligatur oſtendere ea, quæ de illo crimine nouit; atque etiam nominare teſtes criminis huiuſmodi conſcios, Maſcard. *d. concluſ.* 506. *num.* 2. Clar. *quæſt.* 7. *n.* 10.

Ad 3. In accuſatione res eſt clara per tex. *in l.* 1. §. 2. & 3. *ff. ad S. C. Turpil.* quod calumniatoribus pœna irrogetur, ſi nimirum falſa crimina intendunt. Non tamen vtique qui non probat, quod intendit, protinus calumniari videtur: Nam eius rei inquiſitio arbitrio cognoſcentis committitur, qui reo abſoluto, de accuſatoris incipit conſilio quęrere, qua mente ductus, ad accuſationem proceſſit, & ſi quidem iuſtum eius errorem reperierit, abſoluit eum. Si verò in euidenti calumnia eum deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat.

In denunciatione res eſt magis dubia, liberandus autem putatur delator propter publicam famam, & indicia. Quandò autem accuſator, vel denunciator prò ſe habet euidentia indicia, puta famam, vel auditum à fide dignis, vel quod ſimile, excuſabitur, etiam ſi deficiat in probatione, poſt Crauett. *conſ.* 178. Guidop. *dec.* 446. Clar. §. *fin. quæſt.* 62. *n.* 8.

Ad 4. Farinac. *quæſt.* 16. *num.* 5. reſpondet, quod Iudex modò pecuniariam, modò corporalem pœnam, iuxtà facti, & perſonarum qualitatem procedit. Iulius Clar. *quæſt.* 81. *verſ. ſed quæro nunquid.* 3. *prop. fin.* refert, alium ad catenam infamem, alium per triennium ad triremes fuiſſe condemnatum.

Alia de Iudicibus, & Iuriſdictione. Vide de Immunitate.

DE IVRAMENTO.

An ſubditus Domini temporalis Iudicem Eccleſiaſticum adire poſſit, vt à iuramento in contractu præſtito abſoluatur, & abſolutione obtenta, petat contractum reſcindi, in iuriſdictionis ſui Domini præiudicium, quæ eſt inneſtitus? Vbi de poteſtate Principis ſæcularis irritante contractum iuratum? tom. 1. Conſult. 154.

IN hac controuerſia vti certum tenendum eſt, quod ſcilicet laicus obligatus iuramento, & obligatione Camerali poſſit conueniri à Iudice Eccleſiaſtico, quandò agitur in Curia coram Auditore Cameræ Apoſtolicę, cui executio dictæ obligationis priuatiuè quoad alios auctoritate Papæ fuit demandata cum ampliſſima derogatione priuilegiorum, & indultorum conceſſorum, etiam Domicellis, & Baronibus, & feudatarijs, qui non poſſunt impedire, nè ſui ſubditi adeant Curiam Supremi Principis, iuxtà notata per Spadam *conſ.* 1. *à num.* 28. Quod etiam admittunt Doctores contrariæ ſententię.

Difficultas itàque ſolum eſt, quandò iudicium introducitur coram Ordinarijs. Et quidem pars ſanior tenet, ipſum laicum iurantem non autem eius hæredes conueniri poſſe coram Ordinario eius Iudice Eccleſiaſtico. Quod ego verum cenſeo, ac probo:

Principium certum eſt, quod cauſa iuramenti, an videlicet iuramentum ſit licitum, vel illicitum, ſeruandum, vel non ſeruandum, & multò magis abſolutio à iuramento, ad Iudicem Ec-

Eccleſiaſticum, tanquam articulus ſpiritualis pertinet, tex. in cap *Venerabilem in fin. de elect.* & *in cap. Nouit de iudic.* & *in cap. cum contingat de iur. iur.* & alibi paſſim. Panorm. *in cap. 1. n. 3. de iur. iur.* Caſtr, *conſ. 196. vol. 1. num. 1.* alijque,

Atqui Iudex cauſæ præparantis, debet eſſe Iudex cauſæ præparatæ ex *l. Ordinarij*, vbi Gloſ. *v. exhibiti C. de reiuind.* ex qua regula Bald. *hoc loco in 2. notab.* rectè arguit ad quæſtionem noſtram, concludens, quod Iudex abſolutionis è iuramento debet eſſe Iudex cauſæ principalis.

Probatur deindè hæc ſententia ex eo, quod, quandò diſputatur non de viribus iuramenti, ad vtrumq; Iudicem indifferenter, tam Eccleſiaſticum, quam ſæcularem ſpectat. Tex eſt notabilis in cap. *licet mulier de iur. iur. in 6.* & *in cap. fin. de for. comp. etiam in 6.* vbi expreſsè decernitur, laicum effici de foro Iudicis Eccleſiaſtici ratione iuramenti in contractu appoſiti, quod addit forum foro, ibique Doctores, & *in cap. 1. de iur. iur.* Vbi, quod Iudex Eccleſiaſticus eſt Iudex competens, etiam vbi agitur de inobſeruantia contractus iurati. Et ſic in tali caſu iuramenti obſeruatio eſt mixti fori. Felin. in *cap. 1. num. 21. cum ſeqq. de iur. iur.* & *latius in cap. cum ſit per tot.* ac alios. Ac ità quidem, vt lite mota coram Iudice ſæculari de contractu iurato, poſſit Eccleſiaſticus adiri, vt cogat partem, & Iudicem ſæcularem ad iuramenti obſeruantiam, nec poſſit ipſi obijci litis pendentia, cum Io: And. Marant. & alijs ſuſtinet Gutier. *eo cap. 12. num. 5.* & *9.* & ſequitur Sanch, in *Decal. lib. 3. cap. 13. num. 14.*

Præſertim, quia ſupponitur, ſubditum ſe ſubdidiſſe quibuſcumque Curiis, etiam Eccleſiaſticis, & ſic prorogaſſe iuriſdictionem Eccleſiaſticam, quod facere potuit, *l. ſi ex conſenſu C. de Epiſc. audien.* & ibi Doctores poſt Bart. in *l. 1.* & *2. de iudic.*

Et hanc ſententiam amplexa eſt Sac. Congreg. Immun. in vna *Terracinen.* 7. Aprilis 1641. in qua cum quæreretur, vtrum, tam Eccleſiaſtici, quam ſæculares poſſint conueniri in foro Eccleſiaſtico prò executione obligationis Cameralis, attento iuramento, quod in ea continetur? Reſpondit affirmatiuè quoad iurantem, non verò quoad hęredes.

Et in vna *Lauretana* 26. Martii 1658. Cum enim ad euitandas diſſentiones inter Tribunale Eccleſiaſticum, & ſęculare Epiſcopus quęreret à Sacra Congregatione; an Curia Eccleſiaſtica poſſit procedere ad executionem obligationis Cameralis appoſitæ, etiam in apochis priuatis inter laicos, cum ipſe id poſſe prætendat, tum quia in formula obligationis Cameralis conſentitur cuicumque Iudici, tum quia dicta formula continet duplex iuramentum. Tum quia ità obſeruatur, non ſolum in dicta ſua Curia, ſed etiam in tota Prouincia? Eadem Sacra Congregatio reſpondit, *poſſe, etiam inter laicos quoad obligatos, & iurantes.*

Dixi ipſum laicum iurantem, non autem eius hęredes, qui ratione iuramenti præſtiti per defunctum non poſſunt conueniri in foro Eccleſiaſtico. Doctores *in d. cap. fin. de for. comp. in 6.* Burr. *in l. cum quis §. Codicillis num. 10. ff. de leg. 3.* Bald. *in l. 2. num. 2. C. de fruct. & lit. expenſ.* Quia iuramentum eſt perſonale, & ſoluitur morte iurantis. Tex. *in cap. veritatis de iur. iur.* & ibi communiter Canoniſtę. Licet ex parte recipientis ſit reale, & ad eius hæredes tranſeat.

Hactenus, quod Epiſcopus poſſit, Nunc addò, an id expediat? Prudentia iſthic Epiſcopia opus eſt, memores facti Chriſti Domini, qui declarauit ſe voluiſſe tributum, non quod iure debuerat, ſed tantum ad amouendum exactorum ſcandalum, non ex malitia oriturum, ſed ignorantia. Memores quoque dictorum Apoſtoli *ad Corin. 1. cap. 1. verſ. 22.* & *23. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, omnia mihi licent, ſed non omnia ędificant.*

Vndè, cum iterum, atque tertiò in Sacra Congregatione Immun. eadem *Terracinen.* proponeretur, tandem die 8. Febr. 1667. certatum ſententiis, reſolutumque, vt *videatur de communi obſeruantia*. Quibus ex verbis mentem Sacræ Congregationis elicio, prò clauſula appono, atque ità ſtatuo, nempè: Si Epiſcopus laicum iuramento obligatum conuenerit, magis conceſſo iure, quam exemplo illum conuenerit.

1 *An liceat iurare per Sanctos? Et*

2 *An rectè per, & ad Sancta Euangelia iuretur?* tom. 4. Conſult. 203.

AD 1. Nego: Quia in Sacra Scriptura ea tantum iuramenti formula conceſſa eſt, quæ per ipſum, & ſolum Deum ſit. *Deuteron. 6. v. 13.* & *cap. 19. v. 20. Ierem. 5. v. 7.* & *12. v. 16. Ioſu. 23. v. 7. Matth. 5. v. 44.* Diu. Hieron. & Chriſoſt. *ad d. cap. 5. Matth.*

Ad 2. Negatiuè per allegata fundamenta. Conceditur tamen, poſſe ſine impietate, & idolatria proponi in conſpectum iurantis Sacroſancta Euangelia, & manu, ſiuè duobus prioribus digitis tangi, quod dicitur iurare ſuper, vel tactis Euangelijs, & vocatur iuramentum corporale. *l. 1. C. ſi aduerſus vendit. l. 3. in fin. C. ſi min. ſe maior. dix.* Cuiac. *ad Nouell. 51.* Et talis modus iurandi in iure Ciuili, & feudali frequentatus, & vſitatus eſt, vt in *l. in omnibus 1. §. 1.* ibi: *tactis Sacroſanctis Scripturis propoſitis.* *C. de Epiſc. aud. l. 14. pr.* & *§.* ibi: *tactis Sacroſanctis Euangelijs. C. de Iudic. Nouell. 8. auth. collat. 2. tit. 3. lib. 2. feud. tit. 2. pr.* ibi: *iurent tactis Sacroſanctis Scripturis, & tit. 7. in pr.*

An donator incidat in reatum periurij, contrauenien-do promiſſioni in caſu, de quo agimus? tomo 6. Conſult. 96.

Titius aſſerens habere vocem, & ius nominandi, ac præſentandi Rectorem ad Beneficium Eccleſiaſticum de iurepatronatus laicorum, dictam vocem, dictumque ius nominandi, & præſentandi dictum Rectorem dedit, ceſſit, ac titulo irreuocabilis donationis inter viuos conceſſit, & donauit Caio præſenti, & acceptanti prò ſe, ſuiſque, &c. cum omnibus ſolitis clauſulis, & ad maiorem cautelam medio iuramento, tactis, &c.

Vacato dicto Beneficio, dictus Titius præſentauit Sempronium in Rectorem eiuſdem, non obſtante prædicta donatione iuramento roborata, eo ſub prętextu, quod conſenſus Epiſcopi vſque adhuc non interuenerat, dum donatio Iuriſpatronatus abſque conſenſu Ordinarij non operatur per tex. in *cap. cum ſæculum*, & *incap. Cura de Iurepatr. in 6.*

Caius verò donatarius, habita notitia de controuerſione Titij donantis facta in ſuum præiudicium, obtinuit ſubſequenter conſenſum Epiſcopi, & intrà terminum ad præſentandum præfixum, vtendo facultatibus, vti patronus, & donatarius Iuriſpatronatus, deuenit ad nominationem alterius Rectoris, cum certi iuris ſit iuriſpatronatus poſt conſenſum habitum exiſtere penes donatarium, & talis conſenſus poteſt præcedere, vel ſubſequi, & ſemper, & quandòcumque interuenire. Flamin. *de reſign. lib. 4. quæſt. 10. num. 7. & 8.* Viuian. *de Iurepatr. lib. 4. cap. 1. num. 36.* & alij.

Hinc orta controuerſia inter iſtos præſentantes dubitatur:

An donator inciderit in reatum periurij controuenien-dò promiſſioni?

Contrarijs non obſtantibus, verè in reatum periurij Titium donantem incidiſſe cenſendum eſt. Et prò lucidatione huius articuli præmittendum eſt, quod iuſpatronatus laicale eſt partim ſpirituale, & partim temporale; Spirituale: quia vendi non poteſt; Temporale: quia poſſidetur à laicis, & tranſmittitur ad hæredes, Rocch. *de iurepatr. quæſt. 2.* prò cuius donatione, vel potius tranſlatione de laico ad laicum ſecundum omnes Doctores cenſenſus eſt neceſſarius, nè intercedat labes Simoniaca in contractum, vel cadat in potentiori, vel quia iuſpatronatus non poteſt haberi per laicum, niſi ex gratia, ſecus autem quandò transfertur in Eccleſiam, vel locum Religioſum, tunc enim non requiritur eiuſmodi conſenſus: quia res reuertitur ad naturam ſuam, vt per Rocch. *ibidem*, de quibus in præſenti nulla adeſt ſuſpicio per conſenſum obtentum.

Examinandum ſolum eſt, an ante conſenſum donatio iuriſpatronatus ſit ipſo iure nulla, vt ex Duran. *dec. vlt. num. 1.* Certum enim eſt, quod quilibet actus, in quo poteſt præcedere, vel ſubſequi conſenſus requiſitus, habet implicitum ſtatum validitatis, Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. proem. 2.* & in donatione iuriſpatronatus ſemper, & quandòcumque poteſt interuenire, vt ſuprà. Nec in iure talis donatio prohibita reperitur, vt latè per Rot. *dec. vlt. num. 4. & 5. de iurepatr. in antiq.* Quare iuramentum appoſitum in tali donatione erit omninò obſeruandum, quia non eſt contrà bonos mores naturales. Barboſ. *in reg. non eſt obligatorium de reg. iur. in 6.* Sanch. *in moral. par. 1. lib. 3. cap. 9. num. 30.* Et Titius donator, ſtante iuramento, non poterat controuenire in eligendo Rectorem: quia talis præſentatio directè impedit donatario exercitium iuriſpatronatus, ſtante conſenſu obtento. Nec releuat, quod prò alia vice vti poſſit donatione: quia per dictionem ſemper, & omni tempore, habere ratam, gratam, nec contrafacere, &c. nouus iſte, & vnicus actus electionis inducit claram controuentionem iuris eligendi donati.

Vlterius, quamuis dicta donatio poſſit dici de ſua natura reuocabilis ante conſenſum, attamen per iuramentum euadit firma, & irreuocabilis, quia in tali ſtatu res dicitur non amplius integra, nec eſt locus pęnitentię. Seraph. *de iur. priuil. 139.* Cyriac. *contr. 322. n. 33. & ſeqq.* Sic pręſentatio donantis non poteſt admitti per Iudicem, nè fiat particeps delicti confouendo periurium, Merlin. *dec. 443. n. 4. & ſeq.* Rota *dec. 80. à n. 5. par. 17. rec.* Guttier. *de iuram. confir. par. 3. cap. 14.* & ſpeciatim ad rem, *§. his tamen.*

Poſtremò aperta videtur controuentio: quia Titius donando iuſpatronatus, diſpoſuit de iure ſuo, & contractus poteſt fieri in pręiudicium donantis, dum conſenſus non eſt neceſſarius in donatione, ſeù ad contractum donationis, quæ in iure prohibita non eſt, ſed ſolum ad acquiſitionem iuriſpatronatus. Rot. *d. dec. vlt. in antiq.* Rocch. *eodem tract. v. ipſe, vel eis n. 3. t. verſ. aduerte tamen*, & Coccin. *dec. 453. num. 6.* Vndè cum in arbitrio fuerit quęſitum ius donatario de non contrauueniendo promiſſis in contractu appoſitis per donantem, qui diſpoſuit de iure ſuo, certè dici debet periurus in pręſentando.

Digitized by Google

DE IVREPATRONAT.

An Eccleſia Parochialis de Iurepatronatus prò duabus partibus laicorum. & prò vna Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, ſit prouidenda de Rectore per examen Concurſus? Vide de Concurſu tomo 1. Conſult. 375.

An prò authenticis ſcripturis intelligantur tantummodò publica, & authentica Inſtrumenta; Non autem ſimplices literæ patentes Baronum, ſeù Vniuerſitatum ad Iuſpatronatus præſentantium? tom. 1. Conſult. 137. Item vide latè tom. 9. Conſult. 82.

NEgatiuè: Quia illis non adaptantur modi, quibus Scripturæ de iure dicuntur authenticæ, Gloſ. in *cap.* .... 16 *§ omnes v. Vt authentica 25. quæſt. 2.* cui adhæret Gloſ. 1. *in cap.* 1. *de fid. inſtrum.* vbi poſt alios notat Hoſtien. *n.* 5.

Secundò. Quia, cum Conc. Trid. *cap. 9. ſeſſ. 29.* ob præſumptam vſurpationem præſcripſerit ſtrictiſſimam formam prò authenticis ſcripturis ipſarum præſentationum timore præſumptæ vſurpationis, intelligenda ſunt tantummodò inſtrumenta authentica, vt euitetur occaſio cuiuſcumque fraudis in hac probatione, vt in puncto firmauit Viuian. *de iurepatr. p. 2. lib. 11. cap. 7. num. 23.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. cap. 38. & ſeqq.*

Hoc idem expreſsè cenſuit Rot. *dec. 197. num. 64. par. 5. recen.* ibi: *Cum præſentationes debeant probari per authentica documenta* Idem in Iacen. 20. Iulij 1603. coram Card. Pamphilio in fine his verbis: *Hoc tamen non procedit, quando adeſt præſumptio vſurpationis: Quia tunc præcisè ſeruanda eſt forma tradita per Conc. oſtendendo documenta ipſarum præſentationum.* Et in *Calaguritana Iuriſpatronatus* 9. Maij 1616. coram Remboldo, ibi: *In omnem etiam euentum deficeret alterum requiſitum neceſſarium præſentationis, ſcilicet per ſpatium, quæ 50. annorum effectum ſortita, de quibus debet per publica, & authentica documenta conſtare* Id ipſum in *Lucana*, & in alijs ſæpè deciſum fuit. Quod etiam cenſuit Sacra Congregatio Conc. & ſignanter in vna *Panormitana Iuriſpatronatus* Menſe Februario 1633. ibi: *Præſentationes per Inſtrumenta authentica.*

Hæc tamen differo, & conſiderando propono. Cęterum Sacra Congregatio ſæpè cenſuit Iuſpatronatus ex ſolis præſentationibus continuis vltrà hominum memoriam probari, licet in eis nulla facta fuerit mentio de fundatione, aut dotatione. Item formam requiri, vt probatio fiat per authenticas ſcripturas, Gonzal *gloſ. 18. n. 46. 74. & 82.* & habetur in Tridentino *d ſeſſ. 25. cap. 9. de ref.*

Porrò authenticon græca vox eſt prò authorato. Hinc lex authentica, & decretum authenticum, quod multorum authoritate comprobatum eſt. Ac proindè Aleiat. *cap. 46 lib. 2. parerg.* rectè obſeruauit authentici vocabulum prò re certæ fidei poni. Quare eadem Sacra Congregatio Conc. die 4. Febroarij 1651. cenſuit, literas patentes præſentationum Baronum, ſeù Communitatum cum ſubſcriptione, & ſigillo eorundem exibitas in actis, & effectuatas, haberi prò ſcripturis authenticis.

An donator Iuriſpatronatus incidat in reatum periurij, contrauenendo donationi, vt in caſu poſito? Vide de Iuramento tom. 6. Conſult. 96.

Multa neceſſaria de Iurepatronatus? Vide omninò de Regularibus tom. 7. Conſult. 8. præcipuè à num. 64. vſque ad 87.

An conſuetudo, vt primo loco nominatus à Patronis ad Parochialem Eccleſiam de iurepatronatus, inſtituatur abſolutè ſine concurſu, & ſecundo loco nominatus intret ſolum in caſu defectus primi, ſit valida, & ſeruanda? tomo 8. Conſult. 32.

REſp. huiuſmodi conſuetudinem, quatenus etiam legitimè probaretur, non eſſe habendam in conſideratione, atque adeò inſtituendum eſſe concurſum inter dictos duos præſentatos: quia ſi concurſus requiritur, vt ex infràdicendis requiritur, non poteſt euitari reſpectu contrariæ conſuetudinis, iuxtà antiquam notam Sacræ Congregationis ad Concilium *cap. 18. ſeſſ. 24. de refor.* in hęc verba: *Omnis cura, atque diligentia habenda eſt, ne praua conſuetudine vſus inducatur apud Epiſcopos iuriſdictionis Venetæ, vt in vacationibus Parochialium Eccleſiarum non adhibeatur examen, quod vocatur per concurſum, ſed curandum eſt, vt decretum Conc. Trid. & motus proprius Pij V. in huiuſmodi concurſu omninò ſeruetur.*

Res ergò reducitur ad videndum, vtrum in dicta forma præſentationum intelligatur neceſſarius concurſus, qui tantum requiritur quandò Patroni laici præſentant, illique ſolum admittuntur ad concurſum, & ex illis Epiſcopus eligit digniorem, vt ex declarationibus Sac. Congr. firmat Gonzal. *gloſ. 6. num. 134.* Garz. *p. 9. cap. 2. num. 255.* alijſque.

Et neceſſarius omninò videtur: quia ſunt in effectu præſentati duo, licet prætendatur ſecundo loco pręſentatus cauſatiuè in defectum primi, quia illa verba primo loco, & ſecundo loco ſunt ęquiuoca, & ęquè poſſunt intelligi cumulatiuè, ac ſubordinatè, vt cuilibet ratiocinanti patet. In hac ſpecie autem ſtante ambiguitate,

re, ſunt accipienda potius cumulatiuè: quia tali pacto prouiſio reducitur ad formam deſideratam à Concilio, quod Sacrę Congregationi corde eſse ſolet, cum agatur de fauore Parochialium, vt eis per viam concurſus prouideatur, vt procul dubio melius per concurſum prouidetur, prout firmant Addens ad Greg. XV. *dec. 494. nu. 6.* & Viuian. *d. lib. 1. cap. 1. num. 35.* Attento prȩſertim, quod ea interpretatio eſt accipienda, per quam diſpoſitio redditur rationabilior. *l. Saluius Ariſto. ff. de legat. praeſtan.* Rot *dec. 230. num. 3. p. 3. recent.*

Tum quia dicto modo prȩſentando primo, & ſecundo loco, non exprimendo vnum in defectum alterius, eſt in fraudem diſpoſitionis Concilij; prȩſentantur enim in effectu duo, & prętenditur euitari concurſus, quod non eſt ferendum. Gatz. *de benefic. p. 8. cap. 9. num. 211. & ſeqq.* Viuian. *d. lib. 10. cap. 1. num. 10. & 11.* ac alij.

An ſcriptura priuata, cui fides adhibetur, veniat nomine ſcripturæ authenticæ à Sac. Conc. Trid. ſeſs. 25. cap. 9. de refor. prò Iuriſpatronatus probatione requiſita? Vbi ad rem nonnulla. tom. 9. Conſult. 82. *Item vide ſupra* tom. 1. Conſult. 137.

AD quæſitum reſponſum eſt ſatis *in cit. tom. 1. Conſult.* 137. nempè negatiuè, & quomodò diſpoſitio Sac. Conc. Trid. intelligenda ſit, & de interpretatione Sac. Cong. eiuſdem. Hic autem ponuntur ſolum alia ad rem.

Dubium eſt: An Patronus in Eccleſia ſui Iuriſpatronatus in ſeſſionibus, & alijs actibus temporali Domino loci præferri debeat? Negandum eſt: Cum enim cęteros Dominus temporalis iuriſdictionem contentioſam habeat, ſequitur profectò, vt longè maior ei, quam cęteris, præſertim ſibi ſubditis, honor debeatur. Magis honorari debet, qui maiorem habet iuriſdictionem; Abb. *conſ. 21. num. 1. lib. 1.* per tex. *in can. ſtatuimus §. fin. d. 17.*

Acquiritur autem Iuſpatronatus fundatione Eccleſiæ, *cap. nobis eodem tit. can. pia mentis 16. q. 7.* Ædificatione facta ſuis ſumptibus, *can. Monaſterium eadem.* Dotatione, ſiuè additione prouentuum, *can. filius, & can. quicumque 16. q. 7.* Ex contractu, translatione facta cum Vniuerſitate, *cap. cum ſæculum, & cap. ex litteris de iurepat.* Succeſſione, *Clem. 2. eod.*

Animaduertendum autem eſt in hoc Iurepatronatus conſtituendo, Epiſcopi conſenſum, vt diximus in definitione, requiri, & tunc dicitur Iuſpatronatus ſpiritualizatum, ideſt approbatum ab Epiſcopo, quo nomine eximuntur ab hac tractatione Oratoria, ſimplicesque Capellæ, quæ propriè non ſunt beneficia, cum nemo ſine Epiſcopi conſenſo poſſit ædificare Eccleſiam, *can. nemo de conſecr. d. 1.*

Aduertendum item eſt, Iuſpatronatus inter hæredes diuidi non poſſe, quod tripliciter poteſt intelligi. Primò, vt Patroni inter ſe conuenire non poſſint, vt vnus habeat patronatum in vna parte Eccleſiæ, alius in alia. Secundò poteſt intelligi, vt fructus, & poſseſſiones Eccleſię nequeant Patroni inter ſe diuidere. Tertiò intelligi poteſt, vt ipſum Iuſpatronatus diuidi non poſſit inter hęredes. Quod quidem intelligendum eſt quoad ſubſtantiam Iuriſpatronatus, non autem quoad eius pertinentias; Nam Patroni poſsunt paciſci inter ſe de Rectore à ſe alternis vicibus prȩſentando, *arg. l. quoties ff. de vſufr.* Quod ſi Patroni habeant plures patronatus, poſsunt ad inuicem conuenire, vt vnus prȩſentet in vna Eccleſia, & alius in alia, & ſic quemadmodum permittitur diuiſio ratione temporis, ità etiam ratione loci, Butr. *in cap. perlatum num. 5.* & Abb. *num. 6.*

An autem Iuſpatronatus gentilitium, ideſt reſeruatum illis de familia, & agnatione, ſit tranſitorium ad extraneos? Diſtinguendum eſt. Aut fundator voluit, Iuſpatronatus eſſe illorum de familia taxatiuè, ità vt ad eos tantum pertineat, non autem ad eorum hæredes, & tunc Iuſpatronatus ad hæredes extraneos minimè tranſit, ſed extinctum remanet, extincta agnatione, & Eccleſia fit libera, & in hoc caſu loquuntur. Poteſt enim Patronus in fundatione Eccleſiæ remittere Iuſpatronatus in totum, vel prò parte, & limitatiuè illud inducere in præiudicium deſcendentium, vel extraneorum hæredum, prout ei libuerit. *cap. ſignificauit de teſtib. cap. 1. de Iurepat. in 6.* vbi Archid. & alij.

Aut Iuſpatronatus fuit conceſſum illis de familia ſimpliciter, ac ſine vlla taxatione, Et hoc caſu tranſit, etiam ad extraneos hęredes, non ex prouiſione hominis, ſed ex prouiſione legis, cui prouiſio hominis non aduerſatur. Prouiſio enim hominis regulariter non tollit prouiſionem iuris communis in eodem caſu, *l. ſi cum dotem in princ.* Ibique Bartol. *col. 1. ff. ſolut. matrim.*

Vtrum verò ex ſola fundatione acquiratur Iuſpatronatus, an etiam requiratur conſtructio, & dotatio? Reſp. primò, Iuſpatronatus non acquiri, niſi tria copulatiuè concurrant, videlicet fundi collatio, Eccleſię conſtructio, ac dotatio authoritate Dięceſani. Abb. *conſ. 106. num. 8. lib. 2.* vbi firmat ex cauſa fundationis, conſtructionis, & dotationis poſſe effici tres Patronos vnius Eccleſię, ſi in his tribus ſimul concurrant, alias ſecus.

Secundò. Ad acquirendum Iuſpatronatus non requiritur, vt vna, & eadem perſona fundet, conſtruat, & dotet Eccleſiam, ſed ſatis eſt, vt vnus det fundum, alius ędificet, & alius aſſignet dotem de conſenſu Dięceſani, & omnes inſolidum efficiuntur Patroni, *ex can. pia mentis, can. Frigentius, can. quicumque, & can. filij 16. quaeſt. 7.* atque ex Conc. Trid. *cap. 9. ſeſſ. 25.*

Quod verò ad reædificationem Eccleſiæ, an ſcilicet ex illa acquiratur Iuſpatronatus? Id diſtinguendum eſt: Aut Eccleſia non eſt funditus

ditus deſtructa, & rx tefectione, ſiuè reparatione non acquiritur Iuſpatronatus. Aut Eccleſia eſt profſus diruta, itá vt indigeat noua conſecratione, iuxtà tex. *in can. de fabric. de conſecr.d.*1. Et hoc caſu, aut quis Eccleſiam rędificat ſine conſenſu Epiſcopi Dięceſani, & nullum ius acquirit, *arg. l.vſufructuarius ff. de vſufr.* Nam quemadmodum à principio non licet Eccleſiam conſtruere ſine conſenſu Epiſcopi, ità nec poſteà illam rędificare. Aut Eccleſiam protſus dirutam rędificat de Dięceſani conſenſu, & acquirit iuſpatronatus: quia perindè eſt, ac ſi Eccleſiam ab initio conſtruxiſſet. *cap. conſulerit de Iudæis*. Idem procedit etiam ſi rędificatio fiat ex eiſdem cęmentis, ſeù materia. Idem procedit non ſolum in iurepatronatus ſurgente propter ædificium, ſed etiam propter dotem, vel fundum.

Vendito autem fundo, vel palatio, intrà cuius fines venditor Eccleſiam habet, non tranſit iuſpatronatus in emptorem: Quia iuſpatronatus non poteſt transferri titulo venditionis, niſi cum Vniuerſitate, vt dictum eſt.

Veodens itidem omnia iura, quæ habet in aliqua Villa, in qua certos tameo fundos habet, vel certa iura, in tali venditione noo tranſit iuſpatronatus, ſi Villa ooo ſit ſua: Nam ad hoc, vt tranſeat, oportet, vt res, quæ venditur, ſit talis, quæ in ſe ſine expreſſione Vniuerſitatem, vel iuſpatronatus io ſe contineat.

De eo autem, qui donat, aut vendit omnia bona, quæ habet in tali loco, an comprehendatur iuſpatronatus? Diſtinguendum eſt: Aut ille, qui donat, vel vendit omoia bona, quæ habet in tali loco, reperitur ibi habere Vniuerſitatem, puta Villam, vel Caſtrum, & tunc in tali cootractu veoit iuſpatronatus, ex quo Vniuerſitas ibi repetitur, quæ iuſpatronatus includit. Aut in tali loco nullam habet Vniuerſitatem, ſed aliqua bona particularia dumtaxat, & hoc caſu non venit iuſpatronatus: quia non reperitur ibi aliqua Vniuerſitas, cum qua tranſire poſſit. Itá diſtinguit Inuoc. *in d. cap. ex litteris num.* 2. ac Dec. *in cap. Sedes num.* 8. *de reſcript.* Eſtque communis opinio.

Iam cenſuit Sac Congreg. Conc. ſpeciale eſse in Patochialibus de Iurepatronatus laicorum non requiri formam examinis pet coocurſum, vt alibi dictum eſt: His enim vacantibus propoountur edicta ad vocandos quoſcuoque, etiam extraneos, nedum pręſentatos, & ſecundum hunc intellectum dicendum eſt, non eſse inſtituendum concurſum, in quo liberum ſit, etiam alijs non pręſentatis dare nomina, vt examinetur, prout loquitur Conc. Trident. *cap.* 18. *verſ. liberum*.

Et licet vbi Eccleſiæ ſunt de iurepatronatus laicorum, noluerit adſtringere Patronos ad pręſentandos plures, neque ad pręſentandum digniorem, cum alias dubitarent Doctores: an in foro conſcientiæ ipſi Patrooi tenerentur perquirere, ac pręſentare digniorem ex pluribus, quos poſseot pręſentare, vt latiſſimè per Lambert. *de Iurepatr. lib.* 1. *p.* 2. *quæſt.* 10. *princ. art.* 3. Ideòque ſatisfiat Concilio, ſi idoneus pręſentetur; Si tamen contingat, vt plures præſententur, quod eſt Eccleſię vtilius, veriſimile non eſt, Concilium reliquiſse Epiſcopo liberum arbitrium eligendi minus dignum, cum eſset eo caſu fauor Patroni, & ratio nè retrahantur laici à fundatione, ac dotatione Eccleſiarum, ob quam declaratum eſt, non requiri concurſum, nè ſcilicet laici compellantur plures pręſentare, neuè extranei concurrentes, quippè magis digoi iudicati ipſis pręferantur. Imò verò Patroni quotieſcumque plures pręſentant, cenſendi ſunt ea meote id facere, vt dignior ex illis eligatur.

In Parochialibus, quarum collatio ob lapſum tempus Patronis laicis ad præſentandum à iure ſtatutum, ad Epiſcopum eſt liberè deuoluta, vt *in cap. cum propter, cap. quoniam, & cap. ſi verò de iurepatr.* inſtituendus eſt concurſus ab Epiſcopo: Nam in hoc caſu habeot locum verba, & ratio Conc. Trid. Verba quidem, quia Conc. loquitur de Parochialibus vacantibus conferendis. Ratio autem, quia expedit animarum ſaluti huiuſmodi Patochiales per magis idooeos gubernari.

Atque itá etiam declarauit Sac Cong. Conc. nempè: *Parochiales iuriſpatronatus laicorum, quæ ab Epiſcopo ob præſentationem in tempore non ſequutam iure deuoluto conſtruuntur, ſubiacent concurſui*. Et interdum: *Beneficium iuriſpatronatus laicalis ad Ordinarium deuolutum confertur per concurſum prò illa vice*. Ac teſtantur Barboſ. *in collect. Bullar. v. Parochialis num.* 9. *& v. beneficium num.* 4. *ac de poteſt. Epiſc. alleg.* 60. *num.* 11. & nos alibi: *Ac tertiò faciendus eſt concurſus prò Parochiali iuriſpatronatus laicalis, cuius prouiſio ob negligentiam Patroni non præſentantis intrà quadrimeſtre, deuoluitur ad Epiſcopum die 29. Nouemb.* 1600.

Porrò Patronus laicus, & Eccleſiaſticus differunt primò. Laicus poteſt variare, & alium præſentare, ſed non Eccleſiaſticus, vt notatur *in d. cap. cum autem de iurepatr.* Secondò, laicus habet quatuor Meoſes ad præſentandum, *d. cap. cum propter eodem tit.* Eccleſiaſticus ſex, etiam ſi iuſpatronatus à laico acquiſierit, *cap. vn. § verum eodem tit. lib.* 3. Tertiò, magis adſtrictus eſt poteſtati Eccleſiæ Patronus Eccleſiaſticus, quam laicus reſpectu collationis, ac derogationis. *cap. poſtulaſti de iurepatr. & cap. dilectus de offic. leg.* Quartò, Patroous Eccleſiaſticus Præſentando ſcienter indignum, priuatur ea vice poteſtate pręſentandi. *cap.* 2. *de ſupplen. negl.* Laicus verò minimè ſecuodum veriorem ſententiam. Quintò, Patrono Eccleſiaſtico redditur ratio de temporalibus. *cap. ex litteris in fin. de iurepatr. & in cap. cum & pluralitate § in Eccleſijs de priuil.* Noo autem Patrono laico, cum id non reperiatur iure cautum. Neuter tamen illorum debet ſe ingerere in perceptio-

ne

Digitized by Google

ne froctuum. Sextò. Inuito Patrono laico præſentatur Clericus ad titulum beneficij per ipſum Rectorem, vt *in d.cap. Poſtulaſti, cum ibi notatis*, ſecus, inuito Epiſcopo Patrono. Gloſ. ibidem. Idemque videtur in alio Patrono Eccleſiaſtico, de quo tamen vide in *d.cap.* Cardinalem. & Abbatem. Septimò. Iuſpatronatus poteſt donari perſonæ Eccleſiaſticæ ſine conſenſu Epiſcopi, ſed non ſæculari, *cap. illud de iurepatr.* At hæc non eſt propriè differentia. Nam neque Patronus Eccleſiaſticus poſt donare iuſpatronatus laico ſine Diœceſani conſenſu, *cap ſignificaſti, & cap. ex inſinuatione eodem tit.* Octauo, Patronus Eccleſiaſticus habet cuſtodiam Eccleſiæ vacantis; non autem laicus, *cap. bona de appell.* Nonò. Si imponatur collecta Epiſcopo per ſe, & Clericis Patronis prò ſe, Eccleſia debet conferre, & contribuere ſimul cum Clericis, non autem cum Epiſcopo, Innoc. *in d.cap. cum & plantare num.* 3. Et ità Eccleſia patronata debet Patronum Clericum huiuſmodi oneribus adiuuare, non autem Patronum laicum. Decimò, Si Eccleſia ſit iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, ac inſtitutio ad Epiſcopum, & non ad alium pertineat, Patronus eligit digniorem inter approbatos ab Examinatoribus Synodalibus, eumque præſentat Epiſcopo, vt ab ipſo inſtituatur. Cum verò inſtitutio facienda eſt ab alio, quam Epiſcopo, tunc Epiſcopus ſolus eligit digniorem, quem Patronus ei præſentat, ad quem ſpectat inſtitutio. Sed ſi Eccleſia ſit iuriſpatronatus laici, Patronus præſentat quem maluerit, & ſic præſentatus examinari debet ab Examinatoribus deputatis, & ab Epiſcopo inſtitui, ſi idoneus repertus fuerit, vt ex *d.cap. 18. ſeſſ. 24.* Sac. Conc. Trident.

An in iurepatronatus mixto Vniuerſitatis, & priuatorum hominum requirantur probationes, quas Sac. Conc. mandat vbi viget præſumptio vſurpationis? Et negatiuè reſpondit S. Congr. Conc. *in Feſulana*, quod & anteà declarauerat *in Auriensi*, vt ſequitur:

Parochialis Eccleſia de Pao Aurienſis Diœceſ. prætenditur de iurepatronatus Parochianorum dictæ Eccleſiæ prò quarta parte, item trium familiarum altorum laicorum nobilium extrà Parochiam commorantium ex alijs duabus, nec non vnius Monaſterij Monialium prò reliqua parte. Supplicatur declarari, an in huiuſmodi patronatu ratione mixturæ requiratur probatio, de qua in cap. 9. ſeſſ. 25. eiuſdem Concilij verſ. in ijs verò perſonis, *vel ſufficiat probatio, de qua ſup.* in eodem cap. verſ. Vt igitur. *Die 15. Maij 1603. Sac. Congr. cenſuit, ſufficere eam probationem, quæ requiritur in perſonis, in quibus non præſumitur vſurpatio.*

Decreta Sac. Congreg. de hac re abundè retuli, quibus addo, quæ ſequuntur:

Non eſt imponenda pœna excommunicationis contrà eos, qui ambitione contendunt, vt præſententur ad beneficia vacatura. Sac. Congreg. Epiſc. *in Melphitenſi* 19. Ianuar. 1618.

Negligentia Patronorum in præſentando non punitur in pecunia, ſed iuris ſui amiſſione prò illa vice, Eadem *in Piſcienſi* 30. Ian. 1582.

Patroni laici non poſſunt tenere claues ſuarum Capellarum. Eadem *in Ianuenſi* 18. Martij 1578.

Patronis Capellarum, ſiuè Altarium, quæ ſunt inornata, & indotata, præfigitur terminus ad ea reſercinda. Vndè poſſunt concedi alijs Patronis, qui eis prouideant, ſi proprij poſt tertiam monitionem cum aliquo interuallo, vel termino, non adeò coarctato, ab Ordinario faciendam, id præſtare negligant, vel recuſent, daturque Regularibus, & alijs Superioribus Eccleſiarum diſponendi de eis ad libitum, ſcilicet diruendi, vel alijs concedend. *Eadem in Mutinenſi* 2. Maij 1601. & 2. Ianur. ac 3. Iulij 1602. & 9. Ianuar. 1604. & 16. Fr. 1603. & 9. Octob. 1618.

Funerari Conuentus concedendum eſt iuſpatronatus honorificum, & quod in collectis exprimatur nomina defunctorum, non autem viuum 14. Ianuar. 1606. & 3. April. 1620.

De Ambitu in electionibus Eccleſiaſticis etiam Iuriſpatronatus. Vide de Vicario to. 9. Conſul. 125. præcim num. 26. & ſeqq.

DE LEGAT. APOSTOL. ET REGIIS, SIVE ORATORIBVS.

Quoad Immunitatem. Vide de Immunitate præcipuè tom. 1. *Conſult. 111. Et tom. 9. Conſult.* 184.

Quoad electionem per ambitum procuratam. de Vicario *tom. 9. Conſult. 125. n.* 23.

De aliquibus iuriſdictionibus Legatorum in Regulares. de de Regularibus *tom. 10. Conſult.* 10.

FINIS PRIMAE PARTIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Google